









# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS

SIVE

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

QVI

AB ÆVO APOSTOLICO AD INNOCENTII III TEMPORA

FLORUERUNT;

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA  
ECCLESIAE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,  
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS LECTIIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;  
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS  
DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI  
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARCINEM SUPERIOREM  
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM  
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUOBUS INDICIBUS GENERALIBUS LOCUPLETATA: ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID  
UNUSQUISQUE PATRUM IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO  
SCRIPTURÆ SACRAE, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES  
ET IN QUIBUS OPERIBUS SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULARUM LIBRORUM

SCRIPTURÆ TEXTUS COMMENTATI SINT.

EDIDIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR: CHARACTERUM NITIDITAS  
CHARTÆ, QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS  
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTE  
SIMILIS, PRETI EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,  
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,  
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆSTATES,  
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES PRIMA,

IN QUÀ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE LATINAA  
A TERTULLIANO AD GREGORIUM MAGNUM.

Accurante J.-P. Migne,

BIBLIOTHECA CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIAE ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

### PATROLOGIÆ TOMUS LXXVI.

SANCTI GREGORII MAGNI

TOMUS SECUNDUS.

---

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM VULGO D'ENFER NOMINATAM,  
SPU PETIT-MONTROUGE.

1849



1875, March 22.

Bequest of  
James Walker, D.D., LL.D.  
(H. U. 1814.)  
President of Harvard Univ.

33  
32  
31

SANCTI  
GREGORII PAPÆ I  
COGNOMENTO MAGNI,  
OPERA OMNIA.

AD MANUSCRIPTOS CODICES ROMANOS, GALLICANOS, ANGLICANOS EMENDATA, AUCTA,  
ET ILLUSTRATA NOTIS.

STUDIO ET LABORE MONACHORUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI, E CONGREGATIONE SANCTI MAURI.

MONTIO MEMORATISSIMA QUAZ PARISIIS PRODIT ANNO DOMINI MDCCV, NUNC AUTEM ACCURATOR  
ET AUCTIOR REVIVISCIT

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECA CLERI UNIVERSALIS

SIVE

CUNIUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIAS ECCLESIASTICAS RAMOS EDITORE.

---

TOMUS SECUNDUS.

---

VENEUNT QUINQUE TOMI 35 FRANCIS GALLICIS.

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,

IN VIA DICTA D'ANBOISE, PROPE PORTAM VULGO D'ENFER NOMINATAM,  
SEU PETIT-MONTROUGE.

1840

# ELENCHUS OPERUM

## **QUÆ IN HOC TOMO LXXVI CONTINENTUR.**

**Librorum moralium continuatio, a libro XVII usque ad finem** col. 9  
**Homillæ XL in Ezechielem.** 781

+ in Evangelia

# SANCTI GREGORII MAGNI

ROMANI PONTIFICIS

# MORALIUM LIBRI,

SIVE

## EXPOSITIO IN LIBRUM B. JOB

(Continuatio.)

### Pars quarta,

CONTINENS LIBROS SEX.

### LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

Quae supersunt cap. 24 a versu 20 dimidiato, cum capitibus 25 et 26 integris exponit morali polissimum sensu.

#### CAPUT PRIMUM.

**533** Sancti Doctoris scopus, historiam Job typice et ad mysticum sensum exponere. — Quoties in sancti viri historia per novum volumen endare mysterium typicæ expositionis aggredimur, oportet ut ex ejusdem viri vel nomine, vel passione significationem mysticam principaliter proferamus, quatenus habitaculorum more, dum superscriptionem tituli <sup>b</sup> in ipsa postis fronte præfigimus, quia cuius est domus agnosceretur, securius intretur. Crebro autem dixisse memini <sup>c</sup> quoniam beatus Job passiones Redemptoris nostri, ejusque corporis, id est sanctæ Ecclesiae, et passione sua signavit et nomine. Job quippe interpretatur dolens. Et quis alias in hoc dolente figuratur, nisi is de quo scriptum est : *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit (Isai. LIII, 4)*? De quo rursum dicitur : *Livore ejus sanati sumus (Ibid., 5)*. Anuci vero ejus haereticorum speciem tenent, qui, ut sæpe jam diximus, Neum <sup>d</sup> dum defendere nituntur, offendunt. Sanctus ergo vir per vulnera et verba sic loquatur sua, ut etiam nostra significet, et plerumque per prophetas spiritum ventura narret, praesentia transcendat ; nonnunquam vero sic de praesentibus disserat, ut de futuris **534** reticescat. Cognita itaque discretionis hujus custo-

A dia, cum immutatione vocis illius nostra quoque intelligentia alternet, ut tanto verius ejus sensibus congruat, quanto se et cum ejus vocibus immutat. Verbis itaque precedentibus sanctus vir per disertas prudentiæ arte sententias iniqui cuiuslibet culpas protulit, et quam sit damnanda ejus actio expressit. De cuius poena mox subjicit, dicens :

#### CAPUT II [Rec. II].

VERS. 20. — *Non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum in fructuosum.*

2. *Pœna iniquorum est ex Dei memoria deleri.* — In recordationem enim conditoris non reducitur, quisquis usque ad finem vitæ vitiis subjugatur. Nam si hunc superni respectus memoria tangeret, procul dubio ab iniuitate revocaret. Ejus quippe mœrita exigunt ut funditus ab auctoris recordatione deleatur. Sciendum vero est quod recordari Deus nequaquam proprie dicitur. Qui enim oblivisci non potest, quo pacto recordari potest? Sed quia eos nos quorum recordamur amplectimur, ab his autem quorum obliuiscimur elongainur, humano usu et recordari Deus dicitur, cum dona tribuit, et oblivisci, cum in culpa derelinquit. Sed quia cuncta pensat, cuncta sine intermissionis alternatione **535** considerat ; et recordatur bonorum, quorum tamen nūsis, Corb. Germanensis, etc.

<sup>b</sup> *In ipsa positi fronte.*  
<sup>c</sup> *Vindoc., quomodo beatus Job.*  
<sup>d</sup> *Laud., Corb. Germ., Deum dum defendunt offendunt.*

quam obliviscitur; et nullatenus recordatur malorum, quos tamen per iudicium semper intuetur. Quasi enim redit ad bonorum memoriam, quam tamen nunquam deseruit; et quasi nequaquam malos respicit, quorum tamen facta considerat, sed super hæc damnationis iudicium in ultimis servat. Hinc enim scriptum est: *Oculi Domini contemplantur bonos et males* (Prov. xv, 3). Hinc per Psalmistam dicitur: *Vultus Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum* (Psal. xxxiii, 17). Considerat igitur quos puniat, sed eosdem ipso ante non vidit, quos nescit. Nam quibusdam in fine dicturus est: *Nescio vos unde sitis; discedite a me omnes operarii iniquitatis* (Math. vii, 23; Luc. xiii, 27). Miro igitur modo pravorum vitam et intuetur, et obliviscitur, quia quos <sup>b</sup> per distinctionem sententiae iudicat, quantum est ad memoriam misericordie ignorat.

3. Qui tanquam infructuosum lignum conteruntur. — Qui quoniam in ejus recordationem non veniunt, quasi infructuosum lignum ex cuius iudicio conteruntur. Terra quippe eos temporali sumptu aluit, prædicationis desuper pluvia infudit. Sed quia eorum vita nequaquam fructum boni operis protulit, iratus hanc agricola <sup>c</sup> abscedit, ut juxta Veritatis sententiam locum non occupet quem tenere aliis ad fructum valet (Luc. xiii, 7). De hoc infructuoso ligno per Joannem dicitur: *Jam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur* (Math. iii, 10; Luc. iii, 9). Hoc autem loco, ut æterna reprobi supplicia designentur, nequaquam lignum dicitur <sup>c</sup> abscedi, sed conteri, quia videlicet reprobos mors quidem carnis abscedit, sed poena subsequens conterit. Quasi enim hic inciditur, cum a præsentि vita separatur. Sed in gehenna conteritur, cum perpetua damnatione cruciatur. Vir autem sanctus, quia districtam perversi pœnam protulit, protinus ad culpam recurrit; ut ex injustitiae immensitate edoceat quod tanta ejus damnatio non sit injusta. Sequitur:

### CAPUT III [Rec. III].

Vers. 21. — *Pavit enim sterilem, et quæ non parit, et viduæ bene non <sup>a</sup> fecit.*

4. Iniquus carnem pascens sterilem, curam animæ deserit. — Quæ hoc loco sterilis, nisi caro nominatur? Quæ dum sola præsentia appetit, bonas gignere cogitationes nescit. Quæ autem vidua, nisi anima nuncupatur? Quam quia sibi conditor conjungere voluit, ad thalamum <sup>b</sup> uteri carnalis venit, Psalmista attestante, qui ait: *Et ipse tanquam sponsus, procedens de thalamo suo* (Psal. xviii, 6). Quæ recte vidua dicitur, quia ejus vir pro ea mortem

<sup>a</sup> Ebroic., Gemet. et alii Norm., *vultus autem Domini*.

<sup>b</sup> Vindoc., *per distinctionem scientiæ, vel sententiae.*

<sup>c</sup> Gemet. et alii Norm., *incidit.*

<sup>d</sup> 2 Laudun., *arborum.*

<sup>e</sup> Laud. duo, Norm. et alii vulgo habent *abscidi*, *et abscidit*, etc., *pro abscindi*, *abscindit*.

<sup>f</sup> Gemet., *facit.*

A pertulit, et nunc in cœli penetralibus ab ejus oculis occultus, quasi in parte alterius regionis <sup>b</sup> vivit. [Vet. II.] Iniquus ergo sterilem pascit, et viduæ benefacere negligit, quia carnis desideris serviens, curam animæ vitamque contemnit. Tota namque intentione omniq[ue] studio cogitat, quam sine ullis necessitatibus caro moritura subsistat, et curare animæ vitam <sup>c</sup> despicit, quam vel in morte vel in beatitudine procul dubio in perpetuum vivit. Recte autem cum diceretur: *Parit sterilem*, protinus adjungitur: *Et quæ non parit*. Quasdam namque ex sacra historia feminas novimus **536** steriles extitisse, sed tamen in tempore extremo peperisse. Caro autem non solum sterilis, sed etiam quæ non parit dicitur, quia suo sensu bonas cogitationes gignere nec in ultimis valet. A vigore enim iam proprio deficit, et tamen adhuc transitoria concupiscente non desistit, jamque a pristino <sup>d</sup> robore lassata, pene ab ipso quem dilit mundo repellitur, et tamen adhuc annisu improbo obtinere temporalia conatur. Agere jam perversa non sufficit, sed tamen cogitare vel quæ non agit nequaquam desistit. Recte ergo non solum sterilis, sed etiam non pariens dicitur, quæ suo sensu, ut diximus, ad bonæ cogitationis problem, nec cum infirmata fuerit, satatur.

5. *Labores hereticorum steriles.* — Quod tamen intelligi etiam de hereticis prædicantibus potest. Unusquisque enim præparator erroris, dum plebem extra unitatem Ecclesie positam docet, profecto sterilem, et eam quæ parere non valet, pascit, quia et ei usum sui laboris impendit, quæ spiritales fructus nequaquam reddit. Bene autem viduæ bon facit, quia videlicet sanctæ universali Ecclesiæ, cujus vir adversa mortis pertulit, vivere ac deserire contemnit. Viduæ enim benefacere est in ejus quæ mortui viri sui amore conteritur <sup>e</sup> consolatione laborare. Unde et Psalmista voce hæc eadem vidua, scilicet sancta Ecclesia queritur, dicens: *Consolantem me quæsivi, et non inveni* (Psal. Lxviii, 21). Tunc solum quippe consolantem iuvenit, cuin ex ea morte quam vir ejus pertulit multos intra semetipsam surgere ad vitam cernit. Sæpe autem præparator erroris hujus mundi divitibus jungitur, qui pro eo quod terrenis occupationibus incubant, dictorum deprehendere astutias ignorant; et cum potentes esse exterius ambiunt, perversæ prædicationis laqueo sine labore capiuntur. Unde et subditur:

### CAPUT IV.

Vers. 22. — *Detraxit fortis in fortitudine sua.*

6. In fortitudine quippe suæ prævitatis fortis quoque detrahit, cum per sui erroris astutiam mundi hujus potentes rapit. Quos contra per Paulum

<sup>g</sup> Ms. omnes Norm., duo Laud., Germ., Corb. Germ. et alii, ita habent. In Edit. legitur uteri virginalis.

<sup>b</sup> Unus Laud., *venit.*

<sup>c</sup> Norm., *negligit.*

<sup>d</sup> Vindoc., *labore.* In Utic., hac voce dimidiata reflecta, legitur *robore.*

<sup>e</sup> In Laud., *consolations relevare, et secunda manu consolatione labore.*

dicitur : *Anfirma mundi elegit Deus, et confundet?* A ducit? Tu autem secundum duritiam tuam et cor impenitentis thesaurizas tibi iram in die ira et revelationis justi judicij Dei (Rom. 11, 4, 5). Hinc Isaia ait : *Puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit* (Isai. LXX, 20).<sup>b</sup> Ac si aperte nos deterreat, dicens : Vita quidem pueri in longum trahitur, ut a factis puerilibus corrigitur; sed si a peccati perpetratione nec temporis longinquitate compescitur, haec ipsa vita longinquitas. quam per misericordiam accepit, ei ad cumulum maledictionis crescit. Unde necesse est ut cum nos diutius expectari conspicimus, ipsa praerogativa pietatis tempora quasi damnationis argumenta timeamus, ne ex clementia judicis crescat supplicium peccatoris; et unde quisque eripi a morte poterat, inde

B gravius ad mortem tendat. Quod idcirco plerumque agitur, quia nequaquam a presentibus mentis oculus separatur. Considerare namque peccator Redemptoris vias neglit, et idcirco in suis itineribus sine cessatione veterascit. Unde et subditur :

## CAPUT V [Vet. III].

Ibid. — *Et cum steterit, non credet vita sua.*

7. *Omnis peccator incredulitas reus.* — Stat in hoc mundo perversus quaque predicator, quoque terrene vivit in corpore. Sed vita sua credere renuit, quia de Deo vera cognoscere contemnit. Vita enim sua crederet, si de conditoris sui substantia recte sentiret. Haec itaque superius de quolibet iniquo prolati dicebamus, sed repente ad erroris predicatorum intellectum vertimus. Unde sciendum est quia sic ad speciem ducimur, ut nequaquam tam a genere funditus evellamur. Nam perversus quisque etiam si rectam fidem in sinu universalis Ecclesiae tenere videatur, stat, 537 et vita sua non credit, quia recta quidem sunt quae per fidem de conditore intelligit, sed tamen fidei opera tenere contemnit; et incredulitas redarguitur, quia ab eo quod se ostendit credere, vivendo reprobatur. Hinc enim per Joannem dicitur : *Qui dicit se nosse Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est* (I Joan. II, 4). Hinc Paulus ait : *Confiteruntur se nosse Deum, faciis autem negant* (Tit. I, 16). Hinc Jacobus dicit : *Fides sine operibus mortua est* (Jac. II, 20, 26). Sed inter haec conditor mira dispensatione consilii et culpas respicit, et vivendi tempora impendit, ut longiora temporalis vita spatio aut converso flant in adjutorium maneris, aut non converso ad augmentum damnationis. Unde adhuc subditur :

## CAPUT VI [Rec. IV].

Vers. 23. — *Dedit ei Deus locum penitentie, et ille abutitur eo in superbia.*

8. *Misericordia peccatori impensa et neglecta, in passum vertitur.* — Quisquis delinquit et vivit, idcirco hunc divina dispensatio et iniquitate tolerat, ut ab iniquitate compescat. Sed qui diutius toleratur, nec tamen ab iniquitate compescitur, munus quidem supernae patientiae percipit, sed reatus sui vineulis, ex ipso se munere arctius astringit. Nam quia accepta paenitentiae tempora divertit ad culpam, districtus in ultimiis iudex impensa argumenta misericordiae convertit ad poenam. Hinc namque per Paulum dicitur : *An ignoras quia patientia Dei ad paenitentiam te ad-*

C que oculos deprimit, quia solis vitiis, ut per haec animo satisfaciat, intendit. Unde per Salomonem dicitur : *Oculi stultorum in finibus terra* (Prov. xvii, 34), quia hoc solum tota cordis intentione conspi- ciunt, per quod ad finem terreni desiderii perducantur. Nequaquam vero sua considerationis obtutum in terra peccator figeret, si 538 ad sancta sui Redemptoris itinera intentis oculos levaret. Unde per Salomonem rursum dicitur : *Oculi sapientis in capite ejus* (Ecole. II, 14), quia videlicet sapiens quaque illum tota intentione considerat, cuius se membrum esse per fidem pensat. Haec namque humanae conversionis vias k videre contemporat, qui dicebat : *In mandatis tuis l me exercebo, et considerabo vias tuas* (Psal. cxviii, 15). Ac sic aperte spondeat, dicens : D *Quae mea sunt, jam videre refugio, quia per imitationis tue viam pergere conversationis gressibus inardesco. Qui enim praesenti jam mundo contradicit, amoris excitatione continua Redemptoris sui vias cordis oculis objicit, ut mens prospera fugiat, ad*

<sup>a</sup> Vindoc., et fortia quæque confundat.

Secundus Laud., Utic. et alii Norm., non credit.

<sup>c</sup> Post hoc verbum irrepetit in Edit., quo modo peccator dix toleratur. Quæ verba in nostris MSS. ignota, et aliunde minime antecedentibus et consequentibus coherentia expunimus.

<sup>d</sup> Vindoc., ut tamen a genere omnino non evellamus. Germ., ut tamen a re omnino.

<sup>e</sup> MSS. Germ., Anglic., Norm., Laud., Vindoc., etc., haec lect. exhibent. In poster. Edit. leg., in sequente tolerat.

<sup>f</sup> Norm. plerique, an necita.

<sup>g</sup> Vindoc., duritiam cordis.

<sup>h</sup> Vindoc., ac si dicat : vita.

<sup>i</sup> Vindoc., cogitare et trahere nilitur.

<sup>j</sup> Gemit., conscientia.

<sup>k</sup> Vindoc., videre cupivit.

<sup>l</sup> Ita Corp. Germ., Turon., Norm., etc. Editi, exercebor.

<sup>m</sup> Sic cum Anglic., Norm., Vindoc., etc., antiquiores Excusi. Posteriorres, conversationis.

<sup>n</sup> Turon. et I. Laud., amoris exercitatione.

adversa præparetur; nihil quod demulceret appetat, nihil quod detergere creditur pertimescat; mero-rem gaudium deputet; præsentis vitæ gaudia damna mœroris penset; abjectionis detrimenta non timeat, sed per hæc manentis gloriæ locum querat. Has etenim vias sequentium monstrabat oculis Veritas, cum dicebat: *Si quis mihi ministrat, me sequatur (Joan. xii, 26).* Ad has vias tumentia discipulorum corda revocabat, cum locum jam gloriæ quærent, sed ejusdem gloriæ iter ignorarent, dicens: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturnus sum (Matth. xx, 22)?*\* Confessionis quippe illius celsitudinem a dextris sinistrisque quæsierant, sed quanta ad hanc esset itineris angustia non videbant. Unde et eorum mox oculis imitandus passionis calix objicitur, ut videlicet si ad sublimitatis gaudia tenderent, prius B viam humilitatis invenirent. Quia igitur considerare peccator vias Dei negligit, sed solis in quibus carnaliter delectetur intendit, recte nunc dicitur: *Oculi enim ejus sunt in viis illius.* Sequitur:

## CAPUT VIII.

Vers. 24. — *Elevati sunt ad modicum, et non subsistunt,*

10. *Inani gloria elatus ad modicum cadit.* — Iniorum gloria cum plerumque in annorum multitudinem tenditur, ab infirmorum mentibus esse longa et quasi stabilis estimatur. Sed cum repentinus hanc finis<sup>b</sup> intercipit, brevem procul dubio fuisse redarguit, <sup>c</sup> quoniam finis determinans innoscit, quia quod præterire potuit, modicum fuit. Elevantur ergo ad modicum, et minime subsistunt, quia eo ipso quo videri alti appetunt, a vera Dei essentia longe per elationem fiunt. Subsistere etenim nequeunt, quia ab æternæ essentiæ soliditate dividuntur, atque hanc primam ruinam tolerant, quia per privatam gloriam in semetipsis cadunt. Hinc enim per Psalmistam dicitur: *Dejecisti eos, cum allevarentur (Psal. Lxxii, 18),* quia eo intrinsecus corrunt, quo male extrinsecus surgunt. [Vet. V]. Hanc brevitatem gloriæ temporalis aspiciens, iterum dicit: *Vidi impium superexaltatum et elevatum a sicut cedros Libani; transivi, et ecce non erat (Psal. xxxvi, 35).* Hinc iterum ait: *Pusillum adhuc, et non erit peccator (Ibid. 10).* Hinc Jacobus dicit: *Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens (Jac. iv, 15).* Hinc propheta brevitatem gloriæ carnalis pensans, denuntiat, dicens: *Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus sicut flos seni (Isai. xl, 6).* Iniquorum quippe potentia seni flori comparatur, quia nimis carnalis gloria dum nitet, cadit; dum apud se extollitur, repentina intercepta sine 539 terminatur. Sic namque aurarum statu in altum stipula rapitur, sed casu concito

\* Viciose irrepererat in Edit., confessionis, pro confessionis, quod legitur in Corb. Germ., in Laudun., Germ. et aliis MSS.

<sup>b</sup> Laud. et Corb. Germ., intercidit.

<sup>c</sup> Addidimus finis, ex MSS. Norm., Anglic., etc., et ex antiquis. Excusis; deerat in Edit. recent.

<sup>d</sup> Ita Vindoc., Norm. et plerique, quibus consenserunt vet. Ed. in recent., super cedros.

A ad ima revocatur. Sic ad nubila fumus atollitur, sed repente in nihilum tumescendo dissipatur. Sic ab infimis nebula densescendo se erigit; sed exortus hanc solis radius, ac si non fuerit, abstergit. Sic in herbarum superficie nocturni roris humor aspergitur, sed diurni luminis subito calore siccatur. Sic spumosæ aquarum bullæ inchoantibus pluviis excitatae, ab intimis certatim prodeunt; sed eo celerius disruptæ depereunt, quo inflatæ altius extenduntur. Cumque excrescent ut apparent, crescendo peragunt ne subsistant. De inquis igitur temporalis gloriæ elatione tumentibus, sed tamen nulla in hac soliditate durantibus, dicatur recte: *Elevati sunt ad modicum, et non subsistunt.* De quibus adhuc subditur:

## CAPUT IX.

Ibid. — *Et humiliabuntur sicut omnia, et auferentur.*

11. *Terra in essentia semper stabit, licet in imagine continuo transeat.* — Sic proiectus esse contemplationis debet, ut ex paucis ad multa, ad omnia consideranda rapiatur, quatenus gradatim educta proficiat, et transitoria omnia dijudicans, ipsa comprehendendo pene incomprehensibiliter excrescat. Unde sanctus vir cum pravorum gloriam defectuunque discuteret, ad cuncta protinus mentis oculum tetendit, dicens: *Humiliabuntur sicut omnia, et auferentur. Omnia profecto terrena. Ac si aperte dicat: Stare ullo modo nequeunt, quia ipsa quoque fugient quibus innituntur; dumque temporalia diligunt, cum his ex temporis volubilitate percurrunt. Sed quæsi potest cum per Salomonem dicitur: *Generatio præterit, et generatio advenit, terra vero in æternum stat (Eccle. i, 4),* cur beatus Job omnia humiliari asserat et auferri? Quod tamen facile discutimus, si terra et cœlum vel qualiter transeat, vel qualiter maneat distinguamus. Utraque namque hæc per eam quam nunc habent imaginem transeunt, sed tamen per essentiam sine fine subsistunt. Hinc namque per Paulum dicitur: *Præterit enim figura hujus mundi (I Cor. viii, 31).* Hinc per semetipsam Veritas dicit: *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt (Matth. xxiv, 35).*\* Hinc ad Joannem angelica voce perhibetur: *Erit cœlum novum, et terra nova (Apac. xi, 4).* Quæ quidem non alia condenda sunt, sed hæc ipsa renovantur. Cœlum igitur et terra et transit et erit quia et ab ea, quam nunc habet, specie per ignem tergitur, et tamen in sua semper natura servatur. Unde per Psalmistam dicitur: *Mutabis ea, et mutabuntur (Psal. ci, 27).* Quam quidem ultimam commutationem suam ipsis nobis nunc vicissitudinibus nuntiant, quibus nostris usibus indesinenter al-*

\* Duo Laudun., et non erat.

<sup>f</sup> I. Laud., nostra.

<sup>g</sup> Edili et nonnulli MSS., et omnia transitoria comprehendendo dijudicans, ipsa pene incomprehensibiliter excrescat. Quod vix potest intelligi. Locum hunc obscurum et viliatum restituimus maxime ex duob. Laudun.

<sup>h</sup> In recent. Ed., hinc per Joan., mendose.

ternant. Nam terra a sua specie biemali ariditate deficit, vernali humore viridescit. Cœlum quotidie caligine noctis obducitur, et diurna claritate renovatur. Hinc ergo hinc fidelis quisque colligat et interire hæc, et tamen per innovationem refici, quæ constat nunc assidue velut ex defectu reparari [Vet. et Rec. VI]. Inter hæc igitur vir sanctus cum pravorum cursum conspicit, quanta quandoque animadyversione deficient innotescit, dum protinus subdit :

## CAPUT X.

**I**n. — Et sicut summitates spicarum conterentur.  
**12.** Malis divites etsi ad opprimendos justos concordes, ab invicem cupiditatibus sejuncti sunt. — Spicarum quippe summitates, aristæ sunt. Aristæ autem conjunctæ in spica prodeunt, sed crescendo paulisper, a se birsute et rigidæ disjunguntur. **540** Sic nimirum sic ad hujus mundi gloriam pravi divites surgunt. Naturæ enim sibi communione conjuncti sunt, sed contra se vicissim crescendo dividuntur. Alius quippe alium despicit, et alter in alterum invidiæ facibus ignescit. Qui ergo ex tumore mentis a charitatis unitate se separant, quasi aristarum more contra se rigidi stant. Quid ergo pravos hujus mundi divites dixerim, nisi aristas quasdam generis humani? Qui dum contra se superbiunt, sed bonorum vitam unanimiter affligunt, adversum se quidem divisi sunt, sed tamen concorditer grana deorsum premunt.

**13.** Reprobi aristarum more nunc eriguntur; electi ut grana latent. — Nunc igitur aristæ ad alta pro-siliunt, grana latent, quia et reproborum potentia eminet, et electorum gloria non appareat. **b** Illi se honorum fastibus ostendunt, isti in humilitate se deprimit. Sed trituzæ tempus adveniet, quod et aristarum rigiditatem frangat, et solida grana non conterat. Tunc quippe superbìa iniquorum communi-nuitur, tunc electorum vita quanta integritate fulgeat declaratur, quia cum injusti deficiunt, ex hac ipsa aristarum contritione agitur ut grana apparet quæ latebant. Cumque aristæ franguntur, granorum candor ostenditur, quia iniquis in supplicia æterna cadentibus, sanctorum justitia quanta veritate candeat demonstratur. Unde recte quoque per Joannem dicitur : *Cujus ventilabrum in manu sua est, et permundabit aream suam; et triticum quidem recondet in horreo suo, paleas autem combret igni inextinguibili* (Matth. iii, 12; Luc. iii, 17). Beatus igitur Job pravorum elatio quanta animad-versione frangatur aspiciat, eosque aristis pereuntibus comparans dicat : *Sicut spicarum summitates conterentur, quia nimirum rigiditas superborum trituzæ ultimæ fortitudine frangitur, quæ nunc electorum vitam despiciens elevatur.* Sequitur :

## CAPUT XI. [Rec. VII.]

**V**ers. 25. — Quod si non est ita, quis me arguere

<sup>a</sup> Norm. et alii, proficiunt.

<sup>b</sup> Laud., ille se honorum factis ostendit. Vindoc., illi se honoribus ostentant. Gilot., hon. fascibus.

<sup>c</sup> Vindoc., purgabit.

<sup>d</sup> Turon., duo Laud. et pene omnes ita habent. Consentient vet. Excusi, recentioribus habentibus,

**A** poteris esse mentitum, et ponere ante Deum verba mea?

**14.** Justi si delinquent, ab improbis minime corripiendi.— Si ita non est ut loquitur, profecto de falsitate hunc omnes arguere possunt. Cur ergo dicitur : • *Si non ita est, quis me arguere poterit esse mentitum*, dum scilicet noverimus quod fallacem cuilibet reprehendere licet? Sed si loquentis sensum subtili interrogatione discutimus, quam sint recta quæ protulit citius invenimus. Justus namque etsi quid unquam delinquendo loquitur, dignum non est ut ab injustis et prave viventibus judicetur. Unde sanctus vir amicorum superbiam deprimens, non solum si ita est, verum etiam si ita non est ut protulit, nequam se reprehendi posse confidit, quia nimirum illi recte redarguere falsa possunt, qui falsa agere nesciunt. Nam correptionis ausum contra fallaciam perdunt, qui adhuc fallaciter vivunt. Ait ergo : *Quod si ita non est, quis me poterit arguere esse mentitum?* Ac si aperte dicat : Ita sunt cuncta ut protuli, quæ tamen si ita non essent, a vobis redargui nequam possem, quia dum adhuc propriæ succumbitis, alienam reprehendere fallaciam non valetis.

**15.** *Judicia nostra coram supremo judice ponderanda.* — Ubi et apte subditur : *Et ponere ante Deum verba mea.* Quisquis enim <sup>i</sup> dicta fallacia veraciter reprehendit, audita cogitans, atque hæc ex regula veritatis pensans, verba ante Deum ponit : quia **541** apud se in conspectu veritatis examinat, quid foris contra fallaciam decernat. Ante Deum quippe verba ponere est considerato intimo judice, exteriora dicta pensare. Vir igitur sanctus ab amicis superbientibus verba sua ante Deum ponit posse non estimat. Ac si aperte dicat : Idcirco quæ loquor ponere ante judicem non valetis, quia ejus vobis faciem peccantes absconditis. Quod tamen et ex typo sanctæ Ecclesiæ nil obstat intelligi, quæ cum de infirmis suis ab hereticorum irrisione reprehenditur, ipsam irrisio-nis eorum astutiam designatur, quia tolerabilius Deo est ut in infirmitate quis atque ignorantia cum humilitate jaceat, quam cum elatione alta comprehendat. Sed quia sanctus vir multa contra eos protulit qui fugitiva potestate superbunt, et ventosis honoribus intumescunt Baldad Subites ex ejus correptione proficiens, apud quem vera sit potentia agnoscit, dicens :

## CAPUT XII [Vet. VII, Rec. VIII.]

**C**ap. xxv, Vers. 2 — *Potestas et terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.*

**16.** *Deus solus potens et metuendus.* — Ac si aper-te dicat : Solus corda mortalium veraciter terret, qui ex divinitatis suæ potentia veraciter hæc possidet. Humana enim potentia quem terrorem incutit, quæ jure ejusdem potenziæ quando caret nescit? Recte autem dicitur : *Qui facit concordiam in sublimi-*

*in horrea sua.*

<sup>a</sup> Laudun., Ebroic. et alii, si ita non est, mentitum me arguere quis potest?

<sup>b</sup> Laud., dicta fallacia; duo Ebroic. et Germ., dictam fallaciam.

bus suis, quia multa sibimet inferius dissident, sed ad concordem supernorum plenitudinem currunt; et ex internæ pacis causa agitur, ut sœpe ea quæ sunt exterius sine pace disponantur. Nam bonos omnipotens Deus ad meritum provehit, cum contra eorum vitam malos sœvire permittit. Atque in concordia componuntur summa, dum confunduntur infima, quia inde in cœlestibus electos suos angelorum chorus sociat, unde in terrenis et infirmis <sup>a</sup> reproborum mores suis nulibus adversantes portat.

17. Qui angelii summe concordes inter se configere dicantur. — Sed inter hæc libet inquirere si pax in sublimibus summa retinetur, quid est quod per angelum Danieli dicitur: *Ego veni propter sermones tuos: princeps autem regni Persarum restituit mihi virginem et uno diebus; et ecce Michael, unus de principibus primis, venit in adjutorium mihi* (*Dan. x, 13*). Et paulo post: *Nunc revertar ut prælier adversum principem Persarum. Cum enim egrederer, apparuit princeps Graecorum adveniens* (*Ibid., 20*). Quos itaque alios principes gentium, nisi angelos appellat, qui sibi resistere exorti potuissent? Quæ ergo esse pax in sublimibus potest, si inter ipsos quoque angelicos spiritus præliandi certamen agitur, qui semper conspectui veritatis assistunt? Sed quia certa angelorum ministeria dispensandis singulis quibusque gentibus sunt prælata, cum subjectorum mores adversum se vicisim præpositorum spirituum opem mereantur, ipsi qui præsunt spiritus contra se venire referuntur. Is namque angelus qui Danieli loquebatur captivis Israelitici populi in Perside constitutis prælatus agoscitur. Michael autem eorum qui ex eadem plebe in Judææ terra remanserant præpositorus invenitur. Unde et ab hoc eodem angelo paulo post Danieli dicitur: *Nemo est adjutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps uester* (*Ibid. 21*). De quo et hoc, quod præmisimus, dicit: *Et ecce Michael unus de principibus primis venit in adjutorium mihi* (*Ibid., 13*). Qui dam nequaquam simul esse, sed venire in adjutorium dicitur, **542** aperte ei populo prælaus agnoscitur, qui captivus in alia parte tenebatur. Quid est ergo angelum dicere: *Ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum restituit mihi* (*Ibid., 13*), nisi sua subdilis opera nuntiare? Ac si operie dicat: Precum quidem tuarum merita exigunt ut Israeliticus populus a juge sue <sup>b</sup> captivitatis exuator, sed est adhuc quod in eodem populo Persarum dominio purgari debeat, <sup>c</sup> ut de eceptione filius Persarum princeps mihi <sup>d</sup> jure contradicat, quamvis preces tuas eorum quoque lacryme qui in Judæa refici sunt adjuvent. Unde hoc quoque quod diximus subjungit: *Michael princeps uester venit in adjutorium mihi*. Comque ut adversus principem Persarum prælietur ege-

<sup>a</sup> Recent. Ed., mentes, reluctantibus MSS. et vet. Exc. Paulo infra legimus, subjectorum mores... præposit. sp. opem. mer.

<sup>b</sup> 2 Laud. et Bellovac., adversus principem terrarum.

<sup>c</sup> Norm. plerique, servitutis.

<sup>d</sup> Pratell. et alii Norin. ita habent, quod melius quidem legitur quam, unde eceptionem, ut habent

A ditur, Graecorum sibi princeps adveniens appetat. Quia ex re innuitur quod adversum Graecos quoque aliquid Judæa commiserat, quorum profecto causa eceptioni illius resistebat. Prophetæ igitur preces angelus exaudit, sed Persarum princeps resistit, quia eis jam vita justi deprecantis eceptionem populi existit, ejusdem tamen populi adhuc vita contradicit, ut quia necdum hi qui in captivitatem fuerant ducti plene purgati sunt, jure eis adhuc Persæ dominentur. Michael adjuvat, sed Graecorum princeps ad prælium venit, quia mereri quidem veniam tam longa oppressorum captivitas poterat, sed eceptionis eorum beneficio hoc quoque quod in Graecos deliquerat obviabat. Recle ergo dicitur quod contra se angelii veniunt, quia subjectorum sibi gentium vicissim merita contradicunt. Nam sublimes spiritus eisdem gentibus præcipiantur nequaquam pro injuste agentibus decertant; sed eorum facta justie judicantes examinantur. Cuunque uniuscujusque gentis vel culpa vel justitia ad supernæ curiæ consilium ducitur, ejusdem gentis præpositus vel obtinuisse in certamine, vel non obtinuisse perhibetur. Quorum tamen omnium una victoria est sui super se opificis voluntas summa, quam dum semper aspiciunt, quod obtinere non valent nunquam volunt. *Bene ergo dicitur: Qui facil concordiam in sublimibus suis. Sequitur:*

#### CAPUT XIII [Rec. IX].

Vers. 3. — Nunquid est numerus militum ejus?

18. Angelorum numerus etsi Deo finitus, hominibus est infinitus. — In cognitione humanae rationis supernorum spirituum numerus non est, quia quanta sit illa frequentia invisibilis <sup>e</sup> exercitus nescit; de quo per Danielē dicitur: *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena milia assistebant ei* (*Daniel., vii, 10*). Supernorum civium numerus <sup>f</sup> infinitus et definitus exprimitur, ut qui Deus est numerabilis, esse hominibus innumerabilis demonstretur. Quanvis aliud est assistere, aliud ministrare. Assistant enim illæ procul dubio potestates, que ad quedam hominibus nuntianda non exunt. Ministrant vero hi qui ad explenda officia nuntiorum veniunt, sed tamen ipsi quoque contemplatione ab intimis non recedunt. Et quia plures sunt qui ministrant, quam hi qui principaliter assistunt, assistantium numerus quasi definitus, <sup>g</sup> ministrantium vero indefinitus ostenditur.

Vet. VIII] 49. *Dei milites cur dicantur.* — Angelicos vero spiritus recle Dei milites dicimus, quia decertare eos contra potestates aeras non ignoramus. Quæ tamen certamina non labore, sed imperio peragunt, quia quidquid agendo contra immundos spiritus appetunt, ex adjutorio cuncta regentis possent. De hac namque **543** militia, nascente rege nostro, scriptum est: *Subito facta est cum angelo multitudo militum cœ-*

Editi poster.

<sup>e</sup> Deest jure in 1 Laud.

<sup>f</sup> 1 Laud., spiritus nescit.

<sup>g</sup> In 1 Laud. simpliciter, infinitus exprimitur.

<sup>h</sup> Sic nostri MSS., non ut legitur in Vulgat., infinitus.

*Iesu* (Luc., 13). Cui tamen militiae electorum quoque hominum numerus jungitur, qui per sublime mentis desiderium, a terrenæ conversationis servitute liberantur. De quibus per Paulum dicitur: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus* (II Tim. 11, 4). Qui licet nunc pauci apparent, in invisibili tamen patria innumerabiles regnant, quia etsi ex comparatione pravorum pauci sunt, in congregationis suæ frequentia metiri nequaquam possunt. Quia vero eorumdem militum virtus non propriis viribus, sed supernæ gratiæ infusione robatur, recte subjungitur:

#### CAPUT XIV.

Ibid. — *Et super quem non surget lumen illius?*  
**20.** *Non propriis viribus, sed gratiæ dono fortis sunt.* — Lumen quippe Dei est gratia præveniens. Quæ si in nostro corde nequaquam gratuito consigeret, profecto mens nostra in peccatorum suorum tenebris obscura remaneret. Unde et subditur:

#### CAPUT XV [Rec. X].

**VERS. 4.** — *Nunquid justificari potest homo comparatus Deo aut apparere mundus natus de muliere?*

**21.** *Nemo justus nisi Dei illustratione, non comparatione.* — Versus iste superius a beato Job dicitur, et nunc in ejus exprobatione replicatur. Omnis namque vir justus Dei illustratione justus est, non comparatione. Humana quippe justitia, auctori comparata, <sup>b</sup> iniquitas est, quia etsi in ipsa sui conditione homo persistet, creatori non posset æquari creatura (Job. IX, 2). Cui tamen ad graviora defectus pondera, accessit et culpa, quam serpens insidians intulit, et mulier infirmata persuasit (Genes. iii, 6). Unde nunc quia homo per mulierem culpæ subditam nascitur, reatus primi infirmitatis <sup>c</sup> in prole propagatur. Et quia in radice putruit humani generis ramus, in conditionis suæ viriditate minime subsistit. Unde recte nunc dicitur: *Nunquid justificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?* Ac si aperte diceretur: Ne contra auctorem suum homo superbiat, consideret unde hic venit, et intelligat quid sit. Sed ecce nonnulli per donum spiritus adjuti contra infirmitatem suæ carnis eriguntur, virtutibus emicant, signoriam quoque miraculis coruscant; nullus tamen est qui sine culpa vitam transeat, quoisque carnem corruptionis portat. Unde adhuc subditur:

#### CAPUT XVI.

**VERS. 5.** — <sup>d</sup> *Ecce etiam luna non splendet, et stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus.*

**22.** *Nemo ita justus, ut in carne corruptibili omni peccato careat.* — Quid per lunam, nisi cuncta simul Ecclesia; quid per stellas, nisi singulorum bene viventium animæ designantur? qui inter pravorum hominum conversationes, dum magnis virtutibus eminent, quasi in tenebris noctis lucent. Unde per Paulum quoque discipulis dicitur: *Inter quos lucetis*

<sup>a</sup> Aliter, non surgit, ut legitur in Laud., Norm., etc.

<sup>b</sup> 2 Laud., justitia non est.

<sup>c</sup> Deest in prole in 1 et 2nd.

<sup>d</sup> Gemet., Utic. et alii, ecce enim et ita infra.

*sicut luminaria in mundo* (Philipp. ii, 15). Quia enim sancta Ecclesia lunæ appellatione exprimitur, propheta testatur, dicens: *Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo* (Habac. iii, 11). Elevato enim sole, in suo ordine luna statuitur, quia ascendentे ad eos Domino, sancta protinus Ecclesia in prædicationis auctoritate robatur. Et quia stellarum nomine electi signantur, rursum Paulus insinuat, dicens: *Stella enim a stella differt in claritate* (I Cor. xv, 41) [Vet. IX.] Luna ergo non splendet, et stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus, quia nec sancta Ecclesia virtute propria tot miraculis emicat, nisi hanc prævenientis gratiæ dona perfundat, nec singulorum **544** bene viventium mentes a peccatorum maculis mundæ sunt, si remota pietate judicentur, quia apud districti judicis oculos, sua usumque corruptibilitas inquinat, <sup>e</sup> nisi hanc quotidie gratia parcentis tergit. Electorum quippe animus prodire ad libertatem justitiae nititur, sed adhuc compede infirmitatis tenetur; et culpas quidem subigere perfecte desiderat, sed quoisque corruptione carnis astringitur, ejus vinculis, etiam cum non vult, ligatur. Hinc itaque colligat quanto peccatorum pondere pressi sint qui contra haec decertare negligunt, si plene culpam nec illi superant, qui contra hanc viriliter pugnant. Uude et postquam dictum est: *Ecce etiam luna non splendet, et stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus, protinus additur:*

#### CAPUT XVII.

**VERS. 6.** — *Quanto magis homo putredo, et filius hominis vermis?*

**23.** *Sisantiocles maculæ non sunt expertes, quot sorcent qui carnis spurcitias immerguntur.* — Ac si aper- dente diceretur: Si ipsi quoque esse sine contagio non valent, qui inter præsentis vite tenebras virtutibus lucent, quanto reatu iniquitatis obstricti sunt qui adhuc carpaliter vivunt? Si a peccato esse liberi nequeunt qui jam in cœlestibus desideriis conversantur, qui peccatorum pondera tolerant qui, carnis suæ voluptatibus dediti, adhuc putredinis jugum portant? Hinc Petrus ait: *Si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt* (I Pet. iv, 18)? Hinc per Isaiam dicitur: *Super humum populi mei spinæ et vepres ascendunt, quanto magis super omnem domum gaudii civitatis exsultantis?* Ac si aper-

**D** civitatis exsultantis (Isai. xxxii, 13)? Humum quippe populi sui Dominus electorum omnium mentem vocat, super quam spinas ac vepres ascendere perhibet, quia nec ipsam quoque esse absque pupulationibus viliorum videt. Domus vero gaudii civitatis exsultantis est meas pravorum, quæ dum ventura supplicia conspicere negligit, in carnis voluptate se deserens, inaniter hilaret. Ait ergo: *Super humum populi mei spinæ et vepres ascendunt, quanto magis super omnem domum gaudii civitatis exsultantis?* Ac si aper-

<sup>a</sup> Gil. et Guss., nisi hunc. Melius in MSS. et al. Ed. nisi hanc, sc. corruptibilitatem.

<sup>b</sup> Alii Ed., colligant, invitit MSS.

<sup>c</sup> Deest omnem in Gemet.

te dicas : Si et illorum mentem, vitia depriment, qui se pro cœlestis patriæ desiderio affligunt, quibus <sup>a</sup> culpis substrati sunt qui sine ulla formidine sese in carnis voluptate derelinquent?

24. *Primus homo putredo, cuius filii vermes.* — Notandum vero in sermone suo quantum Baldad ordinem conditionis nostræ tenuit et nativitatis, qui hominem non verinem, sed putredinem, filium vero hominis vermem vocat. Primus namque humani generis parens, homo, non filius hominis, ex quo quisquis prodiit, non solum homo, sed filius quoque hominis fuit. Sicut ergo ex homine filius hominis, ita ex putredine nascitur vermis. Unde recte homo putredo, filius vero hominis vermis vocatur. Primus qui pe homo putredo, non vermis, quia etsi per mortem putruit, non tamen ex putredine per nativitatem venit. Qui autem hominis est filius, vermis dicitur, quia jam ex mortalium corporum corruptione propagatur.

25. Igitur quia amicorum verba finita sunt, beatus Job altiori acuminè prosecutionis innititur, ejusque dicta tam sunt validæ, quam extrema, quia et sic usus esse <sup>b</sup> juris peritorum solet, ut argumentum, quo adversariis suis eminere se prævident, ad prosecutionis conclusionem servent. Sequitur :

#### CAPUT XVIII [Vet. X, Rec. XI].

CAP. XXVI, VERS. 1, 2. — 545 Respondens autem Job, dixit : Cujus adjutor es? <sup>c</sup> nunquid imbecillis? et sustentas brachium ejus, qui non est fortis?

26. *Imbecillem adjuvare velle, charitatis; potentem, elationis est.* — Adjuvare imbecillem, charitatis est; adjuvare potentem velle, elationis. Quia igitur amici ejus hereticorum speciem tenentes, quasi adjuvantes Deum, sapientiam suam ostendere conabantur, justus Baldad reprehenditur, ut dicatur : Cujus adjutor es? <sup>d</sup> nunquid imbecillis? et sustentas brachium ejus, qui non est fortis? Ac si aperte dicat : Dum eum juvare niteris, sub cuius magnitudine succumbis, omne quod impendis solatum, de ostentatione est, non de pietate.

27. *Quo sensu Deum adjuvare dicimus.* — Sed inter haec sciendum est, quod plerumque etiam Deum, qui videlicet imbecillis non est, humiliter agentes adjuvamus. Unde et per Paulum dicitur : *Adjutores enim Dei sumus* (I Cor. III, 9). Nam cum ei quem ipse per internam gratiam infundit nos exhortationis voce concurrimus, hoc quod ille per spiritum agit intrinsecus nos exterius ministerio vobis adjuvamus, et tunc solum nostra exhortatio ad perfectionem ducitur, cum in corde Deus fuerit qui adjuvetur. Unde et alias dicit : *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus* (*Ibid.*, 7). Plantare quippe et rigare, adjuvare est. Quod utrumque vacuum erit ministerium, si in corde Deus non dat incrementum. Sed qui de sensu suo alta sapiunt, esse humiliter Dei adjutores nolunt, quia dum se Deo utiles

<sup>a</sup> *Vindoc., cutpis prostrati.*

<sup>b</sup> *¶ Laud. habet, juris peritorum et juris peritis.*

<sup>c</sup> *Duo Laud., nunquid imbecilli.*

A esse aestimant, a fructu se utilitatis alienant. Unde et Veritatis voce discipulis dicitur : *Cum feceritis omnia quæ precepta sunt vobis, dicite : Servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus* (Luc. xvii, 10). Sequitur :

#### CAPUT XIX.

VERS. 3. — Cui dedisti consilium? forsitan illi, qui non habet sapientiam?

28. *Stulto consilium dare, charitatis, sapienti, ostentationis; ipsi sapientiae, perversitatis est.* — Dare stulto consilium, charitatis est; dare sapienti, ostentationis; dare vero ipsi Sapientiae, perversitatis. Et quia hi quos tenere hereticorum speciem diximus per locutionem suam ostentationi potius quam utilitati serviebant, recte adhuc contra Baldad subditur :

*Ibid. — Et prudentiam tuam ostendisti plurimam.*

Omnis cui prudentia recta est, plurima non est, quia, juxta Pauli vocem, non plus appetit sapere quam oportet sapere (Rom. XII, 3). Cui vero est plurima, non est recta, quia dum ultra modum tenditur, in quolibet latere culpæ declinatur. Prudentiam vero suam plurimam ostendunt qui videri præ aliis prudentiores appetunt. Unde sit plerumque ut cum moderate sapere nesciunt, etiam fatua loquantur. Pro qua re ipse adhuc excessus prudentiae subjungitur, ut dicatur .

#### CAPUT XX.

VERS. 4. — Quem docere voluisti? nonne eum, qui fecit spiramentum?

29. *Quanta Baldad insipientia, divina sapientia suam præferentis.* — Per spiramentum vivimus, per prudentiam sapientes sumus. Prius autem nostrum est vivere, postmodum sapere, quia ut sapientes esse valeamus, prius agitur ut simus. Qui ergo vitam dedit, ipse procul dubio et prudentiam contulit. Baldad autem, quia beatum Job flagellatum pro culpa credit, occultum Dei iudicium, quod humiliiter venerari debuit, superba nisus est temeritate penetrare. Ipsi ergo se per prudentiam prætulit, cuius iudicium non intelligendo judicavit. Ipsi se per prudentiam prætulit, a quo vivendi spiraculum accepit; 546 ac si plus ipso esset sapiens a quo habebat ut esset. Sed quia beatus Job, sanctæ Ecclesiæ typum tenens, pauca in superborum correptione protulit, quos tenere hereticorum speciem non ignoravit, sicut superius dixit: *Disputare cum Deo cupio, prius vos ostendens fabricatores mendacii, et cultores perversorum dogmatum* (Job. XIII, 3); repente se ad doctrinam erigit, et contra elatorum imperitiam scientiæ suæ latitudinem per sententias <sup>d</sup> expandit, dicens :

#### CAPUT XXI [Vet. XI, Rec. XII].

VERS. 5. — Ecce gigantes gemunt sub aquis.

30. *Angeli et homines superbi, ignorantiae abyssu involuntur.* — Dignum quippe erat ut per increpatiōnem prius tumorem sapientiae terrenæ retunderet, et per doctrinam postmodum ad plena mysteriis verba

<sup>d</sup> *Corrupte in Edit. Gilot., Vaticana, et quibusdam aliis, expendit.*

transiret. Gigantes enim vel apostatas angelos, vel A superbos quosque homines, nil obstat intelligi. Hinc enim per prophetam dicitur : *Mortui non vivent, gigantes non resurgent* (*Iesi. xxvi, 16*). Quos namque mortuos nisi peccatores nominat? Et quos gigantes nisi eos qui de peccato etiam superbunt appellat? Illi autem non vivunt, quia peccando vitam justitiae perdiderunt. Iste etiam resurgere post mortem negant, quia post culpam suam inflati per superbiam, ad poenitentiae remedia non recurrunt. Hinc rursum scriptum est : *Vir qui erraverit a via doctrinæ, in cœlo gigantium commorabitur* (*Prov. xxi, 16*); quia quisquis iter rectitudinis deserit, quorum se numero nisi superborum spirituum jungit? Bene autem contra elatos dicitur : *Ecce gigantes gemunt sub aquis*. Ac si aperte diceretur : Cur de scientia homo superbiat, cum ignorantia abyssus et ipsos superbissimos angelorum spiritus prenat?

31. Qui cœteris præesse umbiunt, iisdem supponuntur. — Si autem gigantum nomine potentes hujus saeculi designantur, in aquis possunt populi figurari, Joanne attestante, qui ait : *Aquaæ enim sunt populi* (*Apoc. xvii, 15*). Bene autem contra superbientem dicitur : *Ecce gigantes gemunt sub aquis*, quia elati omnes dum in hac vita assequi b honorum celsitudinem cupiunt, sub ponderibus populorum gemunt. Nam quanto quisque hic alterius erigitur, tanto curis gravioribus oneratur; eisque ipsis populis mente et cogitatione supponitur, quibus superponitur dignitate. Et bene his verbis breviter indicatur quia omnis superbia eo ipso in imo jacet quo in alta se erigit, ut inde magis cunctis supposita sit, unde cunctis exceptit superesse. Homo quippe in sublimibus elevatus, tantus super se sustinet, quantos suppositos regit. Hi autem qui talibus sociantur, ipsis etiam laboris eorum participatione deprimuntur. Nam cum eis labore etiam tolerant ponderis, dum pariter gloriam affectant honoris. Unde cum diceret : *Ecce gigantes gemunt sub aquis*, protinus adjunxit :

### CAPUT XXII.

Ibid. — *Et qui habitant cum eis.*

32. Faciliorem viis viam aperunt majores curæ. Desideratae dignitates absque peccato ministrari non possunt. — Ac si dicat : Pariter genuint qui eorum gloria ex c delectatione sociantur. Ipsa autem occupatio sæcularium dignitatum tanto facilioribus viis premitur, quanto majoribus curis gravatur. Humanus namque animus videre et devitare peccata utinam valent vel quietes. Quia ergo vidit desideratas rerum censitudines absque peccatis ministrari non posse, et quia divinae iræ non absconditur quidquid illicitum perpetratur, apte secutus adjunxit :

<sup>a</sup> Cilof., ut in Vulgata, non vivant... non resurgent.

<sup>b</sup> Germ. et Norm., honorem celsitudinis.

<sup>c</sup> 2 Laud., dilectione.

<sup>d</sup> Germ., Corb. Germ. et 2 Laud., habent infernus.

<sup>e</sup> Utic. et plerique, autem, uti legitur in Vulgata.

<sup>f</sup> 2 Laud., inseri vero et perditionis nomen.

### CAPUT XXIII.

Vers. 6. — *Nudus est d infernus coram illo, et nullum est operimentum perditioni.*

33. Iræ divinae nullum peccatum absconditur. — Quod Paulus Apostolus quoque ait : *Omnia 547 enim nuda et aperta sunt oculis ejus* (*Hebr. iv, 13*). <sup>g</sup> Inferni vero et perditionis nomine diabolum omniesque damnationis ejus socios designavit. quis vero ille sit coram quo infernus est nudus, sequitur dicens :

### CAPUT XXIV [Rec. XIII].

Vers. 7. — *Qui extendit Aquilonem super vacuum.*

34. *Corda divino amore vacua diabolus replet.* — Aquilonis nomine, in sacro eloquio appellari diabolus solet, qui ut torporis frigore gentium corda constringeret, dixit : *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis* (*Isa. xix, 13*). Qui super vacuum extenditur, quia illa corda possidet quæ divini amoris gratia non replentur. Sed tamen omnipotenti Deo suppetit etiam vasa diaboli eundem virtutibus vacua suæ gratiæ munere implere, in eisque c divini timoris soliditatem pouere, quos nulla conspicit rectitudinis actione roborari. Unde apte subjungitur :

### CAPUT XXV.

Ibid. — *Et appendit terram b super nihilum.*

35. *Ecclesia super gentiles et Judæos ad nihilum per peccatum redactos fundata.* — Quid enim terra nomine nisi sancta Ecclesia designatur; quæ dum verba prædicationis suscipit, fructum boni operis reddit? De qua per Moysem dicitur : *Audiat terra verba ex ore meo, exspectet sicut pluvia eloquium meum* (*Deut. xxxii, 2*). Et quid per nihilum, nisi gentiles populi designantur? De quibus per prophetam dicitur : *Omnes gentes velut nihilum et inane reputantur* (*Isa. xl, 17*). In eo ergo nibili terra suspenditur, quod prius vacuum ab Aquilone tenebatur, quia illa corda gentilium repleta sunt charitate Bei, quæ pressa prius fuerant torpore diaboli. [Vet. XII.] Potest vero et per hoc vacuum Judææ infidelitas et per terram, sicut diximus, sanctæ Ecclesiæ fructificatio designari. Vir ergo sanctus Judææ pereuntis casum aspiciat, <sup>1</sup> et gentilitatis merita ad veniam redeuntis cernat, ac dicat : *Qui extendit Aquilonem super vacuum, et appendit terram super nihilum.* Nam quia Judæorum corda sive vacua diabolo sunt subdita, extendit Aquilonem super vacuum. Quia vero nullis existentibus meritis sicut dictum est : *Pro nihilo salvos facies eos* (*Psal. lv, 8*), super gentes Dominus fundavit Ecclesiæ suam, quæ per prophetam nihilum sunt vocatae, apte secutus adjungit : *Appendit terram super nihilum.* Hoc vero quo ordine factum sit, mirifica subdens ratione contextit. Ait enim :

<sup>a</sup> In vet. Edit. et pene omnibus, divini amoris, contra fidem MSS. Anglic., Norm., Corb. Germ., etc.

<sup>b</sup> Norm., super nihilum, et ita infra.

<sup>c</sup> Windoc., et gentilitatis veniam ad merita.

<sup>d</sup> Pratell., Ebroic. et alii Norm., præcedentibus meritis

## CAPUT XXVI [Rec. XIV]

VERS. 8. — *Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum.*

36. *Nubium nomine designati Apostoli et praedicatoris.* — Quid hoc loco aquam nisi scientiam, quid nubes nisi praedicatoris appellat? Nam quia in sacro eloquio aliquando aqua scientia dicatur, Salomon ne attestante didicimus, qui ait: *Aqua profunda verba eorum viri, et torrens redundans fons sapientiae* (Prov. xviii, 4). Aqua signari scientiam David prophetas testatur, dicens: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris* (Psalm. xvii, 12). Id est, occulta scientia in prophetis, qui ante adventum Domini, dum occultis sacramentis gravidi, mysteria immensa gestarent, intuitum oculis eorum intelligentia caligabat. Nubium vero nomine quid hoc in loco aliud quam praedicatoris sancti, id est apostoli, designantur, qui per mundi partes circumquaque transmissi, ei verbis novarant pluere, et miraculis coruscare? Quos Isaías propheta longe ante intuens, dixit: *Qui sunt 548 iusti qui ut nubes volant?* Quia igitur vir iste, propheticus plexus spiritu, in hac locutione sua ad laudem Dei initia nascentis Ecclesiae desiderat exordiri, studet ejus ordinem ab apostolorum praedicatione narrare, qui curaverunt summopere rudibus populis plana et <sup>b</sup> capabilia, non summa atque ardua praedicare. Nam si scientiam sanctam, quae hic aquae nomine designatur, ut hauriebant corde, ita ore fundarent, immensitate ejus auditores suos opprimerent potius quam rigarent. Unde religata intrinsecus scientia, ut non pariter deorsum erumperet, auditores suos distillatione verborum nutriens, nubes illa loquebatur, dicens: *Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam* (1 Cor. iii, 1, 2). Quis enim ferre potuisset, si raptus ad tertium cœlum, raptus in paradisum, etiam arcana verba audiens quæ loqui homini non liceret, tam immenses supernæ scientiae sinus aperiret (II Cor. xii, 2)? Aut cuius non virtutem auditoris opprimeret, si ea quæ intrinsecus haurire poterat, in quantum carnis lingua sufficeret, extrinsecus inundans aquæ hujus immensitas emanasset?

37. *Rudes auditores non inundatione sed distillatione scientiae sunt irrigandi.* — Ut vero auditores rudes non inundatione scientiae, sed moderata prædicationis distillatione foveantur, ligat Deus aquas in nubibus, ut non erumpant pariter deorsum, quia doctorum prædicationem temperat, ut auditorum infirmitas, <sup>c</sup> dictorum rore nutrita convalescat. Quod bene in Evangelio mystica descriptione narratur, dum dicitur: *Ascendit Jesus in naviculam Petri,* et

<sup>a</sup> Deest suis in Norm. et Germ.

<sup>b</sup> *I Laud., capitalia.*

<sup>c</sup> *Vitiose in posterioribus Edit., doctorum rore.*

<sup>d</sup> *Omnis Norm., culpa.*

<sup>e</sup> *Vindoc., amissio.* Ita etiam duo Laud. et Germ.

<sup>f</sup> *Post tructur, in Edit. Basil. 1514, Paris. 1518, et sequent. legitur: Quisquis namque ad alta scientia fluens perveniens, cum haec apud bruta audientium*

*A regarit ut a terra reduceret pusillum, et ita sedens prædicabat turbis (Luc. v, 3). Por navem Petri quid aliud quam commissa Petro Ecclesia designatur? De qua ut Dominus turbis confluentibus prædictet, eam a terra paululum reduci jubet. Quam nec in alium duci, et tamen a terra præcipit removeri, profecto significans prædicatores suos radibus debere populi, nec alta nimis de colestibus, nec tamen terrena prædicare. Aqua itaque ligatur in nubibus, quia prædicatorum scientia infirmorum mentibus loquens quantum sentire valeat docere prohibetur.*

[Vet. XIII]. 38. *Infirmis mentibus tegenda est altior scientia.* — Nam plerumque si auditorum cor verbi immensitate corrumpitur, lingua docentium indiscretio[n]is <sup>d</sup> poena multatur. Unde scriptum est: *Si quis aperuerit cisternam et foderit, et non operuerit eam, cecideritque bos vel asinus in eam, dominus cisternæ reddet preium jumentorum* (Exod. xxi, 33). Quid est enim aperire cisternam, nisi intellectu valido Scripturae sacræ arcana penetrare? Quid autem per bovem et asinum, mundum scilicet et immundum animal, nisi fideli quisque et infidelis accipitur? Qui ergo cisternam fodit, cooperiat, ne illud bos vel asinus ruat, id est, qui in sacro eloquio jam alta intelligit, sublimes sensus coram non capientibus per silentium tegat, ne per scandalum mentis aut fidelem parvulum, aut infidelem, qui credere potuisset, interimat. Ex morte enim jumentorum debet pretium, quia illud scilicet <sup>e</sup> admissoe convincitur, unde ad agendum penitentiam reus tenetur. <sup>f</sup> Operienda est itaque cisterna, quia coram parvulis 549 mentibus tegenda est alta scientia, ne unde cor docentium ad summa attollitur, inde infirmitas auditorum ad im dilabatur. Dicatur igitur recte: *Qui ligat aquas in nubibus, ut non erumpant pariter deorsum.* Pariter namque aquæ erumperent, si coram infirmis auditoribus, quanta est scientia ex ore loquentis emanaret, si simul se omnis plenitudo prædicationis effunderet, <sup>g</sup> et nil sibi cum proficiens reservaret. Dignum quippe est ut qui prædicat audientis modum consideret, quatenus ipsa prædicatio cum auditoris sui incrementis crescat. Sic quippe agere unusquisque prædicator debet, sicut cum illo divinitus agitur, ut nequaquam cuncta quæ sentit infirmis inserviet, quia et quoniamque ipse carne mortalitatis infirmus est, ea quæ supera sunt caneta non sentit. Prædicare ergo rudibus non debet quantum cognoscit, quia et ipse de supernis mysteriis cognoscere non valet quanta sint. Hinc est enim quod Paulus apostolus, postquam mysteriis coelestibus interfuit, dicit: *Videmus nunc per speculum in enigma, nunc autem facie ad faciem* (1 Cor. xiii, 12). Unde et continuo hic sequitur:

*corda non contexerit, pœnae reus addicitur, si per verba ejus in scandalum sive munda, sive mens immunda capitatur. Quæ verba frustra querentur in omnibus MSS. nostris. Absunt etiam ab Edit. Paris. 1495 et antiquioribus aliis. In cæteris e marginie in textum transferunt.*

<sup>g</sup> *I Laud., et nil si proficiens reservant.*

## CAPUT XXVII [Rec. XV].

VERS. 9. — Qui tenet vultum solii sui, et expandit super illud nebulam suam.

39. In hac vita gloria Dei ex parte tantum cognoscitur. — In vultu solet cognitione demonstrari. Solii ergo ejus vultus tenetur, quia a nobis in hac vita regni ejus gloria non quanta intrinsecus habetur agnoscitur. Super quo recte expandi nebula dicitur, quia sic est illa coelestis regni gloria non videtur. Nam corpus quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (Sap. ix, 15). A videndo ergo eo nebula aspergimur, quia ipsa nostra ignorantia obscuritate caligamus. Unde recte per Psalmistam dicitur : *Caligo sub pedibus ejus, et ascendit super cherubim, et volavit, volavit super pennis ventorum, et posuit tenebras latibulum suum* (Psal. xvii, 10). Caligo namque est ei sub pedibus, quia non <sup>a</sup> in ea claritate ab inferioribus cernitur, qua in superioribus dominatur. Ascendit enim super cherubim, et volavit. Cherubim quippe plenitudo scientiae dicitur. Proinde super plenitudinem scientiae ascensio perbibetur, et volasse, quia majestatis ejus celitudinem scientia nulla comprehendit. Volavit igitur, quia longe in altum ab intellectu nostro se rapuit. Volavit super pennis ventorum, quia scientiam transcendit animalium. Qui posuit tenebras latibulum suum, quia dum caligine nostrae infirmitatis obscuramur per ignorantiam nostram nobis absconditur, ne a nobis modo in altera et intima claritate videatur. Unde ei et in Canticis canticorum a sponsa dicitur : *Fuge, dilecte mi, fuge* (Cant. viii, 14). [Vet. XIV.] Fugit nos, dicimus, quoties menti nostrae id quod reminisci volumus non occurrit. <sup>b</sup> Fugit nos, dicimus, quando id quod volumus memoria non tenemus. Sancta ergo Ecclesia postquam mortem ac resurrectionem Domini, ascensionemque describit, clamat ei propheticamente spiritu : *Fuge, dilecte mi, fuge*. Ac si diceret : Tu qui ex carne comprehensibilis factus es, ex divinitate tua intelligentiam nostri sensus excede, et in te ipso nobis incomprehensibilis permanere. Tenet ergo vultum solii sui, quia majestatis suae potentiam mortalibus abscondit.

40. Ipsi angelorum ministeria minime cognita. — Sed si ejus solium angelicas virtutes accipimus, ipsas quippe velut aedi regale praesidet, sui nobis 550 solii vultum tenet, quia quando in hac mortali carne subiectissimus, quee quataque sint illa Angelorum ministeria non videamus. Et expandit super illud nebulam suam, quia procul diabolus et cor nostrum ad quod errandum obleviat, et taliter occulta moderatione agitur, ut ipsa requisitionis ex parte immensitate reprimatur. Unde scriptum est : *Bodis abgasus vocem suam, ab altitudine phantasie sue* (Habac. iii, 10). Exclamare enim mens humana in admiratione compellitur, dum in altitudine considerationis in requisitionibus suis

A eo ipso quo latius extenditur, angustatur. Vel certe, quia solium Dei ipsi nos sumus, vultum solii sui non immerito tenere dicitur, dum nostra scientia progressi ad altiora prohibetur. Super quod solium suum suam nebulam Deus aspergere dicitur, quia invisibilis manens, occulta super nos judicia exerit, ut et fiat in promptis quod videre possimus, et tamen origo facti lateat in abditis, ut cur fiat, nescire debeamus. Unde et apte subditur :

## CAPUT XXVIII [Rec. XVI].

VERS. 10. — *Terminum circumdedit aquis, usque dum finiantur lux et tenebrae.*

41. Perfecta aeternitatis scientia, nulli tribuitur quandiu vivimus. — Quia plerumque in sacro eloquio, ut supra diximus, aquaram nomine populi designantur, aquas Dominus termino circumdat, e quia humani generis ita scientiam moderatur, ut quoisque vicissitudines alternantium temporum transeant, perfecte ad cognitionem claritatis intimae non pertingat. Sin vero lucis nomine justos accipimus, tenebrarum vero appellatione peccatores (unde et Paulus dicit : *Eritis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino* [Ephes. v, 8]), hoc ipsum quod diximus sentiri nil obstat, quia perfecta aeternitatis scientia nulli tribuitur, quoisque cursus iustorum in justorum que finiatur. Sed quia mirum non est carnales populos superna nescire, sanctus vir in ejusdem divinae potentiae admiratione se erigit, et quod ipsam quoque angelorum perfectorumque hominum <sup>c</sup> scientiam transeat, intuitur dicens :

## CAPUT XXIX [Rec. XVII].

VERS. 11. — *Columnae caeli contremiscunt, et pavent ad nutum ejus.*

42. Columnae caeli sunt vel angeli, vel summi Ecclesiæ prædicatores, vel etiam Ecclesiæ ipsæ. — Quid aliud columnas caeli quam vel sanctos angelos, vel summos Ecclesiæ prædicatores appellat? Super quos in coelestibus crescenti universa spiritalis fabricæ structura surrexit, sicut alias sancta Scriptura testatur, dicens : *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei* (Apoc. iii, 12). Nam quisquis in Dei opere recta intentione firmatur, columna in structura fabricæ spiritalis erigitur, ut in hoc templo, quod est Ecclesia, positus, et utilitati sit et decori. Eos vero Joh columnas caeli quos Apostolus columnas vocat D Ecclesiæ, dicens : *Petrus, et Jacobus, et Joannes, qui videbantur columnas esse, aedificias dederunt mihi* (Galat. ii, 9).

43. Possumus etiam columnas caeli et ipseas Ecclesiæ non inconvenienter accipere, que multæ unam catholicam faciunt toto terrarum orbe diffusam. Unde et septem Ecclesiæ scribit Joannes apostolus, ut unam catholicam septiformis gratiae plenam spiritu designaret (Apoc. i, 4; ii, 29). Et de Domino novimus dixisse Salomonem : *Sapientia aedificavit sibi domum,*

<sup>a</sup> Germ. et Corb. Germ., non eu claritate.

<sup>b</sup> Ita restituiimus ex omnibus MSS., cum prius legitur in Ed., fugit nos, dicimus, quoties id quod reminisci volumus memoria, etc.

<sup>c</sup> Laud., quia humanum genus ita scientia moderatur.

<sup>d</sup> In poster. Vulgatis, scientia transeat, quod videtur sensu carere. Locum hunc correxiimus ex MSS., presertim Germ. Corb. Germ. et Normand.

*excidit columnas septem (Prov. ix, 1). Qui ut id de septem Ecclesiis se dixisse innotesceret, secutus etiam sacramenta ipsa diligenter inseruit, dicens : Immolavit victimas, misericordia vinum, et propinquit mensam, 551 misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem ei mœnia civitatis : Si quis est parvulus, veniat ad me (Ibid.). Immolavit enim Dominus victimas, scipsum offerendo pro nobis. Miscuit vinum, preceptorum suorum poculum ex narratione historica et intelligentia spirituali contemporans. Unde alias dictum est : Calix in manu Domini, vini meri, plenus <sup>b</sup> est mixto (Psal. lxxiv, 9). Et posuit mensam, id est Scripturam sacram, quæ fessos ad se atque a sacerdotalibus venientes pane verbi nos reficit, et contra adversarios sua refectione nos roboret. Unde et alias ab Ecclesia dicitur : Posuisti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me (Psal. xxii, 5). Misit ancillas suas, apostolorum videlicet animas, in ipso suo initio infirmas, ut vocarent ad arcem et mœnia civitatis, <sup>d</sup> quia dum internam vitam denuntiant, ad alia nos mœnia supernæ civitatis levant, quæ profecto mœnia nisi humiles non ascendunt. Unde illic ab eadem Sapientia subditur : Si quis est parvulus, veniat ad me (Prov. ix, 4). Ac si aperte dicat : Quisquis se apud se magnum estimat, aditum sibi mei accessus angustat, quia tanto ad me altius pertingitur, quanto uniuscujusque mens apud severius humiliatur.*

[Vet. XV.] 44. *Judicia Dei nemo potest indagare.*  
— Sed quantumlibet quisque virtute proficiat, quantumlibet scientia excrescat, penetrare non sufficit quoniam conditor moderamine judiciorum regat. Dicatur ergo : *Columnæ cœli contremiscunt, et pavent ad nutum ejus*, quia in plerisque nec ipsi pertingere ad voluntatis ejus celsitudinem prævalent qui ejusdem voluntatis premia denuntiantes vident. Quod, sicut superius diximus, de sanctis quoque angelis nil obstat intelligi, quia ipsæ quoque virtutes cœlestium, quæ hunc sine cessatione conspicunt, in ipsa sua contemplatione contremiscunt. Sed isdem tremor ne eis poenalis sit, non timoris est, sed admirationis. Quia vero quantus pavor sit admirationis ejus intulit, nunc ordinem nostras salutis narrat. Sequitur :

CAPUT XXX [Rec. XVIII].

VERS. 12. — *In fortitudine illius repente maria congregata sunt, et prudentia ejus percussit superbum.*

*45. Incarnatione Domini mundus presso tumore dominus. — Quid aliud maris nomine quam præsens sæculum designatur, in quo corda hominum terrena quærentium diversis cogitationum fluctibus intumescent? qui elatione superbiæ concitati, dum alterna intentione se impetuunt, quasi adversante se unda*

**\* 1 Laud., ut vocaret.**

**b** Plurimi MSS. carent verbo est.

*c Norm., et proposuit mensam, quod sacrum  
textum repräsentat ad amussim.*

<sup>4</sup> Editi, quia dum æternam, MSS. Turon., Laud., Germ., Corb. Grem., Norw., etc., internam præ se-  
parantibus.

**Turco: et Grecos: adnectant et videt: 3. Laud.**

collidunt. Sed jam in fortitudine illius maria congregata sunt, quia incarnato Domino discordantia sæcularium corda concorditer credunt. Jam Petrus in mari ambulat, quia nimurum Christi prædictoribus illa quondam tumida humili auditu corda substracia sunt ut recte etiam in Evangelio bujus mundi mansuetudinem figuraverit, quod procellosa maris aqua Domini pedibus, presso tumore, calcata est. Sed quoniam modo id actum sit aperitur, dum dicitur : *Et prudentia ejus percussit superbū.*

**46.** Deus maluit prudentia percutere diabolum, quam fortitudine. *Incarnationis economia.* — Quis hic superbus alias appellatur, nisi ille qui dixit : Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo (Isai. 11:12).

xiv, 14)? Et de quo voce Dei dicitur : *Qui factus est ut nullum timeret, et ipse est rex super omnes filios superbiae* (Job. xli, 25). De quo etiam huic sententiae

**552** David propheta concordat, dicens : *Tu humiliasti, sicut vulneratum, superbum* (*Psal.* lxxxviii,

11.). Sed quamvis simplici naturæ divinitatis non sit aliud esse, et aliud sapere, nec aliud sapere, ex aliud fortiori esse, quippe quia ipsa fortitudo quæ sapientia, et ipsa sapientia quæ divinitatis essentia est, vigilanter tamen intuendum puto quod vir iste propheticus plenus spiritu superbum diabolum prudenter Dei potius maluit dicere quam fortitudine esse percussum. Non enim ait fortitudo, sed prudentia ejus percussit superbum. Nam quamvis, sicut dictum est, propter naturam simplicem, Dei fortitudo sa-

pientia sit, Dominus tamen diabolum, quantum ad faciem spectat, non virtute; sed ratione superavit. Inea namque diabolus in illo non parvitas primis lig

Ipse namque diabolus in illa nos parentis primi radice  
supplantans, sub captivitate sua quasi juste lenuit  
hominem, qui, libero arbitrio conditus, ei injusta  
suadenti consensit. Ad vitam namque conditus in li-  
beritate propriæ voluntatis, sponte sua factus est de-  
bitor mortis. Delenda ergo erat talis culpa, sed nisi  
per sacrificium deleri non poterat. Quærendum erat  
sacrificium, sed quale sacrificium poterat pro absol-  
vendis hominibus inveniri? Neque enim justum fuit  
ut pro rationali homine brutorum animalium victimæ  
emenderentur. Hunc sit Apostolus: *Necessa est ergo*

*caedentur. Unde ait Apostolus: Necesse est ergo exemplaria caelstium his mundari, ipsa autem caelestia hostiis quam istis (Hebr. ix. 23). Ergo si bruta animalia propter rationale animal, id est pro homine,*

mama proper rationale animat, ita est pro nomine,  
Dignæ victimæ non fuerunt, requirendus erat homo  
qui pro hominibus offerri debuisset, ut pro rationali  
peccante rationalis hostia mactaretur. Sed quid, quod  
homo sine peccato inveniri non poterat, et oblatæ pro  
nobis hostia quando nos a peccato mundare potuis-  
set, si ipsa hostia & peccati contagio non careret?  
Inquinata quippe inquinatos mundare non potuisset.

*adversantes se undæ, quod etiam habet. Bellov.*

**¶ Utic.** et alii, *super universos.*

<sup>5</sup>Ummes MSS. nostri habent peccati contagio, in primis Corb. Germ., German., tres Regii, Belvac., duo Laud., Norm., etc. Vei. autem Editiones peccati contagione, ex quo corrupte irrepit in Gussanvil. peccati cooptatione.

Ergo ut rationalis esset hostia, homo fuerat offendendus, ut vero a peccatis mundaret hominem, homo, et sine peccato. Sed quis esset sine peccato homo, si ex peccati commissione descenderet? Proinde venit propter nos in uterum virginis Filius Dei, ibi pro nobis factus est homo. Sumpta est ab illo natura, non culpa. *Fecit pro nobis sacrificium, corpus suum exhibuit pro peccatoribus victimam sine peccato, quæ et humanitate mori, et justitia munire potuisse.* [Vet. XVI.] Hunc ergo cum post baptismum vidi antiquus hostis, mox temptationibus impetiit, et per diversos aditus ad interiora ejus molitus irreperere, *victus est, atque ipsa inexpugnabilis mentis ejus integritate prostratus* (Matt. iv, 1 seq.).

**47. Diabolus frustra tentato interior Christo, eum exterior agressus est.** — Sed qui ad interiora non valuit, ad ejus se exteriora convertit, ut quia mentis virtute *victus est, eum quem decipere temptatione non valuit, carnis saltem videretur morte superare, atque, ut ante nos dictum est, permisus est in illud quod ex nobis mortalibus Mediator accepérat. Sed ubi potuit aliquid facere, tibi ex omni parte devictus est; et unde accepit exterior potestatem Dominicæ carnis occidendæ, inde interior potestas ejus qua nos tenebat occisa est. Ipse namque interior *victus est, dum quasi vicit exterior; et qui nos jure debitores mortis tenuit, jure in nobis jus 553 mortis amisit, quia per satellites suos ejus carnem perimendam opelit, in quo nil ex culpa debito invenit. Dominus ergo noster pro nobis mortem solvit indebitam, ut nobis pars debita non noceret. Bene itaque dictum est: Prudentia ejus percussit superbū, quia antiquus hostis per excessum presumptionis suæ eum etiam perdidit quem iniquæ persuasionis lege possedit; et dum audacter eum in quo nihil sibi competebat appetit, jure illum quem quasi justè tenebat amisit. Prudentia itaque non virtute percussus est, qui dum ad tentandum Deum solvitur, ab homine possidente religatur, ut inde eum qui sub ipso erat perderet, unde cum illo qui super ipsum est congregati presumptionis. Occiso autem carne Domino, quæ prædicatores ejus virtutum gloria sit secuta, narratur, cum subditur:**

#### CAPUT XXXI [Rec. XIX].

VERS. 13. — *Spiritus ejus ornauit caelos.*

**48. Infirmitas apostolorum eorumque principis, ante acceptum Spiritum sanctum.** — Quos caelos, nisi eos de quibus scriptum est: Cœli enarrant gloriam Dei (Psal. xviii, 1)? Quos tunc ornauit Spiritus, cum replevit. Quod Luca referente didicimus, qui ait: Factus est repente de cœlo sonus, tanquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguae tanquam ignis, seditque super singulos eorum. Et re-

A pleni sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis (Act. ii, 2). Ex eo ergo acceperunt ornamenta virtutis, quos immensa ante possederat fœditas timoris. Scimus enim, <sup>c</sup> ille apostolorum, id est cœlorum primus, ante acceptam hujus Spiritus gratiam, quoties dum mori timuit, vitam negavit. Qui non panis, non afflictionibus, non terribili potestate cuiusquam, sed unius mancipii sola est interrogatione prostratus. <sup>c</sup> Et quidem mancipium ne sexus firmor terribile demonstraret, ancilla est inquirente tentatus (Math. xxvi, 70). Rursusque ut talis sexus infirmitas etiam offici sui dejectione vilesceret, non ab ancilla tantummodo, sed ab ostiaria est ancilla requisitus (Joan. xviii, 25). Ecce quam vilis est ad tentandum persona requisita, ut aperte proderetur quanta eum timoris infirmitas possideret, qui nec ante vocem ostiaria ancillæ subsisteret.

[Vet. XVII.] **49. Petri fortitudo eo accepto.** — Sed jam hic paulo ante timidus, qualis post adventum Spiritus exstiterit videamus. Certe, Luca testante dicimus contra sacerdotes ac principes quanta Dominum auctoritate prædicavit. Nam cum facto miraculo, quæsio suiset exorta (Act. iv, 14), et sacerdotum principes, seniores, ac scribæ in apostolorum persecutiōne concurrerent, eos in medio statuentes in qua virtute miraculum fecerint percunctari et curaverunt. Quibus repletus Spiritu sancto Petrus dixit: *Principes populi et seniores, si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste salvus est factus, notum sit omnibus vobis, et omni plebi Israël, quia in nomine Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitat a mortuis, in hoc iste astat coram vobis <sup>b</sup> salvus* (Ibid. 8). Cumque erga hæc persequentiū furor excresceret, eosque sacerdotes ac principes Jesum prædicare prohiberent, contra iram principum qua auctoritate Petrus excreverit indicatur, cum illic protinus 554 subditur: *Petrus vero et apostoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis quam hominibus* (Ibid., 1, 9). Sed cum anctoritatem prædicantium, resistentium præcepta non premerent, ad flagella pervenitur. Nam subditur: *Tunc principes sacerdotum cœsis denuntiaverunt ne loquerentur in nomine Jesu, et dimiserunt eos* (Ibid., v, 46). Sed quia apostolorum virtutem premere nec flagella valuerunt, D patenter ostenditur, cum protinus subinfertur: *Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitu sunt pro nomine Jesu contumeliam pati* (Ibid., 41). Mox etiam post flagellorum gaudia quid agerent indicatur: *Omní autem die in templo et circa domos non cessabant docentes et evangelizantes Christum Jesum.* Ecce ille paulo ante timidus, iam linguis loquitur, coruscat miraculis, infidelitatem sacerdotum ac principum libera voce increpat, ad præ-

stante alias integrō sensu.

<sup>c</sup> Norm., *Et quidem mancipii ne, etc.*

<sup>c</sup> 1. Laud., *cœperunt.*

<sup>b</sup> Duo Laud., *sensus.*

<sup>a</sup> Gemit., *mundare debuisset.*

<sup>b</sup> Vindoc., et 1 Laud., *irrumpere.*

<sup>c</sup> Gemit. et alii, *inexpugnabilis.*

<sup>d</sup> Pierique MSS., *supra singulos.*

<sup>e</sup> Addunt Vulgali quod, contra MSS. auctoritatem,

dicandum Jesum, exemplum auctoritatis cæteris præstat, ne in nomine ejus loqui debeat verberibus prohibetur, nec tamen compescitur. Contemnit flagella cædendum, qui paulo ante requirentium verba timuerat; et qui ancillæ vires requisitus expavit, vires principum cæsus premis. Sancti enim Spiritus jam virtute solidatus, hujus mundi altitudines libertatis calce deprimebat, ut in imo esse <sup>c</sup> cerneret quidquid contra creatoris <sup>b</sup> gratiam altum tumeret.

[Vet. XVIII.] 50. *Quibus donis et virtutibus, effuso in se Spiritu sancto, fulserint apostoli.* — Hæc sunt ornamenti cœlorum, hæc sunt dona Spiritus, quæ diversis manifestari virtutibus solent, quas occultæ dispensationis munere divisas Paulus enumerat, dicens: *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eumdem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in uno spiritu, alii operatio virtutum, alii prophœtia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum (1 Cor. xii, 8, 9, 10).* Quæ mox generali definitione concludens, ait: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.* De his etiam cœlis in psalmo dictum est: *Verbo Domini cœli firmati sunt (Psal. xxxii, 6).* De his quoque ornamenti spiritus subditur: *Et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Bene itaque dicitur: *Spiritus ejus ornavit cœlos,* quia prædicatores sancti nisi promissa Paracliti dona perciperent, nullo fortitudinis decore claruissent. Sed quia sanctis apostolis virtutum gratia decoratis, vitæ prædicatio contra infidelium corda convaluit, et antiquus hostis obsessas infidelium mentes prædicorum vocibus expulsus reliquit, post ornamenta cœlorum apte subjungitur.

#### CAPUT XXXIII [Rec. XX].

*Ibid. — Et obstetricante manu ejus, eductus est coluber tortuosus.*

51. *Serpens antiquus Dei manu ex peccatorum cordibus quasi ex cavernis suis, ejectus est.* — Quis enim colubri appellatur nomine, nisi antiquus hostis, et lubricus, et tortuosus, qui decipiendo homini colubri ore locutus est? De quo per prophetam dicitur: <sup>c</sup> *Leviathan serpentem, vectem tortuosum (Isai. xxvii, 1).* Qui idcirco loqui serpentis ore permisso est, ut ex ipso vase ejus homo cognosceret qualis esset qui intus habaret. Serpens quippe non solum tortuosus est, sed etiam lubricus. Quia ergo in rectitudine veritatis non stetit, tortuosum animal intravit. Quia vero suggestioni ejus, <sup>d</sup> si primæ non resistitur, repente totus ad interna corda dum 555 non sentitur illabitus, verba ad hominem per animal lubricum fecit. Cavernæ vero hujus colubri corda fuerunt

<sup>a</sup> Ita MSS. Germ., Corb. Germ., Anglie., Norm., Laud., etc., ubi in Excusis legitur decerneret.

<sup>b</sup> Anglie., gloriam.

<sup>c</sup> 2 Laud., *Leviathan serpentem vectem leviathan serpentem tortuosum.*

<sup>d</sup> Ita Germ., Corb. Germ., Turon., Laud., Norm., etc. Vulgati, si primo non resistitur.

<sup>e</sup> Ita MSS. At Editi sanctos homines.

A iniquorum. Quæ quia ad pravitatem propriam traxit, quasi in eorum habitatione rœquivet. Sed obstetricante manu Domini, tortuosus coluber de propriis cavernis expulsus est, quia dum nobis divina gratia medetur, is qui nos tenuerat antiquus a nobis hostis ejicitur, sicut incarnata Veritas dicit: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras (Joan. xii, 31).* Unde jam nunc <sup>f</sup> sanctos omnes non tenendo possidet, sed tentando persegitur. Nam quia non in eis intrinsecus regnat, contra eos pugnat extrinsecus; et quia intus dominium perdidit, bella molitur foris. Ille enim eum de carnalibus hominum cordibus expulit, qui propter homines ad incarnationem venit; dumque corda infidelium tenuit, quasi manum ad latibula serpentis misit. Unde recte per prophetam dicitur: *B Delectabitur infans ab ubere <sup>g</sup> super foramine aspidis; et in caverna reguli <sup>h</sup> qui ablactatus fuerat manum suam mittet. Non nocebunt, et non occident in universo monte sancto meo (Isai. xi, 8).* Quem namque infantem ab ubere, vel eum qui ablactatus fuerit <sup>i</sup> nisi Dominum appellat? Quid vero foramine aspidis et cavernis reguli nisi corda signavit iniquorum? Quia antiquus hostis dum totum se in eorum consensum contulit, quasi in foramine proprio coluber tortuosus, sinus astutæ colligendo glomeravit. Quem et aspidis nomine appellat occulte sœvientem, et reguli aperie ferientem. Manum ergo suam Dominus in foramine reguli atque aspidis misit, quando iniquorum corda divina potestate tenuit; et comprehensum exinde aspidem, vel regulum, id est captivum diabolum traxit, ut in monte sancto ejus, <sup>k</sup> quod est Ecclesia, electis fidelibus non noceret.

52. *Diabolus leoni comparatus.* — Hinc namque in Canticis cantorum sponso veniente dicitur: *Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum (Cant. iv, 8).* Quid enim aliud leonum nomine quam dæmonia designantur, quæ ira contra nos atrocissimæ crudelitatis insæviant? Et quia peccatores ad fidem vocati sunt, quorum quondam corda leonum cubilia fuerunt, dum viciisse mortem Dominus eorum confessione creditur, quasi de leonum cubilibus coronatur. Remuneratio quippe victoriarum corona est. Toties ergo ei coronam fideles offerunt, quoties hunc viciisse mortem ex resurrectione consistentur. Leo ergo de cubilibus suis pellitur, quia, obstetricante manu Domini, tortuosus coluber in cavernis quas tenuerat habitare prohibetur. Nam victus a infidelium cordibus exiit, qui super hæc antea sceptro perfidia regnavit.

53. *Primus Christi adventus in humilitate, secundus in terrore.* — Ecce in paucis brevibusque sententiis sanctus vir adventus dominici ordinem retulit, pon-

<sup>f</sup> Pratell., Utic. et alii Norm., super foramen.... et in cavernam.

<sup>g</sup> Gemet., qui ablactatus fuerit.... non nocebunt neque occident. Ita etiam Laud.

<sup>h</sup> In omnibus Editis, nisi Deum, invitit MSS.

<sup>i</sup> Ita, cum Laud., Norm., et pene omnibus MSS. vet. Edit., ubi recentioribus editoribus magis placuit, quæ est Eccl.

dera expressit, quid ex ejus incarnatione fieri potuit admirando narravit. [Vet. XI, Rec. XXI.] Sed qui mira fecit in humilitate veniens, considerari non potest cum quanto terrore venturus est, in majestatis sue fortitudine apparens. Ordo primi adventus illius pensari et conspici in tantum potuit, in quantum ad redimendos carnales veniens, divinitatis sue magnitudinem carnibus oculis temperavit. Quis vero ejus celsitudinis terrorem ferat, cum secundi adventus potentia per 56 ignem judicium exercens, in potestatis sue maiestate canduerit? Unde vir sanctus adventum illius narrat primum, sed lassatur ad secundum, dicens :

## CAPUT XXXIII

VERS. 14. — *Ecce haec ex parte dicta sunt viarum ejus; et cum vix parvam stillam sermonum ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?*

34. *Terribilis judicij Dei descriptio.* — Quid hoc loco viarum novine nisi actiones Domini appellat? Unde et per prophetam Dominus dicit: *Non enim sunt viæ meæ sicut viæ vestræ* (Isai. LV, 8). Adventum ergo Domini narrans, vias Dei ex parte retulerat, quia alia ejus actio fuit, qua nos condidit, alia qua redemit. Ea itaque quæ de Domini actione narravit, extremi judicij comparatione levigans, ait: *Ecce haec ex parte dicta sunt viarum ejus.* Quod et parvam stillam sermonum ejus appellat, quia quidquid altum, quidquid terrible in hac via positi de ejus consideratione cognoscimus ex immensitate cœlestium secretorum, velut tenuis ad nos gutta superni liquoris emanat: *Et quis poterit tonitruum magnitudinis ejus intueri?* Ac si aperte dicat: Si humilitatis ejus admiranda vix ferimus, sonorum et atque terribilem majestatis ejus adventum qua virtute toleramus? Hunc tonitruum adventus illius etiam Psalmista insonat, dicens: *Deus manifeste veniet, Deus noster, et*

\* Editi vet. et recent., horrendum. Infra soli recent. insinuat, pro insonat, ut habent MSS. Anglic., Norm., Laud., Bellovac., etc.

**A** non silebit; *ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu eius tempestas valida* (Psal. XLIX, 3). Hinc Sophonias propheta denuntiat, dicens: *Juxta est dies Domini magnus, justa et velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis et angustiæ, dies calamitatis et misericordiæ, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulæ et turbinis, dies tubæ et clangoris* (Sophon. I, 14). **B** Terrem ergo districti examinis, quem Sophonias tuham, beatus Job tonitruum appellat. Quem Joel quoque considerans ait: *Conturbentur omnes habitatores terræ, quia venit dies Domini, quia prope est dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et turbinis. Magnus enim dies Domini, et terribilis valde, et quis sustinet eum* (Joel. II, 1)? Sed quam incomprehensibilis sit atque inconsiderabilis illa magnitudo, qua in secunda ostensione venturus est, bene utcunque perpendimus, si primi adventus pondera sollicita consideratione pensamus. Certe ut nos a morte redimeret, mori Dominus venit, et defectum nostræ carnis in suo corpore poenasque toleravit. Qui priusquam ad crucis patibulum perveniret, teneri, conspici, illudi, et alapis caedi se pertulit. **C** Ecce ad quanta propter nos venire probra consensit; et tamen priusquam se teneri permittaret, persecutores suos requisivit, dicens (Joan. XVIII, 4): *Quem queritis?* Cui illico responderunt: *Jesum Nazarenum.* Quibus cum repente diceret, *Ego sum, vocem solummodo mitigissimæ responsionis edidit, et armatos persecutores suos protinus in terram stravit. Quid ergo facturus est, cum judicatorus venerit, qui una voce hostes suos perculit, etiam cum judicandus venit? Quod est illud judicium quod immortalis exerit, qui in una voce non potuit ferri moriturus? Quis ejus iram toleret, cuius et ipsa non potuit mansuetudo tolerari? Consideret ergo vir sanctus, et dicat: *Cum vix parvam stillam sermonum ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?**

\* Paulo aliter locus hic exstat in antea Vulg. illum autem restituimus ex MSS. pene omnibus.

c Gemet, exercet.

## 557 LIBER DECIMUS OCTAVUS.

(Continet expositionem capitulorum XXVII et XXVIII libri Job usque ad versum 21 dimidiatum, secundum multiplices sensus.)

[Rec. I.] 4. *Scripturae sacrae obscuritas ad altiorem ejus sensum investigandum nos moveat.* — Plerumque in sacro eloquio sic nouella mystica describuntur, ut tamen juxta narrationem historicam prolata videantur. Sed saepe dicta talia in eadem historica narratione permista sunt, per quæ superficies historiarum cunctarum cassetur: quæ dum nil historicum resonant, aliud in eis inquirere lectorem cogunt. His enim dictis quæ aperta credimus, cum interjecta aliqua obscurius invenimus, quasi quibusdam stimulis pungimur, ut ad aliqua altius intelligenda vigilemus, et

D obscurius prolata sentiamus, ea etiam quæ aperte dicta putavimus. Cum ergo beatus Job de sermone Domini et de magnitudine tonitruis loqueretur, eisdem verbis protinus subinseritur:

'CAUT PRIMUM [Vet. I, Rec. II].

CAP. XXVII, VERS. 1. — *Addidit quoque Job, asserens parabolam suam, et ait.*

2. *Loquendi genus Job parabolicum et mysticum.* — Quo profecto versu ostenditur hujus sanctissimi viri dicta quam mystice sint prolata, dum parabola, id est similitudo assumpta narratur ab eo qui nihil inferius

per comparationem vel similitudinem loquitur. Absit enim ne hoc loco parabolam illud musicæ & organum sentiamus. Neque enim fas est credere quod in afflictione pœnarum musicis uteretur, cum per Scripturam suam veritas dicat : *Musica in luctu importuna narratio est* (*Eccli. xxii, 6*). Nominata ergo parabola, ecce <sup>b</sup> textu ipso loquente jam discimus, ne justa textum tantummodo ejus verba pensemus. Ad eam itaque similitudinem cuncta trahenda sunt qua ligature Ecclesia designatur. Et in ipso quidem locutionis exordio dicta aperte prolata sunt, sed subjunctis obscurioribus implicantur. Nam plana, ut solet, locutione inchoat, sed verba sua per mysticos sensus grava narratione consumat. Itaque ait :

### CAPUT II [Rec. III].

VERS. 2.— *Vivit Deus, qui abstulit judicium meum, et Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam.*

3. *Contra verba detrahentium sapientia, contra persequentium gladios patientia necessaria.*—3. Quibus nimis verbis beatus Job et sua narrat, et sanctæ Ecclesiae tempora afflictæ significat, in quibus aperta infidelium pervicacia premitur, et persecutionis amaritudine perturbatur. Duobus namque modis Ecclesia tentari ab adversariis solet, ut videlicet persecutionem aut verbis patiatur, aut gladiis. Sancta vero Ecclesia summopere habere sapientiam et patientiam studet. Sed exercetur ejus sapientia cum tentatur verbis, exercetur ejus patientia cum tentatur gladiis. Nunc vero de ea persecutione loquitur, in qua non gladiis, sed falsis assertionibus laceratur. Multos autem novimus qui cum in hac vita aliqua adversa patiuntur, Deum esse credunt. Nonnulli vero Deum esse testimoniunt, sed res humanas minime curare. De illis quippe per David dicitur : *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus (Psal. xiii, 1)*. Iste vero <sup>d</sup> apud eum dicunt : **558** *Quonodo scit Deus, et si est scientia in excelso (Psal. lxxii, 11)*? Et rursus : *Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob (Psal. lxxxix, 7)*. Vir ergo iste sanctæ Ecclesiae typum gestans in ipsa afflictionis suæ amaritudine constitutus, contra utrosque respondit. Nam quia essentialia vita habet, mors non habet, ut Deum esse fateretur, ait : *Vivit Deus*. Ut vero eum res humanas curare perhiberet, subdidit : *Qui abstulit judicium meum, et ad amaritudinem adduxit animam meam*. Ista etenim quæ patitur, non casu se perpeti, sed Deo omnia disponente testatur; nec tentatori suo

<sup>a</sup> Nullum novimus organum musicum ita nunc aut eum appellatum. Aliqua tamen sic dicta conjicere licet propter figuram parabolicam linea nimis parabolica descriptam.

<sup>b</sup> Recent. Ed., *ex textu*, ab antiquioribus Excusis et MSS. recedentes. Gerin. habet, *ergo parabolam ecce textu ipso loquente jam discimus*.

<sup>c</sup> *2 Laud., sapientiam et scientiam studet.*

<sup>d</sup> *Foriassè, apud Psalmistam. In Editis legitur apud se; sed legendum apud eum ex MSS. Norm., Laud., Turon., Germ., Corb. Germ., etc.*

<sup>e</sup> *1 Laud., irruit.*

<sup>f</sup> *Vindoc., justa a Domino et in diabolo voluntas injustia.*

A amaritudinis suæ potestatem tribuit, sed auctori.

4. *Diabolus nullam, nisi Deo permittente tentandi potestatem habet.*—Sciit namque quia diabolus licet afflictionem justorum semper appetat, tamen si ab auctore nostro potestatem non accipit, ad tentationis articulum nullatenus convescit. Unde et omnis voluntas diaboli injusta est, et tamen permittente Deo omnis potestas justa. Ex se enim tentare quoslibet injuste appetit, sed eos qui tentandi sunt, prout tentandi sunt, non nisi tentari Deus juste permittit. [Vet. II.] Unde etiam in libris Regum de diabolo scriptum est : *Quia si <sup>a</sup> malus Domini malus <sup>b</sup> irruerat in Saul (I Reg. xviii, 10)*. Ubi juste queritur : si Domini, cur malus; et si malus, cur Domini dicatur? Sed duobus verbis comprehensa est: et potestas <sup>c</sup> justa in diabolo, et voluntas injusta.

B Nam et ipse dicitur spiritus malus per nequissimam voluntatem; et idem spiritus Domini per acceptam justissimam potestatem. Bene ergo dicitur : *Vivit Deus, qui abstulit judicium meum, et Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam*, quia etsi hostis sævit, qui ferire appetit, creator tamen est qui eum <sup>d</sup> ad aliquid prævalere permitit. Sed quia sanctus vir ad aliquid invocat a Dei vita se constrinxit, <sup>b</sup> audamus quid sese constringendo subjungit. Sequitur :

### CAPUT III [Rec. IV].

VERS. 34.— *Quia donec superest halitus in me, et Spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.*

5. *Cum omne amendacium iniquitas sit, ne quidem licet vitam cuiuslibet mendacio defendere.*—Quod prius iniquitatem, hoc postmodum repetens mendacium dicit. Nam et omne mendacium iniquitas est, et omnis iniquitas mendacium, quia profectio <sup>e</sup> ab æquitate discrepat quidquid a veritate discordat. Sed inter hoc quod ait, loqui, et postmodum subdit, meditari, magna distantia est. Nonnunquam enim pejus est mendacium meditari, quam loqui. Nam loqui plerumque præcipitationis est, meditari vero studiosæ prævitatis. Et quis ignoret in quanta distantia culpa distinguitur i utruin præcipitatione aliquis, an studio mentiatur? Sed vir sanctus, ut perfecte adhibeat veritati, nec studio se perhibet, nec præcipitatione mentiri. Summopere enim cavendum est omne mendacium, **559** quamvis nonnunquam sit aliquod mendacii genus culpæ levioris, si quisquam <sup>f</sup> præstanto mentitur.

D Sed quia scriptum est : *Os quod mentitur, occidit animam (Sap. 1, 11)*. Et : <sup>g</sup> *Perdes omnes qui loquuntur mendacium (Psal. v, 7)*, hoc quoque <sup>h</sup> mendacii ge-

<sup>a</sup> *I Laud., aliquot prævalere.*

<sup>b</sup> *Norm., videamus.*

<sup>c</sup> *Vindoc., ab iniquitate non discrepat.*

<sup>d</sup> *I Laud., utrum distinctione.*

<sup>e</sup> *Editi omnes, vitam præstando. At deest vitam in MSS. Corb. Germ., Turon., Laudun., Germ., Norm., etc., itaque hic præstare significat benefacere. Sic etiam sumitur apud Isidorum, Gregorii, sive synchromum, in Synonymis, c. 10, de mendacio, nec casu nec studio loquaris falsum, nec ut præstes mentiri studeas. Sic profertur hic locus c. 22, q. 2, c. 16, omne genus.*

<sup>f</sup> *Duo Laud., perdes eos.*

<sup>g</sup> *Norm., mendacium.*

nos perfecti viri summopere fugiunt, ut nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendantur, ne suæ animæ noceant, dum præstare vitam carni nituntur alienæ; quanquam hoc ipsum peccati genus facilissime credimus relaxari. Nam si quælibet culpa (22, q. 2, c. 20), sequenti solet pia operatione purgari; quanto magis hæc facile abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur?

6. *Respondetur objectioni ex obstetricum Ægyptiarum mendacio petitæ.* — Nonnulli vero ex obstetricum fallacia conantur asserere hoc mendacii genus non esse peccatum, maxime quod illis mentientibus scriptum est: *Quia ædificavit illis Dominus domos* (Exod. 1, 21). In qua magis recompensatione cognoscitur quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitas eorum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui, pro admista culpa mendacii, in terrenam est recompensationem declinata, ut in vita sua quam mentiendo tueri voluerunt ea quæ fecerunt bona reciperent, et alterius quod exspectarent mercedis suæ præmium non haberent. Nam si subtiliter perpendatur, amore vitæ præsentis mentita sunt, non intentione mercedis. Parcendo quippe conatæ sunt infantium vitam tegere; mentiendo, suam.

7. *In vet. test. mendacium levior erat culpa, quam in novo.* — Et licet in testamento veteri nonnulla possint talia reperiri, pene nunquam tamen hoc vel tale genus mendacii a perfectis admissum studiosus ibi lector inveniet, quamvis mendacium quamdam tenere veritatis imaginem videatur, et sub veteri forsitan testamento minoris culpæ esse potuit, in quo per laevorum hircorumque victimas sacrificium non fuit ipsa veritas, sed umbra veritatis. Nam in testamento novo præceptis altioribus manifestata per carnem Veritate proficimus; justumque est ut facta quedam quæ in illo populo umbræ veritatis deservierant deseramus. [Vet. III.] Si quis vero per testamentum vetus vult suum tueri mendacium (22, q. 2, c. 19), quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit, dicat necesse est rerum alienarum raptum, et retributionem injurie, quæ insirmis illic concessa sunt, sibi nocere non posse. Quæ omnia cunctis liquet quanta ad nimadversione Veritas insequitur, quæ nobis, jam significacionis suæ umbra postposita, in vera carne declaratur. Sed quia sanctus vir nec loqui se, nec meditari mendacium spondet, hæc ipsa in quibus veritati congruit exsequendo subjungit:

#### CAPUT IV.

VERS. 5. — *Absit a me ut justos vos esse judicem, donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.*

8. *Peccatoribus adulari quam noxiū.* — Ab innocentia quippe recederet, si bona de malis æstimaret, Salomone attestante, qui ait: *Qui justificat impium, et qui condemnat justum, uterque abominabilis est ante Deum* (Prov. xvii, 15). Sunt namque nonnulli (*Dist.*

\* Norm., ne suæ vitæ noceant, dum præstare carni nituntur alienæ. Germ., ne suæ animæ noceant, dum præstari carni nituntur alienæ.

† Ita Germ., Laudun., Norman., Turon., Corb. At Editi, pro admissa.

#### PATROL. LXXVI.

A xlvi, c. 2) qui dum male facia hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerunt. Hinc enim per prophetam dicitur: *Væ qui consuunt pulcillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis* (Ezech. xiii, 18). Ad hoc quippe pulvillus 560 ponitur, ut mollius quiescat. Quisquis ergo male agentibus adulatur, pulvillum sub capite, vel cubito jacentis ponit, ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Hinc rursum scriptum est: *Ipsæ ædificabat parietem, illi autem liniebant eum* (Ibid. xiii, 10). Parietis quippe nomine peccati duritia designatur. *Ædificare ergo parietem* est contra se quenquam obstatula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetratibus adulantur, ut quod illi perverse agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Sed sanctus vir sicut mala de bonis non æstimat, ita judicare bonâ de malis recusat, dicens: *Absit a me ut justos vos judicem, donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.* Ubi aperte subjungit:

Vers. 6. — *Justificationem meam quam caput tenere, non deseram.*

Coepit namque justificationem desereret, si in peccantium laudem declinaret. Sed quia tunc verius a peccatis alienis absistimus, cum prius nos a propriis custodimus, cur de eis peccare pertimescat, rationis causas insinuat, cum subjungit:

#### CAPUT V [Rec. V].

Ibid. — *Neque enim reprehendit me cor meum in omnibus meis.*

9. *Andientes præcepta divina nec facientes coarguit.* — Ac si aperte dicas: Pro vobis non debeo ad culpam pertrahi, qui peccare in propriis formidavi. Sciendum vero est quod quisquis a præceptis dominicis discordat opere, quoties ea audit a corde suo reprehenditur atque confunditur, quia id quod non fecerit memoratur. Nam in quo se errasse considerat, ipsa se latenter conscientia accusat. Unde David propheta deprecatur, dicens: *Tunc non confundar, dum respicio in omnia mandata tua* (Psal. cxviii, 6). Graviter namque unusquisque confunditur quando mandata Dei vel legendo, vel audiendo respicit, quæ vivendo contempsit. Hinc enim Joannis voce dicitur: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; et quidquid petierimus ab eo, accipiemus* (Joan. iii, 21); ac si diceret: Si id quod præcipit facimus, id quod petimus obtinebimus.

10. *Oratione actio, et actione oratio fulciatur.* — Valde namque apud Deum ultraque hæc sibi necessario congruunt, ut et oratione operatio, et operatione fulciatur oratio. Hinc enim Jeremias ait: *Scrutemur vias nostras, et queramus, et revertamur ad Dominum. Leveremus corda nostra cum manibus ad Deum in cœlos* (Thren. iii, 40). Vias etenim nostras scrutari est cogitationum interna discutere. Corda vero cum manibus levat, qui ora-

\* 2 Laud., et alterius quod, etc.

† 1 Laud., et sequendo conjungat.

\* In Edit. deest in, quod exhibent MSS. Germ., Norm., duo Laud., Turon., Corb. Germ.

tionem suam operibus roborat. Nam quisquis orat, sed operari dissimilat, eor levat, et manus non levat. Quisquis vero operatur, et non orat, manus levat, et cor non levat. Juxta ergo Joannis vocem, tunc cor fiduciam in oratione accipit, cum sibi vita pravitas nulla contradicit. De qua recte fiducia a sancto viro nunc dicitur : *Nequus enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.* Ac si aperte dicat : Nequaquam se fecisse reminiscitur unde in suis precibus confundatur. [Vet. IV.] Sed queri potest quo pacto a corde suo reprehendi se denegat, qui se peccasse superius accusat, dicens : *Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum* (Job. vii, 20)? Vel certe : *Si justificare me volero, os meum condemnabit me* (Job. ix, 20).

**11. Quædam peccata vitari nequeunt.** — Sed sciendum est quod sunt peccata quæ a justis vitari possunt, et sunt nonnulla quæ etiam a justis vitari non possunt. **a** Cujus enim cor in hac corruptibili carne consistens in sinistra cogitatione non habitur, vel si usque ad consensus foveam non mergator? Et tamen hac ipsa prava cogitare peccare est. Sed dum cogitationi resistitur, a confusionis sua animus liberatur. Mens ergo justorum eti libera est a perverso opere, aliquando tamen corruit in perversa cogitatione. **b** Et in peccatum ergo habitur, quia salem in cogitatione declinatur; et tamen unde semetipsam postmodum flendo reprehendat, non habet, quia ante se reparat, quam per consensum cadat. Recte ergo is qui peccatorem se confessus est, nequaquam se a suo corde reprehendi confitetur, quia eti quæ illicita fortasse cogitando defuit **c** unquam rectitudini, foris tamen mentis certamine restituit cogitationi. Sequitur :

#### CAPUT VI [Rec. VI].

**Vers. 7. — Sicut impius inimicus meus, et adversarius meus quasi iniquus.**

**12. Ecclesia pro infidei habet, quem intra se possum, pravis moribus videt.** — In sacro eloquio *sicut*, et *quasi*, aliquando non pro similitudine ponitur, sed pro veritate. Unde est illud : *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre* (Joh. i, 14). Unde et hic quoque *sicut*, et *quasi*, pro affirmatione potius quam pro similitudine dictum videtur. Inter impium vero et iniquum, hoc distare nonnunquam solet, quia omnis impius iniquus, non tamen omnis iniquus est impius. Impius namque pro infidei ponitur, id est a pietate religionis alienus; iniquus vero dicitur, qui pravitate operis ab æquitate discordat, vel si fortasse Christianæ fidei nomen portat. Beati igitur Job voce typica sancta Ecclesia, quæ alias rectas fidei contradicentes tolerat. impium se habere fatetur inimicum. Quia vero alios sub praetextu fidei intus positos in pravis operibus patitur, iniquum suum adversarium detestatur. Si autem *sicut*, et *quasi*, oportet magis ut pro similitudine positum sentiamus, sancta

**a** Vindoc., quis enim in hac corruptioni carne.

**b** Sequentia usque ad, et tamen unde, desunt in Bellov.

**c** Ebroic., Prat., Germ., nonnunquam.

**d** 2 Laud., velut fidelem, sed male.

**A** Ecclesia eos quos viventes carnaliter intra se tolerat de similitudine impiorum notat. Intus quippe ei inimicus est, qui fidem se dum affirmat vacuis, moribus negat. Et quia eum velut **e** infidelem testimoniatur illam specie tenus intus positus vitio pravæ actionis impugnat, recte dicit : *Sicut impius inimicus mens, et adversarius mens quasi iniquus.* **f** Ac si aperie dicat : A me etiam fide discrepat, qui inibi opere non concordat. Sequitur :

#### CAPUT VII [Rec. VII].

**Vers. 8. — Quæ enim spes est hypocrita, si avere rapiat, et non liberet Deus animam ejus?**

**13. Hypocrita avarus est et raptor.** — Hypocrita, qui Latina lingua dicitur simulator, justus esse non appetit, sed videri. Et indecirco avarus raptor est, quia dum inique agens desiderat de sanctitate venerari; laudem vitæ rapit alienæ. Studium vero esse hypocritarum solet ut et quod sunt suppressant, et hoc quod non sunt esse se hominibus innotescant, quatenus mensuram suam per estimationem transeant; et **g** præire se cæteros actionis nomine ostendant. Refugiunt videri quod sunt, et ante oculos hominum superducta quadam innocentiae honestate se vestiunt. **562** Unde recte pér Evangelium vocè nostri Redemptoris increpantur, cum eis dicitur : *Væ vobis, hypocritæ, quia similes facti estis sepulcris delubatis, & quæ a foris quidem apparent hominibus speciosa, intus vero sunt plena ossibus mortuorum, et omni spurcitia. Ita et vos foris quidem apparetis hominibus justi, intus vero pleni estis avaritiæ et iniquitate* (Matth. xxiii, 27; Luc. xi, 39). [Vet. V.] Quo contra omnes veraciter sancti non solum gloriani supra modum suum omnino non appetunt, sed etiam hoc ipsum videri refugiunt quod esse meruerunt. Unde ille prædicator egregius veritatis, contra pseudoadiostolos loquens, dum virtutes eximias operacionis suæ pro discipulorum eruditione narraret (II Cor. x, 13, seq.), dum tot se pericula tolerasse coacerata persecutione describeret, et post hæc usque ad tertium cœlum, rursumque in paradisum raptum se esse memoraret, ubi tanta cognoscere potuisset, quanta loqui omnino non posset (Ibid. xii, 2), erat de se adhuc fortasse admirabiliora locuturus, sed ab humana laude alta se consideratione temperans, subdit : *Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid h[ab]e ex me* (Ibid. xii, 6). Habet ergo adhuc dicendum de se aliquid, qui parci dicere; sed egit utrumque doctor egregius, ut et loquendo quæ egerat discipulos instrueret, et tacendo sese intra humilitatis limitem custodiret. Namis namque esset ingratus, si de se discipulis tota reticeret, et fortasse nimis incautus, si de se tota vel discipulis proderet. Sed mirabiliter, ut dictum est, egit utrumque, ut loquendo erudiret vitam audientium, et tacendo custodiret suam.

**g** Hæc usque ad, sequitur, desunt in Vindoc.

**h** 2 Laud., præire se bonas.

**i** In Norm., Germ. et plurisque, doceat a, et legitur, quæ foris.

**j** Gemel., Ulic. et alii, q[uo]d ms.

**14. Sancti aliquando se laudant innoxie.** — Sciendo vero est quod sancti viri quibus de se aliquid sequentibus innoventur, morem creatoris sui imitantur: Nam Deus, qui nos prohibet ne proprio ore laudemur, per Scripturam sacram laudes suas loquuntur, non quia ipse eis indiget, qui proficeret laudibus nescit, sed dum suam nobis magnitudinem narrat, nostram ad se importiam sublevat; et bona sua loquendo nos edocet, quem omnino homo non cognosceret, si de se laero volisset: Ideo ergo laudes suas indicat, ut veleamus cum audientes exhorteretur, cognoscentes amare, amantes sequi, sequentes adipisci, adipacentes vero ejus visione perfici. Unde Psalmista ait: *Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo, ut dicit illis haereditatem gentium* (Psal. cx, 6). Ac si aperte dicat: Ideo fortitudinem suæ operationis insinuat, ut eam qui audierit donis dilectas. Morem ergo sui creatoris imitantur sancti viri, nonne quam quadam de se, ut audientes instruant, nos ut ipsi proficiant, manifestant; et tam in his alta se consideratione custodiunt, ne dum alios a terra intentione erigunt, ipsi in terrenæ laudis appetitione mergantur. Quorum plerumque dicta et imitantur hypocritæ, sed dictorum sensuum penitus ignorant, quis quod justi agunt ad utilitatem proximi, hoc ipsi faciunt ad extensionem nominis sui. *Sanctus autem vir hypocrita intuens, nequam gloriam futuram appetere, sed cùpere præsentem temere ait: Quæ enim spes est hypocrite? quia dum præsentia dñgit, futura minime sperat.* Scriptum namque est: *Quod enim videt quis, quid sperat* (Rom. viii, 24)? Ideo ergo alii hypocrita ad æternam præmia per opem minime tendunt, quia quod alio querendam **563** sicut, sic se tenere gloriatur. Cujus quia culpa prolatæ est, etiam pena subjungitur, cum prolinus subinseritur:

## CAPUT VIII.

**VERS. 9. — Nunquid clamorem ejus audiet Deus, cum venerit super illum angustia?**

**15. Qui Dñm non audit in lège loquentem, orans in extremis a Deo non auditur.** — Clamorem ejus angustiæ tempore Deus non audit, quia tranquillitas tempore præceptis suis ipse clamantem Domini non audivit. Scriptum quippe est: *Qui avertit avertit suam ne audiat legem, orbito ejus erit execrabilis* (Prov. xxviii, 9): *Sanctus itaque vir intuens et quia omnes qui nunc operari recta coheremur extremitate tempore ad petitionis verba convertunt, dicit: Nunquid clamorem efn audiet Deus? Quibus profectio verbis vobis nostri Redemptoris obsequitur; qui sit? Novissime et venient et salutis virginis, dicentes: Domine, Domine, apéri nobis. Et responde-*

<sup>a</sup> Germ., 2 Laud. et Corb. Germ., annuntiantur.

<sup>b</sup> Aliter, ut cum qui quidierit. Nostri Ms. habent eam, non eam.

<sup>c</sup> Prætel. et Gem., mirantur.

<sup>d</sup> Prat., Gemet. et Beccensis, quia omnis qui.... contemnit.... convertit.

<sup>e</sup> Beccensis et Gemet., teniente.

<sup>f</sup> 2 Laud., quia tanta tamque magna tunc.

A tur eis: *Amen dico vobis, nescio vos* (Math. xxi, 11); <sup>g</sup> qui tanto magna tunc exercetur severitas, quanto nunc major misericordia et prorogatur; et districte tunc judicium non correctis exerit, qui pietatem nunc delinquentibus patienter impedit. Hinc etenim propheta ait: *Quærite Dominum dum inveniri potest, invoke eum dum prope est* (Isai. LVI, 6). <sup>h</sup> Modo enim non videtur, et prope est; tunc videbitur, et prope non erit. Necdum in judicio apparuit, et si queritur, invenitur. Nam miro modo cum in judicio apparuerit, et videri potest, et non potest inveniri. [Vet. VI.] Hinc Salomon sapientiam refert et suavititer blandientem, et terribiliter judicantem, dicens: *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam* (Prov. i, 20). Cujus vocem quoque insinuat, subdens: *Usquequo parvuli diligitis infantiam, et stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt, et imprudentes odibunt scientiam* (Ibid., 22). *Convertimini ad correctionem meam; en proferam robis spiritum meum, et ostendam verba mea* (Ibid., 23). En qualibus verbis expressa est dulcedo vocantis. Videamus nunc quibus insinuatur modis severitas increpat, ut in fine quandoque se exerceat distinctio punientis. *Quia vocavi, inquit, et renui, et extendi manum meam, et non fuit qui asperceret; et despexit omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis* (Ibid., 1, 24). Dicat jam qualiter serial, quos ad se nullatenus revertentes tanta longanimitate sustentat. *Ego quoque in interitu vestro fidello et subsannubo, cum vobis quod timebatis attenerit, et cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio et angustia. Tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent, et non invenient me* (Ibid., 1, 26). Ore itaque sapientissimi Salomonis cuncta de superno judicio diligenter expressa sunt, quia et prius dulciter vocat, et postmodum terribiliter increpat, et ad extreum in retractabiliter damnat. Bona ergo dicitur: *Nunquid clamorem ejus audiet Deus, quando venerit super illum angustia? Quia vimimur omnis hypocrita tunc remedium in clamore non invenit, qui nunc tempus congruum clamoris perdit. De ejus adhuc pravitate subjungitur:*

## CAPUT IX [Rec. VIIII].

**VERS. 10. — Aut poterit in Omnipotente delectari?**

**16. Utrique amores Dei et mundi, uno in corde se non capiunt.** — Qui enim terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. Esse quidem sine delectatione anima nunquam potest, nam aut infelix **564** delectatur aut summis, et quanto altiori studio exercetur ad summa, tanto majori fastidio torpescit ad infima; quantoque aeriore cura inardebit ad infima, tanto tempore damnabili frigescit a

<sup>g</sup> 1 Laud. et Germ., prærogatur.

<sup>h</sup> In Epit. Rom. Sixti V et Gilot. omittitur, modo enim non videtur et prope est, quod latron legitur in omnibus nostris Ms.

<sup>i</sup> Becc. et alii Norm., cupiunt.... odiunt scientiam.

<sup>j</sup> In Germ. et in 2 Laud. olim dispiciuntur.

<sup>k</sup> Addunt Prætel., Gemet. ac alijs, super eos reponita, etc.

summis. Utraque enim simul et æqualiter amari non possunt. Unde Joannes apostolus sciens inter spinas amorum sacerularium supernæ charitatis messem germinare non posse, priusquam æterni amoris semina proferat, de audientium cordibus sancta verbi manu amorum sacerularium spinas eradicit, dicens: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt* (*I Joan. 11, 15*). Mosque subjungit: *Quia si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo.* Ac si aperte dicat: *Virique se amores in uno corde non capiunt; nec in eo seges supernæ charitatis pululat, in quo illam spinæ insimæ delectationis necant.* Atque illas ex hac insimæ delectatione nascentes enumerat punctiones, dicens: *Quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est; et mundus transit, et concupiscentia ejus* (*Ibid. 11, 16*). Delectari ergo in Deo hypocrita non valet, quia in ejus mente desideria superna non prodeunt, quam profecto spinæ terreni amoris premunt. De quo apte subditur:

## CAPUT X.

*Ibid. — Et invoke Deum omni tempore?*

47. *Hypocrita Deum non invocat, nisi in angustiis positus.* — Tunc quippe hypocrita Deum invocat, cum hunc terrenarum recum tribulatio angustat. Nam cum in hoc sæculo effectum quæsitæ felicitatis invenierit, auctorem qui hanc ipsam felicitatem tribuit non requirit. Quia vero, ut prædictimus, esse ars docentium debet ut in auditorum suorum mentibus prius studeant perversa destruere, et postmodum recta prædicare, ne bonum sanctæ prædicationis semen plena malis corda non capiant; unde ad Jeremiam dicitur: *Ecce constitui te hodie super gentes et regna, ut eellas et destruas, et disperdas et dissipes, et ædifices, et plantes* (*Jerem. 1, 10*) (prius itaque jubetur ut destruat, et postmodum ædificet; prius ut eveliat, et postmodum plantet, quia nequaquam rectæ veritatis fundamentum ponitur, nisi prius erroris fabrica destruatur); beatus Job postquam causas universalis Ecclesiae amicorum suorum dictis quasi contra hæreticorum verba respondit, eorumque elationem multimoda responsione dextruxit, jam docere se perhibet, ut videlicet aperte videatur in his quæ subdidit recta plantare, in his vero quæ præmisit evulsisse perversa. Sequitur:

CAPUT XI [*Rec. IX*].

*Vers. 11. — Docebo vos per manum Dei, quæ Omnipotens habeat, nec abscondam.*

18. *Sancti Deo suam sapientiam tribuunt, superbi sibi.* — Sic beatus Job loquitur verbis suis, ut aliquid signet ex nostris. Nam sancta Ecclesia docens, in quantum cognoscere expedit, nihil veritatis abscondit. Quia enim manus Dei vocatur Filius (*Omnia quippe per ipsum facta sunt* (*Joan. 1, 3*), per manum

<sup>a</sup> Norm. et Corb. Germ., ut recta quidem.

<sup>b</sup> Ita in omnibus MSS. In Vindoc. tamen legitur, præparavit se. In Edito autem: *Et non parvit, et non fecit secundum voluntatem ejus, plagis vapulabit multis. Qui autem non cognovit et fecit digna plagis, vapulabit.*

A Dei docere se perhibet eos quos in propria sapientia remanere fatuos videt. Ac si aperte dicat: *Ego ex me aliquid nescio; sed quidquid de veritate sentio, hoc ex ejusdem Veritatis largitate comprehendo.* Vos idcirco recta non sapitis, quia banc eamdem vestram sapientiam non Dei manui, sed robis metropolis datis. Nam hostes sanctæ Ecclesiæ, si quid veri aliquando sentiunt, id propriis 565 viribus tribunut; et tanto magis se privant superna sapientia, quanto illam quasi ex suo ingenio habere privatam volunt. Quibus aliquando datur ad iudicium suum <sup>a</sup> ut recte quidecum aliqua sciant, sed ex ipso hac scientia obligatores ad poenam flant. Unde apte subditur:

CAPUT XII [*Vet. VII*].

*Vers. 12. — Ecce vos omnes noscis, et quid sine causa vana loquimini?*

19. *Quibusdam datur ad iudicium ut recte nonnulla sciant.* — Scriptum est: *Servus qui cognovit voluntatem domini sui, <sup>b</sup> et non præparavit, et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Qui autem non cognovit, et non fecit digna, plagis vapulabit paucis* (*Luc. xii, 47*). Rursumque scriptum est: *Scienti igitur bonum <sup>c</sup> facere, et non facienti, peccatum est illi* (*Jac. iv, 17*). Ad majoris ergo culpe cumulum hostes suos sancta Ecclesia perhibet et scire quod sequi debant, et sequi nolle quod sciant. De quibus alias dictum est: *Descendant in infernum viventes* (*Psal. LIV, 16*). Vivi sunt qui sentiunt quæ erga illos sunt. Mortui enim nec sciunt omnino, nec sentiunt. Mortui itaque qui non sentiunt pro nescientibus, viventes vero qui sentiunt pro scientibus ponit solent. Viventes ergo in infernum descendere est scientes sentientesque peccare. [Rec. X.] Sequitur, vers. 13, — *Hæc est pars hominis impii apud Deum, et hereditas violentorum, quam ab Omnipotente <sup>d</sup> suscipient. Quam profecto partem hereditatemque protinus insinuat,* cum subjungit:

## CAPUT XIII.

*Vers. 14. — Si multiplicati fuerint filii ejus, in gladio erunt, et nepotes ejus non saturabuntur pane.*

20. *Hæretici sacrae Scripturæ vim inferentes a Deo feriendi.* — Non absurde impii vocantur hæretici, qui per errorem pravi dogmatis a cognitione sunt veritatis alieni, quos sequenti verbo etiam violentos appellat, quippe qui Scripturæ sacrae sententias recta dogmata continent ad intellectum pravum conantur violenter inflectere. Violenti ergo sunt, et si non rebus hominum, <sup>e</sup> certe sensibus præceptorum. Filii autem violentorum sunt sequaces hæreticorum, qui dum eorum errori consentiunt, quasi ex eorum prædicatione generantur. Sed multiplicati in gladio erunt, quia quamvis modo immensa multitudine in perdita libertate succrescant, venturi tamen judicis sententia feriuntur. Unde per Moysen Dominus dicit: *Gladius paucis. Lectio nostra Vulgatae concinit. Germ. habet, et fecit digna plagis, vapulabit.*

<sup>a</sup> Deest facere in 2 Laud.

<sup>b</sup> Becc. et ali Norm., suscipiunt.

<sup>c</sup> Ebroic. et ali Norm., certe sententia.

*meus manducabit carnes* (*Deut. xxxii, 42*). Dei enim gladius carnes <sup>a</sup> comedit, quia in extremo judicio ejus sententia eos qui carnaliter sapiunt occidit. Quia re querendum est cur dicatur quod hanc partem aique hereditatem suam pravi ab Omnipotente percipiunt. Sed recte considerantibus liquet quia etsi a seipsis habueront injuste agere, supernæ tamen aequitati suppetit injuste acta juste judicare, ut divina sententia ordinet in pœnam quos inordinata sua actio traxit ad culpam. Be quibus apte subjungitur: *Et nepotes ejus non saturabuntur pane.*

21. *A veritatis cognitione jejunant Scripturam legentes ad questionem, non ad refectionem.* — Nepotes quippe hereticorum sunt qui de errantium filiorum predicatione nascuntur. Quos nequaquam panis satiat, quia dum in sacri verbi paulo plus querunt sentire <sup>b</sup> quam capiunt, semper a veritatis cognitione jejunant; et praedicamenta doctrine quæ student ad questionem querere, **566** habere non valent ad refectionem. Quia vero nonnullos ex iisdem hereticis sancta Ecclesia colligit, nonnullos in malitia sua pertinaces relinquunt, protinus additur:

#### CAPUT XIV

VERS. 45. — *Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu.*

22. *In errore morientium pœna.* — Ex eo videlicet hereticorum populo derelicti sepeliuntur in interitu, quia dum ad lucem veritatis non redeunt, profecto in pœna perpetua, intelligentia terrena deprimuntur. Et quia nonnunquam dum auctor errantium plebium rapitur ad pœnam, seductæ plebes reformati ad veritatis scientiam, et tunc ad veram cognitionem redeunt subditi, cum ad æterna supplicia perveniant hi <sup>c</sup> qui male fuerant prælati, apte subjungitur:

Ibid. — *Et viduar illius non plorabunt.*

23. *Erroris doctoribus ad pœnam raptis, deceptas plebes sæpe resipiscunt.* Quas viduas ejus accipimus, nisi subjectas plebes morte illius feliciter destitutas? Quia sæpe, ut dictum est, dum prædictor erroris ad æterna supplicia rapitur, subjectæ plebes illius ad cognitionis veræ gratiam revertuntur. Ilii enim plebis perversus prædicator quasi maritus præfui, quia male eis conjunctus inhaeserat corruptor mentis. Nequaquam ergo viduæ, vel destituta plorant, quia morte pravi doctoris viam veritatis inventiunt, ex cuius interitu affligi posse videbantur. Vel certe non plorant viduae, quia in suo errore remanentes, dum sanctum fuisse testimoniavit prædicatorem suum, spe falsa ne lugeant consolantur. Sequitur:

#### CAPUT XVI [Vet. VIII, Rec. XI].

VERS. 16, 17. — *Si comportaverit <sup>d</sup> sicut terra marginum, et sicut lumen preparaverit vestimenta, <sup>e</sup> præ-*

*A parabit quidem, sed justus vestietur illis, et argentum innocens <sup>f</sup> dividet.*

24. *Catholici hereticos eidem Scrip. sacrae testimoniis quæ proferunt, debellant.* — Argentum intelligi sacri eloquii clæritas solet, sicut alias dicitur: *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum* (*Psal. xi, 7*). Et quia nonnulli eloquium Dei non interiorius per exhibitionem, sed exteriorius per ostensionem habere concupiscunt; idcirco per prophetam dicitur: *Disperierunt omnes involuti argento* (*Sophon. I, 11*). Hi nimirum qui eloquio Dei non interiori refectione se replent, sed exteriori ostensione se vestiunt. Unde et horum argentum, id est hereticorum eloquium, terræ est comparatum, quia de Scriptura sacra ut aliquid sciant ex appetitu terrena laudis elaborant. Qui etiam sicut lutum præparant vestimenta, quia fluxe et inquinabiliter ea quibus se tueri volunt Scripturæ sacrae contextunt testimonia. Præparabit quidem, sed justus vestietur illis, quia vir recta fide plenus, quæ sanctis solet ad justitiam depinari, ea ipsa Scripturæ sacrae quæ hereticus assert testimonia colligit, et erroris ejus pertinaciam inde convicit. Contra nos namque dum sacræ legis testimonia apportant, secum nobis afferunt unde vincantur. Unde et David typum Domini, Golias vero hereticorum superbiam signans, hoc rebus locuti sunt quod nos verbis aperimus. Golias quippe cum gladio, David vero cum pera pastorali venit ad prærium. Sed eumdem Goliam David superans suo gladio occidit, quod nos quoque agimus, <sup>g</sup> qui promissi David **567** membra ex ejus fieri dignatione ineruimus. Nam cum superbientes hereticos <sup>h</sup> et sacrae Scripturæ sententias deferentes, eisdem verbis atque sententiis quas proferunt vincimus, quasi elatum Goliam suo gladio detruncamus. Justus ergo vestitur eis vestimentis quæ præparat injustus, quia vir sanctus eisdem sententias ad veritatem uitatur, quibus se perversus quisque doctum ostendere contra veritatem conatur.

25. *Verbum Dei discrete debet exponi, et singulis apari.* Et argentum innocens dividet. — Argentum innocens dividere, <sup>i</sup> est eloquia Domini minute discreteque exponere, et unicuique quid digne congruat coaptare. Nam eloquium Domini, quod hic argentum, vel vestimenta, hoc alibi spolia nominatur. D Quod etiam Psalmista testatur per comparisonem, dicens: *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inventit spolia multa* (*Psal. cxviii, 162*). Quæ spolia idcirco vocata sunt, quia ad fidem Domini gentilitate transiente, Judæi sacris eloquii, quibus induiti fuerant, exiuntur. [Vet. IX.] De hac quoque argenti vel spolorum divisione alias dicitur: *Benjamin lupus rapax, mane i comedet prædam, vespere dividet*

aliis MSS. et vet. Excusis, promissa David, scilicet Christi membra.

<sup>j</sup> Vindoc., ex sacrae scripture verbis sententias deferentes.

<sup>k</sup> 2 Laud., est eloquia Domini minuta (et in margine, minuta) discrete exponere.

<sup>l</sup> Laudum., comedet... dividit.

<sup>a</sup> Vind., devorat.

<sup>b</sup> 1 Laud., quam sapiunt.

<sup>c</sup> 1 Laud., qui mali fuerant.

<sup>d</sup> 2 Laud., sicut terra.

<sup>e</sup> Plerique, præparavit, quod infra repetitur.

<sup>f</sup> Laud., dividit.

<sup>g</sup> In Germ. et in poster. Editis, promissi. Melius in

*spolijs* (*Genes.* xlvi, 27). Quibus profecto dictis Paulus apostolus designatur, de Benjamin stirpe progenitus, qui mane prædam comedit, quia in primordiis suis fideles quos potuit rapiens crudelitati precepit. Vespere spolia divisit, quia fidelis postmodum factus sacra eloquia exponendo diatribuit.

23. *Discernenda sunt quæ salubriter ab hæreticis dicta.* — Quamvis hoc argentum quod dividit innocens intelligi et aliter potest. Hæretici namque, ut facile valeant perversa suadere, dictis suis quædam recta permiscent, ut animos audientium ex rectis sensibus trahant, ex perversis feriant. Qui in præceptis Dei, quia sana insanaque locutione variantur, bene in Evangelio decem leprosorum sunt specie designati (*Luc.* xvii, 12), quorum colori sano dura vitirosus candor apergitur, inmoderato hinc candore sedentur. Unde admonemur non plus sapere, quam exportet sapere, sed sapere ad sobrietatem (*Rom.* xii, 5). Qui etiam quia necdum Deum diligunt, de quo male sentiunt, nec proximum, a quo dividuntur, decalogi præceptis adversi sunt, atque ideo ad deprecandum Dominum decem veniunt. Pro eo autem quod sanis insana miscuerunt, coloris diversitate variantur. Sed quia in ejus præceptis offenderunt, id illum unde offendaverunt vocant dicentes: *Jesu præceptor* (*Luc.* xvii, 13); unde et mox curari meruerunt. Ergo quia vir catholicus quæ ab eis recte, vel quæ prave sentiuntur, intelligit, argentum innocens dividit, id est quæ ab eis salubriter, vel quæ pestifere fuerint dicta discernit. Sequitur:

#### CAPUT XVII.

Vers. 18. — *Edificavit sicut linea domum suam.*

27. *Hæresum magistrum quas occupant corrumperunt.* — Tinea sibi domum corrumpendo adilicat. Nec meliori potuit comparatione hæreticus demonstrari, qui locum suæ perfidiaæ non nisi in mentibus quas corruperit facit, qui etiam sequaces suas ab æterno igne liberis esse pollicetur. Spondet qui propter eis refrigerium quietis æternæ; sed verba ejus soliditatem non habent, quia plenitudine veritatis carent. Unde subiungitur: *Et sicut custos facit umbraculum.* Umbraculum namque custodis nullo fundamento solidatur, sed tempore mox transeunte destruitur. Et promissa ab hæreticis requies. 568 cum tempore destruietur, quæ post hanc vitam nullatenus inveniuntur. Et quia sepe hæretici in contemptu universalis Ecclesiæ potentiam sacerdotiū patrocinij fulciuntur, eisque divites protectione atque administratione quanta prævalent opulenti non cessant, ipse etiam quilibet contra conditorem suum rebus temporalibus intumescens sancti viri nunc sententia tangitur, atque ab speciali hæreticorum interitu ad generalem elatorum omnium definitionem sermo derivatur, cum subditur:

#### CAPUT XVIII.

Vers. 19. — *Dives cum dormierit, nihil secum auferet; aperte oculos suos, et nihil inveniet.*

<sup>a</sup> In MSS. Germ. et Norm., *dives quilibet.*

<sup>b</sup> Germ., Laud., Norm., etc., *auferet, aperit, quod infra repetitur.*

<sup>c</sup> Germel., *dormitaverunt.*

A 28. *Bona temporalia nobis servando amittimus, pauperibus erogando servamus.* — Cui nimirum sententiae Psalmista concinens dicit: *Turbati sunt omnes insipientes corde; dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis* (*Psalm.* lxxv, 6). Ut enim in sua manu divites post mortem quidquam inveniant, eis ante mortem dicitur divitias suas in quorum manibus ponant: *Facite vobis amicos de mammona iniurias, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula* (*Luc.* xvi, 9). Dives cum dormierit, nihil secum auferet [Rec. XII]. Res suas cum moreretur secum tolleret, si ad petentis voce cum vivere sibi tulisset. Nam terrena omnia quæ servando amittimus, largiendo servamus; patrimoniumque nostrum retentum perditur, manet eroatum. B Diu enim cum rebus nostris durare non possumus, quia aut nos illas moriendo deserimus, aut illas nos viventes quasi deserunt pereundo. Agendum ergo nobis est ut res absolute perituras, in non pereuentem cogamus transire mercedem.

[Vet. X.] 29. *Peccatoris oculos mors aperit, ut fugere a se bona temporalia videat, pnamque succedere.* — Sed mirandum valde est quod dicitur: *Cum dormierit, aperiet oculos suos, et nihil inveniet.* Ut dormiamus quippe, oculos claudimus, et vigilantes aperimus. Sed hac in re, quia homo ex anima constat et corpore, cum unius rei somnas dicuntur, alterius vigilie demonstrantur, quia cum corpus obdormiscit in morte, tunc anima evigilat in vera cognitione. Et dormit ergo dives, et oculus aperit, quia cum carne moritur, ejus anima videre cogitur, quod providero contempsit. Tunc profecto in vera cognitione evigilat, tunc nihil esse conspicit quod tenebat. Tunc se vacuum invenit, quæ plenaria rebus præ existens se hominibus esse lætabatur. Dormit, et nihil secum auferit, nihil nimirum de rebus quas tenuit. Nam culpa rerum simul ducitur, quamvis hic omnium, pro quibus culpa perpetratæ est, relinquatur. Eat ergo nunc, et acceptis rebus turneat, ac eoque super existentes extollat, glorietur se habere quod proximus non habet. Veniet quandoque tempus ut evigilet, et tunc cognoscat quam vacuum fuerit quod in somno tenuerat. Sepe namque contingit dormienti inopio ut se per somnum divitem videat, atque ex eiadem rebus animum extollat, lætetur se habere quod non habuit, jumque dediguari querat a quibus dedigatam esse se doluit. Sed repente evigilans, evigilasse se doleat, qui interim divitiarum imaginem vel dormiens tenebat. Gemit enim protinus sub paupertatis pondere, et inopias suæ angustiis premitur; et eo pejus, quo ad tempus brevissimum, vel vacue dives fuit. Sic sic nimirum hujus mundi sunt divites, qui rebus acceptis timent. Bono operari de sua abundantia nesciunt, 569 quasi dormientes sunt divites; sed paupertatem suam evigilantes inveniunt, quia nihil secum ad illud judicium quod permaneat ferunt, et quanto nunc ad breve

<sup>d</sup> Primus Laud., *penditur.*

<sup>e</sup> Ebroic., *cognitione.*

<sup>f</sup> Plerique, *vacuum invenit qui plenum, etc., et quidem optimo sensu.*

**tempus sublimius elati sunt, tanto contra se in perpetuum gravius ingemiscunt.** Dicat ergo: Aperiet oculos quos, et nihil inveniet, quia illuc aperit ad supplicia, quos hic ad misericordiam clausos tenebat. Aperit oculos suos, et pietatis fructum non invenit, quos hic clausos tenuit eum \* invenit. Tardè quoque illi oculos aperiunt, qui, teste Sapientia, damnationis sue tempore dicturi referuntur: *Quid nobis profuit superbia, divitiarum jactantia quid contulit nobis?* Transierunt omnia illa tanquam umbra, et tanquam nuntius percurrentes (Sap. v, 8). Vilia et fugitiva fuisse quae tenuerant, jam amissa cognoscunt, quae quandiu aderant stultis eorum cordibus et magna et mansura videbantur. Sero dives aperuit oculos (Luc. xvi, 23), quando Lazarum requiescentem vidit, quem jacente ante januam videre contempsit. Intellexit ibi quod hic sacere noluit; in damnatione sua cognoscere compulsus est quid sicut quod perdidit, quando indigentem proximum non agnivit. De quo adhuc subditur:

## CAPUT XIX.

VERS. 20. — Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas.

50. *Stupenda reprobri divitis post mortem inopia.* — Videamus nunc inopiam ardentis divitis, cuius tanta abundantia fuit epulantis. Ait enim: *Pater Abraham, misericorde mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, b et refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma (Luc. xvi, 24).* Quibus verbis nobis non hoc innotescit, quia illuc in tanto ardore una tunc ad sufficientiam refrigerii aquæ stilla requiratur, sed quod is qui de abundantia peccaverit, illuc restante nimis cremetur inopia. Videmus enim in verbis divitis ex subtilissimo Dei iudicio quam digna tali culpe poena responderit. Agente namque inopia, c illuc usque ad minima petenda compulsus est, qui hic, agente tenacia, usque ad minima ne-ganda pervenit. Quid retrubui subtilius, quid districetis potest? Cuttam aquæ petit, qui micas panis negavit. Apprehendit ergo eum quasi aqua inopia. Non immixto aquæ tunc illa inopia comparatur, d quia in inferno cruciat, qui susceptos in profundis absorbens, solet lacus nomine designari. Unde per prophetam quoque humani generis voce dicitur: *Lapsa est in lacum rita mea (Thren. iii, 53).* Ereptorum vero exultatione cantatur: *Domine Deus meus, clamavi ad te, e et sanasti me; Domine, abstraxisti ab inferis animam meam, salvasti me a descenditibus in lacum (Psalm. xxix, 5).*

[*Vet. XI.*] 51. *Divini iudicii turbo, qua non putat hora, ideoque nocte, eum opprimet.* — *Nocte opprimet eum tempestas.* e Quid hoc loco noctem, nisi absconditum tempus repentina exitus appellat? Tempestatis vero nomine, iudicis turbine designat. Quod etiam Psalmista testatur, dicens: f *Deus nunc*

\* Ita Bellovac., Norm. ac vet. Edit. In poster. Ed., piveret.

b 2 Laud., ut refrigeret.

c Utic., illuc usque.

d Pratel. ac cæt. Norm., quæ in inferno cruciat que susceptos, etc.

A nifeste veniet, Deus noster, et non silebit; ignis in conspectu ejus h ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida (Psalm. xlix, 3). De qua tempestate etiam Sapientia per Salomonem dicit: *Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis quad timebatis advenierit, cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit (Prov. 1, 26).* Et quia ipsa venturi exitus ignorantia nox vocatur, nocte opprimet eum tempestas, id est turbo eum divini 570 judicii dum ignorat apprehendet. Hinc est namque quod per semetipsam Veritas dicit: *Si sciret paternas familias qua hora sur veniret, vigilaret utique, et non sineret persodi dominum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis veniet (Matth. xxiv, 43).* Hinc etiam contra inalum servum dicitur: B *Si autem dixerit malus servus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire, et cœperit percutere conservos suos; manducet autem et bibat cum ebris; veniet dominus scribi illius in die qua non sperat, et hora qua ignorat (Ibid., 48).* Hinc Paulus discipulis dicit: *Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam sur comprehendat. Omnes enim vos filii lucis estis, et filii diei: non sumus noctis neque tenebrarum (I Thess. v, 4).* Illic superbienti diviti Dei voce dicitur: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te; quæ autem præparasti, cujus erunt (Luc. xii, 20)?* Nocte animam reddere prohibetur qui, mortem non prævidens, in tenebris cordis abstrahitur. Ait ergo: *Nocte opprimet eum tempestas.* Quia enim non vult agere bona quæ videt, deprehenditur interitus sui tempestatis quam non videt. De quo adhuc subditur.

## CAPUT XX.

VERS. 21. — *Toller eum ventus urens, 1 et auferet.* 32. *Auferetur a diabolo, qui merito dicitur ventus urens* — *Quis hoc loco ventus urens, nisi malignus spiritus vocatur, qui desideriorum flamas in corde excitat, ut ad aeternitatem suppliciorum trahat?* Perversum ergo quemlibet ventus urens tollere dicitur, quia insidiator malignus spiritus, qui viventem quemque accedit ad vitia, morientem trahit ad tormenta. Nam quia ventus urens immundus spiritus solet intelligi, qui malæ suggestionis flatu ad terrena desideria iniquorum corda succedit, Jeremias propheta testatur, dicens: *Ollam succensam ego video, et faciem ejus a facie Aquilonis (Jerem. 1, 13).* Olla namque succensa est cor humanum, s cularium curarum ardoribus, desideriorumque anxietatibus servens. Quæ a facie Aquilonis succenditur, id est diaboli suggestionibus inflammatur. Ipse enim vocari u nomine Aquilonis solet, qui dixit: *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem rubrum (Isai. xiv, 13).* Ad bujus igitur urentis venti uniuscujusque electi mens adustione temperatur, quando in ea vitiorum servor extinguitur, et de-

e Ita Germ., Laud., Belov., Corb. Germ., Norm. et alii, ubi Editi, et salvasti me.

f Utic., Pratel., etc., quid hic.

g 1 Laud., Deus manifestus.

h Genet. et plur., exardescet.

i Omititur et auferet in 1 Laud., Germ. et Norm.

sideriorum carnarium flamma frigescit. Unde et sancta Ecclesia in sponsi sui laudibus lata clamat : *Sub umbra illius quem desideraveram sedi* (Cant. ii, 3). De hujus ardoris temperie ei per Isaiam promittente Domino dicitur : *Pto saliunca ascendet abies, et pro urtica crescat myrtus* (Isai. lv, 13). Pro saliunca namque in ea ascendit abies, dum in sanctorum corde pro abjectione terrenae cogitationis altitudo supernae contemplationis exoritur. Urtica vero ignea omnino naturae est. <sup>a</sup> Myrtus autem temperativa fertur esse virtutis. Pro urtica igitur crescit myrtus, cum justorum mentes a prurigine et ardore vitiorum ad cogitationum temperiem tranquilitatemque perveniant, dum jam terrena non appetunt, dum flammas carnis desiderii coelestibus extinguntur.

[Vet. XII.] 33. *Mentis refrigerium Mariæ datum.* — Propter hoc quoque mentis refrigerium cœlitus datum Mariæ dicitur : *Virtus Altissimi obumbrabit tibi* (Luc. i, 35). Quamvis hac in re per obumbrationis 571 vocabulum incarnandi Dei utraque potuit natura signari. Umbra enim a lumine formatur et corpore. Dominus autem per divinitatem lumen est, qui, mediante anima, in ejus utero fieri dignatus est per humanitatem corpus. Quia ergo lumen incorporeum in ejus erat utero corporandum, ei quæ incorporeum concepit ad corpus dicitur : *Virtus Altissimi obrumbabit tibi*; id est, corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumen divinitatis. Sed jam de iniquo quolibet quod cœpimus exsequamur. Tollit ergo eum ventus urens, quia videlicet malignus spiritus eum quem nunc succenderit igne perversæ concupiscentiae, rapit postmodum ad flammas gehennæ. Sequitur :

#### CAPUT XXI.

Ibid. — *Et velut turbo rapiet eum de loco suo.*

34. *Quis sit iniquorum locus.* — Locus perversorum est temporalis vita delectatio et carnis voluptas. Quasi turbine igitur unusquisque de loco suo rapitur, cum a cunctis suis delectationibus extremo territus die separatur. De quo extremo die apte mox subditur :

#### CAPUT XXII [Rec. XIII].

Vers. 22. — <sup>d</sup> *Emittet super eum, et non parcat.*

35. *Deus electos flagellat hic ut parcat, reprobos ut punire incipiat. Omnis percussio divina, aut purgatio vita presentis est, aut initium penae sequentis.* — Peccatorem Deus quoties feriendo corrigit, ad hoc flagellum emittit, ut parcat. Cum vero ejus vitam in peccato permanentem feriendo concludit, flagellum emittit, sed nequaquam parcit. Qui enim flagellum

<sup>a</sup> Germ. et plerique, quam desideraveram.

<sup>b</sup> Germ. et duo Laud., ascendit . . . crescit.

<sup>c</sup> Laud., Corb. Germ., Norm. et plerique, myrtum namque . . . ferunt. Vet. Edit., Myrtum namque semper fertur esse virtutis.

<sup>d</sup> Laud. hic et infra, emittit . . . parcit. In 2 Laud. utraque lectio sic annotatur emittit . . . parcit.

<sup>e</sup> Norm., percussione inimicos intuetur. Corb. Germ. et Germ., hostes intuentur.

<sup>f</sup> Additur in Norm., ad me super.

<sup>g</sup> Sic in utroque Laud., Norm. et aliis, nec non

A emisit ut parceret, ad hoc emittit quandoque ne parcat. In hac namque vita Dominus tanto magis studet ut parcat, quanto magis expectando flagellat, sicut ipse voce angelii ad Joannem ait : *Ego quos amo, arguo et castigo* (Apoc. iii, 19). Et sicut alias dicitur : *Quem diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit* (Hebr. xi, 6). Econtra autem de flagello damnationis scriptum est : *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator* (Psalm. ix, 17). De quo per Jeremiam Dominus dicit, dum incorrigibiliter delinquentes populos videt, quos non jam sub disciplina filios, sed sub districta <sup>e</sup> percussione intuetur ut hostes : *Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli* (Jerem. xxx, 14). Et quod hic dicitur : *Non parcat; ibi quoque verbis aliis declaratur* :

*Quid clamas <sup>f</sup> super contritione tua? insanabilis est dolor tuus* (Ibid., 15). Unde hoc semper electi provident, ut ante ad justitiam redeant, quam seso ira judicis inexstinguibiliter accendat, ne ultimo flagello <sup>g</sup> reprehensi simul eis finiatur vita cum culpa. Flagellum namque tunc diluet culpam, cum mutaverit vitam. Nam cujus mores non mulat, non expiat actiones. Omnis ergo divina percussio, aut purgatio in nobis vitae presentis est, aut initium penae sequentis. Propter eos enim qui ex flagello proficiunt dictum est : <sup>h</sup> *Qui singulis dolore in precepto* (Psalm. xciii, 26). Quia dum flagellatur iniquus, <sup>i</sup> et corrigitur; audire preceptum noluit, audit dolorem. Dolor ergo in precepto singitur ei qui a malis operibus quasi precepti vice, dolore collibetur. De his vero quos damnant flagella et non liberant, dicitur : *Percussisti eos, nec doluerunt; attrivisti eos, et renuerunt accipere disciplinam* (Jerem. v, 5). His flagella ab hac vita inchoant, et in æterna percussione perdurant.

Unde per Moysen Dominus dicit : *Ignis exarsit ab ira mea, et ardebit usque ad inferos deorsum* (Deut. xxxii, 22). Quantum ad presentem etenim percussionei spectat, recte 572 dicitur : *Ignis exarsit ab ira mea* (De Pœnit., d. 3, c. 43). Quantum vero ad æternam damnationem, apte mox subditur : *Et ardebit usque ad inferos deorsum*. Licet a quibusdam dici soleat illud quod scriptum est : <sup>k</sup> *Non judicat Deus bis in idipsum* (Nahum. i, 9). Qui tamen hoc quod per prophetam de iniquis dicitur, non attendunt : *Et duplice confusione contere eos* (Jerem. xvii, 18).

D Et quod alias scriptum est : *Iesus populum de terra Egypti salvans, secundo eos qui non crediderunt, perdidit* (Jude, v). Quibus tamen si consensum præbeimus, quamlibet culpam bis feriri non posse, hoc ex peccato percussis <sup>l</sup> atque in peccato

in vet. Edit. In poster. legitur ne ultimo flagello deprehensis simul eis, etc.

<sup>h</sup> Vindoc., qui singulis labore vel dolem.

<sup>i</sup> Vindoc., et non corrigitur.

<sup>j</sup> Becc. et alii Norm., ad inferna.

<sup>k</sup> Vindoc., in ira mea.

<sup>l</sup> Becc. et alii Norm., non judicabit.

<sup>m</sup> Sic Laudun., Bellovac., Norm., Corb. Germ., Germ., non, contritione, ut est in Editis.

<sup>n</sup> Vindoc., id est in peccato suo.

**suo morientibus** debet **estimari**, quia eorum per-  
cussio hic **cæpta** illic perficitur, ut incorrectis unum  
flagellum sit quod temporaliter incipit, sed in æter-  
nis suppliciis consummatur, quatenus eis qui omnino  
corrigi renunt jam præsentium flagellorum percus-  
sio sequentum sit initium tormentorum. **Emitte ergo**  
**super eum**, et non parcer. Sequitur :

## CAPUT XXIII [Vet. XIII].

Ibid. — *De manu ejus fugiens fugiet.*

**36. Ferientis manum sola emendatione evadimus.** — Hie etenim de manu fugit ferientis, qui suæ pravitiæ corrigit actionis. Vel certe quia in sacro elo-  
quio manus operatio solet intelligi, de manu per-  
cessi fugit qui, dum pravi interitum conspicit, vias  
pravitatis relinquit. Unde adhuc subditur :

## CAPUT XXIV.

**Vers. 23. — \* Stringet super eum manus suas.**

**37. In aliorum pena quid nobis timendum sit con-**  
**spicimus.** — Manus quippe stringere est vitæ suæ  
opera in rectitudine confirmare. Unde etiam Paulus  
auit : *Remissas manus et dissoluta genua erigite* (*Hebr. xii, 12*). Dum itaque alienum interitum conspiciunt,  
revocantur ad cor, ut recognitent suum; et unde alius  
ad tormenta ducitur, a tormento aliis inde liberatur.  
Stringit ergo super eum manus suas, quia conspicit  
in aliena poena quid timeat; et dum delinquentem sic  
percussum conspicit, dissoluta sua opera justitiae  
vigore constringit. Sieque sit ut qui iniquus vivens  
multos ad culpam traxerat delectatione peccati,  
quosdam moriens a culpa revocet terrore tormenti.  
Quod etiam provenire bonis Psalmista testatur, di-  
cens : *Lætabitur justus cum viderit vindictam impiorum,*  
*manus suas lavabit in sanguine peccatorum* (*Psal. lvii, 11*). In peccatorum morientium sanguine justi  
lavantur manus, quia dum eorum poena conspicitur,  
conscientis vita mundatur. Sequitur :

## CAPUT XXV

Ibid. — *Et sibilabit super illum, intuens locum ejus.*

**38. Sicque a peccato compescimur.** — Quid in si-  
bilo, nisi intentio admirationis exprimitur? Si vero  
in sibilo alia fortasse significatio queritur moriente  
peccatore, hi qui interitum ejus aspiciunt, os in si-  
bilo siringunt, dum ad ea quæ contempserant verba  
spiritualia convertuntur, ut jam credere et prædicare  
incipiant quæ prius dum iniquum florere cernerent  
non credebant. Nam sit plerumque ut insirmorum  
animus eo magis <sup>b</sup> de auditu veritatis trepidet, quo  
florere conteupctores veritatis videt. Sed dum justa  
utio injustos subtrahit, alios a pravitate compescit.  
Unde per Salomonem dicitur : *Multato pestilente, sa-*  
*pientior erit parvulus* (*Prov. xxi, 11*). Vir igitur sau-  
cetus postquam potentum poenas qui extolluntur in  
sæculo sufficienter explevit, **573** rursus ad hæ-  
ticorum superbiam, qui extolluntur in eloquio,  
verba convertit. Nam sequitur :

\* Laud. et Norm., stringit.

<sup>b</sup> Vindoc., de audacia veritatis.

\* Germ., Corb., Germ., Gemet. et alii Norm., re-

## CAPUT XXVI [Vet. et Rec. XIV].

CAP. XXVIII, VERS. 1. — *Habet argentum, venarum*  
*suarum principia : et auro locus est in quo conflatur.*

**39. Hæretici ad sacras paginas veterumque patrum**  
**libros provocandi.** — In argento eloquio, in auro  
vitæ vel sapientiae claritas designari solet. Et quia  
hæretici sic de eloquii sui nitore superbunt, ut nullæ  
sacrorum librorum auctoritate solidentur (qui libri  
ad loquendum nobis quasi quædam argenti venæ  
sunt, quia de ipsis locutionis nostræ originem trahi-  
mus), eos ad sacrae auctoritatis paginas revocat, ut  
si vere loqui desiderant, inde sumere debeant quid  
loquantur. Et ait : *Habet argentum, venarum suarum*  
*principia.* Ac si aperte dicat : Qui ad veræ prædica-  
tionis verba se præparat, necesse est ut causarum  
origines a sacris paginis sumat, ut omne quod lo-  
quitur ad divinæ auctoritatis fundamentum revocet,  
atque in eo ædificium locutionis suæ firmet. Ut enim  
prædiximus, sæpe hæretici dum sua student perva-  
rsa astruere, ea proferunt quæ profecto in sacrorum  
librorum paginis non tenentur. Unde et discipulum  
suum prædictor egregius admonet, dicens : *O Ti-  
mothee, depositum custodi, devitans profanas vocum*  
*novitates* (*1 Tim. vi, 20*); quia dum laudari hæretici  
tanquam de excellenti ingenio cupiunt, quasi nova  
quædam prolerunt, quæ in antiquorum Patrum libris  
veteribus non tenentur; sieque sit ut dum videri sa-  
pientes desiderant, miseris suis auditoribus stultitiae  
semina spargant.

**40. Sola Ecclesia catholica martyres habet.** — Bene  
autem subditur : *Et auro locus est in quo conflatur.*  
Ac si aperte dicat : Vera fidelium sapientia, cui uni-  
versalis Ecclesia locus est, tribulationem volis per-  
sequentibus patitur, sed a cunctis peccatorum sordi-  
bus persecutionis vestræ igne purgatur. Unde scri-  
ptum est : *In igne probatur aurum et argentum,*  
*homines vero et receptibles in camino humilitationis* (*Eccli. ii, 5*). Quo in loco potest hoc quoque convenien-  
ter intelligi, ut de sua hæretici increpaci stulta pas-  
sione videantur. Nam sæpe pro Jesu Christi Domini  
ac redemptoris nostri nomine multa patiuntur, seseque  
eisdem passionibus ejus fieri martyres sperant. Qui-  
bus sancti viri voce nunc dicitur : *Auro locus est in*  
*quo conflatur.* Nam juxta hoc quod jam et ante nos  
dictum est (*A Cypr., de unitate Eccl., et alibi*), quis-  
quis extra unitatem Ecclesie patitur, poenas pati  
potest, martyr fieri non potest, quia auro locus est in  
quo conflatur. Quid itaque ad hæc, hæretici, dicitis?  
Conflari per afflictionem carnis, vel etiam per mar-  
tyrium vultis, sed locum in quo debeatis conflari  
nescitis. Audite quid sancti prædictoris voce dicitur :  
*Auro locus est in quo conflatur.* Ilunc ergo conflatio-  
nis locum querite, hauc fornacem, qua aurum apte  
purgari valeat invenite.

**41. Quidquid extra Ecclesiam toleratur, cruciat,**

**ceptibles.** Et quidem dicimus acceptabiles, non ac-  
ceptibiles.

*non purgas.* — Una est Ecclesia quia qui conflari valuerit ab omni etiam poterit peccatorum sorde purgari. Si quid pro Deo amaritudinis, si quid tribulationis extra hanc positi sustinetis, incendi potestis tantummodo, non purgari. Dicat Jeremias, dicat quomodo conflationis vestrae ignis omni virtute sit vacuus : *Frustra conflavit conflator, malitia enim eorum non sunt consumptae* (Jerem. vi, 29). Ecce ignis exterius conflans, et duræ passionis admovet poenam, **574** et tamen erroris non excoquit culpam, et tormenta crudelium dat poenarum, et bonorum non facit incrementa meritorum. Hujus etiam conflationis ignis qui extra catholicam toleratur Ecclesiam, quam nullius omnino virtutis sit, Paulus Apostolus insinuat, dicens : *Si tradidero corpus meum ut ardeat, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest* (1 Cor. xiii, 3). [Vet. XV.] Alii quippe prava de Deo sentiunt; alii recta de auctore tenent; sed unitatem eum fratribus non tenent. Illi errore fidei, isti vero schismatis perpetratione divisi sunt. Unde et in ipsa prima parte decalogi utrariumque partium culpe reprimuntur, cum divina voce dicitur : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua* (Deut. vi, 5). Atque mox subditur : *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Qui enim de Deo perversa sentit, liquet profecto quia Deum non diligit. Qui vero de Deo recta sentiens a sancta Ecclesiæ unitate divisus est, constat quia proximum non amat, quem habere socium recusat.

**42. Quia deest charitas tam schismaticis quam haereticis.** — Quisquis ergo ab hac unitate matris Ecclesie, sive per haeresim de Deo perversa sentiendo, seu errore schismatis proximum non diligendo dividitur, charitatis hujus gratia privatur, de qua hoc quod praemisimus Paulus ait : *Si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest* (1 Cor. xiii, 3). Ac si aperta voce dicaret : *Extra locum suum conflationis mihi ignis adhibitus tormento me cruciat, mundatione non purgas*. Hunc omnes sanctæ pacis amatores summo studio locum querunt, hunc querentes inveniunt, hunc invenientes tenent, scientes peccatorum remissio vel ubi, vel quando, vel qualibus detur. Ubi quippe, nisi in catholicæ matris sinu? Quando, nisi ante venturi exitus diem? Quia, *ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (II Cor. vi, 2). Et : *Quærere Dominum dum inveniri potest, invocare eum dum proprie est* (Isai. lv, 6). Qualibus, nisi conversis, qui ad parvolorum imitationem, magistra humilitate formantur? Quibus dicitur : *Sinice parvulos venire ad me; talium enim est regnum cœlorum* (Matth. xix, 14).

\* Editi, qui conflari voluerit. In MSS. Germ., Laud., Corb. Germ. et aliis, constanter legitur *valuerit*. Quemadmodum supra, *apte purgari valent*.

<sup>b</sup> Ita Germ., Laudun., Corb. Germ., Norm. aliisque MSS. hic et deinceps; Editi vero, *ardeam*.

<sup>c</sup> Ita Germ., Bellov., Landun., Corb. Germ., Norm., etc., ubi Editi, habent, in *Ecclesiæ matris*.

<sup>d</sup> Laudun., *firmantur*.

\* Corb. Germ., Bellovac., Germ., Vindoc., Laudun.. Gemet. et aliis Norm., *ad virtutum summa*, vel

*Et: Nisi conversi fueritis, et efflatimini sicut parvuli, non intrabis in regnum cœlorum* (Matth. xvii, 3). [Rec. XV.] Quia ergo non nisi in catholicâ Ecclesiæ veri martyres sunt, dicitur recte : *Apro locis est in quo conflatur, quia nea clarescit anima in fulgore aeterno pulchritudinis, nisi, ut ita dicam, prius hic arserit in officina charitatis*.

**43. Deus alios salut per innocentiam, alios per penitentiam.** — Pensandum præterea est quod occulto consilio omnipotens Deus quosdam ab ipsis exordiis suis innocentes custodiens, usque ad virtutum provehit summa, ut ætate crescente, simul in eis proficiat et annorum numerositas, et celsitudo meritorum. Alios vero in exordiis suis deserens, scaturientibus vitiis ire per abrupta permituit. Plerumque tamen etiam eos respicit, et ad sequendum se sancti amoris igne succedit, atque inolitas in eorum cordibus prærigines vtiliorum vertit in fervorem virtutum, et eo magnis ignescunt ad desiderium requirendæ pietatis Dei, quæ magis erubescunt memoriam iniuritatis suæ, sicut saepe contigit ut in pugna certamine miles ante ducis sui **575** oculos constitutus, hostili virtuti turpitercedat, et enerviter præbens terga feriatur: qui tamen hoc ipsum quod turpiter gessit erubescens, ante ducis sui oculos maiores ex ipsa verecundia tñres sumit, & tanloque post fortia exercet, quantum et præsentem gloriam virtutis peragat, et <sup>e</sup> præteritam ignominiam debilitatis tegat. Sic ergo nonnunquam quidam in Dei servitu ex antea acris debilitate roborantur, eosque ad custodienda mandata et futurorum trahit desiderium, et impellit memoria præteriorum, ut hinc ad ventura amor provoco, illinc de præteritis verecundia instiget. [Vet. XVI.] Quos tamen adversarii Ecclesiam summis prædiosis virtutibus viderint, eisque in præsenti vita unde derogent quia invenire nequam possunt, accusare illos de præteritis moliuntur, sicut Moysen nostrum Manichæus impedit, in quo sequentium virtutum gradiam, transacti homicidii conatur culpa sedere. In quo non attendit postinodium quam patiens ad sustinendum, sed prius quam præcepit ad feriendum fuerit. Talibus ergo adversariis beatus Job subtilissima consideratione obviata, postquam dixit : *Habet argentum renorum suarum principia, et auro locus est in quo conflatur, opte subdidit*:

#### CAPUT XXVII [Rec. XVI].

Vers. 2.— *Ferrum de terra tollitus.*

**44. Non est intuendum quid per se sint Ecclesiæ doctores, sed quid per gratiam eraserint.** — Solent haeretici de justitiae spæ contra nos elevatione gloriari, atqne opera sua ostentationis inflatione jactare, nos ad virtutum summam. In omnibus tamen Editis legitur virtutum culmen.

<sup>f</sup> Ita omnes MSS. nostri, præter Gerin. et Corb. Germ., in quibus ut in Editis legitur, turpiter cessit.

<sup>g</sup> Gerin., Ebroic. et ali Norm., tantumque post fortia.... quantis et præsentis gloriam virtutis peragat.

<sup>h</sup> Corb. Germ., et præteritam ignominiam debilitatis.

<sup>i</sup> Vindoc., ex antea præteritaque debilitate acris roborantur.

qua iniq[ue]s, ut diximus, aut esse, aut fuisse criminatur. Per humillimam ergo confessionem, et veracem defensionem contra eam vir sanctus loquitur, dicens : *Ferrum de terra tollitur*. Ao si aperte dicat : Fortes xiri, qui acutissimis linguarum gladiis in hac acie defendendae fiduci ferrum sunt, aliquando terra in infimis actionibus fuerunt. Peccanti quippe homini dictum est : *Terra es, et in terram ibis* (*Genes. iii, 19*). Sed de terra ferrum tollitur (*Dist. L, c. 18*), cum fortis propugnator Ecclesie a terrena quam prius tenuit actione separatur. Non ergo in eo debet despici quidquid fuit, qui jam cœpit esse quod non fuit. An non Mattheus in terra inventus est, qui torrenis negotiis implicatus a telonii usibus serviebat (*Matt. ix, 9*) ? Sed de terra b[ea]tissima, in fortitudinem ferri convalluit, cuius videlicet lingua quasi acutissimo gladio Evangelii administratione Dominus infidelium corda transfixit; et qui infirmus prius despectusque fuerat per terrena negotia, fortis postmodum factus est ad cœlestia prædicamenta. Unde adhuc subjungitur :

## CAPUT XXVIII [Rec. XVII].

IUD. — *Et lapis solitus calore, in æs vertitur.*  
**45. Gratiæ infusione cor emollitur ad amorem, et robatur ad operationem.** — Tunc lapis calore solvitor, cum cor durum atque a divini amoris igne frigidum eodem divini amoris igne tangitur, et in fervore spiritus liquatur, ut ad sequentem vitam desideriorum æstu ardeat, quam prius audiens insensibilis maneat. [*Vet. XVII.*] Ex quo ardore scilicet, et emollitur ad amorem, et robatur ad operationem, ut sicut prius durus fuerat in amore sæculi, ita se postmodum fortis exerat in amorem Dei; et quod ante audiens renuebat, jam et credere et prædicare incipiat. *Lapis ergo solitus calore, 576 in æs vertitur*, quia dura mens superni amoris igne liquefacta ad veram fortitudinem commutatur, ut peccator, qui prius insensibilis existimat, postmodum et per auctoritatem fortis et per prædicationem sonorus fiat. Quod bene per Isaiam dicitur : *Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem* (*Isai. xl, 31*). Fortitudinem mutamus, cum conversi tanta virtute præsens sæculum fugimus quanta hoc ante quarebamus. **Quia autem male ab adversariis catholicorum moribus ante acta vita reputatur, recte subditur :**

## CAPUT XXXIX.

VET. 3. — *Tempus posuit tenebris et universorum finem ipse considerat.*

**46. Deus electorum et reproborum finem intuetur,** *Bona facit et ordinat; mala non facit, sed ordinat.* — Ipse posuit tempus tenebris, iniquis videlicet mo-

**A**dum, quo iniqui esse desistant. Unde eis per Apostolum dicitur : *Erat aliquando tenebra, nunc autem lux in Domino*. Sicut aliis quoque discipulis isdem doctor egregius dicit : *Nox processit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamus nos arma lucis; sicut in die honeste ambulemus*. (*Ephes. v, 8; Rom. xiii, 12*). Unde et in Canticis cantorum Ecclesia veniente dicitur : *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens* (*Cant. vi, 9*) ? Aproposito enim Ecclesia auroræ comparata describitur, & quæ per cognitionem fidei a peccatorum suorum tenebris in clara luce justitiae commutatur. *Tempus ergo posuit tenebris, et universorum finem ipse considerat.* Universorum nomine, et electos voluit et reprobos comprehendendi. Nam bona faciens et ordinans Deus, mala vero non faciens, sed ab iniquis facta ne inordinate eveniant ipse disponens, considerat universorum finem, et patienter tolerat omnia, atque intuetur electorum terminum, quod ex malo mutentur ad bonum. Intuetur etiam reproborum finem, quod de malo opere dignum se trahant ad supplicium. Vedit finem persequenter Sauli, quo prostratus diceret : *Domine, I quid me vis facere* (*Act. ix, 6*) ? Vedit finem quasi obsequentis discipuli, quod pro commissio scelere gultur laqueo strigeret, seque et peccantem puniret, et deterius puniendo deciperet. Vedit Ninivites delinquentes, sed consideravit finem delinqüentium pœnitentiam correctorum. Vedit quoque Sodomam delinquentem, sed consideravit finem ardoris luxuriarum, ignem gehennæ. Vedit gentilitatis finem, quod possessa iniquitatum tenebris, quandoque illæ luce claresceret. Vedit etiam Iudeas terminum, quod ab ea luce (idei quam tenebat obdurate perfidiae) se tenebris cœcaret. Unde adhuc congrue subditur :

## CAPUT XXX [Rec. XVIII].

IUD. VERS. 4. — *Lapidem quoque caliginis et umbram mortis dividit terrens a populo peregrinante.*

**47. Probus et malos ignis in extremo iudicio dividet.** — Quid durus ille perfidia Judæorum populus, qui auctorem vitæ per fidem videre non uit, quem per prophetiam prædictit, nisi lapis caliginis sit? quia et crudelitate durus existit, et infidelitate nebulosus. Qui alio quoque vocabulo umbra mortis dicitur. Umbra quippe talis exprimitur, qualia ejus rei, de qua trahitur, fuerint lineamenta. Quis autem mortis nomine, nisi diabolus vocatur? De quo per quædam ministri sui significationem 577 dicitur : *Et uomen illi mors* (*Apoc. vi, 8*). Cujus ille populus umbra existit, quia iniquitatem illius sequens, ejus

mus dignum retrahantur ad supplicium.

**I**Duo Laud., quid me jubes facere.

**k** Ita cum Corb. Germ., Laud. ac Norm., etc., vet. Edisi. At poster., pœnitentia.

**l** Vindoc. et Laud., quid durus ille perfidus Ju-dæorum populus.

**m** Fortasse correctius in Genet., per quamdam ministerii sui significationem. Diaboli scilicet ministerium est, mortem inferre. In vet. Ed., pro ministeri, legitur mysterii.

<sup>a</sup> Germ., 1 Laud., Corb. Germ., telonei.  
<sup>b</sup> 1 Laud., Germ. Corb., Germ., tultus. De hac voce vide l. iii, num. 22.  
<sup>c</sup> Bell. vac. et 1 Laud., sonorosus.  
<sup>d</sup> Becc., quia autem mala.  
<sup>e</sup> Laud. et Norm., et induamur arma.  
<sup>f</sup> 1 Laud., Ecclesiæ venienti.  
<sup>g</sup> 1 Laud., quæ per cognitionem.  
<sup>h</sup> Norm., venient.  
<sup>i</sup> 2 Laud., dignum se trahunt ad supplicium. Pri-

in se imaginem expressit. Quid vero torrentis nomine, nisi ita a conspectu tremendi judicis per ultimum exumen egrediens, atque electos et reprobos dividens ignis vocatur? Unde et per prophetam dicitur: *Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie ejus* (*Dan.* vii, 10).

[*Vet. XVIII, Rec. XIX.*] 48. *Peregrini sunt in mundo electi omnes.* — Quis autem in hoc mundo peregrinatur populus, nisi qui ad sortem electorum currens, habere se patriam novit in cœlestibus; et tanto magis se illic sperat invenire propria, quanto hic cuncta quæ prætereunt esse a se deputat aliena? Peregrinus itaque est populus, omnium numerus electorum, qui hanc vitam quoddam sibi exsiliū deputantes, ad supernam patriam tota cordis intentione suspirant, de quibus Paulus dicit: *Confidentes quia peregrini et hospites sunt super terram* (*Hebr.* xi, 13). Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Hanc peregrinationem idem quoque Apostolus tolerabat, cum diceret: *Dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino. Per fidem enim ambutamus, et non per speciem* (*II Cor.* v, 6). Iujus peregrinationis ærumnas satagebat evadere, cum dicebat: *Desiderium habens dissolvi, et cum Christo esse* (*Philip.* i, 23). Et rursum: *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum* (*Ibid.* i, 21). Iujus peregrinationis pondus grave sentiebat Psalmista, cum diceret: *Heu me! quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea* (*Psalm. cxix,* 5). Ab hac eripi quantocius anhelabat, cum supernis desideriis flagrans diceret: *Sitivit anima mea ad Dcum virum; quando veniam et apparebo ante faciem Dei* (*Psalm. xl,* 3)? Sed hoc desiderium nesciunt qui cor in terrenis voluptatibus desigunt. Dum enim sola quæ sunt visibilia diligunt, profecto invisibilia, vel si credunt esse, non diligunt, quia dum nimis se exterius sequuntur, etiam mente carnales flunt. Simul enim in hac vita uterque populus currit, sed non simul ad perpetuam pervenit, quia *Lapidem caliginis et umbram mortis dividit torrens a populo peregrinante*. Ac si aperie dicat: Eos quos modo vel infidelitas excœcat, vel crudelitas obdurat, flamarum fluvius a conspectu æterni judicis exiens, ab electorum tunc populo separat, ut tunc a bonis ignis districti examinis dividat quos nunc in suis concupiscentiis tenebræ vitiorum excœcant.

49. *Irrigatio prædicationis tanquam torrens dividit bonos a malis.* — Potest fortasse in torrentis nomine ipsa irrigatio sanctæ prædicationis intelligi, juxta id quod per Salomonem dicitur: *Oculum qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suæ, effodiunt illum corvi de torrentibus* (*Prov.* xxx, 17). Perversi quippe dum divina judicia reprehendunt, subsannant

<sup>a</sup> Duo Laud. et Corb. Germ., propter vos.

<sup>b</sup> Gem., et ambulabu.

<sup>c</sup> Duo Laud. et Corb. Germ., deflexerunt.

<sup>d</sup> 1 Laud., convertemur.

<sup>e</sup> 2 Laud., Germ., Norm. et alii, transferuntur.

A patrem. Et quilibet hæretici dum prædicationem sanctæ Ecclesiæ secunditatemque illius deridendo contemnunt, quid aliud quam partum matris despiciunt? Quain non immerito eorum quoque matrem dicimus, quia de ipsa exeunt, qui contra ipsam loquuntur; Joanne attestante, qui ait: *A nobis exierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, manassent utique nobiscum* (*I Joan.* ii, 19). Corvi vero de torrentibus veniunt, cum prædicatores veri ad defensionem sanctæ Ecclesiæ a sacrorum librorum fluentis procedunt. Qui etiam recte corvi vocati sunt, quia nequaquam de justitiae sue luce superbunt, <sup>B</sup> 578 sed per humilitatis gratiam peccatorum in se ingredinem constentur. Unde etiam ab electorum Ecclesia dicitur: *Nigra sum, sed formosa* (*Cant.* i, 4). Et Joannes ait: *Si diserimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus* (*I Joan.* i, 8). Qui videlicet corvi subsannantis oculum effodiunt, quia pravorum ac pervicacium hominum intentionem vincunt. Ex hoc itaque testimonio, si hic quoque torrens prædicationis debet intelligi, *Lapidem caliginis et umbram mortis dividit torrens a populo peregrinante*, qui sanctorum prædicationis obduratas mentes reproborum deserit, et ad pia humilium se corda convertit. Unde adhuc subditur:

#### CAPUT XXXI [*Vet. XIX.*].

VERS. 4. — *Eos quos oblitus est pes egentis hominis, et invios.*

50. *Judeis relicts, ad gentiles defluxit.* — Quis hoc loco alias accipitur egens homo, nisi ille de quo per Paulum dicitur: *Qui propter nos egenus factus est, cum dives esset* (*II Cor.* viii, 9)? Cuius videlicet egentis hominis peles sancti prædicatores fuerunt, per quorum profecto præsentiam gentilitatem circumiens, mundum perambulavit universum. De quibus per prophetam dicitur: *Et in ambulabo in eis* (*Levit.* xxvi, 12; *II Cor.* vi, 16). An pes ejus non erat, qui tentus in compedibus dicebat: *Pro quo legatione fungor in catena* (*Ephes.* vi, 20)? Sed eorum qui umbra mortis et lapis caliginis exstiterunt, pes hominis egentis oblitus est, quia in ipso initio nascientis Ecclesiæ, dum sancti apostoli cœlorum regnum Judææ prædicare voluissent, videntes quod ei nihil omnino profligerent, ad predicandum gentibus defluxerunt, sicut ipsi in suis Actibus dicunt: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis æternæ vite, ecce d convertimur ad gentes* (*Act.* xiii, 46). De quibus et per Psalmistam dicitur: *Transferentur mones in cor maris* (*Psalm. xlv,* 3), quia repulsi a Judæa apostoli <sup>c</sup> in hoc gentilitatis sæculum translati sunt. Qui sunt ergo qui imensa duritia præ obscuritate cordis, quasi quidam lapis caliginis et umbra mortis, a peregrinante sanctorum populo dividuntur, nisi

<sup>f</sup> Elegantius in recent. Ed., in hoc gentilitatis sæculum; verum in MSS. Germ., Turon., duob. Laud., Corb. Germ., Norm., etc., legitur sæculum, vel sæculo; vet. Ed. Paris., solo. Basil., populo.

hi quos pes egentis hominis est oblitus, id est quos praedicatores Domini, videlicet <sup>a</sup> per humanitatem pauperis, pro superbiae suæ tumore reliquerunt, eorumque omnino obliti sunt, dum prædicationis suæ sensu ad solam fructificationem gentium transtulerunt? Quos recte quoque et invios vocat, quia dum in infidelitate sua obdurati sunt, verbis vita ad eam præbere noluerunt. Sed Judæa hæc, quæ sic obduravit, vel qualis dudum fuerit, vel quid post pertulerit, audiamus. Sequitur:

## CAPUT XXXII.

VERS. 5. — *Terra de qua oriebatur panis, in loco suo igne subversa est.*

51. *Synagoga quæ legis scripturarumque panem ministrabat, invidia conflagrans, destructa est.* — Panem Judæa dare consueverat, quæ legis verba proferebat. Quam videlicet legem, quia intelligere jam reprobi atque explanare non poterant, propheta Jeremias in lamentis deplorat, dicens: *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis* (Thren. iv, 4). Sed hæc terra in loco suo igne subversa est, quia fidelium signa conspiciens, invidiæ se face concravavit. Quia enim <sup>b</sup> semper invidia de superbia nasci solet, in loco suo igne perit, quæ idcirco arsit invidia, quia superbiam non reliquit. Terra ergo quæ prius panem habuit, post igne subversa est, quoniam synagoga, quæ 579 mandata Dei per legem protulit, nascentem Ecclesiam persecutus, invidiæ se igne consumpsit. An non æmulationis suæ facibus ardebat, cum Redemptoris nostri signa conspiciens, per quosdam suos diceret: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* vel certe: *Videlis quia nihil proficimus, ecce totus mundus post eum vadit* (Joan. xi, 47). Videbant unde converti debuerant, atque exinde perversiores siebant. Quærebant extinguerem quem cernebant mortuos vivificare. In ore tenebant legem, sed legis persecutabantur auctorem. Terra ergo de qua oriebatur panis, in loco suo igne subversa est, quia Judæa in semetipsa et prius habuit legem quæ reficeret, et post invidiam quæ concremaret. De cuius adhuc descriptione subjungitur:

## CAPUT XXXIII.

VERS. 6. — *Locus sapphiri lapides ejus, et glebae illius aurum.*

52. *Auget Judæorum casum, donorum et gratiarum quibus prius ornati sunt, copia.* — Auget reatum culpæ sequentis præconium gloriae præcedentis. Nam uniuscujusque casus tanto majoris est criminis, quanto priusquam caderet majoris potuit esse virtutis. Dicatur ergo Judæa, dicatur quid fuerit, et præcedentium magnitudo virtutum crescat ad cumulum sequentium delictorum. *Locus sapphiri lapides ejus, et glebae illius aurum.* Quid enim hoc loco per lapides, nisi sanctorum ac fortium mentes accipimus? (Vet. XX). In Scriptura etenim sacra aliquando lapi-

des in malo, aliquando vero in bono accipi solent. Num cum lapis pro insensibilitate ponitur, dura per lapides corda signantur. Unde et per Joannem dicitur: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ* (Matth. iii, 9). Qui videlicet nomine lapidum corda gentilium designat, dura tunc atque insensibilitia per insensibilitatem. Et per prophetam Dominus pollicetur, dicens: *Auseram cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum* (Ezech. xi, 19). Rursum per lapides mentes fortium designari solent. Unde et per Petrum sanctis dicitur: *Et vos tanquam lapides vivi superædificamini e domus spiritales* (I Petr. ii, 5). Et per prophetam Dominus venienti Ecclesiæ pollicetur, dicens: *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in sapphiris, et ponam jaspidem propugnacula tua, et portas tuas in lapides sculptos; et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, universos filios tuos doctos a Domino* (Isai. LIV, 11). Stravit namque in illa per ordinem lapides, quia in ea sanctas animas meritorum diversitate distinxit. Fundavit eam in sapphiris, qui scilicet lapides coloris aerei in se similitudinem tenent, quia robur Ecclesiæ in animabus cœlestia appetentibus solidatur. Et quoniam jaspis viridis est coloris, jaspidem propugnacula ejus posuit, quia illi contra adversarios pro sancta Ecclesiæ defensione objecti sunt, qui, internis desideriis virentes, <sup>d</sup> nulla temporis reprobi ariditate marcescant. Portas vero ejus posuit in lapides <sup>e</sup> sculptos. Hi quippe portæ sunt Ecclesiæ, per quorum vitam atque doctrinam intrat in eam multitudo credentium. Qui pro ee etiam quod magnis operibus pollenti, et id quod loquentes asserunt, viventes ostendunt, non puri, sed sculpti lapides esse memorantur. In quorum enim vita recta operatio cernitur, quasi in eisdem ipsis exprimitur quod egerunt. Ubi omnem quoque sanctorum numerum generali collectione concludens, subdividit: *Omnes terminos tuos in lapides 580 desiderabiles* (Ibid. LIV, 12). Et, tanquam si audientes ista petreremus ut hos lapides quos diceret indicaret, adjunxit: *Universos filios tuos doctos a Domino.* Quia igitur de Judæa nunquam sanctæ animæ, quæ cœlestem vitam ducerent defuerunt, dicitur: *Locus sapphiri lapides ejus.* Et quia magna vita ac sapientiae claritate per fidem fuisit, adjungitur: *Et glebae illius aurum.* Quid per glebas, nisi collectiones singularium ordinum ac multititudines designantur? Glebae autem ex humore et pulvere constringuntur. Omnes ergo qui, rore gratiae infusi, ex mortis debito se pulverem esse veraci cognitione confessi sunt, dum vita virtute clarescerent, quasi aureæ in illa glebae jacuerunt. Glebas hæc terra habuit in prophetis, glebas in doctoribus, glebas in Patribus antiquis, qui magna se infusione gratiae in professionis et operis unanimitate tenuerunt. Dicat ergo: *Eg*

<sup>a</sup> Ita MSS. At Editi omnes, per humilitatem.  
<sup>b</sup> 2 Laud., sœpe.  
<sup>c</sup> Norm. et plerique, in domos spiritales.  
<sup>d</sup> In 1 Laud., nulla temporis reprobi; quain lectione

dem ex parte seculi sunt plerique Editores. Nostram tamen, quæ MSS. sere omnium est, longe antequendam.

<sup>e</sup> Laud., sculptos, et infra, sculpti lapides.

*glebae illius aurum, quia in ea multitudo spiritualium tantum majori virtute claruit, quanto se in Deum ac proximum a majori unanimitate constrinxit.*

53. *Aurum quo fulgebant, perfidiae tenebris obscuratum.* — Sed hoc aurum perfidia est postmodum tenebris obscuratum. Cujus projecto nigredinem Jeremias propheta intuens deplorat, dicens : *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus* (*Thren. iv, 1*)? Aurum namque obscuratum est, quia in eis antiquus ille Iudei aique innocentiae splendor, irruente perfidia, malitia se nocte fuscavit. Quia igitur quid sicut audivimus : *Locus scilicet sapphiri lapides ejus, et glebae illius aurum, nunc jam dilectus ille Deo populus cur tanta haec bona perdiderit audiamus.* Sequitur :

#### CAPUT XXXIV [Vet. XXI].

VERS. 7. — *Semitam ignoravit avis, nec intuitus est oculos vulturis.*

54. *Humilitatis Christi vias ignorantes, ejus mortis fructum amiserunt.* — Quis hoc loco avis nomine, nisi ille signatur, qui corpus carneum quod assumpsit, ascendendo ad aethera libravit? Qui apte quoque etiam vulturis appellatione exprimitur. Vultur quippe dum volat, si jacens cadaver conspicit, ad esum se cadaveris depositum; et plerunque sic in morte capit, dum ad mortuum animal de summis venit. Recte ergo mediator Dei et hominum redemptor noster vulturis appellatione signatur, qui mens in altitudine divinitatis suae, <sup>b</sup> quasi a quodam volatu sublimi cadaver mortalitatis nostrae conspergit in insidia, et sese de celestibus ad ima submisit. Fieri quippe propter nos homo dignatus est, et dum mortuum animal petuit, mortem apud nos qui apud se erat immortalis invenit. Sed hujus vulturis oculus sicut ipsa intentio nostra resurrectionis, quia ipse ad triduum mortuus, ab aeterna nos morte liberavit. Ille ergo perfidus Iudeam populus mortalem vidit; <sup>c</sup> sed quemodo morte sua nostram mortem desirueret, minime attendit. Conspergit quidem vulturem, sed oculos vulturis non aspergit. Qui dum humilitatis ejus vias quibus nos ad alta sublevavit considerare noluit, semitam avis ignoravit. Neque enim pensare studuit quod ejus nos humilitas levaret ad coelestia et mortis ejus intentio reformaret ad vitam. Semitam igitur ignoravit avis, nec intuitus est oculos vulturis, quia etiam vidit eum quem in morte tenuit, videre noluit <sup>d</sup> quanta vitam nostram gloria de ejus morte sequeretur. Ille et ad crudelitatem quoque persecutionis exarsit, verba vita 58] reci-

<sup>a</sup> Vind., majori unitate constrinxit. <sup>1</sup> Laud. habet construxit, pro constrinxit.

<sup>b</sup> Ita 1 Laud., Norm. et pier. In omnibus Editis omittitur a.

<sup>c</sup> Plurimi, sed quod morte... non attendit

<sup>d</sup> Germ., Corb. Germ., Norm., quanta vita nostrae gloria.

<sup>e</sup> Hunc locum in Edit. corruptissimum restituimus ex MSS. Corb. Germ., Anglc., Norm., Parisiencib., Laud., Balvac., etc. Prius legebatur : in cunctis Latinis Codicibus institutores positos reperiimus. In Graecis vero negotiatorum ~~conveniuntur~~ <sup>f</sup> que re colligi valent

A pere renuit, prædicatores regni colorum prohibendo, saeviendo, feriendo repulit. Quis scilicet repulsi Iudeam ad quam missi fuerant deserentes, in gentilitatis collectionem dispersi sunt. Unde adiuc subditur :

#### CAPUT XXXV [Rec. XX].

VERS. 8. — *Non calcaverunt eam filii institutorum, nec pertransiit per eam leæna.*

55. Apostoli eorumque successores Iudeam deseruerunt et gentilium conversioni insudarunt. — In cunctis Latinis Codicibus institutores positos reperiimus, in Graecis vero negotiatores invenimus. Ex qua re colligi valet quod in hoc loco pro institutoribus institutores scriptores quique ignorando posuerunt. Institutores enim negotiatores dicimus, pro eo quod exercendo operi insistunt. Sed uterque sermo licet in voce dissonet, in intellectu non discrepat, quia omnes qui fidelium mores instituant, spiritale negotium gerunt, ut cum prædicationem suis auditoribus praebent, ab eis fidem et opera recta percipiunt, sicut de sancta Ecclesia scriptum est : *Simeonem fecit et vendidit* (*Prov. xxxi, 24*); de qua et paulo post illic dicitur : *Vidit quod bona est negotiatio ejus* (*Ibid. xxxi, 18*). Qui hoc loco institutores nisi propriae sancti vocati sunt, qui synagogæ mores ad fidem instituere curaverunt prophetando? Quorum nimis si ille sancti apostoli nuncupantur, qui ut Deum hominem crederent, ad eandem fidem ex eorum sunt prædicatione generali. De quibus Ecclesiæ per Psalmistam dicitur : *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitutes eos principes super omnem terram* (*Psal. xliv, 17*). Sed quia repulsi apostoli a synagogæ finibus sunt egressi, recte nunc dicitur : *Non calcaverunt eam filii institutorum.* Calcarant quippe eam institutorum filii, si prædicatores sancti ejusdem synagogæ viae calce virtutis premerent. Si autem institutorum <sup>1</sup> eosdem sancta Ecclesia prædicatores accipimus, institutorum filios pastores et doctores, qui apostolorum et viam secuti sunt, nil obstat intelligi. Qui Synagoga in minimo calcaverunt, quia dum eorum patres, id est apostoli, ab illa repulsi sunt, ipsis quoque ab ejus vocatione cessaverunt.

[Vet. XXII.] 56. *Synagoga relicta, gentibus colligendis Ecclesia studuit.* — Per quam videlicet Synagoga leæna non pertransiit, quia sancta Ecclesia collectioni gentium dedita nequaquam se e ad illum Iudeæ populum diutius occupavit. Recte autem Ecclesia leæna nuncupatur, quia male viventes in vitiis,

quod hoc in loco pro negotiatoribus institutores scriptores ignorando posuerunt. Quo pacto erraverunt qui pro negotiatoribus institutores posuerunt, cum ultraque vox idem sonet? Sed legendum institutores, ut utriusque legebatur in Lat. Codicib. Libri Job; sic autem Gregorii legis manifestum est tam ex MSS. consensu (si Germ. excipias, in quo syllaba media in ubiquo delecta est) quam ex his verbis. *Omnes qui fidelium mores instituant, etc.*

<sup>f</sup> Geomet. ac pl. ejusdem sanctorum Ecclesie.

<sup>g</sup> Sic Laudun., Vindoc., Corb. Germ.; Norm. Editi cum Germ., vitam secuti sunt.

ore sanctae prædicationis interficit. Unde et ipsi primo pastori quasi hujus leænae ori dicitur : *Macta et manduca* (Act. x., 15). Quod mactatur quippe a vita occiditur, id vero quod coeneditur, in comedentis corpore commutatur. Macta ergo et manduca dicitur, id est a peccato eos in quo vivant interfice, et a seipsis illos in tua membra converte. Et quia haec Ecclesia corpus est Domini, ipse etiam Dominus Jacob voce leo vocatur ex se, leæna vocatur ex corpore, dum ei sub Judæ specie dicitur : *Ad prædanum, filium, ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, et quasi leæna; 582 quis suscitabit eum* (Genes. xlxi, 9)? Haec igitur leæna nequaquam dicitur, quia per Judæam non transiit, sed non pertransiit. Apostolis namque prædicantibus prius ex illa tria millia, postmodum quinque millia crediderunt. Ecclesia itaque per Synagogam transiit, sed non pertransiit, quia ex illa ad fidem paucos rapuit, sed tamen illum infidelem populum a perfidia funditus non existinxit. Sed, quod sepe jam diximus, repulsa ab infidelitate Judæorum, deslexit ad vocationem gentium. Unde adhuc de ea deum leæna dicitur :

## CAPUT XXXVI.

VERS. 9. — *Ad silicem extendit manum suam, subvertit a radicibus montes.*

**57. Quarum duritiam emollivit, et superbiam stravit.** — Manum quippe ad silicem extendit, quia ad duritiam gentium sue brachium prædicationis misit. Unde et idem beatus Job passionis sue historiam præsciens gentibus innocendam, dicit : *Scribantur haec stylo ferreo in plumbi lamina, vel certe sculptantur in silice* (Job. xix, 24). Qui vero hoc in loco montes, nici hujus sæculi potentes accipimus, qui pro terrena substantia altum timent? De quibus Psalmista ait : *Tange montes, et sumigabunt* (Psal. cxliii, 5). Sed montes a radicibus sunt eversi, quia, prædicante sancta Ecclesia, summæ hujus sæculi potestates in adoratum, omnipotentis Dei ab intima cogitatione ceciderunt. Radices enim montium cogitationes sunt intimæ superborum. Et a radicibus montes cadunt, quia ad colendum Deum potestates sæculi ab imis cogitationibus prosternuntur. Recta etenim per radicem cogitatio occulta signatur, quia per hoc quod intus non cernitur, erumpit quod videatur foris. Unde et in bonam partem per prophetam dicitur : *Emitte id quod salvatum fuerit de domo Juda, et quod reliquum est, mittet radicem deorsum, et faciet fructum sursum* (Isai. xxxvii, 31). Ac si aperte diceretur : In imis cogitationibus nascitur, ut in summis retributio reddatur.

\* *Duo Laud. et alii, quis suscitavit eum.*

† Sic legimus in 2 Laud., Bellov., Ebroic., Pratel., etc. In Editis et in Germ. omittitur non, et interpunctio molata est magno sensu tamen, qui ex nostra restituitione sit optimus. Explicat sanctus Doctor nec pertransiit per eam leæna, cuius nomine Ecclesiam dicit esse intelligentiam. Et quamvis de hac leæna non possit asseri quod per Judæam non transierit (transiit enim conversis ad fidem primis tribus, postmodum quinque Judæorum milibus), At non pertransiit, quod sufficit ad loci hujus interpretationem. Distinguit ergo sanctus Gregorius inter transire et per-

A Dicat ergo : *Ad silicem extendit manum suam, subvertit a radicibus montes, quia duin duritiam gentium sancta prædicatione petiit, superborum altitudinem funditus stravit.* Quia vero eos quos a cogitationibus terrenis evacuat douis cœlestibus replet, et quos insimis curis exhaustus supernis rigat fluentis, mox subditur :

## CAPUT XXXVII.

VERS. 10. — *In petris rivos excidit.*

**58. In saxis gentilium cordibus Deus fluvios prædicationis aperuit.** — Id est, in duris gentilium cordibus fluvios prædicationis aperuit, sicut per prophetam quoque de irriganda dicitur ariditate gentilium : *Posuit desertum in stagnum aquarum, et terram sine aqua in exitus aquarum* (Psal. cvi, 55). Atque in Evangelio promittit Dominus, dicens : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina aquæ viræ de ventre eius fluunt* (Joan. vii, 88). Quod promissum lunc audivimus, etiam nunc completum videmus. Ecce enim in sanctis præparatoribus, et non ex Judæa progenitis, per cunctam Ecclesiam toto orbe diffusam, fluenta cœlestium mandatorum libertum manant ore gentilium. Quia enim in petris rivos aperuit, ex duris quoque **583** cordibus fluvius sanctæ prædicationis emanavit. Sequitur :

## CAPUT XXXVIII.

**I**mp. — *Et onine pretiosum vidit oculus ejus.*

**59. Vitis Deo est mundus, et pretiosæ animæ quæ elegit.** — Sciendum magnopere est quia tanto unaquaque anima fit pretiosior ante oculos Dei, quanto pro amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad Saul dicitur : *Nonne cum parvulus es. es in oculis tuis, caput te constitui in tribibus Israel* (I Reg. xv, 17)? Ac si aperite diceretur : Magnus mihi fui, quia despectus tibi; sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi. Unde et per prophetam dicitur : *Væ qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobis meti ipsi prudentes* (Isai. v, 21). Tanto ergo sit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi ; tanto pretiosior Deo, quanto proprior cum vilior sibi : *Quia humilia respicit, et alta a longe cognoscit* (Psal. cxxxvii, 6). [Vet. XXXIII.] *Omne itaque pretiosum vidit oculus ejus.* In Scriptura sacra videre Dei, aliquando pro eligere ponitur, sicut in Evangelio scriptum est : *Cum essem sub sicu, vidi te* (Joan. i, 48); id est, possumus te sub umbra legis elegi. Vidi ergo pretiosum quia humilia elegit : *Inferma enim maudi elegit Deum, ut confundaret fortia* (I Cor. i, 27). Vidi pretiosum, cum humana anima de se abjecta sapientem gra-

transire.

¶ In Editis, vel cetero. Sequimur MSS. Anglic., Norm., Gallic. Vide quæ observavimus l. xiv, c. 53, n. 64.

¶ Ita Bellovac., Laud., Norm. et alii; Editi, in aliis.

• 3 Laud. alias hanc loci annotat, transigunt.

† Gemet., Germ., Corb. Germ. et alii, et mittet.

§ Laud., Corb. Germ. et Norm., aquæ.

¶ Corb. Germ., Norm., 1 Laud. et Germ., abjecto pre, habent, aliquando eligere positur.

tice suæ illustratiōne respexit. De qua videlicet anima <sup>a</sup> per prophetam dicitur: *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris* (Jerem. xv, 19). Vilius quippe Deo est mundus præsens, pretiosa vero ei est anima humana. Qui ergo pretiosum a vili separat, quasi os Domini vocatur, quia per eum Deus verba sua exerit, qui ab amore præsentis sæculi loquendo quæ potest, humanam animam evellit. Et quia novi Testamenti doctores ad hoc usque perducti sunt, ut occultas quoque allegoriarum caligines in veteri Testamento rimentur, recte subditur:

#### CAPUT XXXIX [Rec. XXI].

VERS. 11. — *Profunda quoque fluviorum scrutatus est, et abscondita produxit in lucem.*

60. Deus doctoribus sacris profunda et abscondita legis ac prophetarum revelavit. — Quid namque hic aliud lumen nisi antiquorum Patrum dicta nuncupantur? Quis enim pensare sufficiat quam vehemens fluvius, dum legem conderet, <sup>b</sup> ex pectore Moysi erupit quam vehemens fluvius ex David corde defluxit; quanta a Salomonis ore atque omium prophetarum fluinum fluenta manarunt? Sed horum fluminum Iudea speciem tenuit, dum litteræ superficiem servans, eorum profunda nescivit. Nos vero qui veniente Domino in eis interna spiritualia quærimus, eorum profunda rimamur. Quod ipse Dominus facere dicitur, quia id nos agere ipso donante prævalens. Per nos ergo qui non litteram quæ occidit, sed spiritum qui vivificat sequimur, profunda fluviorum Dominus scrutatur, et abscondita in lucem producit, quia dicta legis, quæ caliginosa nimis historia obscurat, nunc expositiō spiritalis illuminat. Unde et loquens in parabolis per Evangelium Veritas discipulis præcepit, dicens: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, prædicate super tecta* (Matth. x, 27). <sup>c</sup> Aperte namque dicta exponentium fecerunt nobis esse jam conspicuas sententias antiquorum Patrum. Unde Isaías propheta plena sanctæ Ecclesiæ expositionis verba conspiciens, et non allegoriarum tenebris obscura, exclamavit dicens: *Locus fluviorum rivi latissimi et patentes.* (Isai. xxxiii, 21). Testimenti enim veteris dicta quasi angusti et clausi rivi fuerant, qui immensas **584** scientiae suæ sententias collectione obscurissima constringebant. At contra doctrina sanctæ Ecclesiæ rivi et lati et patentes sunt, quia ejus dicta et invententibus multa sunt et quærentibus plena. Ait ergo: *Profunda fluviorum scrutatus est, et abscondita produxit in lucem.* Quia dum suis expositoriis intelligentia spiritum infudit, antiquas <sup>d</sup> prophetantium obscuritates aperuit. Et hoc jam sancta Ecclesia per spiritum agnoscit, quod Synagoga prius per litteram intelligere omnino non valuit. Unde et Moyses cum populo loqueretur (Exod. xxxiv, 33), faciem velabat, ut videlicet designaret quod ille Iudeorum populus

<sup>a</sup> Germ., duo Laud., Norm. et alii, per prophetam dicit.

<sup>b</sup> 2 Land., quam potest humanam animam.

<sup>c</sup> 1 Land., ex pectore Moysi ore erupit.

<sup>d</sup> Corb. Germ., Beccensis, Utic. et alii, aperta

A legis verba cognosceret, sed ejusdem claritatem legis omnimodo non videret. Unde recte et per Paulum dicitur: *Usque in hodiernum enim diem cum legitur Moyses, velamen est positum super eorū eorum* (II Cor. iii, 15). Sed quia dicta Dei nullatenus sine ejus sapientia penetrantur (nisi enim qui spiritum ejus acciperit, ejus nullo modo verba cognoscit), sanctus vir de investiganda eadem Dei sapientia verba sub jungit, dicens:

#### CAPUT XL [Vet. XXIV, Rec. XXII].

VERS. 12-15. — *Sapientia vero ubi invenitur, et quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium. Abyssus dicit, Non est in me, et mare loquitur: Non est mecum. Non dabitur aurum obryzum pro ea, nec appendetur argenteum in commutatione ejus.*

61. *Sapientiæ Dei locus et pretium assignari non possunt.* — Notandum prius est quod duo <sup>e</sup> sibi proposuit, et duo subdit respondendo. Ad id namque quod superius dixit: *Sapientia vero ubi invenitur, et quis est locus intelligentiæ?* Isto versu respondit: *Abyssus dicit: Non est in me, et mare loquitur: Non est mecum.* Ad id vero quod dixerat: *Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium,* inferiorem versum reddidit, dicens: *Non dabitur aurum obryzum pro ea, nec appendetur argenteum in commutatione ejus.* Ad utraque ergo respondit, sed augendo quod objecerat, non solvendo. Cum sapientiæ namque locum quæreret, ac deinde inferius responderet: *Abyssus dicit: Non est in me, non ubi esset, sed ubi non esset indicavit.* Rursus cum ab homine ejus pretium diceret ignorari, atque ad hoc inferius redderet: *Non dabitur aurum obryzum pro ea, non quid esset ejus pretium, sed quid non esset ostendit.* Cunctis autem liquet quod neque hæc humana sapientia vel teneri loco, vel emi ditionis potest. Sed vir sanctus, mysticis sensibus plenus, <sup>f</sup> ad alia nos intelligenda transmittit, ut non creatam sed creantem sapientiam requiramus. Nam nisi in verbis istis allegoriarum secreta rimemur, ea utique quæ sequuntur omnino sunt digna despectu, si ex sola historicā narratione pensentur. Paulo post namque dicit: *Non adæquabitur ei aurum vel vitrum.* Et cum, sicut novimus, vitrum longe atque dissimiliter auro sit vilius, cur post auri nomen, metalli utique pretiosi, pro immensa laude vitrum quoque dixit sapientiæ non æquari? Ipsa ergo litteræ difficultate compellimus, ut ad sententias horum verborum mysticas vigilamus. Vir itaque sanctus quam sapientiam contemplatur, nisi eam de qua Paulus apostolus dicit: *Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam* (I Cor. i, 24)? De qua per Salomonem scriptum est: *Sapientia ædificavit sibi domum* (Prov. ix, 1); et de qua Psalmista ait: *Omnia in sapientia fecisti* (Psal. ciii, 24). Hujus nimurum **585** sapientiæ homo pretium nescit, namque.

<sup>e</sup> Germ. et Norm., prophetarum.

<sup>f</sup> Vindoc., duo ibi.

<sup>g</sup> Vindoc., ad aliam nos intelligentiam.

quia nihil dignum aestimatione illius invenit. Non autem hoc sapientiae pretium et esse dicitur <sup>a</sup> et nesciri, sed idcirco nesciri, quia deest: eo scilicet loquendi genere, quo in angustiis quisque deprehensus, cum remedium subventionis non invenit, fateri solet quia quid faciat nescit.

62. *Nullius boni operis merito debetur.* — Ilujus ergo sapientiae pretium nescire, est digni operis meritum quo illam percipiat non invenire. Ad hoc namque pretium damus, ut ejus vice rem quam appetimus possidere <sup>b</sup> debeamus. Quid autem nos dedimus ut hanc sapientiam, quae Christus est (*Rom. xi, 6*), percipere mereremur? Gratia quippe redempti sumus. Illa namque sola opera male vivendo dedimus, quibus si justa retributio servaretur, non Christus, sed supplicia redderentur. Sed aliud homo per justitiam meruit, aliud per gratiam accepit. <sup>c</sup> Testetur Paulus, priusquam mens illius semen gratuitae veritatis acciperet, quibus sentibus premeretur erroris: *Qui prius, inquit, sui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate (I Tim. i, 13).* Testetur pro qualibus Christus mori dignatus est: *Cum adhuc, inquit, peccatores essemus, secundum tempus Christus pro impiis mortuus est (Rom. v, 8).* Qui ergo veniente sapientia impii inventi sumus, quid boni operis dedimus, quo accipere eandem sapientiam mereremur? Ilujus itaque sapientiae homo pretium nescit, quia quisquis a brutis animalibus rationis intellectu discretus est, quoniam quod suis meritis non sit salvatus intelligit, nihil se dedisse boni operis ut ad fidem veniret agnoscit. Quasi enim ad percipiendam sapientiam pretium dare est cognoscendum Deum <sup>d</sup> actionis suæ mercede prævenire.

63. *Gratia gratis datur, non ex meritis.* — Non esse hujus sapientiae pretium cognoverat, qui dicebat: <sup>e</sup> *Quis prior dedit illi, et retribuet ei?* (*Rom. xi, 35*). Hinc iterum scriptum est: <sup>f</sup> *Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, sed Dei donum est; non ex operibus, ut ne quis glorietur (Ephes. ii, 8).* Hinc de semetipsa iterum loquitur, dicens: *Gratia Dei sum id quod sum (I Cor. xv, 10).* Ex cuius nimirum aspiratione gratiae, quia virtutum opera protinus in corde generantur, ut ex libero quoque arbitrio subsequatur actio, cui post hanc vitani retributio æterna respondeat, illico adjicit: *Et gratia ejus in me vacua non fuit (Ibid. xv, 10).* [*Vet. XXV.*] Sed sunt nonnulli <sup>g</sup> qui sanos se suis viribus exsultant, suisque

A præcedentibus meritis redemptos se esse gloriabantur. Quorum profecto assertio invenitur sibimetipsis contraria, quia dum et innocentes se asserunt, et redemptos, hoc ipsum in se redemptionis nomen evanuant. Omnis namque qui redimitur, ex aliquis procul dubio captivitate liberatur. Unde ergo quilibet iste redemptus est, si prius non fuit sub calpa captivus? Liquet itaque quia multum desipit quisquis haec sapit. Hominis quippe meritum superna gratia non ut vñiat invenit, sed postquam venerit, facit; atque et ad indignam mentem veniens Deus, dignam **586** sibi exhibet veniendo; et facit in ea meritum quod remuneret, qui hoc solum invenerat quod puniret.

[*Rec. XXIII.*] 64. *Prædestinationis gratuitæ exemplum in latrone salutem consecuto.* — Libet inter haec mentis oculos ad illum latronem reducere, <sup>b</sup> qui de fauce diaboli ascendit crucem, de cruce paradisum. Intueamur qualis ad patibulum venerit, et a patibulo qualis abscessit. Venit reus fraterno sanguine, venit cruens, sed interna gratia est mutata in cruce; et ille qui mortem fratris intulit, morientis Domini vitam prædicavit, dicens: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum (Luc. xxiii, 42).* In cruce clavi manus ejus pedesque ligaverant, nihilque in eo a poenis liberum nisi cor et lingua remanserant. Inspirante Deo totum illi obtulit, quod in se liberum invenit, ut juxta hoc quod scriptum est: *Corde credere ad justitiam, ore confiteretur ad salutem (Rom. x, 10).* In corde autem fidelium treasumnopere manere virtutes testatur Apostolus, dicens: *Nunc autem manent fides, spes, charitas (I Cor. xiii, 13).* Quas cunctas subita repletus gratia et accepit latro, et servavit in cruce. Fidem namque habuit, qui regnatum <sup>k</sup> Dominum credidit, quem secum pariter morientem vidit: spem habuit qui regni ejus aditum postulavit, dicens: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum (Luc. xxiii, 42).* Charitatem quoque in morte sua vivaciter tenuit, qui fratrem et collatorem pro simili scelere morientem, et de iniunctate sua arguit, et ei vitam <sup>l</sup> quam cognoverat prædicavit dicens: *Neque tu times Deum, qui in eadem es damnatione. Et nos quidem justi; nam digna factis recipimus; hic vero nihil mali gessit (Ibid., 40).* Ille qui talis ad crucem venit ex culpa, ecce qualis a cruce recedit ex gratia. Consitebatur <sup>m</sup> Dominum, quem videbat secum humana infirmitate morientem, quando negabat

<sup>a</sup> *Laud., et nescire, sed idcirco nescire.*

<sup>b</sup> *Vindoc., valeamus.*

<sup>c</sup> *Ita elegantis in Laud., Norm., et aliis, quam testatur, ut legitur in Ed.*

<sup>d</sup> *Vindoc., per actionis suæ mercedem pervenire.*

<sup>e</sup> *2 Laud., mercedem prævenire.*

<sup>f</sup> *Laud., quis prius dedit ei?*

<sup>g</sup> *Laud., gratis salvi. Vindoc., gratia enim estis salvi.*

<sup>h</sup> *Ita Vindoc., Corb. Germ., Turon., Norm. In Edit., qui salvos se; at Laud., quia nosse suis viribus, etc., errore alianuensium, qui ex quia sanos se*

<sup>i</sup> *conflarunt quia nosse.*

<sup>j</sup> *Adjecimus, diaboli, desideratum in Editis, inventumque in mss. Vindoc. et 2 Laud. In Utic. super has voces, de fauce, scriptum fuit de judicio.*

<sup>k</sup> *Deest Domine in plerisque et ita infra.*

<sup>l</sup> *Laud. et Bellovac., in cruce clamavit.*

<sup>m</sup> *Gemet., Deum.*

<sup>n</sup> *Vulgati, quam non cognoverat. Deest negotio in Corb. Germ., Vindoc., Bellov., Laud., Norm., et aliis MSS.*

<sup>o</sup> *Bellov., nihil male gessit.*

<sup>p</sup> *Gemet., Prat. et alii, Deum.*

apostoli cum quæ miracula viderant divina virtute facientem.

[Vet. XXVI.] 65. *Error eorum qui salveri hominem propriis viribus astruunt.* — Sed h̄i qui salveri hominem propriis viribus astruunt, eamdem confessionem hominis ab ipsius esse hominis virtute suspicantur. Quid si ita esset, in Dei lade Psalmista non diceret: *Confessio et magnificencia opus ejus* (Psal. cx, 3). Ab eo itaque accipimus recta confiteri, a quo nobis <sup>b</sup> et magna datur operari. Quia ergo nil boni operis dedimus quo hanc sapientiam percipere mereremur, dicatur reete: *Nescit homo preium ejus, quoniam quisquis jam ratione utitur, tanto altius sub hujus sapientiae intellectu se despicit, quanto ejusdem sapientiae verius interna cognoscit, ut indignum se ad hanc pervenisse videat, per quam gratuito agitur ut dignus fiat. De qua bene mox subditur.*

#### CAPUT XLI [Rec. XXIV].

VERS. 13. — *Nec in terra suaviter viventium.*

66. *Quisquis hujus vita voluptatibus pascitur, ab æternæ sapientiae intellectu separatur.* — Quid hoc in loco terræ signatur nomine, nisi anima humana? De qua Psalmista dicit: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi* (Psal. cxlii, 6). Hæc autem sapientia inventari in terra suaviter viventium non valet, quia quisquis adhuc hujus vita voluptatibus pascitur, ab æternæ sapientiae intellectu separatur. Nam si vere saperet, expulsus ab internis gaudiis, de ea in quam 587 cecidit, exsili sui cœcitate lugeret. Illo namque per Salomonem dicitur: *Qui apponit scientiam, apponit et dolorum* (Eccle. i, 18), quia quanto plus homo cœperit scire quid perdidit, tanto plus lugere incipit corruptionis sua sententiam quam invenerit. Considerat namque unde quo lapsus est; quod a paradisi gaudiis ad ærumnas vita presentis, ad angelorum societatis venit ad curas necessitatum; pensat in quot jam periculis jacet, qui prius sine periculo stare contempsit; Inget exsilium quod damnatus patitur, et suspirat ad coelestis gloriæ statum, quo perfici securus posset si peccare noluisse. Quod bene Psalmista considerans, ait: *Ego dixi in pavore meo: Projectus sum a vultu oculorum tuorum* (Psal. xxx, 23). Contemplatus quippe interna gaudia visionis Dei, et socialem frequentiam angelorum persistentium, reduxit oculos ad ima, vidit quo D jaceret, qui ad hoc conditus fuerat, ut in cœlestibus stare potuisset; pensavit ubi esset, et quo decesset ingemuit; projectamque se a vultu oculorum Dei doluit, quia in comparatione lucis intime graviores senserat exsili sui tenebras quas tolerabat [Vet. XXVII]. Hinc est quod ad animum suum ex praesenti vita <sup>c</sup> nullius gratiae consolationem admittit,

<sup>a</sup> Gemet., asserunt.

<sup>b</sup> In Germ. Corb. Germ. et in Editis, et magna dantur operari. Mas. Anglic. et nostri habent datur.

<sup>c</sup> Laud. et Bellov., nullius gratiam consolationis.

<sup>d</sup> In Germ., Turon., Norm. et pler., metalla.

<sup>e</sup> Becc. et Utic. duplicum hic lectionem exhibent, voluntatem et voluntatem.

A dicens: *Negavi consolari animam meam* (Psal. LXXVI, 3). Nam plerumque hujus sæculi divites solent mentis tristitia affecti, bona temporaliter accepta conspicere, et tristitiam delinire. Cum enim mœrore quodam se tangi sentiunt, equos aspiciunt, auri argenteaque sui <sup>d</sup> vascula contemplantur, prædia circumneunt. Cumque per hæc temporalia oculos libenter trahunt, obortum animæ mœrorem vincunt. Unde eis et in Evangelio Veritas dicit: *Væ vobis divitibus, qui hic habetis consolationem vestram* (Luc. vi, 24). Sed sanctus vir qui hoc luget, quia ab æternis gaudiis cecidit, consolationem de temporalibus non admittit, dicens: *Negavi consolari animam meam.* Ac si aperte dicat: *Qui de temporalium amissione non lugeo, de temporalium abundantia consolari nequaquam possum.* Cui tanquam si nos audientes ista dicereamus: *Quid igitur queris, qui consolari in his quæ mundi sunt renuis?* illico adjecit: *Memor fui Dei, et delectatus sum* (Psal. LXXVI, 4). Ac si aperte dicat: Terrenarum rerum me nec abundantia refovet, auctoris autem mei quem adhuc videre non valeo. vel sola memoria delectat. Hæc est igitur amaritudo sapientiam, quia dum spe in alta errecti sunt, nullis hic gaudiis animum sternunt. Hinc enim scriptum est: *Cor sapientium ubi tristitia est, et cor stultorum ubi latitia* (Eccle. viii, 5). Hinc Jacobus dicit: *Miseri estote, et lugete, et plorate, et risus uester in luctum convertatur, et gaudium in mœrem* (Jac. iv, 9). Hinc per semetipsam Veritas attestatur, dicens: *Deuti qui lugent, quoniam ipsis consolabantur* (Math. v, 5). Inveniri ergo sapientia in eorum terra non potest, qui suaviter vivunt, quia tanto verius stulti sunt, quanto majora perdentes, in minimis luctantur. Hinc Petrus eamdem pravorum stultitiam reprehendit, dicens: *\* Volup'atem existimantes diei <sup>e</sup> delicias, coquinationis et macula* (II Pet. ii, 13). Hinc Salomon ait: *Risum deputavi errorem, et gaudio dixi: Quid frustra deciperis* (Eccle. ii, 2). Dicas itaque vir sanctus de sapientia: *Nec inherentur in terra suaviter viventium, quia nimirum qui in 588 hoc mundo suaviter vivunt & ita adhuc stulti sunt, ut hoc ipsum quoque nesciant, unde cœderunt.* Sequitur:

#### CAPUT XLII [Rec. XXV].

VERS. 14. — *Abyssus dicit, Non est in me.*

67. *A Dei sapientia sunt alieni, qui secundum earnem mundumque sapient.* — Quid hoc loco abyssum nisi corda hominum vocat? quæ et per lapsum fluida et per duplicitatis sunt caliginem tenebrosa. Quæ nimirum abyssus non esse in se hanc sapientiam profiteret, quia iniqua mens dum esse sapiens carnaliter appetit, stultam se ad spiritatio ostendit. Nam quis, teste Paulo, *Sapientia hujus mundi stultitia est apud*

<sup>f</sup> Germ., voluntatem existimantes Dei, delicias coquinationis. Corb., Germ., voluntatem existimantes diei, delicias coquinationis. Bellov., delicia coquinationis, secundum lexum Græcum, coquinationes.

<sup>g</sup> Utic., Becc., Gemet., Prat., Ebroie., ita ab his stulti sunt.

**D**eum (I Cor. iii, 19), tanto quaque amplius intus siccatus sit, quanto conatur exterius sapiens videri. De hac abyso per Joannem dicitur: *Vidi angelum descendente de celo, habentem clavem abyssi, et catenam magnam in manu sua; et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, et satanas, et ligavit eum per annos mille, et misit in abyssum, et clausit, et signavit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni* (Apoc. xx, 1). Millenario eterno numero non quantitatem temporis, sed universitatem, qua regnat Ecclesia, designavit. Antiquus autem serpens ligatus catena in abyssum mittitur, <sup>a</sup> quia religatus a bonorum cordibus, apud reproborum mentes reclusus, eis atrocios dominatur. Qui paulo post quoque de puto abyssi educi describitur, quia de iniquorum cordibus nunc occulte sapientibus, tunc accepta contra Ecclesiam potestate, in vim aperte persecutionis erunt; et. Hæc itaque abyssus, in qua nunc diabolus servatur occultus, non esse in se sapientiam dicit, quia alienam se a vera sapientia inquis oportibus ostendit. Dum enim malitiam quaque legit in corde, ore autem blandimenta exhibet, dum cogitationes suas duplicitate obnubilat, dum puritatis verba quasi fatuitatem devit, <sup>b</sup> dum vias simplicis innocentie declinat, quasi habere se abyssus Dei sapientiam reensat. Et quia huic mundo mentes dedita præsentis vita curis et sollicitudinibus perturbantur, et idcirco ejusdem sapientiae tranquillitate perfici nequaquam possunt, recte subjunxit:

## CAPUT XLIIH.

**I**hes. — *Et mare loquitur: Non est mecum.*

68. **E**a non fruuntur, qui terrenis distrahanter curris. — Quid enim maris nomine nisi sæcularium mentium amara inquietudo signatur? Quæ dum se vicissim inimicitias impetunt, quasi adversantes se undæ collidunt. Recte eternum mare vita sæcularium dicitur, quia dum procellosis actionum motibus concitatur, ab internæ sapientia quiete atque stabilitate disjungitur. Quo contra bene per prophetam dicitur: *Super quem requiescat spiritus meus, nisi super humilem et quietum, et trementem sermones meos* (Isai. LXVI, 2)? A terrenis autem mentibus tanto longius spiritus fugit, quanto apud has quietem non invenit. Hinc est enim quod de quibusdam per Psalmistam dicitur: *Contrito et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverant* (Psal. XIII, 3). A qua nimis contritione perturbationis nos Dominus revocat, dicens: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam; tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia misericordia et humilis corde, et invenietis requiem animabus*

<sup>a</sup> Norm., quia relegatus. Editi omnes cum aliis MSS., relegatus.

<sup>b</sup> Germ., Gemet., 1 Laud. et Corb. Germ., erumpit. 2 Laud. utraque lectionem suppeditat.

<sup>c</sup> Aliter cum Germ. et Corb. Germ., dum vias simplices innocentiae.

<sup>d</sup> 2 Laud., mentium amaritudo signatur.

A vestris (Matth. xi, 28). Quid enim in hac vita laboriosius quam terreus desideriis vestiare? <sup>e</sup> aut quid hic quietius quam hujus sæculi nihil appetere? [Vet. XXVIII.] Hinc est quod Israëliticus populus custodiam Sabbati accepit in munere (Exod. XVI, 29); hinc e contra est Ægyptus muscarum multitudine percussa (Exod. VIII, 21). Populus namque qui Deum sequitur accipit sabbatum, id est requiem mentis, ut nullo in hac vita desideriorum carnalium appetitu fatigetur. Ægyptus vero quæ hujos mundi speciem tenet muscas percuditur. Musca enim nimis insolens et inquietum animal est. In qua quid aliud quam insolentes curæ desideriorum carnalium designantur? Unde alias dicitur: *Muscae morientes perdunt suavitatem unguenii* (Eccle. x, 4), quia cogitationes superfluæ, quæ assidue in animo carnalia cogitante et nascentur et deficiunt, eam suavitatem <sup>f</sup> qua unusquisque intrinsecus per spiritum unctus est perdunt, quoniam integritate ejus perfici non permittunt. Ægyptus ergo muscis percuditur, quia eorum corda qui terrenam vitam diligunt, <sup>g</sup> dum desideriorum suorum inquietudinibus seriuntur, turbis cogitationum carnalium ad iama depressa sunt, ut ad quietis intimus desiderium non leventur. Unde cum mira opere pietatis ad cor veritas venit, prius ab eo cogitationum carnalium vestitus ejicit, et post in eo virtutum dona disponit. Quod bene nobis sacra Evangelii historia innuit, in qua dum ad resuscitandam filiam principis invitatus Dominus duceretur, protinus additur: *Et cum ejecta esset turba, intravit, et tenuit manum ejus, et surrexit puella* (Matth. ix, 25). Foras ergo turba ejicitur, ut puella suscitetur, quia si non prius a secretioribus cordis expellitur importuna sæcularii multitudine curarum, anima quæ intrinsecus jacet mortua non resurgit. Nam dum se per innumeratas terrenorum desideriorum cogitationes spargit, ad considerationem sui sese nullatenus colligit. In his itaque inquietudinibus fluctibus habentes sapientiam non posse cognoscens, ait: *Et mare loquitur: Non est mecum.* Nullus quippe eam <sup>h</sup> plene recipit, nisi qui ab omni se abstrahere actionum carnalium fluctuatione contendit. Unde et alias dicitur: *Sapientiam scribe in tempore otii, et qui minoratur actu, ipse percipiat eam* (Eccle. XXXVIII, 25). Et rursum: *Vacate et videcie, <sup>i</sup> quoniam ego sum Deus* (Psal. LV, 11).

[Vet. XXIX.] 69. *Nisi eis non terrene studio serviantur.* — Sed quid est quod plerisque antiquorum patrum novimus hanc sapientiam et intrinsecus vivaciter tenuisse, et curas mundi extrinsecus solemniter ministrasse (Genes. XLII, 43, etc.)? An perceptione hujus sapientiae Joseph privatum dicimus, qui famis tempore totius Ægypti curas suscipiens, non

<sup>e</sup> 2 Laud., quam unusquisque... unctus habet, perdant.

<sup>f</sup> Deest dum in Norm., Germ., 2 Laud. et Corb. Germ.

<sup>g</sup> Gemet., plane.

<sup>h</sup> Norm. et pl., quoniam ego sum Dominus.

solum Aegyptiis alimenta præbuit, sed vitam quoque exterorum advenientium ministerii sui arte servavit? An ab hac sapientia Daniel alienus exstitit, qui a Chaldaeorum rege in Babylonie princeps magistratum effectus, tanto majoribus curis occupatus est, quanto et sublimiori dignitate omnibus prælatus (*Dan.* ii, 48)? Cum igitur constet plerumque etiam bonos non terreno studio terrenis curis implicari, patenter agnoscimus quia sic nonnunquam cives Jerusalem angarias solvunt Babylonie, sicut saepe cives Babylonie impendunt angarias Jerusalem. Nam sunt nonnulli qui verbum vitæ pro sola sapientiæ ostentatione prædicant, eleemosynarum opem pro appetitu vanæ glorie subministrant. Et quidem Jerusalem videntur esse quæ agunt, sed **590** tamen Babylonie cives sunt.

**70.** *Deo soli vacare cupiendum est, et curis externis ex Dei voluntate serviendum.* — Sic itaque aliquando contingit ut qui solam cœlestem patriam diligunt, terrene patriæ curis subjacere videantur. Quorum tamen ministerium a pravorum operibus plenarumque in actu, nonnunquam vero ante supernum judicem in sola cogitatione discernitur. Pleni quippe superna sapientia discernunt qualiter debeant \* et ad aliud vacare intrinsecus, et ad aliud extrinsecus occupari ut si forte occulta Dei ordinatione aliquid eis non appetentibus de hujus sæculi curis imponitur, cedant Deo quem diligunt, et præ amore ejus intrinsecus solam illius desiderent visionem; præ timore vero ejus impositam sibi extrinsecus humiliiter <sup>b</sup> expleant actionem, ut et vacare Deo appetant ex gratia dilectionis, et rursum curas superimpositas ex conditione expleant servitutis. Cumque occupationes extrinsecus perstrepunt, intrinsecus in amore pacatissima quies tenetur; \* atque occupationum tumultus exterior perstrepentes dispensat interius præsidens judex ratio, et tranquillo moderamine ea quæ circa se minus sunt traquilla disponit. Sicut enim vigor mentis frenandis præest motibus carnium, sic saepe superimpositos tumultus occupationis bene regit amor quietis, quia exteriore cursu si perverso amore non appetuntur, non confuso, sed ordinato animo ministrari queunt. Sancti etenim viri nequam eas appetunt, sed occulto ordine sibi superimpositas genuint; et quamvis illas per meliorem intentionem fugiant, tamen per subditam mentem portant. Quas quidem summopere, si liceat, vitare festinant; sed timentes occultas dispensationes Dei, tenent quod fugiunt, et exercent quod vitant. Intrant enim ad cor suum, et ibi consulunt quid velit occulta voluntas Dei; seseque subditos debere esse summis ordinationibus cognoscentes, humiliant cervicem cordis jugo divinæ dispensationis. Quisquis vero talis est, quilibet tumultus versentur extrinsecus, nonnunquam ad ejus interiora pervenient. Itaque agitur

\* Turon. et Norm., et aliud extrinsecus operari, et ad aliud vacare intrinsecus: ut si, etc.

<sup>b</sup> Duo lib. oic et Prat., exhibeant.

\* Ita legimus in MSS. Turon., Bellov., Laud., Vind., Norm., etc., Germ. habet atque occupatione...

**A** ut aliud intrinsecus voto, aliud extrinsecus teneatur officio; et hac sapientia non jam turbulenta aliqua confusa, sed tranquilla corda repleantur. Bene ergo de ea dicitur quia *Abyssus dicit: Non est in me, et mare loquitur: Non est mecum.* Ac si aperte diceretur: Perturbatae mentes sæcularium eo ipso clamant, quoniam a vera sapientia longe divisæ sunt, quo quietæ non sunt. Quia vero hæc Dei sapientia manens cum Patre ante sæcula incarnanda erat in fine sæculorum, ut ad redimendum genus humanum non sanctos angelos, non justos homines mitteret, sed in manifestatione <sup>c</sup> visionis per semetipsam veniret, recte subjugitur :

#### CAPUT XLIV [Rec. XXVI].

**B** *Vers. 15. — Non dabitur aurum obryzum pro ea.*

**71.** *Angeli ab omni labore mundi, non homines.* — Quid namque per aurum obryzum nisi sancti angeli designantur? Qui recte et aurum vocantur, et obryzum: aurum, quia fulgent claritate justitiae; obryzum, quia nullum habuerunt unquam contagium culpæ. Homines vero justi quandiu in hac carne corruptibili mortaliter vivunt, aurum quidem esse possunt, obryzum omnino non possunt, quia corpus quod corruptitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatione sensum multa cogitantem (*Sap.* ix, 15). **591** Nam quamvis in hac vita ex magna justitiae claritate resplendent, nequaquam tamen ad purum peccatorum sordibus carent; Joanne Apostolo attestante, qui dicit: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, non metipsos seducimus, et veritas in nobis non est* (*I Joan.* i, 8); et affirmante Jacobo, qui astruit, dicens: *In multis enim offendimus omnes* (*Jac.* iii, 2). Propheta etiam deprecante, qui ait: *Ne intres in iudicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens* (*Paul.* cxlii, 2). Aurum ego obryzum illi nuncupantur, qui in ea qua conditi sunt innocentia perdurantes, et fulgent claritate justitiae, et nullis vel minimis maculantur sordibus culpæ.

**C** *[Vet. XXX.] 72. Nullus tamen angelorum ad redimendum hominem missus est, aut sufficit.* — Sed quia pro hac sapientia nullus angelorum redemptor humani generis mittendus fuit, ne quis spem in his, quos in adjutorium hominum saepe apparuisse didicimus, angelis poneret, dictum est: *Non dabitur aurum obryzum pro ea.* Ac si aperte diceretur: Per semetipsam sapientia manifestabitur, ut humani genus a culpa redimatur. Nullus vice ejus angelus mittitur, quia per creatorem necesse est ut creatura liberetur. Unde et in Evangelio Dominus dicit: *Si vos filius liberaveritis, vere liberi eritis* (*Joan.* viii, 36). • Sed vir sanctus, spiritu ejusdem sapientiæ repletus, quosdam in Iudea prævidit non esse defuturos qui spem in legislatore ponerent, et suæ salutis auctorem perstrepentes. In Editis legitur: atque occupationem tumultus exterioris perstrepentis.

<sup>d</sup> *Vindoc., visitationis.*

<sup>e</sup> *2 Laud., sed vir spiritu. Gemet. ac alii pro repletus habent plenus; deest sanctus.*

*Moyen putarent, sicut et a cuidam sanato maledicentes dicunt : Tu discipulus sis ejus, b nos enim Moyse discipuli sumus (Joan. ix, 28).* Unde adhuc congrue subinfertur :

#### CAPUT XLV.

Ibid.—*Nec appendetur argentum in commutatione ejus.*  
**73.** *Eorum qui Moyen aut quempiam sanctorum, sue salutis auctorem putant, insania.* — Quia enim argento saepe eloqua divina designantur possunt argenti vocabulo etiam ejusdem eloquii scriptores intelligi, quorum vita inter turbas hominum resplendit luce virtutum. Sed quia lex peccata indicare potuit, non auferre, non quisquam veterum patrum, non legislator Moyses humani generis redemptor existit. Argentum ergo in commutatione hujus sapientiae non appenditur, quia quilibet sancti esse potuerunt, in comparatione unigeniti Filii Dei nullius meriti fuisse pensantur, qui nisi hujus sapientiae servos se esse cognoscerent, sancti nullatenus fuissent. Ad hoc quippe illi missi sunt, ut in cordibus hominum viam huic sapientiae praedicando prepararent, neque ut pro ea, sed per eam subjectos populos regerent. Quia enim certum erat quod per accessum temporum delicientis saeculi languores excrescerent, actum est ut aeterna Dei sapientia in fine saeculorum per semetipsam veniret ad grandem hunc et nimiae infirmitatis ægrotum, id est per totum mundum jacens languidum genus humanum, ut transmissis prius prædicatoribus, quasi quibusdam visitatoribus, tunc postmodum & major veniret potentia medici, quanto magis morbus crevisset ægroti. Quia vero C nullus vice ejus ad salvandos nos mittitur, dicatur recte : *Nec appendetur argentum in commutatione ejus, quoniam vita justorum prædicantium quantalibet sanctitatis luce polleat, adventum nobis supernæ 592 sapientiae per suam presentiam non commutat.* Sed fuere multi gentilium qui, mundi hujus sapientium disciplinis dediti, ea que sunt inter homines honesta servarent, et salvandos servata honestate se crederent, nec jam mediatorem Dei et hominum quererent, cum quasi sufficientem sibi philosophorum doctrinam tenerent. In quorum despctu mox subditur :

#### CAPUT XLVI [Rec. XXVII].

VERS. 16.—*Non d confertur tinctis Indice coloribus.*

74. *Quantum præstet Dei sapientia, fucatae nitore D*

<sup>a</sup> *Deest sanato in Prat., Becc., Utic. In 2 Laud. voci sanato appositum est, explicationis gratia, cæco.*

<sup>b</sup> *Plerique Norm., nos autem.*

<sup>c</sup> *In MSS. Bellov., Corb., Germ., Laud., Norm., etc., necnon in vet. Ed., ita legitur. In Gerin. et in posterioribus ed., fieret, sed mendose. Sane medici Dei fieri non potuit major potentia, que cum infinita sit, non capit majus aut minus.*

<sup>d</sup> *Germ. et Genet., non confertur.*

<sup>e</sup> *Turon., fucantur. 2 Laud. habet fucantur et fucantur. Germ., fucantur, fuscato; hic et pluries infra.*

<sup>f</sup> *Turon., et puritate conspicua.*

<sup>g</sup> *Norm., fuscare.*

A sermonis philosophie. — Quid enim per Indiam quæ nigrum populum mittit, nisi hic mundus accipitur, in quo vita hominum per culpam obscura generatur. Tincti autem colores inde, sunt hujus mundi sapientes; qui quamvis per insidelitatem et plerumque per actionem foedi sint, ante humanos tamen oculos superductæ honestatis colore & fucantur. Sed coetera Dei sapientia tinctis Indicæ coloribus non confertur, quia quisquis hanc veraciter intelligit, ab his hominibus quos mundus sapientes coluit quam longe distet agnoscit. Ipsaque ejus mandatorum verba ab hujus mundi sapientibus differunt, qui dum intendunt eloquentia, eorum dicta quasi pulchra apparent specie, et fucatione tinturæ; et cum virtute rerum careant, aliud se esse quam sunt verborum compositionibus, quasi superductis coloribus, mentiuntur. At contra, doctrina sapientiae ei prædicatione pulchra est, & et pura veritate conspicua; nec aliud se per fallaciæ prætendit exterius, et aliud reservat interior; neque in dictis suis pulchra videri appetit nitore sermonis, sed integritate veritatis. In mandatis igitur suis Dei sapientia non confertur tinctis Indicæ coloribus, quia dum fucata eloquentia ornamenta non habet, quasi vestis sine tintura placet. Quam fucationem tinturæ bene Paulus desuperexerat, cum dicebat : *Quæ et loquim. r non in doctis humanæ sapientiae verbis, sed in doctrina spiritus (1 Cor. ii, 15).* Malabat quippe hanc sapientiam sola puritate veritatis ostendere, non autem eloquii tintione & fucare. Sequitur :

#### CAPUT XLVII.

Ibid.—*Nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphyro.*

**75.** *Christo nullus aut hominum aut angelorum comparendus.* — Sardonychum, vel sapphirum, b lapides pretiosos non esse quis nesciat? Et dum multi alii pretiosi sint lapides, qui longe istos estimatione magnitudinis antecellant, cur sappirus vel sardonychus potissimum pretiosus non inatus est, cum uterque lapis iste aliorum lapidum comparatione vilissimus sit? nisi ut eos lapides qui pretiosi describuntur, dum pretiosos non esse cognoscimus, in eorum intelligentia aliud exquiramus. Sardonychus quippe terræ rubræ similitudinem tenet, sappirus vero <sup>i</sup> aeream habet speciem. Possunt ergo in sardonycho per terram rubram homines, <sup>j</sup> in sapphiro au-

<sup>b</sup> *Addimus non, ex MSS. Germ., Corb. Norm., Laud., etc., adjiciendam quoque negationem probat integer contextus, in quo scopus sancti Gregorii est ostendere sardonychum et sapphirum non esse pretiosos lapides, sed, ut ipse sit, vilissimos, si cum aliis lapillis pretiosos conferantur; mentem clare aperit his verbis : dum pretiosos esse cognoscimus, sardonychum videlicet et sapphirum. Deest tamen negotio in omnibus Ed. præterquam in edit. Paris. 1495, et aliis fortasse antiquioribus.*

<sup>i</sup> *In 2 Laud., Germ., Corb., Germ. et aliis, vulgo aeriam; et ita deinceps.*

<sup>j</sup> *Turon., in sapphiro vero qui aeris tenet speciem, visionem angelii designari.*

tem per seriem visionem angeli designari. Nam cum rubra terra speciem lapis sardonychus habeat, non immerito hominem designat, quia et Adam, qui primus est conditus, Latino sermone terra rubra nominatur. Quid est ergo quod dicitur, quia haec sapientia lapidis sardonycho, **593** vel sapphiro non confertur, nisi quod is qui est Dei virtus, et Dei sapientia, mediator scilicet Dei et hominum, homo Christus Jesus, tanta magnitudine excellat omnia, ut ei nec in terra primi homines, nec in celo angeli comparentur? Unde et per Psalmistam, dicitur: *Quis in nubibus aequaliter Domino, aut quis similis erit Deo inter filios Dei?* (Psal. lxxxviii, 7)?

[Vet. XXXI.] 76. *Quantum apostoli cælibes antecellant veteris testamenti patres conjugatos.* — Possunt autem per sardonychum lapidem patres testamenti veteris, per sapphirum vero prædicatores exprimi testamenti novi. Illi quippe quamvis magnam justitiae vitam tenerent, carnali tamen propagationi serviebant. Quia igitur constat quod quedam terrena agebant, non immerito per sardonychum lapidem, qui, ut prædictimus, terræ rubra tenet speciem, designantur. Per sapphirum vero, qui aetherei est coloris, testamenti novi congrue prædicatores accepimus, qui carnalis propaginis desideria postponentes, cœlestia sola certati sunt. Unde et propheta, consciens cuncta carnis desideria sanctos apostolos spirituali ardore transcendere, admiratus ait: *Qui sunt hi qui ut nubes volant?* (Isai. lx, 8)? Ac si aperte dicat: Nos per terram gradimur, qui adhuc conjugis implicamur, et propagandas soboli opera carnis impendimus; **C**isti vero in terra non ambulant, sed ut nubes volant, qui dum cœlestia appetunt, de terrenis desideriis nihil tangunt. Ait ergo quia Dei sapientia sardonycho, vel sapphiro lapidi non confertur, ac si patenter insinuat, dicens: *Ei qui homo inter homines cernitur, nec in antiquis quisquam, nec in novis partibus aequaliter, quia ex Deitate habet quod in humilitate quemquam similem non habet.* Unde adhuc subditur:

#### CAPUT XLVIII.

Vers. 17. — *Non aequaliter ei aurum vel vitrum.*

77. *Beati fulgebunt in celo tanquam aurum, translucubunt ut vitrum.* — Quis hoc sanum sapiens iuxta litteram sentire dignetur? Vitrum quippe, ut superius diximus, aure longe est vilius; et postquam dictum est quod aurum huic sapientiæ non aequalatur, adhuc quasi crescendo subjungitur quod ei quoque nec vitrum possit aequalari. Sed ipsa nos littera ab historico intellectu deficiens, ad indagandum allegoriam mysticum mittit. Auri namque metallum novius potiori metallicis omnibus claritate fulgere. **A** Vitrum vero naturæ est

\* Ita restituimus ex duob. Laud., Germ., Norm., etc. Prius legebatur, *vitri vero natura est, ut extrinsecus visu pura, intrinsecus perspicuitate prælucet.*

† Ita Ed rec., Germ. vero, Gemet., Prat., 2 Laud. et alii passim Mass., *euro mundo similes*, etc. Corb. Germ., *aurum mundum similes*, etc. Editio, vet., *euro mundo similes*, etc.

**A** ut extrinsecus visum, pura intrinsecus perspicuitate luceat. In alio metallo quidquid intrinsecus continetur absconditur; in vitro vero quilibet liquor qualis continetur interius, talis exterior demonstratur, atque, ut ita dixerim, omnis liquor in vitro vasculo clausus patet. Quid ergo aliud in auro vel vitro accipimus, nisi illam supernam patriam, illam beatorum civitatem, querum corda sibi invicem et claritate fulgent, et puritate translucunt? Quam Joannes in Apocalypsi consperserat, cum dicebat: *Et erat structura muri ejus ex lapide jaspide; ipsa vero civitas b aurum mundum similes, vitro mundo* (Apoc. xxi, 18). Quia enim sancti omnes summa in ea beatitudinis claritate fulgebant, **a** instructa auro dicitur.

78. *In eorum vultu intimi animi sensus conspicuntur.* — Et quoniam ipsa eorum claritas vicissim sibi in alternis cordibus patet, et cum uniuscujusque vultus attenditur, simul et conscientia penetratur, **B** hoc ipsum aurum vitro mundo simile esse memoratur. Ibi quippe uniuscujusque mentem ab alterius oculis, membrorum corporulentia non abscondit, sed patebit animus, patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis harmonia, sive unusquisque tunc erit conspicibilis alteri, sicut nunc esse non potest conspicibilis sibi.

[Vet. XXII.] Nunc autem corda nostra quandiu in hac vita sumus, quia ab altero in alterum videri non possunt, non intra vitrea, sed intra lutea vascula concluduntur, cui scilicet luto per passionem mentis inhaerere Propheta formidabat, cum diceret: *Eripe me de luto, ut non inhaerem* (Psal. LXVIII, 15). Quod minirum **C** habitaculum corporum Paulus domum terrestrem nominat, dicens: (*Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam aeternam in celis*) (II Cor. v, 1). In hac itaque terrestri domo quousque vivimus, ipsum, ut ita dicam, corruptionis nostræ parietem mentis oculis nullatenus penetramus, et vicissim in aliis videre occulta non possumus. **D** Unde sancta Ecclesia sponsi sui speciem videre in divinitate desiderans, nec tamen valens, quia æternitatis illius formam quam intueri concupiverat ab ejus oculis assumpta humanitas abscondebat, in Canticis cantorum moerens dicit: *En ipse stat post parietem nostrum* (Cant. II, 9). Ac si aperte dicat: *Ego hunc in divinitatis suæ jam specie videre desidero, sed adhuc a visione illius per assumptæ carnis parietem excludor.* Quousque itaque in hac corruptibili carne vivimus, cogitationes nostras in alterutrum non videimus. Unde rursum per eundem Paulum dicitur: *Quis scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* (Cor. II, 11)? Et rursum: *Nolite judicare ante tempus, donec veniat*

\* Vindoc., constructa. 2 Laud., Gemet. et Edit. Barthol. an. 1414, *instructura auro.*

† Turon., *habitaculum corporeum.*

\* Germ., quia si terrestris domus habitationis. 2 Laud., *inhabitationis.*

† Vindoc. Unde et sponsa in divinitate Dominum videre desiderans.

*Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium (I Cor. iv, 5).* Illa itaque civitas quæ sua vicissim singulis corda manifestat, ex auro dicitur similis vitro mundo, ut designetur auro clara, vitro perspicua.

79. *Quomodo sancti Deo similes sint et dissimiles.* — Sed quauis in ea sancti omnes tanta claritate fulgeant, tanta perspicuitate translueant, ei tamen sapientia de cojus imagine habent omne quod sunt, æquari non possunt. Bene ergo dicitur : *Nec adæquabitur ei aurum vel vitrum.* Ad hoc enim sancti omnes ad illa gaudia eterna pervenient, ut esse Deo similes possint, sicut scriptum est : *Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est (I. Joan. iii, 2).* Et tamen scriptum est : *b Domine Deus virtutum, quis similis tibi (Psal. lxxxviii, 9).* Et item : *Aut quis erit similis Deo inter filios Dei?* Unde ergo similes, et unde non similes, nisi quia huic sapientiae et similes erunt ad imaginem et tamen non erunt ad æqualitatem? Aspicio quippe eternitatem Dei, fit eis ut eterni sint; et dum visionis ejus donum percipiunt, ex perceptione beatitudinis imitantur quod vident. Et similes ergo sunt, quia beati sunt; et tamen creatori similes non sunt, quia creatura sunt. Et habent itaque quamdam Dei similitudinem, quia non habent linem; et tamen incircumscripsiæ aquilatatem non habent, qui habent circumscriptionem. Dicatur igitur recte : *Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, 595* quia quantalibet sancti claritate et perspicuitate fulgeant, aliud est homines esse sapientes in Deo, atque aliud esse hominem sapientiam Dei. Quam profecto sapientiam filie veraciter agnoscit, qui mediatori Dei et hominum aliquem comparare sanctorum minime præsumpsit. Unde et subditur :

#### CAPUT XLIX [Vel. XXXIII].

IBID. — *Nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa et eminentia.*

80. *Sancti omnes pertransiunt, ut ad Christum Deum et hominem perenniantur.* — Excelsum quippe vas auri Elias exstitit, excelsum vas auri Jeremias, excelsa atque eminentia auri vasa priores patres fuere. Sed hæc Dei sapientia, ut a carnali nos econversione redimeret, apparuit in carne, et qui illam veraciter non agnoscit, mediatorem Dei et hominum, hominem Jesum Christum unum esse ex prophetis putavit quem electorum oculi fide tenuerunt Deum, cum viderunt hominem. Unde ab eo sanctis discipulis dicitur : *c Quem dicunt homines esse Filium hominis (Matth. xvi, 13).* Cui cum protinus responderent : *Alii Joannem Baptizant, alii Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis (Ibid., 14),* de suo mox sensu requiruntur : *Vos autem quem me esse dicitis (Ibid., 15)?* Cui protinus Petrus totius Ecclesie voce respondens, ait : *Tu es Christus Filius Dei vivi (Ibid., 16).* Quia igitur juxta

\* Plerique, perlueant.

<sup>b</sup> Germ., Bellov., Norm., etc. *Domine, quis similis, tibi, omisso Deus virtutum.*

<sup>c</sup> Germ. et 1, Laud., quæcum me dicunt esse homines.

<sup>d</sup> Plerique, alii autem Eliam.

<sup>e</sup> Ita, cum duob. Laud., Germ., Bellov., Norm.,

A Pauli vocem Christum novimus Dei virtutem, et Dei sapientiam (I Cor. i, 18, 30), Petrus pro hac sapientia vasa auri excelsa et eminentia commutare soluit, quia de illa non aliud quam erat intellexit. Magouin quippe, ut dictum est, vas auri Joannes, magnum vas auri Elias vel Jeremias fuit. Sed quisquis eundem Deum quemlibet eorum esse credidit, vas auri excelsum et eminentia pro sapientia commutavit. Ecclesia vero pro hac sapientia, vasa auri excelsa et eminentia non commutat, quia Christum Filium Dei non unum esse prophetarum, sed unum prophetarum Dominum credit. Ipsam quippe ad se venisse sapientiam videns, noluit se in illis aureis vasis figere, sed in eam studuit fide certissima pertransire. Unde in Canticis canticorum dicit : *Invenierunt me vigiles qui custodiunt civitatem. Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransisset eos, inveni quem diligit anima mea (Cant. iii, 3).* Quos enim vigiles qui custodiunt civitatem, nisi priores Patres vel prophetas accipimus, qui studuerunt ad custodiam nostram sanctæ predicationis voce vigiliare? Sed cum Redemptorem suum Ecclesia quereret, in ipsis antiquis predictoribus spem figere noluit, quæ dicit : *Paululum cum pertransisset eos, inveni quem diligit anima mea (Ibid., iii, 4).* Illum quippe invenire non posset si istos pertransire noluisse. In ipsis se custodibus infideles fixerant, qui Christum Dei Filium unum quemlibet esse illorum credebat. Voce igitur ac fidei Petri inventos vigiles sancta Ecclesia transiit, quæ prophetarum Dominum unum quemlibet ex prophetis credere contempsit. Dicatur ergo : *Nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa et eminentia, quia electi quique sanctorum vitam et venerantur ex sublimitate, et tamen non suscipiunt ad errorem.* Quos enim puros homines esse sciunt, Deo homini omnino non conferunt. Unde adhuc subditur :

#### CAPUT L.

Vers. 18. — *Nec commemorabuntur in comparatione ejus.*

596 81. *Omnis caelstes cives sancti et justi, sed participatione divinæ sapientiæ, non comparatione.* — Omnes enim supernæ patriæ electi, sancti quidem et justi sunt; sed participatione sapientiæ, non comparatione. Quid enim sunt homines Deo comparati? Lumen autem sapientia, lumen et servi sapientiæ vocari solent. Sed illa lumen illuminans, isti lumen illuminatum, sicut scriptum est : *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. i, 9).* Iстis autem tantummodo dicitur : *Vos estis lux mundi (Matth. v, 14).* Justitia quidem sapientia, justitia et servi sapientiæ nuncupantur; sed illa justitia justificans, isti autem justitia justificata. Deo quippe, qui sapientia est, dicitur : *Ut sit ipse iustus et justificans (Rom. iii, 26);* isti vero dicunt : *Ut nos efficeremur justitia Dei in ipso (II Cor. v, 21).*

vet. Editi; a quibus deflectentes Vatic. et Gussan. v. habent omnium prophetarum.

<sup>f</sup> Germ., duo, Laud., Gemet., Corb. Germ. ac pl., hic et infra, dilexit.

<sup>g</sup> Norm., non suspiciunt. Vindic., non suspiciuntur.

Aliter ergo venerandum est lumen illuminans, aliter lumen illuminatum; aliter justitia justificans, aliter justitia justificata. [Vet. XXXIV.] Sapientia vero est, et sapit; nec habet aliud esse, aliud sapere; servi autem sapientiae esse quidem sapientes possunt, nec tamen hoc habent esse quod sapere; nam esse possunt, et sapientes non esse. Habet vitam sapientia, sed non aliud habet, et aliud est, quippe cui hoc est esse quod vivere. Servi autem sapientiae cum habent vitam, aliud sunt, et aliud habent, quippe quibus non est hoc ipsum esse quod vivere; nam possunt juxta aliquid esse, nec vivere. Aliud quippe illis est esse, aliud vivere, quia in ipso parente prius <sup>a</sup> essentiam habuere per initium, vitam per accessum; quoniam prius de terra factus est homo, <sup>b</sup> et postmodum, sicut scriptum est: *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae, et factus est homo in animam videntem* (Genes. ii, 7). Sapientia vero habet essentiam, habet vitam; sed hoc quod habet, ipsa est. Proinde incommutabiliter vivit, quia non ex accidenti, sed essentia-liter vivit. Sola ergo cum Patre et sancto Spiritu veraciter est, cuius essentia comparatum esse nostrum, non esse est. Huic si conjugimur, sumus, vivimus, sapimus; huic si compararamur, nec sapimus, nec vivimus omnino, nec sumus.

82. Sancti quanto magis Deum cognoscunt, tanto sibi videntur. — Hinc est quod sancti omnes, quando in Dei visione proficiunt, quanto magis divinitatis <sup>c</sup> interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt. Nusquam quippe legitur quod Abramam cinerem et pulverem se esse professus est, nisi cum habere Dei meruit collocutionem. Ait enim: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis* (Genes. xviii, 27). Esse enim se aliquid fortasse crederet, si veracem essentiam quae super ipsum est minime sensisset. At vero ubi ad incommutabilem contemplandum super se raptus est, impletus tanta contemplationis potentia, dum videret illum, nil se esse nisi pulverem vidit. Hinc est etiam quod Prophetam repletus eadem sapientia, exclamat: *Memento, Domine, quod pulvis sumus* (Psal. ci, 15). Qui rursus ejusdem incommutabilitatem essentiae contemplatus, ait: *Omnia sicut vestimenta veterascent, et sicut opertoria <sup>d</sup> mutabis ea, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* (Psal. ci, 27, 28). Hinc ad Moysen dicitur: *Ego sum qui sum; et dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos* (Exod. iii, 14, 15). Solus quippe veraciter est, qui solus incommutabiliter permanet. Nam omne quod modo sic, et modo aliter est, juxta non esse est. Permanere enim in statu suo non potest. Atque **597** aliquo modo ad non esse itur, dum ab eo quod fuerat semper ad aliud per momenta temporum ducitur. Ut ergo in partici-

<sup>a</sup> Aliter, *Habuere esse per initium*.

<sup>b</sup> Germ., 2 Laud., Corb. Germ., Beccens. et alii, et postmodum scriptum est: *inspiravit in faciem ejus et factus est*, etc.

<sup>c</sup> Laud., in terra. Corb., Germ., *æterna*.

<sup>d</sup> Editi, *Omnis... veterascent... mutabis ea*. Corb. Germ., *omnia veterascent... mutabis eos*.

<sup>e</sup> Utic. et Beccens., præter hanc lectionem, istam

A patione illius essentiae aliquid simus, cognoscamus nosmetipos, quia prope nihil sumus. Bene itaque dicitur: *Nec commemorabuntur in comparatione ejus*, quia vasa auri excelsa et eminentia, quæ ex participatione sapientiae nobis veneranda sunt, in comparatione sapientiae etiam memoranda non sunt. Quia vero hæc sapientia humanis cordibus latenter infunditur, sicut de sancto Spiritu quoque dictum est: *Spiritus ubi rult spiral, et vocem ejus audis, et nescis unde veniat, aut quo radat* (Joan. iii, 8), idcirco subiungitur:

#### CAPUT LI.

IBID. — *Trahitur enim sapientia de occultis*.

83. *Dei sapientia ex occultis revelata. Ecclesia cum decesserit aperti hostes, tentari coepit a suis*. De occultis B sapientia trahitur, quia cum sit invisibilis, non nisi invisibiliter invenitur. Quæ recte quoque trahi dicuntur, quia sicut flatum trahimus, ut corpus vivat, sic ab intimis sapientiae spiritus ducitur, ut ad vitam anima subsistat. Unde Psalmista ait: *Os meum aperui, et attraxi spiritum* (Psal. cxviii, 131). Quæ nimicum sapientia, <sup>f</sup> humana carne cum anima rationali suscepta, dum ab intimis apparuisset in promptu, mundus hic quia auctorem suum invisiblem videre non potuit, quem visibilem conspexit hominem, eum quoque et invisibilem agnovit Deum. Conversa est ab infidelitatibus suæ tenebris superba prius sua aversione gentilitas, ostensis signis atque prodigiis crevit fides; propagata autem fide, in veneratione omnium sanctarum Ecclesie culmen emicuit. Cui cum decesserit aperti adversarii, tentari coepit a suis. Nam multæ quoque in ea hereses exortæ contra eam duri certaminis bella paraverunt. Exercenda quippe est hoc tempore per laborem, quæ sequenti tendit ad remunerationem. Quia ex re factum est ut in ea non nulli prodirent, qui mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Jesum purum hominem creatum dicerent, sed ex gratia deificatus; tantumque ei sanctitatis tribuerent, quantum de sanctis ceteris, ejus videlicet famulis, agnivissent. Quos beatus Job, prophetice spiritu afflatus, sententiae suæ definitione redarguit, dicens:

#### CAPUT LII [Vet. XXXV].

VERS. 19. — *Non adæquabitur ei <sup>g</sup> topazium de Æthiopia*.

84. *Reselluntur qui Christum tanquam purum hominem ceteris sanctis similem docent*. — Quid Æthiopiam, nisi præsentem mundum accipimus? quæ coloris nigredine designat & peccatorem populum, fæditatem meritorum. Aliquando vero Æthiopiam nomine specialiter gentilitas designari solet, infidelitatis prius nigra peccatis. Quam veniente Domino Habent: *humana carne, anima mediante, suscepta*, quam exhibent etiam Germ., Pratell., Ebroic., 2 Laud.

<sup>f</sup> 1 Laud. habet semper, *topadium*.

<sup>g</sup> In Ed., *peccatorum populum fæditatemque meritorum. Secuti sumus MSS. Germ., Norm., duos Laud., Corb. Germ., etc.*

euc propheta vidit timore perterritam, et ait : *Ta-  
nacula Æthiopum expavescunt, tabernacula terræ  
Madian (Habac. III, 7).* David quoque propheta vi-  
dens quod ad Judæam redimendam veniret Dominus,  
sed ante gentilitas crederet, et postmodum Judæa  
sequeretur, sicut scriptum est : *Donec plenitudo gen-  
tium introiret, et sic omnis Israel salvus fieret (Rom.  
xi, 25);* dicit : *Æthiopia præveniet manus ejus Deo  
(Psal. LVII, 32);* id est, priusquam Judæa credat,  
salvandam se offert omnipotenti Deo percatis nigra  
gentilitas. Topazium vero pretiosus lapis est; et quia  
Graeca lingua ταῦ omne dicitur, pro eo quod omni  
colore resplendet, topazium <sup>a</sup> quasi topantium voca-  
tur. Dum vero **598** in Deum conversa gentilitas  
credidit, ex ea multi ita sunt dono sui Spiritus locu-  
plicati, ut quasi multis coloribus, sic multis virtutibus  
extollatur, a sancto viro nunc dicitur : *Non adæ-  
quabitur ei topazium de Æthiopia.* Ac si aperte dicat :  
Nullus sanctorum quibuslibet virtutibus plenus, ex  
ista tamen nigredine mundi <sup>b</sup> collectus, æquari ei  
potest, de quo scriptum est : *Quod nascetur <sup>c</sup> ex te  
sanctum, vocabitur Filius Dei (Luc. I, 55).* Nos quippe  
etsi sancti efficiuntur, non tamen sancti nascimur,  
quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constrain-  
gimur, ut cum Propheta dicamus : *Ecce enim in ini-  
quitatibus conceptus sum, et <sup>d</sup> in delictis peperit me  
mater mea (Psal. L, 7).* Ille autem solus veraciter  
sanctus natus est, qui ut ipsam conditionem naturæ  
corruptibilis vinceret, ex commissione carnalis copu-  
lae conceptus non est.

**55.** Nestorii insaniam contra Christum. Quem etsi  
purum hominem, meritis assecutum esse ut Deus fieret,  
docuit. Resellitur. *Modus Incarnationis Verbi.* Christus aliud ex Patre, aliud ex matre, non aliud. —  
Huic se sapientiae quasi quoddam topazium de  
Æthiopia æquari voluit, cum quidam hæresiarches  
dixit : Non in video Christo Deo facto, quoniam si  
volo, et ipse possum fieri. Qui Jesum Christum Domini-  
num nostrum, non per mysterium conceptionis,  
sed per profectum gratiae Deum putavit, perversa  
allegatione astruens eum purum hominem natum,  
sed, ut Deus esset, per meritum prosecuisse, atque ob  
hoc estimans et se et quoslibet alios posse ei co-  
æquari, qui filii Dei per gratiam sunt, non intelligens,  
non attendens, quia non adæquabitur ei topazium de  
Æthiopia. Aliud est enim natus homines gratiam  
adoptionis accipere, aliud unum singulariter per di-  
vinitatis potentiam Deum ex ipso conceptu produisse.  
Nec æquari potest gloriae Unigeniti habitæ per natu-  
ram alia accepta per gratiam; *Mediator quippe Dei  
alique hominum, homo Christus Jesus (I Tim. II, 5),*  
non sicut iste hæreticus desipit, alter in humanita-  
te, alter in Deitate est. [Vet. XXXVI.] Non purus

<sup>a</sup> 1. Laud., Germ.. Corb. Germ., quasi topantium.  
<sup>2</sup> Laud., quasi topazium.  
<sup>b</sup> Vind.. C., infectus.  
<sup>c</sup> Deest ex te in 2 Laud.  
<sup>d</sup> 2 Laud., et in delictis.  
<sup>e</sup> Vind., et adveniente Spiritu sancto mox intra ate-

**A** homo conceplus atque editus, post per meritum ut  
Deus esset accepit, sed nuntiante angelo, et <sup>f</sup> adve-  
niente Spiritu, mox Verbum in utero, mox intra  
uterum Verbum caro, et manente incommutabili  
essentia, quæ ei est cum Patre et cum sancto Spiritu  
coæterna, assumpsit intra virginea viscera unde et  
impassibili pati, et immortalis mori, et æternus  
ante sæcula temporalis posset esse in fine sæculorum,  
ut per ineffabile sacramentum, conceptu sancto, et  
partu inviolabili, secundum veritatem utriusque na-  
ture, eadem virgo et ancilla Domini esset et mater.  
Sic quippe ei ab Elisabeth dicitur : *Unde hoc mihi,  
ne venias mater Domini mei ad me (Luc. I, 45)?* Et  
ipsa Virgo concipiens dixit : *Ecce ancilla Domini;  
fiat mihi secundum verbum tuum (Ibid., I, 38).* Et  
**B** quamvis ipse aliud ex Patre, aliud ex Virgine, non  
tamen alias ex Patre, alias ex Virgine, sed ipse est  
æternus ex Patre, ipse temporalis ex matre; ipse qui  
fecit, ipse qui factus est; ipse speciosus forma præ-  
filiis hominum per divinitatem, et ipse de quo di-  
ctum est : *Vidimus eum, et non erat aspectus, et non  
est species ei neque decor (Isai. LIII, 2),* per humani-  
tatem. Ipse ante sæcula de Patre sine matre, ipse in  
fine sæculorum de matre sine patre. <sup>g</sup> Ipse tem-  
plum, ipse conditor templi; ipse auctor operis, ipse  
epus auctoris; manens unus ex utraque et in utra-  
que natura, nec naturarum copulatione confusus, nec  
naturarum **599** distinctione geminatus. Sed quia  
non hæc tractanda suscepimus, ad exponendi ordi-  
nem redeamus.

**C** **86. Superius dictorum recapitulatio.** — Notandum  
nobis est quod sanctus vir, ut longe distare ab hac  
sapientia angelos demonstraret, dicit : *Non dabitur  
aurum obryzum pro ea.* Qui ut antiquos etiam Patres  
sacri eloquii tractatores inferiores ostenderet, adjun-  
xit : *Nec appendetur argentum in commutatione ejus.*  
Ut philosophorum quoque sapientiam huic monstraret  
longe subesse, intulit : *Non conseretur tinctis  
India coloribus.* Atque subjunxit : *Nec lapidi sardo-  
nycho pretiosissimo, vel sapphiro.* Ut in illa quoque  
superna civitate nullum pervenire ad æqualitatem  
Unigeniti demonstraret, addidit : *Non adæquabitur  
ei aurum vel vitrum.* Ut prophetas quoque ei subesse  
ostenderet, adjunxit : *Nec commutabuntur pro ea  
vasa auri excelsa et eminentia, nec commemorabuntur  
in comparatione ejus.* Trahitur enim sapientia de oc-  
cultis. Ad extremum vero ut ipsos quoque in Ecclesia  
hæreticos increparet, qui a gentilitatis errore venien-  
tes, sicut quam percipiunt, per superbiam scindunt.  
addidit : *Non adæquabitur ei topazium de Æthiopia.*  
Ac si patenter insinuet, dicens : *Hi qui ex peccati  
nigredine ad conversionem veniunt, <sup>h</sup> et æquari Deo  
homini non possunt, quamvis multis colorum virtu-*

*rum verbum carnem.*

<sup>f</sup> In Germ. et in poster. Ed., ipse conditoris tem-  
plum. Non legitur conditoris in Corb. Germ., Turon.,  
duob. Laud., Norm. et aliis, nec in vet. Ed., sed in  
posterioribus tantum.

<sup>g</sup> In Edit., æquari Deo omnino, pro homini, ut le-

gibus resplendere videantur. Quorum ut superbia reficitur, apte subjungitur :

## CAPUT LIII.

Ibid. — *Nec tincturæ mundissimæ compónentur.*

87. *Vero humiles et sancti sunt qui suis meritis nihil tribuant.* — *Tincturæ enim mundissimæ a vogantur hi qui veraciter sunt humiles et veraciter sancti, qui sciunt quidem quia ex semelipsis virtutum speciem non habent, sed hanc ex dono gratiae supervenientis tenent. Tincti enim non essent si sanctitatem naturaliter babuisserent. Sed mundissimæ tincturæ sunt, quia humiliter custodiunt supervenientem in se virtutum gratiam quam acceperunt.* Hinc est enim quod sponsi voce de sancta Ecclesia dicitur : *Quæ est ista que ascendit dealbata* (*Cant. vi, 9; iii, 6*)? *Quia enim sancta Ecclesia celestem vitam naturaliter non habet, sed superveniente Spiritu, pulchritudine donorum componitur, non alba, sed dealbata memoratur.* Et notandum quod superius cum dixisset : *Non conferetur tinctis Indiae coloribus, sedem colores non intulit mundos.* Hoc vero in loco ut tincturam veracium virtutum ab illa philosophorum fucatione distingueret, tincturas dicens, addidit mundissimas. *Tincturæ enim mundissimæ recte nominantur hi qui prius per prava opera foedi fuerant, superveniente tamen spiritu, nitore gratiae vestiuntur, ut longe aliud appareant esse quam erant.* Unde etiam *baptisma*, id est *tinctio*, dicitur ipsa nostra in aquam descensio. <sup>b</sup> *Tingimus quippe, et qui prius indecori eramus deformitate vitiorum, accepta Rde reddiuntur pulchri gratia et ornamento virtutum.* C Sequitur :

## CAPUT LIV [Rec. XXVIII].

VERS. 20, 21. — *Unde ergo sapientia dicitur, et quis est locus intelligentie? Abscondita est ab oculis omnium viventium.*

88. *Quandiu mortaliter vivimus, Deum non in propria natura, sed per quasdam imagines videmus, nisi prius carnali vita, funditus extincto ejus amore, mortiamur.* — *Pensandum magnopere est quod a sancto viro requiritur unde sapientia veniat.* Ab eo etenim venit a quo orta est. Sed quia ab invisibili et coaterno Patre nascitur, <sup>a</sup> ejus via occulta est. **600** *Unde et per prophetam dicitur : Generationem illius quis enarrabit* (*Iust. lxxii, 8*)? *Locus vero intelligentie ejus, est mens humana, quam hæc Dei sapientia dum repleverit, sanctam facit.* Quia ergo et invisibilis est de quo prodiit, et incertum nobis est in cuius mente intellecta requiescat, recte nunc dicitur : *Unde ergo sapientia venit, et quis est locus intelligentie?* (*Vet. XXXVII*)? Sed hoc valde mirum est quod protinus dubius est : *Abscondita est ab oculis omnium viventium.* Sapientia quippe quæ Deus est, si omnium

gitur in duob. Regiis, totidem Sangerm., duob. Laud., Bellvac. et Norm. Certe sanctus Gregorius disserit de sapientia carnis vestita, seu de Deo homine.

<sup>a</sup> *Vindoc.*, coequantur.

<sup>b</sup> *Mss.*, *tingimus.*

<sup>c</sup> *Vindoc.*, et ornamento virtutum omnium.

viventium oculis occulta esset, hanc protul dubio sanctorum nemo vidisset. Sed eoce huic sententiam Joannem audio concordantem, qui ait : *Deum nemo vidit unquam* (*I Joan. iv, 12*). Rursumque cum testamenti veteris patres intueor, multos horum, testo ipsa sacrae lectionis historia, Deum vidi cognosco. Vedit quippe Jacob Dominum, qui ait : *Vidi Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea* (*Genes. xxxii, 30*). Vedit Moyses Deum, de quo scriptum est : *Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum* (*Exod. xxxiii, 11*). Vedit isdem Job Dominum, qui dicit : *Auditu auris audiri te, nunc autem oculis meus vides te* (*Job. xlII, 5*). Vedit Isaías Dominum, qui ait : *Anno quo mortuus est res Osias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum* (*Izai. vi, 1*). Vedit Michæas Dominum, qui ait : *Vidi Dominum sedentem super solium suum, et omnem exercitum carli assistentem ei a dextris et a sinistris* (*III Reg. xxv, 19*). Quid est ergo quod tot testamenti veteris patres Deum se vidiisse testati sunt, et tamen de hac sapientia quæ Deus est, dicitur : *Abscondita est ab oculis omnium viventium;* et Joannes ait : *Deum nemo vidit unquam* (*I Joan. iv, 12*), nisi hoc quod patenter datur intelligi, quia quandiu hic mortaliter vivitur, videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest, ut anima, gratia spiritus afflata, per figuram quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim ejus essentia non pertingat? Hinc est enim quod Jacob, qui Deum se vidiisse testatur, hunc non nisi in angelo vidit (*Exod. xxxiii, 11*). Hinc est quod Moyses, qui eum Deo facie ad faciem & loquebatur, sicut loqui solet homo cum amico suo, ei inter ipsa terba sua locutionis dicit : *Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temet ipsum manifeste, ut videam te* (*Exod. xxxiii, 15*). Certe enim si Deus non erat cum quo loquebatur, ostende mihi Deum diceret, et non ostende temet ipsum. Si autem Deus erat cum quo facie ad faciem loquebatur, cur se petebat videret quem videbat? Sed ex hac ejus petitione colligitur quia cum sitiebat per incircumscriptionem naturæ suæ claritatem cernere, quem jam cœperat per quasdam imagines videre, ut sic superna essentia mentis ejus oculis adesset, quatenus ei ad æternitatis visionem nulla imago creata temporaliter interesset. Et viderunt ergo patres testamenti veteris Dominum, et tamen juxta Joannis vocem : *Deum nemo vidit unquam* (*Joan. iv, 12*); et juxta beati Job sententiam, sapientia quæ Deus est, abscondita est ab oculis omnium viventium, quia in hac mortali carne consistentibus, et videri potuit per quasdam circumscriptas imagines, et videri non potuit per incircumspectum lumen æternitatis.

<sup>d</sup> *Duo Laud. et Germ., veniet, et ita deinceps*

<sup>e</sup> *Vid., ejus vita.*

<sup>f</sup> *4 Laud., enarravit.*

<sup>g</sup> *Norm. et Corb. Germ., loquitur... ad amicum suum, ei in ipsis verbis sua claritatem. Germ., loquitur... ei in ipsis verba.*

[Vet. XXXVIII.] 89. Sin vero a quibusdam potest in hac adhuc **801** corruptibili carne viventibus, sed tamen inestimabili virtute crescentibus, quodam contemplationis acutissime eterna Dei claritas videri; hoc quoque a beati Job sententia non abhorret, qui ait: *Abacondita est ab oculis omnium viventium; quoniam quisquis sapientiam, quae Deus est, videt, hanc vitam funditus moritur, ne jam ejus amore teneatur. Nullus quippe eam vidit; qui adhuc carnaliter vivit, quia nemo potest Deum simul amplecti et accipere.* Qui enim Deum videt, eo ipso moritur, quo vel intentione cordis, vel effectu operis ab huius vita delectationibus tota mente separatur. Unde adhuc ad eundem quoque Moysen dicitur: *Non enim videbis me homo, et vice (Exod. xxxiii, 21).* Ac si aperte diceretur: Nullus unquam Deum spiritualiter videt, et mundo carnaliter vivit.) Unde Paulus quoque apostolus, qui adhuc Dei invisibilitatem, sicut ipse testatur, ex parte cognoverat (1 Cor. xiii, 12), jam hunc mundo totum se mortuum esse perhibebat, dicens: *Miki mundus crucifixus est, et ego mundo (Galat. vi, 14).* Sicut enim jam longe superioris diximus, non sufficit ut dicaret, *Mundo crucifixus sum, nisi etiam præmitteret, Miki mundus crucifixus est, ut non solum se mundo mortuum, sed etiam mundum sibi mortuum esse testaretur, quatenus nec ipse mundum, nec ipsum jam mundus appeteret.* Si enim duo fortasse in uno loco sint, quorum unus vivus, alter vero sit mortuus, et si mortuus viventem non videt, vivus tamen mortuum videt. Prædictor autem Dei ut ostenderet quia per abjectionem qua se humiliando dejecerat, talis jam factus esset, ut nec ipse mundum, nec mundus ipsum concupisceret, non solum ait se mundo crucifixum, ut ipse mundi gloriam quam appeteret tanquam mortuus non videret, sed etiam mundum sibi asservuit crucifixum, in quo tanta se humilitate dejecerat, ut et ipse mundus tanquam ad eum mortuus Paulum humilem atque despectum jam videre nequaquam posset.

90. Refelluntur qui Deum a brevis videri tantum in claritate, non in sua natura asserunt. — Scindendum vero est quod fuere nonnulli qui Deum dicentes etiam in illa regione beatitudinis in claritate quidam sua conspici, sed in natura maius videtur. Quos nimirum minor inquisitionis subtilitas scellet. Nonque enim illi simplici et incomparabili essentiae aliud est claritas et aliud natura, sed ipsa ei natura sua claritas, ipsa claritas natura est. Quia enim suis dilectionibus haec Dei sapientia se quandoque ostenderet, ipse pollicetur, dicens: *Qui diligat me, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et manifestabo me ipsam illi (Joan. xiv, 21).* Ac si patenter dicat: *Qui in vestra me certis, restat, ut in mea me natura videntis.* Hinc rursus ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (Math. v, 8).* Hinc Paulus

**A** dicit: *Nunc videmus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum (1 Cor. xiii, 12).*

[Vet. XXXIX.] 91. Refelluntur et qui angelos divinæ visionis expertes somniant. — Sed quia de Deo per primum Ecclesiæ prædicatorem dicitur: *In quem desiderant angeli prospicere (1 Pet. i, 12),* sunt nonnulli qui nequaquam Deum videre vel angelos suspicantur, et tamen dictum per Veritatis sententiam <sup>b</sup> scimus: *Angeli eorum in celis semper vident facient Patris moi qui in celis est (Math. xviii, 10).* Nunquid ergo aliud veritas, aliud prædictor insonat veritatis? Sed et si sententia utraque confertur, quia sibi nequaquam discordet agnoscitur. Deum **802** quippe angelii et vident, et videre desiderant; et sitiunt intueri et intuentur. Si enim sic videre desiderant ut effectu sui desiderii minime persfruantur, desiderium sine fructu anxietatem habet, et anxietas poenam. Beati vero angeli ab omni poena anxietatis longe sunt, quia nunquam simul poena et beatitudo convenient. Rursum cum eos dicimus Dei visione satiari, quia et Paalmista ait: *Satiabor dum manifestabitur gloria tua (Psalm. xvi, 15),* considerandum nobis est quoniam satietatem solet fastidium subsequi. Ut ergo recte sibi utraque convenient, dicat veritas: *Quia semper vident;* dicat prædictor egregius: *Quia semper videre desiderant.* Ne enim sit in desiderio anxietas, desiderantes satiantur; ne autem sit in satietate fastidium, satiati desiderant. Et desiderant igitur sine labore, quia desiderium satietas comitatur; et satiantur sine fastidio, quia ipsa satietas ex desiderio semper acceditur. Sic quoque et nos erimus quando ad ipsum fontem vita venerimus. Erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atque satietas. Sed longe abest ab ista siti necessitas, longe a satietate fastidium, quia et sitientes satiabimur, et satiati sitiemus. <sup>c</sup> Videbimus igitur Deum, ipsumque erit præmium laboris nostri, ut post mortalitatis hujus tenbras, <sup>d</sup> accessa ejus luce gaudeamus.

92. Quo sensu Deus lucem habet inaccessibilem.— Sed cum ejus lucem dicimus <sup>e</sup> accessam, obistit animo quod Paulus dicit: *Qui lucem habitat inaccessibilem, quem vidit nullus hominum, sed nec videre potest (1 Tim. vi, 16).* Et rursum audio quod Psalmista ait: *Accedite ad eum, et illuminamini (Psalm. xxviii, 6).* Quomodo ergo accedendo illuminamur, si ipsam lucem qua illuminari possimus non videmus? Si vero accedendo ad eum ipsam qua illuminamur lucem vimus, quomodo inaccessibilis esse perhibetur? Quia in re pensandum est quod inaccessibilem dixit <sup>f</sup> ised omni homini humana sapienti. Scriptura quippe sacra omnes carnalium sectatores, humanitatis nomine notare solet. Unde isdem apostolus quibusdam discordantibus dicit: *Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales esitis, et secundum hominem*

<sup>a</sup> Vindoc., consistentibus.

<sup>b</sup> Corb. Germ. et Bellov., discimus.

<sup>c</sup> Norm., si sibi sententia.

<sup>d</sup> Norm., Videbimus igitur Deum ipsum præmium laboris. <sup>e</sup> Laud., Deum ipsum, quod erit præmium.

<sup>f</sup> 1. Laud., accessa.

<sup>g</sup> Idem, accessam.

<sup>h</sup> Germ., sed omni homini; sed humana. Norm. &

Corb. Germ., sed homini; homini, sed humana sapienti.

<sup>i</sup> Laud., sed homini humana sapienti.

*ambulatis (I Cor. iii, 3, 4)? Quibus paulo post sub-  
sicut: Nonne homines estis? Et unde alias testimonium  
protulit, Qued oculus non vidit, nec auris auditit, nec  
in cor hominis ascendit quae preparavit Deus diligen-  
tibus se (I Cor. ii, 2). Et cum hoc hominibus dixisset  
absconditum, mox subdidit: Nobis autem revelavit  
Deus per spiritum suum (Ibidem); ipsum se ab homi-  
nis vocatione discernens, qui raptus supra hominem  
divina jam saperet. Ita etiam hoc loco cum lucem  
Dei inaccessiblem perhiberet, ut ostenderet quibus,  
subdidit: Quem vidit nullus hominum, sed nec videre  
potest. More suo homines vocans omnes humanas  
sapientes, quia qui divina sapiunt, videlicet supra  
homines sunt. Videbimus igitur Deum, si per cele-  
stem conversationem supra homines esse mereamur.  
Nec tamen ita videbimus sicut videt ipse scipsum.  
Longe quippe dispariliter videt creator se, quam  
videt creatura creatorem. Nam quantum ad immen-  
sitatem Dei, quidam nobis modus figuratur contempla-  
tionis, quia eo ipso pondere circumscribimur, quo  
creatura sumus.*

[Vet. XL.] <sup>b</sup> 96. *Non videmus Deum sicut ipse se  
conspicit. — Sed profecto non ita conspicimus Deum*

<sup>a</sup> 1 Laud., robis autem.

<sup>b</sup> Germ., Bellov., Corb. Germ. et Norm., sic pro-  
fecto.

<sup>c</sup> Ita MSS. Norm., Corb. Germ. et alii non pauci,  
quos sequuntur vet. Ed. In poster. vulgatis cum

<sup>603</sup> A sicut ipse conspicit se, sicut non ita conspicimus in Deo quemadmodum ipse requiescit in se. Nam vi-  
sio nostra vel requies erit utcumque similis visioni  
vel requiei illius, sed æqualis non erit. Ne enim ja-  
ceamus in nobis, ut ita dicam, contemplationis penna  
nos sublevat, atque a nobis ad illum erigimur intuen-  
duni, raptique intentione cordis, et dulcedine con-  
templationis, aliquo modo a nobis iugis in ipsum, et  
et jam hoc ipsum ire nostrum minus est requiescere, et  
tamen sic ire perfecte requiescere est. Et perfecta  
ergo requies est, et quia Deus cernitur; et tamen ad-  
qua non est requiei illius, qui non a se in aliud  
transit <sup>604</sup> ut quiescat. Est itaque requies, ut ita  
dicam, similis atque dissimilis, quia quod illius requies  
est, hoc nostra imitatur. Nam ut beati atque æterri si-  
mus in æternum, imitamur æternum. Et magna nobis  
est æternitas, imitatio æternitatis. Nec exortes sumus  
ejus quem imitari possumus, quia et videntes <sup>d</sup> parti-  
cipamur, et participantes imitamur. Quæ nimurum  
visio nunc fide inchoatur, sed tunc in specie perfici-  
tur, quando coæternam Deo sapientiam, quam modo  
per ora prædicantium quasi per decurrentia flumina  
sumimus, in ipso suo fonte biberimus.

Germ. pro quia Deus legitur qua Deus cernitur. Et  
infra quia non a se. Veteres quoque Editi habent hic,  
quia non a se.

<sup>d</sup> Plur., participamus.

## LIBER DECIMUS NONUS.

*Ab extrema parte vers. 21 cap. xxviii usque ad vers. 21 sequentis cap. exclusore perducta  
expositione, varii sensus non minus docte quam pie aperiuntur, maxime de Christo et  
Ecclesia.*

[Vet. et Rec. I] 1. *Quid mirum si æterna Dei sa-  
plentia conspici non valet, quando ipsa quoque invi-  
sibilia quæ per eam condita sunt humanis oculis com-  
prehendi non possunt? In rebus ergo creatis discimus  
creatorem omnium quanta humilitate veneremur, ut  
in hac vita usurpare sibi de omnipotenti Dei specie  
mens humana nil audeat, quod solum electis suis  
præmium in subsequenti remunerazione servat. Unde  
bene postquam dictum est: Abscondita est ab oculis  
omnium viventium, illico subinfertur:*

### CAPUT PRIMUM.

*Cap. xxviii, vers. 21. — Volucres quoque cœli  
latet.*

2. *Volucres cœli aliquando in malam partem acci-  
piuntur, aliquando in bonam. — In Scriptura enim  
sacra volucres aliquando in malo, aliquando in bono  
dantur intelligi. Per volueres quippe nonnunquam  
potestates aereæ designantur, honorum studiis ad-  
verse. Unde Veritatis ore dicitur: Quoniam senem  
quod secus viam cecidit, venerunt volucres, et comedere-  
runt illud (Math. xiii, 4; Luc. viii, 5); quia nimurum  
maligni spiritus humanas mentes obsidentes, dum  
cogitationes noxias ingerunt, verbum vitæ a memoria  
evellunt. Hinc rursum cuidam diviti superba sapienti*

*C dicitur: Vulpes soveas habent, et volucres carli nidos;*  
*Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet* (Math. viii, 20; Luc. ix, 58). *Vulpes valde fraudu-  
lenta sunt animalia, quæ in fossis vel specubus se  
abscondunt; cumque apparuerint, nunquam rectis  
itineribus, sed tortuosis anfractibus currunt. Volu-  
cres vero, ut novimus, alto volatu se in aera suble-  
vant. Nomine ergo vulpium dolosa atque fraudulenta,  
nomine autem volucrum, hæc eadem superba dæmo-  
nia designantur. Ac si dicat: Fraudulenta et elata  
dæmonia in corde vestro, id est in cogitatione super-  
bia inveniunt habitationem suam; Filius autem ho-  
minis ubi caput suum reclinet non habet, id est,  
humilitas mea requiem in superba mente vestra non  
invenit. Quasi enim quodam volatu volucris illa prima  
D se extulit, quæ per elatam cogitationem dixit: In ca-  
lum concendam, super astra cœli exaltabo solium  
meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquile-  
nis, ascendam super altitudinem rubrum, et ero similis Al-  
tissimo (Isai. xiv, 13). Ecce quia alta superbe volando  
petuit. Quem etiam volatum et primis hominibus per-  
suasit. Ipsi quippe volando quasi super se ire conati  
sunt, quando eis dictum est, ut gustarent, et essent  
sicut dii (Genes. iii, 5, 19). Cumque similitudinem*

divinitatis appellant, immortalitatis munera perdiderunt (*Ibid.*, 49). Qui in terram moriendo non issent, si super terram humiliter stare voluissent.

3. At contra in bono volucres ponunt solent, sicut in Evangelio Dominus cum similitudinem regni coelestis ex grano sinapis denuntiaret, dixit: *Cui simile est regnum Dei, et cui simile cœstimabo illud?* *Simile est grano a sinapis, quod acceptum homo misit in, hortum suum, et crevit, et factum est in arborē magnum, et volucres cœli requieverunt in ramis ejus* (*Math. XIII, 31*). Ipse quippe est granum sinapis <sup>b</sup> qui in horti sepultura plantatus, arbor magna surrexit. Granum namque fuit cum moreretur, arbor cum resngeret. Granum per humilitatem carnis, arbor <sup>c</sup> per potentiam majestatis. Granum, quia ridimus eum, et non erat aspectus (*Isai. LIII, 2*); arbor autem, quia speciosus forma præ filiis hominum (*Psalm. XLIV, 3*). [*Vet. II.*] Hujus arboris rami sancti prædicatores sunt. Et videamus quam late tendantur. Quid enim de eis dicitur? *In omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* (*Psalm. XVIII, 5*). In istis ramis volucres requiescent, quia sanctæ animæ, quæ quibusdam virtutum pennis a terrena cogitatione se sublevant, in eorum dictis atque consolationibus ab hujus vitæ fatigione respirant. Hoc igitur in loco postquam de sapientia dictum est: *Abscondita est ab oculis omnium viventium, recte subjungitur: Volucres quoque cœli latet, quia in hac corruptibili carne constituti, naturæ ejus potentiam ipsi quoque videndo non penetrant, qui jam per meritum sanctæ contemplationis volant. Ubi apte subjungitur:*

### CAPUT II [Rec. II].

VERS. 22. — *Perditio et mors dixerunt: Auribus nostris audivimus samam ejus.*

4. Superbi angeli divinam sapientiam, quia ea non fruuntur, minime vident. — <sup>d</sup> Qui perditionis et mortis nomine nisi maligni spiritus designantur? qui inventores mortis et perditionis extiterunt, sicut de ipso eorum principe sub ministri ejus specie per Joannem dicitur: *Et nomen illi mors* (*Apoc. VI, 8*). Cui subjecti omnes superbizæ spiritus de hac sapientia quæ Deus est **605** dicunt: *Auribus nostris audivimus samam ejus*; quia nimirum visionem illius plena beatitudine habere nequiverunt. Videre quippe perfecte coeternam Deo sapientiam, hoc est quod habere. Unde ad Joannem de munere vincentis dicitur: *Dabo illi calculum candidum, et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit* (*Apoc. II, 17*). In hac enim vita scire aliquid vel videre possumus,

<sup>a</sup> Norm., sinapi, et ita infra.

<sup>b</sup> Turon., quod... plantatum.

<sup>c</sup> Idem, per omnipotentiam majestatis.

<sup>d</sup> 2 Laud., quid perditionis... designatur. 1 Laud. utramque lectionem retinet.

\* Locum hunc soðe corruptum in Editis et plerisque MSS. restituimus ope MSS. Norm., sc. duorum Ebroic., Gemet., Pratell., Beccens., Utic., Sag. In Edit. poster. sic legitur: *quod non accipimus habere. Nomen vero novum in calculo scriptum, id est in æterno præmio notitiam Dei humanis mentibus inusitatam scire*

A etiam quod non accepimus; \* habere vero nomén novum in calculo scriptum, est in æterno præmio notitiam Dei humanis sensibus inusitatam, quam scire non potest nisi qui accipit, habere. Quia itaque, ut diximus, videre Deum, hoc est quod habere, ideo iniqui spiritus hanc sapientiam non vident, quia repulsi per superbiam nequaquam eam habere potuerunt. Ad lucem quippe ejus clauerunt oculos cordis, superflusis ejus radiis repugnantes, sicut intelligi etiam de eisdem malignis spiritibus potest, quod scriptum est: *Ipsi rebellerunt a lumini* (*Job. XXIV, 13*). Famam ergo sapientæ malignis spiritibus audisse, sed eamdem sapientiam non vidiisse, est et ejus potentiam ex virtute illius cognovisse, et tamen sub ea humiliter stare noluisse. Unde et Veritatis voce de B ipso malignorum spirituum capite dicitur: *Ita homicida erat ab initio, et in veritate non stetit* (*Joan. VIII, 44*). Sequitur:

### CAPUT III [Rec. III].

VERS. 25. — *Deus intelligit viam ejus, et ipse novit locum illius.*

5. *Homines latuit quando per carnem Sapientia ventura esset ad homines; vel quomodo foris apparet invisibilis apud Patrem permaneret.* — Hæc coeterna Deo sapientia aliter viam habet, atque aliter locum. Locum vero si quis intelligat, non localem. Nam teneri corporaliter non potest Deus; sed, ut dictum est, locus intelligitur non localis, Locus sapientie Pater est, locus Patris sapientia. sicut ipsa Sapientia attestante dicitur: *Ego in Patre, et Pater in me.*

C Aliter ergo ipsa sapientia habet viam, atque aliter locum. Viam per humanitatis transitum, locum vero per flatum divinitatis. [*Vet. III.*] Inde enim non transit. & unde æterna est; sed inde transit, unde propter nos apparuit temporalis. Sic namque in Evangelio scriptum est: *Quia egrediens ab Iericho Dominus transibat; duo autem cœci sedentes juxta viam clamaverunt, dicentes: Domine, miserere nostri fili David* (*Joan. XIV, 10, 11; Math. XX, 29, 30*). Ad quorum vocem, sicut illic scriptum est, stetit Jesus, et lumen reddidit. Quid est autem trans-eundo audire, stando lumen restituere, nisi quod per humanitatem suam nobis misertus est, qui per divinitatis suæ potentiam a nobis mentis nosire tenebras exclusit? Quod enim propter nos natus et passus est, quod resurrexit, ascendit in cœlum, quasi transit Jesus, quia hæc nimirum actio temporalis est. Sed stans eos tetigit et illuminavit, quia non sicut illa dispensatio temporalis, ita verbi æternitas transit, quæ in se manens innovat omnia. Stare enim Dei, est incom-

*nemo potest, nisi qui hanc etiam acceperit habere.* Quis hac <sup>e</sup> Edipus explicare potest? Vitium tamen pene omne ex punctionum et commatum annotatione derivatur. Favere videatur huic lectioni Codex S. Germ., sed interpolatus hoc in loco, et obelis confixus, qui corruptionis sunt indicia. Nostram lectionem perfecte representant vet. Ed. Basil. et Paris. 1518, nisi quod pro est in iis legitur *id est*, quod discrimen ad eventum sensum sufficit.

<sup>f</sup> Germ., 2 Laud. et Corb. Germ., *luminis.*

<sup>g</sup> Gemet., unde coetera est,

mutabili cogitatione mutabilla cuncta disponere. Qui ergo voces potentium transiens audivit, stans lumen reddidit, quia etsi propter nos temporalia pertulit, inde tamen nobis lucem tribuit, unde habere mutabilitatis transitum nescit. Quia igitur quando per carnem appareret hominibus incertum fuit, **606** recte nunc dicitur : *Deus intelligit viam ejus, et ipse novit locum illius.* Ac si aperte diceretur : Humanæ cogitationi occulta sunt, vel quando per carnem ad homines sapientia veniat, vel quomodo apud Patrem invisibilis, etiam cum foris apparuerit, persistat.

**6. Ejusdem adventus et mansio in cordibus hominum ignorantur.** — Quamvis hoc intelligi et aliter potest. Nam via ejus non inconveniente accipitur hoc ipsam quod venit ad cor, seseque nobis intrinsecus infundit. Locus vero ejus sit cor, ad quod veniam permanet. De hac quippe via illius dicitur : *Vox clamantis in deserto, parate et viam Domino* (*Math. iii, 3*); id est, in corde vestro venienti Sapientiae adiutum reserante, sicut alias dicitur : *Iter facite ei qui ascendit super occasum* (*Psal. LXVII, 5*). Super occasum fuit ascendere, ipsam mortem quam pertulerat resurgendo superasse. Ait ergo : *Ei qui ascendit super occasum, iter facie;* id est, resurgent Domino in vestris cordibus per fidem viam prebeat. Hinc Joanni per spiritum dicitur : *Præbis ante faciem Domini patre rias ejus* (*Luc. I, 76*). Quisquis etenim prædicando a sordibus vitiiorum corda audientium mundat, venienti sapientiae viam præparat. Habet ergo viam ista sapientia, habet et locum : Viam qua venit, locus quo manet, sicut ipsa ait : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit; et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* (*Joan. XIV, 23*). Via est igitur qua venit, locus quo manet. **b** Sed quo venit, quæ ubique est? An venire est sapientia per illuminationem mentis nostræ indicare præsentiam majestatis suæ? Et quia hominibus incertum est vel in cujus cor veniat, vel in quo postquam venerit permanendo requiescat, recte nunc dicitur : *Deus intelligit viam ejus, et ipse novit locum illius*, quia solius divinae visionis est cernere, vel quibus modis intellectus sapientiae ad cor hominis veniat, vel cujus mens intellectum vite, quem perceperit, mortiferis cogitationibus non amittat. Et quia hæc eadem sapientia per humanitatem gratiam manifestata in cunctis mundi partibus electorum fuerat **D**corda repletura, recte subditur.

#### CAPUT IV [Vet. IV].

**Vers. 24.** — *Ipsæ enim fines mundi intuetur, et omnia quæ sub caelo sunt respicit.*

**Deus nos respiciendo per gratiam reformat.** — **7.** Respicer quippe Dei est ea quæ amissa ac perdita

**a** Germ. et 2 Laud., viam Domini.

**b** Ita MSS. At in poster. Editis, sed quando venit quæ ubique est. At præferenda est nostra lectio, nam quando non ad locum sed ad tempus pertinet; hic vero de loco agitur.

**c** Gemet., qui ambulas.

**d** **1** Laud., maturitate solita graves. Alter Laud., maturitate vel inditata graves.

A fuerant ad suam gratiam reformat. Unde scriptum est : *Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo* (*Prov. XX, 8*). Respiciendo namque levitatis nostræ mala coercuit, et magna merita maturitatis dedit. Unde adhuc subditur :

#### CAPUT V [Rec. IV].

**Vers. 25.** — *Qui fecit ventis pondus,*

**8. Animas vagas figit et gravitate donat.** — Velocitate enim ac subtilitate ventorum in Scriptura sacra solent animæ designari, sicut per Psalmistam de Deo dicitur : **e** *Qui ambulet super pinnas ventorum Psal. CIII, 3*; id est, qui transgreditur virtutes animalium. Fecit ergo ventis pondus, quia dum superna sapientia replet animas, eas **d** maturitate indita graves reddit; non illa gravitate qua dicitur : *Fili hominum usquequo et gravi corde* (*Psal. IV, 3*)? Aliud namque est gravem esse per consilium, aliud per **607** peccatum; aliud est gravem esse **f** per constantiam, aliud per culpam. Ista enim gravitas pondus habet oneris, illa virtutis. Pondus ergo accipiunt animæ, ut ab intentione Dei non jam levi motu desiliant, sed in eum fixa **g** constantia gravitate consistant. Adhuc ille populus leviter movebatur, de quo per prophetam dicitur : *Abiit vagus in viam cordis sui; viam ejus vidi, et dimisi eum* (*Isai. LVII, 17*). Grave autem consilium cordis omnem inconstantiam vagationis expellit. Et quoniam sunt animæ quæ levi motu nunc ista, nunc illa desiderant, omnipotens Deus, quia ipsæ leves fluctuationes mentium non leviter pensat, vagationem cordis relinquendo dijudicat. Sed cum per gratiam respicit vagam mentem, in consilii stabilitatem figit.

Recite ergo nunc dicitur : *Qui fecit ventis pondus, quia cum leves motus animi misericorditer dignatur aspicere, hunc protinus ad constantiam maturitatem format.* Vel certe ventis pondus facere est concessam bic electis de virtutibus gloriis, permista infirmitate temperare. Unde et subditur :

#### CAPUT VI.

**Ibid.** — *Et aquas appendit mensura.*

**9. Virtutes electorum permisia, ne extollantur, infirmitate temperat.** Aquæ in Scriptura sacra aliquando Spiritum sanctum, aliquando scientiam sacram, aliquando scientiam pravam, aliquando tribulationem, aliquando defluentes populos, al quando **h** mentes fidem sequentium, **i** designare solent. Per aquam quippe sancti Spiritus infusio designatur, sicut in Evangelio dicitur : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluunt aquæ viræ* (*Joan. VII, 38*). Ubi evangelista secutus adjunxit : *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Rursum per aquam sacra scientia designatur, sicut dicitur : *Aqua sapientiae salutaris potabit eos*

**e** Laud. et Germ., graves corde.

**f** Turon., per conscientiam.

**g** Bellov. et 1 Laud., constantia survitare.

**h** Ita Corb. Germ., Bellov., Turon., Vindoc., 1 Laud. In Norm., fidei documenta sequentium. In Germ. et Excusis, bonorum fidei prædicamenta sequentium.

**i** Germ., designari.

(Exci. xy, 5). Per aquam quoque prava scientia appellari solet, sicut apud Salomonem mulier, eus typum heresos tenet, callidis suasionibus blanditor dicens: *Aqua fertur dulciores sunt* (Prov. ix, 17). Aquarum etiam nomine nonnunquam solent tribulationes intelligi, sicut per Psalmistam dicitur: *Salvum ne fac, Deus, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam* (Psalm. xlvi, 2). Per aquam populi designantur, sicut per Joannem dicitur: *Aqua vero suar populi* (Apoc. xvii, 15). Per aquam quoque non solum fluxus decurrentium populorum, sed etiam horum mentes, fidei praedicamenta sequentium, designantur, sicut propheta ait: *Beati qui seminatis super omnes aquas* (Isai. xxiii, 20) Et per Psalmistam dicitur: *Vox Domini super aquas* (Psalm. xxviii, 3) Huc ergo in loco quid aquarum nomine nisi electorum corda signantur, quae per intellectum sapientiae auditum jam superna vocis acceperunt? De quibus recte dicitur: *Et aquae appendit mensura.* [Vet. et. Rec. V]. Quia sancti ipsi qui a sancto sublevante Spiritu ad summa rapiuntur, quandiu in hac vita sunt, ne aliqua elatione superbiant, quibusdam temptationibus reprimuntur, ut nequam tantum proficere valeant quantum volunt, sed ne extollantur superbia, sit in eis ipsarum quedam mensura virtutum.

10. *Quod confirmatur exemplo Elias Jezabalem fugientis.* — Hinc est enim quod Elias dum tot virtutibus **608** in alta proficiisset, quadam measure suspensus est, dum Jezabel postmodum quamvis reginam, tamen mulierculam fugit (III Reg. xix, 5). Perpendo quippe hunc mira virtutis virum, ignem de caelo trahere, <sup>b</sup> et secundo quinquagenarios cum suis omnibus petitione subita concreware, verbo carlos a pluvias claudere, verbo carlos ad pluvias aperiire, suscitantes mortuos, <sup>c</sup> ventura quoque praevidentem; et ecce rursus animo occurrit, quo pavore autem unam mulierculam fugerit. Considero virum <sup>d</sup> timore percussum de manu Dei mortem petere, nec accipere; de manu mulieris mortem fugiendo vitare. Quarebal enim mortem dum fugeret, dicens: *Suffici mihi, tolle animam meam; neque enim melior sum quam patres mei* (Ibid. xix, 4). Unde ergo sic potens, ut tot illas virtutes faciat? unde sic infirmus, ut ita sciamus pertimescat, nisi quia aquae appenduntur mensura, ut ipse sancti Dei homines et mulier valent per potentiam Dei, et rursum quadam measure moderati sint per infirmitatem suam? In illis virtutibus Elias quid de Deo acceperat, in istis infirmitibus <sup>e</sup> quid de se esse poterat, agnosceret. Huius potentia virtus fuit, ista infirmitas custos virtutis. <sup>f</sup> In

<sup>a</sup> Germ., qui suo lerante Spiritu. Deest etiam sanctio in Laud. et Corb. Germ.

<sup>b</sup> In omniib. MSS. Germ., Norm., Laud., Vindoc., Corb. Germ., etc., ita legitur, non: *et secundo quinquaginta viroa... positione subita*, ut est in Editis post. In sola Gussany. habetur quinquaginta viros, pro quinquagenerie.

<sup>c</sup> In aliis Ed., *ventura quoque*, quod in nullis MSS. invenimus.

<sup>d</sup> In omnes MSS. nostri; non, timore percussum,

A illis virtutibus ostendebat quid acceperat, in istis infirmitatibus hoc quod acceperat custodiebat. In miraculis monstrabatur Elias, in infirmitatibus servabatur.

11. *Et Pauli mortem declinantis, aut Satana tentationes patientis.* — Sic Paulum video fluminum et latronum, civitatis et solitudinis, maris ac terrae pericula sustinentem (II Cor. xi, 26), frenantem jejunis ac vigiliis corpus, sustinentem frigoris et nuditatis seruumnam, ad ecclesiarum custodiam vigilanter se ac pastoraliter exercentes, ad tertium coniun rapuum, rorsumque eum in paradicum raptum (Ibid., xii, 6), et audisse arcana verba qua non licet homini loqui; et tamen Satana angelio ad tentandum conceditur (Ibid. xii, 7), orat ut eximi debeat, et non exauditur. Cujus cum ipsa initia <sup>g</sup> conversionis apercie, perpendo quod ei superna pietas carlos aperit, seseque illi Jesus de sublimibus ostendit. Qui lumen corporis ad tempus perdidit, lumen cordis in perpetuum accepit. Ad Asaniam mittitur (Act. ix, 7), vas electionis vocatur; et tamen de civitate eadem quam post visionem Jesu ingressus fuerat fugiens recedit, sicut ipse testatur dicens: *Damasci praepositus genit Arethas regis custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet; et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, et sic effugi manus ejus* (II Cor. xi, 32). Cui licenter dicam: O Paule, in caelo jam Jesum conspicis, et in terra adhuc hominem fugis? In paradise ducoris, secreta Dei verba cognoscis, et adhuc a Satana angelo tentaris? Unde sic fortis, ut ad coelestia rapiaris? Unde sic infirmus, ut in terra hominem fugias, et adhuc a Satana angelo adversa toleres, nisi quia ipse qui te sublevat rursum subtilissima te mensura moderatur, ut et in miraculis tuis nobis praedices virtutem Dei, et rursum in timore tuo reminisci nos faciat infirmitatis nostra? Quia tamen infirmitas ne in desperationem nos peritura cum pulsat, dum de infirmitate tua Dominum rogares, **609** quia auditus non es, nobis quoque locutus es quid audisti: *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur* (II Cor. xii, 9).

[Vet. VI.] 42 <sup>h</sup> *Custos virtutis est infirmitas.* — Aperta ergo voce Dei ostenditur quia custos est virtutis infirmitas. Tunc quippe bene interior custodiatur, cum per dispensationem Dei tolerabiliter tentetur exterior, aliquando vitiis, aliquando pressuris. Nam eis quoque quos vires novimus fuisse virtutum, tentationes atque certamina non defuere vitiorum. Hinc est enim quod ad consolationem nostram idem praeceptor egregius de se quadam talia prodere di-

ut in Vatic. et Gussany.

<sup>i</sup> Corb., Germ., Beccens. et Utic., quid deesse; in aliis melius quid de se poterat.

<sup>j</sup> Vindoc., in illis caelestibus.

<sup>k</sup> Vulgati recent. cum Germ., exercentem. Sequimur MSS. Turon., Vind., Norm., etc., et antiquiores Excuses.

<sup>l</sup> Vind., conservationis.

<sup>m</sup> Laud. et Norm., dimissus.

<sup>n</sup> Plerique, aperite.

gnatur, dicens: *Vides aliam legem in membris meis, A repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis (Rom. vii, 23).* Ad ima quippe pertrahit caro, ne extollat spiritus: a et ad summa trahit spiritus, ne prosternat caro. Spiritus levat, ne jaceamus in infirmis; caro aggrava-  
t, ne extollamur ex summis. Si non sublevante spiritu nos caro tentaret, b perfectione procul dubio tentationis suæ in ima dejiceret. Rursum vero si non tentante carne ad summa nos spiritus sublevaret, in superbæ casu ipsa nos pejns subelevatione prosterne-  
ret. Sed sit certo moderamine ut dum unusquisque sanctorum jam quidem interius ad summa rapitur, sed adhuc tentatur exterius, nec desperationis lapsus, nec elationis incurrat, quoniam nec tentatio exterior culpam perficit, quia interior intentio sursum trahit; nec rursum intentio interior in superbiam elevat, quia tentatio exterior humiliat dum gravat. Sieque magno ordine cognoscimus in interiori pro-  
fectu quid accipimus, in exteriori defectu quid sumus. Et miro modo agitur, ut nec de virtute quisquam extoli debat, nec de tentatione c desperare, quia duar spiritus trahit, et caro retrahit, subtilissimo judicii interni moderamine, infra summa, et supra infima in quodam medio anima libratur. Bene ergo dicitur: *Et aquas appendit mensura.* Sequitur:

#### CAPUT VII.

**Vers. 26, 27.** — *Quando ponebat pluviis legem, et viam procellis sonantibus, tunc vidit illam, et enarravit, et præparavit, et investigavit.*

43. Verbi Dei præconibus lex posita, ut opere impleant quod prædicant. Hanc legem servanibus ad hominum corda aditus patet. — Solent per pluvias prædicantium dicta signari. Unde per Moysen dicitur: *Expectetur sicut pluvia eloquium meum (Deut. xxxii, 2).* Quorum videlicet verba cum blande persuadent, pluviae sunt; cum vero terribilia de venturo judicio intonunt, sonantes procellæ. Et notandum quod pluviis lex ponitur, ut via procellis sonantibus aperiat. Lex quippe est ipsis prædicatoribus posita, ut vivendo impleant quod loquendo suadere festinant. Nam loquendi auctoritas perditur, quando vox ope-  
re non adjuvatur. Hinc enim per Psalmistam dicitur: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, et projecisti sermones meos post te (Psal. xlix, 16).* Sermones etenim Dei post se prædicator projicit, cum hoc quod dicit facere contemnit. Quando autem dictis ejus alter obediat, dum ipse respuit opere quod prædicat voce, et dis-  
simulat audire quod narrat? De ista prædicationis lege scriptum est: *Qui solverit unum de mandatis iustis minimis, 610 et docuerit sic homines, minimus*

<sup>a</sup> Ita Germ., Norm., Laud., Corb. Germ., et pene omnes. In Ed., et ad alta sustollit.

<sup>b</sup> Vatic. et Guisanv., pondere... tentationis, reluc-  
tan ibus MSS. Germ., Corb. Germ., Norm., Laud.,  
Turon., quibus consentiunt alii Editi.

<sup>c</sup> Plurimi desperat.

vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit, et docuerit <sup>d</sup> sic, magnus vocabitur in regno cœlorum (Matth. v, 49). Regnum cœlorum videlicet Ecclesiam præsentem appellat, de qua scriptum est: *Et colligent de regno ejus omnia scandala (Matth. xiii, 41).* In superno etenim regno scandala quæ ex eo colligi debeant non habentur. Qui ergo solvit opere, et sic docet voce, in isto regno cœlorum erit minimus, in illo nec minimus. Viam autem procellis sonantibus posuit, cum prædicatoribus suis, ad corda hominum terrore venturi judicii perculta aditum fecit. Prius itaque lex ponitur, ut post modum via pandatur, quia illa vox cor audientis penetrat, quæ hoc quod <sup>e</sup> ore sonuerit, opere conservat. [VET. VIII.] Tunc autem cum legem pluviis et viam procellis sonantibus poneret, hanc sapientiam Deus vidit, enarravit, præparavit, et investigavit. Usitata sacri eloquii locutione <sup>f</sup> videre Deus dicitur, videre nos facere, sicut justo viro Dominus dicit: *Nunc cognovi quod timeas Deum (Genes. xxii, 12).* Et Israelitæ præmonentur: *Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum (Deut. xiii, 3);* id est, ut scire vos faciat. Tunc ergo cum legem pluviis poneret, hoc est mandatum custodice prædicatoribus daret, hanc incarnatam sapientiam videri et enarrari a prædicatoribus, præparari et investigari ab auditoribus fecit. Sibi quippe illam præparat, quisquis illam bene vivendo in diebus judicii propitijs parat. Et notandum quod de ea quatuor dicta sunt. Ait enim: *Vidit, enarravit, præparavit, investigavit.*

B Vedit namque, quia species est; enarravit, quia verbum; præparavit, quia remedium; investigavit quia occultum. Sed hoc quod æterna Dei sapientia species Patris et Verbum dicitur, quando ab humana mente penetratur? Quis namque intelligat, vel verbum sine tempore, vel speciem sine circumscriptione? Dicendum ergo erat aliquid quod de illa homo cognoscet in se. Unde apte subditur:

#### CAPUT VIII [Rec. VI].

**Vers. 28.** — *Et dixit homini: Ecce timor Domini ipsa est sapientia, et recedere a malo intelligentia.*

14. Deum timens ejus sapientiam possidere incipit, et in se cognoscit, quem in ipsius natura cognoscere non potest. — Ac si aperte diceretur: Ad temetipsum homo revertere, cordis tui secreta perscrutare. Si Deum te timere deprehendis, profecto constat quia hac sapientia plenus es. Quam si adhuc cognoscere non potes quid sit in se, jam cognoscis interim quid sit in te. Quæ enim apud se ab angelis metuitur, apud te timor Domini vocatur, quia hanc babere te certum est, si timere te Deum incertum non est. Hinc etiam per Psalmistam dicitur: *Initium sapientia, timor Domini (Psal. cx, 10);* quia tunc penetrare cor inchoat, cum hoc extremi judicij pavore pertur-

<sup>d</sup> Gemet., retrorsum, aliis Norm. cum Germ. et Corb. Germ., post te, retinentibus.

<sup>e</sup> Non legitur sic in nostris MSS., nisi in Germ.

<sup>f</sup> Deest ore in MSS. pl.

<sup>g</sup> In recent. Excusis, ridere Dei quam lectionem e quibus MSS. deprumperat Editores, ignoramus.

hat. Ad parvitatem igitur nostram divinus sermo se attrahit: <sup>a</sup> sicut pater cum parvulo filio loquitur, ut ab eo possit intelligi, sponte balbutit. Quia enim naturam sapientiae penetrare non possumus quid sit in se, ex condescensione Dei audivimus quid sit in nobis, cum dicitur: *Ecce timor Domini, ipsa est sapientia.* Sed quia ille veraciter vim divini timoris intelligit, qui se a cunctis pravis operibus custodit, recte subditur: *Ei recedere a malo, intelligentia.* Ea igitur quæ sequuntur, quis prophetæ spiritu plena sunt, ipsa sacrae historiæ verba testantur, cum dicuntur:

CAPUT IX [Vet. VIII, Rec. VII].

*Cap. xxix, vers. 1. — Addidit quoque Job, assumens parabolam suam, b et dixit.*

15. Job ultima Ecclesiæ tempora prænuntiat, quibus carnales et hæreticos passura est. — Quia enim parabola similitudo nominatur, aperte constat quod per exteriorum verborum formam mysteria loquitur, qui ad loquendum parabolam assumpsisse meiorator. Cum eterim sua narrat, quæcumque sunt sanctæ Ecclesiæ ventura denuntiat; et per hoc quod ipse patitur, indicat quid illa patiatur. Nennunquam vero sic sua historiæ verba permiscet, ut nil allegoricum insonet; nonnunquam vero sic suos dolores loquitur, ac si ex voce dolentis Ecclesiæ loquatur. In hac vero ultima sui parte sermonis ultimum tempus designat Ecclesiæ, quando adversarios suos, id est carnales quoque, vel hæreticos atque gentiles, quos nunc studet sapientiæ auctoritate comprimere, effrenata jactantia elatos cogitur e irriga tolerare. Unde in hoc quoque sermone dicitur: *Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei (Job xxx, 1).* Et ipsa ordinis ratio exposcit ut per verba beati Job ultima extremi sanctæ Ecclesiæ designentur dies, quando, persecutione crescente, apertas hæreticorum voces tolerare compellitur, cum motus cordis sui, quos nunc intra cogitationum sinus contegunt, tunc in voce manifestati erroris aperiunt. Nunc enim, sicut per Joannem dicitur (Apoc. xx, 3), draco in abyso clausus tenetur, quia diabolica malitia in eorum subdolis cordibus occultatur. Sed sicut illic <sup>d</sup> dictum est, educetur draco de puto abyssi, quia quod modo præ timore tegitur, tunc contra Ecclesiam publice de iniquorum cordibus omne serpentinum virus aperitur. Nunc enim abscondit se sub blandiente lingua, saviens conscientia, et malitiæ calliditatis, quasi quadam se legit abyso simulationis; nunc Dominus, sicut Psalmista voce dicitur, *Congregat sicut f in utre aquæ maris (Psal. xxxii, 7).* Uterquippe carnalis est

A cogitatio. Aquæ ergo maris in utre congregatae sunt, cum amaritudo perverse mentis non erumpit exteriorius in vocem prævæ libertatis. Veniet profecto tempus, quando contra hanc perversi atque carnales aperta voce prædicent quod nunc occulta cogitatione moluntur. Veniet tempus, quando catholicam Ecclesiam non solum injustis vocibus, sed etiam crudelibus plagis premant.

16. *Duobus modis Ecclesia persecutionem patitur, verbis et gladiis.* — Ab adversariis namque suis duabus modis Ecclesia persecutionem patitur, scilicet aut verbis, aut gladiis. Sed cum verbis persecutionem sustinet, exercetur ejus sapientia; cum vero gladiis, exercetur ejus patientia. Sed verborum persecutiones ab hæreticis nunc etiam quotidie toleramus, cum ipsis hæretici linguis nobis subdolis, et falsa humilitate blandiuntur. Persecutiones vero gladiorum juxta finem mundi secuturæ sunt, ut granæ cœlestibus horreis recondenda tanto verius a peccatorum paleis exuantur, & quanto arctius affliguntur. Tunc electi omnes qui in illa fuerint tribulatione comprehensi <sup>b</sup> reminiscuntur horum temporum in quibus nunc Ecclesia fidei pacem tenet, et superba hæreticorum colla comprimit, non potentatu culmine, sed jugo rationis. Reminiscentur nostri, qui quieta fidei tempora ducimus; **612** qui etsi in bellis coactamur gentium, non tamen <sup>c</sup> in dictis expugnamur patrum. Beatus ergo Job sanctæ Ecclesiæ typum tenens, quæ tunc in illis angustiis invenitur; et tamen nostræ, ut dixi, quietis reminiscitur, sua transacta narrat, et aliis ventura denuntiat, dicens:

C CAPUT X [Rec. VIII].

*Vers. 2. — Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos?*

17. *Etsi gravia jam passa sit Ecclesia, longe graviora passura est.* — Multa enim talia sancta Ecclesia doloribus pressa dictura est. Tantis quippe illam futurum est tribulationibus angustari, ut hæc tempora cum magno suspirio desideret quæ nos cum magno dolore toleramus. Dicat ergo, dicat per vocem beati Job: *Quis mihi tribuat ut sim juxta menses pristinos?* Quia enim statutus dierum numerus menses vocantur, quid aliud nomine signat mensum, nisi collectiones animarum? Dies quippe dum colliguntur in mensibus, subtrahuntur, quia et in hoc tempore sancta Ecclesia, dum veritatis luce splendentes animas colligit, in intimis abscondit. Aliquando etiam mensis pro perfectione ponitur, sicut propheta ait: *Erit mensis ex mense (Isai. lxvi, 23);* perfectio videlicet eis in requie, quibus nunc perfectio fuerit in operatione. [Vet. IX.] Reminiscentur ergo perfectionis pri-

<sup>a</sup> Germ. et Vulgati poster., sicut cum pater cum parvulo filio loq... balbutit. Redundantem voculam cum expunxiinus MSS. pene omnibus adhaerentes

<sup>b</sup> Abest et dixit a plurimis MSS.

<sup>c</sup> Buo Laud., in riu tolerate.

<sup>d</sup> Editi, invitis MSS. scriptum est.

<sup>e</sup> Turon., iniquorum ore.

<sup>f</sup> 2 Laud., in utrem.

<sup>g</sup> Ita Germ., Corb., Germ., Laudenenses et pene omnes MSS., quos sequuntur vet. Ed. Posterioribus autem Editoribus magis placuit acrius, quod legitur in Gilot., Vatic., Gussanv.

<sup>h</sup> Turon., reminiscetur, et infra reminiscetur nostri.

<sup>i</sup> Vind., in judicio.

stinae, reducat ad memoriam quanta <sup>a</sup> prædicatione A sua collectis animabus reportabat lucra, et angustata tribulationibus dicat: *Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos?* In quibus profecto mensibus qualis fuerit, enumerando subjungit, dicens:

## CAPUT XI.

VERS. 2, 3.—*Secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris.*

18.—*Tunc multi infirmi cadent, fortibus ob eorum causam doleantibus.* Tunc quippe videt ex se, persecutio ne cogente, infirmorum multos cadere, quos nunc ut maior intra pacis sinum parvulos sovet, et <sup>b</sup> intra tranquillas fidei cunas continet, quia admisti fortibus, ipsa fidei tranquillitate nutruntur. Tunc vero tales multi casuri sunt, et per viscera charitatis, quidquid in damno parvolorum sustinet, se perpeti animus perfectorum dolet. Infirmorum etenim damna ad corda fortium per compassionem transeunt. Unde per Paulum dicitur: *Quis infirmatur et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror (II Cor. xi, 29)*? Tanto enim quisque perfectus est, quanto perfecte sentit dolores alienos. Unde sancta Ecclesia infirmis tunc cadentibus <sup>c</sup> angustiata, cum horum reminiscitur temporum, iure dictura est: *Secundum dies quibus Deus custodiebat me, quia se tunc in illis aestimat cadere, quae se nunc in istis respicit custodiri.* Beue autem dicitur: *Quando splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris.* Lucernæ enim nomine, lumen signatur sacræ Scripturæ, de qua ipse Ecclesiæ pastor dicit: *Habemus firmorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris (II Pet. i, 19).* Et Psalmista ait: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine (Psalm. cxviii, 105).* Quia autem <sup>d</sup> principale nostrum mens est, appellatione capitis mens vocatur. Unde per Psalmistam dicitur: *In pinguis in oleo caput meum (Psalm. xxii, 5).* Ac 613 si aperte dicat: *Charitatis pinguedine replesti mentem meam.* Nunc ergo lucerna super caput Ecclesiæ splendet, quia sacra eloqua tenebras nostræ mentis irradiant, ut in hoc caliginoso vitæ præsentis loco, dum verborum Dei lucem percipimus, quae sunt agenda videamus. Nunc ad lumen <sup>e</sup> ejus in tenebris ambulat, quoniam sancta universalis Ecclesia, etsi alienæ occulta cogitationis non penetrat, <sup>f</sup> quia quasi faciem non cognoscit in nocte, tamen ponit gressus boni operis, directa lumine supernæ locationis. Sequitur:

<sup>a</sup> Plurimi cum Germ. et Corb. Germ., prædicatio-  
nis sua.

<sup>b</sup> Turon., in tranquilla fidei cuna.

<sup>c</sup> Plurimi, cum Germ. et Corb. Germ., angustata.

<sup>d</sup> Norin., respicit stare. Laud., respicit custodire.

Vindoc., quia tunc se in illis aestimat eadem, quae se nunc in istis aestimat custodiri; obscure sane; et ut

## CAPUT XII [Rec. IX].

Vers. 4. — *Sicut fui in diebus adolescentia mea, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.*

19. *Varia Ecclesie aetas. Infantia, adolescentia, senium.* In fine tamen malos suscepit a filio. — Sicut uniuscujusque hominis, sic sancta Ecclesia aetas describitur. Parvula quippe tunc erat, cum a nativitate recens verbum vites prædicare non poterat. Hinc enim de illa dicitur: *Soror nostra parvula es, et ubera non habet (Cent. viii, 8)*, quia nimis rurum sancta Ecclesia priusquam proficeret per incrementa virtutis, infirmis quibusque auditibibus præbere non potuit ubera prædicationis. Adulta vero Ecclesia dicitur, quando Dei verbo copulata, sancto replete Spiritu, per prædicationis ministerium in aliorum conceptione <sup>g</sup> felatur, quos exhortando parturit, convertendo parit. De hac ejus aetate Domino dicitur: *Adolescentia dileserunt te (Cent. i, 3).* Universa quippe Ecclesia, que unam catholicam faciunt, adolescentes vocantur, non jam vetutes per culpam, sed novellæ per gratiam; non senio steriles, sed aetate mentis ad spiritalem congrue fecunditatem. Tunc ergo, cum in diebus illis Ecclesia, quasi quodam senio debilitata, per prædicationem filios parere non valet, reminiscitur fecunditatis aetatis dicens: *Sicut fui in diebus adolescentia mea, quamvis post eosdem dies quibus deprimitur, jam tamen circa ipsum finem temporum grandi prædicationis virtute roboretur.* Nam susceptis ad plenam gentibus, omnem Israeliticum populum, qui tunc inventus fuerit, in fidei sinum trahit. Scriptum quippe est: *Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvis fieret (Rom. xi, 25).* Sed ante illa tempora erunt dies in quibus ab adversariis paululum videbuntur oppressa, cum et horum dierum reminiscitur, dicens: *Sicut fui in diebus adolescentia mea, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.*

20. [Vet. X]. Qui mandata Dei meditatur, habet Deum in habitantem. Sancti se foris intrusque circumspiciunt. — Quid hoc loco tabernaculum, nisi habitationem mentis accipimus? Quia per omne quod cogitandum agimus, in consilio nostri cordis habitamus. Quisquis autem mandata Dei tacitus cogitat, secreto illi Deus in tabernaculo est. Habitacionem etenim cordis sui ante Dei esse oculos viderat, qui dicebat: *Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper (Psalm. xviii, 16).* Exteriora namque opera patent oculis hominum, longe vero incomparabiliter interiora ac subtilissimæ cogitationes nostræ patent oculis Dei. Omnia enim, sicut scriptum est, nuda et aperta sunt oculis ejus (Hebr. iv, 13). Et sc̄e in exteriori opere ante oculos hominum inordinati appa-

censimus, mendose.

<sup>h</sup> Ita quoque appellatur supra, I. xiii, num. 5.

<sup>i</sup> Deest ejus in Germ., Corb. Germ. et plurimis aliis.

<sup>j</sup> Omittitur quia in duob. Laud.

<sup>k</sup> Ita Germ., Corb. Germ., Laud., Norm., Bellov., etc., ubi Editi habent secundam.

rere metamus, et in interiori cogitatione illius re-spectum non metamus, quem videntem omnia non videmus. Multo enim magis intrinsecus Deo quam extrinsecus hominibus conspicabiles sumus. Unde et sancti omnes foris **614** se intusque circumspiciunt, et vel reprehendendo se exterius, vel iniquos se interius videri invisibiliter timent. Hinc est quod animalia quae per prophetam videntur, in circuitu et intus plena oculis esse memorantur (*Ezech. 1, 18; 1, 12*). Quisquis enim exteriora sua honeste disponit, sed interiora neglit, in circuitu oculos habet, sed intus non habet. Sancti vero omnes, quia et exteriora sua circumspiciunt, ut bona de se exempla fratribus præbeant, et interiora sua vigilanter attendunt, quia sese irreprobabiles interni judicis obtutibus parant, et oculos in circuitu et intus habere perhibent; magisque se, quo Deo placeant, in sua interna componunt, sicut per Psalmistam quoque de sancta Ecclesia dicitur: *Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus* (*Psal. XLIV, 14*). Sed qua exteriora sua etiam irreprehensibilitate custodit, jure de ea subdidit: *In fimbriis aureis circumamicata varietate*, ut et pulchra sibi intus sit, et aliis foras; et se provehens per internam gloriam, et alias erudiens per exteriora operum exempla. Beatus igitur Job dicat ex se, dicat ex persona universalis Ecclesie: *Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo*. Ut enim demonstret quantum intus proficerit, secreto Deum fuisse in suo tabernaculo perhibet. Ut etiam ostendat rectitudinis opera quantum extrinsecus custodivit, adjungit.

## CAPUT XIII.

VERS. 5. — *Quando erat Omnipotens mecum, et in circuitu meo pueri mei.*

**21.** *Sanctis intus Deo vacantes, nulli sola exteriora querunt. Religionem non habent, sed simulacionem.* — Omnes autem qui divina præcepta metuant, Dei tabernaculum sunt. Unde, ut supra jam diximus (*Num. 6*), per semetipsum Veritas dicit de eo qui illius mandata custodit: *Ego et Pater renierimus, et mansio[n]em apud eum faciemus* (*Joan. xv, 23*). Quod contra perversi quique deum interna non appetunt, in sois se cogitationibus foras fundant. Unde eis per prophetam dicitur: *Redite prævaricatores ad cor* (*Ios. XLVI, 8*). Et rursus: *Vt qui cogitatis intus* (*Michæ. II, 4*). In actionibus quippe suis revertent homines, quos corporaliter vident, et Deum sibi presentem non estimant esse, quem non vident. Quod contra in laude justi dicitur, dum Aegypti regem conteineret, et Dei mandatis obediret: *Quia invisibilem tanquam videns sustinuit* (*Hebr. XI, 27*). Perversum quippe terra principem quasi non vedit, quem ab oculis sui cordis abjectit. Regem

\* Corb. Germ., duo Laud., Germ., Norman. omnes, etc., aliae regum. In Vulgata et textu Hebr., regis.

† Ita cum Bellov. et laudat Codd. vet. Ed., ubi recent. habent variatibus.

‡ Editi addint meas. In omnibus MSS. nostris, nisi in Germ. et Corb. Germ., minime legitur.

A vero invisiblem tanquam videns sustinuit, quia ab ejus timoris intuitu mentis oculum non deflexit. Sancta itaque Ecclesia in magnis tunc tribulationibus deprehensa, cum multos a Deo conspiciat prava cogitatione discedere, videt profecto mentis eorum habitaculum discedente Deo vacuum remanere, et jure deplorans dicit: *Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo*. [Vet. XI.] Quibus verbis non immemor etiam simulatio religionis plangitur, quia non nulli etiam nunc Christiani esse non appetunt, sed videri. His videlicet Deus in publico est, non in secreto. Sed sancta Ecclesia Deum in secreto habere desiderat, quia illos vere fideles respicit, quos ad fidei vitam corde pleno permanere cognoscit. Quæ juxta exteriori quoque vigoris sui rectitudinem dicit: *Quando erat Omnipotens mecum, et in circuitu meo pueri mei*. Pueri scilicet vocantur, qui cœlestibus mandatis inserviant. Unde per prophetam Dominus dicit: *Ecce ego et pueri mei quos mihi dedit* **615** \* *Deus* (*Isa. VIII, 18*). Et rursus in Evangelio: *Pueri, nunquid pulmentarium habetis* (*Joan. XXI, 5*)? Nunc ergo in circuitu ejus sunt pueri, quia in cunctis fere gentibus reperiuntur qui cœlestia mandata custodiunt, et spiritualis disciplinæ regulis obsequuntur. Qui profecto tunc ad obsequium pueri deerunt, quando pravi qui reperti fuerint spiritualia ejus mandata contemnunt. Sequitur:

## CAPUT XIV [Rec. X].

VERS. 6. — *Quando lavabam pedes meos butyro.*

**22.** *Pedes Domini prædicatores, quos ungit et mundat.* — Quia Christum et Ecclesiam unam esse personam crebro jam diximus, illum videlicet hujus corporis caput, hanc autem illius capitatis corpus, aliter haec verba juxta vocem capitatis accipi, atque aliter juxta vocem corporis debent. Quos ergo pedes Domini, nisi sanctos prædicatores accipimus? De quibus dicit: \* *Et in ambulabo in eis* (*Levit. XXVI, 12*). Butyro ergo pedes lavantur, quia prædicatores sancti bonorum operum pinguedine replentur. Etenim, ut supra jam diximus (*Lib. I, n. 30*), vix ipsa prædicatio sine aliquo transitur admissa. Nam quilibet prædicens, aut ad quantulamcunque indignationem trahitur, si contemnitur; aut ad aliquantulamcunque gloriam, si ab audientibus veneratur. Unde et apostolis pedes loti sunt, ut a quamlibet parvo contagio

D in ipsa prædicatione contracto, quasi a quodam hinc collecto pulvere mundarentur. Et beatus Jacobus dicit: *Nolite plures magistri fieri, fratres mei* (*Jac. III, 1*). Et paulo post: *In multis enim offendimus omnes* (*Ibid., 2*). Pedes ergo lavantur butyro, quia pinguedine boni operis infunditur atque mundatur collectas pulvis de gloria prædicationis. Vel certe butyro pedes lavantur, dum sanctis prædicato-

\* Vindoc., amoris intus.

† Norm., Dominus.

‡ Turon., pulmentum.

§ Ita Laud., Germ., Corb. Germ., Norm. et alii Edit. poster., et ambulabo.

ribus debita ab audientibus stipendia conferuntur, et a quo fatigat injunctus prædicationis labor exhibita a discipulis pinguedo boni operis sovet, non quod ideo prædicent ut alantur, sed ideo alantur ut prædicent; id est, <sup>a</sup> ut prædicare subsistant, non ut in intentionem sumendi victus transeat <sup>b</sup> actio prædicatoris, sed ad utilitatem prædicationis deserviant ministeria sustentationis. Unde a bonis prædicatoribus non causa victus prædicatio impenditur, sed causa prædicationis accipitur victus. Et quoties prædicantibus necessaria ab audientibus conferuntur, non solent de rerum munere, <sup>c</sup> sed de conferentium gaudere mercede. Unde per Paulum dicitur: *Non quero datum, sed requiro fructum* (*Phil. iv, 17*). Datum quippe est res ipsa quæ impenditur; fructus vero dati est, si benigna mente futuræ mercedis studio aliquid impendatur. Ergo datum in re accipimus, fructum in corde. Et quia discipulorum suorum Apostolus mercede potius quam munere pascebatur, nequaquam datum, sed fructum se querere fatetur. Unde et subdidit protinus, dicens: *Habeo autem omnia, et abundo* (*Ibid., 18*). Butyro ergo lavantur pedes, cum prædicatores sancti, ut diximus, ipsa prædicatione fatigati, auditorum suorum bonis operibus soventur. Fessos namque pedes butyro unixerat ille qui audiebat: *Viscera sanctorum requieverunt per te, frater* (*Philem. 7*). Hoc butyro unctus fuerat pes qui in catena tenebatur, dicens: *Dei misericordiam Dominus Onesiphori domui; quia sepe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit* (*I Tim. ii, 16*). Si ergo ex voce capit is hæc verba pensamus, **616** recte pedes, sicut dictum est, prædicatores accipimus.

[*Vet. XII.*] 23. *Pedes Ecclesiæ sunt inferiores ministri, qui terrena curant.* — Si autem sentire ista ex voce solius corporis debemus, nimur pedes Ecclesiæ sunt inferiorum operum ministri, qui dum ad usus necessarios ea quæ sunt exterius exercent, per extremum ministerium velut pedes terræ inhærent. Sed debent hi qui præsunt, qui doctrinæ studio invigilant, solerti cura occupatorum corda requirere, eisque eam quam ipsi <sup>d</sup> vacando percipiunt, crebræ admonitionis voce, infusionem pinguedinis ministrare. Nam quia in uno corpore invicem pro se membra sollicita sunt, sicut illorum ministeriis nostra extrema fulciuntur, ita necesse est ut nostris studiis illorum interiora repleantur. Quando igitur sancti doctores quibusdam ad extrema ministeria deditis, unctionem dominicæ incarnationis prædi-

<sup>a</sup> *1 Laudun., ut prædicatores subsistant. Alter, ut prædicationis insistant.*

<sup>b</sup> *Corb. Germ., 1 Laud. et Norin., actio prædicationis.*

<sup>c</sup> *Vindoc. et 2 Laud., sed de confitientium.*

<sup>d</sup> *1 Laud., vocando.*

<sup>e</sup> *Nonnulli Editi, nostra externa, quod melius respondet sequentibus, illorum inferiora, sed MSS. sequimur ac veteres Editi, non conjecturis indulgeamus. Lectionem nostram confirmat vox, extrema, sæpius infra repetita.*

A cant, butyro eloquii pedes lavant. Solent etiam pedes ipsa itineris asperitate lacerari. Unde et omnino difficile est in terrenis actionibus hujus vite iter agere, et nulla ex labore itineris vulnera sustinere. Cum ergo vigilantes præpositi, auditores suos curis exterioribus intentos ad cor revocant, ut quæ inter ipsa licita opera admiserint mala cognoscant, et quæ cognoverint defleant, pedes butyro lavant, quia eorum vulneribus <sup>f</sup> poenitentia unguenta subministrant. Reminiscatur igitur tunc Ecclesia vehementer afflita, quomodo pacis suæ tempore per exhortationis verbum, membra in se etiam extrema mundabat, et dicat: *Quando lavabam pedes meos butyro.* Quod de beato Job admirabiliter libet intueri, qui inter tot curas rerum, inter tot affectus pignorum, inter tot studia sacrificiorum, subjectis suis quamlibet extremis, bona sequentis vitæ prædicabat, ut eos de coelestibus imbueret, qui sibi ad terrena opera deservirent. Quid ad hæc nos episcopi dicimus, qui commissis nobis verbum vitæ impendere non curamus, quando conjugatum virium prohibere non valuit <sup>g</sup> ab officio prædicationis vel sacerdotalis habitus, vel magnæ occupatio facultatis? [*Rec. XI.*]. Sed servata veritate historiæ, ad sanctæ Ecclesiæ jam verba redeamus, quæ per beatum Job, id est per os membra sui loquitur, quanta sint quæ tempore extremo patiuntur, cum transactorum suorum reminiscitur, cum per eam videlicet verbi pinguedinem operantium <sup>h</sup> vita lavaretur. Que ipsam quoque prædicatorum suorum vigilantiam plenius execuens, subdit:

#### CAPUT XV.

*Ibid. Et petra fundebat mihi rivos olei.*

24. *In Ecclesia rivi olei sunt vel sacra dogmata, vel sancti Spiritus gratia.* — Quia petra nomine Christus accipitur, præparator egregius fatetur, dicens: *Petra autem erat Christus* (*I Cor. x, 4*). Quæ videlicet petra nunc ad usum sanctæ Ecclesiæ olei rivos fundit, quia in ea loquens Dominus, prædicamenta unctionis intimæ emanat. De hac petra olei rivos exit, liber Matthæi, liber Marci, liber Lucæ, et liber Joannis. In diversis hujus mundi partibus quod prædicamenta edidit, tot petra hæc per ora apostolorum omnium olei rivos fudit. Toties adhuc de petra hac olei rivos funditur, quoties a sancto Spiritu ungendis mentibus auditorum ea quæ in libris veteribus de Christo dicta sunt explanantur. Et rivi vocantur olei, **617** quia decurrent et ungunt. In quibus <sup>i</sup> quisquis tingitur unguitur, quisquis unguitur in-

<sup>f</sup> *Gemet., poenitentia lamenta.*

<sup>g</sup> *Ita omnes MSS. Norm. et vet. Ed. In 2 Laud., a verbo prædic. Germ., Corb. Germ. et Editi recent., a butyro prædicationis.*

<sup>h</sup> *Bellov., vita laberetur.*

<sup>i</sup> *Ita Germ., Gemet., cum aliis Norm., duo Laud., Turon. et vet. Excusi. In posterior. omittitur primum unguitur. Operæ pretium non est monere in MSS. legi, tinguitur, unguitur; pro tinguitur, unguitur.*

terius impinguatur [Vet. XIII]. De qua nimurum pinguedine Psalmista ait : *Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea* (Psal. LXII, 6). Potest nomine olei ipsa sancti Spiritus unctio designari, de qua per prophetam dicitur : *Computrescit jugum a facie olei* (Isai. X, 27). Jugum quippe a facie olei computrescit, quia dum sancti Spiritus gratia ungimur, a captivitate nostrae servitnt liberamur : dumque maligni spiritus dominatio superba repellitur, jugum conteritur, quo libertatis nostrae colla premebantur. De hoc rursus oleo scriptum est : *Vinea facta est dilecta b meo in cornu filio olei* (Isai. V, 1). Filius quippe olei, fidelis populus dicitur, c qui ad fidem Dei interna sancti Spiritus unctione generatur. Multis ergo tunc sancta Ecclesia tribulationibus depresso, dona Spiritus, et mira que nunc habet prædicamenta, ad memoriam revocet, et suum silentium deploret, dicens : *Petra fundebat mihi rivos olei.* Quibus verbis congrue subjicit :

## CAPUT XVI.

**Vers. 7-10.** — *Quando procedebam ad portam civitatis, et in platea parabant mihi cathedram. Videbant me juvenes, et abscondebantur, et senes assurgentib; stabant. Principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohiebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhærebant.*

**25. Bona opera et doctrinae cathedra, Ecclesiae insignia sunt.** — Mos veterum fuit ut seniores in porta consisterent, et causas introeuntum judicarent, quantum tanto esset pacificus urbis populus, quanto ad hanc discordes ingredi non liceret. Sed nos sacram historiam venerantes, haec egisse beatum Job pro cultu justitiae certum tenemus, atque ad indaganda allegoriae mysteria ducimur. Quid ergo per civitatis portam, nisi bona quæque actio designatur, per quam anima ad conventum regni coelestis ingreditur? Unde et Propheta ait : *Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiarum Sion* (Psal. IX, 15). Portæ quippe mortis sunt actiones pravæ, quæ ad interitum trahunt. Quia autem Sion speculatio dicitur, portas Sion, actiones bonas accipimus, per quas supernam patriam ingredimur, ut Regis nostri glorijs contemplemur. Quid vero per cathedram, nisi magisterii auctoritas designatur? Græca autem d voce platea pro latitudine ponitur. Nunc ergo sancta Ecclesia ad civitatis portam procedit, quia ut aditum coelestis regni percipiat, in sanctis se actionibus exerit. Cui in platea paratur cathedra, quia in magna auctoritatib; latitudine sui

<sup>a</sup> In Utic. olim legebatur captivitatis.

<sup>b</sup> Deest meo in pler.

<sup>c</sup> 2 Laud., quia fides Dei de interna sancti Spiritus unctione generatur.

<sup>d</sup> Editi, lingua, invitiss MSS.

<sup>e</sup> Ita Germ., Corb. Germ., 1 Laud., Bellov., Norm., etc. In Vulgatis additur super, quod supplendum paverunt qui his edendis operam dederunt. At jam monuimus, l. 1, n. 23, ab antiquis usurpatum cathedram sedere. In 2 Laud. habetur, cathedra sedet. li-

A magisterii exhibet libertatem. Quæ enim recta quæ sentit publica voce prædicat, quasi in platea e cathedralm sedet, cum nullum de sua prædicatione metuit, nullius pressa terroribus, se sub silentio abscondit. An non in publico ad docendum præsedit, quam simul et sentiendi veritas, et docendi potestas fulcit? Sed cum ad portam procederet, et in platea cathedralm sederet, quid a levibus, quidve a gravibus ageretur, adjungit dicens :

## CAPUT XVII.

**Vers. 8.** — *Videbant me juvenes, et abscondebantur, et senes assurgentib; stabant.*

**618 26. Ecclesiæ vigorem, et rectitudinem imperfecti formidant; diligunt perfecti.** — Si historia B intendimus, quæ dixit credimus; si allegoræ, quæ prædicti videmus. Juvenes namque dici solent qui nulla consilii <sup>f</sup> gravitate deprimitur. Senes vero non eos Scriptura sacra vocare consuevit, qui sola quantitate temporum, sed morum grandævitate maturi sunt. Unde per quemdam sapientem dicitur : *Seneetus enim venerabilis est, non diuturna, neque numeri annorum computata. Cani autem sunt sensus hominis, et cætas senectutis vita immaculata* (Sap. IV, 8). Unde recte quoque Dominus ad Moysen dicit : *Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti quod senes populi sunt* (Num. XI, 16). In quibus quid aliud quam senectus cordis requiritur, cum tales jubentur eligi qui <sup>g</sup> senes esse sciuntur? Si enim senectus in eis corporis quereretur, a tantis sciri poterant, a quantis videri. Dum vero dicitur : *Quos tu nosti quod senes populi sunt*, profecto liquet quia senectus mentis, non corporis, eligenda nuntiatur. [Vet. XIV.] Sanctam ergo Ecclesiam vident nunc juvenes, et absconduntur, senes vero ei assurgentib; assistunt, quia vigorem ejus atque rectitudinem immaturi formidant, grandævi glorificant. <sup>b</sup> Leves quippe sunt, fugiunt; graves vero atque perfecti reprobant. Vident ergo hanc juvenes et absconduntur, quia reprehendi in suis occultis actionibus metunt. Senes vero assurgentib; stant, quia perfecti quippe ex humilitate indicant, quantum in bona operatione profecerunt. Sed quia haec de suis loquitur, narret quoque qualiter ab exteris timetur :

## CAPUT XVIII.

**Vers. 9, 10. — Principes cessabant loqui, et digi-**

**dem** MSS. paulo infra habent cathedralm sederet, vel cathedrala sederet.

<sup>f</sup> Excusi cum Germ., gravitate fulciuntur, reluctantibus MSS. Norm., Vindoc., Laud., Turon., Corb. Germ.

<sup>g</sup> Vindoc., si senes.

<sup>h</sup> Poster. Editi cum Germ., levis quippe. Alii, leves quippe sunt, aut leves quippe sunt qui fugiunt. Sequimur MSS. Norm., Laudun., Corb. Germ., etc.

*Ium superponebant ori suo. Vocem suam cohiebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhaerobat.*

27. *Hæretici silere coacti S. Gregorii temporibus. Hæretici in culpa concordant, in sententiis discrepant. In Ecclesiæ adversis, hæretici libere prædicanter. — Qui hoc loco alii duces intelligi vel principes possunt nisi hæreticæ pravitatis autores? De quibus per Psalmistam dicitur: *Effusa est contentio super principes eorum, et seduxerunt eos in invio, et non in via* (Psalm. cxvi, 40). Ipsi etenim dum dispensationem Dei perverse interpretari non metuunt, profecto plebes subditas non in eam viam quæ Christus est, sed in invium trahunt. Super quos recte quoque effusa contentio dicitur, quia suis sibi vicissim allegationibus contradicunt. Arius quippe tres personas in divinitate suscipiens, tres etiam deos credidit. Quem contra Sabellius unum Deum suscipiens, unam credidit esse personam. Inter quos sancta Ecclesia rectum prædicationis suæ tramitem indeclinabiliter tenens, et unum Deum prædicans, tres personas contra Sabellium asserit, et tres personas asserens, unum Deum contra Arium confitetur. Quia autem in sacro eloquio Manichæus virginitatem laudari comperit, conjugia damnavit. At contra <sup>a</sup> Jovinianus quia concedi conjugia cognovit, virginitatis munditiam despexit. Unde fit ut semper hæreticis perversa intelligentia confusis, vicissim sibi eorum nequitia et in culpa concordet, et in sententia discrepet. At contra sancta Ecclesia per medias utrarumque partium lites **619** ordinata pace graditur, et sic scit superiora bona suscipere, ut noverit etiam inferiora venerari, qualenus nec summa æquet inflmis, nec rursum ima despiciat, cum summa veneratur. Nunc ergo hæreticarum plebium principes, auctoritatem sanctæ Ecclesiæ perpendentes, cessant loqui, et quasi ori suo digitum superponunt, dum falsis querelis non ratione vocis se reprimi, sed virtutis manu significant. Vocem suam duces cohiebant, quia nimirum hi qui post se errantes populos trahere coenantur, ne loqui perversa nunc audeant, et auctoritatis frenantur pondere, et virtute rationis. Quorum lingua suo gutturi adhaeret, quia eti perversa loqui libera voce non audeant, intus tamen apud se contegunt cuncta quæ contra <sup>b</sup> veram fidem proponeare falsa moluntur. Horum ergo temporum, sequenti tribulatione deprehensa, reminiscens Ecclesia deplorat, dicens: *Quando procedebam ad portam civitatis, et in platea parabant cathedram mihi. Videbant me juvenes, et abscondebantur, et senes assurgentess stabant. Principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo. Vocem suam duces cohiebant, et lingua eorum gutturi suo adhaerobat.* Ac si aperte dicat: *Cum prædicare mihi <sup>c</sup> voce publica licuit, omnis me qui veritati non fuit subjectus expavit. Illo namque tempore cum sancta Ecclesia adversitate**

A premittur, pravis quibusque prædictoribus licentia locutionis datur. [Vet. XV.] Quod longe ante Jeremias induens, ait: *Sed et lamias nudaverunt mamam, lactaverunt catulos suos* (Thren. iv, 3). Quid namque lamias, nisi hæreticas appellat, humanagi quidem faciem, sed belluina per impietatem corda gestantes? Qui tunc mammam nudant, cum errorum suum libere prædicant. Tunc catulos lactant, quia male sequaces parvolorum animas dum perversa insinuant, ad impietatem nutriendo confirmant. Sequitur:

#### CAPUT XIX [Rec. XII].

VERS. 11.—*Auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi.*

B 28. *Ecclesiæ testimonium reddere debemus bene vendo.* — Dum beatificari se ab audentibus, sibique testimonium reddi a videntibus fatetur beatus Job, qualis in sermone, qualis in opere fuerit, ostenditur. Neque enim aut in opere jam perfectus est, cui adhuc linguae pravitas contradicit; aut in sermone laudabilis, qui hoc <sup>d</sup> quod loquitur opere non ostendit. Ut igitur beatus Job amicorum suorum increpationibus exactus utraque se habuisse perhibeat, sese et audentibus et videntibus venerationi suis manifestat. Quod si ad vocem sanctæ Ecclesiæ referamus, ille ejus verba beatificat, quia ea quæ audierit opere consummat. Ille ei testimonium reddit, qui exemplis <sup>e</sup> vitæ illi bene vivendo respondet. Sanctam etenim Ecclesiam ille veraciter videt, cuius testatur vita quia videt. Ad hoc namque bonorum intra eam rectitudo cernitur, ut quicunque hanc viderint, a suis pravitatibus corriganter. Needum ergo intra sanctam Ecclesiam videt bonos, qui nou est einendatus a malis. Sed unde ei testimonium reddatur, ostenditur cum subjungit:

#### CAPUT XX.

VERS. 12, 13. — *Eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum cui non erat adjutor. Beneficiorum perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum.*

D 29. *Ecclesia filios suos et pascit et protegit.* — Magne misericordiae ista sunt opera, liberare **620** vociferantem pauperem, pupillo adjutorum ministrare, peritum eripere, cor viduæ consolari. Superioris enim dictum est quid exhibuit per doctrinam. Ait namque: *Auris audiens beatificabat me.* Nunc autem narrat quæ per misericordiam impedit, dicens: *Eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum <sup>f</sup> cui non erat adjutor.* Vox quippe cum opere sibi necessario concordat. Hæc beatus Job et exhibuit subditis, et tamen per sanctam Ecclesiam exhibenda signavit. <sup>g</sup> Quæ utrumque nunc incassabiliter exercet, ut videlicet filios suos et loquendo pascat, et defendendo protegat, quatenus et per

<sup>a</sup> Laud., Jovianus. Germ., Jobianus.

<sup>b</sup> Alii, cum Corb. Gerin., fidem rectam.

<sup>c</sup> Plerique MSS., voce libera.

<sup>d</sup> Genet. et alii, quod os loquitur.

<sup>e</sup> Genet. et Germ., vitæ illius.

<sup>f</sup> Laud. et Noriu., cui non erat.

<sup>g</sup> Plur., quæ utraque.

**verba bonos satiet, et per patrocipia tueatur a malis.** Bene autem scriptum est : *Gerimel terra herbam vi-*  
*rentem, et facientem samen, et ligum & fructiferum*  
*saciens frustum iuxta genus suum* (*Genes. 1, 11*). Quod sic est veraciter factum, ut significaret aliquid vera-  
citer faciendum. Per terram quippe figuratur Eccles-  
ia, quæ et verbi nos pabulo reficit, et patrociniis  
umbraculo custodit; quæ et loquendo pascit, et op-  
tulando protegit, ut non solum herbam refectionis  
proferat, sed et cum fructu operis arborem protec-  
tionis.

[*Vet. XVI.*] 30. *In Ecclesia rectoribus nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.* — Perpenden-  
dum b quoque video his qui plebium gubernationibus  
præsunt, quod superioris dicens : *Videbant me juve-*  
*nes, et abscondebantur; nunc astruit : Cor viduæ con-*  
*solatus sum.* Quanta disciplina regiminis, ut ante  
eum juvenes abscondantur; quanta mansuetudo pietatis, ut per eum viduarum corda consolentur ! Sunt  
namque (*Dist. 45, can. sunt namque*) nonnulli ita  
districti, ut omnem etiam c mansuetudinem benigni-  
tatis amittant, et sunt nonnulli ita mansueti, ut per-  
dant districti iura regiminis. Unde cunctis rectoribus  
utraque summopere supt tenenda, ut nec in disci-  
plina vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum in mansuetudine distinctionem deserant disci-  
plinæ, quatenus nec a compassione pietatis obdure-  
scant, cum contumaces corrigunt; nec disciplinæ  
vigorem mollient, cum infirmorum animos conso-  
lantur. Regat ergo disciplinæ vigor mansuetudinem,  
et mansuetudo ornet vigorem, et sic alterum com-  
mendetur ex altero ut nee vigor sit rigidus, nec  
mansuetudo dissoluta.

31. *Pietatis opera corporaliter et spiritualiter exhibentur ab Ecclesia.* — Hæc autem quæ supra diximus  
pietatis opera sancta Ecclesia et corporaliter exhibet,  
et spiritualiter exhibere non esset. Nam pauperem  
vociferantem liberat, eum peccatori veniam depre-  
canti eas quas commiserat culpas relaxat. De talibus  
quippe pauperibus dicitur : *Beati pauperes spiritu,*  
*quoniam ipsorum est regnum caelorum* (*Matt. v, 3*).  
Et talium pauperum clamor est Psalmista voce di-  
cationis : *Cito nos anticipet misericordia tua, quia*  
*pauperes facil sumus nimis* (*Psalm. LXXVIII, 8*). Pupil-  
lum vero cui non est adjutor liberat, dom uniusque  
mortuo antiquo patre diabolo, ad sanctæ Ec-  
clesiæ sinum currens, in ea exhortationis adjutorium  
invenit, qui jam desideria mundi consequentis fugit.  
Potest pupilli nomine fidelis quisque etiam propter  
mortem boni patris intelligi, cuius ad tempus visione  
destitutus est, quamvis solatio destitutus non est.  
Benedictio etiam perferti super eam venit, cum pe-  
ccatoris interitum prævenit, et cum sanctis exhorta-

A tionibus a culpæ lovea reducit. Unde scriptum est : *Qui converti secerit peccatorem ab errore vice* **621** *sue;*  
*a salvabit animam ejus a morte, & el operiet multitudi-*  
*nem peccatorum* (*Jac. v, 20*). Si enim magnæ merce-  
dis est a morte eripere carnem quandoque moritu-  
ram, quanti est meriti a morte animam liberare, in  
cœlesti patria sine fine victuram ? Cor autem viduæ  
consolatur, dum fidi cuique animæ qui æternas  
Domini retributiones narrat, quasi viri sui bona ad  
memoriam revocat. Cui quia spiritualiter anima juncta  
est, eo mortuo vidua dicitur, sed sanctæ Ecclesiæ  
vocibus ex ejus resurrectione resovetur. Magnam  
ergo consolationem cor viduæ suscipit, quando fidelis  
anima in verbis Ecclesiæ de adventu illius aliquid,  
cui spiritualiter est conjuncta, cognoscit. Sequitur :

## CAPUT XXI.

VERS. 14. — *Justitia iniquus sum, & vestiv me*  
*sicut vestimento.*

32. *Nulla bona opera sunt, si pravis quibusdam ma-*  
*cculentur.* — Vestimento utique cum vestimur, ex omni  
parte circumdamur. Ille ergo justitia sicut vestimento  
vestitur, qui se undique bono opere protegit, et nullam  
partem actionis sue peccato nudam reliquit. Nam qui in aliis actionibus justus est, in aliis inju-  
stus; quasi hoc latu cooperuit, illud nudavit, nec  
jam bona sunt opera, quæ subortis altis pravis ope-  
ribus inquinantur. Hinc enim per Salomonem dici-  
tur : *Qui in uno offendit, multa bona perdet* (*Eccle-*  
<sup>C</sup> *ix, 18*). Hinc & Jacobus dicit : *Quicunque totam legem*  
*servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium*  
*reus* (*Jac. ii, 10*). Quam videlicet sententiam suam  
ipse diligenter exposuit, cum subjunxit : *Qui enim*  
*dicit, Non mæchaberis, dicit et, Non occides. Quod si*  
*non mæchaberis, occidas autem, factus es transgressor*  
*legis* (*Ibid., 11*).

[*Vet. XVII.*] 33. *Hinc adhibenda undique custodia*  
*et vigilancia. Frustra munita sunt cætera, cum vel unus*  
*hosti penditur aditus.* — Cordis ergo oculis circum-  
quaque porrectis, undique nobis adhibenda custodia  
est. Unde recte quoque per Salomonem dicitur : *Omnis*  
*custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit*  
(*Prov. iv, 23*). Dictrurus enim b custodia, præmisit  
omni, ut videlicet unusquisque hinc inde se diligenter  
inspiciat, et quandiu in hac vita est, contra spi-  
ritales inimicos in acie se positum sciat, ne inerce-  
dem quam per has actiones colligit, per alias amittat,  
ne hinc hosti foræ obstruat, et aliunde aditum pan-  
dat. Si qua etenim civitas contra insidiantes inimicos  
magno valletur aggere, fortibus cingatur muris, & ex  
omni parte insomni munieratur custodia, namque vero  
in ea foramen tantummodo immunitum per negligi-  
mentum relinquantur ; inde procul dubio hostis in-

<sup>a</sup> Norm., pomiferum.

<sup>b</sup> Al., quippe.

• Nonnulli, mansuetudini benignitatem.

<sup>c</sup> Laud., asecuris.

\* Germ. et Norm., et operit.

<sup>a</sup> Germ. et 2 Laud., et vestiv me dicunt vestimen-  
tum ; et sic infra.

<sup>b</sup> Uie. et alii, Jacob dicit, qui totam legem.

<sup>c</sup> 1 Laud. et Turon., custodiam præmisit omnem.

<sup>d</sup> Doest ex omni parte in pl.

greditur, qui undique exclusus videbatur. Pharisaeus namque ille, qui in templum oratus ascendit, civitatem mentis suæ quæta munitione vallaverit, audiamus : *Jejuno, inquit, bis in sabbato, decimas de omnium quæ possideo* (Luc. xviii, 12). Qui præmisit : *Gratias ago tibi*, magna certe munimina adhibuit. Sed videamus ubi insidianti hosti immunitum foramen reliquit : *Quia non sum sicut publicanus iste* (*Ibid.*, 11). Ecce civitatem cordis sui insidiantibus hostibus per elationem aperuit, quam frustra per jejunium et eleemosynas clausit. Incassum munita sunt cætera, cum locus unus, de quo hosti patet aditus, munitus non est. Gratias recte egit, sed perverse se super publicanum extulit. Civitatem cordis sui extollendo prodidit, quam abstinendo et largiendo servavit. Victa est per abstinentiam gula, destructa ventris ingluvies, superata est **622** largitate tenacia, avaritia depressa. Quibus hoc laboribus actum credimus? Sed o quot labores uno vitio percussi ceciderunt, quanta bona unius culpæ gladio sunt perempta! Unde magnopere oportet et bona semper agere, et ab ipsis nos bonis operibus caute in cogitatione custodire, ne si mentem elevant, bona non sint, quæ non auctori militant, sed elationi.

[*Rec. XIII*]. 34. *Maxime cavendum a superbia*. — De qua re non inordinate agimus, si ex libris, licet non canonicis, sed tamen ad ædificationem Ecclesiæ editis, testimonium proferamus. Eleazar namque in prælio elephantem feriens stravit, sed sub ipso quem extinxit occubuit (*I Mach.* vi, 46). Quos ergo iste significat quem sua victoria oppressit, nisi eos qui virtus superant, sed sub ipsa quæ subigunt, superbendo succumbunt? Quasi enim sub hoste quem prostrerit moritur, qui de culpa quam superat elevatur. Pensandum ergo magnopere est quia bona prodesse nequeunt, si mala quæ subrepunt non carent. Perit omne quod agitur, si non sollicite in humilitate custoditur. Unde bene quoque de ipso primo parente dicitur : *Posuit eum Dominus in paradiso voluptatis, ut operaretur et custodiret* (*Genes.* ii, 15). Operatur quippe qui agit bonum quod præcipitur, sed quod operatus fuerit non custodit, cui hoc subrepit quod prohibetur. Beatus igitur Job, quia ex omni parte bono se opere texerat, dicit : *Justitia induit me, et vestivi me sicut vestimento*. Ubi protinus subditur :

#### CAPUT XXII [*Vet. XVIII*].

*Ibid.* — *Et diadema, judicio meo*.

35. *Justi sollicite attendunt, quid Deo, quid proximo debeant*. — *Justorum judicia recte diademati comparantur*, quia per magni operis gloriam ad retributionis **b** ducunt coronam. Quæ nimurum judicia secum quotidie introrsus agunt, quid Deo, quid proximo de-

\* Hoc est, canonii hebræorum non insertis, quod non sint Hebraice scripti. Qua de re consule prælat. gener., ubi de doctrina sancti Gregorii disseritur.

† Norm. et pl. ducuntur.

• Germ., Norm., Laud., Turon., etc., ita habent ;

A beant, soliter aspiciunt, atque ad agenda bona se vehementer accendunt, et de perpetratis malis districte redargunt. Unde bene quoque per S. Iohannem dicitur : *Cogitationes justorum judicia* (*Prov.* xii, 5). **c** Intus quippe ab omni strepitu sæculari ad corda sua redeunt, ibique ascendunt tribunal mentis, atque ante oculos se et proximum statuunt, deducunt ad medium regulam testamenti, qua dicitur : *Quæ vultis ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis* (*Matth.* vii, 12). **d** Transferunt in se personam proximi, et sollicite attendunt quid sibi si ita essent fieri vel non fieri juste voluisse, sive districto jure atque judicio causam suam et proximi juxta tabulas divinæ legis in foro cordis examinant. Bene ergo dicitur : *Cogitationes justorum judicia*, quia ipse eorum intimus motus cordis, quasi quedam libra est judicariæ potestatis. Quibus peractis, quia retributionem inferius non requirunt, recte eorum judicia diademati comparantur. Diadema quippe in superiori parte corporis **e** ponitur. Justorum ergo judicium diadema dicitur, quia per hoc non in terrenis et insensib. sed sursum remunerari concupiscunt. Sequitur

#### CAPUT XXIII [*Rec. XIV*].

Vers. 13, 16. — *Oculus sui caco, et pes claudio. Pater eram pauperum, et causam quam nesciebam, diligenter investigabam*.

36. *Bona opera etsi humilitate occultanda, necessitate tamen aliquando publicanda*. — Inter hec lectoris animus forsitan querat cur beatus Job suas tam subtiliter virtutes enumeret. **623** Sanctorum quippe virorum est bona quæ fecerint occultare, ne contingat eos lapsu elationis incurgere. Unde per semelipsam Veritas dicit : *Attendite ne justitiam vestram faciat coram hominibus, ut videamini ab eis* (*Matth.* vi, 1). Ille est etiam quod duos cacos juxta viam sedentes illuminans, præcepit dicens : *Videite ne quis sciat* (*Matth.* ix, 30). De quibus illico scriptum est quia illi abeuntes diffamaverunt eum per totam terram illam. Sed querendum nobis est quid sit hoc quod ipse Omnipotens, cui hoc est velle quod posse, et taceti virtutes suas voluit, et tamen ab his qui illuminati sunt quasi invititus indicatur, nisi quod servis suis se sequentibus exemplum dedit, ut ipsi quidem virtutes suas occultari desiderent, et tamen, ut alii eorum exemplo proficiant, prodantur invititi, et facia quidem sua occultando seipso custodian, sed dum produntur invititi, bona ad proximos suos exempla transmittant. Occultentur ergo studio, necessitate publicentur; et eorum occultatio sit custodia propria, eorumque publicatio sit utilitas aliena. Kursus quia scriptum est : *Neque accendunt lucernum, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt*. Sic luceat lux vestra

at in Editis, pro intus legitur justi, aut isti.

\* Quidam. Ed. transferunt se in personam proximi.

• Vindoc., portatur.

† 2 Laud., sub modium.

coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorifient Patrem vestrum qui in cælis est (Matth. v., 15). Aliquando sancti viri et coram hominibus compelluntur bona facere, aut eadem hominibus sua facta narrare; sed ad eum finem omnia referentes, ut non ipsi eisdem operibus, sed Pater eorum qui in cælis est debeat glorificari. Dum enim sancta prædicant, ipsi prædicatio eorum fortasse despicitur, quorum vita nescitur. Compelluntur ergo vitam suam dicere, ut auditorum suorum valeant vitam mutare. Et facta sua referunt, ut venerationi sint; venerari appetunt, ut reverenter audiantur. Scriptum quippe est: *Cum elevarentur animalia de terra, elevabantur pariter et rotæ* (Ezech. i., 19), quia videlicet cum auditorum mentes prædicantium vitam suspiciunt, necessario utique etiam vim prædicationis admirantur.

[Vet. XIX]. 37. Quod sanctus Paulus exemplo suo comprobavit. Qui cum imitantur non elationi serviuunt, sed humilitati. — Hinc est ergo quod prædicatores boni et honorem propter elationem fugiunt, et honori tamen propter imitationem volunt. Sic nimis Paulus apostolus discipulis loquens, et honorem fugit, et tamen quantum esset honorandus ostendit. Nam cum Thessalonicensibus diceret: *Neque enim aliquando fuimus in sermone adulatio[n]is, sicut scitis, neque in occasione avaritiae, Deus testis est* (I Thess. ii., 5), secutus adjunxit: *Neque querentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis, cum possimus oneri vobis esse, ut Christi apostoli, sed facti sumus parvuli in medio vestrum* (Ibid., 6, 7). Rursus Corinthiis, honorem fugiens, dicit: *Non enim nos metipos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Iesum Christum* (II Cor. iv., 5). Quos tamen videns falsorum apostolorum persuasionibus a veræ fidei tramite deviare, eis se summopere quantum esset venerandus ostendit, dicens: *In quo quis audet, in insipientia dico, audeo et ego. Hebrei sunt, et ego. Israelitæ sunt, et ego. Semen Abrahæ sunt, et ego. Ministri Christi sunt, et ego. Ut minus sapiens dico, plus ego* (II Cor. xi, 21-23). Quibus etiam subjungit quod ei quoque tertii coeli secreta patuerint, quod rapius etiam paradisi arcana penetrarit. Ecce honorem fugiens servum se discipulorum prædicat. Ecce honorem pro utilitate audiendum quærens falsis apostolis vita sue merita superponit. Egit quippe doctor egregius ut dum ipse qualis esset agnoscitur, et vita et lingua male prædicantium, ejus comparatione vilesceret. Illos videlicet commendaret, si se absconderet; cumque se non os-

Germ., Laud., Norm., Corb. Germ. et plerique, cum vet. Ed., vitam suscipiunt.

<sup>b</sup> Norm., Corb. Germ. et plur., nec requirentes.

<sup>c</sup> Beccens., Uic., Prat. et Corb. Germ., honori esse, ut etiam legitur in plur. Editis. In Vulgata legimus oneri esse, cui respondet textus Graecus, alteri tamen lectioni non omnino contrarius, vox enim Graeca *βάρος*, significat non solum onus, pondus, sed etiam gravitatem, auctoritatem. Erasmus vertit: cum possemus in auctoritate esse.

<sup>d</sup> Alii, ostenduntur.

A tenderet, errori locum dedisset. Miro igitur modo et humilitatis exhibet gratiam, et utilitatis querit incrementa, ut et servum se discipulorum prædicet, et adversariis potiorem demonstret. Ostendit discipulis quid humilitatis acceperit, ostendit adversariis quid sublimitatis. \* Innotescit contra adversarios quid habent ex munere, innotescit discipulis qualis apud se maneat in cogitatione, innotescit adversariis qualis foris appareat in operatione. Sancti ergo viri cum coguntur bona narrare quæ faciunt, non elationi servivunt, sed utilitati. Unde beatus Job amicis suis se injuste increpantibus, atque idcirco nescientibus bona sua, loquendo aperit, ut nimis discent non contra ejus vitam<sup>f</sup> increpantes erigi, sed hanc tacentes imitari, quanvis, ut supra jam diximus, hunc ad B memoriam facta sua reducere, invecta ab increpatibus desperatio compellebat. Nam inter tot dolores vulneris et verba desperationis, cum bona quæ fecit narrat, quasi collapsu verbis et verberibus ad spem animum reformat. Dicat ergo bona quæ fecit, ut non cogatur inter tot mala de se desperare quæ audit. *Oculus sui cæco, et pes claudio.*

38. *Justitiae opera præmitti debent operibus misericordiæ.* Qui eleemosynas largitur, nec abstinet a peccato, rem suam Deo tribuit, et seipsum peccato. — Cum sancti operis exempla pensamus, intuendum nobis prius est, quam rectus narrandi ordo servetur, ut ante justitiæ, et post misericordiæ opera describantur. Ille quippe bene agit quæ pia sunt, qui scit prius servare quæ justa, ut collatus in proximos rivus misericordiæ de justitiæ fonte ducatur. [Vet. XX.] Nam multi proximis quasi opera misericordiæ impendunt, sed injustitiæ facta non deserunt. Qui si veraciter proximis misericordiam facere student, sibi ipsis prius debuerant juste vivendo misereri. Unde scriptum est: *Miserere animæ tuae placens Deo* (Eccli. xxx, 24). Qui ergo misereri vult proximo, a se trahat necesse est originem miserendi. Scriptum namque est: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum* (Matth. xix, 19). Quonodo ergo alteri miserendo pius est, qui adhuc injuste vivendo sit impius sibi metipai? Unde per quemdam sapientem dicitur: *Qui sibi nequam est, cui bonus erit* (Eccli. xiv, 5)? Ad exhibendum quippe misericordiam ut indigentibus plene exteriorius valeat impendi, duo sibi necessaria congruunt, id est homo qui præbeat, et res quæ præbeatur. Sed longe incomparabiliter melior est homo quam res. Qui itaque indigenti proximo exteriorem substantiam præbat, sed vitam suam a nequitia non custodit, rem

\* Ita Laud., Bellov., Turon., Corb. Germ., Vindoc., quos sequuntur vet. Edit. Paris. 1495 et Basil. 1514. In Paris. 1518, legitur: innotescit adversariis quam fortis appareat in operatione; innotescit discipulis quia habet ex genere, quod virtuosum est. In recent. Edit., melius, innotescit discipulis qualis apud se maneat in cogitatione, innotescit adversariis qualis foris appareat in operatione. Lectionem hauc exhibent Germ., Uic., atque Norm.

<sup>f</sup> Deest increpantes in Norm.

suam Deo tribuit, et se peccato. Hoc quod minus est obtulit auctori, et hoc quod majus est servavit iniquitati. **625** Bene itaque per beatum Job prius dicitur : *Justitia induit sum, et vestivi me sicut vestimento; et sicut diademate, iudicio meo.* Ac deinde subiungitur : *Oculus sui cæco, et pes claudio.* Quia tunc est apud Deum oblatio veræ rectitudinis, cum de radice justitiae prodeunt rami pietatis. Sed quia in ipso misericordia opere plus solet apud internum judicem animus pensari quam factum, notandum quod ex eo oculum fuisse se asserit, pedem claudio. Haec etenim dicens, profecto indicat quia et illi per semet ipsum manum prebuerat, et hunc portando sustinebat. Ex qua re colligitur, super egenos ac debiles quantum misericordie illius viscera fundebantur. Unde et subditur : *Pater eram pauperum.*

**39. Ecclesia cæcos illuminat, cludos sustentat.** — Quæ videlicet verba si ad vocem sanctæ Ecclesiae typica interpretatione referamus, ipsa est oculus cæco, quia per verbū lucet, ipsa pes claudio, quia per adjutorium continet. Cæcos enim prædicando illuminat, cludos vero opitulando sustentat. Cæcus quippe est qui adhuc quo perget non videt; clodus autem est, qui non potest ire quo videt. Crebro namque peccatum aut ignorantia aut infirmitate perpetratur, ut vel nesciat homo quid velle debeat, vel non omne quod voluerit possit. Quo contra recte per Psalmistam dicitur : *Dominus illuminatio mea et salus mea* (Psal. xxvi, 1). Quidam enim Dominus et scientiam et virtutem præbet, et contra ignorantiam illuminatio, et contra infirmitatem salus vocatur. Hinc etiam de iniquis dicitur : *Fiant viae illorum tenebris, et lubricum* (Psal. xxxiv, 6), ut scilicet per tenebras quo ire debent non videant, qui etsi recta viderent, in eis tamen per lubricum stare non possent. **4** Itaque per lubricum inter bona claudicant, illi per tenebras quæ bona sequantur ignorant. Sancta itaque Ecclesia extremitis tribulationibus deprehensa, antiquorum reminiscitur temporum, quando et decendo illuminare conueverat, et adjuvando firmare, et præcedentis membra sui ore loquiter, dicens : *Oculus fui cæco, et pes claudio.*

[Vet. XXI.] **40. Cæci sunt gentiles, claudi vero Judei.** — Quæ quia duos in se populos collegit, Judaicum scilicet atque gentilem, recte etiam potest cæco gentilis, claudio autem Judæicus populus designari. Gentilis quippe quasi oculos non habuit, quia non accepta legē non vidit quo ire debuisset. At contra Judæicus habens oculos, clodus fuit, quia legem quidem sciendo tenuit, sed in ea gressum recti operis non tetendit. Si enim gentilis populus cæcus minime fuisset, propheta non diceret : *Populus qui sedebat*

<sup>a</sup> **1** Laud., et vestivi me sicut vestimentum. In Bellov., et vestivi me.

<sup>b</sup> Germ., Bellov. et Norm., cæci oculum.... pedem claudi.

<sup>c</sup> Germ. 1 Laud. et Corb. Germ., quo; 2 Laud., quo ire non videant, qui etsi recta viderint... stare non possint. Ita quoque Norm.

**A** in tenebris, vidit lucem magnam (Isai. ix, 2). Rursum si Israëliticus populus a bono opere minime claudicasset, nequaquam voce Domini Psalmista dixisset : *Filiij alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis* (Psal. xvii, 46). Qui nimurum populus claudus idecirco nominatur, qui sanum gressum in operatione non habuit, quippe qui utroque pede usi noluit, dum unum Testamentum recepit, aliud sprevit. Quem cum ad se venientem sancta Ecclesia suscepit, quia ei jam Vetus tenenti, etiam Novum Testamentum insertit, ad dirigidos gressus illius, quasi alterum pedem jungit. Qui fideliæ sanctæ Ecclesiae populus adhuc recte subjungit : *Pater eram pauperum,* **626** quia videlicet humiles, qui paupores spiritu dicti sunt, ex ejus prædicatione generantur. Sed' oportet ut in his omnibus ipsa historiæ subtilior verba pentromus. Alt etiam :

#### CAPUT XXIV.

**Vers. 16.** — *Pater eram pauperum, et causam quam necessitatem diligenter investigabam.*

**41. Præstat bonum opus ex affectu facere, quam ex præcepto.** — Plerumque enim multa homines pauperibus largiuntur, non quia eosdem pauperes diligunt, sed quia si minime tribuant, iram judicis superni formidant; qui si Deum non metuerent, quem habent dare nolissent. Et quidem in bono opere primus in eipientium gradus est ut qui adhuc proximum sicut se nescit diligere, iam tamen incipiat iudicia superna fornicare. Quia igitur aliud est bonum opus ex præcepto, aliud vero etiam ex affectu facere, sanctus vir ut mentem nobis suæ operationis inquiet, dicit : *Pater eram pauperum.* <sup>d</sup> Non enim patronum se, vel proximum, vel adjatorem pauperum, sed patrem suum testatur, quia nimurum & magno charitatis officio stadium misericordia veritatis in affectum habem, ut eos quasi filios corneret per amorem, quibus quasi pater præferat per protectionem. Quia igitur vis misericordia illius naturam fuerat imitata, patrem se pauperum suisse commemorat. Ubi etiam subdit :

#### CAPUT XXV.

**Ibid.** — *Et causam quam necessitatem diligenter investigabam.*

**42. Etsi nulla bona opera negligenda, minora tamen posterioribus postponi debent.** — In quibus videlicet verbis pensanda sunt omnia quam distincte narrantur, quod nulla ab eo merces prætermittitur. Justus quippe est in actionibus suis, pius in infirmitatibus proximorum, strenuus in negotiis pauperum. Qui enim æternæ retributionis bona cogitat, necesse est ut ad

<sup>d</sup> Idem MSS., præter Germ., iste... claudicat, ille... ignorat.

<sup>e</sup> Germ., duo Laud., Corb. Germ. et Norm., immo teraverunt.

<sup>f</sup> Duo Laud., Corb. Germ. et Norm., nos ergo.

<sup>g</sup> Germel., magna charitatis officio.

omnem se easam secundum mercedis exteodat. Hinc enim per Salomonem dicitur : *Qui Deum timet, nihil negligit* (*Eccle. vii. 19*). Hinc etiam Paulus ait : *Ad omnes opus bonum parati* (*1 Tim. ii. 21*). Sed inter haec sciendum est quia aliquando in actionibus nostris minora bona praetermittenda sunt pro utilitate majorum. Nam quis ignoret esse boni operis meritum, mortuum sepelire? et tamen cuidam qui ad sepeliendum patrem se dimitti poposcerat dictum est : *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade et annuntia regnum Dei* (*Luc. ix. 60*). Postponendum namque erat obsequium hujus ministerii officio prædicationis, quia illo carne mortuos in terram conderet, isto autem anima mortuos ad vitam resuscitaret. Per prophetam quoque primatibus synagogæ dicitur : *Querite judicium, subvenite oppresso* (*Isai. i. 17*). Et tamen Paulus apostolus dicit : *Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum* (*I Cor. vi. 4*). Auditores etenim suos ad virtutem sapientiae, ad linguarum genera, ad prophetæ quoque indaganda mysteria succendebat, dicens : <sup>b</sup> *Æmulamini spiritu, magis autem ut prophetetis* (*I Cor. xiv. 1*). Sed quia spiritualia dona non caperent, si terrena eos negotia depressoissent, longe ante præmisit, dicens : *Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum* (*I Cor. vi. 4*). Ac si aperte dicat, qui minoris meriti sunt in Ecclesia, et nullis magnorum donorum virtutibus pollent, ipsis de terrenis negotiis judicant, quatenus per quos magna nequeunt, bona minoria suppleantur. Quos et contemptibiles nominat, et tamen sapientes vocat, cum dicit : *Sic non est sapiens inter vos quisquam, qui possit judicare* **627** *inter fratrem suum* (*Ibid. 5*)? Qua ex re quid colliguntur, nisi ut hi terrenas causas examinent, qui exteriorum rerum sapientiam percepissent? Qui autem spiritualibus donis ditati sunt, profecto terrenis non debent negotiis implicari, ut dum non coguntur inferiora bona disponere, exercitati valeant bonis superioribus deseruire.

[*Vet. XXII.*] 43. *Qui per se non possunt, per alios officia caritatis exercere tenentur.* — Sed curandum magnopere est ut hi qui donis spiritualibus emicant nequaque proximorum infirmitatum negotia funditus deserant, sed haec aliis quibus dignum est tractanda committant. Unde Moyses quoque ac populum vires pro se septuaginta constituit, ut quanto se ab exterioribus causis absconderet, tanto ardentius interna penetraret. Sicque fit ut summi viri magis ad spiritualia dona proficiant, dum eorum mentes res inflammat non conculeant; et rursum viri in Ecclesia ultimi sine bono opere non vivant, dum in rebus exterioribus inveniunt recta quæ agant. Sancta quippe Ecclesia sic consistit unitate fidelium, sicut corpus nostrum unitum est compage membrorum. Alia namque sunt membra in corpore quæ intendæ luci deser-

<sup>a</sup> *I Laud., in terram concederet. Germ., mortuos sepelire.*

<sup>b</sup> *Vindoc., æmulamini dona meliora.*

<sup>c</sup> *Germ. et poster. Editu, alia quæ a terreno actu.*

A viunt, <sup>c</sup> alia quæ a terræ tactu minime disjunguntur. Oculus quippe luci intenditur, et ne descati valeat, a pulvere custoditur. Pes vero tunc suum officium recte peragit, cum suscipiens terræ pulvrem non refugit. Quæ tamen corporis membra vicissim sibi sua officia impariendo copulantur, ut pes oculis curat, et oculus pedi prospiciat.

44. *Membra Ecclesie, eti officio distincta, sunt charitate conjuncta.* — Sic itaque sic sancte Ecclesie membra debent et officio esse distincta, et charitate conjuncta, ut summi viri eorum <sup>d</sup> visim provideant, qui in terrenis negotiis vacant, quatenus velut ad lumen oculorum pes ambulet, et rursum quidquid terrenis negotiis implicati agunt, hoc ad majorum utilitatem referant, ut pes cuius via prespicatur, non B sibi tantummodo, sed etiam oculus gradiatetur. Quia itaque sibi invicem alterna administratione convenerunt, miro modo agitur, ut quia electi quicquiescunt, eorum flant opera etiam quæ facere ipsi non possunt.

45. *Necessitate suadente, contemplatio intermitienda, ut proximi utilitas servietur.* — Sed inter haec sciendum est quia cum proximorum causis exterioribus qui apte deserviant desert, debent hi quoque qui spiritualibus donis pleni sunt eorum infirmitati descendere terrenisque illorum necessitatibus, in quantum decenter valeant, charitatis condescensione servire. Nec credere animum debet, si sensus ejus contemplationi spiritualium semper intentus aliquando dispensandis rebus minimis quasi minoratus inflectitur, quando illud Verbum per quod constant omnia creata, ut prodesset hominibus, assumpta humanitate, voluit paulominus <sup>e</sup> ab angelis minorari. Quid ergo mirum si homo se propter hominem attrahit, dum creator hominum et angelorum formam hominis propter hominem suscepit? Nec tamen minoratus sensus cum sic attrahitur, quia tanto subtilius superiora penetrat, quanto humilius pro amore conditoris nec inferiora contemnit. Quid indignum nobis vel difficile est, si supra infraque acimum dueimus, qui eadem manu corporis lavamus faciem, qua etiam calceamus pedem? Beatus igitur Job **628** quia cum magna ageret minima non despexit, dicit : [*Vet. XXIII.*] *Et causam quam nesciebam diligentissime investigabam.*

46. *In judiciis non simus præcipites. Majora criminata tardius credenda; sed cum agnoscantur, citius puniendu.* — Qua in re notandum video ne ad profrendam sententiam unquam præcipites esse debeamus, ne temere indiscussa judicemus, ne qualilibet mala audita nos moveant, ne passim dicta sine probatione credamus. Quod profecto perpetrare perfidescimus, si auctoris nostri subtilius facta pensamus. Ipse quippe ut nos a præcipitate sententiae prolatione compescaret, cum omnia quæda et aperta sint oculis nostram lect. confirmant MSS. Gerb., Germ., Norm., duo Laud., Vindoc., Turon. et vet. Edit.

<sup>d</sup> *Gemet., Utic. et Beccens., eorum vitam.*

<sup>e</sup> *Omittitur, ab, in pler.*

ejus, mala tamen Sodomæ noluit auditæ judicare, qui ait : *Clamor Sodomorum et Gomorrhæorum multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis; descendam et video utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint, an non est ita, ut sciam* (*Genes. xviii, 20*). Omnipotens itaque Dominus (2, q. 1, c. *Deus omnipotens*) et omnia sciens, cur ante probationem quasi dubitat, nisi ut gravitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante præsumamus credere quam probare? Ecce per angelos ad cognoscenda mala descendit, moxque facinorosos percutit; atque ille patiens, ille mitis, ille de quo scriptum est : *Tu autem Domine, cum tranquillitate judicas* (*Sap. xi, 18*), ille de quo scriptum est rursum : *Dominus patiens est redditor* (*Ecli. v, 4*); tanto crimen involutos inveniens, quasi patientiam prætermisit, et diem extremi judicii exspectare ad vindictam noluit, sed eos igne judicii, ante judicii diem prævenit. Ecce malum quasi cum difficultate creditum cum audivit, et tamen sine tarditate percussit, cum verum cognoscendo reperit, ut nobis videlicet daret exemplum, quod majora crimina et tarde credenda sunt cum audiuntur, et citius punienda sunt cum veraciter agnoscentur. Hujus ergo diligentiae beatus Job sollicitudinem gereus, ait : *Et causam quam nesciebam, diligentissime investigabam.* Quæ scilicet verba etiam per vocem Ecclesiæ ad interpretationem typicam possumus non inconvenienter referre. Ipsa quippe <sup>b</sup> per electos suos cum mala carnalium judicat, hoc quod nescit investigat, quia mala quæ nescit operando investigat per judicium corrigendo. Sancta itaque Ecclesia cum injustorum fuerit ad tempus improbatæ compressa, reminiscitur dicens : *Causam quam nesciebam diligentissime investigabam.* Ac si aperte dicat : Mala quæ in electis meis agendo non noveram, in iniquis hominibus stricte judicando plectebam. Et quia nunc virtute prædicationis suæ diabolum conterit, atque ex ejus ore uniuscuiusque quem suscipit animam rapit, sequitur dicens :

#### CAPUT XXVI [Rec. XV].

VERS. 17. — *Conterebam molas inqui, et de dentibus illius auferebam prædam.*

47. *Ecclesia diabolo prædam eripit, cum aliquem ab errore aut peccato revocat.* — O qualem de ore diaboli prædam tulit, quando ipsum raptorem Saulum convertendo rapuit quando adhuc spirans minarum, acceptis epistolis, pergebat Damascum, et dum persecundo fideles <sup>c</sup> congregaret prædam diabolo, cognosceudo fidem ipse aggregatus est Christo (*Act. ix, 2*)! Toties ex inqui dentibus Ecclesia prædam tulit, quoties ex erroris morsu animam prædicando

<sup>a</sup> Gemet, ac plur. Norman., et *Gomorrhæ.*

<sup>b</sup> Vindoc., per prælatos suos.

<sup>c</sup> Ita Ms. Anglic. et nostri, præter Corb. Germ., ubi ut in Ed. tum vet. tum recentioribus legitur, congregaret plebem.

<sup>d</sup> Plurimi Ms., contrivit... confregit.

A diripuit. Quis namque iniquus verius dici potest, quam diabolus? Cujus molas conterimus, quoties disserendo contra ejus insidias occulta illius machinamenta **629** monstramus; ac si de ejus dentibus prædam tollimus, quia mentem quam jam ad peccatum frangendo inonorderat, ad saltem vite convertendo revocamus. [Vet. XXIV.] Per molas quippe occultæ ejus insidiæ, per dentes vero aperta jani culpsa perpetratio demonstratur. De quibus nimur molis ac dentibus per Psalmistam scriptum est : *Dens vero conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus* (*Psal. lvii, 7*). Sed sanctus vir ante se asserit molas conterere, ut post de dentibus illius prædam potuisse auferre, quia tunc veraciter prædam de ejus dentibus tollimus, cum prius molas illius conterere scimus. Prius enim necesse est occulta consiliorum illius machinamenta prodere, ut auditoris nostri animam valeamus postmodum ab aperto lapsu revocare. Hujus iniqui molas ipse summus pastor Ecclesiæ prædicando conterebat, cum diceret : *Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens quem devoret; cui resistite fortes in fide* (*I Petr. v, 8*). Contra hunc leonem sancta Ecclesia, quia ejus insidias conspicit, fidei caulas munit. Cujus toties molas frangit, quoties hæreticorum arguimenta destruit; totiesque ab ejus dentibus prædam diripit, quoties ab errore quæmpiam prædicando convertit. Et quia plerique justorum tunc etunt qui se ecclesiasticæ pacis tempore ab hoc mundo exituros esse crediderunt, beatus Job dum sua narrat, voces quoque justorum sequentium indicat, dicens :

#### CAPUT XXVII [Rec. XVI].

VERS. 18. — *Dicebamque: In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies.*

48. *Ejus filii, si pace frui desiderant, in ejus nido et sinu remaneant.* — Quid hoc loco per nidi nomen exprimitur, nisi tranquilla quies fidei, qua unusquisque infirmus nutritur? Multitudo quippe illa bonorum, quæ persecutionum temporibus fuerit deprehensa, nutrimentorum suorum dies quasi in nido, sic in loco quietis, explere se creditit. Nam nisi sancta Ecclesia infirmos quosque filios nunc in nido pacie enutrit, Psalmista non diceret : *Etenim passer inventit sibi domum, et turtur nidum, ubi reponat pullos suos* (*Psal. lxxxin, 4*). Jam quippe domum inventit sibi passer, quia æternum cœli habitaculum noster Redemptor intravit. Et turtur inventit nidum, quia sancta Ecclesia amore conditoris affecta, crebris gemitis utitur, et velut nidum sibi, id est pacatissimam fidei quietem construit, in qua crescentes filios quasi plumescentes pullos, quoisque ad superiora

<sup>a</sup> Hebraice נֶגֶד sicut arena. Altamen נְגַד quibusdam Hebreis phœnix est. Et quia γῆρας Græce significat palmam, hiuc interpres verterunt *sicut palma*. Aliis placet eo loci mentionem injectam phœnicis avis famosissimæ, sed fabulosissimæ.

evolent, charitatis gremio calefactos sovet. Igitur quia tunc erunt qui pacis tempore se ad superna migrare, id est a nido evolare crediderunt, eorum vox beati Jób voce prævenitur, cum ait : *Dicebamque : In nido meo moriar. Quia vero hoc ipsum sibi pacis otium ex multorum dierum longitudine promittebant, recte subjungit, dicens : Et sicut palma multiplicabo dies.* Palma enim tarde proficit, sed diu in viriditate subsistit. Cum multis autem difficultatibus sancta Ecclesia ad fidei statum venit, et pro collectione plurimorum in ejusdem fidei gloria diutius stare concepit. **630** Sicut palma ergo multiplicare se dies eredit, quæ, emergente subitæ tentationis articulo, pacis suæ gratiam et tarde a fidelibus adeptam, et cilius ab infidelibus interceptam dolet.

[*Vet. XXV.*] 49. *Car. justi palmae comparantur.* — Nec immerito justorum vita palmae comparatur, quia scilicet palma inferius tactu aspera est, et quasi aridis corticibus obvoluta; superius vero et visu fructibus pulchra; inferius corticum suarum involutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchra viriditatis expanditur. Sic quippe est electorum vita, despecta inferius, superius pulchra; in imo ista quasi multis corticibus obvoltur, dum innumeris tribulationibus angustatur, in summo vero illa quasi pulchra viriditatis foliis amplitudine retributionis expanditur. Habet quidem aliud palma quo a cunctis arborum generibus differt. Omnis namque arbor in suo robore juxta terram vasta subsistit, sed crescendo superius angustatur, et quando paulisper sublimior, tanto in altum subtilior redditur. Palma vero a minoris amplitudinis ab imis inchoat, et juxta ramos ac fructus ampliori labore exsurgit; et quæ tenuis ab imis proficit, vastior ad summa succrescit. Quibus itaque alia arbusta nisi terrenis mentibus inveniuntur esse similia, inferius vasta, superius angusta? quia nimur omnes hujus sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt (*Dist. 47, c. 3*), in coelestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, et pro spe perpetua ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet injurias tolerant, et pro coeli mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant; terreno judici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione vero coram Domino vel unius horæ momento lassantur. Sæpe nuditatem, dejectionem, fa-

\* Ita cum MSS. Norm., Land., Turon., Vindoc., Bellov., vet. Ed., cujus lectionis loco in Germ. et in Ed. recent. habetur *pa/ma* vero *minor* ab *imis*. Corb. Germ. habet *minoris altitudinis*.

<sup>b</sup> Deest enim in plerisque.

\* Gemet., servire justitiae Deo in sanctificationem.

\* Illic multum variant Codices mss. et Edit. Turon. habet : *ne debiliiores vos habeat sancta libertas, quos, etc.* Norman. cum 1 Land., ne... libertas aeris quos. Corb. Germ., nec debiliores... libertas aeris quos. Vindoc., ne debiliores vos habeat sancta libertas, eis quos in carne validos habent usus terrenæ voluntatis. Codex Bellov. hic est corruptus. Vetus Ed.

A mem, pro acquirendis divitiis atque honoribus tolerant, et earum rerum se abstinentia cruciant ad quas adipiscendas festinant; superna autem laboriose quærere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. Hi itaque quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti, quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita justorum, qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes, et in coelestibus debiles; sed longius atque distantius studiosos se Deo exhibent quam sæculo fuisse meninerunt. Nam cum quibusdam per prædicatorem nostrum dicitur : *Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae; sicut b enim exhibuitis membra vestra servire immunditiae et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra c servire justitiae in sanctificationem* (*Rom. vi, 19*); eorum procul dubio infirmitati condescenditur, ac si eis aperiūs diceretur : Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dum in actione vitiorum, <sup>d</sup> ne debiliores vos habeat sancta libertas charitatis, quos in carne validos habuit usus terrenæ voluptatis.

[*Vet. XXVI.*] 50. *Non vero palmae comparantur qui cum bene cœperint, minime perseverant.* — Sunt vero nonnulli qui cum coelestia appetunt, **631** atque hujus mundi noxia facta derelinquunt, ab inchoatione sua quotidie inconstantie pusillanimitate deficiunt. Quibus hos nisi arbustis reliquis similes dixerim qui nequaquam tales superius surgunt quales inferius oriuntur? Hi quippe <sup>e</sup> ad conversionem venientes non tales quales cœperunt perseverant, et quasi more arborum inchoatione vasti sunt, sed tenues crescent, quia paulisper per augmenta temporum patiuntur detrimenta virtutum. Sensim quippe in eis desideria superna languescant; et qui robusta ac fortia proposuerant, debilia atque infirma consummant; dumque ætatis augmento proficiunt, quasi flexibles crescent. Palma vero, sicut dictum est, <sup>f</sup> vastior in summitate est quam esse cœperit quantitatis ex radice, quia sæpe electorum conversio plus finiendo peragit quam proponit inchoando; et si tepidius prima inchoat, ferventius extrema consummat, videlicet semper inchoare se aestimat, et idcirco infatigabilis in novitate perdurat. Hanc scilicet iustorum constantiam propheta intuens, ait : *Qui con-*

Paris., ne debiliores.... sancti libra operis, quos. Germ. et Edit. Basil., sancta libertas haeredes quos. Gilot. ita habet. In omnibus MSS. legitur quos, non quam, ut in Ed. Gussav. Gratianus etiam legit quos, ut videre liquet dist. 47, c. *Omnes*.

\* Germ., duo Laud., Gemet., aliquae Norm., in conversatione vententes. Corb. Germ. et Prat., in conversationem.

\* Sic duo Laud., Corb. Germ., Norm., etc. Editorum vero non eadem est lectio. In vet. ut in ms. Germ. legitur : *vastior in summitate est quam esse cœperit qualitatis ex radice.* Poster. eadem habent, dempta voce qualitatis, quam Corb. Germ. servavit.

*fidunt in Domino, mutabunt fortitudinem suam, assument pennas ut aquile, current et non laborabunt, ambulabunt et non deficient* (Isai. xl, 31). Mutant quippe fortitudinem, quia fortes student esse in spirituali opere, qui dudum fuerant fortes in carne. Assumunt autem pennas ut aquile, quia contemplando volant. Currunt et non laborant, quia velocibus magna celeritate praedicant. Ambulant et non deficiunt, quia intellectus sui velocitatem retinunt, ut tardioribus descendant. In cunctis vero bona quae accipiunt quanto aliis libenter accommodant, tanto ipsi incomparabiles in novitate perdurant; et qui tenues a radice inchoationis exeunt, fortes in culminis perfectione convalescent. Dicat itaque beatus Job ex persona sua, dicat ex voce sanctae Ecclesiae pro his quos pacis tempore ad se conversos habuerat, atque in bonis moribus perseveraturos credebat: *Dicebamque: In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies.* <sup>b</sup> Quasi enim palma multiplicare se dies credidit, quae mentes fideliun ad extremum usque robustiores exsurgere putabat. Cum enim multorum corda per persecutionibus cooperint lassata mollescere, dolet jam in se quasi ad debilitatem tendere, quos inrjabatur fortia proposuisse. Et <sup>c</sup> quia mente semper spirituali scientia intendit, recte subjungitur

## CAPUT XXVII.

Vers. 19. — *Radix mea aperta est secus aquas.*

51. *Spirituali scientie semper intendit Ecclesia.* — Juxta aquas enim radix aperitur, quando ad percipienda veritatis fluenta latenter cogitatio mentis expanditur. Ut enim in superiori libro jam diximus (Lib. viii, n. 81), solet in saero eloquio radicis nomine occulta cogitatio designari. Radicem igitur nostram secus aquas aperimus, cum infusioni intimae cogitationem tacti cordis intendimus. [Vet. XXVII.] Quae scilicet verba si ad vocem sanctae Ecclesiae ducimus, radix illius ipsa debet incarnatio Redemptoris intelligi. Quae juxta aquas aperta est, dum Deus invisibilis per assumptionem humanitatis suae patuit aspectibus visionis nostrae. Creator quippe qui in divinitate videri **632** non poterat, assumpsit a nobis unde videretur a nobis. Radix ergo secus aquas aperitur, quia auctor humani generis per humanitatem suam hominibus demonstratur. Unde recte quodque per Psalmistam dicitur: *Ei erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum* (Psal. i, 3). Decursus quippe aquarum sunt quotidiani transitus descientium populorum. Et de semetipsa Veritas dicit: *Si in ligno viridi haec factunt, in arido quid fieri*

<sup>a</sup> In recent. Ed. omissam particiam pro supplémentum ex MSS. et vet. Vulg.

<sup>b</sup> Vitoise in Gilot., Vatic., Gussanv., quasi enim palnam. Einend. ex antiq. Cod. sive MSS. sive excusis.

<sup>c</sup> Al. p̄secutionis tempore.

<sup>d</sup> Gemel., quia semper mentem spirituali, etc. Tiron., mentes, etc.

<sup>e</sup> Viudoc., si a voce sanctae Ecclesiae.

<sup>f</sup> Laud., per resurrectionem fieret.

A (*Luc. xxiii, 51*)? Lignum ergo secus decursus aquarum est, quia fructum et protectionem sui nobis umbraculi proferens, apparuit creator in carne, ut humanum genus <sup>g</sup> per resurrectionem figeret, quod per defectum quotidie ibat in mortem. Sequitur:

## CAPUT XXIX.

Ibid. — *Et vos morabitur in messione mea.*

52. *Ejus messio rori gratiae tribuenda.* — Subaudis, dicebam. Messio enim sanctae Ecclesiae non inconvenienter accipitur, cum perfectae animae a corporibus abstractae, velut matura segetes a terra deesse, ad coelestia horrea <sup>h</sup> demigrant; quod quia non nostra virtute, sed coelesti gratia largiente agitur, bene ait: *Et ros morabitur in messione mea.* Ros namque desuper cadit, messis deorsum colligitur. Ergo ros moratur in messione, quia gratia desuper veniens agit ut digni simus qui de inferioribus colligamur. Ipsa quippe nos desuper infundente, fructum honorum operum fertans. Unde recte quaque per Paulum dicitur: *Gratia Dei cum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit* (I Cor. xv, 10). Si enim <sup>i</sup> queratur quid sit ros desuper veniens, ait: *Gratia Dei sum id quod sum.* Si intueamur messiem sub rore crescentem, ait: *Et gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantissima illis omnibus laboreni.* Sequitur:

## CAPUT XXX.

Vers. 20. — *Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur.*

53. *Ecclesia deflet filios quos ad veterem vitam redire cognoscit.* — Subaudis dicebam. Superiori quippe sententiae conjungitur quod locutione continua subinfertur, cum ait: *Dicebamque: In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies.* Ac deinde subiungitur: *Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione mea.* Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur: Cunctis vera scientibus liquet quod ad vetustam vitam via pertinent, virtutes ad novam. Hinc enim Paulus dicit: *Exuentes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum* (Coloss. iii, 9). Hinc rursus ait: *Vetus homo noster simul crucifixus est* (Rom. vi, 6). Hinc Psalmista ex typo humani generis loquens, inter malignos spiritus deprehensus dicit: *Inveteravi inter omnes inimicos meos* (Psal. vi, 8). A servore etenim mentis vel inter spiritales inimicos, vel inter carnales <sup>k</sup> quosque proximos, ipso aliquo modo vivendi usu <sup>l</sup> veterescimus, et assumptae invitatis speciem fuscamus. A qua tamen vetustate quotidie <sup>m</sup> si

<sup>g</sup> Corb. Germ., et duo Laud., demigrantur.

<sup>h</sup> Norm., queratur vos desuper veniens, gratia. Corb. Germ. et Germ., si enim queramus ros desuper veniens.

<sup>i</sup> Laud., quoque.

<sup>j</sup> Germ., Corb. Germ. et Laud., veterescimus.

<sup>k</sup> Ita duo Laud., Corb. Germ., Bellovac., Norm., etc., quibus consentiunt vet. Ed. At recentioribus magis placuit lectio quam exhibet Germ., si studio circumpectionis invigilamus,

stria circumspetib; invigilat, orando, legendo, bene viveando renovatur, quia vita nostra dum lacrymis lavatur, bonis operibus exercetur, amicis meditationibus tenditur, ad novitatem suam sine cessatione reparatur. Beatus igitur Job sic sua narrat, ut nostra significet, quia sancta Ecclesia cum fideliis nos conspecti ad vitam veteris **633** culpas redire, eos quos novitatem mentis intueri perdere, cogitat porare. Prædictor quippe egregius discipulis suis dicit: *Quae est enim nostra spes, nisi gaudium, nisi certa gloria? nonne nos ante Dominum (1 Thess. 11, 19)?* Sancta ergo Ecclesia quasi amicissimam gloriam deplorat, cum fideliis suis ad vitam veterem redire considerat. Ait enim: *Dicebam: Gloria mea semper innovabitur, quia eos quos in se novae vita militare credidit, vetustis desideris servire cognoscit.*

[Vers. XXVIII.] 54. Quot significantur in sacris Scripturis, arcus nomini. — Arcus autem nomine In sacro eloquio aliquando malorum insidiæ, aliquando illæ judicii, aliquando vero ipsa eadem sacra eloquia designantur. Per arcum quippe insidiæ figurantur, sicut per Psalmistam dicitur: *Ostendisti arcum tuum, rem amaram (Psal. LXII, 4).* Per arcum quoque dies extremi judiciorum designatur, sicut per eundem rursum Psalmistam dicitur: *Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis; dedisti metuentes te significationem, ut fugiant a facie arcus (Psal. LII, 5).* In arcu enim quanto longe trahitur chorda, tanto de eo distictior exit sagitta. Sic nimirum sic extremi iudicij dies quanto longe differtur ut veniat, tanto cum veteris de illo distictior sententia procedit. Idcirco autem diversis nonne cladibus percussimur, et his correcti paratores tunc inventi valeamus. Unde illic præmissum est: *Ostendisti populo tuo dura, flagella videlicet seculi, quæ secutum gravius iudicij diem precurrunt. Potasti nos vino compunctionis, ut terrena gaudia in lacrymas veterentur. Dediti metuentes te significationem, ut fugient a facie arcus.* Ac si aperto diceret: Hoc tempus misericordie est, illud tempus judicij erit. Per ita ergo hujus temporis flagella significas quomodo tunc percussurus es quando non parcos judicas, qui sis distictio modo percussis quando parcis.

55. Ipsi Script. sacra arcus est Ecclesia. — Aliquando autem per arcum etiam sacra Scriptura signatur. Ipsa quippe arcus est Ecclesiae, ipsa arcus est Domini, de qua ad corda hominum sicut ferentes magis, sic terrentes sententias ventunt. Unde recte quoque per Psalmistam dicitur: *Arcum suum tenet et paravit illum, et in ipso paratis vasa mortis, sagittas sans ardenteribus efficit (Psal. VII, 13).* Arcum namque suum Dominus tenet; quia cunctis peccatoribus per Scripturam sacram dominus exhibuit. In

**A** quo arcu scilicet vase mortis preparat, quia secundum eloquii sui sententiam eos qui nunc corrigi negligunt reprobos damnat. In quo etiam sagittas summa ardenteribus effect, quia in eos quos per terrorum corrigit, accensas verborum sententias emitunt. De hoc predicatorum arcu per Isaiam dicitur: *Cum sagittis et arcu ingrediuntur illus (Isai. VII, 24),* quia nimis sancti apostoli ad serendam gentilis vita duritiam eam districtio verborum apicalis venerunt. Quid igitur hoc in loco arcus nomine nisi sacrum eloquium debet intelligi? In chorde etenim Testamentum Novum, in cornu vero Testamentum Veteris accipitur. In arcu autem dum chorda trahitur, cornua curvatur; sic in hoc eodem sacro eloquio dum Testamentum Novum legitur, duritia Testamenti Veteris emollitur. Ad ejus namque spiritualia et blanda præcepta illius **634** litteræ se rigor inclinat, quia Testamentum Novum, dum quasi quodam bona operationis brachio trahitur, in Testamento Veteri severitatis jura flectuntur. Nec indecenter dictum chordam Testamento Novo congruero, quod in incarnatione dominica certum est exstitisse. Quasi ergo chorda trahitur, et cornua curvantur, quia dum in Testamento Novo incarnationis mediatoris agnoscitur, ad spiritalem intelligentiam rigor Testamenti Veteris inclinatur. Ait igitur sanctus vir: *Dicebam: Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea inaudatur.*

**B** 50. Hoc arcus recte uultur, qui divina eloqua intelligent, opera perficit. — Arcus in manu est Scriptura sacra in operatione. In manu etenim arcum tenet qui divina eloqua quæ intellectu cognoscit operatione perficit. Instauratur ergo arcus in manu, dum quidquid de sacro eloquio studiendo cognoscitur, vivendo compleetur. Hinc etiam Salomon dum fortes spiritualis pugnae describet bellatores, ait: *Omnes tenentes gladios, et ad bellum doctissimi (Cant. III, 8).* Quid namque in divina Scriptura per gladium figuretur, Paulus aperte dicens: *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei (Ephes. VI, 17).* [Vet. XXIX.] Salomon autem non ait: Omnes habentes gladios, sed tenentes, quia videlicet verbum Dei non est mirabile solummodo sciére, sed facere. Habet quippe, sed non tenet gladium, qui divinum quidem eloquium novit, sed secundum illud vivere neglit. Et doctus esse ad bella et jam non valet, qui spiritalem quem habet gladium minime exercet. Nam resistere temptationibus omnino non sufficit, qui hunc verbi Dei tenete gladium male vivendo postponit. Sancta Itaque Ecclesia, quæ subsequenti persecutione deprimitur, malorum abundantiam et bonorum inopiam pensans, beati Job vocibus daonna sua prænuntiet, dicens: *Dicebamque: In nidulo meo moriar, et sicut palma*

\* Vindœ., in novitate militare.

† Germ., Gemet. ac aliis, ingredientur. Corb. Germ., ingrediuntur.

‡ Laud. et Corb. Germ. sicut in hoc eodem.

§ Recens. Ed., jam non vallet. Repugnat sensus,

nullique quorum copiam habuerimus sicut MSS. Letcionem nostram exhibent Cod. Laud., Throni, Vindœ., Norin., Corb. Germ., necnon vel. Excusi.

• Vindœ., tribulatione.

*Multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in missione mea. Gloria mea semper innovabitur, et arcus mens in manu mea instaurabitur. Quae videlicet cuncta considerans, nequam spe cassa fallebatur. Nam perfecti quique multos nunc ejus conspiciunt adjutores, sed pensant procul dubio quod emergente persecutionis articulo, ex his plerique hostes illius flunt, qui esse pacis tempore ejus cives videntur. Non autem de omnibus ita desperant, sed tamen plerumque contingit ut hi de quibus et majorem fideli fiduciam habuerant, ipsi ejusdem fidei hostes atrociiores flant, ut eos tunc videant contra sacra eloquia agere, ex quorum se operatione crediderant haec eadem sacra eloquia ad præ-*

*dicationis gratiam restaurare. Quæ tamen tempora jam nunc inchoasse ingemiscimus, cum multis intra Ecclesiam positos cernimus, qui aut nolunt operari quod intelligunt, aut hoc ipsum quoque sacrum eloquium intelligere ac nosse contemnunt. A veritate etenim avertentes auditum, ad fabulas convertuntur, dum omnes quæ sua sunt querunt, non quæ sunt Iesu Christi (Philip. ii, 21). Scripta Dei ubique reperta opponuntur oculis, sed haec cognoscere homines dignantur. Pene nullus querit scire quod credit. Multitudo ergo bonorum præcedentium arcum suum destrui et doleat, quæ sacrum eloquium restaurari semper per studium subsequentium credebat*

B

<sup>a</sup> *I Laud., neque se peccasse fallebatur.*

<sup>b</sup> *Duo Laud., auditores; quod olim scriptum in Utic. Sic etiam habent vet. Ed.*

<sup>c</sup> *Pratel., Gemet. et nonnulli, majorem spei fid.*

*At legendum videtur fidei, quia paulo post legitur, ipsi ejusdem fidei.*

<sup>d</sup> *Vindoc., aciores.*

<sup>e</sup> *Ita MSS. et vet. Ed. In recent., dolebat.*

## LIBER VIGESIMUS.

*Explicantur fusius quinque ultimi versus cap. xxix lib. Job, cum integro cap. xxx, maxime de hæreticis et carnalibus Ecclesiam vexantibus.*

### CAPUT PRIMUM.

**635** 1. *Scriptura sacra ceteris libris anteponenda.* — Quamvis omnem scientiam atque doctrinam Scriptura sacra sine aliqua comparatione transcendat, ut taceant quod vera prædicat, quod ad coelestem partiam vocat; quod a terrenis desideriis ad superna amplectenda cor gentilium immutat; quod dictis obscurioribus exercet fortes, et parvulis humili sermone blanditur, quod nec sic clausa est ut pavesci debeat, nec sic patet ut vilescent, quod usu fastidium tollit, et tanto amplius diligitur quanto amplius meditatur; quod gentilium animum humilibus verbis adjuvat, sublimibus sensibus levat, quod aliquo modo cum gentibus crescit, quod a rudibus lectoribus quasi recognoscitur, et tamen docili semper nova reperiatur; ut ergo de rerum pondere taceant, scientias tamen omnes atque doctrinas ipso etiam locutionis suæ more transcendit, quia uno eodemque sermone dum narrat textum, prodit mysterium, et sic scit præterita dicere, ut eo ipso noverit futura prædicare, et non immutato dicendi ordine, eisdem ipsis sermonibus novit et anteacta describere, et agenda nuntiare, sicut haec eadem beati Job verba sunt, qui dum sua dicit, nostra prædictit; dumque lamenta propria per sermonem indicat, sanctæ Ecclesiæ causas per intellectum sonat. Ait enim:

### CAPUT II.

**CAP. XXIX, VERS. 21-23.** — *Qui me audiebant, exspectabant sententiam, et intenti facebant ad consilium meum. Verbis meis addere nihil audebant, et super*

*illos stillabat eloquium meum. Exspectabant me sicut pluviam, et os suum aperiebant, quasi ad imbre serotinam.*

2. *Fideles Ecclesiam docentem audient, ejus verba secuturi, non judicaturi.* — Hanc etenim apud beatum Job fuisse subjectorum reverentiam indubitanter credimus. Sed, sicut jam saepe diximus, sancta Ecclesia, hæreticorum vel carnalium tribulationibus pressa, præteriorum reminiscitur temporum, in quibus omne quod ab ea dicitur cum metu a fidelibus auditur, et ad versariorum suorum proterviam deplorans, dicit: [Rec. II.] *Qui me audiebant, exspectabant sententiam, et intenti facebant ad consilium meum. Ac si aperte dicat: Non ut hi protervi ac tumidi, qui dum veritatis verba suscipere renunt, prædicationis meæ sententias quasi docendo præcurrunt. Cujus nunc discipuli intenti ad ejus consilium tacent, quia verba ejus non audent impugnare, sed credere. Ut enim prolicere ex ipsis possint, ea procul dubio non judicaturi, sed securi audiunt.*

3. *Ejus doctrinæ nihil addunt. Secus hæretici.* — De quibus recte subjungitur: *Verbis meis addere nihil audebant, quia nimis tunc hæretici cum contra hanc libertate peccata fuerint effrenati, dictis ejus addere aliquid præsumunt, cum prædicamento-ruum ejus rectitudinem quasi emendare moluntur, Quæ adhuc de bonis auditoribus subdit: Et super illos stillabat eloquium meum.*

4. *Prædicatores ad auditorum captum debent se contrahere.* — In hac stillatione eloqui quid aliud

<sup>a</sup> *Germ., Corb. Germ. et Cod. ms. Vallis Clares ad quem sequentes libros Moral. recognovimus, et*

*allii habent, et acta. Laudatum Codicem hac nota deinceps designabimus: Val. Clar.*

quam mensura sanctae prædicationis accipitur? quia oportet **636** ut exhortationis gratia singulis juxta capacitatem ingenii conferatur. Per hoc ergo quod dicitur: *Verbis meis addere nihil audebant, reverentia laudatur audientium.* Per hoc vero quod subditur: *Et super illos stillabat eloquium meum,* indicatur dispensatio magistrorum. Debet enim subtiliter is qui docet perspicere, ne plus studeat quam ab audiente capit prædicare. Debet enim ad infirmitatem audientium semetipsum contrahendo descendere, ne dum parvis sublimia, et idcirco non profutura loquitur, se magis curat ostendere quam auditoribus prodesse. [Vet. II.] Jubente autem Domino, non solum phialæ ad mensam tabernaculi, sed etiam cyathī præparantur (Exod. xxxvii, 16). Quid enim per phialas nisi larga prædicatio, quid vero per cyathos nisi minima et tenuis de Deo locutio designatur? In mensa igitur Domini et phialæ præparantur et cyathi, quia videlicet in doctrina sacri eloquii, non solum exhibenda sunt magna et arcana quæ debriant, sed etiam parva et subtilia quæ quasi per gustum notitiam præstant. Hujus ergo discretissimæ dispensatiois suæ sancta Ecclesia extremis pressa temporibus reminiscatur, et dicat: *Super illos stillabat eloquium meum.*

**5. Eorum doctrinæ tanquam pluvie serotinæ excipiendæ humiles os aperiunt.** — Ubi apte quoque sub jungitur: *Exspectabant me sicut pluviam, et os suum aperiebant quasi ad imbre serotinum.* Verba quippe sanctæ prædicationis sicut pluviam sustinemus, cum vera humilitate ariditatem nostri cordis agnoscimus, ut potu sanctæ prædicationis irrigemur. Unde Deo recte per Psalmistam dicitur: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi* (Psal. cxlii, 6). His doctrinæ fluentis infundi propheta nos admonet, dicens: *Sicutientes, venite ad aquas* (Isai. lv, 1). Qui dum in extrema parte jam sæculi verba sanctæ prædicationis accipimus, quasi ad imbre serotinum os cordis aperimus. Nam si os in corde non esset, Psalmista non diceret: *Labia delosa in corde, et corde locuti sunt mala* (Psal. xi, 3). Os igitur cordis quia verbis intendimus ultimæ prædicationis, hoc velut serotinis aperimus fluentis. Quæ nimurum prædicatio ex ejus ad nos sacrificio prodiiit, qui per Psalmistam dicit: *Elevatio manus mearum sacrificium vespertinum* (Psal. cxl, 2). Quia enim Redemptor noster juxta mundi finem vim perseverantium pertulit, semetipsum pro nobis sacrificium vespertinum dedit. De hoc imbre serotino alias scriptum est: *Dabo vobis pluviam et temporivam et serotinam* (Jerem. v, 24). Temporivam quippe pluviam dedit, quia electis suis priori tempore legis intellectum contulit. Serotinam quoque pluviam tri-

\* Licet barbara videatur hæc vox, ab ea tamen abstinendum esse non censuimus, quia in omnibus MSS. Corb., Gerun., Norm., Laud., Turon., Vindoc., etc., reperitur; cuius loco in Germ. et in Ed. legitur, *temporaneam*, et in Ed. vet. Barthol. et Basil., *temperaneam*.

<sup>b</sup> Turon., Ebroic. et alii Norm., rigorem, et infra, rigor jam inest.

A buit, quia prædicari diebus ultimis incarnationis suæ mysterium fecit. Quod quia sancta Ecclesia quotidie annuntiare non desinit, ora cordis audientium velut ex imbre serotino infundit. Sequitur:

### CAPUT III [Rec. III].

VERS. 24. — *Si quando ridebam ad eos, non credebant, et lux vultus mei non cadebat in terram.*

**637 6. Prælatus sic se gravem exhibeat, ut non sit odiosus; sic hilarem, ut vilis non sit.** — Illoc si juxta historiæ verba percipimus, credi necesse est quod vir sanctus talen se exhibuerit subditis, ut etiam ridens timeri potuisset. Sed cum superiorus patrem se pauperum, viduarum vero consolatorem fuisse prohibet, magna valde discretione res indiget, quomodo in tanto terrore regiminis, tanta quoque affuerit lenitas, et mansuetudo pietatis. Sine magna enim benignitatis lenitate non fuit hoc, quod se patrem pauperum et viduarum consolatorem dicit. Sed rursum sine magna seyeritate non potuit etiam ridens timeri. Quia in re quid aliud docemur, nisi quod talis debet esse dispensatio regiminis, ut is qui præcest ea se circa subditos mensura moderetur, quatenus et aridens timeri debeat, et iratus amari? ut eum nec nimia lætitia vilem reddat, nec immoderata severitas odiosum. Sæpe enim subjectos frangimus, dum plus justo <sup>b</sup> vigorem justitiae tenemus. Qui profecto vigor jam justitiae non erit, si se sub justo moderamine non custodit. Et sæpe a disciplinæ metu resolvimus subditos, si nostro regiminis hilaritatis freno laxamus, quia dum nos quasi licenter lætos aspiciunt, audacter ipsi ad illicita resolvuntur. [Vet. III.] Sed ut gectoris vultus etiam lætus debeat timeri, necesse est ut ipse vultus sui conditoris sine cessatione timeat. Illi etenim menti difficile de lætitia creditur, quæ quod se pro amore Domini continue affligat a subditis scitur. Qui enim incessanti æstu spiritalis desiderii superna appetit, <sup>c</sup> valde de eo in dubium venit hoc, quod aliquando ante homines hilarescit. Unde et isdem beatus Job non longe post dicturus: *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum* (Job. xxxi, 23). Sic quippe metuebat judicem suum, <sup>d</sup> quasi subimminentes impetus fluctuum, jamjamque moriturus. Cujus ergo <sup>e</sup> in mentem mœror divini timoris infuderat, recte hilaritati illius subditi non credebant, quia cogebantur ridenti non credere, cujus cor in timore conditoris noverant quam continua mœstitia tenebat.

**7. Lux nostra in terram cadit, cum terrena concupiscamus.** — Hoc quoque juxta historiam non inconvenienter accipitur, quod protinus subinfertur: *Et lux vultus mei non cadebat in terram.* [Rec. IV.] Scriptum quippe est: *Oculi stultorum in finibus terræ* (Prov.

\* Ita Gemet., Utic. et al. MSS. In Editus, *valde de ea.* In Corb. Germ., *Quæ enim.... valde de ea.*

<sup>d</sup> Nonnulli Ed., *quasi tumentes.* Alii, *quasi immimentes.* Lectioni nostræ suffragantur quotquot nobis suppetunt MSS.

<sup>e</sup> Germ., Corb. Germ. et Gemet., *Ita mœster.*

xvi, 24). Rursumque per eundem Salomonem dicitur : *Oculi sapientie in capite ejus* (*Eccle.* ii, 14). Paulus quoque ait : *Caput viri Christus* (*I Cor.* xi, 3). Oculi ergo sapientie in capite ejus sunt, dum Redemptoris sui semper opera quae imitari debeat, contemplatur. Lux ergo vultus ejus in terram non cedidit, quia ea quae terrena sunt per concupiscentiam non aspergit.

**8. Sancti nunquam securi sunt.** *Grave periculum est incauta securitas.* — Sed quia superficiem historiae sub brevitate discussimus, quid in his de intellectu mystico lateat perpendamus. Unam esse personam Christum et Ecclesiam plerumque jam diximus, et saepe vox capitum ad vocem corporis, saepe vox corporis ad vocem capitum transit. Qui enim sunt in carne una, nil obstat ut convenientiam etiam in voce una. Dicat ergo ex voce capitum de electis suis, dicat Ecclesia : *Si quando ridebam ad eos, non credebant.* Ridere etenim Dei est sanctorum vias prosequenti favore prosperari, sicut de his quoque per usum dicitur, quos in hoc saeculo felicitatis **638** blandimenta comitantur : *Arrisit illis tempus.* Unde e contrario, ira appellatur Domini, a bonis actionibus infirmari, sicut scriptum est : *Ne quando irascatur Dominus, et pereat de via justa* (*Psal.* ii, 12). Si igitur irasci Dominus perhibetur, cum viam justitiae homines perdunt, recte arridere Dominus dicitur, cum bona nostra opera favor gratiarum supernarum comitatur. [Res. V.] Sed electi quique quandiu in hac vita sunt, securitatis sibi confidentiam non promittunt. Horis enim omnibus contra tentamenta suspecti, occulti hostis insidias metuunt, qui etiam temptationem cessante, vel sola graviter suspicione turbantur. Nam saepe multis grave periculum incauta securitas fuit, ut callidi hostis insidias non tentati, sed jam prostrati cognoscerent. Vigilandum quippe semper est, ut mens continua sollicita nunquam relaxetur intentione superna, ne laboriosa deserens, in cogitationibus fluxis, quasi in quibusdam molibus stramentis jacens, venienti corruptori diabolo mens se resoluta prostituat. Semper vero est ad certamen adversarii erigendus animus; semper contra occultas insidias cautela providenda. Hinc etenim Habacuc propheta ait : *Super custodiā meam stabo* (*Hab.* ii, 4). Hinc rursum scriptum est : *Statue tibi speculam; pone tibi amaritudines, qui evangelisas Sion* (*Jerem.* xxxi, 21). Hinc per Salomonem dicitur : *Beatus vir qui semper est pavidus; qui autem mentis est durus, corrut in malum* (*Prov.* xxviii, 14). Hinc iterum dicit : *Uniuscuiusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos* (*Cant.* iii, 8). Nocturni quippe timores sunt insidiae temptationis occultae. Ensis autem super femur est custodia vigilans, carnis illecebras premens.

\* 2 Laud., inquitramus, cui lectioni aliam addit, perpendamus.

\* Norim., qui etiam si temptationes cessant.... suspicione turbantur. Nostri MSS. ubique habent suspectio, suspicionem, pro suspicio suspicionem. Verum quae sanctus Gregorius hic docet de vigilantia, insinuat alibi, maxime l. vi, epist. 22, juxta antiquum episto-

A Ne ergo nocturnus timor, id est occulta et repentina tentatio subrepit, semper necesse est ut femur nostrum superpositus custodiæ ensis premat. [Vet. IV.] Sancti etenim viri sic de spe certi sunt, ut tamen semper sint de tentatione suspecti; quippe quibus dicitur: *Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore* (*Psal.* ii, 11), ut et de spe exsultatio, et de suspicione nascatur tremor. Quorum voce iterum Psalmista dicit : *Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum* (*Psal.* LXXXV, 11). \* Quia in re notandum quod non ait : Lætetur ut securum sit, sed, Lætetur ut timeat. Meminerunt namque, quamvis eorum actio prosperetur, quia adhuc in hac vita sunt; de qua per eundem Job dicitur : *Tentatio est vita humana super terram* (*Job.* vii, 4). Meminerunt rursum quod scriptum est : *Corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem* (*Sap.* ix, 15). Meminerunt et metuunt, et certitudinem sibi in se promittere non presumunt; sed positi inter gaudium speli, et temptationis metum, confidunt, et timent; confortantur, et titubant; certiorantur, et suspecti sunt. Bene ergo per vocem electi membra sub figura nostri capitum dicitur : *Si quando ridebam ad eos, non credebant, quia Redemptori nostro quasi arridenti non credimus, dum multis jam eos donis testantibus; et gratiam favoris ejus accipimus, et tamen adhuc sub ejus iudicio de nostra infirmitate titubamus.*

**9. S. Paulus jam ad tertium coolum raptus a timore liber non fuit.** — Videamus qualiter Paulo et arridetur jam per supernam gratiam, et ipse adhuc quasi non credit per suspicionis metum. Jam e celo illi Dominus **639** loquens, ejusque interius oculos spectans, exterius claudens, potentiam suæ majestatis ostenderat (*Act.* ix, 4); jam de eo Auaniæ dixerat, *Vas electionis mihi est* (*Ibid.* ix, 15), jam ad tertium coolum super se raptus fuerat (*II Cor.* xii, 2); jam in paradisum ductus arcana verba quæ dicere non posset audierat; et tamen adhuc timidus dicit : *Castigo corpus meum, et in servitulem redigo, ne forte alius prædicans ipse reprobus officiar* (*I Cor.* ix, 27). Ecce arridenti sibi divinæ gratiae et jam credit per spem, et nequid tamet credit per securitatem. Nam quia bene hæc verba Redemptoris nostri vocibus congruunt, etiam subjuncta testantur, cum dicitur : *Et lux vultus mei non cedebat in terram.* Quid namque terra, nisi peccator vocatur, cui prima sententia dictum est : *Terra es, et in terram ibis* (*Genes.* iii, 19)? Lux ergo vultus Domini in terram nequam cadit, quia visionis ejus claritas peccatoribus non apparet. Scriptum namque est : *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei* (*Isai.* xxvi, 10). Quasi enim lux in terram caderet, si in extremo iudicio velarum ordinem.

\* Corb. Germ., Bellov., Gerin. et Norm., qui notandum quod. 2 Laud., ubi notandum.

\* Germ., Turon., Vind., Corb. Germ., duo Laud., Val. Cl., omnes Norm. ita habent, pon certificatur, ut legitur in Ed.

\* 2 Laud., et servituli redigo.

nies, <sup>a</sup> claritatem maiestatis sue peccatoribus aperte riret.

10. *Infirmis fortia non praedicanda.* — Quod si haec verba ex sancte Ecclesiae voce suscipimus, non incongrue intelligere poterimus lucem vultus ejus in terram non cadere, quia occupatis in terrenis actionibus <sup>b</sup> vetat summa contemplationis sue mysteria praedicare. Dici enim <sup>c</sup> infirmis fortia prohibet, ne dum incapabili audient, praedicationis verbis quibus sublevari, debuerant opprimantur. Lux quippe ipsa corporea, qua oculos sanos irradiat, infirmos obscurat; et dum lippientibus oculis claritat solis intenditur, plerumque eis cæcitas ex luce generatur. Sancta Itaque Ecclesia oppressa persecutionis tempore, memor autem præterita discretionis sue, dicat: *Lux vultus mei non cadebat in terram.* Sed quia ex ejus capite haec verba intelligere coepimus, in ipso adhuc quod sequitur exequamur. Nam subditur:

#### CAPUT IV [Rec. VI].

Vers. 25. — *Si voluisssem ire ad eos, sedebam prius,*

11. *In carnarium corde Christus ultimus sedet, in corde justorum primus.* — Quia in corde reproborum priori loco actiones carnis sunt, et posteriori actiones animæ, in eorum procul dubio cogitationibus Christus non primus, sed ultimus sedet. Sed electi quique ea per omnibus quaæ aeterna sunt cogitant, et posteriori cora, ac minima, si qua sunt temporalia disponunt, quibus et magistra voce Veritatis dicitur: *Querite primum regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adiicientur vobis* (Matth. vi, 33), in eorum corde Dominus primus sedet. Ubi apte præmittitur: *Si voluisssem ire ad eos.* Quia enim, sicut scriptum est (Ephes. 1, 5), omnia operatur secundum consilium voluntatis sua; non secundum nostrum meritum, sed quia ipse ita vult, visitatione sua nos Dominus illustrat. Itaque et cum vult venit; et cum venerit, primus sedet, quia et adventus ejus in corde nostro gratuitus est, et appetitus ejus desiderii, in cogitatione nostra æqualis ceteris desideriis non est. Sequitur:

#### CAPUT V [Rec. VII].

Ibid. — *Cumque sedeverem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen miserantium consolator.*

12. *Christus in nobis sedens quasi rex marentium consolatur. Idem probat Ecclesia.* — Quasi rex Dominus sedet in corde, quia circumstrepentes regit animalium motus in nostra cogitatione. In mente quippe quam inhabitat, <sup>D</sup> dum torpentina excitat, inquietat frenat, frigida accedit, accensa moderatur, emolliit rigida, fluxa restringit; ex ipsa hac diversitate cogitationum quasi quidam illum exercitus circumstat. Sive certe quasi rex sedet circumstante exercitu,

A quia præsidentem illum mentibus electorum circumstat turba virtutum. Qui etiam miserantium consolator est, ex ea promissione qua dicit, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* (Matth. v, 5). Et rursus, *Iherum videbo vos, et gaudebit cor vestrum; et gaudium vestrum nemo tolleret a vobis* (Joan. xvi, 22). Ea vero qua de sanctæ Ecclesiæ capite diximus, nil obstat, si ad vocem quoque ejusdem Ecclesiæ referamus. In ea quippe ordo doctorum quasi rex præsidet, quem fidelium suorum turba circumstat. Quæ scilicet multitudo fidelium reeis quoque exercitus dicitur, quia in procinctu bonorum operam indeinenter quotidie contra tentationum bella præparatur. [Ver. V.] Corda quoque miserantium sancta Ecclesia consolatur, <sup>d</sup> dum præsentis peregrinationis errumna afflictas mentes electorum pensat, et has aeternas patriæ promissiones latifacit. Considerat etiam quod cogitationes fidelium divino sint timore percussæ; et quos de Deo conspicit districta audisse ut timeant, agit quoque quatenus et mansuetudinem pietatis ejus audiunt ut præsumant.

13. *Spern miscet et metum, ne incaute de misericordia confidamus, aut desperatae justitiam timeamus.* — Sic namque sancta Ecclesia fidelibus suis de pietate et justitia Redemptoris in prædicationis serie spem miscet et metum, quatenus nec incaute de misericordia confidant, nec desperatae justitiam timeant. Nam verbis sui capitilis formidantes resovet, dicens: *Notite timere, pusillus gressus, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum* (Luc. xii, 32). Atque iterum præsumentes terret cum dicit: *Vigilate et orate, ut non intretis in temptationem* (Marc. xiv, 38). Rursum formidantes resovet, dicens: *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celo* (Luc. x, 20). Sed in semetipsis præsumentes deterret, cum ait: *Videbam satanam sicut fulgor de celo cadentem* (Ibid., x, 18). Formidantes resovet, cum dicit: *Oves meæ vocem meam audiunt; et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam aeternam do eis; et non peribunt in aeternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea* (Joan. x, 27). Sed in semetipsis præsumentes deterret, dicens: *Dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi* (Matth. xxiv, 24). Formidantes resovet, dicens: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (Ibid., 13). Præsumentes deterret, dicens: *Cum venerit Filius hominis, putas inveniet fidem in terra* (Luc. xviii, 8)? <sup>e</sup> Metuentes resovet, cum latroni dicit: *Hodie mecum eris in paradyso* (Luc. xxii, 43). Sed terret præsumentes, dum Judas ex apostolatus gloria in tartarum labitur. De quo per sententiam definitionem dicitur: *Duodecim vos elegi, et unus ex vobis diabolus est* (Joan. vi, 70). Formidantem resovet, cum dicit: *Si dimiserit vir uxorem suam, et recedens*

<sup>a</sup> Al., majestatem claritatis.

<sup>b</sup> Norm., vital summa. Ita etiam Germ. et 2 Laud.

<sup>c</sup> 1 Laud., infirmis.

<sup>d</sup> Laud., Germ. et Norm., dum per præsentis peregrinationis errumnam. Corb. Germ., dum in præsentis

peregrinationis errumna.

<sup>e</sup> Turon., consolacione.

<sup>f</sup> Idem Codex cum duob. Land., Val. Cl. et Norm., metuentes relevatur.... terretur præsumens. Corb. Germ. et Germ., metuentes resovetur.... terretur præsumens.

*ab eo duxerit virum alterum, nunquid revertetur ad A  
eum ultra? Nunquid non contaminata, et polluta erit  
mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus  
b iuis multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus  
(Jerem. iii, 1). Sed præsumentem deterret, cum di-  
cit: Quid clamas super contritione tua? insanabilis est  
dolor tuus (Jerem. xxx, 12). Formidantem refovet,  
dicens: Ergo saltem amodo voca me: pater meus, dux  
**641** virginitatis meæ tu es (Jerem. iii, 6). Sed præ-  
sumentem deterret, dicens, Pater tuus Amor hæsus,  
et mater tua Cœlestis (Ezech. xvi, 3). Formidantem  
refovet, cum ait: Revertare, adversatrix Israel, et non  
avertam faciem meam a vobis, quia sanctus ego sum,  
dicit Dominus, et non irascar in perpetuum (Jerem. iii,  
12). Sed præsumentem deterret, cum prophetam  
suum ab intercessione prohibet, dicens: Non assu-  
mas pro eis laudem et orationem, quia non exaudiam in  
tempore clamoris eorum ad me in tempore afflictionis,  
quia si stelerint coram me Moyses et Samuel, non est  
anima mea ad populum istum (Jerem. vii, 16). [Rec.  
VIII.] Sancta itaque Ecclesia auditorum suorum  
mentem et de misericordia benignitate sublevat, et  
de judicij districione perturbat, quatenus in prædi-  
catione sua dum bene utrumque permiscet electi ejus  
nec de exhibita justitia præsumant, nec de præterita  
iniquitate desperent.*

*14. In bonis pastoribus sociantur benignitas et au-  
ctoritas, misericordia et disciplina. — Sed hoc quod  
ait: Cum sederem quasi rex circumstante exercitu,  
eram tamen mercenarium consolator; sciendum nobis  
est quod valde lectorem ædificare etiam juxta histo-  
riam potest, si perpendat quomodo bonis rectoribus  
permista sit et regendi auctoritas, et benignitas con-  
solandi. Ait enim: Cumque sederem quasi rex circum-  
stante exercitu, ecce auctoritas regiminis: Eram ta-  
men mercenarium consolator; ecce ministerium pie-  
tatis. [Vet. VI.] Disciplina enim (Dist. 45, cap. Di-  
sciplina) vel misericordia multum destituitur, si una  
sine altera teneatur. Sed circa subditos suos iuvesse  
rectoribus debet et juste consolans misericordia,  
et pie saevius disciplina. Hinc est quod semivivi  
illius vulneribus, qui a Sagittario in stabulum du-  
ctus est, et vinum adhibetur et oleum (Luc. x, 33,  
34), ut per vinum mördeantur vulnera, per oleum  
soveantur, quatenus unusquisque qui sanandis vul-  
neribus præcesset, in viuo morsum distinctionis adhi-  
beat, in oleo mollitiem pietatis; per vinum munden-  
tur putrida, per oleum sananda soveantur. Miscenda  
est ergo lenitas cum severitate, faciendumque quad-  
dam ex utraque temperamentum, ut neque multa*

<sup>a</sup> Corb. Germ., Norm., Bellovac., Laud., ita ha-  
bent cum vet. Ed. Gilot. la Vatic. et Guassanv. legitur  
ad eam.

<sup>b</sup> Deest tuus in <sup>1</sup> Laud., Corb. Germ., Norm. ac  
aliis.

<sup>c</sup> Germ., Utic., Beccensis, Corb. Germ., Cethæsa.

<sup>d</sup> In Vulgatis, quia non exaudiam clamorem eorum  
in tempore. In basilius MSS. Turon., Vindoc., Bel-  
lov., duob. Laud., omnibus Norm., Germ. et Corb.  
Germ.

<sup>e</sup> Germ. et Turon., ecce mysterium. <sup>2</sup> Laud. habet

asperitate exulcerent subditu, neque nimia beni-  
gnitate solvantur. Hoc nimis illa tabernaculi arca  
significat, in qua cum tabulis virga simil, ac manna  
est (Hebr. ix, 4), quia cum Scriptura sacra scientia  
est in boni rectoris pectore, si est virga discriptionis,  
sit et manna dulcedinis. Hinc etiam David ait: Virga  
tua et baculus tuus ipsa me consolata sum (Psal. xxii,  
4). Virga etenim percutimur, et baculo sustentamur.  
Si ergo est districtio virgæ quæ feriat, sit et consola-  
tio baculi quæ sustentat. Sit itaque amor, sed non  
emolliens; sit vigor, sed non exasperans; sit zelus,  
sed non immoderate saeviens; sit pietas, sed non  
plus quam expedit parcens. Intueri libet in Moysi  
pectore misericordiam cum severitate sociatam. Vi-  
deamus amantem pie, et districte saevientem. Certe  
com Israeliticus populus ante Dei oculos pene inye-  
niabilem contraxisset offensam, ita ut ejus rector  
audiret: Descende, peccavit populus tuus (Exod.  
xxii, 7); ac si ei divina mox diceret: Qui in tali  
peccato lapsus est, jam mens non est, atque subjun-  
geret: Dimille me, ut irascatur furor meus contra  
eos, et deleam eos, faciamque te in gentem magna;  
ille semel et iterum pro populo cui præterat **642**  
obicem se ad impetum Dei irascentis opponens, ait:  
Aut dimille eis hanc noxam; aut si non facis, dele me  
de libro tuo quem scripsisti (Ibid. xxii, 32). Pense-  
mus ergo quibus visceribus eundem populum ama-  
vit, pro cuius vita de libro vite deleri se petuit. Sed  
tamen iste, qui tanto ejus populi amore constringi-  
tur, contra ejus culpas pensemus quanto zelo recti-  
itudinis accendatur. Mox enim <sup>1</sup> ut petitione prima,  
ne deterent, culpæ veniam obtinuit, ad eundem  
populum veniens, ait: Ponat vir gladium! suum su-  
per femur suum. Ite et redite de porta usque ad por-  
tam per medium castrorum, et occidat unusquisque  
fratrem, et amicum, et proximum suum. Cecideruntque  
in die illo quasi viginti tria millia hominum (Ibid.,  
xxxii, 27). Ecce qui vitam omnium etiam cum sua  
morte petuit, paucorum vitam gladio extinxit. Intus  
arsit igne amoris, foris accusans est zelo severitatis.  
Tanta fuit pietas, ut se pro illis coram Domino morti  
offerre non dubitaret; tanta severitas, ut eos quos  
divinitus feriri timuerat, ipse judicij gladio feriret.  
Sic amavit eos quibus præfuit, ut pro eis nec sibi  
parceret; et tamen delinquentes sic persecutus est,  
quos amavit, ut eos etiam Domino parcente proster-  
neret. Utrobique legatus fortis, utrobique mediator  
admirabilis, causam populi apud Deum precibus,  
causam Dei apud populum gladiis allegavit. Intus  
amans, divinæ iræ supplicando obstitit; foris saeviens,

utramque lectionem.

<sup>f</sup> In duabus Germ., <sup>2</sup> Laud., Vindoc., Turon.,  
Norm., et juste consulens.

<sup>g</sup> Eadem fere scribit epist. 25, lib. I.

<sup>h</sup> Al., sit rigor. In Germ., Bellov., Corb. Germ.,  
Turon., Vindoc., etc., legitur, sit vigor.

<sup>i</sup> Deest, ut, in Germ., <sup>2</sup> Laud., Corb. Germ. et plenis-  
que.

<sup>j</sup> Deest, suum, in Germ., Corb. Germ. et plenis-

culpam feriendo consumpsit. Succurrit citius omnibus, ostensa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus fidem famulum suum citius exaudivit agentem pro populo, quia vidit quid super populum acturus esset ipse pro Deo. In regimine ergo populi utrumque Moyses miscuit, ut nec disciplina deesseset misericordiae, nec misericordia disciplinae. Unde hic quoque juxta utramque virtutem dicitur : *Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen moerentium consolator.* Sedere quippe circumstante exercitu, vigor est ac disciplina regiminis; moerentium vero corda consolari, ministerium pietatis. Sed quia inter haec necesse est ut expositionis sermo ad spiritalem intelligentiam recurrat, sancta Ecclesia, ab adversariis suis extremis temporibus pressa, reminiscitur transacti jura regiminis; reminiscitur et quanta, afflictis exhibuerit beneficia pietatis. Cujus videlicet disciplina et misericordia tunc a levibus irridetur. Unde et subdividitur :

#### CAPUT VI [Vet. VII, Rec. IX].

CAP. XXX, VERS. 4. — *Nunc autem derident me juniores tempore.*

15. *Omnes hæretici Ecclesia sunt juniores.* — Omnes hæretici, scati universalis Ecclesiae a comparati, juniores tempore congrue vocantur, quia ipsi ab ea, non autem ipsa egressa est ab illis. Unde recte quoque per Joannem dicitur : *A nobis exierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum* (I Joan. ii, 19). Juniores ergo tempore sanctam Ecclesiam irrident, cum hi qui ab ea egressi sunt doctrinæ ejus verba despiciunt, de quibus adhuc subdividitur :

Ibid. — *Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.*

<sup>b</sup> Quis est grex sanctæ Ecclesiae, nisi multitudo fidelium? <sup>c</sup> Vel qui allii hujus gregis canes vocantur, 643 nisi doctores sancti, qui eorumdem fidelium custodes extiterunt? Qui dum pro Domino suo diurnis nocturnisque, vigiliis intenti clamaverunt, magnos, ut ita dixerim, latratus prædicationis dederunt. De quibus eidem Ecclesiae per Psalmistam dicitur : *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso* (Psal. LXVII, 24). Nonnulli quippe ab idolorum cultibus revocati, facti sunt prædicatores Dei. Lingua ergo canum Ecclesiae ex inimicis prodit, quia conversos

<sup>a</sup> Turon. et Germ., *computati.* Sic legebatur in Corb. Germ. antequam secunda manus emendasset, et scripsisset comparati.

<sup>b</sup> Turon., *quid est grex.*

<sup>c</sup> Vindoc., vel qui hujus gregis canes vocantur, nisi prædicatores sancti, qui eorumdem fidelium custodes extiterunt, et magnos ut ita dicam latratus, etc.

<sup>d</sup> Omititur, ab ipso, in Bellov., Corb. Germ. et plur.

<sup>e</sup> Bellov., *quia invectores.*

<sup>f</sup> Al., *de Domino.*

<sup>g</sup> Germ., Eutycius. Corb. Germ., Euthices. Gemet.,

A gentiles Dominus etiam prædicatores facit. Unde Judæorum tarditas, qui pro Deo loqui noluerunt, increpante propheta, reprehenditur, qui ait : *Canes muti, non valentes latrare* (Isai. LVI, 10).

16. *Eorum duces, etiam in his quæ bens gesta videbenter, reprobati.* — Patres vero hæreticorum dicimus, eos videlicet quos hæresiarchas vocamus; de quorum perversa prædicatione, id est locutionis nomine, sequentes sunt populi in errore generati. Sancta ergo Ecclesia cum canibus gregis sui hæreticorum patres ponere designatur, <sup>a</sup> quia inventores errorum dijudicando respuit, eosque inter veros patres numerare contemnit. Qui etsi quosdam visi sunt a gentilitatis errore revocasse, quorumdam mores ad honesta agenda docuisse, pro eo tamen <sup>b</sup> quod de B Deo recta non senserunt, eos cum canibus gregis sui non ponit, quia cum rectis prædicatoribus non ponit, quia cum rectis prædicatoribus non ascribit. Liquet enim quod Arius, Photinus, Macedonius, Nestorius, <sup>c</sup> Eutyches, Dioscorus, Severus, multique his similes, docendo atque suadendo conati sunt patres videri; sed errores eorum sancta universalis Ecclesia <sup>d</sup> districta severitate dijudicans, eos inter custodes gregis sui non numerat, quos ejusdem gregis unitatem dissipantes damnat. De quibus voce Pauli Ephesiis dicitur : *Scio quia post discessum meum ingredientur ad vos lupi grates, non parcentes gregi* (Act. xx, 29). Et quia nonnunquam hæretici quanto magis in perfidia effrorum dilabuntur, <sup>e</sup> tanto amplius in exteriori sese operatione custodiunt, ita ut agere præ ceteris magna videantur, sancta universalis Ecclesia cuncta eorum opera despiciat, quæ ex auctoritate fidei non prodire perpendicularit. Unde recte quoque beati Job voce subjunctione :

#### CAPUT VII.

VERS. 2. — *Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo : et vita ipsa putabantur indigni.*

17. *Quia charitatem Dei et proximi deseruerunt.* Quidam hæretici miracula fecerunt. Hæretici vita indigni, quod sub nomine Christi contra Christum militent. — Virtus quippe in manu est magnitudo in operatione. Sed virtus manuum hæreticorum sanctæ Ecclesiae pro nihilo ducitur, quia nullius esse meriti conspicit, vera fide perdita, quidquid operantur. Charitatem quippe Dei et proximi deserunt, qui et de Deo falsa sentiunt, et a proximis jurgando dividuntur. Sed virtutem manum sine charitate te-

Ute., Becc., Pratell. aliique Norm. et Val. Cl., Eutycius. Ita haberi in plerisque MSS. existimamus; verum a paucis collatoribus observatum quod haec diversa lectio parvi momenti videretur.

<sup>b</sup> Corb., Germ., 2 Laud. et Turon., *districta virtute.* Bellov., *districta virtute.*

<sup>c</sup> Bellov., *lupæ graves,* fortasse quod *gravis* isdem esse putaretur ac *gratida* et *felax*. Porro non lupi, sed lupæ hoc modo graves sunt. Verum Graece legitur *Baptis*, alio sensu.

<sup>d</sup> In Genet., 2 Laud. et Corb. Germ., *quasi tanto amplius.*

statur prædictor egregius nil valere, qui ait : *Si A distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, et si trādiderō corpus meū ut <sup>a</sup> ardeam, charitatēm autem non habeam, nihil mihi prodest (I Cor. xiii, 3).* [Vet: VIII.] Nonnunquam vero hæretici signa quoque ac miracula faciunt, sed ut hic præmis afflitionis sua abstinentiaeque recipiant, videlicet laudes, quas querunt. Unde et Rédemptoris vocē dicitur : *Multi mihi dicent in illa die : <sup>b</sup> Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo demonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc constebor illis quis <sup>c</sup> nūquam novi vos; discedite a me qui operamini iniquitatem.* Qua nūtrium sententia quid datur intelligi, nisi ut hominibus charitatis humilitas, non autem debeat virtutum signa venerari? Unde nunc sancta Ecclesia, <sup>D</sup> etiam si qua flant hæreticorum miracula, despicit, quia haec sanctitatis <sup>d</sup> specimen non esse cognoscit. Probat quippe sanctitatis non est signa facere, sed unumquemque ut se diligere, de Deo autem vera <sup>e</sup>, de proximo vero mellora quam de semetipso sentire. Nām quia vera virtus in amore est, non autem in ostensione miraculi, veritas demonstrat, quæ ait : *In hoc cognoscēt omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem (Joan. xiii, 35).* Qui enim non ait : *In hoc cognoscēt quia mei discipuli estis, si signa feceritis, sed ait : Si dilectionem habueritis ad invicem,* aperte indicat quia veros Dei famulos non miracula, sed sola charitas probat. Testimonium ergo superni discipulatiss est donum fraternalē dilectionis. Quam videlicet dilectionem, quia omnes hæretici habere refugunt, dum ab universalis Ecclesie unitate dividuntur, jure de eis dicitur : *Quotum vitius mentium erat mihi pro nihilo.* Et quia ad eadem signa quæ exhibent nulla humilitate concordant, recte subditur : *Et vita ipsa putabantur indigni. Vel certe omnes hæreticos sancta Ecclesia vita ipsa fatetur indignos, quia nimirum sub nomine Christi militant contra nomen Christi. De quibus adhuc subditur :*

#### CAPUT VIII [Rec. X].

VERS. 3. — *Egestate et fame steriles.*

**18. Curiose divina scrutantes, egestate et sterilitate laborant.** — Omnes hæretici, dum in sacro eloquio plus secreta Dei student perscrutari <sup>e</sup> quam capiunt, fame sua steriles flunt. Neque enim ea querunt ex quibus semetipso ad humilitatem erudiant, mores in tranquillitate disponant, patientiam servent, longanimitatem exhibeant; sed ea solummodo quæ eos doctos atque loquaces demonstrent, illa scire appetunt ex quibus singulariter eruditæ videantur.

<sup>a</sup> Norm., Corb. Germ., cum 2 Laud. et al., ardeat. Melius ex texta Graeco et Vulg., <sup>b</sup> ardeam, sive comburatur.

<sup>c</sup> Ed., quia non novi vos. Legitur nunquam in omnibus nostris MSS.

<sup>d</sup> Germ., Becc., Utic., Corb. Germ. et non pauci, speciem.

<sup>e</sup> Germ. et recentiores Editores, vera cognoscere. Redundat cognoscere, abestque a cæt. MSS. et antiqu.

A Plerumque enim audacter de natura divinitatis tractant, cum semetipso miseri nesciant. Egestate ergo ac fame sua steriles flunt, quia ea perscrutari desiderant, ex quibus bona vita germina non producunt. Ultra se quippe sunt quæ perscrutantur, dumque ad hoc tendunt quod comprehendere nequeunt, ea cognoscere negligunt ex quibus eruditæ poterant. Quam bene eorum audaciam prædictor egregius refrenat, dicens : *Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem (Rom. xii, 3).* Hinc Salomon ait : *Prudentia tua pone modum (Prov. xxviii, 4).* Hinc rursum dicit : *Mel invenisti, comedere quod sufficit tibi, ne forte <sup>f</sup> saturatus evomas illud (Prov. xxv, 16).* Dulcedinem quippe spiritualis intelligentie qui <sup>g</sup> ultra quam capit comedere appetit, etiam quod comedederat evomit, quia dum summa intelligere ultra vires querit, etiam quæ bene intellexerat amittit. Hinc rursum dicit : *Sicut qui mel multum comedidit, non est ei bonum, sic qui <sup>h</sup> <sup>i</sup> perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria (Ibid., 27).* Gloria quippe invisibilis coaditoris, quæ moderate inquisita nos erigit, ultra vires perscrutata premit. Itaque hæretici, quia de <sup>j</sup> subtili intelligentia quanto amplius repleri ambient, tanto amplius inanescunt, bene de eis dicitur : *Egestate et fame steriles.* Inmoderatis namque ausibus cognitionis supernæ scientiam quo plus appetunt, plus amittunt.

[Vet. IX.] 19. *Humiles cœlestia intelligent, dum non intellecta venerantur.* — At contra, <sup>k</sup> hi qui in sancta Ecclesia veraciter sunt humiles, et veraciter docti, nondum de secretis cœlestibus et quædam considerata intelligere, et quædam non intellecta veterari, ut et quæ intelligent veneranter tenent, et quæ necdum intelligunt humiliter expetent. Unde libris per Moysem dicitur : *Ut comedentes agnum, quidquid de eo reliquum fuerit igni comburamus (Exod. xii, 10).* Agnum quippe comedimus, cum multa dominice humanitatis intelligendo recondimus in ventre mentis. Ex quo quædam nobis remanent, quæ comedи nequeunt, quia multa adhuc de illo restant, quæ intelligi nequaquam possunt. Quæ tamen igne comburenda sunt, quia ea quæ capere de illo non possumus, humiliiter sancto Spiritui reservamus. Quæ plerumque humilitas ea etiam electorum sensibus aperit, quæ ad intelligendum impossibilia esse videbantur. Nam perversæ hæreticorum mentes dum sibi superbe intellectum tribuant, quasi certas dare sententias etiam de incognitis præsumunt. Unde fit ut ipsa eos elatio, quæ intus apud semetipso elevat, a veritate foras repellat, vixque in dictis Dei exteriora capiant, qui se secreta spiritualia penetrasse singulariter putabant. Unde hic quoque subditur :

Vulg.

<sup>a</sup> Bellov., quam acceperunt.

<sup>b</sup> Norm., satiatus.

<sup>c</sup> Bellov., qui ultra comedit quam capit.

<sup>d</sup> Plerique, scrutator.

<sup>e</sup> Ita Corb., Germ., Norm., Taron., Laud. ac vet. Ed. Magis placuit recent. Edit., de sublimitate intelligentie; quæ lectio est Germ.

## CAPUT IX [Rec. XI].

VERS. 3, 4. — Qui redebant in solitudine, aquænantes calamitate et miseria; et mandebant herbas, et arborum cortices.

20. Hæretici non metallum Scripturæ sacre comedunt, sed corticem rodunt. — Rodi solet quod cœmodi non potest. Hæretici autem quia Scripturam sacram intelligere sua virtute moliantur, eam præcùl dubio apprehendere nequaquam possunt; <sup>a</sup> quam dum non intelligunt, quasi non edunt. Et quia per supernam gratiam non adjuti base comedere nequeunt, quasi quibusdam illam nisibus rodunt. Exterius quippe illam contrectant, <sup>b</sup> cum quidem conantur, sed non ad ejus interiora perveniant. Qui quia ab universalis Ecclesie societate disjuncti sunt, non quolibet rodere, sed in solitudine memorantur. Ad quam nimis solitudinem, quia prædicatores falsi sequaces suos trahent, longe ante Veritas præmonuit, dicens: Si dizerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire (Matth. xxiv, 26). Qui recte perhibentur calamitate et miseria squalidi, quia et morum sunt pernicie, et sensuum pravitate despici. Qui herbas quoque et arborum cortices mandunt, quia elationis suæ obice repulsi, in sacro eloquio magna et intima percipere nequeunt, sed vix in illo quædam tenera et exteriora cognoscunt. Per herbas quippe dicta planiora, per arborum cortices Patrum eloquia exteriora signantur. Qui ergo ea scire appetunt ex quibus docti nequaquam sint, sed esse videantur, dum in sacris voluminibus vim charitatis erga Deum ac proximum medullitus non exquirunt, quasi ex herba et cortice pascuntur, quia vel ima, **646** vel exteriora sunt, quæ mentes superbientium nutrunt. Vel certe herbas mandere est de Scriptura sacra minima præcepta servare, majora contemnere. Quos bene Veritas increpat, dicens: Vt vobis, Scribe et Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam, et anethum, <sup>c</sup> et cuminum, et taliquistis quæ graviora sunt legis (Matth. xxi, 23). Qui arborum quoque cortices mandunt, quia sunt nonnulli qui in sacris voluminibus solam litteræ superficiem venerantur, nec quidquam de spirituali intellectu custodiunt, cum nihil in verbis Dei amplius nisi hoc quod exterior audierint esse suscipiantur. Quos tandem in cunctis erroribus suis inanis gloriae appetitus possidet, eosque honoris ambitus captivos tenet, et plerumque per ipsa quæ loquuntur nihil aliud quam terrena lucra appetunt. De quibus per Paulum dicitur: Hujusmodi enim Christo Domino non serviunt, sed suo ventri (Rom. vi, 18). Unde recte quoque subiungitur:

## CAPUT X [Rec. XII]

VERS. 4. — Et radix juniperorum erat cibus eorum.

<sup>a</sup> Gemet. ac alii Norm., quam quia nondum intelligunt... hanc edere nequaquam possunt, quasi quibusdam nisibus rodunt.

<sup>b</sup> Idem Codices et Germ., cum quiddam. Ex antiquis Ed. alli habent cum quædam; alii, cum quoddam; alii, cum quidam.

A 21. *Sola temporalia lucra querunt.* — Arbor namque juniperi pro foliis punctiones habet. Sic quippe sunt hirsuta quæ profert, ut spinis similia contrectantem pungere valeant. Spina vero est omne peccatum, quia dum trahit ad delectationem, quasi pungendo lacerat mentem. Unde justi vox et penitentis dicitur: *Conversus sum in aratura mea dum confunditur spina* (Psal. xxxi, 4), quia scilicet mens ad lamentum vertitur, ut peccati punctione penitendo frangatur. In translatione vero allâ non cōfringi, sed configi spina perhibetur, quod videlicet ab endet sensu non dissonat, quia penitentis animus ad luctum ducitur, dum perpetrata culpa in memoria fixa retinetur [Vet. X]. Quid ergo per radicem Juniperi nisi avaritia designatur, ex qua peccatorum omnium spinæ producuntur? De qua per Paulum dicitur: *Radix omnium malorum est cupiditas* (I Tim. vi, 10). Ipsa quippe latenter oritur in mente, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas videlicet punctiones ab hac radice stortentes, statim prædictor egregius insinuat, cum subdit: *Quam quidam appetentes erraverant a fide, et inseruerunt se doctribus multis* (Ibid., 10). Qui enim multos dolores dixit, quasi nascentes innovavit ex hac radice punctiones. In juniperis ergo peccata, in radice vero juniperorum quid aliud quam avaritiam, id est, materiam intelligimus peccatorum? Quia igitur plerumque hæretici sola in verbis suis exteriora lucra sectantur, nec ignorant quia perversa astruunt, sed erroris prædicamenta non deserunt, dum sumptus percipere C <sup>d</sup> quasi doctorum volunt, bene de eis sancti viri nunc voce dicitur: *Et radix juniperorum erat cibus eorum, quia dum totis mentis suis sensibus avaritiam cogitant, quasi eo alimento vescuntur, de quo nasci prout dubio peccatorum sequentium punctiones solent.* Qui si quando in sacro eloquio quedam quasi prudenter inveniunt, quæ dum non intelligunt, pro suis esse assertionibus suspicantur, mox miseris auditribus suis, quorum non animæ, sed substantias appetunt, hæc vociferantes aspergunt. Unde congrue subinfertur:

## CAPUT XI [Rec. XIIII].

Vers. 5. — Qui de convallibus iets rapientes, cum singula reperiissent, ad ea cum clamore currabant.

22. *Obsecras Scripturæ sacrae Patremque sententias ad se deterquent et trahant.* — De convallibus illa rapiunt, quia haec de humilibus dictis Patrum superbo spiritu colligunt: **647** Quæ dñis <sup>e</sup> pro multis se partibus invenisse gloriantur, ad ea cum clamoribus currunt, quia videlicet omne quod sentiunt appetitum laudis ad aures hominum diffundere conantur. Sequitur:

<sup>c</sup> Gemet. et Turon., et cimimum, quos secuti sunt vel. Ed. Duo Laud. et Corb. Germ., cymimum.

<sup>d</sup> Germ., Becc. et plerique Norm., quasi doctores.

<sup>e</sup> Corrupte in Ed. Gilot., Vatic., Guss., pro suis se patribus, alioquin legendum esset quos, non quæ, sed legenti MSS. Cod. non erit ambigendi locus.

## CAPUT XII

VERS. 6. — *In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terræ, vel super glaream.*

**23. Hæretici latebris et instabilitate sunt insignes.** — Torrentes dicimus rivos qui aquis hiemalibus colliguntur, qui certis etiam temporibus arescant. Jure itaque inventores perversorum dogmatum torrentes vocantur, quia a calore charitatis frigi, quasi in torpore temporis hiemalis excrescent, quia non perpetua plenitudine profluent, sed Catholicorum allegationibus <sup>a</sup> quasi aestivis solibus exsiccantur. Et quidem inventores perversorum dogmatum contra sanctam Ecclesiam exorti, fervore jam veritatis extincti sunt, sed tamen eorum discipuli ea que illi docuerunt tenere ac defendere <sup>b</sup> non desistunt. Hi ergo qui illorum sequuntur errores, in desertis torrentium habitant, id est in eorum prædicatione confidunt, quorum eloquio Catholicorum jam response et ratiocinatione siccata sunt. [Vet. XI.] Quid vero aliud cavernas terræ quam occultas hæreticorum prædicationes accipimus? Sic enim hæretici inter se clandestinis conventiculis coeunt, ut errori suo reverentiam, quam ex ratione non valent, præbeant ex occultatione, et infirmis animabus pravitatis sermo tanto reverendus appareat, quanto secretus. Unde apud Salomonem mulier ex typo hæreos <sup>c</sup> suadet dicens: *Aquaæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior* (Prov. ix, 17). Quæ occulta scilicet prædicamenta detestatur Veritas, dicens: *Si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite credere.* Et rursum: *Si dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.* Sicut enim <sup>d</sup> fulgor exit ab Oriente, et paret usque in Occidentem, ita erit et adventus Filii hominis (Matth. xxiv, 23, 28). Hoc itaque illic in penetralibus, quod hic dicitur in cavernis. In cavernis ergo hæretici habitant, quia plerumque errorem suum secratis prædicationibus occultant, ut quo se doctioribus prudentioribusque non indicant, eo ad se vehementius imperitos trahant. Unde bene etiam subinfertur: *Vel super glaream.* Glaream quippe illos minutissimos lapides dicimus <sup>e</sup> quos aqua fluvialis trahit. Doctores igitur perversorum dogmatum super glaream habitant, quia illas hominum mentes trahunt, quæ nulla gravitatis soliditate solidantur, quas velut de loco semper ad locum flumina errorum ducent. Unde et prædicator egregius, cum auditores suos non temporaliter duci, sed forti cuperet gravitate solidari, admonuit dicens: *Ut jam non simus parvuli fluctuantes, nec circumferamur omni vento doctrinæ* (Ephes. iv, 4). Sancta itaque Ecclesia ab adversariis ad modicum depressa, cum sibi audaces

<sup>a</sup> Al., quasi aestibus solis.

<sup>b</sup> Gemel., conantur.

<sup>c</sup> Germ., vedit dicens.

<sup>d</sup> In utroque Laud. et in aliis vetustioribus Cod., fulgor.

<sup>e</sup> In Editis, quos aqua pluvialis. MSS. Vindoc., Germ., Turon., Laudun., Norm., etc., habent fluvialis.

A errantium mentes insultare conspicerit; quæ eorum conversatio fuerit, ad memoriam reducit, dicens: *In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terræ, vel super glaream.* Quia enim eorum perversa prædicatio, amissio igne charitatis, ex frigore mentis convaluit, profecto in torrentium desertis habitavit. Quia vero aperta et libera non fuit, in cavernis latuit. Quia autem plebem non fixam, sed mobilem tenuit, non super petram, <sup>f</sup> sed super glaream mansit; d quibus adhuc subditur:

## CAPUT XIII [Rec. XIV].

VERS. 7. — *Qui inter hujuscemodi lætabantur, et esse sub sentibus delicias computabant.*

**24. In rebus pessimis exultant et delectantur.** — Quid nomine sentium nisi eas quas jam supra diximus (Num. 21 hujus lib.) punctiones peccatorum intelligimus? Quia autem perversæ mentes gaudent in iniquitatibus, quas flere debuerunt, omnes hæretici tanto se <sup>g</sup> inani lætitia extollunt, quanto magis ad pejora convalescent; atque esse sub sentibus delicias deputant, quia inde perversam mentem ad gaudium sublevant, unde spinas peccatorum portant. Nam si quando ad errorem suum valuerint quempiam trahere, sese per lætitiam jacent; atque unde sibi peccata quotidie, etiam alias perdendo, congregant, inde se esse quasi duces ad justitiam exultant. Bene ergo dicitur: *Qui inter hujuscemodi lætabantur, et esse sub sentibus delicias computabant.* Trahant enim quos valent ad perditionem suam, <sup>h</sup> et sub peccatis esse, vel culpis culpas addere credunt se virtutum opulentiam cumulare.

## CAPUT XIV [Rec. XV].

VERS. 8. — *Filiæ stultorum et ignobilium, et in terra penitus non parentes.*

**25. Parentes hæreticorum stulti et ignobiles.** — Eorum videlicet filii, qui fuerunt errorum magistri. Filii igitur dicuntur, non de eorum semine, sed de imitatione generati, qui docendo-perversa, stulti fuerunt per ignorantiam; vivendo nequier, ignobiles per actionem. Qui Redemptori nostro nulla sapientiae, nulla vitæ cognitione conjuncti sunt. De quo Salomonis voce in laude sanctæ Ecclesie dicitur: *Nobilis in portis vir ejus* (Prov. xxxi, 23). Hi itaque quia perversa errantium exempla secuti sunt, filii stultorum et ignobilium esse memorantur. Recte autem subjungitur: *Et in terra penitus non parentes,* quia dum hic videri aliquid appetunt, nimisrum a terra viventium exsortes sunt.

**26. Eadem de carnalibus dici possunt quæ de hæreticis.** — Sed hoc quod in hæreticorum typo diximus, omnino nil obstat si etiam de perversis atque carnalibus, quamvis in recta fide positis, sentiamus. Neque

<sup>f</sup> Vindoc., inani gloria.

<sup>g</sup> Locum hunc restituimus ope MSS. et vet. Edit. In MSS. Germ. et in Edit. Gilot. aliquis sequentibus legitur: *Et se sub peccatis esse... non credunt, sed virtutum, etc., sensu plane contrario iis quæ legimus in MSS. cæt. Anglic., Norm., Laud., Turon., etc.*

enim sancta electorum Ecclesia solos sibi adversarios deputat qui ab ejus fide positi extra dissidentiunt, sed eos quoque qui vitam illius male vivendo interiorius premunt. Contempletur igitur ærumna irruentis adversitatis afflita, quomodo prosperitatis sue tempore iniquorum et intra se viventium pravitate gravata sit. Contempletur quod exigentibus meritis quorumdam, non injuste in illa vita turbata sit omnium, et dicat: *Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate et miseria.* Sicut in prima hujus operis parte praefatus sum, <sup>b</sup> per virtutem contemplationis nonnunquam solet intelligi solitudo mentis. Sed hoc in loco cum solitudo per objurgationem dicitur, quid aliud quam boni. destitutio demonstratur? Unde et sub Judææ typo Jeremias peccatoris animam deplorat, dicens: *Quomodo sedet sola civitas plena populo* (*Thren. 1, 4*)? Sed cum per beatum Job de pravis dicitar: *Rodebant in solitudine*, libet intueri hoc etiam quod per Psalmistam dictum est: *Inimici ejus terram lingent* (*Psalm. lxxi, 9*).

**649** 27. [Vet. XII.] *Alii adulatione, alii apertivi avaritiae student.* — Duo quippe sunt genera hominum ambitioni suæ servientium: unum videlicet quod semper ad avaritiam blandimentis utitur linguae; aliud vero quod aperta vi intendit rapinæ. Nam rodimus, cum aliquid exterius forti adnisu atterimus. Lambitus enim quando hoc quod edi facile non potest, impressa linguae lenitate gustatur. Omnes igitur etiam sub specie fidei prave viventes, qui aliena appetunt, sed ea quæ appetunt rapere néquam possunt, blandis autem sermonibus et quasi mollitie dulcedinis conceputa abstrahere conantur, quid aliud quam terram lingunt? quia terrena quæque quæ virtute nequeunt auferre, mollitie linguae mouuntur. Qui vero in hoc mundo aliqua potestate suffulti sunt, et concupiscentes aliena, blandiri quidem ex fraude despiciunt, quia etiam injusto robore possunt implere quod volunt, hi hoc quod appetunt non lambunt, sed rodunt, quoniam propinquorum vitam fortitudine virium velut adnisu dentium demolliuntur. Conspiciat itaque sancta Ecclesia veras divitias <sup>c</sup> æternæ patriæ; conspiciat frequentiam supernorum civium; conspiciat in electis suis <sup>d</sup> cultum mentis, et innumerabilium bona virtutum, atque ab eis ad pravorum vitam omni bono destitutam, mentis oculum revocet; et ex florum comparatione videat qualiter ista cunctis virtutibus sit vacua, quia superna deseruit, et infima concupivit. Videat quomodo plerumque id quod appetit, si fortasse prævallet, etiam violenter rapit. Videat tales <sup>e</sup> quasi intra se positos diu tolerasse, atque ex eorum culpis usque ad bonorum quoque pericula ac detimenta pervenisse, et dicat: *Qui rodebant in solitudine.* Ac si aperte

A conqueratur, dicens: *Aliena etiam violenter rapiendo non roderent, nisi prius ipsi in interioribus suis soli ac vacui a virtutum cultura reuancerent.* Bene autem eorum qualitatem explicat, dicens: *Squalentes calamitate et miseria.* *Ægra* nōmque caro si studiose curari negligitur, squalore desuper ducto in infirmitate deterius gravatur: et dum calamitati ægritudinis negligentia miseria additur, gravior molestia oberto squalore toleratur.

**28.** *Naturæ necessitatibus plus æquo servientes, ejus infirmitates augemus.* — Natura igitur humana bene condita, sed ad infirmitatem vitio propriæ voluntatis lapsa, in calamitatem cecidit, quia pressa innumeris necessitatibus, nihil in hac vita nisi unde affligeretur invenit. Sed cum eisdem naturæ nostræ necessitatibus plerumque <sup>f</sup> plus quam expedit deservimus, mentisque curam negligimus, ex miseria negligentia infirmitati nostræ addimus squalorem culpæ. Necesitates namque naturales hoc habere valde periculose solent, quod saepe in eis minime discernitur quid circa illas per utilitatis studium et quid per voluptatis vitium agatur. Crebro enim occasione seductionis inventa, dum necessitati debita reddimus, voluptatis vitio deservimus, et infirmitatis velamine ante discretionis oculos excusatio nostra se palliat, ac quasi sub patrocinio explendæ utilitatis occultat. Infirmitatem vero naturæ nostræ per negligentiam relaxare, nihil est aliud quam calamitati miseriæ addere, ac vitiorum squalorem ex eadem miseria multiplicare. Unde sancti viri in omne quod agunt studiosissima intentione discernunt, **650** ne quid plus ab eis naturæ suæ infirmitas, quam debetur exigat, ne sub necessitatibus tegmine in eis vitium voluptatis excrescat. Aliud enim ex infirmitate, aliud, ex temptationis suggestione sustinent; et quasi quidam rectissimi <sup>g</sup> arbitri inter necessitatem voluptatemque constituti, <sup>h</sup> hanc consolando sublevant, illam premendo frenant. Unde fit ut et si infirmitatis suæ calamitatem tolerent, tamen ad squalorem miseriæ per negligentiam non descendant. Hoc ipsum enim esse in calamitate, est necessitates naturæ ex carnis adhuc corruptibilis infirmitate sustinere. Quas videlicet necessitates cupiebat evadere, qui dicebat: *De necessitatibus meis eripe me* (*Psalm. xxiv, 17*). Sciebat enim plerumque voluptatum culpas ex necessitatum occasione prorumpere; et ne quid sponte illicitum admitteret, hoc ipsum satagebat evelli, quod nolens ex radice tolerabat.

**29.** *Carnales*, dum necessitati obsequi videntur, voluptati serviantur. *Utinam pravis mors sua sola sufficeret.* — At contra pravi gaudent in eis corruptionis suæ necessitatibus, quia nimis eas ad usum voluptatum retorquent. Cum enim reficiendis cibo cor-

annotavit in terra, pro intra.

<sup>f</sup> Sag., Gemet., Ebroic. et alii Norm., plusquam necesse est.

<sup>g</sup> Corb. Germ., duo Laud. et Germ., arbitres, quod aliquando in aliis vet. Cod. invenimus pro arbitri.

<sup>h</sup> Corb. Germ. et Laud., hanc consulendo. Vindoc.. hanc solvendo sublevant

peribes naturæ serviant, per delectationem gulæ in voluptatis ingluvie distenduntur. Cum tegendis membris vestimenta querunt, non solum quæ tegant, sed etiam quæ extollant expertunt; et contra torporem frigoris, non solum quæ per pinguedinem munitant, sed etiam quæ per mollitatem delectant; non solum quæ per mollitatem tactum mulcent, sed etiam quæ per colorem oculos seducant. Necessitatis igitur causam in h̄sum voluptatis vertere, quid est aliud quam calamitati suæ squalorem miseræ sociare? Pressa itaque tempore adversitatis Ecclesia, reminiscatur eorum ex quorum merito talia sustinet, et dicat: *Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate et miseria.* Calamitate scilicet non squalerent, si insitatis necessitatibus voluptatum miseriam non superadherent. Quas videlicet necessitates ex parentis primi culpa meruimus. Hi vero qui calamitati suæ miseriam adjungunt, ex cruciatu pœnæ ad augmenta prorumpunt culpæ. Sed utinam tales cum ad melius permutari despiciunt, ita perversa agerent, ut non ea etiam aliis propinarent. Utinam illis mors sua sola sufficeret, et non virulentis persuasionibus alienam etiam vitam necarent. Invident enim alios esse quod non sunt, dolent alios adipisci quod perdunt. Nam si qua forte in aliòrum actibus exoriri bona conspi ciunt, mox ea manu pestiferæ exprobationis elevunt. Unde et sequitur [Vet. XIII]: *Et mandebant herbas, et arborum cortices.*

30. *Incipientes et in bono proficientes perverso co nantur.* — Quid enim per herbas nisi tenera ac terra proxima bene inchoantium vita, et quid per arborum cortices nisi exteriora opera eorum qui jam sublimia appetunt designantur? Pravi namque cum recta incipientes aspiciunt, aut irridendo, aut quasi consulendo contradicunt. Cum vero jam quosdam pensant ad summa proscire, quia eorum profectus funditus dissipare nequeunt, a quibusdam illos suis operibus divertunt. Herbas itaque eis et arborum cortices mandere, est vel studia bene inchoantium, vel operationes quorumdam jam more arborum ad superiora tendentiora pestiferis persuasionibus quasi quibusdam malitiæ suæ dentibus **651** dissipare. Herbas mandunt reprobi cum infirmorum initia irridendo consumunt. Arborum quoque cortices mandunt cum manu perversi consilio a vita recte crescentium tegmen bonorum operum subtrahunt. Hos autem in quibusdam actibus velut arbores expoliandi; illos vero velut herbas, quia despicientes trahunt, quasi quæ calcant comedunt. Quorumdam jam fortitudinem in alta surgentem ex parte demolunt; quorumdam vero teneritudinem et adhuc in imis positam penitus conterunt. Dicat igitur: *Man debant herbas, et arborum cortices,* quia pravis irri-

<sup>a</sup> Gemet. aliquæ Norm. ac 1 Laud., calamitatis suæ.

<sup>b</sup> Rec. Ed., si in istis MSS. Bellov., Turon., omnes Norm., Val. Cl., etc., habent insitis, quos sequimur cum antiquis Excusis. Germ., si naturæ necessitatibus. Corb. Germ., si insitatis necessitatibus.

<sup>c</sup> Gilot. et aliae Edit. recentiores, recte credentium,

A sionibus in nonnullis <sup>d</sup> exteriora opera, in nonnullis autem per spem videntia corda dissipabant.

31. Aliqui sola virtutis specie, quasi cortice vescuntur. — Vel certe herbas mandere est, levia quedam ac tenera de antiquis patribus imitari. Arborum vero cortices edere est eorum opera superficie tenus age re, sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenere. Sunt enim nonnulli, qui dum presentibz mundi gloriam ejusdem mundi actionibus adipisci non possunt, speciem sanctitatis appetunt, habitum veneracionis sumunt, imitatores antiquorum patrum videri concipiunt, et quedam quidem parva se levia peragunt, sed eorum fortia, et quæ ex solius charitatis radice prodeunt, imitari contemnunt. Hi videlicet herbas edunt, quia magna negligunt, et vilibus satiantur. Plerumque tamen etiam quedam quasi robustiora opera exercent, sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenent. Quibus preseco arborum cortices mandere est exteriora electorum actus assumere, et intentionem bonam in bonis actibus non habere. Dum enim pro humana laude recta opera exquirant, sed imitari cor recte operantium negligunt, ex solis arborum corticibus replentur. Toto namque desiderio praesentis vitae gloriam, vel abundantiam querunt. Unde et recte subjungitur: *Et radix juniperorum erat cibus eorum.*

32. *Prava actio quæ delectat in culpa, pungit in poena.* — Intus enim quamvis per fidem positi, dum plerumque avaritiae cogitationibus serviant, quasi illud comedunt, unde in extremo vita suppliciorum aspera proferuntur. Qui dum frugem divini eloquii non concupiscunt, sed ad rerum temporalium ambitum serviant, nequaquam pane triticij, sed radice juniperi satiantur. Ipsa quippe eos ab imis atque infimis oborta occupant, quæ illos more juniperi postmodum ex duritia retributionum velut ex asperitate foliorum pungant. Contemnentes namque Deum hic, minime sentiunt quantum sit mali quod agunt. Adhuc enim juniperi radicem comedunt, sed hujus radicis quam sint rami asperi non attendunt, quia nimirum prava actio modo quasi ex radice delectat in culpa, sed postmodum quasi ex ramis pungit in poena. Ubi et bene subjungitur: *Qui de convallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant.*

33. *In praesentis vita convalle, magno clamore pro vili stipe sæpe litigatur.* — In comparatione videlicet supernorum, omnis præsens vita convallis est. Hi autem quia sublimia montium, id est fortia acta sanctorum contemplari nesciunt, semper in oblicatione infima quasi in convallibus conversantur et dum quolibet lucrum vel parvi stipendi inveniunt, cum

reluctantibus omnibus MSS. Anglic. et nostris (præter Germ.) nechon vet. Edit.

<sup>d</sup> Gemet. et Utic., exteriora bona.

<sup>e</sup> Ita cum MSS. Corb. Germ., Norm., Laud., Turon., Val. Cl., vet. Ed. Placuit recentioribus vocem retributionum mutare in tribulationum, quam magis convenire putarunt

**652** clamore currunt, quia hoc abstrahere etiam jurgando moliuntur. In convalle enim repertis singulis cum clamore currere, est subortis causarum occasionibus etiam pro parva stipe litigare. Plerumque autem quem sanctum bona actio ostentat, oborta terreni commodi occasio examinat. Videas namque nonnullos jam sublimia agere, jam in abstinentiae, jam in doctrinæ opere patrum præcedentium exempla securari; sed cum repente præsentis vitæ lucrum quasi fructum convallis invenerint, ad hoc cum clamore currunt, quia dirupta ad illud superductæ sanctitatis tranquillitate prosiliunt.

[Vet. XIV.] 34. *Multi virtutis præmium, non virtutem querunt.* — Possunt quoque per herbas atque arborum cortices non solum, ut prædictum est, bonorum opéra, sed in hac vita consolationes ac prosperitatis intelligi. Sæpe enim omnipotens Deus electios, suos cum donis interioribus ditat, exterioribus etiam honoribus sublevat. Cumque eos præferendo cæteris honorabiles reddit, latius imitabiles ostendit; et non nunquam prævi eorum quidem vitam despiciunt, sed felicitatem in hoc mundo assequi concupiscunt. Quia igitur blandimenta hic transitione consolationis querunt, herbas comedunt, quia in cogitationibus suis exteriorum eorum gloriam meditantur, arborum cortices mandunt. Et quohiam in his omnibus soli avaritiae tota intentione deserviunt, radice juniperi replentur. Quæ cuncta de convallibus rapiunt, quia ex amore hojus infimæ et corruptibilis vitæ immensis cupiditatibus inardescunt. \* Et cum singula reperiunt, ad ea cum clamoribus currunt, quia videlicet sanctorum patrum, quorum merita adipisci non querunt, loca atque regimina apprehendere satagunt; et cum tranquille nequeunt hæc plerumque assequi, etiam disrupta concordia pace moliuntur.

35. *Quæ justi despiciunt, ea maxime concupiscunt.* — Qui pro eo quod longe a patrum præcedentium actione disjuncti sunt, recte subjungitur: *In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terræ, vel super glaream.* In bona etenim parte recte torrentes, sanctos prædicatores accipimus, qui dum in præsenti vita divinis nobis eloquiis influunt, aquarum multitudine quasi in bieme colliguntur. Qui et æstivo sole adveniente se subtrahunt, quia cum æternæ patrizie lux emicuerit, prædicare cessabunt. Horum torrentium deserita sunt vitæ temporalis commoda. Ea namque deserunt, et ad lucra se cœlestia b adipiscenda convertunt. Cuncta autem hæc torrens ille reliquerat, qui dicebat: *Propter quæ omnia detrimentum feci, et arbitror ut Mercora* (Phil. iii, 8). Sed quia pravorum mentes ea in hac vita adipisci appetunt, quæ despicientes justi derelinquent, in-de-

\* Vitoise in Ed., et cum singula rapiunt. Legendum esse reperiunt suadet textus Jyb, cum singula reperient, et probant MSS. Germ., Turon., Laud., Norm., Val. Cl., Corb. Germ., etc.

<sup>b</sup> Turon., appetunt.

\* Omittitur in pl. Ed. terræ, sed reperitur in MSS. Anglie, et nostris, neenon in vet. Ed. Paris. 1495, neque redundant, comparantur enim latibula conscientiae cavernis terræ.

A serti torrentium habitare referuntur. Illa enim quæ sanctis indigna sunt, ipsi pericope pro magno concupiscunt. Cavernæ autem terræ sunt cogitationes pravae, in quibus se ab humilitate oculis abscondunt. Prævi quippe ut sunt ab hominibus videri refugiant, dumque aliud quam sunt simulant, sese in conscientiæ suæ latitudinis e quasi in terræ cavernis occultant. Qui cuncta hæc non agerent, nisi de æternâ et solidâ vita desperarent, nisi in hoc incertâ temporaliatatis aulium figerent. Unde bene subditus: *Vel super glaream.*

**653** 36. *Flaxis inhærentes, ad ima devolvuntur.* — Glarea namque est vita præsens, quæ indesinenter ad terminum suum ipso defectu inutilitatis, quasi impulsu fluminis ducitur. Super glaream itaque habitare, et fluxi vita præsentis inhærente, et ibi intentionem ponere, ubi græssum nequeat fixe stando solidare. Est aliud in glarea quod nequaquam debet tacendo præteriri, quia cum pes in ejus superficie ponitur, ipsa ejus volubilitate labitur, atque ad ima devolvitur. Cui videlicet rei in bello discrepat vita pravorum, quia cum pro amore mundi aliqua student licita atque honesta agere, quasi platum in superficie pedem ponunt; sed repente pes ad ima labitur, quia eorum actio dum plura semper appetit, usque ad iniqua et illicita descendit. Cum ergo sancta Ecclesia hujus temporis contraria tolerat, ad vitam carnalium, quos adversarios sibi effami in prosperis sustinuit, per memoriam recurrat, et quærum meritis hæc paliatur agnoscat, dicens: *In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terræ, vel super glaream.* Quia enim patrum doctrinæ destituti sunt, in desertis torrentium, quia in occultis se cogitationibus tegunt, in cavernis terræ, quia vero in præsenti sæculi mobilitate intentionem suam figere appetunt, super glaream habitare referuntur. Sed ultimatales, quia peccata nolunt impugnare tentantia, tandem tangerent vel contumissa! ultimam malam sua saltem perpetrata cognoscere, atque sterili scilicet evanescere steroris, id est infructuosæ menti pinguedinem lamentationis admoveant!

[Vet. XV.] 37. *Malum quod agit mentis obicem ponit.* — Sed habet hoc plerumque humanus animus proprium, quod mox ut in culpâ labitur, a sui adhuc longius cognitione separatur. Hoc ipsum namque malum quod agit mentis obicem ante oculum rationis interserit. Unde fit ut anima prius voluntariis tenebris obsessa postmodum benutri jam nec quod querat agnoscat. Quanto enītis magis malis adbaret, tanto minus intelligit bona qua perdit. Lux quippe veritatis quia subtiliter reproborum culpas examinat, quo habita neglegit, eo permittit \* di-

\* Duo Laud., devoratur; sed, ut putamus, corrupte; menda autem Codd. aliquando annotamus, ut quales sint palam fiat, neve ab omni errore immunes credantur. Utramque lectionem exhibet Corb. Germ.

\* In Ed., *districtus judex*; quod, licet magni momenti non sit, immutandum tamē judicamus, propter unanimem MSS. consensum.

strictius judicans, ut nec amissa requiratur; et eam ab acta repellitur, fugit a sensu, ut cuius quasi sa-  
cias in opere contemnitur, ejus per recordationem jam nec terga videantur. Hinc itaque est quod re-  
probi subjecti flendis sceleribus gaudent, de quibus per Salomonem dicitur: *Qui lætantur cum malefe-  
rent, et exsultant in rebus pessimis* (Prov. ii, 14). Hinc  
est quod lacrymarum causas tripudiantes poragunt;  
hinc est quod mortis suæ negotium ridentes exse-  
quentur. Unde hic quoque apte subjungitur: —

## CAPUT XV [Rec. XVI].

Vers. 7. — *Qui inter hujuscemodi lætabantur, et esse sub sentibus delicias computabant.*

38. In transitoriis lætantur, gravibus curis affligi-  
tur. — Inter hujuscemodi lætantur, quia nimis attendunt transitoria quæ percipiunt, et intueri negligunt permanentia bona quæ perdunt. Cumque amore temporalium flagrant, veram existiam volen-  
tes ignorant. Quam si studiose cognoscere quærerent, quam flenda sint gaudia quæ appetunt viderent. Sed dum meliora scire contemnunt, sola sibi velut summa eligunt, quæ visibiliter oculis fugaci seducione blandiuntur. Visibilia scilicet sequentes corfigunt; et tanto extrinsecus **654** gaudent, quanto recordationem sui intrinsecus non habent. Miscentur tamen eorum gaudiis plerumque tribulationes, atque ex rebus ipsis ex quibus superbunt flagellantur. Neque enim sine gravibus curarum molestiis possunt temporalia quæ appetunt, vel non habita quærere, vel quæsita servare, inter æquales præstantiorem gloriam appetere, a minoribus reverentiam plus quam oportet exigere, et minus quam debent eamdem majoribus exhibere; plerumque potentiam per impotentiam ostendere; semper prava agere, et tamen ne opinionem pravitatis habeant, formidolose custodire. Hæc profecto omnia miseros pungunt, sed eadem punctiones ipso rerum temporalium vieti amore non sentiunt. Unde et recte nunc dicitur: *Et esse sub sentibus delicias computabant*, quia peccatorum delectationibus pressi, ex affectu vitæ præ-  
sentis quam sint aspera quæ patiuntur ignorant.

39. *Delicias æstimant manere sub sentibus.* — Lætantur itaque, sed sub sentibus, quia rebus quidem temporalibus gaudent, sed tamen dum dispensare sine tribulatione eadem temporalia non valent, ea cura punguntur miseri qua premuntur. Manent sub sentibus, et hoc ipsum delicias æstimant, quia et dura quidem ex presentis vitæ amore tolerant, et tamen affectu nimis cupiditatis obligati, laborem ejusdem tolerantiae voluptatem putant. Unde recte Jeremias totius in se humanae conversationis speciem sumens, per lamentum queritur, dicens: *Inebriavit me absyn-*

\* Corb. Germ., Bellov., Laud. et Germ., fortasse rectius, *cor fugiunt*. Priorem tamen lect. retinuimus, cui etiam MSS. Norm. et plerique suffragantur. Val. Cl. babet, *a corde fugiunt*.

<sup>b</sup> Ed., *per injustiam*. Elegantius in nostris MSS., *per impotentiam*.

<sup>c</sup> Genet. *habet voluntates pro voluptates*, hic, et infra.

*thio* (Thren. iii, 15). Ut enim in superiori jam parte prædiximus (Lib. vii, n. 25), ebrios quisque quod patitur nescit. Qui vero absynthio debriatur, et hoc quod sumpsit amarum est, et tamen non intelligit eamdem amaritudinem qua repletur. Humanum igitur genus recto Dei judicio in voluptatibus suis sibi dimissum, atque per easdem voluptates spontaneis tribulationibus traditum, absynthio est ebrium, quia et amara sunt quæ pro hujus vite amore tolerat, et tamen eamdem amaritudinem cæcitate cupiditatis quasi insensibilitate ebrietatis ignorat. Mundi enim gloriam sitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit, amarum est quod bibit. Sed quia hoc nimis inhianter sumpsit, ejusdem amaritudinis malum discernere jam præ ipsa ebrietate non sufficit. [Vet. XVI.] Amant enim perversi homines pro hujus mundi gloria etiam tribulationes, cunctisque pro ea sudoribus libenter serviunt, et gravium laborum jugo devotissime colla submittunt. Quod bene sub Ephraim specie Osee prophetante describitur, qui ait: *Ephraim vitula docila diligere trituram* (Osee x, 11). Vitula enim trituræ laboribus assueta, relaxata plerumque ad eundem laboris usum etiam non compulsa revertitur. Ita pravorum mens hujus mundi servitii dedita, et rerum temporalium fatigationibus assueta, etiamsi sibi libere vacare liceat, subesse tamen terrenis laboribus festinat, et usum miseræ conversationis trituram laboris quærit, ut a jugo mundanæ servitutis cessare non libeat, etiam si liceat. Quod videlicet jugum Dominus a discipulorum cervice solvbat, cum dixit: *Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate* (Luc. xi, 34), illico adjunxit: *Et in curis hujus vite; et superveniat in vos repentina dies illa*. Et rursus: *Venite ad 655 me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia misericordia sum et humilis corde* (Math. xi, 28). Quid est enim Domino mitem se in magisterio atque humilem dicere, nisi relictis exercendæ elationis difficultatibus plana quædam bene vivendi itinera demonstrare? Sed quia pravorum mentes plus per aspera elationis quam per blanda humilitatis ac mansuetudinis delectantur, esse sub sentibus delicias deputant. Dura enim præ amore sæculi quasi quædam mollia ac delectabilia ferre parati sunt, dum ip in hac vita rerum culmina apprehendere co-  
nuntur.

40. *Asperitate laboris magis, quam quietis dulcedine, delectantur.* — Cessationem Dominus a mundi laboribus imperat, sanctæ quietis dulcedinem persuadet; et tamen væsanæ iniquorum mens plus se assequi aspera carnaliter quam tenere blanda spiri-

<sup>d</sup> Ita MSS. At duo Germ. ac Editi, *terrenis sudoribus... et usum miseræ*.

\* Corb. Germ. et Vulgat., *a discipulorum cervice sublevabat*; sequimur cæt. MSS.

<sup>f</sup> Ed., *quid est enim Dominum*. Stylum Gregorianum magis sapit: *quid est... Dominus*, ut legitur in Laud. duob., Germ., Norm., etc.

taliter gaudet, plus acerbitate fatigationis quam quietis dulcedine pascitur. Quod aperte in semetipso nobis Israeliticus populus ostendit (*Exod. xvi, 3*), qui dum refectionem mannae desuper perciperet, ab *Egypto* ollas carnium, pepones, porros, cepasque concupivit. Quid enim signatur in manna, nisi esca gratiae, suave sapiens, ad refectionem interioris vitae bene vacantibus desuper data? Et quid per ollas carnium, nisi carnalia opera, vix tribulationum labribus quasi ignibus excoquenda? Quid per pepones, nisi terrenae dulcedines? Quid per porros ac cepas exprimitur, quae plerumque qui comedunt, lacrymas emittant, nisi difficultas vitae praesentis, quae a dilectoribus suis et non sine locu agitur, et tamen cum lacrymis amat? Manna igitur deserentes, cum peponibus ac carnibus porros cepasque quæsierunt, quia videlicet perverse mentes dulcia per gratiam quietis dona despiciunt, et pro carnalibus voluptatibus laboriosa hujus vitae itinera, etiam lacrymis plena, concupiscunt; contemnunt habere ubi spiritualiter gaudent, et desideranter appetunt, ubi et carnaliter gemant. Horum itaque recordiam veridica voce Job reprehendat, quia nimirum perverso iudicio, perturbata tranquillis, dura lenibus, aspera militibus, transitoria æternis, suspecta securis anteponunt. Horum recordiae sancta Ecclesia recordetur, cum saevis extrinsecus adversitatibus premitur, quos intra se velut fideles continuit, sed eorum vitam adversantem fidei diu toleravit, et dicat: *Qui inter huiuscmodi lætabantur, et esse sub sensibus delicias computabant, quia nimirum mala quæ agunt ex ini- quorum præcedentium pravitate didicerunt. Unde et recte subjungitur:*

#### CAPUT XVI [Vet. XVII].

Vers. 8. — *Filiī stultorum et ignobilium.*

**41. Duplex est stultitia; alia summa nobilitati conjuncta.** — Sciendum nobis est quod alii intra sanctam Ecclesiam vocantur stulti, sed tamen nobiles, alii vero sunt stulti et ignobiles. Stulti namque dicuntur, sed esse ignobiles nequeunt, qui carnis prudenter contemnentes, profuturam sibi stultitiam appetunt, et ad novitatem internæ prolis virtutis nobilitate sublevantur; qui stultam sapientiam mundi despiciunt, et sapientem Dei stultitiam concupiscunt. Scriptum quippe est: **656 Qued stultum est Dei, sapientius est hominibus** (*I Cor. i, 25*). Hanc nos stultitiam Paulus comprehendere admonet, dicens: *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens* (*Ibid., iii, 18*). Hanc stultitiam qui perfecte seculi sunt, voce sapientiae audire meruerunt: *Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis sue, eo-*

\* In Edit. Roin. Sixti V, nisi carnalia onera vitae, quod etiam legitur in Gilot. MSS. Anglic. et nostri habent vis, quod melius sapit.

† Norm., horum recordiam.

• In Germ. et Ed., et ad nobilitatem, omnibus aliis MSS. nostris reclamantibus.

‡ Plerique MSS. Norm., sc., Prat., Becc. et Utic., super sedes duodecim.

A debitis et vos <sup>4</sup> super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israel (*Mauth. xix, 28*). Ecce relinquentes temporalia gloriam potestatis æternæ mercati sunt. Quid itaque in hoc mundo stultius quam sua deserere? Et quid in æternitate nobilior quam cum Deo judices venire? Horum scilicet judicium nobilitas Salomone attestante memoratur, cum hoc quod jam præstatus sum dicitur: *Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ* (*Prov. xxxi, 23*). Valde quippe nobiles considerat, quos senatores vocat. Hanc in se nobilitatem Paulus aspexerat, cum cognitioni conditoris per spiritum junctus dicebat: *Genus ergo cum simus Dei, non debemus vestire auro, vel argento <sup>1</sup> aut lapidi sculpturæ artis, et cognitioni hominis divinum esse simile* (*Act. xvii, 29*). Genus videlicet Dei dicimus, non ex ejus natura editi, sed per spiritum illius, et voluntarie conditi, et adoptive recreati. Tanto ergo ad hanc nobilitatem quisque erigitur, quanto per acceptam imaginem ad similitudinem illius ex imitatione renovatur.

**42. Alia ignobilis, qua superna sapientia relinquitur.** — At contra sunt stulti et ignobiles, qui dum supernam sapientiam, semetipso sequentes, fugiunt, in sua ignorantia quasi in abjecta prolis vilitate sopiuntur. Quo enim id ad quod conditi sunt, non intelligunt, eo etiam cognitionem acceptam per imaginem generositatis perdunt. Stulti sunt ergo et ignobiles, quos ab æternæ hereditatis consortio repellit servitus mentis. Scriptum quippe est: *Omnis qui facil peccatum, servus est peccati* (*Joan. viii, 34*). Et voce egregii prædictoris dicitur: *Sapientia hujus mundi, stultitia est apud Deum* (*I Cor. iii, 19*). Qui ergo dum terrena saperent ab intima generositate repulsi sunt, stulti simul et ignobiles fuerunt. Quorum dum plerique actus imitantur, filii stultorum et ignobilium flunt; dumque eos sensibus ac moribus sequuntur, et stulti sunt, quia veram sapientiam non intelligunt, et ignobiles, quia nulla spiritus libertate renovantur. Sed hi quamvis iniquorum actus exerceant, plerique tamen in hac vita occupant loca justorum, atque eorum se filios aestimant quorum per honoris concupiscentiam officia exterius administrant. Quos sancta correptione ad cognitionem sui revocat, ut, videlicet, in pravis desideris positi, quorum sint filii D attendant. Non enim eorum sunt filii quorum loca tenent, sed quorum opera exercent. Dicatur igitur recte: *Filiī stultorum et ignobilium. Ubi apte subjungitur:*

#### CAPUT XVII.

Ibid. — *Et in terra penitus non parentes.*

**43. Stulti sunt et ignobiles, quos Deus nescire pro-**

• Gemet., Ebroic., Germ. pr., cum cognitioni.

<sup>1</sup> Laud. et Val. Cl., aut lapidibus.

§ Val. Cl., cognitionem acceptam. Plerique Norm., cognitionem. Germ. prius, cognitionem, sed ex emendatione cognitionem.

¶ Ed., quos sancta Ecclesia per correptionem ad. Secuti sumus MSS. duos Germ., Norm., Laud., Val. Cl., etc. In nonnullis Editis, et a cognitione.

*sicutur, Multi verisq[ue] cognoscendo premunt, non tangunt.* — Sicut enim plerique in terra sunt, et a cognitio[n]e hominum abjectione vilitatis sue quasi quādā superductione velaminis absconduntur, ita sunt nonnulli in Ecclesia qui dum se abjectioni pravorum operum subducunt, divino conspectui noti non sunt. Quibus et quandoque dicendum est: *Amen dico vobis, nescio deos* (*Matt. xxv., 12*). Esse ergo in terra et apparere, **657** est in fide recta per virtutem operis nobilitatem mentis ostendere. Esse vero in terra et penitus non apparere, et in Ecclesia quidem fidē consistere, sed mihi dignum fidei in opere demonstrare. Hi itaque intra sanctam Ecclesiam divinitatis oculis et videntur per judicium, et tamen per bonae viue meritum non videntur, quia ea quae confitendo tenent, vivendo non exhibent. De quibus Paulus dicit: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant* (*Tit. i., 16*). Hi in sancta Ecclesia fidem quam tenere se asservant presumunt potius quam venerantur, dum sua magis illius nomine quam ejus adipisci luera concupiscunt. [Ver. XVIII]. Electi autem dum servare fidei meritum rectis operibus curant, ad auctoris sui notitiam etiam inter reproborum tumultus appropinquant. Quod bene in Evangelio muliere sanguinis fluxu laborante signatum est, de qua cum Dominus diceret: *Quis me tetigit* (*Luc. viii., 45*)? Petrus <sup>a</sup> ratiocinando respondit: *Turbæ te comprimunt et affigunt, et dicis: Quis me tetigit?* Sed <sup>b</sup> audire causas veræ rationis meruit, cum ei Dominus dixit: *Tetigit me aliquis, nam et ego novi virtutem exisse de me.* Ecce turbæ premebant Dominum, sed tamen sola tetigit quae ad illum humiliter venit, quia nimis multi etiam in sancta Ecclesia reprobri veritatem cognoscendo presumunt, quam bene vivendo tangere negligunt. Presumunt, et longe sunt, quia divinam notitiam <sup>c</sup> professionibus sequuntur, moribus fugiunt. Premunt, inquam, sed longe sunt, quia eidem fidei, quam loquendo astruunt, <sup>d</sup> agendo contradicunt. Sicut ergo hoc testimonio docemur quia nonnulli Dominum tangendo non tangunt, ita nonnulli non videntur a Domino etiam cum videntur, quia occultis ejus obtutibus et ad damnationis supplicium apparent, et ad electionis meritum non apparent. Dicatur igitur recte: *Et in terra penitus non parentes*, quia etsi illos specie tenus Ecclesia tenuit, eos tamen intra illam conditor quasi non vidit quos ignoravit. Qui tranquillitatis tempore fiducia fidei verbo tenus tenent, quia eamdem fidem florere generaliter vident. Sed cum repentina contra illam procella adversitatis oboritur, mox ab ea negatione publica disjunguntur, et quidquid prius quasi venerantes tenuerant, contra hoc postmodum deridentes pugnant. Unde apte subditur:

<sup>a</sup> *Gemet., rationando.*

<sup>b</sup> *Val. Cl., audire rationem.*

<sup>c</sup> *Gemet., professionibus astruunt. Germ., divinam notitiam professari vocibus sequuntur.*

<sup>d</sup> *Editi posteriores, agendo male; deest male in omnibus nostris MSS.*

<sup>e</sup> *Edit., ita nonnulli videntur a Domino etiam cum non videantur. MSS. Laud., Val. Cl., Germ., Norm.,*

## CAPUT XVIII [Res. XVII].

VERB. 9. — *Nunc in formam capitum verque sum, et factus sum eis proverbiū.*

44. *Iniquis crescentibus, fides in opprobrium, et veritas in crimen erit.* — Quibus videlicet verbis illud sancta Ecclesiae tempus exprimitur, quo publice a reprobis irridetur, quando ipiquis crescentibus, in opprobrium fides, et veritas erit in crimen. Tanto quippe despectior unusquisque erit, quanto justior esse potuerit; tanto abominabilis, quanto laudabilis. Sancta itaque electorum Ecclesia afflictionis tempore proverbiū pravis efficitur, quia cum hanc mori per tormenta conspiciunt, ab eis similitudinem iudicationis sumunt. Quo enim transitorium mortem vident, sed permanentem vitam non vident; tanto magis deridendo mala praesentis fugiunt, quanto per intellectum intrisecus ad bona permanentia non pertingunt. Sed ea quae <sup>f</sup> subjuncta sunt, quia observationibus sententiis **658** implicata non sunt, debemus sub brevitate transcurrere, ut ad ea in quibus laborandum est valeamus cūtus pervenire. Sequitur:

## CAPUT XIX.

VERB. 10. — *Abominansur me, et longe fugiunt a me, et faciem meam conspiciere non verantur.*

45. *Iniquorum irrisionibus non dejicitur sed erigitur et crescit Ecclesia.* — Longe a sancta Ecclesia fugiunt omnes iniqui non possibus gressuum, sed qualitatibus morum; <sup>g</sup> longe fugiunt non loco, sed merito; dum, crescente superbia, aperte eam exprobratione contemnunt. Faciem namque ejus conspiciere est non tantum in absentia bonis detrahere, sed unumquemque justum etiam in presentia confutare. Quos tunc pravi dum aperte irridende despiciunt, in eorum contumeliis fluxa verba quasi defluentes salivas emittunt. [Ver. XIX.] Sed scit sancta Ecclesia in passionibus crescere, atque inter approbria honorabilem vitam tenere; scit nec de adversis <sup>h</sup> dejici, nec de prosperis gloriari; novit contra prosperamentum suum in dejectione sternere, novit contra adversa animum ad spem superaj culminis exaltare; scit bona sua misericordie Redemptoris, scit mala sua iustitiae tribuere judicia; quod et bona illo largiente habeat, et mala illo permittente patiat. Unde et vox de Domino subiungit, dicens:

## CAPUT XX.

VERB. 11. — *Pharetram enim suam operauit, et afficit me.*

46. *Deo permittente, licet occulte judicio, mala se perpeti novit.* — Quid per pharetram Dei, nisi occultum consilium designatur? Sagittam vero de pharetra Dominus jacit, quando de occulto consilio apertam sententiam emitit. Quia enim flagellatur quisque, cognoscimus; sed qua ex causa flagellum

*Corb. Germ., inbasimus.*

<sup>f</sup> *Norm., subjecta sunt.*

<sup>g</sup> *Germ., Utic. et Turon., longe sunt. Ultraque lectio est in Corb. Germ., ubi tamen fugiunt præfertur.*

<sup>h</sup> *MSS. habent, deici, hic et alibi; ut infra, de pharetra Dominus cicit, pro jacit.*

veniat, ignoramus. Cum vero post flagella vita cor-  
rectio sequitur, etiam ipsa consilii virtus aperitur.  
Pquaretra igitur clausa est consilium occultum. Sed  
aperta pharetra affligimur, quando per id quod post  
flagellum sequitur quo consilio flagellamur videmus.  
Cum peccata Dominus videt, et tamē manum ad  
viadictam nos commovet, quasi clausam pharetram  
temet, sed feriendo indicat quantum ei in nobis dis-  
plicuit hoc quod diu videndo toleravit. Sancta ita-  
que electorum Ecclesia tribulationibus pressa dicat;  
*Pharetram enim suam aperuit, et afflxit me.* Quae ad-  
versariorum voces insolentes sustinens, dum cernit  
quod ejus prædicatio non admittitur, quorundam  
dariam deserens, prædicationis sua verba moder-  
ratur. Perpendens etenim persecutores suos ad exhorta-  
tionis sue vocem deteriores existere, magis eligit  
tacere. Cumque indignos qui audiant conspicit, præ-  
dicationem suam obducto silentio astrigit. Unde  
apte subjungit:

## CAPUT XXI.

Ibid. — *Et frenum posui in os meum.*

47. A prædicatione feriendum est, cum si qui ver-  
bum Dei excipiunt, inde pejores sint. — Frenum sibi  
apud quosdam positum cognoverant, qui dicebant:  
*Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, a sed quo-  
ciam repellitis illud, et indignos vos judicatis aeterna-  
vitæ, ecce convertimur ad gentes* (Act. xiii, 46). Fre-  
num silentii sibi superimpositum sancti viri apud  
dura reproborum corda conspiunt, qui per Pro-  
phetam dicunt: *Quomodo cantabimus canticum Do-  
mini in terra aliena* (Psal. cxlvii, 4)? Frenum poni  
etiam Paulus admonuit, qui discipulo præcepit, di-  
cens: *Eæreticum post primam et secundam correptionem  
devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est,  
a delinquit proprio judicio condemnatus* (Tit. iii, 10).  
Sancti quippe doctores 659 plerumque alta consi-  
deratione resistantium corda conspiunt, et dum ea  
derelicta divinitus vident, afflitti genentesque conti-  
cessunt. An non aliquando frenum Salomon docto-  
ribus imponit, qui dicit: *Noli arguere derisorem, ne  
oderis te* (Prov. ix, 8). Sed si ab increpatione idecirco  
reticemus, quia contra nos insurgere derisoris odia  
formidamus, non jam lucra Dei, sed nostra quæri-  
mus. Quia in re sciendum est quod nonnunquam  
eum redarguuntur pravi, deteriores existunt. Ipsi ergo  
et non nobis parcimus, si ab eorum redargu-  
tione pro eorum amore cessamus. Unde necesse est  
ut aliquando toleremus tacendo quod sunt, quatenus  
in nobis discant bene vivendo quod non sunt. Quia  
igitur sancta Ecclesia, quæ verba sua semper per  
charitatem exerit, ea etiam nonnunquam ex chari-  
tate restringit, dicat: *Frenum posui in os meum.* Ac  
si aperte fateatur, dicens: *Quia in quibusdam pro-  
vectum non vidi prædicationis, ab eis impetum tem-  
peravi, ut vitam meam saltum per patientiam disce-*

\* Gemet., Gerin. ac plur., sed quoniam reputatis  
illud, et indignos vos judicasti.

<sup>a</sup> Ita plerique MSS. et vet. Ed., quibus contradic-  
tunt Germ. et posteriores Ed., detracta negatione.

\* Corb. Germ. et Ed., discant videndo. Gilot. ta-

rent, cum verba mea admittere per oblatam prædi-  
cationem nollent. [Vet. XX.] Sed plus nobis hoc  
plerumque in tribulationibus dolet, quod eas ab illis  
patimur, in quibus germano amore confidebamus.  
Unde et subditur:

## CAPUT XXII [Rec. XVIII].

vers. 12. — *Ad dextram orientis calamitates meas  
illico surrexerunt.*

48. Pro sinistra gentiles, pro dextera Judæi intel-  
ligendi. — Ad sinistram quippe calamitates surge-  
rent, si a quibuslibet extra religionem positis, et  
aperte Christum negantibus, persecutionis adversa  
sustineret. Cum vero ab aliquibus quasi fidelibus ten-  
tationem cruciamentorum patitur, quasi ad dexteram  
illi calamitates oriuntur, quia bi qui sub Christi no-  
mine militant Christi in ea nomen impugnant. Ipso  
enim locutionis usu pro dextro habere dicimus  
quod pro magno pensamus, pro sinistro vero id  
quod despiciimus; quod Zacharias aperte insinuat,  
dicens: *Et ostendit mihi JESUM sacerdotem magnum,  
stantem coram angelo Domini, et Satan stabat a de-  
stris ejus, ut adversaretur ei* (Zach. iii, 1). Qui ut pa-  
tentius hoc quod præmisit ostenderet, secutus adjun-  
xit: *Et dixit Dominus ad Satan: Incepit Dominus  
in te, Satan, qui elegit Jerusalem. Nunquid non est  
iste torris erutus de igne? Et Jesus induitus erat vesti-  
bus sordidis* (Ibid., 2). Sordidis enim vestibus Jesus  
indutus erat, quia quamvis alienus ab omni pec-  
cato, tamen in similitudinem venit carnis peccati.  
Cui vententi Satan a dextris stetit. Pro magno nam-  
que Dominus Judaicum populum, et pro nihilo  
gentes habere videbatur. Sed postquam incarnatus  
apparuit, gentilitas quæ pro sinistro habita fuerat  
credidit; Judaicus vero populus ad perfidiam deeli-  
navit. Satan ergo illi a dextris stetit, quia illum  
ei populum rapuit, qui dudum dilectus fuit. Sed  
quia ipse Judaicus populus, modo perditus, in fine  
est quandoque crediturus; propheta testante, qui  
ait: *Reliquæ salvæ fient* (Isa. x, 21), Satan a de-  
stris suis Dominus reinvovet, dicens: *Incepit Domi-  
nus in te, Satan* (Zach. iii, 1). Et ejusdem populi  
liberationem indicans, subdit: *Quia elegit Jerusalem* (Ibid., 2). Qui nimurum populus, quia ad gehennæ  
incendia, perfidia duce, defluebat, sed 660 dum  
ad fidem reducitur ab eodem æterni ignis incendio  
liberatur, statim de eo illie subditur: *Nunquid non  
est iste torris erutus de igne?*

49. Et Ecclesiæ fidem sectantes, a quibus ipsa ali-  
quando vim patitur. — Sicut ergo illie pro dextra  
plebs Judaica, ita hoc in loco dextræ vocabulo fide-  
lis populus sanctæ Ecclesiæ designatur. Unde et  
venturus iudex hædos ad sinistram, agnos ad dexte-  
ram penet (Matth. xxv, 33). Sed cum sanctam Ec-  
clesiam adversitatis tempore ipsi quoque lacescant  
qui fides esse videbantur, ei procul dubio calami-  
men annotavit nostram lectionem in margine, ex-  
statque tam in Anglie. Mas. quam in alia nostra.

<sup>a</sup> Germ., Utic., Corb. Germ., Rec. et plur.,  
dicimur.

\* Idem, induitus dicitur.

tates ad dextram surgunt. [Vet. XXI.] Bene autem hæc ipsa dextra Orientis vocatur. De ipso quippe ejusdem capite scriptum est: *Oriens est nomen ejus* (Zach. vi, 12). Nam quia ab Oriente lux surgit, recte Oriens dicitur cuius justitiae lumine nostræ in justitiae nox illustratur. Ad Orientis ergo dextram calamitates surgunt, quia hi quoque ad persecutionem prosiliunt, qui electa membra Redemptoris nostri esse credebantur.<sup>b</sup> Quas videlicet calamitates recte illico asserit surgere, quia dum non erant extranei qui persecuntur, ab eis repente mala et illico flunt. Si vero dextra hi qui veraciter fideles sunt appellantur, calamitates ad dextram Orientis surgunt, quia crumpente persecutionis articulo, crudeles pravorum impetus justi patiuntur. Sequitur:

#### CAPUT XXIII [Rec. XIX].

*Ibid. Pedes meos subverterunt, et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis.*

50. *Ejus extrema membra quasi pedes quandoque subvertuntur.* — Quid per pedes Ecclesiæ, nisi extrema illius membra signantur? Quæ dum ad opera terrena deserviunt, tanto celerius ab adversariis falli possunt, quanto sublimia minus intelligent. Hos itaque pedes adversarii subvertunt, videlicet cum extrema membra illius ad sui dogmatis errorem trahunt. Subversi pedes viam tenere nequeunt, cum infirmi quique persecutorum suorum vel promissionibus persuasi, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, ab itinere recto deviant. Bene autem adversariorum semitæ fluctibus comparantur, cum dicitur: *Et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis,* quia scilicet vita pravorum insolenti inquietudine molesta ad obruendam, ut ita dixerim, navem cordis quasi tempestas illabitur. De qua videlicet tempestate per Salomonem dicitur: *Quasi tempestas transiens non erit impius* (Prov. x, 25). Cumque infirmus quisque perversos florere conspicit, hunc in perversitatibus pelagus unda miseræ imitationis merget. Sequitur:

#### CAPUT XXIV.

*Vers. 43. — Dissipaverunt itinera mea, insidiae sunt mihi, et prævaluerunt, et non fuit qui ferret auxilium.*

51. *Occultis hostium insidiis ejus viæ dissipantur, Deo ad tempus utiliter deserente.* — Dicat hæc beatus Job de malignis spiritibus, videlicet hostibus occultis; dicat universa Ecclesia de pravis consequentibus, scilicet adversariis apertis. Ipsi quippe ejus itinera

<sup>a</sup> Editi recent., nostræ justitiae. <sup>1</sup> Land. et Val. Cl., cuius justitia nox illustratur, omissis cæteris. Alter Laud. deficit usque ad xxx librum Moral. Secuti sumus MSS. Corb. Germ., Anglic., uno tantum exceptio. Norman. omnes, Turonensem, Germ. et alios plur., ad quos facte sunt veteres omniae Editiones. Utic., pro illustratur, habet illuminatur.

<sup>b</sup> Idem poster. Ed., juxta quam videlicet calamitates. Nostra lecio est MSS. Corb. Germ., Vindoc., Turon. et aliorum supra laud., quibus consentiunt antiqui. Excusi.

\* Turon. et plur. Norm., semitis meis; sed mendose.

A dissipant, cum in quorundam infirmorum mentibus, veritatis vias callida persuasione perturbant. Ipsi insidiantes prævalent, cum eos quos aperte ad malum trahere nequeunt, bona simulando pervertunt. Sed mirum valde est quod subbjicit: *Non fuit qui ferret auxilium*, cum de divino adjutorio Psalmista clamet: *Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione* (Psal. ix, 10); **661** et: *Sperent in te, qui neverunt nomen tuum, quoniam non derelinques querentes te, Domine.* Et cum rursum scriptum sit: *Quis speravit in Domino, et confusus est; permanxit in mandatis ejus, et derelictus est?* Et quis invocavit illum, et despexit eum (Eccli. ii, 41, 42)? Qua itaque ratione nunc dicitur: *Non fuit qui ferret auxilium, nisi quia omnipotens Deus eos quos in æternum diligit aliquando ad temporis relinquit?* Unde scriptum est: *Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui* (Isai. LIV, 7). Hinc etiam Psalmista deprecabatur, dicens: *Non me derelinquas usquequaque* (Psal. cxviii, 8). Dereliqui igitur sese ad modicum posse utiliter neverat, qui ne usquequaque relinquerepetebat. Sanctos etenim suos Dominus veniendo adjuvat, relinquendo probat; donis firmat, tribulationibus tentat. Unde recte quoque per quemdam sapientem dicitur: *In primis elegit eum, timorem et metum et probationem et inducit super illum, et excruciat illum in tribulatione doctrinæ sue, donec tentet illum in cogitationibus illius* (Eccli. iv, 18). Justi quippe animam gratia vocat, tentatio interrogat. Et omnipotens Deus electorum suorum adversarios temporaliter permittit excrescere, ut per malorum saevitiam purgetur vita bonorum.

52. *Utilitati justorum militat etiam potestas pravorum.* — Nunquam quippe Dominus adversos bonis esse permitteret, nisi etiam quantum prodescent videret. Nam dum injusti saeviunt, justi purgantur, et utilitati innocentium militat vita pravorum, dum banc et premando humiliat, et humiliando semper ad melius format. Unde recte quoque per Salomonem dicitur: *Qui stultus est, serviet sapienti* (Prov. xi, 29). Et tamen saepè conspicimus sapientes subesse, stultos vero arcem dominii tenere; sapientes serviliter obsequi, stultos tyrannica elatione dominari. Quomodo igitur definitione<sup>1</sup> divinae sententiae sapienti stultus servit, dum plerumque hunc jure temporalis dominii comprimit? Sed sciendum est quia contra

<sup>a</sup> Norm., Corb. Germ., Val. Cl., Germ. et Laud., deviantur.

\* Gemet., itinera sua.

<sup>f</sup> In Val. Cl., Germ., Norm., Corb. Germ. et plur., in te omnes qui.

<sup>g</sup> Germ., Val. Cl. et plur. Norm., inducit... excruciat illum; totus hic Ecclesiastici contextus et verba sancti Gregorii usque ad hæc verba, unde recte... qui stultus est, desunt in MSS. Corb. Germ.

<sup>h</sup> Ita Germ., Bellov., Vindoc., Laud., Val. Cl., Norm. Editi vero, adversus bonos eos saevire permitteret.

<sup>i</sup> Ebroic., Gemet. et alii, divinae sapientie.

sapientis vitam, dum stultus præminens terrorem potestatis exercet, dum hunc laboribus fatigat, contumelias lacerat, profecto hunc ab omni vitiorum rubigine urendo purgat. Stultus ergo sapienti etiam dominando servit, quem ad meliorem statum premendo provehit. Sic nonnunquam<sup>a</sup> pupillis dominis ad disciplinæ magisterium servi præsunt, terrent, premunt, feriunt, et tamen esse servi nullo modo desistunt, quia ad hoc ipsum ordinati sunt, ut proficiuntibus dominis, etiam feriendo famulentur. Quia igitur mala reproborum bonos, dum cruciant, purgant, utilitati justorum militat etiam potestas iniquorum. Sed plerumque justi tribulatione<sup>b</sup> deprehensi, tardam manum subvenientis aestimant, cum se persequentium immunitas paulo longius angustat. Et concita quidem sunt ereptoris remedia, sed hoc quid ab ereptore citius agitur, dolenti tardum videtur. Cumque adesse postulationi auxilium queritur, si vocem non statim sequitur, quia desit aestimatur. Unde dicitur: *Et non fuit qui ferret auxilium.* Qua videlicet in voce ipsa vis passionis exprimitur, quia supernum auxilium, etsi adest quantum ad ordinatam providentiam **662** protectoris, deesse tamen creditur quantum ad concita vota patientis. Sequitur:

## CAPUT XXV [Vet. XXII, Rec. XX].

**VERS 14.** — *Quasi rupio muro et aperta janua irruunt super me, et ad meas miseras devoluti sunt.*

53. *Lugendus animæ status, quando in eam hostes irruunt, rupio fidei muro, vel destructa disciplinæ maceria.* — Quid hoc loco muri nomine nisi Redemptor humani generis appellatur? De quo pro sanctæ Ecclesiæ ædificatione per prophetam dicitur: *Ponetur in ea murus et antemurale* (*Izai. xxvi, 1*). Ipse enim nobis murus est, qui ad corda nostra pertingere malignorum spirituum cursum veiat. Qui nostræ quoque fidei etiam antemurale posuit, quia priusquam se per carnem ostenderet prædicatores sui mysterii prophetas misit. Recte quippe antemuralis nomine vocantur, quia dum subsequentem prædicaverunt Dominum, quasi ante murum steterunt. Sed quasi murus rumpitur cum pravorum persuasionibus fides quæ in Redemptore nostro est in quorundam corde dissipatur. Cumque perversis in hac vita potestas tribuitur, quid aliud quam janua erroris aperitur? Quasi rupio ergo muro, et aperta janua, super bonos irruunt mali, cum accepta temporaliter potestate, perversi ipsa quoque in quorundam corde destruere munimina fidei conantur. De quibus apte dicitur: *Et ad meas miseras devoluti sunt, quia videbilest prius ad suas.* Nisi enim perverse vivendo, ad suas ante miseras caderent, nequaquam ad eas postmodum et alios suaderent. Sed post suas reprobi et ad nostras miseras devolvuntur, quando ad ea

<sup>a</sup> Plur., pupillis domini. Melius dominis, cum paulo post legamus ut proficiuntibus dominis.

<sup>b</sup> Vindoc. et Val. Cl., depresso.

<sup>c</sup> Gemit., negligentius.

<sup>d</sup> Ita Germ., Bellov., Turon., Laud., Val. Cl., Corb. Germ. et Norin. At prius Editi, *Nam quia de-*

*mala in quibus jam ipsi impicati sunt etiam quosdam nobis unitos trahunt.*

54. Potest quoque intelligi muri nomine munitio disciplinæ; Salomone attestante, qui ait: *Per agrum hominis pigri transivi, et per vineam viri stulti; et ecce totum repleverant urticæ, operuerant superficiem ejus spinæ, et maceria lapidum destructa erat* (*Prov. xxiv, 30*). Per agrum enim hominis pigri atque per vineam viri stulti transire est cuiuslibet vitam<sup>e</sup> negligenter inspicere, ejusque opera considerare. Quam urticæ, vel spinæ replent, quia in corde negligentiu[m] pru- rientia terrena desideria et punctiones pullulant vitiorum, quippe quia scriptum est: *In desideriis est omnis otiosus* (*Prov. xxviii, 19, sec. LXX*). Maceria lapidum destructa erat, id est, disciplina patrum ab ejus corde dissoluta. <sup>f</sup> Nam quia destruta maceria lapidum, dissolutam esse disciplinam vidit, protinus illuc secutus adjunxit: *Quod cum vidissæm, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinam* (*Prov. xxiv, 32*). Quasi rupto ergo muro hostis ingreditur, cum vel malignorum spirituum, vel pravorum hominum persuasione callida, disciplinæ munimina in corde dissipantur. Sed cum ejusdem disciplinæ vigor in corde reproborum solvitur, ante eorum oculos cuncta honorum opera despectui habentur, nihilque esse aestimant quidquid de virtutibus electorum vident. Unde et subditur :

## CAPUT XXVI.

**VERS 15.** — *Redactus sum in nihilum.*

**C** 55. *Despectis veris bonis, carnales fluxis, cum quibus pereant, innituntur.* — Apud aestimationem quippe malorum in nihilum redigimus, quando ea quæ ipsi quasi summa diligunt bona temporalia non tenemus. Despectis namque supernis promissionibus, terrena desiderant; et si quando in eorum mente aliquid de appetitu æternitatis oritur, suborta citius transitoria **663** delectatione dissipatur. Unde et statim subjunxitur :

*Ibid. — Abstulisti quasi ventus desiderium meum.*

Fidelis quippe populus se pati denuntiat, quod eos quos diligit pati dolet. Ventus ergo desiderium tollit, cum res quælibet transitoria æternitatis appetitum destruit. Unde adhuc congrue subinfertur :

*Ibid. — Et velut nubes pertransiit salus mea.*

**D** Nubes quippe in alto eminet, sed hanc ad cursum status impellit. Sic nimirum, sic sunt temporalia iniuriorum bona. Velut in alto quidem per honoris, celitudinem degere videntur; sed ad cursum vitæ quotidie, quasi quibusdam mortalitatis suæ flatibus impelluntur. Salus ergo ut nubes transit, quia perversorum gloria, <sup>f</sup> quo alta est, fixa non est. Sed expletis desideriis actibusque infirmantium, ad electorum vocem sermo convertitur, cum protinus subinfertur :

*structam maceriam lapidum dissolutam, etc.*

<sup>g</sup> Recent. Excusi, abstulit, contra MSS. fidem, et repugnantibus vet. Ed. necnon textu Hebraico et Vulgata.

<sup>h</sup> Ed., quo alta est, elegantius legitur in MSS. quos expressimus, quo alta est. Germ., quo apta est.

## CAPUT XXVII.

**VERS. 16.** — *Nunc autem in memetipsa marcescit anima mea, et possident me dies afflictionis.*

**56.** *Nunc in se marcescunt electi, sed in Deo virent.* — Electorum quippe anima nunc marcescit, quia in illa postmodum æterna exsultatione viridescit. Modo eos dies afflictionis possident, quia dies lætitiae post sequuntur. Scriptum quippe est : *Timenti Deum bene erit in extremitate* (Eccli. 1, 13, 19). Et rursum de Ecclesia dicitur : *Ridebit in die novissimo* (Prov. xxxi, 25). Nunc enim tempus afflictionis est bonis, ut sequatur eos exsultatio quandoque sine tempore. Hinc ab eis alias dicitur : *Humiliasti nos in loco afflictionis* (Psalm. xlvi, 28). Locus namque afflictionis est vita præsens. Justi ergo hic, id est in loco afflictionis, humiliati sunt, quia in æterna vita, id est in loco gaudii sublimantur. Cum vero marcescere animam dicaret, recte etiam præmisit, *In memetipsa*, quia in nobismetipsis quidem à afflictione, sed in Deo mens nostra resovetur; tantoque a viriditate gaudii longe fit, quanto adhuc ab auctoris repulsa lumine à ad se recedit. Tunc vero ad veræ lætitiae viriditatem pervenit, quando per æternæ contemplationis gratiam sublevata etiam semetipsam transit. Sed hæc quæ allegoria indagatione transcurrimos, oportet ut per omnia etiam juxta historiam teneamus. Quæ tamen nunc idcirco prætero, quia hæc aperta esse legendibus non ignoro. Diebus autem persecutionis ultimæ, quia <sup>a</sup> multi sunt qui pereunt, et pauci qui salvantur; idcirco vir sanctus passionis suæ tempore et pauca de bonis, et multa de perversis loquitur. Unde et mox ad eorum personam qui corrunt, verba convertit; sicque sua insinuat, “ut cadentibus possint congruere quæ narrat. Nam sequitur

## CAPUT XXVIII [Rec. XXI, Vet. XXIII].

**VERS. 17.** — *Nocte os meum perforatur doloribus, et qui me comedunt non dormiunt.*

**57.** *Sæviente persecutione, fortes et qui in corpore Ecclesie sunt velut ossa deficiunt.* — Si ipsi historiæ intendimus, patet causa, quoniam sancti viri corpus per sinus ulcerum scaturiens vermium multitudine lacerabat. Si vero allegoria mysterium perscrutamur, quid per ossa nisi fortes quicunque in sanctæ Ecclesie corpore designantur? **664** Qui quasi suo robore membra continent, dum mores infirmantium stabiliter portant. Sed cum tribulationis ultima contra eam servor excreverit, in nocte os illius perforatur doloribus, quia nonnunquam tormentis victi, etiam ipsi ad perfidiam defluunt, qui ad fidem alios tenere vi-

<sup>a</sup> Becc., Utic. et plur., *timenti Dominum.*

<sup>b</sup> Sic Prat., Corb., Germ., Gemet., Turon., Val. Cl. et Germ. In Laud., *affligitur*. Vet. Editi, *afficimur*; poster., *affigimur*.

<sup>c</sup> Ita MSS. et antiqu. *Excusi.* At recent. habent, *ad se redit.*

<sup>d</sup> Nonnulli, *multi qui pereunt, pauci sunt, etc.*

<sup>e</sup> *Excusi, ut audientibus.* Corb., Germ., Vindoc., Turon., Germ., Laud., Val. Cl., Norm., nostram lectio nem præseferunt; quam in marg. Gilot. annotavit.

<sup>f</sup> Ita Anglic., Val. Cl., Pratell. et alii plurimi; sicque legendum constat, tum ex loco Job qui expli-

A debantur. Ait ergo : *Nocte os meum perforatur doloribus.* Ac si aperte dicat : Tribulationis tenebris pressi, ita afflictione à terebrantur, ut et ipsi qui in me habebant vigorem fortitudinis, quasi jam quoddam habeant foramen timoris. Bene autem dicitur : *Et qui me comedunt non dormiunt*, quia maligni spiritus, qui carnales quosque de Ecclesia consumunt, tanto magis quiescere a tentatione nesciunt, quanto nullo carnis pondere gravantur. Sed persecutores sanctæ Ecclesie quia valde perversi sunt, essent utinam pauci. Sequitur :

## CAPUT XXIX [Rec. XXII].

**VERS. 18.** — *In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, et quasi capito tunica succinxerunt me.*

**B** **58.** *Qui Ecclesie velut vestimentum adhaerent, non nunquam ab ea, vi tormentorum, separantur.* — Si historiæ intendimus, quid aliud vestimentum beati Job quam ejus corpus accipimus? cuius videlicet vestimentum consumitur dum caro cruciatur. Juxta allegoriæ vero mysterium, vestimentum est sanctæ Ecclesie fidelium vita. Nam sicut tota simul Ecclesia vestimentum Christi, ita fideles quicunque ejusdem Ecclesie vestimenta deputantur. Si enim sancta Ecclesia vestimentum Christi non esset, Paulus profecto non diceret : *Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam & neque rugam* (Ephes. v, 27); id est, nec per peccatum habentem maculam, nec per duplicitatem rugam, quia et per justitiam munda est, et per simplicem intentionem à tensa. Quæ igitur abluta est ne habeat maculam, tensa est ne habeat rugam, utique vestis est. Sicut ergo indumentum Christi tota generaliter Ecclesia dicitur, sic indumentum sunt Ecclesie singulorum animarum, quæ ab errore conversæ eamdem Ecclesiam credendo eique fideliter inhærendo circumdant. De quibus eidem Ecclesie per prophetam Dominus dicit : *Vivo ego, quia omnibus his velut ornamento vestieris* (Isai. XLIX, 18). Sed cum procella sævæ persecutionis oboritur, plerique fidelium ab ejus amore separantur, qui ei sedulo inhærente videbantur. Dicat ergo : *In multitudine eorum consumitur vestimentum meum*, quia dum multi sunt qui cruciant, destruuntur plurimi qui ei connexione amoris inhærebant.

**D** **59.** *Reprobi vitam fidei et prædicationis vocem, in Ecclesia extinguere conantur.* — Bene autem subditur : *Et quasi capito tunica succinxerunt me.* Tunica quippe capitium collum circumdat induentis. Collum vero si stringitur, vocis usus et vitalis status necatur.

catur : *os meum perforatur, tum ex his verbis : quasi jam quoddam habeant foramen timoris.* Alludi videlicet sanctus Gregorius ad superiorum vocem tenebratur seu perforatur. In Edit. Barthol. 1494, Paris. 1495, Gilot., Vatic., Gussauv., legimus tenebrantur. In Paris. 1518 et Basil. 1514, crassiori errore, tenebrantur. Germ. et Corb. Germ. habent tenebrantur.

<sup>a</sup> Al., aut rugam.

<sup>b</sup> Sic legitur non solum in MSS., sed etiam in Vet. Edit., alii habentibus tersa, nec recte, ut ex his verbis patet : *quæ igitur abluta est, ne habeat maculam, tensa est ne habeat rugam, ubi tò terebra iniquam congruit.*

Sanctam ergo Ecclesiam reprobri quasi capitio tunicae constringunt, quia in ea persecutionibus suis vitam fidei, et prædicationis vocem extinguere conantur. Hoc quippe conari persecutores ejus specialiter splent, ut ab ea ante omnia verbum prædicationis tollant. Unde et hi qui sancte fidei primordiis resistebant, cæsis Apostolis denontiabant, dicentes : *Præcipiendo præcepimus vobis ne duceretis in nomine iste, et 685 ecce repletis Jerusalem doctrina vestra* (Act. v., 28). Corpus ergo sanctæ Ecclesiæ quasi capitio tunicae cinxerant, qui constrictis prædicatoribus, velut ejus collum prementes, in ea claudere iter vocis volabant. Sed electi quique persecutionis suæ tempore paratiores sunt mori quam tacere. Qui dum in morte corporaliter corruunt, a stultis quibusque et carnalibus despici ac viles astimantur, quia cum videre B reprobi nequeunt quæ electi bona spiritualiter teneant, quos carnaliter extingui conspiciunt, infelices arbitrantur. Unde et subditur :

## CAPUT XXX.

VRS. 19. — *Comparatus sum luto, et assimilatus sum favilla et cineri.*

60. *Hanc tanquam lutum, favillam et cinerem conculcant.* — In reproborum quippe judicio, sancta electorum Ecclesia luto comparatur, quia temporaliiter conculcata despicitur. Faville assimilatur et cineri, quia dum bona ejus interiora non vident, ad sola hanc mala pervenisse testimoniū, quæ in ea exhiberi corporaliter vident. <sup>C</sup> Fidelis autem electorum populus, cum multos ex se cadere conspicit, optat, si obtinere valeat, adversitatis suæ tempora mutari. Hujus quia oratio differtur, gemitus augetur, Unde adhuc subditur :

## CAPUT XXXI. [Ver. XXIV].

VRS. 20. — <sup>b</sup> *Clamabo ad te, et non escudies; sto, et non respici me.*

61. *Ecclesia liberari postulans oratio non continuo exauditur. Qua ratione.* — Sancta quippe Ecclesia persecutionis suæ tempore fide stat, desideris clamat. Sed dolet se quasi non respici, dum sua videt in tribulationibus vota differri. Alio namque consilio omnipotens Deus, cum sancti ejus adversariorem persecutionibus comprimitur, eumque assiduis ut liberentur interpellationibus clamant, differre solet voces potentium, ut merita patientium crescant, quatenus eo magis exaudienser ad meritorum, quo cœlius non exaudiuntur ad votum. Unde alias scriptum est : *Deus tuus, clamabo per diem, nec escudies, et nocte* (Psal. xxi, 5). Atque ipsa utilitas de exau-

<sup>a</sup> Ita melius MSS. quam Editi, in quibus legitur *fodini lamen.*

<sup>b</sup> Recent. Ed. *clamo... et non escudies.* Sequimur MSS. Germ., Bellov., Laud.. Val. Cl., Norm. Corb. Germ. ac Edit. antiquissimas.

<sup>c</sup> Hinc liquet ad mentem sancti Gregorii librum Job inter Arabes commorantis prius arabice scriptum fuisse. Cæterum Job in Arabia vixisse constat; hinc vicini Sabæi in ejus domum irruerunt, Job 1, 15. Moyses autem diu commoratus apud Madianitas, qui Arabibus accensentur, totam historiam didicit. Vide infra, l. xxxv, cap. olim 13, nunc num. 45.

A diendi mora mox subditur, cum illic protinus subinfertur : *Et non ad insipientiam mihi* (*Ibid.*). Ad multiplicandam quippe sanctorum sapientiam proficit quod postulata tarde percipiunt, ut ex dilatione crescat desiderium, ex desiderio intellectus augatur. Intellectus vero cum intenditur, ejus in Deum ardenter affectus aperitur. Affectus autem ad promerenda celestia tanto fit capax, quanto fuerit expectando longanimis. Sed tamen inter haec sanctorum patientiam dolor urget ad vobem, et cum dilatè proficiunt, metuant ne deficienteibus viribus despici reprobentur. Sequitur :

## CAPUT XXXII [Rec. XXXIII].

VRS. 21. — *Mutatus es mihi in crudelē, et in duritia manus tuæ adversaris mihi.*

62. *De Deo nihil dignum dicens aut cogitare possumus.* — Longe ab hac sententia vetus translatio dissonat, quia quod in haec de Deo dicitur, hoc in illa de adversariis ne persecutoribus memoratur. Sed tamen quia haec nova translatio ex Hebreo nobis <sup>a</sup> Arabicoque eloquio exacta verius transfusione prohibetur, credendum est quidquid in ea dicitur, et reportet ut verba illius nostra expositio subtiliter rimetur. Aut ergo : *Mutatus es mihi in crudelē, et in duritia manus tuæ adversaris mihi.* <sup>686</sup> In Scriptura sancta cum de Deo aliquid indignum dicatur, moveatur legeatis animus, velut si aliquando de Deo <sup>d</sup> aliiquid dignum dicatur. Pene omnes quippe quæ de Deo dicuntur, eo ipso jam indignum est, quo potuit dici. Nam cajus laudi non sufficiat obstupescere conscientia, quando sufficiet loquens lingua? Sanctus auctor Spiritus hoc ipsum hominibus intelligentibus insinuans, quæ sint ineffabilia summa <sup>c</sup> et divina, his etiam verbis nonnunquam de Deo utiliter quæ apud homines habentur in usu, ut ex his quæ indigna videntur hominibus, et tamen dicuntur de Deo, admoneantur scire homines quod nec illa jam Deo digna sint quæ, dum digna habentur apud homines, digna putantur Deo.

63. *Quæ sensu dicatur zelari, irasci, peccare, miserari, praescire. Deo nihil præteritum est aut futurum.* Res non ideo videntur a Deo quia sunt, sed ideo sunt quia videntur. <sup>D</sup> Dicitur enim Deus zelans, sicut scriptum est : *Dominus zelotes nomen ejus* (Exod. lxxix, 14). Dicuntur iratus, unde scriptum est : *Iratus est Dominus contra Israhel* (Num. xxii, 13). Dicuntur Deus peccantis, sicut scriptum est : *Ponite me fecisse hominem super terram* (Genes. vi, 7). Et rursus : *Ponite me quod constituerim Saul regem in Israhel* (*I Reg. xv,*

<sup>a</sup> Restituiimus hunc locum ex MSS. Anglic., Norin., Laud., Bellov., etc., cum prius legeretur, in Gilot., Vatic., Gussav., <sup>b</sup> aliquid indignum. Ita tamen legitur in Germ. et Corb. Germ. Lectionem nostram confirmat integer contextus, ex quo liquet mentein sancti Doctoris esse ostendere mortales nihil de Deo cogitare vel loqui posse tantu majestate dignum.

<sup>c</sup> Omniuitur conjunctiva particula in plur., legiturque, *summa divina.* Germ., *summa etiam verba divina, nonnunquam de Deo utiliter.*

<sup>d</sup> Deest super terram in Geomet. et plerisque.

<sup>e</sup> Laud., regem Israel.

11). Dicitur misericors, sicut scriptum est : *Misericors et miserator Dominus, patiens et multum misericors* (Psal. LXXXV, 15). Dicitur præscivus, sicut de illo ait Apostolus : *Quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui* (Rom. VIII, 29); dum nec zelus, nec ira, nec pœnitentia, nec proprie misericordia, nec præscientia esse possit in Deo. Hæc namque omnia ab humanis in illum qualitatibus tracta sunt, dum ad nostræ infirmitatis verba descenditur, ut, quasi quibusdam nobis gradibus factis, et juxta nos positis, per ea quæ nobis vicina conspicimus ad suum ejus ascendere quandoque valamus. Zelari enim dicitur qui cum cruciatu mentis castitatem custodit uxoris. Irasci dicitur qui fervore animi contra puniendum vitium accenditur. Pœnitere dicitur cui id quod fecit displicet, et e contra mutando aliquid aliud facit. Misericors dicitur qui pietate ad proximum permovetur. Misericordia autem a misero corde vocata est, eo quod unusquisque intueatur quemplam miserum, atque ei compatiens, dum dolore animi tangitur, ipse cor miserum facit, ut eum a miseria liberet cui intendit. Præscire dicitur qui unquam rem antequam veniat videt, et id quod futurum est priusquam præsens fiat prævidet. Deus ergo quomodo zelans est, qui in custodienda castitate nostra nullo mentis cruciatus tangitur? Quomodo irascitur, qui in ulciscendis vitiis nostris nulla perturbatione animi cominovetur? Quomodo est pœnitens, qui id quod semel fecerit se fecisse nequaquam dolet? Quomodo habet misericordiam, qui cor nunquam miserum habet? Quomodo est præscivus, dum nulla nisi quæ futura sunt præsariantur? Et scimus quia Deo futurum nihil est, ante cujus oculos præterita nulla sunt, præsentia non transeunt, futura non veniunt, quippe quia nonne quod nobis fuit et erit, in ejus conspectu præsto est; et omne quod præsens est, scire potest potius quam præscire. Et tamen dicitur zelans, dicitur iratus, dicitur pœnitens, **687** dicitur misericors, dicitur præscivus, ut quia castitatem animæ uniuscujusque custodit, humano modo zelans vocetur, quamvis mentis cruciatu non tangatur. Et quia culpas percudit, dicitur irasci, quamvis nulla animi perturbatione moveatur. Et quia ipse immutabilis id quod voluerit mutat, pœnitere dicitur quamvis rem mutet, consilium non mutet. Et cum miseria nostra subvenit, misericors vocatur, quamvis miseria subveniat, et cor miserum nonquam habeat. Et quia ea quæ nobis futura sunt videt, quæ tamen ipsi semper præsto sunt, præscivus dicitur, quamvis nequaquam futurum prævideat, quod præsens videt. Nam et quæque sunt, non in æternitate ejus ideo

A videntur quia sunt, sed ideo sunt, quia videntur. Dum ergo ad verba immutabilitatis nostræ descenditur, ex eis quibusdam gradibus factis ascendat qui potest ad incommutabilitatem Dei, ut videat sine zelo zelantem, sine ira irascentem, sine dolore et pœnitentia pœnitentem, sine misero corde misericordem, <sup>d</sup> siue prævisionibus præscientem. In illo enim nec præterita, nec futura reperiri queunt, sed cuncta mutabilia immutabiliter durant, et quæ in seipsis simul existere non possunt, illi simul omnia assistunt, nihilque in illo præterit quod transiit, quia in æternitate ejus modo quodam incomprehensibili, cuncta volumina sæculorum transeuntia manent, currentia stant.

[Vet. XXV.] 64. *Deus crudelis videtur, quando, et si justè feriendo, non parcit.* — Sicut ergo accipimus sine zelo zelantem, sine ira irascentem, ita a sancto viro etiam sine crudelitate dici potuit crudelis. Crudelis quippe dicitur qui districte feriendo non parcit, ut videlicet hoc loco crudelis districte feriens possit intelligi, et ulciscendæ culpæ non parcens. Unde Isaías quoque cum videret ultimi judicij diem non jam cum venia, sed cum distinctione esse venturum, ait : *Ecce dies Domini veniet crudelis, et indignationis plenus, et iræ furorisque ejus, ad ponendam terram & in solitudine, et peccatores ejus conterendos de ea* (Isai. XIII, 9). Sanctus igitur vir ut hanc eamdem crudelitatem sibi potius assereret, congruere posse, quam Deo, ait : *Mutatus es mihi in crudelem.* Ac si aperie dicat : Qui in teipso crudelitatis nihil habes, mihi quem respirare, a percussione non sinis, crudelis videris. Ita enim Deus crudelis esse non potest, sicut nec mutari ulla tenus potest. Sed quoniam in Deo nec crudelitas, nec mutabilitas unquam venit, dum milie dicit, quod in semetipso Deum nec crudelem nec mutabilem sentiat ostendit. Nam dum circa nos quædam prospera et adversa variantur, in eo quod nos mutamur quasi ejus circa nos mutatum animum suspicamur. Ipse vero in se incommutabilis permanens, aliter atque aliter in cogitatione sentitur hominum, pro qualitate meritorum. Nam et lux solis cum nequaquam est sibi metipoi dissimilis, in formis aspera, sanis autem oculis lenis videtur, eorum videlicet immutatione, non sua. Unde, ut prædiximus, dicens : *Mutatus es, adjunxit, Mihi, ut ipsa hæc crudelitas atque immutatio non sit in qualitate judicis, sed in mente patientis.* Quod verbis quoque aliis retexit, dicens : *Et in duritia **688** manus tuæ adversaris mihi.* <sup>e</sup> Manus etenim Dei dura creditur cum, voluntati nostræ contraria, hoc quod ei in nobis displiceret feriendo persecutur et flagella ingeniatur cum dolentis anima clementiam exspectat. Quæ

<sup>a</sup> Editi poster. cum Germ., selare.

<sup>b</sup> Laud., sciri potest potius quam præsciri. Quam lectionem sequerer, si in pluribus MSS. extaret.

<sup>c</sup> Ju Corb., Germ., Vindoc. et Val. Cl. Consentit Ed. Paris. 1495. In aliis legitur ab æternitate, quod habent Gerin., Utic. et alii Norm.

<sup>d</sup> Genet., Corb. Germ., Laud. et alii, sine prævisionibus.

<sup>e</sup> Vindoc., a seipsis.

<sup>f</sup> Germ., Utic. et alii Norm., et indignatione, plenus.

<sup>g</sup> Germ., Vindoc., Prat. et pl., in solitudinem.

<sup>h</sup> Vulgatæ a persecutione, quod durius sonat de Deo dictum, nec in membranis nostris reperitur.

<sup>i</sup> Vindoc., manus etenim Dei, ira Dei.

tamen juxta allegoriam mysterium bene sanctae Ecclesiae verbis congruant ex vocibus infirmorum, qui plerumque se plus feriri aestimant quam mereri putant, et quasi crudelitatem arbitrantur judicis distributionem aequissimam sectionis, quia et cum vulnero argi medicinali ferramento absconditur, medicus crudelis vocatur, qui tamen per secantis manus duritiam adversatur vulneri, sed concordat saluti. Sequitur :

#### CAPUT XXXIII [Rec. XXIV].

VERS. 22. — *Elevasti me, et quasi super ventum ponens, elisisi me valide.*

65. *Super ventum sedet, qui transitoris successibus letatur. Adversitas non dejicit, quem prosperitas non corrumpt.* — Quia presentis vita gloria quasi in alto cernitur, sed nulla stabilitate solidatur, velut elevatus super ventum ponitur, qui prosperitate transitoria letatur, & quoniam ad hoc solum hunc fugitivae felicitatis aura sublevat, ut repente dexterius in infirmis sternat. Quia enim sancta Ecclesia cunctis in honore est, infirmi quique in ea qui transitoris successionibus letantur, quo nisi super ventum possit videtur elevati? quia subseguente persecutionis tempore, dum prosperitatis aura pertransit, eorum protinus elevatio corruit, et repente cadentes discunt, quia elevati prius in ventum sederunt. Quis videlicet verba etiam sancti viri personae specialiter congruant, non ad id quod erat, sed ad id quod esse videbatur. Neque enim mentem illius prosperitas fugitiva levaverat, quam inter tot rerum affluentias miro semper virtutis pondere premebat; sed juxta hoc quod videri exterius potuit, qui in suis humilis, in alienis oculis elevatus fuit, et quasi super ventum positus, elisos est valide, quia rebus exterioribus fulvis, unde aestimabatur surgere, videbatur inde cecidisse. Quem videlicet casum sanctus vir in mente non pertulit, quia nulla adversitas dejicit, quem prosperitas nulla corrumpt. Qui enim veritati inhæret, vanitati nullo modo succumbit, quia dum forti pede cogitationis intus intentionem fixerit, omne quod foras mutabiliter agitur, ad arcem mentis minime pertingit. Sequitur :

#### CAPUT XXXIV [Vet. XXVI, Rec. XXV].

VERS. 23. — *Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi.*

66. *Nemo mortem effugit; pauci voluptatum foream et interitum. Elias mortem distulit, non evasit.* — In superiori hujus operis parte (*Supra, lib. XII, cap. 6, Edit. Gussanv. novæ, n. 13*) tractatum est quod ante adventum Domini ad inferni receptacula etiam justi descenderent, quamvis non in suppliciis, sed in requie servarentur. Quod nunc testimoniis edocere

<sup>a</sup> Magis placuit rerent. Edit. quando, invitatis MSS. Germ., quod calum hoc solum hunc, etc.

<sup>b</sup> Sic Turon., Germ. et Norm., cuius loco Editi habent successibus. Iis quoque secunda manu scriptum in Corb. Germ., ubi prius legebatur successibus.

<sup>c</sup> Al., in vento sederunt. Gilot. et plurimi Excusi, in ventum se dederunt.

<sup>d</sup> Germ., Laud. et Val. Cl., trades me, et ita sem-

A negligimus, quia in ea jam sufficienter probatum putamus. Hoc ergo quod dicitur: *Scio quia morti trades me, ubi constituta domus est omni viventi;* recite beato Job etiam juxta historiam congruit, dum nimurum constat quia ante Redemptoris gratiam ad inferni claustra etiam justi ducerentur. Ipsa quippe inferni recepio domus omnium viventium dicitur, quia nullus huc venit qui ante Mediatoris adventum non **669** illuc ipsa corruptionis suæ conditione pertransiit, nullus huc venit qui ad carnis mortem ejusdem corruptionis suæ gressibus non tetendit. De qua videlicet morte per Psalmistam dicitur: *Quis est homo qui vivit, et non videbit mortem* (Psal. LXXXVIII, 49)? Nam etsi ad coelum raptus Elias esse prohibetur, mortem tamen distulit, non evasit. B ipso quippe ore veritatis dicitur: *Elias quidem restitutus est, et restituet omnia* (Matth. xvii, 11). Veniet enim restituturus omnia, quia ad hoc nimurum huic mundo restituitur, ut et prædicationis munera impletat, et carnis debitum solvat. Quæ tamen sancti viri sententia juxta allegoriam mysterium sanctæ Ecclesiae verbis ex persona congruit infirmorum, qui fidem verbo tenus tenent, sed contra præcepta fidei suis desideriis famulantur. Ait etenim: *Scio quia morti trades me, ubi constituta domus est omni viventi.* Quia enim <sup>f</sup> multis in se voluptibus deditos conspicit, eorumque jam interitum præscit, pensat quod in via vita presentis suis quidem desideriis serviunt, sed tamen ad mortis domum perveniunt omnes qui in ea carnaliter vivunt. Sunt vero nonnulli qui in voluptatum suarum foveam corruunt, sed tamen per lamenta poenitentiae ab imis citius pedem reducunt, quos supernæ percussionis verbera ad eruditionem potius quam ad extinctionem secant. Ex quibus apte subjungitur:

#### CAPUT XXXV.

VERS. 24. — *Verum tamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam: et si corruerint, ipse salvabis.*

67. *Nonnulli a Deo percussi ad eruditionem non ad extinctionem a peccato liberantur.* — In quibus profecto verbis hoc solerter debet intelligi, quod beatus Job, dum sua narrat, in se alias transfigurat. Velut enim de se specialiter dicebat: *Elevasti me, et <sup>g</sup> quasi super ventum ponens elisisi me valide; scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi;* et tamen non de se, sed de aliis adjugit: *Verum tamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam.* Dum enim de se loquens ratiocinando causas de aliis subdit, <sup>h</sup> quam multorum personas in se significet ostendit. Manum itaque suam Dominus ad consumptionem peccantium non emittit, cum feriendo a peccato affertur textus hic in consequentibus.

<sup>e</sup> Post Editi cum Germ., descendenter; quod idem sonat; ejus tamen loco reponendum censuimus ducerentur, propter MSS. et vet. Edit. consensum.

<sup>f</sup> Deest, in se, in Excusi rec. Supplevimus ex MSS. Corb. Germ., Laud., Bellovac., Norm., quibus concinunt vet. Vulgati.

<sup>g</sup> Deest, quasi, in pler. Norm.

<sup>h</sup> Al., quia multorum.

catis corripit, et corruentes salvat, dum cadentes ad culpam in salutem corporis vulnerat, ut prostrati exterius, interius surgant, quatenus jacentes corpore ad interiore statum redeant, qui stantes exterius a statu mentis jacebant. Sequitur :

CAPUT XXXVI [Roc. XXVII].

Vers. 25. — *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi.*

68. *Eleemosyna ex mentis affectu quo sit, potissimum testimanda. Largitorem non faciat rerum abundantia, sed compassio.* — Quamvis vera compassio est passioni proximi ex largitate concurrere, nonnunquam tamen, cum exteriora quæque abunde ad largiendum suppetunt, celerius dantis manus datationem invenit quam animos dolorem. Unde scire necesse est quia ille perfectè tribuit, qui cum eo quod afflito porrigit affliti quoque in se animum sumit, ut prius in se dolentis passionem transferat, et tunc contra dolorem illius per ministerium concurrat. Nam sæpe, ut prædiximus, largitatem muneris rerum facit abundantia, et non virtus compassionis. Qui enim afflito perfectè compatitur, **670** plerumque ei hoc indigenti tribuit, <sup>a</sup> in quo ipse si dederit angustatur. Et tunc plena est cordis nostri compassio, cum malum inopœa pro proximo susciperet non metuimus, ut illum a passione liberemus.

69. *Pietatis formam Christus nobis dedit, et docuit Paulus.* — Quam videlicet pietatis formam Mediator nobis Dei et hominum dedit. Qui cum posset nobis etiam non moriendo concurrere, subvenire tamen moriendo hominibus voluit, quia nos videlicet minus amasset, nisi et vulnera nostra susciperet; nec vim nobis suæ dilectionis ostenderet, nisi hoc quod a nobis tolleret ad tempus ipse sustineret. Passibiles quippe mortalesque filii reperit, et qui nos existere fecit ex nihilo, revocare videlicet etiam sine sua morte potuit a passione. Sed ut quanta esset virtus compassionis ostenderet, fieri pro nobis dignatus est <sup>b</sup> quod esse nos hofuit, ut in semetipso temporaliter mortem susciperet, quam a nobis in perpetuum fregaret. An non in divinitatis suæ divitias nobis invisibilis permanens, miris nos potuit virtutibus ditare? [Vet. XXVII.] Sed ut ad internas divitias rediret homo, foras apparete dignatus est pauper Deus. Unde et prædictor egregius, ut ad largitatis gratiam visceris nostræ compassionis accenderet, dixit: *Propter nos egenus factus est, cum daret esset* (1 Cor. viii, 9). Qui sic etiam dicit: *Non ut alius sit remissio, vobis autem tribulatio* (Ibid., 13). Hæc procul dubio con-

<sup>a</sup> Germ. et Excast, in quo ipse qui dederit. Mutavimus qui in s̄, propter cæt. MSS. consensum.

<sup>b</sup> Germ., Genet. ac alii Norm., infunderet.

<sup>c</sup> Vatic. et al. recent., quod esse nos voluit, sed reclamantibus MSS. et contra sancti Gregorii mentem; sit enim Christum mortem, ut evaderemus, in se suscepisse, hoc est fieri voluisse quod nos esse non-luit. Nostram lect. habent etiam pl. vet. et.

<sup>d</sup> Excusi etiam volentem. MSS. Corb. Germ., Anglic., Norm., Laud., Germ., Val. Cl., Bellqv., habent no-lentem; sicque legendum probant verba seq.: sed hæc

A descendendo infirmis intulit, quoniam quibusdam inopiam ferre non valentibus tolerabilius est minus tribuere quam post largitatem suam ex inopœa angustia murmurare. Nam ut ad magna largiendi studia audientium mentes accenderet, paulo post intulit, dicens: *Hoc autem dico: Qui parce seminat, parce et metet* (II Cor. ix, 6). Plus autem nonnunquam esse dicimus compati ex corde, quam dare, quia quisquis perfecte indigenti compatitur, minus estimat onus quod dat. Nisi enim dantis manum bona voluntas vincere, idem prædictor egregius discipulis non dixisset: *Qui non solum facere, sed et nolle cœpistis ab anno priori* (II Cor. viii, 16). Facile quippe est in bono opere obediens<sup>e</sup> etiam nolentem. Sed hæc magna in discipulis virtus extiterat, eos bonum quod illis præceptum est et ante voluisse.

70. *Exteriora largiens, aliquid de s̄o, compassionem impendens, aliquid dat de seipso.* — Quia itaque vir sanctus apud omnipotentem Deum aliquando manus datum noverat mentis esse quam munieris, dicit: *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi.* Exteriora etenim largiens, rem extra semetipsum præbuit. Qui autem fletum et compassionem proximo tribuit, ei aliquid etiam <sup>f</sup> de semetipso dedit. Idcirco autem plus compassionem quam datum dicimus, quia rem quamlibet plerumque dat etiam qui non compatitur, nunquam autem qui vere compatitur quod necessarium proximo conspicit negat.

71. *Ecclesia filii suis penitentibus compatiens, lacrymas et orationes jungit.* — Quæ nimurum sententia bene quoque sanctæ Ecclesiae vocibus congruit: quæ dum afflictos quosque per lamenta penitentiae conspicit, <sup>g</sup> suos ei oratione continua fletus jungit, et toties egeno **671** compatitur, quoties menti virtutibus nudatae interventionis suæ precibus opitulatur. Super afflictum quippe compatientes plangimus, quando aliena damna nostra deputamus, et culpas delinquentium nostris mundare fletibus nitimur. Quod videlicet agentes, plus plerumque nobis quam his pro quibus agitur subvenimus, quia <sup>h</sup> apud intimum arbitrum et gratiam charitatis aspirantem, commissa quæque perfecte diluit propria, qui pure plangit aliena. Persecutionis igitur ultimæ sancta Ecclesia tribulatione deprehensa, reducat ad memoriam pacis temporis bona quæ gessit, dicens: *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi.* Quæ internæ lucis gaudia æterna desiderans, sed tamen adhuc dilata, quia malis exterioribus premitur, sancti viri vocibus adjungat:

magna in discipulis virtus extiterat, eos bonum quod illis præceptum est, et ante voluisse. In Paris. Edit. an. 1586 hanc lectionem habet in margine annotationem.

<sup>i</sup> Val. Cl., de semetipso, gratia charitatis aspirante, dedit.

<sup>j</sup> Plurimi, suos eis; quod etiam annotavit Gilot. in margine.

<sup>k</sup> Corb. Germ., Laud. et Germ., apud intimum arbitrem. Val. Cl., apud mitissimum arbitrem. In Edit. Basil. 1514 annotatum arbitrem in margine,

## CAPUT XXXVII [Rec. XXVII].

Vers. 26. — *Espéciabam bona, et venerans mihi mala; præstolabat lucem, et erupunt tenebras.*

**72. Electorum, Ecclesiæque dolor, etiam tempore pacis, a tua persecutionem tolerantium.** — Fidelis enim populus exspectat bona, sed mala suscipit; præstolatur lucem, et tenebras incurrit, quia per remuneratiōnis gratiam interesse jamjamque angelorum se gaudia sperat, et tamen hic diutius dilatus, manus persecutiūm tolerat; et qui se quantocius astimāt altera lucis retributione perfici, sic adhuc compellitur persecutorum suorum tenebras pati. Quia videlicet mala persecutiūm minus dolerent, si ab infidelibus adversariisque consurgerent. Sed eo deterius mentem electorum cruciant, quo ab illis vniunt, de quibus bona presumebant. Unde adhuc habudit:

Vers. 27. — *Interiora mea effundunt abque illa regna.*

Sanctæ quippe Ecclesiæ interiora effervescere est ipsos quoque quos per amorem fidei velut viscera ante gestaverat in persecutionis atrocitate tolerare. Qui secreta prius illius cognoscentes, quanto sciunt ubi magis doleat, tanto deterius ab afflictione ejus minime quiescunt. Quos tamen et pacis sua tetrapore graviter tolerat, quia suis predicationibus eorum mores contrarios pensat. Gemit enim, cum eorum vitam sibi dissimilem cōspicit. De quibus et apte subjungitur:

Ibid. — *Prævenierunt me dies afflictionis.*

[*Vet. XXVIII.*] Scit namque sancta electorum Ecclesia quod persecutione ultima, mala multa passura sit; sed hanc afflictionis suæ dies præveniunt, quia malorum vitam intra se graviter etiam tempore pacis portat. Nam quamvis diebus ultimis aperta infernū persecutio sequatur, hanc tamen et priusquam appareat, hi qui in ea verbo tenti fideles sunt, prævis moribus antecurrunt. Sequitur:

## CAPUT XXXVIII [Rec. XXVIII].

Vers. 28. — *Mærens incedebam, sine furore consurgens in turba clamavi.*

**73. Sancti in honoris culmine humilitatem, in rebus letis mæorem servant. Contra prosperitatem intus dīcunt: Omne quod sine Dei visione abundat, inopia est.** — Notandum sollicite juxta historiam video quod sanctus vir, qui paulo superius dixit: *Elevasti me, inferius adjungit: Mærens incedebam.* Miro enim ordine, uno eodemque tempore convenire in actibus honorum solet et foris honor culminis, <sup>b</sup> et intus afflictus mortor humilitatis. Unde sanctus quoque vir elevatus rebus et honoribus mærens incedebat, quia eti buno prælātūm hominibus gloria potestatis ostenderat, **672** interius tamen mortore suo secretum sacrificium Domino contriti cordis offerebat. Sacrificium quippe Deo est spiritus contributatus (*Psal. L, 19.*). Scient autem electi quique consideratione intima cōfūt exterioris excellentiæ tentamenta pugnare.

<sup>a</sup> Germ., Gemet. et alii vetust., effervesce.

<sup>b</sup> Ita cum Corb. Germ., Turon., Gemet., aliisque

**A** Qui si ad exteriorem felicitatem suam cor apponenter, justi præfecto non essent. Sed quia cor humatum non potest de ipsis propteritatis rerum quantumcunque gloria nullo modo tentari, contra ipsam prosperitatē suam sancti viri intrinsecus dimicant, non dico ne in elatione, sed ne in ejus saltem amore succumbant. Cui valde succubuisse est, captivam mentem ejus desideriis subdidisse. Quis autem terrena sapientia, temporalia amplectens, beatum Job inter tot prospera lœtum non crederet, cum ei supericeret salus corporis, vita filiorum, incolumitas familliae, integritas gregum? Sed quia in his omnibus non gauderet, ipse sibi testis est, qui ait: *Mærens incedebam.* Sancto enim viro adhuc in hac peregrinatione posito omne quod sine visione Dei abundat inopia est, quia cum sibi omnia electi adesse vident, gemunt quod omnium auctorem non vident; eisque totum hoc minus est, quia adhuc species unius decessit; sive eos foris exaltat gratia supernæ dispensationis, ut tamen intus sub disciplina teneat mæror magistræ charitatis. Per quam videlicet discunt ut de his quæ exterius accipiunt, apud semetipsos semper amplius humiliantur, mentem sub iugo teneant disciplinæ, nunquam ex potestatis licentia ad impatientiam erumpant. Unde et apte subjungitur: *Sine furore consurgens in turba clamavi.* Sæpe namque seditionum tumultus hominum, præpositorum suorum mentem lassent, sive ordinis limitem inordinatis motibus excedunt.

**74. Amica potestati pene semper impatientia est, quam superant boni.** — Et plerumque qui præsunt, nisi in ore cordis Spiritus sancti freno teneantur, in iratae retributionis atrocitatem prosiliunt, quantumque prævalent agere, tantum sibi in subditis astimant licere. Amica etenim potestati pene semper impatientia est; elque etiam mala subjectæ imperat, quia quod ipsa sentit, potestas exequitur. Sed sancti viri plus se interius patientiæ iugo subjiciunt, quam foris hominibus præsunt; et eo veriore principatum foris exhibent, quo humiliorem Deo intrinsecus famulatum tenent; atque idcirco saepe plus quosdam tolerant, quo se de eis ulcisci amplius possunt; ac ne unquam ad illicita transeant, plerumque nolunt pro se exequi etiam quod licet; subjectorum strepitus sufferrunt, per amorem increpat quos per mansuetudinem portant. Unde nunc recte dicitur: *Sine furore consurgens in turba clamavi,* quia nimirum boni contra tumultus insolentium clamorem habent, et furorem non habent, quoniā eos quos clementer tolerant docere non cessant. Sed hæc quæ juxta historiam de uno diximus, juxta allegoriam necesse est ut de diversis electis Ecclesiæ sentiamus. Ipsa quippe in electis suis etiam per prospera incedit mærens, quia nil sibi vere prosperum deputat, quousque bonum quod singulariter querit apprehendat. Fideles quippe illius temporali quidem pace perfruuntur, sed perpetuo suspirant; horarentur, et afficti sunt; Norm., vet. Edit. At in recent. legitur *affictus mæror.*

quia plerumque ibi videntur in culmine, ubi cives non sunt. **673** Ipsa etiam in turba sine furore consurgit, et clamat, quia pravorum vitam studio recte simulationis, non autem vesania furoris insequitur. Irascitur et amat, scvit et tranquilla est, quatenus infirmos suos corrigat ex simulatione, faveat ex pietate. Sequitur :

## CAPUT XXXIX [Rec. XXIX].

VERS. 29. — *Frater sui draconum, et socius struthionum.*

75. *Nulla vera sanctitas, nisi quae inter malos probata sit.* — Quid draconum nomine nisi malitiosorum hominum vita signatur? De quibus et per prophetam dicitur : *Traxerunt ventum quasi dracones* (Jerem. xiv, 6). Perversi etenim quique ventum quasi dracones trahunt, cum malitiosa superbia inflantur. Qui autem struthionum appellatione intelligi, nisi simulatores solent? Struthio etenim pennas habet, et volatum non habet; quia simulatores quique speciem sanctitatis habent, sed virtutem sanctitatis non habent. Visio quippe eos bonae actionis decorat, sed a terra minime penna virtutis levat. Electus itaque sanctae Ecclesiae populus, quia pacis suae tempore intra se quosdam malitiosos ac simulatores patitur, dicat : *Frater sui draconum, et socius struthionum.* Quod beati quoque Job vocibus specialiter congruit, qui ad culmen magnae fortitudinis bonus inter malos fuit. [Vet. XXIX.] Nullus quippe perfectus est, qui inter proximorum mala patiens non est. Qui enim sequanimitate aliena mala non tolerat, ipse sibi per impatientiam testis est<sup>a</sup> quia a boni plenitudine longe distat. Abel quippe esse renuit (7, q. 4, c. Adversitas, § 3, p. Abel), quem Cain malitia non exercet (Genes. iv, 3 seq.).

76. *Mali inter bonos hic permisti, cur?* — Sic in tritura areæ grana sub paleis premuntur, sic flores inter spinas prodeunt, et rosa quæ redolet crescit cum spina quæ pungit. Duos namque filios habuit primus homo, sed unus electus alter reprobatus fuit (Genes. iv, 1, 2). Tres quoque filios Noe arca continuit, sed duobus in humilitate persistentibus, unus ad patris irrisiōnem ruit (Ibid., ix, 18). Duos Abraham filios habuit, sed unus innocens, aliis vero fratris persecutor fuit (Ibid., xvi, 15; xxi, 9). Duos quoque Isaac filios habuit, unus in humilitate servatus, alter vero et priusquam nasceretur reprobatus est (Ibid., xxv, 24 seq.). Duodecim Jacob filios genuit, sed ex his unus per innocentiam venditus, cæteri vero per malitiam venditores fratris fuerunt [Ibid., xxxvii, 27]. Duodecim quoque apostoli in

<sup>a</sup> Vindoc., quia ab omni plenitudine legis distat. Germ., quia ab omni plenitudine longe distat.

<sup>b</sup> Ita Norm., Bellov., Corb. Germ., Laud. et Val. Cl. In Wind., impudica conv. Editi cum Germ., injusta conversatione,

<sup>c</sup> Rec. Ed., hinc Joannes per angelum Pergami Ecclesiæ. In MSS. Turon., Bellov., Laud., Corb. Germ., etc., non, per angelum Joannes, sed, angelus per Joannem loquitur; idque sacro textui et rationi magis congruit.

A sancta Ecclesia sunt electi, sed ne improbati remanerent, unus eis admisus est, qui eos persequens probaret. Sic namque justo peccator cum malitia jungitur, sicut in fornace auro palea cum igne sociatur; ut quo ardet palea, purgetur aurum. Hi ergo veraciter boni sunt, qui in bonitate persistere etiam inter malos possunt. Hinc etiam sponsi voce sanctæ Ecclesiæ dicitur : *Sicut lilyum inter svinas, sic amica mea inter filias* (Cant. ii, 2). Hinc ad Ezechielem Dominus dicit : *Fili hominis, increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitat* (Ezech. ii, 6). Hinc Petrus vitam beati Lot glorificat, dicens : *Et justum Lot oppressum a nefandorum b injuria conversatione eripuit* (II Pet. ii, 7). Aspectu enim et auditu justus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam justi iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus discipulorum vitam glorificat, et glorificando **674** confirmat, dicens : *In medio nationis prava et perverse, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentis* (Philip. ii, 15). Hinc per Joannem angelus Pergami Ecclesiæ attestatur, dicens : *Scio ubi habitat, ubi sedes est Satanæ, et tenet nomen meum, et non negasti fidem meam* (Apoc. ii, 13). Beatus igitur Job ut ostendat cuius fortitudinis fuerit, insinuet cum quibus vixit, dicens : *Frater sui draconum, et socius struthionum.* <sup>d</sup> Quia minus esset quod ipse bona ageret, nisi et ad bonitatis suæ cumulum ab aliis mala toleraret. Sequitur :

## CAPUT XL [Rec. XXX].

VERS. 30. — *Cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt præ cauata.*

77. *Propter infirmorum casum, fortes zeli sui igne aduruntur.* — Hæc juxta historiam pensare negligimus, quia videlicet sermonis virtus patet ex persona passionis. Sed quia, ut saepe jam diximus, plerumque beatus Job sic narrat gesta, <sup>e</sup> ut gerenda prænuntiet, bene hoc sanctæ Ecclesiæ vocibus congruit, quæ dolorem persecutionis ultimæ <sup>f</sup> in infirmis graviter sentit. Cumque ab illa alii pereunt, valentiores quique moerore cruciantur. Exterior quippe causa ejus est terrena dispensatio, interior vero cura cœlestis. Cutis ergo nomine infirmi signantur, qui nunc in ea exteriori utilitati deserviunt. Per ossa vero fortes ejus figurati sunt, in quibus corporis illius tota compago solidatur. Quia igitur aut provocati muneribus, aut persecutionibus afflicti, multi in ea ab statu ūdei infirmi cadunt, eamque ipsi postquam ceciderunt persequuntur, quid aliud quam cutis suæ nigredinem patitur, ut in ipsis postmodum foeda appareat, in quibus prius pulchra videbatur? Dum enim hi qui prius exteriora bene dispensare

<sup>d</sup> Plerique Norm., quia minus essent bona, quæ ipse ageret.

<sup>e</sup> Turon., ex persona passionis.

<sup>f</sup> Gilot. et plur. Ed., ut gerendo. In Gussanv. legitur prouuntiet, quod inendum typographicum esse censeremus, nisi in vet. Paris. et Basil. etiam occurseret. MSS. vero miro consensu habent prænuntiet, et ita legendum sermonis series probat.

<sup>g</sup> Laud., in infirmis, sed inendose. Hic sanctus Gregorius opponit infirmos, fortibus.

cōsueverant contra electos Dei postmodum sē-  
viunt, quasi cutis Ecclesiae anteactae justitiae colorem  
perdidit, quæ ad nigredinem iniquitatis venit. Quod  
Jérémias etiam sub præcipui metalli specie deplorat,  
dicens : *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est  
color optimus (Thren. iv, 1)*? Perversi ergo dum ab-  
eius sacramentis exeunt, plerumque inter reprobos  
locum honoris sumunt, ut ipsi contra sanctam Eccle-  
siam ex auctoritate saviant, qui hanc atrocis quasi  
sciendo contemnunt. Unde et cum diceret : *Cutis  
mea desigra est, addidit, super me, quia hos quos  
prius ad decorum justitiae quasi candidos habuit, post  
deterius nigros portat. Sed cum cutis ad nigredinem  
vertitur, fortes qui in illa sunt zelo fidei contabe-  
scunt. Unde apte subjungit : Et ossa mea aruerunt  
præ cauatae. Sic namque et priori tempore os for-  
tissimum sanctæ Ecclesiae quadam ariditate tædi*  
Paulus æstuabat, cum quibusdam carentibus diceret :  
*Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandaliza-  
tur, et ego non uor (1 Cor. xi, 29)*? Cutis ergo de-  
nigratur, et ossa præ cauata arescant, quia dum  
infirmi ad iniquitatem prosiliunt, fortes quique zeli  
sui igne cruciantur, Sequitur :

## CAPUT XLI [Vet. XXX, Rec. XXXI].

Vers. 31. — *Versa est in luctum cithara mea, et  
organum meum in vocem flentium.*

78. *Verbi divini ministri, cum despiciuntur, sileant,  
et ad penitentias luctum consugiant. Abstinentiam di-  
scetio moderetur. Vitia carnis extinguantur, non  
caro.* — Quia organum per fistulas, et cithara per  
chordas sonat, potest per citharam recta operatio,  
**675** per organum vero sancta prædicatio designari.  
Per fistulas quippe organi ora prædicantium, per  
chordas vero cithara intentionem recte viventium  
non inconvenienter accipimus. Quæ dum ad vitam  
aliam per afflictionem carnis tenditur, <sup>a</sup> quasi exten-  
nata chorda in cithara per intuentum admiratio-  
nem sonat. Sicutur etenim chorda, ut congruum in  
cithara cantum reddat, quia et sancti viri castigant  
corpus suum, et servituti subjiciunt (1 Cor. ix, 27),  
atque ab infimis ad superiora tenduntur. Pensan-  
dum quoque est quod chorda in cithara si minus  
tenditur, non sonat; si amplius, raucum sonat, quia  
nimis virtus abstinentiae aut omnino nulla est, si  
tantum quisque corpus non edomat quantum valet;  
aut valde inordinata est, si corpus atterit plus quam  
valet. Per abstinentiam quippe carnis vicia sunt ex-  
tinguenda, non caro; et tanto quisque sibi met debet

<sup>a</sup> Angl. et Norv., *quasi extenta*; quam lectionem  
flagitate videntur repetita hie verba tenduntur, tendun-  
tur. At vero in optimæ nota: MSS. legiunt *extenuata*,  
maxime in Germ., Laud., et Corb. Germ., ideoque  
vocem illam reuinendam censemus, ut verisimilius  
usurpatam a sancto Gregorio, posteaque a sciolis  
mutatam; quod *extenta chorda*, loco melius con-  
gruere videatur. Sane si prius lectum fuisset *extenta chorda*, nemini venisset in mente, hac voce ex-  
puncta, scribere, *extenuata chorda*. Favent huic le-  
ctioni quæ infra leguntur : *tendendo extenuat. Exte-  
nuando tendit.*

<sup>b</sup> In Corb. Germ., Norm., Laud., Val. Cl. et  
Germ. Excusi, *tendunt*.

A moderamine præesse, ut et ad culpam caro non su-  
perbiat; et tamen ad effectum rectitudinis in ope-  
ratione subsistat. Intueri inter hæc egregium prædi-  
catores libet, quanta arte magisterii fidelium ani-  
mas vèlut in cithara chordas tensas, alias amplius  
tendendo extenuat, atque alias a tensione sua re-  
laxando conservat. Aliis etenim dicit : *Non in co-  
messionibus et ebrietatis, non in cubilibus et impu-  
diciiis (Rom. xiii, 13)*. Et rursus ait : *Mortificate  
membra vestra quæ sunt super terram (Coloss. iii, 5)*.  
Et tamen prædicatori charissimo scribit, dicens :  
*Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere, pro-  
pter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates  
(1 Tim. v, 23)*. Illas ergo chordas extenuando ten-  
dit, ne non tense omnimodo non sonent; hanc vero  
**B** a tensione temperat, ne dum plus tenditur, minus  
sonet.

79. *Duplex exhortationis modus, alius verbis, alius  
operibus.* — Sive autem sancti prædicatores in Ec-  
clesia, seu quilibet simplices et abstinentes, prout  
vires accipiunt, in ea proximis suis canticum bonæ  
exhortationis reddunt. Nam et prudentes quique ad  
prædicationis fructum solerter invigilant, atque ut  
alios ad vitam pertrahant, sono magnæ persuasionis  
elaborant; et qui in ea tardioris ingenii videntur,  
ex ipso sua vita merito in quantum se posse conspi-  
ciunt, exhortationis erga alios **676** auctoritatem  
sumunt, atque ad coelestem patriam quos valent tra-  
hère non desistunt. Sed sancta Ecclesia extremis  
persecutionibus pressa, cum verba sua a reprobis  
contemni considerat, amoris sui gratiam ad sola la-  
menta format, quia nimis deflet <sup>d</sup> quos exhortando  
trahere non valet. Dicat ergo : *Versa est in  
luctum cithara mea, et organum meum in vocem flen-  
tium.* Ac si aperte fateatur dicens : Pacis quidem  
meæ tempore per alios parva more citharæ, per alios  
vero more organi magna et sonora prædicabam, <sup>e</sup> sed  
nunc in luctum cithara, et organum in vocem flen-  
tium versum est, quia dum me contemni conspicio,  
eos qui prædicationis <sup>f</sup> cantum non audiunt deploro.  
Hæc per quosdam sancta Ecclesia in fine factura est,  
hæc per quosdam in suis jam exordiis fecit. <sup>g</sup> Pri-  
mus quippe martyr Stephanus Judæis persequenti-  
bus prædasse prædicando conatus est, quos tamen  
post verba prædicationis, dum videtur ad jaciéndos  
**D** lapides convolasse, fixis genibus orabat, dicens :  
*Domine Iesu, ne status illic hoc peccatum (Act. vii,  
59)*. Quid ergo huic, qui diu et parva et magna nar-

<sup>e</sup> Recent. Editi, *ad effectum*. Legendum est *ad ef-  
fectum*, sive rationem sive mss. Cod. consulamus,  
Turon., Germ., Laud., Norm., Corb. Germ., etc.

<sup>d</sup> Turon., quos orando; ita quoque olim in Corb.

Germ., nunc legitur, exhortando.

<sup>e</sup> Sic ibidem brevius in MSS. Turon., Bellovac.,  
Germ. et Norm. legitur, qnam in Editis, <sup>g</sup> sed nunc  
versa est in luctum, etc. In Corb. Germ. adhuc bre-  
vius, sed nunc in luctum cithara et organum ver-  
sum est.

<sup>f</sup> Corb. Germ., Norm. et Germ., canticum: et ita  
infra, pro, *cantus, cantum*.

<sup>g</sup> Germ., Bellovac., Corb. Germ. et plur., maxime  
Norm., martyr quippe Stephanus; omisso, primus.

raverat, nisi jam sas cithare atque organi cantus silebat atque in luctum versa fuerant, quia eos quos prædicando non traxerat, amando flebat? Quod nimur quotidie sancta Ecclesia agere non desistit, quæ prædicationis verbum pene ubique conticuisse jam conspicit. Alii namque loqui dissimulant, alii recta audire contemnunt. Sed electorum mens dum tacere cantum prædicationis conspicit, gemens ac tacita ad fletus redit. Dicat ergo: *Vera est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem flentium,*

*A quia electus quisque quo sonetæ prædicationis vox sileat, eo damnata Ecclesia gravius plangit.*

Hucunque beatus Job descripsit mala quæ pertulit, hoc vero ex loco incipit narrare subtilius bona quæ fecit. Sed doloris verba historicæ atque allegorica expositione transcurrimus, virtutum vero opera ex magna parte juxta solius historicæ textum tenemus, ne si hæc ad indaganda mysteria trahimus, veritatem fortasse operis vacuare videamur.

## LIBER VIGESIMUS PRIMUS.

*Exponitur cap. xxxi lib. Job, ad versum 24 exclusive, et laudatis prius castitate, humilitate, misericordia, multa de occasione peccati fugienda potissimum docentur.*

### CAPUT PRIMUM.

1. In explicandis sacris Scripturis, nec solus historius sensus sequendus est, nec semper allegoricus. — Intellexus sacri eloquii inter textum et mysterium tanta est libratione <sup>a</sup> pensandus, ut utriusque partis lance moderata, hunc neque nimis discussionis pondus deprimat, neque rursus torpor incuriae vacuum relinquit. Multæ quippe ejus sententiæ tanta allegoriarum conceptione sunt gravidæ, ut quisquis eas ad solam tenere historiam nititur, earum notitia per suam incuriam privetur. Nonnullæ vero ita exterioribus præceptis inserviunt, ut si quis eas subtilius penetrare desiderat, 677 intus quidem nihil inveniat, sed hoc sibi etiam quod foris loquuntur abscondat.

2. Probatur prior propositio. — Unde bene quoque narratione historicæ per significationem dicitur: *Tollens Jacob virgas populæ virides, et amygdalinas, et ex platanis, ex parte decorticavit eas; detractisque corticibus, in his <sup>b</sup> quæ expoliata fuerant candor apparuit; illa vero quæ integræ erant viridia permanserunt, atque in hunc modum color effectus est varius (Genes. xxx, 37).* Ubi et subditur: *Posuitque eas in canalibus in quibus effundebatur aqua, ut cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, et in aspectu earum conciperent. Factumque est ut in ipso calore coitus oves intuerentur virgas, et parerent maculosa et varia, et diverso colore respersa (Ibid., 38, 39).* Quid est enim virgas virides, amygdalinas, atque ex platanis ante gregum oculos ponere, nisi per Scripturæ sacræ seriem antiquorum Patrum vitas atque sententias in exemplum populis præbère? Quæ nimur quia iurta rationis examen reciæ sunt, virgæ nouiantur. Quibus ex parte corticem subtrahit, ut in his quæ expoliantur, intimus candor appareat; et ex parte corticem servat, ut sicut fuerant exterius,

<sup>a</sup> Ebroic. Utic. ac plur. suspensus.

<sup>b</sup> Sic, præseuuta Vulgata, legitur in MSS. Corb. Germ., Norm., Germ. Laud., Val. Cl., etc., quibus consentiunt veteres Edit. In veteri tamen Ed. Basil. habet, quæ integræ erant, virides. Idem legitur in Gilot. Arrisit magis Romanis Editoribus sub Sixto V et Gussanv., quæ expoliatae fuerant... illæ vero integræ.... virides. Deinde, et parerent maculosas et varias, et div. col. respersas.

B in viriditate permaneant; variusque virgarum color efficitur, dum cortex ex parte subtrahitur, ex parte retinetur. Ante considerationis enim nostræ oculos præcedentium patrum sententiæ quasi virgæ variae ponuntur. In quibus dum plerumque intellectum litteræ fugimus, quasi corticem subtrahimus, et dum plerumque intellectum litteræ sequimur, quasi corticem reservamus. Dumque ab ipsis <sup>c</sup> cortex litteræ subducitur, allegoræ candor interior demonstratur, et dum cortex relinquitur, exterioris intelligentiæ videntia exempla monstrantur. Quas bene Jacob in aquæ canalicibus posuit, quia et Redemptor noster in libris eas sacræ scientiæ, quibus nos intrinsecus infundimur, fixit. Has aspicientes arietes cum ovibus coeunt, quia rationales <sup>d</sup> nostre spiritus, dum in earum intentione defixi sunt, singulis quibuscum actionibus permiscentur, ut tales fetus operum præcreant, qualia exempla præcedentium in vocibus præceptorum vident; et diversum colorem proles boni operis habeat, quia et nonnumquam <sup>e</sup> subtracto litteræ cortice, acutius interna considerat, et reservat nonnumquam historiæ tegmine, bene et in exterioribus format.

3. Probatur altera. — Nam quia divines sententias aliquando interius rimandæ sunt, aliquando exterius observandæ, per Salomonem quoque dicitur: *Qui fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum; et qui vehementer emungit, elicit sanguinem (Prov. xxx, 33).* Ubera quippe fortiter preminuntur, cum verba sacri eloquii subtili intellectu pensantur, quia pressione dum lac querimus, butyrum inventimus, quia dum nutriti vel tenui intellectu quadrupes, abtate internæ pinguedinis ungimur. Quod tamen nec nimis nec semper agendum est, ne dum lac queritur ab iberibus, sanguis sequatur. Plerumque etenim quidam dum verba sacri eloquii plus quam

<sup>c</sup> In Læd. porantiquo, cortis; quod fortasse olim in usu erat pro cortex; hinc in eisibus flexis, corticis, cortici, etc., non corticis, cortici.

<sup>d</sup> Vindoc., nostri sensus.

<sup>e</sup> Germ. et Gemet., subtracta litteræ cortice.

<sup>f</sup> Vindoc et vet. Ed. Paris., emulget. Teron., emulgit. Corb. Germ., emulgeatur. Laud., Germ. et Val. Cl., emulgitur. Norman., emungitur, et ita infra.

dabent discutient, **678** in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem quippe elicit, qui vehementer emagit, quia carnale officitur hoc quod ex nimia spiritus discussione sentitur. Unde necesse est ut beati Job opera, que inter increpatum amicorum verba idcirco narrat ne afflictia mens illius in desperatione deficiat, juxta pendus histeriae perseruiteur, <sup>a</sup> ne si hoc animus plusquam necesse est spiritualiter investiget, a verborum eius uberibus sanguis nobis pro lacte respondeat. Si quando vero quadam mystica in sacra operam narratione permiscat, ad hanc necesse est ut mens concita redeat, ad quem hanc ipse, ut datur intelligi, ordo loquentis vocat. Nam sanctus vir postquam ea quae sibi per flagellum Domini fuerant inficta narravit, nunc per ordinem proprias enumerando virtutes, qualis ante flagellum fuerit innocens; sic vite sua historiam texens, <sup>b</sup> ut ei perratum aliquid quod allegorice intelligi possit interesarat, quatenus et ex magna parte historicis sint quae memorat, et tamen aliquando per haec eadem ad spiritalem intelligentiam consurgat. <sup>c</sup> Quia itaque fortitudine ab omni lapsu exteriora sua custodiae interioris discipline constrinxerit, insinuat dicens:

## CAPUT II.

CAP. XXXI, VERS. 4. — *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virginie.*

4. *Ne mens illicita concupiscat, cohibendi sunt sensus exterioris qui sunt aditus mentis. Intuiri non decet quod concupiscere non licet.* — Cum sit invisibilis anima, nequaquam corporearum rerum delectatione tangitur, nisi quod inherens corpori quasi quedam egrediendi foramina ejusdem corporis sensus habet. Visus quippe, auditus, gustus, odoratus, et tactus, quasi quedam viæ mentis sunt, quibus foras veniat, et ea quae extra ejus sunt substantiam concupiscat. Per hos etenim corporis sensus quasi per fenestras quadam exteriora quæque anima respicit, respiciens concupiscit. Hinc etenim Jeremias ait: *Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras* (*Jerem. ix, 21*). Mors quippe per fenestras ascendit, et domum ingreditur, cum per sensus corporis concupiscentia veniens, habitaculum intrat mentis. Quod contra hoc quod jam sæpe diximus de justis per Isaiam dicitur: *Qui sunt hi qui ut nubes volant, et quasi columbae ad fenestras suas* (*Isai. lx, 8*)? Justi namque volare ut nubes dicti sunt, quia a terrenis contagiis sublevantur; et quasi columbae ad fenestras suas sunt, quia per sensus corporis exteriora quæque intentione non respiciunt rapacitatis, eosque foras non rapit concupiscentia carnalis. Quisquis vero per

<sup>a</sup> Val. Cl., ne si haec animum.... spiritualiter investigata pulsent, ex verborum, etc.

<sup>b</sup> Norm., ut ei perrato.

<sup>c</sup> Gemet., qua utique fortitudine.

<sup>d</sup> Germ., per fenestras suas. Uticensis, Beccensis. et alii, per fenestras vestras... domos vestras..... et domos ingreditur, cum. Val. Cl. habet quoque, et domos ingreditur. Legi debet ex Vulgata, cæterisque versionibus, et ex textu Heb., fenestras nostras, etc.

<sup>e</sup> Editi, insidianti morti. Sic legendum suadet loca huius qui explicatur supra: *ascendit mors per fenestras nostras*; verum contradicunt MSS. Anglic. et

A bas corporis fenestras incaute exterius respicit, plerunque in delectationem peccati etiam nolens cadit; atque obligatus desideriis, incipit velle quod noluit. Praecepit quippe anima dum ante non providet, ne incaute videat quod concupiscat, cæca post incepit desiderare quod vidit. Unde et Prophetæ mens, quæ sublevata sæpe mysteriis internis intererat, quia alienam conjugem incaute vidit, obtenebrata postmodum sibimet illicite conjunxit (*II Reg. xi, 2*). Sanctus autem vir, qui acceptis corporis sensibus, velut subjectis **679** ministris quidam sequissimus iudex præstet, culpas conspicit antequam veniant, et velut insidianti hosti fenestras corporis claudit, dicens: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virginie.* Ut enim cogitationes cordis caste servaro potuisset, fœdus cum oculis pepigit, ne prius incaute aspiceret quod postmodum invitus amaret. Valde namque <sup>f</sup> est quod caro deorsum trahit, et semel species formæ cordi <sup>g</sup> per oculos illigata vix magni luctaminis manu solvitur. Ne ergo quedam lubrica in cogitatione versemus, providendum nobis est; quia intueri <sup>h</sup> non decet quod non licet concupisci. Ut enim munda mens in cogitatione servetur a lascivia <sup>i</sup> voluptatis suæ deprimenti sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Neque enim Eva lignum vetitum contigisset, nisi hoc prius incaute respiceret. Scriptum quippe est: *Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile; et tulit de fructu illius, et comedit* (*Genes. iii, 6*). Hinc ergo pensandum est quanto debeamus moderamine erga illicita visum restringere nos qui mortaliter vivimus, si et mater viventium per oculos ad mortem venit. Hinc etiam sub Judæa voce, quæ exteriora vidento concupiscens bona interiora perdidera, propheta dicit: *Oculus meus deprædatus est animam meam* (*Thren. iii, 51*). Concupiscendo enim visibilia, invisibles virtutes amisit. Quæ ergo interiorem fructum per exteriorum visum perdidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis. Unde nobis ad custodiendam cordis munditiam exteriorum quoque sensuum disciplina servanda est. Nam quantalibet virtute mentis polleat, quantalibet gravitate vigeat, carnales tamen sensus puerile quidam exterioris perstrepunt, et nisi interioris gravitatis pondere et quasi juvenili quodam vigore refrenentur, ad fluxa quæque et levia mentem enervem trahunt.

D 5. *Exemplum Job non solum carnis, sed etiam cordis et mentis luxuriam refrenantis. Per Moysen luxuria perpetrata, per Christum etiam cogitata damnatur. Qui certi eritis est luxuriam deserat, non timore, sed nostrí, qui præ se ferunt insidianti hosti. Germ. tam et Corb. Germ. habent insidianti morti.*

<sup>j</sup> Placuit recentioribus editoribus addere grave, eum in MSS. et prioribus Excusis simpliciter legitur, valde namque est quod.

<sup>k</sup> Germ. et Val. Cl., per oculos illata.

<sup>l</sup> Germ. et Norm., non debet, quod etiam habent nonnulli Editi.

<sup>m</sup> Gerin., Gemet., Utic. ac Prat., voluntatis suæ.

<sup>n</sup> Gilot. in margine pro diversa lectione, pretulit, quod etiam habent aliquæ vet. Edit.

*charitate.* — Videamus igitur quomodo beatus Job id quod in eo fluxum ac puerile caro sapere potuit, juvenili sapientiae vigore restrinxit. Ait enim : *Pepigi fædus cum oculis meis.* Et quia non in se actionem tantummodo, sed et cogitationem luxuria extinxit, securus adjurxit : *Ut ne cogitarem quidem de virgine.* Sciebat nimis luxuriam esse in corde refrenandam, sciebat, per sancti Spiritus donum, quod Redemptor noster veniens legis præcepta transcendret, et ab electis suis non solum luxuriam carnis, sed etiam cordis aboleret, dicens : *Scriptum est : Non adulterabis ; ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscentiam eam, jam mæchatus est eam in corde suo (Matth. v, 27).* Per Moysen quippe luxuria perpetrata, per auctorem vero munditiae luxuria cogitata damnatur. Hinc est enim quod discipulis primus Ecclesiæ pastor dicit : *Propter quod succincti lumbos mentis vestrae, sobrii perfecte sperate in eam quæ offertur vobis gratiam (I Pet. i, 13).* Lumbos enim carnis succingere est luxuriam ab effectu refrenare. Lumbos vero mentis succingere est hanc etiam a cogitatione restringere. Hinc est quod angelus, qui Joannem alloquitur (*Apoc. i, 13*), zona aurea super mammillas cinctus **680** esse prohibetur. Quia enim Testimenti Novi munditia etiam cordis luxuriam frenat, angelus qui in eo apparuit in pectore cinctus venit. Quem bene zona aurea stringit, quia quisquis supernæ patriæ civis est, non jam timore supplicii, sed amore charitatis immunditiam deserit. Malum vero luxuriae aut cogitatione perpetratur, aut opere. Callidus namque a hosti noster cum ab effectu operis expellitur, secreta polluere cogitatione molitur. Unde et serpenti a Domino dicitur : *Pectore et ventre repes (Genes. iii, 14).* Serpens videlicet ventre repit, quando hostis lubricus per humana membra sibimet subdita usque ad expletio nem operis luxuriam exercet. Serpens autem repit pectore, quando eos quos in opere luxuriae non valet polluit in cogitatione. Alius itaque luxuriam jam perpetrat actione, haic serpens repit ex ventre. Alius autem perpetrandam versat in mente, huic serpens repit ex pectore. Sed quia per cogitationem ad explenda opera pervenitur, recte serpens prius pectore, et postmodum repere ventre describitur. [*Rec. III.*] Unde beatus Job, quia disciplinam etiam in cogitatione tenuit, una custodia serpentis pectus ventrenque superavit, dicens : *Pepigi fædus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. [Vet. III.]* Quam nimis cordis munditiam quisquis adipisci non appetit, quid aliud quam ejusdem a se munditiae auctorem repellit? Unde et beatus Job protinus subdit :

## CAPUT III.

Vers. 2. — *Quam enim partem Deus haberet in me desuper, et hereditatem Omnipotens de excelcis?*

6. *Ut Dei hereditas simus, in nobis peccatum non*

<sup>a</sup> Recent. Edit., *adversarius noster... secreta polluere cogitationis molitur.* Nostram lect. habent antiqui Cod. tam excusi quam extatim manu; si tamen exceptas Corbi, Germ., cui tecum illud concinuit.

A regnet. *Nihil prodest vel superba castitas, vel humilitas non casta.* — Ac si aperte dicat : Si mentem in cogitatione polluero, ejus qui munditia auctor est, esse hereditas nequaquam possum. Nulla enim bona sunt casta, si occulti judicis oculis castitatis testimonio non approbantur. Omnes quippe virtutes in conspectu conditoris vicaria ope se sublevant, ut quia una virtus sine alia vel nulla est omnino, vel minima, vicissim sua conjugatione fulciantur. Si enim vel castitatem humilitas deserat, vel humilitatem castitas relinquit, apud auctorem humilitatis et munditiae prodesse quid prævalet vel superba castitas, vel humilitas inquinata? Sanctus. igitur vir ut ab auctore suo in bonis reliquis possideri mereatur, cordis munditiam custodiens, dicat : *Pepigi fædus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet Deus in me desuper, et hereditatem Omnipotens de excelcis?* Ac si aperte fateatur, dicens. **b** *Habere me possessionem suam excisorum conditor renuit, si mens mea ante conspectum illius in infimis desideriis tabescit.*

7. *Cogitatio immunda non inquinat cum pulsat, sed cum per delectationem subjugat. In carne corruptibili sufficit peccatum non regnare.* — Sed inter haec (*De paenit., dist. 2, c. 23*) sciendum est aliud esse quod animus de tentatione carnis patitur, aliud vero cum per consensum delectationibus obligatur. Plerumque enim cogitatione prava pulsatur, sed renitur; plerumque autem cum perversum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium volvit. Et nimis in mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat cum pulsat, sed cum hanc sibi per delectationem subjugat. Hinc etenim prædictor egregius dicit : *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana (I Cor. x, 13).* Humana quippe tentatio est, **681** qua plerumque in cogitatione tanguntur etiam nolentes, quia ut nonnunquam et illicita ad animum veniant, hoc utique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Jam vero diemonica est, et non humana tentatio, cum ad hoc quod carnis corruptibilitas suggestum per consensum se animus astringet. Hinc iterum dicit : *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore (Rom. vi, 12).* Peccatum quippe in mortali corpore nequaquam non esse, sed regnare prohibuit, quia in carne corruptibili non regnare potest, sed non esse non potest. Hoc ipsum namque ei de peccato tentari peccatum est, quo quia quādiū vivimus perfecte omnimodo non caremus; sancta prædictio quoniam hoc expellere plene non potuit, ei de nostri cordis habitaculo regnum tulit, ut appetitus illicitus eti plerumque bonis nostris cogitationibus occulte se quasi sur inserit, saltem si ingreditur, non dominetur. Vir igitur sanctus dicens : *Pepigi fædus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine, nequaquam vult intelligi quia ejus animus*

<sup>b</sup> Ita cum Corb. Germ., Norm. et allis MSS., vet. Edit. In recent., *habere in me.*

<sup>c</sup> Recent. addiderunt turpi, reclamantibus MSS. et vet. Excusis.

culpa in cogitatione non contigit, sed quia nunquam hunc ex consensu superavit. Nam velut integerim posse possessionem Dei mentem suam contra adversarii deprædationem vindicat, qui protinus adjungit : *Quam enim partem haberet Deus in me desuper, et hereditatem Omnipotens de excelcis?* Ac si aperie dicat : *Carne quidem mortali corruptionis conditioni subjaceo, sed auctori unde servio, si ei integrum a consensu culpæ aninum non defendo?* Sequitur :

## CAPUT IV [Vet. et Rec. IV].

VERS. 3. — *Numquid non perditio est iniquo, et alienatio operantibus iniquitatem.*

8. *Justi per asperum iter ad salutis patriam, reprobi per amena prata ad foveam tendunt.* — \* *Festina consolatio bonorum est consideratus finis malorum.* *Dum enim ex eorum interitu malum consipient quod evadunt, leve existimant quidquid adversi in hac vita patientur. Eant ergo nunc reprobi, et delectationum suarum desideria compleant, in finis sui damnatione sensuri sunt quia mortem male viventes amaverunt.* *Transitorio autem verbere affligantur electi, ut a pravitate flagella corrigan quos paterna pietas ad hereditatem servat.* *Nunc etenim flagellatur justus, et verbere disciplinae corrigitur, quia ad eternam hereditatis patrimonium preparatur.* *In suis autem voluptatibus relaxatur injustus, quia tanto ei temporalia bona suppetunt, quanto eterna denegantur.* *Injustus ad debitam mortem currens, effrenatis voluptatibus uitior, quia et vituli, qui mactandi sunt in liberis pastibus relinquentur.* *At contra justus a delectationis transitoriae <sup>b</sup> jucunditate restringitur, quia et nimurum vitulus ad laboris usum, vitae depatus sub jugo retinetur.* *Negantur electis in hac vita bona terrena, quia et segris, quibus spes vivendi est, nequaquam a medico cuncta quæ appetunt conceduntur.* *Dantur autem reprobis bona quæ in hac vita appetunt, quia et desperatis segris omne quod desiderant non negatur.* *Perpendant igitur justi quæ sint mala, quæ iniquos manent, et nequaquam eorum felicitati invideant quæ percurrit.* *Quid est enim quod de eorum gaudii admirantur, quando et ipsi per iter 682 asperum ad salutis patriam, et illi quasi per amena prata ad foveam tendunt?* Dicat ergo vir sanctus : *Nunquid non perditio est iniquo, et alienatio operantibus iniquitatem?* Quod videlicet alienationis verbum durius sonaret, si hoc interpres in sua lingua voce tenuisset. Quod enim apud nos alienatio, hoc apud Hebreos anathema dicitur. Tunc ergo alienatio erit reprobis, cum ab hereditate districti judicis se anathema esse consipient, quia hic eum perversis moribus contempnerunt. Florent igitur iniqui, a flore eternæ hereditatis alieni; justi vero semetipsos so-

\* Hinc amovimus, *O quanta consolatio ægrotis; et quantum moror (al. metus) sanis, quæ in MSS. non inveniuntur, et ex margine procul dubio in textum Excusorum irreperuntur. Sane explicatio textus Job ab istis verbis incipit : festina consolatio, etc., quæ non coherent cum iis : o quanta, etc. Hanc sententiam aliquis in margine annotaverat, quam postea Editores minus caute textui inseruerunt.*

Alerter inspiciant, et in cunctis actionibus suis a Domino se videri pertinescant. Unde et apte mox subditur :

## CAPUT V.

VERS 4. *Nonne ipse considerat vias meas, et cunctos gressus meos dinumerat?*

9. *Minutissimæ cogitationes, et tenuissima verba quæ parvi pendimus, in iudicio Dei non prætermittentur.*

*Per gradus culpæ, crescit ordo sententiae condemnatoriae.* — Quid viarum nomine nisi actiones denuntiat?

Hinc enim per Jeremiam dicitur : *Bonas facile via, vestras et studia vestra* (Jerem. vii, 3).

*Quid vero gressuum appellatione, nisi vel motus inentium, vel profectus accipimus meritorum?* Quibus profecto gressibus ad semetipsam nos Veritas vocat, dicens :

*Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis* (Math. xi, 28).

*Ad se quippe venire nos Dominus præcipit, nimurum non gressibus corporis, sed profectibus cordis.* Ipse namque ait : *Veniet hora quando neque in monte hoc, neque in Jerosolymis adorabitis Patrem* (Joan. iv, 21).

Et paulo post : *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate, nam et Pater tales querit qui adorent eum* (Ibid., 23).

In corde ergo esse gressus insinuat, quando et ut veniamus

vocat et tamen motu corporis nequaquam nos ad alia transire denuntiat. [Vet. V.] Sic autem Dominus uniuscujusque considerat vias; sic dinumerat gressus,

ut ne minutissimæ quidem cogitationes ejus iudicio ac verba tenuissima, quæ apud nos usu viluerunt, indiscussa remaneant.

Hinc enim dicit : *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo :*

C *Racha, reus erit concilio. Qui dixerit : Fatue, reus gehennæ ignis* (Math. v, 22).

Racha quippe in Hebreo eloquio <sup>d</sup> vox interjectionis est, quæ quidem animum irascentis ostendit, nec tamen plenum verbum iracundiae exprimit.

Prius ergo ira reprehenditur sine voce, postmodum vero ira cum voce, sed nequid pleno verbo formata; ad extremum quoque cum dicitur :

Fatue ira redargitur, quæ cum excessu vocis expletur etiam perfectione sermonis. Et notandum quod in ira prohibet reum esse iudicio; in voce iræ, quod est racha, reum concilio; in verbo vocis quod est fatue, reum gehennæ ignis.

Per gradus etenim culpæ crevit ordo sententiae, quia in iudicio adhuc causa discutitur, in concilio autem jam causæ sententia definitur, in gehenna vero ignis ea quæ de

D concilio egreditur sententia expletur. Quia igitur humanorum actuum Dominus subtili examine gressus enumerat, ira sine voce, iudicio; ira in voce, concilio;

ira vero in voce atque sermone, gehenna ignibz mancipatur. Hanc subtilitatem considerationis ejus propheta aspicerat, cum dicebat : *Fortissime, magne, potens Dominus exercitum; nomen tibi, magnus*

\* Antiq. Excusi post MSS. plerosque, secunditate.

<sup>c</sup> Germ., Corb., Germ., Laud., Val. Cl., Turon. et Norm., inquis permanent.

<sup>d</sup> Ed., vox indignantis. In omnibus Anglie., Norm., Corb., Germ., Turon., Vindoc., Germ., Laud., etc., legitimus, vox interjectionis.

<sup>e</sup> Deest Dominus in recent. Editis, et si in MSS. et antiquioribus Excusis habeatur.

consilio, incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti  
**683** sunt, super omnes vias filiorum Adam, ut reddas  
 unicuique secundum vias suas, et secundum fructum  
 aadventionum ejus (Jerem. xxxii, 18).

10. Nulla sine mercede bona, nulla mala sine pena. — Sic easdem vias Dominus subtili examinatione considerat, ut in unoquoque nostrum nec ea quae remuneret bona prætereat, nec mala, quæ videlicet displicant, sine increpatione derelinquat. Hinc est enim quod angelum Ecclesie Pergami et in quibusdam laudat, et in quibusdam redarguit dicens : Scie ubi habitas, ubi cedes est satanæ, et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam (Apoc. ii, 15, 14). Et paulo post : Sed habeo adversum te paucæ, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam. Hinc à angelo Ecclesie Thyatire dicitur : Novi opera tua, et charitatem tuam, et fidem, et ministerium, et patientiam tuam, et opera tua novissima plura prioribus ; sed habeo adversum te paucæ, quia permittis mulierem Jezabel, quæ se dicit propheten, docere et seducere servos meos, et forniciari, et manducare idoliathyrum (Ibid., 19). Ecce bona memorat, nec tamen resecanda mala sine possestia relaxat, quia scilicet sic singulorum vias considerat, sic gressus enuanerans pensat, ut subtili examine perpendat vel quantum quisque ad bona proficiat, vel quantum ad mala devians suis profectibus contradicat. Incrementum quippe meritorum, quod bona vita studiis augetur, plerumque mali admistione retrahitur ; et bonum quod animus operando construit, hoc alia perpetrando pervertit. Unde sancti viri tanto se subtilius in cogitatione constringunt, quanto à superno judice districtius considerari conspicunt. Mente quippe discutiunt, inventire si qua dereliquerint querunt, ut tanto flant ir reprehensibiles judici, quanta semetipsos quotidie et sine cessatione reprehendunt. Nec tamen hac de re jam gaudia securitatis sumunt, quia ab illo se videri considerant qui in eis et illa videt quæ videre ipsi in semetipsis non valent. Et quidem beatus Job perfectionis vitam inter veteres tenuit ; sed quia ejus intentio ad Redemptoris adventum propheticò spiritu erumpit in illius præceptis, pensat ipse quam multa de perfectione minus habeat. Unde et subdit :

#### CAPUT VI [Vet. VI, Reg. V].

Vers. 5, 6. — Si ambulevi in vanitate, et festinavæt in dolo pes meus, appendas me in statera justa, et sciat Deus simplicitatem meam.

11. Sancti moriae sua in Christo tanquam in statera carent appendere, ut quod minus habent, agnoscant. —

<sup>a</sup> Additæ in Germ. et in recent. Ed., manuam. Non existat in cat. Ms. aut vet. vulgatâ. Absit etiam a textu Jeremie.

<sup>b</sup> Omiserant Exaudi Ecclesie, quod legitime in Ms. præter quam in Germ. et Corb. Germ.

<sup>c</sup> Deest paucæ in Laud., Corb. Germ., Utic., Becc. et aliis Norm.

<sup>d</sup> Corb. Germ. et Laud., scire Dei.

<sup>e</sup> Corb. Germ. et Laud., pro nobis. Antiquarius legens, nobis relinquent exemplum ut sequamini, etc., existimat prius etiam esse scriendum, Christus pro

A <sup>f</sup> Scire Deus dicitur scire nos facere, unitate nostra locationis modo, qui lastum diem dicimus, ex quo contingit ut lastemur. Hinc est enim quod ad Abraham Dominus dicit : Nunc cognovi quod times Deum (Genes. 22, 12). Neque enim creator temporum quidquam cognovit ex tempore ; sed cognoscere ejus est ex cuiuslibet cause emergentis articulo nobis cognitionem præbere. Quis vero statera nomine nisi Mediator Dei et hominum designatur ? In quo sequi lance omnia merita nostra pensantur, et in cuius præceptis agnoscimus quid in nostra vita nimis habeamus. In hac autem statera appendimur, quoties ad vitæ ejus exempla provocamur. Hinc namque scriptum est : Christus <sup>g</sup> pro nobis passus est, nobis relinquent exemplum, ut sequamini <sup>h</sup> vestigia ejus, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Qui cum malediceretur, <sup>i</sup> non maledicerbat ; cum patetur, non communabatur (I Pet. ii, 21). Hinc per Paulum dicitur : Per patientiam <sup>j</sup> et curramus ad propositum nobis certamen, aspiciantes <sup>k</sup> in auctore fidei et consummatorem Iesum, qui propositu sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta (Hebr. xii, 1). Ad hoc itaque Dominus apparuit in carne, et humanam vitam admixendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret, resurgendo repararet. Cum ergo nulla in se beatus Job jure redarguenda reperit, ad excedentem omnia Redemptoris vitam mentis oculos tendit, ut in illa cognoscat ipsa quid minus habeat, cum dicit : Si ambulavi in vanitate, et festinari in dolo pes meus, appendat me in statera justa, et sciat Deus simplicitatem meam. Ac si aperie dicat : Si qua enquam leviter, si que perniciose perpetravi, Dei et hominum Mediator appareat, ut in ejus vita cognoscam an ego veraciter simplex fuerim. Qui enim, ut diximus, suorum temporum viros excesserat, Mediatorum Dei et hominum quererebat, ut in illo possatus agnosceret si vitam simplicem vere tenuisset. Dicat ergo : Appendat me in statera justa, et sciat Deus simplicitatem meam. Quod est scire me faciat. Ac si patenter lateatur, dicens : Quantum ad humanæ vite modum, <sup>l</sup> nulla in me reprehendenda jam video ; sed nisi Mediator Dei et hominum cum subtilioris vita præceptis apparent, quantum adhuc a vera simplicitate discrepem, non cognosco. Rectus vero ordo servatur, si prius in vanitate, et postmodum pes in dolo festinasse dicatur. Vanitas quippe ad levitatem, dolor vero ad malitiam pertinet. Et nonnulli plerumque ad quædam post malitiosa pervenient, quæ prius levia non declinant, Sequitur.

<sup>g</sup> Pro nobis, etc. In textu Graeco legitur : Christus pro nobis, passus est, nobis relinq. ex. ut sequamini. Quod verbum flagitare videtur ut prius legatur, nobis relinquent. Consule criticos ad hunc locum.

<sup>h</sup> Utic., Becc. et alii, non remaledicebat. Quod textu Graeco respondet nisi malueris vertere : maledictio non regesit.

<sup>i</sup> Norm., Corb. Germ., Laud. et Gerin., curramus propositum.

<sup>j</sup> Plerique Norm., in auctore... et consummatore.

<sup>k</sup> Vindoc., nullus me reprehendat jam video.

## CAPUT VII [Vet. VII].

**Vers. 7.** — *Si declinavit gressus meus de via.*

**12.** *A via declinamus, quoties errori consentimus.* —

Toties gressus de via declinat, quoties nostra cogitatio iter rectitudinis per consensum relinquit errore. Quasi vero tot gressus extra viam ponimus, quot **perversis desideriis a conscientia vita delectatione separamur.** Ut enim praefati sumus, adhuc carnis corruptibilis pondere gravati, nequaquam valemus sic vivere, ut nulla nos possit culpa delectatio pulsare! Sed aliud est nolentem tangi, aliud conscientiem animum perimi. Sancti autem viri tanto vigilantiori se circumspectione custodiunt, quanto se pulsari sinistris motibus vel transitoriae delectationis denguantur. Unde et adhuc subditur :

## CAPUT VIII [Rec. VI].

**Ibid.** — *Si secutus est oculus meus cor meum.*

**15.** *Cordi illicita concupiscenti oculus famulari denegat. Tentatio aliquando per oculos trahitur, aliquando intrinsecus concipitur. Qui exteriori negligenter utitur, interiori oculo juste cæcatur.* — Ecce iterum per interioris vigoris custodiam ad exteriorum membrorum disciplinam redit, ut si quid fortasse cor illicitum concupisceret, pressus disciplinae magisterio oculus videre recusaret. Sicut enī sēpē tentatio per oculos trahitur, sic nonnunquam concepta intrinsecus compellit sibi extrinsecus oculos deserire. Nam plerūque res quālibet innocentia mente respicitur, sed ipso conceptu animus concupiscentiae gladio confuditur. Non enim, ut exempli causa jam diximus, **685** David Uriæ conjugem ideo studiose respexit, quia concupierat, sed potius ideo concupivit quia incaute respexit. Fit vero recte retributionis examine **b** ut qui exteriori negligenter utitur, interiori oculo non injuste cæcetur. Sæpe autem intrinsecus concupiscentia dominatur, et illecebratus asimus ad usus suos sensus corporeos famulari more tyrannidis exigit, suisque voluptatibus oculos servire compellit, atque, ut ita dicam, fenestras luminis ad tenebras aperit cæcitat. Unde sancti viri cum sinistra pulsari delectatione se sentiunt, ipsa per quæ formæ species ad mentem ingreditur disciplinae magisterio lumina restringant, ne prava cogitatione visio lenocinata famuletur. Quæ si unquam subtiliter custodiri negligitur, cogitationis immunditia protinus ad operationem transit. Unde et mox subditur :

## CAPUT IX [Rec. VII].

**Ibid.** — *Et si in manibus meis adhæsit macula.*

**14.** *Ne culpa ad opus prodeat, intus ubi nascitur, extinguitur.* — Sanctus ergo vir sciens quod plerūque prava cogitatio per oculos veniat ad mentem, paulo superius dixit : *Pepigi fædus cum oculis meis,*

**a** *Turon., moribus vel transitorie designantur. Ita etiam habent Val. Cl., Germi et Norm., retenta tamen rota motibus.*

**b** *Vindœ., ut qui exteriora negligenter insuetur, interiori oculo non injuste cæcetur.*

**c** *Ita cum Norm., Turon., Laud., Val. Cl., Corb. Gerar., vet. Editi; in quibus tamen legitur oculus... constrictus, pro oculos constrictos. Recentiores post*

**A** *ut ne cogitarem quidem de virgine. Perpendens etiam quod nouanquam in mente oritur, sed huic oborta oculi perverse famulantur, ait : Si secutus est oculus meus cor meum. Ac si aperite dicat : Nec passim videre volui quæ concupiscerem, nec videndo unquam secutus sum quæ concupivi. Dicat ergo : Si secutus est oculus meus cor meum, quia et si quid unquam illicitum meus ejus, ut videlicet humana, concepit, aliorum disciplinæ magisterio et constrictos sequi se per illicita sibiique famulari oculos poluit. Pensemus ad haec conscientias nostras, et quanti culminis vir ista fuerit, ex nostri cordis dejectione videamus. Ecce si qua illicita aliquando cogitavit, quia ea ciuitus ipsa arcana cordis gladio sancti vigoris extinxit, pervenite illa usque ad opera non permisit. Unde,*

**B** *ut præmisimus, illico subjungit. Et si in manibus meis adhæsit macula. Quando enim macula in manibus, id est culpa actionibus inhaeret, quam censura disciplinae non sinebat in cogitatione prolicere? Neque enim culpa ad opus prodire permittitur, si intus ubi nascitur extinguitur. Si autem tentationi in corde nascenti festine non resistitur, hac eadem qua nutritur mors roboretur; et existens foris in operibus, viuci vix prævaleat, quia ipsam intus membrorum dominam mentem captivam tenet. Quia vero vir sanctus superiora omnia sub conditione intulit, si haec unquam perpetraverit, sententia se maledictionis astringit, dicens :*

## CAPUT X [Rec. VIII].

**Vers. 8.** — *Seram, et aliis comedat, et progenies mea eradicetur.*

**15.** *Serit jejunos prædicator, et aliis comedit, quando quæ docet non operatur.* — *More sacri eloquii seroro dicimus, verba vita prædicare. Hinc etenim propheta ait : Beati qui seminatis super omnes aquas (Isai. xxxii, 20).* **c** *Sanctæ quippe Ecclesiæ prædicatores super omnes aquas seminare conspergit, quia cunctis late populis verba vita, quasi coelestis panis grana, tradiderunt. Comedere autem eis bona operibus sanitari. Unde per semetipsam Veritas dicit : Mens cibis est ut faciam voluntatem ejus qui misit me (Joan. iv, 34).* Si ergo ea quæ prouulit facere prætermisit, ait : *Seram, et aliis comedat.* Ac si aperite dicat : *Quod os meum loquitur, non ego, sed alter operetur.* Prædicator quippe **686** qui a suis vocibus moribus deserpat, jejonus sorit quod aliis manducat, quia suo semine ipse non pascitur, quando a verbi sui rectitudine prava actions vacuatur. [Vet. VIII.] Et quia plerūque discipuli incassuus boni audiunt, cum ex magistri vita operum exemplo destruuntur, recte subjungitur : *Et progenies mea eradicetur.*

**D** *16. Ejus progenies eradicatur, quia quos per verbum gignit, per exemplum necat.* — *Doctoris enim progenit, propri morte sic locum hunc mutaverunt : constrictus sibi per illicita duces, subiecto famulari oculus noluit.*

**a** *Val. Cl., et caeli foris. Corb. Gerar., Ebriei, ac Prat., et caeli foris.*

**b** *Prat., Sanctæ quippe Ecclesiæ prædicatores.... seminare conspergit.*

nies eradicatur quando is qui per verbum nascitur per exemplum necatur; quia quem lingua vigilans gignit, vita negligentia occidit. Neque enim torpenti nobis est mente transeundum quod apud Salomonem mulier filium, quem vigilans lactare consueverat, dormiens interemit (III Reg. iii, 19), quia nimis magistri vigilantes quidem scientia, sed vita dormientes, auditores suos quos per vigilias praedicationis nutririunt, dum quod dicunt facere negligunt, per somnum torporis occidunt, et negligendo opprimunt quos atere verborum lacte videbanfur. Unde plerumque dum ipsi reprehensibiliter vivunt, et habere discipulos vita laudabilis nequeunt, et alienos sibi attrahere conantur, quantenus dum bonos se habere sequaces ostendunt; apud judicia hominum excusent mala quae agunt, et quasi persubditorum vitam mortiferam tegant negligentiam. Unde illic mulier filium quia extinxit proprium, quæsivit alienum. Sed tamen veram matrem Salomonis gladius invenit, quia videlicet cuius fructus vivat, vel cuius intereat, extremo examine ira districti judicis demonstrat. Ubi et illud est solerter intuendum, quod vivens filius prius dividitur, ut soli postmodum matri reddatur, quia in hac vita quasi parti conceditur vita discipuli, dum ex illa nonnunquam alter apud Deum meritum, alter vero apud homines laudem habere permittitur.

17. *Amissis propriis filiis, alienos vivere invideat.* — Sed falsa mater eum quem non genuit, occidi non metuit, quia arrogantes magistri et charitatis ignari, si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt, eorum vitam crudeliter insequantur. Invidiae enim face succensi, nolunt aliis vivere, quos se conspiquent non posse possidere. Unde illic perversa mulier clamat: *Nec mens sit, nec istius* (Ibid., 26). Ut enim diximus, quos sibi obsequi non vident ad gloriam temporalem, eos aliis invident vivere per veritatem. Vera autem mater satagit ut ejus filius saltem apud extraneam sit et vivat, quia concedunt veraces magistri ut ex eorum discipulis alii quidem magisterii laudem habeant, si tamen integritatem vita iisdem discipuli non amittant. Per quæ pietatis viscera hæc eadem vera mater agnoscitur, quia omne magisterium in examine charitatis approbatur; et sola recipere totum meruit, quæ quasi totum concessit, quia fideles præpositi, pro eo quod ex bonis discipulis suis non solum aliis laudem non invident, sed utilitatem eis etiam profectus exorant, Ipsi et integras et viventes filios recipiunt, quando in supremo examine ex eorum vita perfectæ retributio-

<sup>a</sup> Val. Cl., per doctorum vitam.

<sup>b</sup> Corrupte in Germ. et in Ed. recent., tum hoc loco, tum infra, imitici mei. In texto Hebr. ejusque versionibus omnibus legitur *ad ostium amici*, vel *socii*, aut *proximi mei*. Idem habetur in omnib. MSS. Angl., Norm., Laud., Vindoc., Corb., Germ., Turon., Val. Cl. et in vet. Ed. Mirari subit tam crassum errorum sic propagatum fuisse, contra Codicim MSS., sive S. Scripturæ, sive Moralium fidem.

<sup>c</sup> Hic medemur obsecrati textus, eumque restituimus adhibita parenthesis, et detracta particula

A nis gaudia consequuntur. Hæc paucis per excessum diximus, ut auditorum progenies <sup>a</sup> per doctorum negligentiam qualiter extinguitur monstraremus, quia quisquis juxta hoc quod loquitur non vivit, quos verbo genuit a stabilitate rectitudinis opere evellit. Sed beatus 687 Job, quos prædicatione vigilans edidit, nequaquam actione dormiens extinxit, atque ideo fidenter dicit: *Si quominus prædicta complevi, Seram, et alius comedat, et progenies mea eradicetur. Qui adhuc se de inquisitione pravi operis discutias, subdit:*

#### CAPUT XI [Vet. et Rec. IX].

VERS. 9. — *Si deceptum est cor meum super muliere, et si ad ostium <sup>b</sup> amici mei insidiatum sum.*

18. *In sacris litteris adulterium et fornicatio aliquando distinguuntur, aliquando idem sonant. Utrunque prohibitum. Ab utriusque vel cogitatione Job abstinuit.*

— Quamvis nonnunquam a reatu adulterii requaquam discrepet culpa fornicationis, cum Veritas dicat: *Qui viderit (D. 32, q. 5, cap. 13) mulierem ad concupiscentium eam, jam machatus est eam in corde suo* (Math. v, 28). (<sup>c</sup> Quia enim Græco verbo *machatus* adulterio dicitur, cum non aliena conjux, sed mulier videri prohibetur, aperte Veritas ostendit quia etiam solo visu cum turpiter vel innupta concupiscitur, adulterium perpetratur.) Tamen plerumque ex loco, vel ordine concupiscentis discernitur, quia scilicet sic hunc in sacro ordine studiosa concupiscentia, sicut illum adulterii inquinat culpa. In personis tamen non dissimilibus idem luxuriae distinguuntur reatus, in quibus fornicationis culpa, quia ab adulterii reatu discernitur, prædictoris egregii lingua testatur, qui inter cætera asserit, dicens: *Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, regnum Dei possidebunt* (I Cor. vi, 9). <sup>d</sup> Quod enim disjuncto reatu sententiam subdit, quam valde a se dissideat ostendit. Per hoc ergo quod dicitur: *Si deceptum est cor meum super muliere, neque cogitasse vir sanctus de fornicationis macula demonstratur.* Per hoc autem quod subiicit: *Et si ad ostium amici mei insidiatum sum*, patenter innotescit quod a reatu adulterii liber fuit. Sed ad hæc fortasse aliquis dicat: *Quid de se mirum sanctus vir asserit, si non solum ab adulterii crimine, verum etiam a fornicationis inquisitione se liberum servavit?* Hæc autem parvipendimus, si virtutum ejus tempora minima pensamus. Necdum enim ad restrictionem carnis reuelatæ gratiæ districtior censura processerat, quæ non solum corporis, sed et cordis lasciviam reprehendit. Necdum multorum continentium castitatis bona

<sup>a</sup> quod, ante, tamen plerumque, que abundat in Germ. et in Editis, et quæ contra cæt. MSS. Idem est addita.

<sup>b</sup> Sanavimus etiam hunc locum in Germ., Corb. Germ. et in Editis corruptissimum, maxime ope MSS. Norm. Nullum sane legitimum sensum extindere potuimus ex his quæ exhibent Vulgati; *quod enim disjunctæ reatu sententia subdit*, etc. E contra patet nostræ lect. sensu, scilicet fornicarios et adulteros in verbis Apostoli distinguui.

unitanda prodierant, et tamen beatus Job exempla munditiae, quae non accepérat, tradebat. A multis autem nunc etiam post prohibitionem Dei carnis immunditia perpetratur. Hinc ergo colligendum est, cum tanta culpa nunc etiam post præceptum in gravibus delinquitur, cum quanta laude antea a gravibus abstinebatur. Qui si hoc unquam fecerit, eamdem culpam verti sibi expetit in poenam, dicens :

## CAPUT XII.

Vers. 10. — Scortum alterius sit uxor mea, et super illam incurvenerunt alii.

19. Luxuria crimen usque ad perditionem vorat, omnesque virtutes destruit. Nemo hic sine peccato. — Et quia plerumque hoc quod faciendo non perpendimus quam grave sit, patiendo pensamus ejusdem vim facinoris quod se pati, si reus sit, debere denuntiat, exprimendo manifestat, dicens :

Vers. 11, 12. — Hoc enim nefas est et iniquitas maxima; ignis est usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genimina.

**Q88** Hoc inter peccatum distat et crimen<sup>1</sup>, quod omne crimen peccatum est, non tamen omne peccatum crimen est. Et in hac vita multi sine criminе, nullus vero esse sine peccatis valet. Unde et predicator sanctus, cum virum dignum gratia sacerdotali describeret, nequaquam dixit : Si quis sine peccato; sed, Si quis sine criminе est (Tit. 1, 6). Quis vero esse sine peccato valeat, cum Joannes dicat : Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est (I Joan. 1, 8). In qua videlicet peccatorum et criminum distinctione pensandum est quia nonnulla peccata animam polluant, quam crimina extinguent. Unde beatus Job crimen luxuriæ definiens, ait : Ignis est usque ad perditionem devorans, quia nimirum reatus hujus facinoris non solam usque ad inquisitionem maculat, sed usque ad perditionem vorat. Et quia quamlibet alia fuerint bona opera, si luxuriæ scelus non abluitur, immensitate hujus criminis obruuntur, secutus adjunxit : Et omnia eradicans genimina. Genimina quippe sunt animæ operationes bonæ. Cui tamen si perverso ordine caro dominatur, igne luxuriæ omnia bene prolatæ concremantur. Nulla quippe ante omnipotentis Dei oculos justitiae pietatisque sunt opera, quæ corruptionis contagio monstrantur immunda. Quid enim prodest si pie quisquam necessitatì compatitur proximi, quando impie semetipsum destruit habitacionem Dei? Si ergo per cordis munditiam libidinis flamma non extinguitur, incassum quilibet virtutes oriuntur, sicut per Moysen dicitur : Ignis exaruit ab ira mea, et ardebit usque ad inferos deorsum; comedet

<sup>1</sup> Laud., Val. Cl. et Norm. sic habent; at in Germ., Corb. Germ. et in Editis legitur : cum quanta culpa... cum tanta, etc.

<sup>b</sup> Germ., Laud., Corb. Germ., Val. Cl. et pierique Norm., nam crimina extingunt.

<sup>c</sup> In Corb. Germ., prima manu, Turof., Laud., Germ., Norm., etc., ita legitur, Corb. Germ., secunda manu et Vulgatis habentibus in semetipso destitut.

## PATROL. LXXVI.

A terram, et nascentia ejus (Deut. xxxii, 22). Ignis quippe terram atque ejus nascentia comedit, cum libido carnem, atque per hanc omnia bene acta consumit. Nam quidquid prodit ex frugo rectitudinis, hoc nimirum concremat flamma corruptionis. Dicit ergo : Ignis est usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genimina, quia si corruptionis malo non resistitur, et illa procul dubio pereunt quæ bona videbantur. Sed solent nonnullos ad humilitatem virtus sternere, atque ad tumorem mentis virtutes elevare. [Yet. I.] Quærendum ergo nobis est, si beatus Job in tanta castitatis munditia etiam humilius fuit. Sed sanctus vir cum alta virtutum teneat, quam de se humilia sentiat, repente aperit, cum subjungit :

## CAPUT XIII.

Vers. 13. — Si contempsi judicinm subire cum servo meo et ancilla mea, cum disceptarent adversum me.

20. Mira Job in tanta vita innocentia humilitas. — Qui enim judicari cum servis ancillisque non renuit, liquido indicat quod contra nullum unquam proximum apud se tumidus fuit. Inter haec autem libet intueri, vitam suam in omnibus quanta vir sanctus discretione custodivit. Non enim longe superius dixit : Videbant me juvenes, et abscondebantur, et senes assurgentibz stabant; principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo; vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gurgiti suo adhærebant. (Reg. X.) Nunc vero ait : Si contempsi judicium subire cum servo meo et ancilla mea, cum **689** disceptarent adversum me. Quis digne considerare valeat hujus viri tam sublimia virtutum moderamina? In quo tanta est auctoritas regiminis, ut ad silentium restringantur duces: tanta humilitas cordis, ut ex æquo ad judicium venire permittantur ancillæ. Ecce apparet miro modo in potestate principibus<sup>d</sup> potior, in certamine servis æqualis; in cœtu principum memor regiminis, in certamine famulorum memor conditionis. Se quippe sub vero domino famulum conspicit, ideoque cordis altitudine se super famulos non extollit. Unde et protinus subdit :

## CAPUT XIV.

Vers. 14. — Quid enim faciam cum surrexerit ad judicandum Deus? et cum quæsierit, quid respondebo illi?

21. Qui aliis præsunt, Deo se subesse semper attendant. — Qui venturum judicem cogitat, indesineat quotidie rationum suarum in melius causas parat; et qui æternum Dominum tremore cordis intuetur, jura temporalis dominii super subjectos moderari compellitur. Perpendit enim nil esse quod temporali præest cæteris, quando illi ad reddendam rationem subest qui sine fine dominatur. Sæpe namque

<sup>d</sup> Corb. Germ. et Laud., et nascentias, quod infra repetitur.

<sup>e</sup> Utic., Becc., Gennet., et ancillis meis; atque ita semper legitur in hujus textus retractione.

<sup>f</sup> Laud., Corb. Germ., Val. Cl., Turon. Vindoc., Norm., ita habent; cujus vocis loco legitur, Dominus potentior, in Germ. et Vulgatis.

<sup>g</sup> Editi, quia dum æternum. Sequimur MSS. Germ., Val. Cl., Norm., Corb. Germ., etc.

transitoria potestas animum per abrupta elationis rapit. Et quia eo quisque extollitur, quo se esse super aliquos videt, illum oportet qui super se est semper aspiciat, ut ejus metu qui supra omnia est crescentem intrinsecus animi tumorem premat. **A** Intuetur enim qui sub ipso sim, sed consideret sub quo ipse sit, ut ex consideratione veri domini, decrescat tumor falsae dominationis. Unde beatus Job, quia ejus judicium qui super omnia est metuit, hic ad temporale judicium famulis æqualis venit, dicens: *Si contempsi judicium subire cum servo meo et ancilla mea, cum discepiarent adversum me. Quid enim faciam cum surrexerit ad judicandum Deus? et cum quæsierit, quid respondebo illi?* Qui ut semper cor in humilitate deprimat, nequaquam in eisdem famulis conspicit, quod sibi status est dispar, sed quod natura communis. Unde etiam subdit:

#### CAPUT XV [Vet. XI].

Vers. 15. — *Nunquid non in utero fecit me, qui et illum operatus est, et formavit in vulva unus?*

**22.** Cogitent æqualitatem conditionis, non potestatem ordinis? et plus prædæsse quam præesse studeant. — Potentibus viris magna est virtus humilitatis, considerata æqualitas conditionis. Omnes namque homines natura æquales sumus; sed accessit dispensatio ordine, ut quibusdam prælati videamur. Si igitur hoc a mente deprimimus quod temporaliter accessit, invenimus citius quod naturaliter sumus. Plenrumque enim se animo accepta potestas objicit, eumque tumidis cogitationibus fallit. Manu ergo humiliæ considerationis deprimendus est tumor elationis. Si enim apud semetipsam mens descendit de vertice culminis, citius planitiem invenit naturalis æqualitas. Nam, ut præfati sumus, omnes homines natura æquales genuit, sed variante meritorum ordine, alios aliis dispensatio occulta postponit. Ipsa autem diversitas, quæ accessit ex vitio, recte est divinis judiciis ordinata, ut quia omnis homo iter vitae æque non graditur, alter ab altero regatur. Sancti autem viri cum præsunt, non in se potestatem ordinis, sed æqualitatem conditionis attendunt, nec præesse gaudent hominibus, sed prædæsse. Scilicet enim quod antiqui patres nostri, non tam reges hominum quam pastores pecorum suisse memorantur. Et cum Noe Dominus illisque ejus diceret: **690** *Crescite et multiplicamini* <sup>b</sup> *et implete terram, subdit: Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terre* (Genes. ix, 1, 7). Non enim ait: *Sit super homines, qui futuri sunt;* sed, *Sit super cuncta animalia terre.*

**23.** *Homo irrationalibus animalibus, non autem ceteris hominibus natura est prælatus.* — Homo quippe animalibus irrationalibus, non autem ceteris hominibus natura prælatus est; et idcirco ei dicitur, ut ab animalibus et non ab homine timeatur, quia contra naturam superbire est, ab æquali velle timeri, quamvis plerumque a subditis etiam sancti viri timeri ap-

<sup>a</sup> *Editi male, intueatur; repugnat enim exemplaria MSS. et sancti Gregorii propositum, qui ut ad humilitatem nos provocet, hortatur ad considerandum,*

**A** petunt, sed quando ab eisdem subditis Deum minime timeri deprehendunt, ut humana saltem formidine peccare metuant; qui divina iudicia non formidant. Nequaquam ergo præpositu ex hoc quæsito timore superbunt, in quo non suam gloriam, sed subditorum justitiam querunt. In eo enim quod metum sibi a perverse viventibus exigunt, quasi a non hominibus, sed brutis animalibus dominantur, quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea etiam debent formidini jacere substrati.

**24.** *Nulla cogente vitii corrigendi necessitate, prælati metu refugiant, et pluris æstimari.* — Cum vero deest vitium quod corrigatur, non de excellentia potestatis, sed de æqualitate conditionis gaudent; et non solum ab eis metui, sed etiam plus quam necesse est honorari refugunt. Neque enim leve se perpetui damnum humilitatis credunt, si ab eis pro merito fortasse ordinis pluris æstimantur. Hinc est enim quod primus pastor Ecclesiaz, cum, adorante se Cornelio, super se sibi honorem videret oblatum ad æqualitatem conditionis suæ citius recurrat, dicens: *Surge, et ipse ego homo sum* (Act. x, 26). Quis etiam nesciat quod conditori suo homo debeat et non homini prosterni? Quia ergo humiliari sibi plus quam debuit proximum vidit, ne ultra humanitatis metas mens intumesceret, esse se hominem recognovit, quatenus illati sibi honoris elationem frangere ex considerata æqualitate conditionis. Hinc a Joanne angelus adoratus, creaturam se esse cognovit, dicens: *Vide ne feceris; conservus tuus sum, et fratrum tuorum* (Apoc. xix, 10; xxii, 9). Hinc propheta, cum ad videnda sublimia rapitur, filius hominis vocatur (*Eses.* iii, 1), et ductus ad coelestia, hominem se esse meminerit. Ac si eum divina vox verbis apertioribus admoneat dicens: *Memento quid sis, ne de his ad quæ raperis extollaris, sed altitudinem revelationis tempora memoria conditionis.* Ex eo ergo colligendum est quanta communis naturæ memoria in corde deprimi debeat terrenæ potestatis tumor, si ex humanitatis vocabulo agitur, ne cogitationis elatio ex secretis colesibus generetur. Cujus videlicet humanitatis bene beatus Job semper recordationem tenuit, qui ait: *Nunquid non in utero fecit me, qui et illum operatus est, et formavit in vulva unus?* Ac si aperte dicat: *Cur non æque debeamus in cuiuslibet negoti judicio discuti, qui per conditoris potentiam sumus æqualiter facti?* Sed quia castitatis ejus atque humilitatis acta cognovimus, nunc liberalitatis opera cognoscamus. Sequitur:

#### CAPUT XVI [Vet. XII, Rec. XI].

Vers. 16. — *Si negavi quod volebant pauperibus, et oculos viduae expectare feci.*

**25.** *Liberalitas Job pauperibus dantis ad eorum votum. Qui extra metas inopie petunt, obtinere non merentur.* — Per hæc dicta vir sanctus ostenditur, non solum ad inopiam pauperibus, sed etiam ad habendi desiderium deservisse. Sed quid si ipsa vellent **691**

non qui subsint, sed qui præsit nobis.

<sup>b</sup> *Vindoc., Val. Cl. et Germ., et replete.*

pauperes quæ fortasse accipere non expediret? An **A** met ipso habuerit, an conditoris sui gratia sit consecutus, innotescat. Sequitur :

**CAPUT XVIII [Rec. XIII].**

**VERS. 18.** — Quia ab infanthia mea crevit mecum miseratio, et de utero matris meæ egressa est mecum.

28. *Sancti bona sua non sibi, sed Deo tribuunt. Quidam dum ætate crescunt, ab innocentia decrescent.* — Miseratio etenim etsi ejus fuerit arbitrii, ut cum ipso proficeret, liquet tamen quia ejus arbitrii non fuit ut cum ipso de utero exiret. Constat ergo quia suæ virtuti nil tribuit, qui profecto testatur quia hoc ex conditionis inunere accepit. Bonum igitur quod a conditione habuisse se intimat, liquet procul dubio quia ad laudem conditoris narrat, indicans ab ipso se accepisse ut pius esset, a quo accepit ut esset;

**B** quia sicut suo opere in utero conditus non fuit, ita nec sua virtute ab utero **692** pius fuit. Sed pensandum nobis est, quod asserit : *Crevit mecum.* Non nulli enim, quoad ætatem crescunt, ab innocentia decrescent. Electis vero cum foris ætas corporis, intus, si dici liceat, crescit ætas virtutis. Sequitur :

**CAPUT XIX [Vet. XIII, Rec. XIV].**

**VERS. 19, 20.** — Si despaxi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, et absque operimento pauperem; si non benedixerunt mihi latroni ejus, et de vellervibus ovium mearum calefactus est.

29. *Misericordiam in pauperes comiletur humilitas.* Qui præmissis probris elemosynam tribuunt, vix pro illata **D** injurya satisfaciunt. — Quod pauperem non despexit, virtutem humilitatis exhibuit; quod autem operuit, pietatis. Duæ quippe istæ virtutes ita sibimet esse connexas debent, ut vicario semper opere fulciantur; quatenus nec humilitas, cum veneratur proximum, largitatis gratiam deserat, nec pietas cum largitur intumescat. Erga indigentiam itaque proximi humilitatem pietas fulciat, humilitas pietatem, ut cum indigentem rebus necessariis naturæ tuæ consortem videris, nec per impietatem desinas tegere, nec per superbiam negligas venerari quem legis. Nam sunt nonnulli qui inox ut ab egenis fratribus fuerint necessaria postulati, post dops largituri, in eos prius contumeliosa verba jaculantur. Qui etsi rebus ministerium pietatis perficiunt, verbis tamen gratiam humilitatis perdunt; ita ut plerumque videatur quia illatae jam injuria satisfactionem solvunt, cum post contumelias dona largiuntur. Nec magni est operis quod postulata tribuunt, quia ipso dationis suæ munere vix eundem excessum sermonis tegunt. Quibus bene per Ecclesiasticum librum dicitur : *Omnis dato non des tristitiam verbi mali* (*Ecclesiasticus xviii, 16*). Et rursum : **E**cce

<sup>a</sup> Norm., sed tamen hæc... an a conditoris sui gratia... innotescat.

<sup>b</sup> Ed., ex conditoris. Lectionem nostram habent Germ.: Norm. omnes, Turon., Corb. Germ., Laud., etc., et infra, quod a conditione, ubi in Ed. legebatur quod a conditore.

<sup>c</sup> Norm., ut vicaria semper ope se fulciant. Ita quoque Laud., Corb. Germ. et Val. Cl., sed in Turon. et Germ. legitur, ut vicaria se per opera fulciant.

<sup>d</sup> In Gilot. et aliis recentiorib. Edit., *adde verbum.* Veteres Ed. consentiunt MSS., habentque, ecce verbum.

26. *Misericordia Job non solum ex munere, sed ex dandi celeritate pensanda.* — Sed cum largitatem mentis suæ indicat, quia ad votum se pauperibus concurresse manifestat, necesse est ut quæramus ne humen misericordiaæ dationis tarditate fuscaverit. Unde subjungit : *Et oculos viduae expectare feci.* Potenter se viduam exspectare noluit, ut non solum ex munere, sed etiam ex celeritate munieris, bonorum operum merita augeret. Unde alias scriptum est : *Ne dicas amico tuo, vade et revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare* (*Prov. iii, 28*). Sed non nulli solent exterius multa largiri, communis autem vita gratiam repellentes habere pauperes, socios in domesticâ conversatione refugiant. Unde beatus Job, ut non solum se insinuet exterior multa præbuiisse, sed apud se quosque inopes etiam in domesticâ conversatione recepisse, protinus adjungit :

**CAPUT XVII [Rec. XII].**

**VERS. 17.** — Si comedи buccellam meam solus, et non comedи pupillus ex ea.

27. *Inopes hospitio recipiendi et ad mensam adhibendi.* — Scilicet pietati se præjudicium facere æstimans, si solus comederet quod Dominus omnium communiter creasset. Quæ profecto communio conversationis esse cum talibus intra domesticos parientes debet, ex quibus æternæ proficiant merita retributionis. Unde sanctus vir non quemlibet, sed ad manducandum socium pupillum se habuisse perhibet. **D**Sed tanta hæc pietatis viscera utrum a se-

<sup>a</sup> Sic legimus in vet. Ed. et in MSS. Corb. Germ., Turon., Laud., Germ., Val. Cl., Norm. et pl. Recentiores Editores ex levi conjectura locum hunc sic mutarunt : *ea sola æstimanda* (Gussauv., æstimandi) *sunt accipere pauperes, quæ humiles p̄tunt.*

<sup>b</sup> Placuit Editoribus, verbo oportere sublatu, accersere in ejus locum obtinere, quod sane melius sumat. Verum ne ipsis obsequamur obstant MSS., præsertim Laud., Germ., Norm. et Corb. Germ.

<sup>c</sup> In Germ., Norm., Laud., Corb. Germ. et aliis, et si oculos; supra tamen ubi idem textus profertur, legitur simpliciter, et oculos.

*verbum super datum bonum, et utraque cum homine iustificato (Ibid., 17), videlicet, ut datum exhiberi debeat per pietatem, et bonum verbum tribui per humilitatem. At contra, alii egenos fratres non student rebus fulcire cum possint, sed blandis tantum sermonibus sovere. Quos vehementer Jacobi prædicatione sancta reprehendit, dicens: Si autem frater auctor nudi sunt, et indigent victu quotidiano, dicat aperte aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini et saturamini; non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid rubis proderit? b Quos Joannes quoque Apostolus admonet, dicens: Filioli mei, non diligamus verbo, nec lingua, sed opere et veritate (I Joan. iii, 13). Dilectio namque nostra semper exhibenda est et veneratione sermonis, et ministerio largitatis.*

[Vet. XIV.] *Pauperibus eleemosynam dantes, patronis munera offerimus. Seminamus quæ postea cum magno senore metamus. — Multum vero ad edomandam dantis superbiam valet, si cum terrena tribuit verba sollicite magistri cœlestis penset, qui ait: Facite rubis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula (Luc. xvi, 9). Si enim eorum amiciis æterna tabernacula acquirimus, dantes procul dubio pensare debemus, quia patronis potius munera offerimus quam egenis dona largimur. Hinc per Paulum dicitur: Vestra abundantia illorum inopiam supplet, ut et illorum abundantia vestræ inopie sit supplementum (II Cor. ii, 14). Ut videlicet sollicite perpendamus quia et eos quos nunc inopes cernimus, abundantes quandoque videbimus; et 693 qui abundantes aspicimur, si largiri negligimus quandoque inopes erimus. Qui itaque nunc temporale subsidium pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua recepturus, ut ita dicam, quasi ad frugem terram explit, quæ quod acceperit uberioris reddit. Restat ergo ut nunquam elatio surget ex munere quando videlicet dives ex eo quod pauperi tribuit agit ut in perpetuum pauper non sit. Beatus igitur Job ut diligenter ostenderet humilitas atque misericordia quanta in eo fuerit consideratione sociata ait: Si despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, et absque oportento pauperem; si non benevolenter mihi latera ejus, et de velleribus ovium meorum calefactus est. Ac si aperte diceret: In amore proximi uno eodemque ordine et superbie vitium, et impietatis premens, prætereuntem quempiam et humiliiter aspiciens non despexi, et misericorditer calefeci. Quisquis enim super eum cui aliquid tribuit fastu se elationis extollit, majorem culpam intrinsecus superbiendo peragit, quam extrinsecus largiendo, mercedem, sive ipse bonis interioribus nudus, cum nudum despicit vestiens; eoque agit ut se*

a Vindoc., favere.

b Norm., quod Joannes. Germ., quibus Joannes dicit.

c Gemet., benedixerunt me.

d Deest etiam in Laud et pler. Norm.

e Locus hic varie torquetur in MSS. Vindoc. et Corp. Germ. habent, distinguenter. Turon. et Geru., distinguerent. Pratel., Becc., Utic. et pler. Norm., disjungentes.

A ipso deterior fiat, quo se indigenti proximo melioreum putat. Minus quippe inops est qui vestem non habet quam qui humilitatem. Unde necesse est ut cum naturæ nostræ consortes exteriora non habere conspiciamus, quam multa nobis desint bona interiora pensemus; quatenus sese super inopes cogitatio non elevet, cum solerter videt quia nos tanto verius quanto et interius indigentes sumus.

31. *Etiam incognitis erogetur eleemosyna. — Et quia sunt nonnulli qui pietatis suæ viscera tendere usque ad incognitos nesciunt, sed solis quos per assiduitatem notitiae didicerint miserentur, apud quos nimirum plus familiaritas quam natura valet, dum quibusdam necessaria non quia homines, sed quia noti sunt, largiuntur, bene nunc per beatum Job dicitur: Si despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum. Ignolo enim proximo misertum se indicat, quem prætereuntem vocat, quia videlicet apud piam mentem plus natura valet quam notitia. Nam et unusquisque qui indiget, eo ipso quo homo est, ei jam incognitus non est. Sequitur:*

#### CAPUT XX [Rec. XV].

VERS. 21.— *Si levavi super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiori.*

32. *Sancti libenter injuriam patiuntur, et quæ sibi debentur carent districtus exigere. — Mos apud veteres fuit ut ad portam seniores sederent, qui certantium iurgia judicaria examinatione discernerent; quatenus urbem, in qua concorditer oportaret vivere, discordes minime intrarent. Unde et per prophetam Dominus dicit: Constituite in porta iudicium. (Amos. v, 15). Hoc itaque loco quid porta nomine exprimitur nisi id quod agebatur in porta? Sicut enim pugnare castra dicimus, pro eo quod pugnatur ex castis; ita iudicium, quod in porta agi consueverat, porta nominatur. In porta ergo se superiorum videt, qui se melioris partis esse in iudicio æquitatis merito conspiciunt. Beatus igitur Job, quia nec tunc contra pupillum et manum exeruit, cum se etiam per justitiam meritum potiorem vidit, nobis timoris regulam insinuans, dicit: Si levavi super pupillum 694 manum meam, etiam cum viderem me in porta superiori. Ac si patenter dicas: Neque tunc utilitatis meas negotia virtute contra pupillum exsequi volui, quando me in iudicio etiam ex justitia potiorem vidi. [Vet. XV.] Sancti etenim viri quando cum personis minoribus contentionum negotia subeunt, dum gravare vel in minimis timent, ipsi contra justitiam gravari nequam refugiunt. Scient quippe quia omnis humana justitia injustitia esse b reprehenditur, si divinitus districte judicetur. Unde hoc quod sibi competit carent vehementer exigere, ne eorum actus supernam*

f Norm., in castis.

g Ita Corp. Germ., Laud. et pl. Norm., ubi Editio cum Germ. habent manum exercuit; et paulo post, potentiorum pro potiorem, ut legitur passim in MSS. præsertim Corp. Geru., Norm., Turon., Germ., Laud., et Val. Cl.

h Al., devrehenditur ut est in recent. Excusis, invitatis MSS.

rectitudinem contingat subtiliter examinare. Sed ut inveniri justi in divino examine valeant, plerumque apud humana judicia gravari se et injuste patiuntur. Beatus autem Job vita sua celsitudinem narrans, et multa sunt et mira quae dixit. Sed quia plerumque humana mens renuit bona credere, quae nescit operari, maledicti sibi sententiam protinus subjicit, si qua horum quae dixerat opere non implevit, dicens :

## CAPUT XXI [Rec. XVI].

VERS. 22. — *Humerus meus a junctura sua cadat, et brachium meum cum ossibus suis conteratur.*

33. *Concordia in societate, sine patientia perseverare non potest.* — Quia operatio corporea per humerum ac brachium agitur, bona quae ore protulit, si opere non implevit, cadere sibi humerum et contiri brachium exoptat. Ac si aperte dicat : *Si ea quae dixi operari renui, ipsum quod mihi ad operandum datum est corporis membrum perdam, ut videlicet cadat a corpore, quod exercere nolui ad utilitatem.* Si vero haec maledicti sententia ad spiritualem est intelligentiam referenda, liquet profecto quod brachium corpori per humerum jungitur. Et sicut per brachium bona operatio, ita per humerum socialis vitae conjunctio designatur. Unde propheta quoque intuens sanctos universalis Ecclesie populos Deo concorditer servitores, ait : *Et servient ei in humero uno* (Sophon. iii, 9). In eo ergo quod dicit : *Si levavi super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiori, miram virtutem patientiae servasse* se asserit, qui gravari se a personis minimis, nec contra hoc quod sibi juste competere poterat, declinavit. Quod tamen si minime fecerit, adjungit : *Humerus meus a junctura sua cadat.* Quia nimirum qui patientiam servare contemnit socialem vitam citius per impatientiam deserit. A junctura etenim humerus eadit, cum adversitatis aliquid ferre animus non valens, fraternalm concordiam relinquit ; et quasi membrum separatur a corpore, cum is qui operari bona poterat a bonorum omnium absconditur universitate. Neque enim unquam servari concordia nisi per solam patientiam valet. Crebro namque in humana actione nascitur, unde mentes hominum vicissim a sua unitate ac dilectione separantur ; et nisi ad adversa toleranda se animus præparet, procul dubio humerus corpori non inheret. Hinc etenim Paulus ait : *In vicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi* (Galat. vi, 2). Hinc per semetipsam Veritas dicit : *In patientia vestra possidebitis animas vestras* (Luc. xii, 49).

[Vet. XVI.] 34. *Sine patientia charitati conjuncta bona opera pereunt.* — Recete autem, humero cadente, subjungitur : *Et brachium meum cum ossibus suis conteratur* : 295 quia nimirum cuncta nostra operatio,

<sup>a</sup> Ebroic., Gemet. ac alli Norm., si bona quae, hic Laud. habet ipsa quod mihi, pro ipsum.

<sup>b</sup> Al. humero uno,

<sup>c</sup> Genet., a suavitate.

<sup>d</sup> Editi addiderunt *falsa*, quod abest a MSS. Laud., Val. Cl., Norm., etc. Germ. habet, *virtutibus connecta*. Corb. Germ., *virtutibus plena*.

<sup>e</sup> Guisanv., Vatic. et al. recent., *purgit operari*.

A cum quibuslibet videatur esse <sup>d</sup> virtutibus, solvitur, nisi per charitatis vinculum patientia conservetur. Sua enim bona <sup>e</sup> perdit operari qui aliena mala renuit perpeti. Fervore quippe iracundi spiritus Iesus quisque a dilectione resilit, et cum se exterius gravari non tolerat, intus se per amissum <sup>f</sup> lumen charitatis obscurat ; nec videt jam quo tendat pedem boni operis, qui oculum perdidit dilectionis. Sed sancti viri humerus a junctura sua non cadit, quia videlicet ejus dilectio a socialis vitae concordia per impatientiam non recedit. Ejusque brachium minime frangitur, quia omnis ejus operatio in conjunctione humeri, id est in charitatis connexione custoditur. Sed qua consideratione bona haec tanta egerit, atque a malis omnibus sese abstinuerit, adjungit di-

B cens.

## CAPUT XXII [Rec. XVII].

VERS. 23. — *Semper enim quasi tumentes super fluctus timui Deum, et pondus ejus ferre non potui.*

35. *Timoris Dei quanta vis ad omnium contemptum persuadendum. Extremi judicii signa prævia.* — A pavori tantæ similitudinis pensemus, si possumus, quanta in sancto viro fuerit vis timoris. Fluctus enim cum tumentes desuper imminent, cumque eam quam deferunt mortem minantur, nulla tunc navigantibus rerum cura temporalium, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur ; ea ipsa quoque ex navi projiciunt, pro quibus longa navigia sumpserunt ; cunctæ res in despectum mentis veniunt, amore vivendi. Quasi ergo tumentes super se fluctus Deum metuit, qui dum veram vitam desiderat, omnia despiciat quæ hic possidens portat. Nam velut tempestate deprehensi pondus navis abjicimus, quando ab oppressa mente desideria terrena removemus. Fitque ut & sublevata navis enatet, quæ mergebatur onerata, quia nimirum curæ quæ in hac vita deprimit mentem in profundum trahunt. Quæ videlicet mens tanto altius inter tentationum fluctus attollitur, quanto sollicitius ab hujus sæculi cogitatione vacuatur. Est vero et aliud quod de maris concussione debeat solerter intueri. Tempestas quippe cum oritur, prius lenes undæ, et postmodum volumina majora concitantur ; ad extremum fluctus se in alta erigunt, et navigantes quosque <sup>b</sup> ipse sua altitudine subvertunt. Sic sic nimirum extrema illa properat, quæ universum mundum 696 subruat tempestas animarum. Nunc enim bellis et cladibus quasi quibusdam undis sua nobis exordia ostendit, et quanto ad finem quotidie propinquiores efficiuntur, tanto graviora irrueunt tribulationum volumina videmus. Ad extremum vero commotis omnibus elementis, supernus judex veniens finem omnium aportat, quia videlicet tunc tempestas fluctus in celum levat. Unde et dicitur : *Adhuc*

*Sed contra sancti Gregorii mentem, qui docet cessare bona operari qui aliena pati recusat, et contra idem MSS. Anglic. et Norm., necnon Corb. Germ., Turon., Germ., Laud., etc., quibus consentium vet. Edit.*

<sup>f</sup> Val. Cl. *lumen claritatis*.

<sup>g</sup> Gemet., aliquie pl., *relevata navis*.

<sup>h</sup> Laud. et Val. Cl., *ipse vultus*.

modicum, et ego movebo non solum terram, sed etiam **A** seculum (*Aggs.* II, 7). Quam scilicet tempestatem quia sancti viri vigilanter aspiciunt quasi tumentes super se quotidie fluctus expavescunt, atque ex his tribulationibus quae mundum feriunt prævident quae sequantur.

36. *Judicium extremum sancti formidant; quanto magis expavescere debent peccatores.* Bene autem subditur: *Et pondus ejus ferte non potui, quoniam qui extremi judicil adventum intenta mente considerat, profecto videt quia tantus pavor imminet, quantum non solum tunc videre, sed se etiam nunc prævidere pertimescat.* Consideratione namque tanti terroris metu animus paupit, et intentionis suæ oculos declinans, intueri quod prævidet recusat. Bene ergo dicitur: *Et pondus ejus ferte non potui, quia cum superne majestatis vim ad judicium venientis terrorumque tanti examinis considerando animus conatur exquirere, mox ad semetipsum refugiens, sese expa-*

<sup>a</sup> Val. Cl., quæ nondum feriunt.

vescit invenisse. Sed inter hæc pensandum est quia heatus Job ista de se loquitur laudatus et flagellatus. Si igitur saltem ad meritorum profectum ita percussus est qui sic timuit, quomodo feriendus est qui contemnit? Quomodo depressura sunt Dei judicia eos qui se elevant, si et illos ad tempus depriment qui hæc semper in humilitate formidant? Quomodo pondus Dei poterit ferre qui despicit, si hoc et ille in verbere pertulit qui per timorem prævidit? Unde suminopere formidandum nobis est illud tantæ distinctionis examen. Constat autem quia in hac vita cum percudit, si percussionem correctio sequitur, disciplina patris est, non ira judicis; amor corrigentis est, non districtio punientis. Ex ipso ergo præsenti verbere judicia æterna pensanda sunt. Hinc etenim perpendere suminopere debemus quomodo feratur illa quæ reprobatur, si ferri modo vix valet ejus ira quæ purgat.

## LIBER VIGESIMUS SECUNDUS.

*Quod supererat capitil xxxi libri Job explicatur, commendanturque præsertim animi demissio et moderatio, patientia, charitas, et erga subditos sollicitudo.*

### CAPUT PRIMUM.

1. *Ad cavendam desperationem, licet recte a se gestorum recordari.* — <sup>a</sup> Quod a me sæpe jam dictum est, hoc me crebro repetore onerosum non est, quia et prædicator egregius dicit: *Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium* (*Phil.* III, 1). Beatus Job idcirco gestas virtutes narrat, quia inter increpationis verba et percussionis verbera reprehensus, a spei fiducia mentem suam labefaciari considerat. Multa quippe et egisse se mala ab increpantibus amicis audierat, et ne verbis pariter et flagellis pressa in desperationem mens corrutat, hanc per suarum virtutum memoriam ad spem reformat, ut nequaquam se debeat in calamitate despicere, quæ tranquillitatis suas tempore se meminerat tam sublimia egisse. Quia igitur intentionis ejus **697** causam diximus, restat ut auditas virtutes illius subtiliter perpendamus.

2. *Una virtus sine aliis, aut nulla est, aut minima.* — Hoc autem primum sciendum est, quia quisquis virtute aliqua pollere creditur, tunc veraciter pollet, cum vitiis ex alia parte non subjet. Nam si ex alio vitiis subditur, nec hoc est solidum, ubi stare putabatur. Unaquæque enim virtus tanto minor est, quanto desunt cæteræ: Nam sæpe quosdam pudicos quidem vidisse nos contigit, sed non humiles; quosdam vero quasi humiles, sed non misericordes; quos-

<sup>a</sup> Recent. Ed., quod ante aste. Sequuntur Mss. et vet. Exc.

<sup>b</sup> Prætell. Codex elegantissimus et emendatissimus, Utic. ac Becc. optimæ quoque notæ, non pigrum, quod derivatur a pigr.

<sup>c</sup> Hic in varia abeunt mss. Cod. In Turou. et Germ. legitur: quia superbia se intrinsecus corrupte se-

dam quasi misericordes, sed nequaquam justos; quosdem vero quasi justos, sed in se potius quam in Domino confidentes. Et certum est quia nec castitas in ejus corde vera est, cui humilitas decat, quippe <sup>c</sup> quia superbia se intrinsecus corrupte fornicatur, si semetipsum diligens, a divino recessit amore. Nec humilitas vera est cui misericordia juncta non est, quia nec debet humilitas dici, quia ad compassionem fraterno miseris necit inclinari. Nec misericordia vera est quia a rectitudine justitia existit aliena, quia quæ potest per iniquitatem peccati, necit procul dubio sibimet ipsi misereri. Nec justitia vera est quia fiduciam suam non in conditore omnium, sed in se fortasse, aut in rebus conditis ponit, quia dum a creatore spem subtrahit, ipse sibi principalis justitiae ordinem pervertit. Una itaque virtus sine alijs, aut omnino nulla est, aut imperfecta. Ut enim, sicut quibusdam visum est, de primis quatuor virtutibus loquar, <sup>d</sup> prudentia, temperantia, fortitudine, atque justitia; tanto perfectæ sunt singulæ, quanto vicissim sibi meti conjunctæ. Disjunctæ autem perfectæ esse nequaquam possunt, quia nec prudentia vera est quæ justa, temperans et fortis non est, nec perfecta temperantia quæ fortis, justa et prudens non est, nec fortitudo integra quæ prudens, temperans et justa non est, nec vera justitia quæ prudens, fortis et temperans non est.

<sup>d</sup> metipsum diligens a div. timore fornicatur. Val. Cl., fornicatur semetipsum dividens a div. amore. Vindoc., semetipsum diligens a div. amore fornicatur; quod etiam habent Norm. et Corb. Germ.

<sup>e</sup> Corb. Germ., Norm. et plur. cum vst. Ed., prudencia, temperantia, fortitudo, atque justitia, tanto perfectæ sunt singulæ.

3. *Onnes in Job conseruentur.* — Beatus itaque Job, quod non unam sine alia, sed conjunctas in se virtutes habuerit, enumerando singulas innotescit. Nam bona pedicitis inainuans, dicit : *Si deceptum est cor meum super maliterem (Cap. xxxi, 9).* Atque ut eidem pedicitis demonstraret humilitate gratiam nullatenus despisse, post extera subjungit : *Si contempni subire judicium cum servo meo (Vers. 15).* Qui et humilitati sua ostenderet misericordiam fuisse conjunctam, paulo post dicit : *Si negavi quod celebans pauperibus (Vers. 16).* Atque ut misericordiam suam ostenderet de justitate radice descendere, paulo superius praecepsit, dicens : *Si ambulet in vanitate, et festinans in dolore per meum (Vers. 5).* Atque ut monstraretur quam fuerit ad cuncta pavidus, et ad omnia circumspectus inferius assentir, dicens : *Semper enim quasi funeris super me fluctus summi Dominum (Vers. 25).* Qui scilicet in prosperis positus, atque abundantia rerum fultus, si spem aut in suis actionibus aut in circumfluentibus rebus ponere, profectio justus non esset. Sed quando iste vir sanctus in se spem posuit, qui aperte dicit : *Ecces non est auxilium meum in me (Job. vi, 15)? [Vet. et Rec. II.]* Quid ergo dunc superstes, nisi ut ipse quoque divitias quam mente possederit innotescat? Ait enim :

**698 Cap. xxxi, vers. 24.** — *Si pulvi aurum robur meum, et obryzo dixi, fiducia mea.*

#### CAPUT II.

4. *Non in labentibus divitiae, sed in Deo solo confundendum.* Obryzum dicimus <sup>b</sup> oblude aurum. Sanctus ergo vir nec aurum robur, nec sibi esse obryzum. id est rufis auri molem fiduciam credidit, quia spem <sup>c</sup> atque delectationem suam in solius gratia conditoris fugens, neque de quantitate auri, neque de specie peccavit. De creatore quippe desperasse fuerat, spem in creatura posuisse. In rebus autem dubiis spem fixarit dives ille, qui dicebat : *Anima, habes multa bona <sup>d</sup> reposita in annos plurimos, requiesce, comedere, bibe, epulare. Sed hunc superna vox increpat, dicens : Stalle, hac nocte animam tuam repetunt a te; quae autem parasti, cuius eritis (Luc. xii, 19, 20)?* Eadem enim nocte sublatus est, qui in rerum sibi abundantia multa tempora fuerat praestolatus, ut scilicet qui in longum sibi subeidea colligendo prospiceret, subsequentem diem vel unum minime videret. Quasi in aquis enim defluentibus fundamentum ponere est in rebus labentibus spei fiduciam velle solidare. Stante enim in perpetuum Deo, transirent omnia. Quid ergo a stante fugere est, nisi transirentibus rebus inlunare? Quis namque unquam docurrentium fluminis tumidis <sup>e</sup> vorticibus reptus manere ipse fixus potuit, deorsum unda defluente? Quisquis ergo defluere devitat, superstes ut quod defluit fugiat, ne per hoc quod emat in hoc cogatur pervenire <sup>f</sup> quod vital.

<sup>a</sup> Pratell. et alii Norm., si spem in suis actibus poseret, profectio justus non esset.

<sup>b</sup> Turon., Laud., Val. Cl., Norm., ruda aurum... rudent auri robustum.

<sup>c</sup> Gemet. aliquique Norm. ac Turon.; atque dilectionem.

A Qui enim rebus labentibus inhæret, illò videlicet trahitur, quo tendit quod tenet. Prius itaque curandum est ne quis temporalia diligit, ac deinde ne in eisdem temporalibus quæ non ad delectationem sibi, sed ad usum retinet, fiduciam ponat, quoniam conjunctus decurrentibus mox statum suum animus perdit. Nam vita præsentis fluctus trahit quem levat, et valde demens est qui in unda volvitur, et plantam figere conatur. Sed sunt plerique qui etiæ in rebus transirentibus fiduciam nequaquam ponunt, cum tamen sibi metu ad usus necessarios abunde adsint, mente tacita latantur. Quia in re dubium non est, quia tanto quisque minus dolet quod desint eterna, quanto magis gaudet quod adsint temporalia; et qui minus dolet quod desint temporalia, certius exspectat ut adsint eterna. Hoc itaque de terrenis rebus gaudium beatus Job non se habuisse testificans, subjungit dicens :

#### CAPUT III [Vet. III].

**Vers. 25.** — *Si latitus sum super multis divitiis meis, et quia plurima reperit manus mea.*

**5. Sancti bonorum temporalium onus aut largiendo partiuntur, aut contemnendo totum deponunt.** — Sancti quippe viri in bujus peregrinationis seruina, quoniam eam quam appetunt adhuc creatoris sui speciem contemplari minime sinuntur, omnem presentis vita copiam inopiam deputant, quia videlicet nil extra Deum sufficit menti quæ veraciter Deum quererit; et plerumque eis ipsa sua abundantia fit vehementer onerosa, quia hoc ipsum graviter tolerant, quod festinantes ad patriam in itinere multa portant. Unde fit ut haec cum indigentibus proximis devote partiuntur, quatenus dum sumit iste quod non habet, deponat ille quod amplius habebat; nec conviator vacuus ambulet, nec eum quem retardare in via poterat nimium onus gravet. Electi ergo de multa abundantia minime **699** latantur, quam videlicet pro amore celestis patrimonii aut largiendo dispergunt, aut despiciendo deserunt. Sequitur :

#### CAPUT IV.

**Vers. 26-28.** — *Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incidentem clare; et latatum est in abscondito cor meum, et osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniqüitas maxima, et negatio contra Deum altissimum.*

**6. Sensus coercent, et continuo studio intra mentem suam se colligunt.** — Incertum non est quod ultraque haec luminaria humanis ministeriis deputata, cœli militiae vocantur. In quorum cultum multos novimus, scriptura teste, cecidisse, sicut scriptum est : *Adoraverunt universam milittiam cœli (IV Reg. xvii, 16).* Et quia sol et luna aliter videntur ad usum, aliter ad venerationem, eo more quo à cultoribus suis venerari solent, solem et lunam beatus Job nequaquam

<sup>d</sup> Plur., posita.

<sup>e</sup> Norm., Corb. Germ. et Germ., quid ergo nisi a stante fugere est, transirentibus inhærente.

<sup>f</sup> Germ., onnes Norm., Laud., Corb. Germ. et Val. Cl., et verticibus.

<sup>g</sup> Vindoc., quod noget.

vidisse se perhibet, nec lætatum fuisse cor suum, nec osculatum manum ore suo. In qua videlicet osculatione, quid aliud quam gratia venerationis exprimitur? Quod si fecisset unquam, hoc iniquitatem maximam et Dei negationem vocat. Sed postquam tanta de se locis superioribus virtutum culmina narravit, \* quid nunc mirum memorat, si solem ac lunam non se adorasse manifestat? Unde pensandum est quod postquam in auro non habuisse fiduciam, nec in multis divitiis lætatum se fuisse testatur, adhuc ad sublimiora ducitur, ut tanto nos magis erudit, quanto de se aliqua subtilius narrat. Ait enim: *Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incidentem clare, et lætatum est in abscondito cor meum.* Quid hoc in loco videre dicitur, nisi desideranter intueri? Unde Psalmista ait: *Iniquitatem b si consperci in corde meo, non exaudiat Deus* (Psal. LXV, 18). Quæ nimirum iniquitas in ore exprimi non posset, si non conspiceretur in corde. Sed aliud est videre per judicium, aliud per appetitum. Beatus ergo Job fulgentem solem, et clare incidentem lunam nequaquam vidisse se perhibet, ut se demonstret præsentis lucis speciem non appetisse. Ac si post respectum terrenæ suæ abundantiae patenter insinuet: *Quid dicam, quia nequaquam in auro lætatus sum, qui in ipsa quoque luce corporea delectatus non sum?* Sancti etenim viri postquam omnia præsentis vitæ oblectamenta despiciunt, præ illius lucis internæ dulcedine, ab hac exteriori animum luce quasi a tenebris avertunt: mulumque secum intrinsecus contendunt, ne hujus lucis, quæ fulget extrinsecus, delectatione rapiantur. Lux quippe visibilis si incaute diligitur, a luce invisibili cor cœatur, quia quanto extra se inhibans animus funditur, tanto amplius in internis obtutibus reverberatur. Unde solentes quique ne corporeis sensibus nimis ad exteriora dilabuntur, continuo studio intra mentem suam occulta custodia disciplina se colligunt, ut tanto magis inveniantur interius integri, quanto minus sunt exterius fusi. Hoc enim vigore disciplina intra mentis suæ se arcana constringerat, qui exterioris vite appetitum fugiens, dicebat: *Diem hominis non concupiri, tu scis* (Jerem. XVII, 16). Quod ergo apud prophetam dicitur: *Diem hominis non concupisi, tu scis, hoc de semetipso beatus Job verbis aliis asserit, quia fulgentem solem et lunam incidentem clare non viderit, atque ex his in cordis abditis lætatus non sit, quia nimirum gaudere non poterat de his quæ per delectationis desiderium non videbat.*

[Vet. IV.] 7. *Cavent né suæ prudentiæ innituntur.* — Si vero cuncta hæc quæ juxta historiam tractando **700** discurremus per allegoriæ quoque mysteria perscrutemur, quid hoc in loco aurum accipimus, nisi præclarui intellectus ingenium; quid obryzum, nisi mentem? quæ dum igne amoris excoquitur, semper in se servat claritatem pulchritudinis quotidiana in-

\* Laud., quod nunc nimirum memorat.

<sup>b</sup> Prat. et alii Norm., si aspexi... non exaudiens Deus.

\* Doest tu scis in Utic., Pratel. ac plur.

A novatione fervoris. Nec sit enim mens per torporem d' veterascere, quæ studet per desiderium semper inchoare. Hinc namque per Paulum dicitur: *Renovareni spiritu mentis vestrae* (Ephes. IV, 23). Hinc Psalmista, qui ad perfectionis jam culmen pervenerat, quasi inchoans dicebat: *Dixi, nunc ceipi* (Psal. LXXVI, 11), quia videlicet si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, valde necesse est ut inchoare nos quotidie credamus. Nec abhorret a rationis ordine quod aure dicimus ingenium designari, quia sicut in ornamento aurum supponitur, ut gemmarum desuper ordo disponatur, ita clara sanctorum ingenia divinis munib' bus humiliiter substernuntur, et distincta super se gratiarum dona percipiunt. Et nisi quid simile aurum cum sapientia haberet, quidam sapiens minime dixisset: *Sapientia absconsa, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utriusque* (Eccli. XX, 32; XL, 17)? Sancti autem viri robur suum aurum non deputant, quia quantolibet ingenio fulgeant, nihil se esse ex suis viribus pensant. Et cum sentire omnia valenter possunt, prius intelligere semetiposos cupiunt, quatenus lumen ingenii more solis prius illustret locum in quo oritur, et postmodum cetera, ad quæ procedendo dilatatur, ne si intendendo cognoscendis alios semetiposos nesciant, ibi solis radius ubi oritur obtenebretur. Ingenii itaque virtutem ad cognoscendam propriam infirmitatem dirigunt, atque ex infirmitatis suæ melius cognitione convalescent. Aurum ergo robur non creditur, si in accepto ingenio fiducia non habetur. Quod bene Salomon admonens, ait: *Habe fiduciam in Domino in toto corde tuo, et ne innitaris prudentiæ tuae* (Prov. III, 5). Dicat ergo: *Si putavi aurum robur meum, et obryza dixi, fiducia mea.* Ac si aperte fateatur, dicens: *Nec quæ veraciter intellexi, meo ingenio tribui, nec menti proprie, si qua egisse me bona contigit, hæc principaliter deputavi.* Qui adhuc subtilius humilitatem nobis sui cordis insinuans, adjungit dicens:

#### CAPUT V [Rec. III].

Vers 25. — *Si lætatus sum super multis divitiis metis, et quia plurima reperi manus mea.*

8. *Multa in sacris litteris intelligere periculorum, nisi intellecta custodiantur.* — Quid multas divitiias appellatas per significationem <sup>c</sup> credimus, nisi abundantia acumina consiliorum? Quæ querentis manus invenit, cum hæc cogitatio tractantis gignit. Ilas etenim Salomon sapientiæ divitiias contemplatus ait: *Corona sapientium divitiæ eorum* (Prov. XIV, 24). Qui quia divitiias non metalla terrena; sed prudentiam nominat, illico per contrarietatem subdit: *Fatuus stultorum imprudentia* (Ibid., 24). Si enim coronam sapientium terrenas divitiias diceret, procul dubio fatuitatem stultorum paupertatem potius quam imprudentiam fateretur. Sed dum fatuitatem stultorum imprudentiam subdidit, sapientum divitiias quia pru-

<sup>d</sup> Germ., Lauu. et Corb. Germ., veterescere.

<sup>e</sup> Corb. Germ., Lauu., Germ. et pler., ex toto corde.

\* Vindoc., dicimus.

dentiam dixerit, indicavit. Has in se Paulus scientias divitias contemplatus, et contemplationem suam consideratione humanae fragilitatis humilians, ait : *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus* (1 Cor. 4, 7). Multas itaque apud nos divitias reperimus, cum dona abundantis intelligentiae, sacra eloquia investigando percipimus, atque in his plura, nec tamen sibi met diversa sentimus. Non est autem secura *lætitia* **701** in divinis paginis vel fortia, vel multa cognoscere, sed cognita custodire. Nam qui bene intelligit, quid intelligendo debeat agnoscit. Quanto enim intellectu latius extenditur, tanto ad explenda opera enixius ligatur. Unde in Evangelio Veritas dicit : *Cui multum datum est, et multum queretur ab eo; et cui commendaverunt multum, plus repelent ab eo* (Luc. 12, 48).

[Vet. V.] 9. *Intelligentia data, est quasi pecunia mutuo accepta, cum senore reddenda.* — Deputemus igitur intelligentiam datam quasi pecuniam mutuam, quia quo plus nobis creditur ex benignitate, eo debitores amplius tenemur in opere; et plerumque eadem intelligentiae accepta pecunia, cum ad usuras auditoribus datur, amittitur, nisi caute tribuatur. Neque enim negligenter intuendum est in Regum volumine, quod prophetarum filii cum in Jordane ligna cæderent, uni eorum securis ex manubrio in profundum lapsa disparuit (IV Reg. vi). Ferrum quippe in manubrio est donum intellectus in corde. Ligna vero per hoc cædere est prave agentes increpare. Quod nonnunquam dum fluxe agitur, dum lapsus vanæ gloriae in accepta eadem scientia non vitatur, ferrum in aqua perditur, quia ex dissoluto opere intelligentia satuatur. Quam profecto intelligentiam ad hoc novimus dari, ut ante dantis oculos ex bona debeat actione restitui. Unde recte si qui ferrum amiserat clamabat : *Heu! heu! heu! domine mihi, et hoc ipsum mutuo acceperam* (IV Reg. vi, 5). Habant enim hoc electi proprium, ut si quando eis in sua scientia furtiva vanæ gloriae culpa subreptit, ad eorū velociter redeant, et quidquid in se ante dictiū judicis oculos damnabile inveniunt, lacrymis inserviantur. Qui flentes non solum caute inspicunt mala quæ commiserunt, sed ex accepto munere quæ redere etiam bona & debuerunt, quia nimur tanto se amplius peccatores sentiunt, quanto ex neglectis bonis quæ agere poterant debitores tenentur. Recte ergo qui ferrum perdidit, clamabat : *Heu! heu! heu! et hoc ipsum mutuo acceperam.* Ac si dicat : illud per dissolutionem negligentiae perdi, quod ut per bona

<sup>a</sup> Editi, quid intelligendo operari debeat. Abest operari a Turon., Germ., Laud., Corb. Germ., Val. Cl. et Norm. omnibus; aliundeque sensus integer est, omissa hac voce.

<sup>b</sup> Prat. ac alii Norm., quanto enim intellectus latius extenditur.

<sup>c</sup> Laud., plus queritur... plus petent. Ita quoque in Val. Cl. et Norm., si voculani excipias plus, cuius loco legitur, multum, in Norm.

<sup>d</sup> Recent., sapientia, contra Mas. et vet. Excusorum fidem.

<sup>e</sup> Laud., Corb. Germ. et Germ., mutuum acce-

A opera redderem ex gratia creditoris accepi. Sed nunquam Deus mentem deserit quæ in peccatis se veraciter agnoscit. Unde et mox Eliseus veniens, lignum deorsum mittit, et ferrum in superficiem attollit, quia videlicet Redemptor noster pro nos respiens, cor peccatoris humiliat, et ei quam amiserat intelligentiam reformat, lignum mergit, et ferrum relevat, quia cor afflit, et scientiam reparat. Unde bene in alia translatione dicitur quod confregit lignum atque jactavit, et sic ferrum sustulit. Lignum namque confringere est cor ab elatione conterere. Lignum ad ima jactare est elatum cor in cognitione, ut diximus, propriæ infirmitatis humiliare. Atque illico ferrum ad superficiem reddit, quia ad usum exercitationis prius intelligentia recurrat.

B 10. *Hinc de dono sibi credito justi plus timent quam gaudent.* — Igitur quoniam donum intellectus quod accipitur vix cum tot difficultatibus custoditur (curandum quippe est ne otio torpeat, curandum ne in exercitatione operis vitiæ elationis evanescat), sancti viri minime exsultant cum cognoscunt **702** quæ faciant, sed cum faciunt quæ cognoverant; et si intelligendo congaudent muneri largitoris, moerentes tamen considerant debitum operis, ut videlicet actione persolvant quod eis prorogatum est in cognitione. Stultus namque est debitor qui gaudens pecunias mutuas accipit, et tempus quo reddere debeat non attendit. Moderatur autem lætitia accipiendi, quando solerti providentia etiam constitutum tempus reddendi cogitatur. Quia igitur viri justi in his quæ vigilanter intelligunt secura lætitia non extolluntur, dicitur recte : *Si lætatus sum super multis divitiis meis, et quia plurima reperi manus mea.* Ac si aperte diceretur : Nequaquam me in eo locupletem ex justitia credidi, quo recta quæ agere debui etiam multa cognovi, nec intelligentia cor extulit, quis illud consideratio debitis operationis pressit. [Vet. VI.] Scendum vero est, quod plerumque contingit, ut cum intelligentiae altitudo percipitur, circa semetipsum animus valde sollicitus ab elationis lapsu teneatur. Sed cum mira quæ intelligit etiam operari cooperit, eo ipso nonnunquam quo foras ostenditur labitur, atque in suis actibus se ceteros praemere gloriatur. Beatum igitur Job sicut intelligentiae aurum non extulit, nec lumen quoque ante humanos oculos mirans operationis elevavit. Unde et apte subjungit :

#### CAPUT VI. [Rec. IV].

Vers. 26. — Si vidi solem cum fulgeret.

11. Ad bonorum operum suorum fulgorem non

peram.

<sup>f</sup> Norm., furtive vanæ gloriae culpa subripitur. Ita etiam Germ. Corb., Germ., Val. Cl. et Laud., mutato furtive in furtiva.

<sup>g</sup> Post debuerunt in Germ. et Norm. additur attendunt, quia, etc.

<sup>h</sup> Editi, conditoris, quod etiam legitur in nonnullis MSS. Vindoc., Corb. Germ., Laud., Val. Cl., habent creditoris, quod Gilot. pro diversa lect. annotavit.

<sup>i</sup> Vindoc., ut cum intelligentia cor extollit, altitudo percipitur.

*exultant. Non absolvitur debitor qui multa reddit, sed qui omnia.* — Sol quippe in fulgore est bonum opus in manifestatione. Scriptum namque est : *Lux et lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificant patrem vestrum qui in celis est* (*Math. v. 16*). Et rursum : *Sicut lumen vestri preoccincti, et lucernae ardentes* (*Luc. xii. 35*). Quod enim hoc in loco fulgenti sole, id in Evangelio lucernis ardentibus designatur. Bonum quippe opus cum in medio persidorum lucet, lucerna ardet in nocte; cum vero in Ecclesia resplendet, sol fulget in die. Bonum opus si adhuc tale est, quod soli mali mirantur, lucerna videlicet in nocte est; si autem ita proficit, ut mirari a bonis ac perfectioribus possit, nimirum sol est in die. Bonum opus cum per activam <sup>a</sup> vitam corporis lucent, quasi lucernae more, lumen ex testa resplendet. Cum vero per solam virtutem mentis in contemplatione attollitur, quasi more solis de celo veniens lux videtur. Quia igitur multa beatus Job hospitalitatis ac misericordiae de se bona narraverat, quae profecto tanto adhuc minima, quanto et corporaliter noverat gesta, ad virtutem spiritualium culmen mentis oculum revocans, perfectionis esse meminat, et lucem exemplorum, quam de se aliis tribuit, solem vocavit. [*Reg. V.*] Sunt vero nonnulli qui cum bona aliqua faciant, iniquitatum squarum protinus obliviscuntur, et cordis oculum in consideratione hominum operum quae exhibent figunt; atque eo se jam sanctos existimant, quo inter bona quae agunt maiorum suorum, in quibus et fortasse adhuc implicati sunt, memoriam declinant. Qui scilicet si districtio nem judicis vigilanter attenderent, plus de malis suis metuerent quam de imperfectis bonis exsultarent,

**703** plus inspicerent quod de his quae adhuc eis agenda sunt debitores tenentur, quam quod operantes quædam jam debiti partem solvunt. Neque enim absolutus est debitor qui multa reddit, sed qui omnia; nec ad bravium victoriam pervenit qui in magna parte spectaculi velociter currit, <sup>b</sup> si iuxta metas veniens in hoc quod est reliquum deficit. Nec ad qualibet destinata loca pergentibus inchoando prodest longum iter carpere, si non etiam totum valeant consummare. Qui ergo aeternam vitam querimus, qui aliud quam quædam itinera agimus, per quae ad patriam festinamus? Sed quid prodest quod carpimus tam multa, si ea quae ad pervenientiam restant, negligimus reliqua?

*12. Non quid itineris jam peragendum sit, consideremus, sed quid supersit peragendum.* — More itaque viatorum, nequaquam debemus aspicere quantum jam iter egimus, sed quantum superest <sup>c</sup> ut peragamus, ut paulisper sicut præteritum quod indesinenter et timide adhuc attenditur futurum. Amplius igitur de-

<sup>a</sup> Ita Corb., Germ., Norm., Turon., Germ., Laud. In recentioribus, in corporibus lucet, vet. Excusis lectionem MSS. retinentibus.

<sup>b</sup> Val. Cl., sed qui iuxta metas. Ita etiam Corb., Germ., Norm., Germ., omisso quæ.

<sup>c</sup> Val. Cl. et Laud., ut pergamus.

beamus inspicere quæ bona nondum septimus, quam ea quæ jam nos fecisse gaudemus. Sed habet hoc humana infirmitas proprium, ut plus ei intueri libeat quod sibi in se placet quam quod sibi in se displiceret. Atque quippe oculus cordis, dum laborare in consideratione sua metuit, quasi quoddam stratum delegationis in animo, ubi molliter jaceat, requirit; atque idcirco quæ commoda de peractis bonis sit assecutus intelligit, sed quæ damnæ <sup>d</sup> de neglectis patitur nescit. Pierumque enim hoc vitio tentantur etiam electi. Pierumque eorum cordi suggestur ut bona quæque quæ fecerunt ad animum revocent, et securitatis jam laetitia exsultent. Sed si vere electi sunt, ab eo in quo sibi placent mentis oculos divertunt, omnem in se de peractis bonis laetitiam deprimit, et de his quæ se minus egisse intelligunt tristitiam requirunt, indignos se existimant, et pene soli bona sua non vident, quæ in se videnda omnibus ad exemplum praebent. Hinc est quod Paulus, dum expleta in se bona postponere, et sola adhuc reliqua quæ essent explenda cogitaret, dixit : *Ego me non arbitror apprehendisse* (*Philip. iii. 13*). Hinc est quod ut posset se de bonis quæ agebat humiliare, studebat ad animum præterita mala reducere, dicens : *Qui prius fui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus* (*I Tim. i. 13*).

[*Vet. VII.*] 13. *Quando bona a se facta in memoriam revocari, aut narrare licet.* — Qui et si aliquando dixit : *Bonum certamen certavi, currem consenserui, fidem servavi* (*II Tim. iv. 7*)? Intuendum summopere est quia illud eo tempore intulit quo jam ex corpore discessarum se esse cognovit. Ibi quippe præmisit dioens : *Ego enim jam delibor, et tempus meæ resolutionis instat* (*Ibid., 6*). Tunc ergo ad memoriam perfectionem reduxit operis, cum jam prævidit ad largitatis spatium minime subesse tempus operationis. Sicut enim, dum vivimus, debemus bona nostra a memoria repellere, ne extollant, ita appropinquante exitu, pierumque ea ad memoriam <sup>e</sup> iterum revocamus, ut videlicet fiduciam præbeant, et desperatum timorem premant. Qui etsi Corinthiis bona sua enumerando narravit, **704** illos confirmare studuit, non se ostendere. Nam quia eadem bona <sup>f</sup> non in se attenderet, patescita tribulatione propriæ temptationis edocuit quæ expressæ subjunxit : *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis* (*II Cor. xi. 10*). Ut ergo discipulos instrueret, de se summa referebat; ut vero se in humilitate custodiret, considerationis oculum non in virtutibus suis, sed in infirmitatibus fixerat. Habent itaque proprium sancti viri, ut bona quidem quæ agunt videant; et tamen cum peregerint, ab eorum memoria oculos avertant. Unde recte per beatum Job dicitur : *Si vidi solem cum fulgeret.* Ac si aperte diceret : Opus meum etiam cum aliis exem-

<sup>d</sup> Turon., de negligentia.

<sup>e</sup> Editi cum Corb., Germ., sive revocamus. Germ. abiecit adverbium, MSS. Anglie. et aliis nostris habentibus iterum, et optimo quidem sensu.

<sup>f</sup> Turon., non in se, sed in Domino ostenderet.

phorum lucem tribueret, ad presumptionis gratiam non attendi, quia dum de eo extollit timui, ab intuentu eo oculos averti. Sequitur :

## CAPUT VII.

Ibid. — *Et lunam incidentem clare.*

**14. Fama ex bonis operibus non encupanda.** — Post praemissum solem, apte quoque incidentem clare lunam subdidit, quia videlicet post opus bonum, fama laudabilis sequitur, per quam celebre nomen in hac presentis vite nocte possidetur. Si autem verum est quod quidam putant, illustrationem lunam per occultum circulum a radio solis accipere, ut possit lucem nocturnis cursibus exhibere, ab hujus significacionis ordine haec quoque suspicio non abhorret. Fama quippe a bono opere vires accipit, <sup>a</sup> et favoris gratiam quasi claritatem luminis aspergit. Est et aliud in luna quod per similitudinem bona spargenti famae conveniat. Lux namque ejus etiam in tenebrarum tempore iter ambulantibus ostendit, quia et duro de aliena vita lux tardis emicat, alias <sup>b</sup> ad exercitium boni operis illustrat; cumque illius opinio clara cognoscitur, huic quasi pergenti in itinere exempli lumen praebetur. Sed nonnunquam opus quod, ab aliena opinione sumitur minus mundo desiderio in animo formetur. Nam infirmas mentes cum bona de aliis audiunt, aliquando se ad operationem rectam non amore virtutis, sed delectatione laudis accendunt. Et profecto liquet quia sicut <sup>c</sup> natura solis est ut quaque attigerit accendat et siccat, ita lunaris ignis est proprium ut quidquid contigerit exurat quidem, sed exurendo humidum reddat. Ad vitam igitur bonam alios <sup>d</sup> pro amore Dei affectus recti operis, alios vero amor laudis inflammat. Sed cum recti operis affectu accendimur, quasi per ignem solis a vitiorum humore sicciamur. Eum vero quem ad opus bonum laudis amor provocat, concupita fama, quasi luna, attingit, quia videlicet ejus animum et accendit et resolvit. Accendit scilicet ad exercitium operis, resolvit vero ad concupiscentiam favoris: Plerumque tamen ad excendenda bona opera aliena nos utiliter exempla persuadent. Et cum mente humili opinionis alienae bona suscipimus, nostra vel ad melius bona producimus, vel ad bonum mala permutamus. Cumque nos de vita proximi fama splendor irradiat, mens nostra, ut prædiximus, <sup>e</sup> quæ ad obtinendum virtutis iter se dirigit, quasi in lunæ lumine gressus ponit. Sed sicut ex aliena opinione proficiimus, sic plerumque, si famæ nostræ <sup>f</sup> laudibus intendimus, a virtute vacuamur, **705** quia cum delectatur animus

<sup>a</sup> Vindoc., et *splendoris gratiam.*

<sup>b</sup> Ita cum MSS. Corb. Germ., Norm., Laud., Val. Cl. et vet. Edit. In recent. vero, ad exercenda bona operis. Germ. totum hunc locum sic contrahit, quia et dum de aliena vita lux quæ illius opinione clara cognoscitur ostenditur, huic quasi pergenti ex itinere, etc.

<sup>c</sup> Recent., naturæ solis est. MSS. et antiqu. Ed. contradicuntibus.

<sup>d</sup> Turon., Germ., Corb. Germ., cum pl. Norm., per amorem.

<sup>e</sup> Vindoc., quæ ad obtinendas virtutes usq; se dirigunt.

A in hoc quod de se extrinsecus haberi considerat, illud obliiscitur ad quod introrsus ambelabat.

[Vet. VIII.] **15. Intelligentia, bona opera, laudes, humilitati Job (quod raro accidit) nihil nocerunt.** —

Quia igitur sanctum virum intelligentia scientiam non corruptit, de multis divitiis gaudere despexit. Quia vero euui magnitudo operis non inflavit, solem fulgentem non vedit. Quia autem illum & nec fama laudis extalit, clare incidentem lunam minime attendit. Suat enim nonnulli qui eo in elationem corrunt, quo per subtilem intelligentiam vel quæ non faciunt bona cognoscunt. Hi nimirum super multis divitiis laetantur, cum quelibet summa intelligendo reperiunt, atque in elatione ipsius inventionibus corruptuntur. Suat vero nonnulli quos intelligentia quidem non elevat, sed exhibita operatio exaltat. Qui dum actiones suas respiciunt, apud mentem suam sibi cæteros dedignando postipouunt. Hi videlicet etsi in multis divitiis non gaudent, solem tamen fulgentem vident <sup>b</sup> quia de sola boni operis magnitudine quasi alios despiciendo tuentur. Et sunt nonnulli quos nec operatio propria extollit; sed cum laudari ab hominibus pro bac eadem bona operatione cooperint, ipsis hominum favoribus devicti, quasi magnos se quosdam in sua cogitatione conspiquent, atque a cordis custodia dissolvuntur. Hi profecto etsi fulgentem solem videre noluerunt, lunam tamen clare incidentem respiciunt, quia inter hujus vite tenebras dum in opinio[n]is suæ claritate animum defigunt, humilitatis gratiam quasi ex nocturno lumine amittunt; et intuentes lunam, se non vident, qui semetipsos nescire incipiunt, dum mentis ecclios in transitorium favorem defigunt.

**16. Varii ad virtutem progressus et gradus. Quid in uno quoque metuendum.** — Sic autem profectus est hominum, sicut incrementa esse conspicimus arbustorum. Vis quippe futuræ arboris prius in semine est, postmodum in ortu, atque ad extremum produetur in ramos. Sic nimirum sic uniuscujusque virtus succrescit operantis. Seminatur namque in intelligentia, oritur in operatione, atque ad ultimum convalescit usque ad profectus magni latitudinem. Sed cum quemlibet sua intelligentia extollit, arbor quæ oriri poterat in semine putrescit. Cum autem post operationem bonam elationis peste corruptitur, quasi jam orta siccatur. Cum vero neque intelligentie, neque operatio corruptit, <sup>i</sup> sed excrescente magnitudine, dum favor laudantium sequitur, atque a statu suo bene operantis animum evertit, linguarum ventos

<sup>f</sup> Editi fere omnes, laudibus invenimus. Incessimus MSS. Corb. Germ., Turon., Laud., Germ., Vindoc., Norm. et Ed. Paris. 1495, ubi legitur, intendimus.

<sup>g</sup> Corb. Germ., Val. Cl., Ebræic., alii Norm. et Germ., nec fama laudabilis.

<sup>h</sup> Verba haec, usque ad despiciendo tument inclutiva, desunt in Germ., Vindoc., Corb. Germ. et Norm.

<sup>i</sup> Norm., sed excrescente magnitudine validum factum; olim tamen legebatur in Ulric. et Becc., ut dic sequitur. In vet. Ed. habeb; sed excessentem magnitudinem dum favor... sequitur.

arbor pertulit, et omne quod in ea robustum creverat tempestas famae radicibus evulsit. Quo enim arbor altius ad superiora surrexerit, eo ventorum vim vehementius sentit, quia quo plus quisque in bonis operibus attollitur, eo ampliori ab ore laudantium statu fatigatur. Si itaque adhuc arbor in semine est, metuendum est ne ipsa scientiae cognitione putrefiat. Si jam ad virgultum prodit, curandum est ne hanc manus elationis tangat, atque a viriditate suæ actionis arescat. Si autem valenti robore jam ad alta se sublevat, valde formidandum est, ne hanc admotæ laudis ventus gravior radicibus evellet.

[Vet. IX.] **706** 17. *Periculo ex fama et humanis laudibus, Deus permittit opponi detractiones.* — Sed inter haec sciendum est quia ne immoderatis laudibus eruamur, plerumque miro rectoris nostri modera mine etiam detractionibus lacerari permittimur, ut eum nos vox laudantis elevat, lingua detrahentis humiliet, quia et arbor saepe quæ unius venti impulsu ita impellitur, ut pene jam erui posse videatur, alterius e diverso venientis statu erigitur, et quæ hoc ex parte inflexionem pertulit, ab alia ad statum reddit. Unde et illa arbor alte radicata quasi inter adversantes ventos fixa steterat, quæ dicebat : *Per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam (II Cor. vi, 8).* Sepe enim laus bene agentis auribus insolenter admota, dum foris sermonibus perstrepit, intus quamdam menti b per tacitum, elationis tempestatem gignit : itaque ut hoc, quod animus de humanis favoribus gaudet, non facile exterius ostendat, sed temen corruptionis vim non tenuiter interius sentiat. Et sunt nonnulli quos ita laus inflat, ut usque ad verba elationis pertrahat. Quidam vero, ut prædiximus, hoc ipsum patet facere quod elevantur erubescunt, atque auditis suis praæconiis extolluntur ; sed tamen usque ad elationis verba non exirent, et gaudere se in talibus non ostendunt. Unde beatus Job, quia neverat arroganteri se non solum nullo modo in verbis, sed etiam in cogitatione quoque tacita minime fuisse, postquam dixit : *Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incidentem clare, illico subdit :*

### CAPUT VIII.

Vers. 27. — *Et latatum est in abscondito cor meum.*

**18. De suis laudibus vel tacite latari vetitum.** — Qua videlicet attestatione quid nobis intuitur, nisi quod magno metu et circumspectione opus est, ne mens nostra unquam de suis laudibus vel tacita latetur ? Quisquis enīn c quasi claritatem lunæ famæ sue magnitudinem conspicit, sibique in occulto mentis gaudium facit, cui iste nisi auctori se prætulit, cuius dono ut bene operaretur percepit, et tamen in ejus munere de gratia suæ laudis hilarescit ? De-

\* Pro eruamur in Ed. legitur erigamur. Fortasse antiquarius parum gnarus, cum putaret verbo eruere significari tantum eripere, mutavit eruamur in erigamur. Primum legitur in Ms. Turon., Laud., Val. Cl., Vindoc., Norm., duob. Sangerm., id est Germ. et Corb. G.

<sup>b</sup> Ita duo Sangerm., Norm., Laud., Val. Cl. et pl.,

A specie enim honore conditoris, semetipsum plus amare convincitur, cujus praæconiis latatur. Quamvis nonnunquam etiam sancti viri de bona sua opinione gaudeant; sed cum per hanc ad meliora proficere audientes pensant, non jam de opinione sua, sed de proximorum gaudent utilitate quia aliud est favores querere, et aliud de prosecutibus exultare. Quia in re necesse est ut cum audientium utiliti non proficit, mentem nostram fama laudabilis non elevet, sed fatiget. Cum enim humanae linguae attestatione laudamur, <sup>d</sup> occulta pulsatione requirimur quid de nobisipsis sentiamus. Superba etenim mens etiam cum de se falsa bona dicuntur exultat, quia non apud Deum qualiter vivat, sed apud homines qualiter innotescat, excogitat. Judicium enim de se omnipotentis Dei despiciens, et solummodo hominum querens, inter auditas laudes extollitur, et quæ hoc solum quæsierat, quasi de bravio operis latatur. At contra, si cor veraciter humile est, bona quæ de se audit, aut minime recognoscit, et quæ falsa dicuntur metuit; aut certe si adesse ea sibi veraciter scit, eo ipso formidat ne ab æterna Dei retributione sint perdita, quo haec considerat hominibus divulgata,

**707** pavelque vehementer ne spes futuri munera in mercedem permuteatur transitorii favoris.

**19. Sancti suis laudibus cruciantur.** — Quia ex re agitur ut electorum animus magno laudum suarum igne crucietur, atque ab omni torporis sui rubigine morore cogitationis excoquatur. Cauta enim consideratione trepidat, ne aut de his in quibus laudatur et non sunt majns Dei judicium inveniat, aut de his in quibus laudatur et sunt competens præmium perdat. Unde plerumque fit ut sicut injustus ex laude sua polluitur, ita vir justus audita sua laude purgetur. Nam dum bona quæ egit ab hominibus proferri cognoscit, subtile contra se, ut dictum est, extremi judicij examen metuit, ac trepidus ad conscientiam recurrit, et quidquid illic inest reprehensibile corrigit. Dum enim bona sua innotuisse formidat, subtilitatem securi examinis pertimescens, si qua in se finia occulta sunt amputat. Pavet namque si saltem talis Deo non ostenditur qualis ab hominibus putatur, et neque contentus est ut in quo potuit innotescere, in hoc debeat remanere. Jam enim de bonis suis quasi retributionem sibi factam æstimat, nisi cis et alia quæ ab hominibus neociuntur adjungat. Unde bene per Salomonem dicitur : *Sicut probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum, ita probatur homo ore laudantis (Prov. xxvii, 21).* Argentum quippe vel aurum, si reprobum est, igne consumitur; si probum vero, igne declaratur. Sic nimur est et sensus operantis. Nam qualis sit, in eo quod laudatur ostenditur. Si enim se auditis suis laudibus extollit, quid iste aliud quam

ad quos accedit. Ed. Paris. 1495, in qua legitur, per tacitam elationis tempestatem. In cæteris omissis per, legitur, tacitam . . . tempestatem gignit.

<sup>c</sup> Laud. et Val. Cl., quasi claritate lunæ.

<sup>d</sup> Turon., occulta dispensatione. In Gemet. pro requirimus lego requirimus.

aurum vel argentum reprobum fuit, quem videlicet A fornax lingue consumpsit? Si autem favores suos audiens, ad superni judicii considerationem reddit, ac ne de his apud occultum arbitrum gravetur metuit, quasi expurgationis igne ad magnitudinem claritatis excrescit, et uade incendium trepidationis sustinet, iude clarius fulget. Beatus igitur Job, quia nequam de operatione se prætulit, fidenter dicit: *Si vidi solem cum fulgeret.* Quia vero hunc <sup>b</sup> a judicii interioris intuitu fama laudabilis non divertit, adjungit: *Et lunam incidentem clare.* Quia autem opinio-nis sua gratia animum devinci, nec tacita cogitatione permisit, protinus subdidit: *Et si lætatum est in abscondito cor meum.* [Vet. X.] Et quia plerumque inconsiderata mens, dum transitorio favori non re-tinatur, ad hoc usque pertrahitur, ut laudet ipsa B quod facit, conditioni quæ præmissa est quasi con-grue subinfertur:

## CAPUT IX.

Ibid. — *Et osculatus sum manum meam ore meo.*

20. *Deo, non sibi, sua bona opera tribuunt. Gratia præveniens.* — Per manum quippe operatio, per os autem locutio designatur; sicut per Salomonem dicitur: *Abscondit piger manum suam <sup>c</sup> sub axilla sua, et laborat si ad os suum porrigit eam* (Prov. xix, 24). Piger labor est manum suam ad os porrigere, quia desidiosus quisque prædicator nec hoc vult operari quod dicit. Manum quippe ad os porrigere est voci sue opere concordare. Manum ergo suam osculatur ore suo, qui laudat quod facit, et testimonio propriae locutionis sibi virtutem tribuit operis. Qua in re quis C despiciatur, nisi is qui ipsa operandi munera largi-tur? Unde bene per egregium prædicatorem dicitur: *Quid autem habes, quod non acceperisti? Si autem 708 acceperisti, quid gloriaris, quasi non acceperis* (I Cor. iv, 7)? Sancti autem viri sciunt post primi parentis lapsum de corruptibili stirpe se editos, et non virtute propria, sed præveniente superna gratia ad me-liora se vota vel opera commutatos; et quidquid sibi mali inesse cognoscunt, de mortali propagine sen-tiunt meritum; quidquid vero in se boni inspiciunt, immortalis gratiae cognoscunt donum, eique de ac-cepto munere debitores sunt, qui et præveniendo dedit eis bonum velle quod noluerunt, et subsequendo concessit bonum posse quod volunt. Unde bene per Joannem dicitur: *Adoraverunt viventem in sæcula D sæculorum, mittentes coronas suas ante thronum Domini* (Apoc. iv, 10). Coronas namque suas ante thronum Domini mittere est certaminum suorum victori-as non sibi tribuere, sed auctori, ut ad illum referant gloriam laudis, a quo se sciunt vires accepisse certaminis. Beatus ergo Job, quia sic bona quæ operatus est narrat, ut tamen haec suæ operationi non tribuat, sed ad auctoris laudem recurrit, ma-

num suam ore suo osculatum fuisse se denegat. Ac si patenter dicat: *Ego mea opera tanquam mea non profero, quia auctoris sui gratiam negare convinci-tur, quisquis sibi tribuit quod operatur. Unde et pro-tinus subdit:*

## CAPUT X.

Vers. 28. — *Quæ est iniquitas maxima, et negatio contra Deum altissimum.*

21. *Deum negat qui de viribus suis præsumit.* — Li-quet etenim quia illum negat, cuius despacta gratia, sibi vires boui operis arrogat. Quod recte quoque et iniquitas maxima vocatur, quoniam omne peccatum quod ex infirmitate est spem nequaquam perdit, quia a superno judge veniam requirit. Præsumptio autem virtutis propriæ tanto gravius in desperatione est, quanto longius ab humilitate. Cumque vires sibi tri-buit operis, ad adjutorium non recurrat auctoris; sique ut eo gravius peccator pereat, quo et ipsum hoc, quia est peccator, ignorat. Sequitur:

## CAPUT XI [Rec. VI].

Vers. 29. — *Si gavissus sum ad ruinam ejus qui me oderat, et exaltavi quod invenisset eum malum.*

22. *Dei discipulos nos facit solæ charitas. Charitatis argumenta et signa.* — Omnipotentis Dei nos esse discipulos, sola custodia charitatis probat. Hinc est enim quod per semetipsam Veritas dicit: *In hoc co-gno-scent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem* (Joan. XIII, 35). Quæ nimivrum dilectio si eor nostrum veraciter replet, duobus modis ostendi solet, scilicet si et amicos in Deo, et inimicos diligimus propter Deum. Sed sciendum est quia inimici dilectio tunc veraciter custoditur, cum nec de profectu addicimur, nec de ruina illius læta-mur. Nam saepe in dilectionis imagine erga inimicum animus fallitur, seque hunc diligere aestimat, si ejus vita contrarius non existat. Sed dilectionis vim oc-culte et veraciter aut <sup>d</sup> profectus inimici, aut caspus interrogat. Hac etenim de re ad plenum semetipsam mens hominis nescit, nisi eum quem sibi adversarium credit in defectu vel profectu mutasse modum sui status invenerit. Si enim de prosperitate ad-dicuntur, et de calamitate se odientis lætatur, constat quia non amat quem non vult esse meliorem, eumque etiam stantem voto persecutur, quem cecidisse gra-tulatur.

[Vet. XI] 709 23. *Qui possumus illæsa charitate de inimici ruina lætari, aut de ejus gloria dolere. Quid hac in re cavendum.* — Sed inter haec sciendum est quia evenire plerumque solet ut non amissa charitate et inimici nos ruina lætiscet, et rursum ejus gloria sine invidiæ culpa contristet, cum et ruente eo quos-dam bene erigi credimus, et proficiente illo plerosque injusie opprimi formidamus. Qua in re mente no-

<sup>a</sup> Laud., duo Sangerm. et Val. Cl., occultum ar-bitrem; quod jam non semel observavimus.

<sup>b</sup> Val. Cl., a judicis interioris. Vindoc., quia vero hunc auditus interioris intuitu fama laudabilis.

<sup>c</sup> Laud., Norm., duo Sangerm. et plur. sub ascella sua. Quam lectionem exhibent vet. Edit.

<sup>d</sup> Hic toties legitur *profectus, profectu et similia*, in MSS. duob. Sangerm. et Norm., quoties in Edi-tis legitur *profectus, profectu; etiam ubi vocis defec-tus oppositio ad scribendum profectus suadere vide-batur: in defectu vel profectu mutasse modum. Et in-fra, nec ejus jam defecitus nec profectus addicit.*

stram nec ejus jam defectus erigit, nec ejus profectus addieit, si recta nostra cogitatio non quid in ipso, sed quid de ipso circa alios agatur attendit. Sed ad hæc servanda valde est necessarium subtilissimum discretionis examen, ne cum nostra odia exequimur, fallamur sub specie utilitatis alienæ. Si enim de inimici morte gaudendum omnino non esset, Psalmista non diceret : *Lætabitur justus, cum viderit vindictam impiorum* (*Psal. LVII, 14*). Sed aliud est impium, aliud vero inimicum perpeti. Nam sunt plerique inimici qui non sunt impii; et sunt nonnulli impii, qui nobis specialiter non videntur inimici. Humana autem mens omnem quem inimicum tolerat, etiam impium et iniquum putat, quia ejus culpas apud cogitationem suam livor accusator exaggerat. Quibuslibet vero flagitiis prematur, minus iniquus creditur, si adversarius minime sentitur. Quia in re discernendu*m* est aliud esse quod nobis, aliud vero quod sibi ei castoris noster inimicus nocet. Nam si aliis bonus est, sine nostra forsitan culpa esse non potest nobis malus; nec omnino jam de ejus ruina gaudendum est, b<sup>ut</sup> cujus nos solus certum est adversa tolerasse. Cum vero noster ac multorum hostis perimitur, de erectione proximorum potius quam de inimici interitu necesse est ut animus læteatur.

**24. Condolendum est miseriae persecutis, et congaudendum justitia judicis.** — Oportet namque ut perente adversario subtiliter pensare debeamus, et quid debemus ruinæ peccatoris, et quid justitia ferentis. Nam cum perversum quemque Omnipotens percudit, et condolendum est miseriae persecutis; et congaudendum justitia judicis, ut nobis et in luctu sit poena morientis proximi, et rursus in gaudium veniat exhibita æquitas judicantis Dei, quatenus nec persecuti homini existamus adversarii, nec judicanti Deo inventiamur ingratii. Beatus igitur Job, quia cuncta in adversitate oculi perfecte calcavit, dicit : *Si gressus sum ad ruinam ejus qui me oderat, et exultavi quod invanisset eum malum; qui videlicet et inimicum diligens, dum adversario ruenti condoluit, in malis illius ipse ad bonum crevit, ut inde ad benignitatem cresceret, unde illum mala quæ merebatur invenissent.*

Quia vero sæpe nonnulli eos quos sibi adversarios testimant maledictione feriunt, quoniam virtute nequaquam possunt; in quibus patenter appetit quæ mala si posse facerent, qui ea quæ facere nequeunt imprecari minime desistunt; beatus Job ostendens se a culpa etiam maledictionis alienum, secutus adiunxit :

### CAPUT XII.

**Vers. 30. — Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam ejus.**

\* Omititur erigit in MSS. Norm., et legitur ut in superiori nota expressimus, optimo sane sensu; significat enim sanctus Doctor mentem nostram nulli quandoque reatu subjacere aut addici, si deficiente vel proficiente inimico, vel latenter vel doleamus. Vet. Ed. pro addic*t*is habent affic*t*is. Cæterum quid significat addic*t*is et addic*t*are apud Gregorium et alios iam observavimus, l. II, c. 9, num. 45. Vide P. Chrys. sol., serm. 74, et Ennod., dict. 22.

**25. A maledicis abstinendum.** — Peccare quippe si hoc optaret a Deo fieri, quod ipse facere, vel omnino non posset, vel, si posset, minime decoret. Nam qui maledictionibus **710** inimicum imponunt, quid aliud in illo facere Deum volunt, nisi quod ipsi facere aut nequeant, aut erubescant? Mortem namque adversario exoptant, quam et si possunt inferre metuant, ne aut perpetrati homicidii rei teneantur, aut iniqui appareant etiam cum sint. Quid est ergo Deo dicere : *Occide quem odi, nisi apertis ei vocibus clamare: Hoc fac meo adversario, quod me in illum facere nec peccatorem decet?* In quibus profecto verbis pensandum nobis est, ubi iste vir legerat : *Diligite inimicos vestros* (*Luc. vi, 27, 35*); ubi legerat : *Benedicite, et nolite maledicere* (*Rom. XII, 14*); et rursus : *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro male-dictio* (*I Petr. iii, 9*). Sed exterius non audita supernæ gratiæ præcepta servabat, quia hæc in mente illius sancti Spiritus afflatus scribebat. Cui tameo minus esset quod positos extra diligenter, nisi et intèrius viventes secumque quotidie conversantes etiam familiares adversarios toleraret. Unde subiungit :

### CAPUT XIII [Rec. VII].

**Vers. 31. — Si non dizerunt viri tabernaculi mei: Quis dei de carnibus ejus, ut saturemur?**

**26. Domesticos et familiares nobis adversantes patenter tolerare debemus. Altaris sacrificium. Adversa patientia sunt exterius fortius, et interius clementer.** — Quæ nimirum sententia potest quoque per mysterium ex voce Redemptoris intelligi. Viri quippe ejus tabernaculi de carnibus illius satorari cupierunt, vel Judæi scilicet persequentes, vel gentiles credentes, quia et illi moliti sunt corpus illius, quasi consumendo, extingue, et isti esurientes mentem suam desiderant per quotidianum immolationis sacrificium de ejus carnis satiare. [Vet. XII.] Sed nunc solius historiæ virtutem sequentes, pensemus quanta fortitudine sancti viri animus extra intraque sollicitus ad omnia<sup>d</sup> partitur. Qui si injuste agentibus aut unquam per silentium cederet, aut per rectitudinem non contrariet, profecto adversarios non habuisset. Sed in eo quod vias vite tenuit, exoptatores suæ mortis invenit. Foris patentes adversarios pertulit, intus latentes. Minor est autem virtus certaminis foris quempiam videre mala quæ supereret, et intus quod toleret non habere. Perfectæ autem magnitudinis laus est adversa perpeti ei exterius fortius, et interius clementer. Nam sunt nonnulla quæ in ipsa quoque familiarium conversatione corrigi nequeant sine culpa corrigitur; atque ideo cum vel corrigeantur

<sup>b</sup> Norm., cuius non solum... tolerare.

<sup>c</sup> Ita omnes MSS. nostri, Editis habentibus, quotidianæ immolationis sacrificio.

<sup>d</sup> In vet. Ed. Paris, et Basil. aliisque recentioribus, paratur, qui am lectionem deserere cogunt MSS. duo Sangeri., Turon., Vladioc., Norm. omnes, Laud., Val. Cl., etc. Partitur hic sumitur passive; nam dicitur partio, cuius passivum est partur. Edit. Barbol. habet patitur.

inquinant, <sup>a</sup> vel non omnino hæc agentem gravant, magna magisterii arte dissimulanda sunt, ipsaque hæc dissimulatione toleranda. Quæ contra nos illatæ citius a corde laxamus, si nostra circa proximos errata cognoscimus. Unde bene quoque per Salomonem dicitur : *Cunctis sermonibus qui dicuntur ne accommodes cor tuum, ne forte audias servum tuum maledicentem tibi. Scit enim tua conscientia, quia et tu crebro maledixisti aliis* (Eccl. vii, 22, 23). Dum enim pensamus quales erga alios fuimus, esse circa nos tales alios minus dolemus, quia aliena iniquitas in nobis vindicat quod in se juste nostra conscientia accusat. Sequitur :

## CAPUT XIV [Rec. VIII].

VERS. 32. — *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.*

27. *Misericordie in parcendo succedat misericordia in largiendo.* — Quia, teste Paulo, charitas patientis et benigna **711** describitur (I Cor. xiii, 4), per patientiam aliena mala æquanimiter tolerat, per benignitatem quoque bona misericorditer impedit sua. Unde beatus Job et patienter domesticos maledicentes pertulit, et viatores atque peregrinos apud se benigne suscepit : illis morum exempla tribuens, istis exteriorum ope concurrens ; illis per mansuetudinem non concitus ad irascendum, istis per misericordiam ad subveniendum paratus. Vir enim sanctus Redemptori generis humani per prophetæ spiritum intuens, prædicamenta quoque illius in opere servabat, quibus nos admonet, dicens : *Dimitte, et dimittetur vobis ; date, et dabitur vobis* (Luc. vi, 37). <sup>b</sup> Dare namque nostrum ad res pertinet quas exterius habemus, dimittere autem ad relaxandum dolorem quem interius ex aliena culpa contraximus. Sed scelendum est quia qui dimittit, et non dat, etsi non plene operatus est, mellorem tamen partem misericordiaæ tenuit. Qui autem dat, et minime dimittit, omnino misericordiam nullam facit, quia ab omnipotente Deo manus ex manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur.

28. *Eleemosynæ meritorie conditiones.* — Mundari etenim debet prius animus qui eleemosynam præbet, quia omne quod datur Deo ex dantis mente pensatur. Cuncta itaque malitia macula ab interiori nostro homine cogitationis immutatione tergenda est, quia frui iudicis placare nescit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis. Unde scriptum est : *Respergit Deus ad Abel et ad munera ejus, ad Cain autem et ad munera ejus non respergit* (Genes. iv, 4, 5). Neque etenim

<sup>a</sup> In recent. Editis, contrario sensu, vel eminendo; cui lectioni repugnant Ed. vet. et MSS., tunc Angl., tum nostri.

<sup>b</sup> In itidem Editis, dare namque ad res. Additnus, nostrum, ex Ms. nostris sive omnibus, et ex antiquioribus Excusis.

<sup>c</sup> Laud., Corb. Germ., Norm. et pl., quod ruina non exsultavit. Germ., secunda manu quod in ruina.

<sup>d</sup> Plerique, narratione sua; fortasse contra grammaticorum leges; at liquet Gregorium talibus præceptis scrupulose non obtemperasse: duo Sangerm. nullum habent pronomen adjectum.

A sacrum eloquium dicit : Respergit ad munera Abel, et ad Cain munera non respergit; sed prius sit quia respergit ad Abel, ac deinde subiuxit, Et ad munera ejus. Et rursum dicit quia non respergit ad Cain, ac deinde subdidit, Nec ad munera ejus. Ex dantis quippe corde id quod datur accipitur. Idecirco non Abel ex munibibus, sed ex Abel munera oblatæ placuerunt. Prius namque ad eum legitur Dominus respergisse qui dabat, quam ad illa quæ dabat. Unde bene beatus Job dicturus nobis in hospitalitatibus grata largitatem suam, prius circa adversarios protulit patientiam et benignitatem suam : quod de ruina non exsultavit inimici, quod verbis maledicis persecutores suos non impetiit, quod sevientes intrinsecus æquanimiter toleravit, et tunc demum hospitalitatis sue munificenter protulit; ut auditio scilicet narrationis ejus ordine, discamus quia exteriora munera ex interna cordis munditia condituntur, ut virtutum ejus contextio lectorem doceat qualis apud se esse debeat, cum exteriora bona aliis subministrat.

29. *In bonis operibus cavenda elatio.* — Sed quis se inter tanta virtutum culmina sanctum esse non crederet ? Quis non uteunque ipsis tot meritis tentetur, ut si quando ut homo delinqueret, delictum suum hominibus nollet innotesci; et leve esse crederet, si quid in minimis **712** peccaret; culpamque suam mallet <sup>e</sup> silentio tegere quam voce confessionis aperire? Sæpe namque contingit ut elatus virtutibus animus, dum multa bona in estimatione proximorum de se spargi cognoverit, agnosci non velit si quid est quod reprehensibiliter facit. Quas videlicet erroris tenebras idcirco mens tolerat, quia cordis oculum tumor gravat. Unde beatus Job inter tot eximia facta virtutum, qui tam summus exstiterit in operatione, at demonstraret quam humilis fuerit in mente, protinus adjunxit :

## CAPUT XV [Vet. XIII, Rec. IX].

VERS. 33. — *Si abscondi quasi homo peccatum meum, et celavi in sinu meo iniquitatem meam.*

30. *Humilitatis argumentum est culpam suam confiteri; superbæ, excusare. Peccata excusando, graviora reddimus.* — Hæc sunt namque veræ humilitatis testimonia, et iniquitatem suam quæcumque cognoscere, et cognitam voce confessionis aperire. At contra, usitatum humani generis vitium est, <sup>f</sup> et latendo peccatum committere, et commissum negando abscondere, et convictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hominis hæc augmenta nequit incedimus, ex quo ipsam radicem traximus culpæ. Sic namque

<sup>e</sup> Postor. Ed., silentio tenere. In Ed. Barthol. et Remb., et in omnibus MSS. nostris, legere, ex quo, mutato g in n, facile fuit efficere tenere.

<sup>f</sup> Hic in primis est MSS. dissidium. Germ., Turon. et Corb. Germ., a prima manu habent, et libendo peccatum, quod etiam lego in omnibus Norm., uno ex Ebroicensibus dempto, in quo legitur et ad libitum peccatum committere. Laud., Corb. Germ., secunda manu, et Val. Cl., et libendo peccatum, quoniam leet. sequuntur Ed. vet. Barthol., Paris. et Basili. Vinduc. et blande peccatum committere.

ille dum lignum vetitum contigisset, abscondit se a facie Domini inter ligna paradisi. In qua absconzione, scilicet quia Deum latere non poterat, non latendi effectus describitur, sed affectus notatur. Qui, cum argueretur a Domino, quod de ligno vetito contigisset, illico respondit: *Mulier quam dediti mihi sociam ipsa mihi dedit de ligno, et comedi* (*Genes. iii, 12*). Ipsa quoque mulier inquisita respondit, dicens: *Serpens decepit me, et comedi* (*Ibid., 13*). Ad hoc quippe requisiti fuerant, ut peccatum quod transgrediendo commiserant confitendo delerent. Unde et serpens ille persuasor, qui non erat revocandus ad veniam, non est de culpa requisitus. Interrogatus itaque homo est ubi esset, ut perpetratam culpam respiceret, et confitendo cognosceret quam longe a conditoris sui facie abasset. Sed adhibere sibimet utrique defensionis solatia quam confessionis elegerunt. Cumque excusare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per serpentem, auxerunt culpam, quam tueri conati sunt: oblique Adam Dominum tangens, quod ipse peccati eorum auctor extiterit; qui mulierem fecit; et Eva culpam ad Dominum referens, qui serpentem in paradyso posuisse. Qui enim ore diaboli fallentis audierant: *Eritis sicut dei* (*Ibid., 5*), quia Deo esse similes in divinitate nequierunt, ad erroris sui cumulum Deum sibi facere similem in culpa conati sunt. Sic ergo reatum suum dum defendere moliuntur, addiderunt ut culpa eorum atrocior discussa fieret quam fuerat perpetrata.

31. *Multi Adamum imitantur, velut arborum foliis peccatum abscondere cogitantem. Peccator e sepulcro exit per confessionem.* — Unde nunc quoque humani generis rami ex hac adhuc radice anaritudinem trahunt, ut cum de vitio suo quisque arguitur, sub defensionum verba quasi sub quedam se arborum folia abscondat, et velut ad quedam excusationis sua opaca secreta faciem a conditoris fugiat, dum non vult **713** cognosci quod fecit. In qua videlicet occultatione non se Domino, sed Dominum abscondit sibi. Agit quippe ne omnia videntem videat, non autem ne ipse videatur. Quo contra cuique peccatori jam exordium illuminationis est humilitas confessio-  
nis, quia sibimetipsi jam parcere renuit, qui malum non erubescit confiteri quod fecit; et qui defendendo accusari potuit, accusando se celerrime defendit. Unde et mortuo Lazaro, qui mole magna premebatur, nequaquam dicitur: *Revivisce, sed: Veni foras* (*Joan. xi, 43*). Ex qua scilicet resurrectione, qua gesta in illius est corpore, signatur qualiter nos resuscitemur in corde, cum videlicet mortuo dicitur: *Veni foras, ut nimirum homo in peccato suo mortuus, et per molestiam consuetudinis jam sepultus, quia intra conscientiam suam abeconsus facet*

<sup>a</sup> Val. Cl., abasset.

<sup>b</sup> Guisanv., notati sunt, quam lectionem nullis in MSS. aut veteribus Edit. invenimus, alias a sensu abhorrentem. Neque tamen mendum est typographicum; nam vera lectio, *conati sunt*, ibidem ad marginem rejecta legitur.

<sup>c</sup> Val. Cl., sub defensionum verbo, quasi sub quedam

A per nequitiam, a semetipso foras exeat per confessionem. Mortuo enim *Veni foras* dicitur, ut ab excusatione atque occultatione peccati ad accusationem suam ore proprio exire provocetur. Unde David propheta, <sup>d</sup> ab illa tanti morte facinoris reviviscaens, ad vocem Domini quasi foras exiit, dum, per Nathan corruptus, quod fecerat accusavit (*II Reg. XII, 13*).

32. *Occultandi peccati culpa vehementer excrevit.* — Quia igitur haec occultationis culpa in humano genere vehementer excrevit, bene beatus Job cum diceret: *Si abscondi peccatum meum, interposuit: quasi homo. Hominis quippe esse propriam conspicit, quod ex parentis veteris imitatione descendit. Ubi apte subdit: Et celavi in sinu meo iniquitatem meam.* [*Vet. XIV, rec. X.*] Scriptura etenim sacra plerumque B sinum ponere pro mente consuevit, sicut voce Ecclesiæ de persecutoribus nostris, qui nobis natura quidem conjuncti sunt, sed vita disjuncti, per Psalmistam dicitur: *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum* (*Psal. LXXVIII, 12*). Ac si aperte diceret: In mente sua recipient hoc quod in nostris corporibus sevientes operantur, ut dum nos exterius ex parte puniunt, ipsi interius perfecte puniantur. Quia igitur sinus secretum mentis accipitur, in sinu iniuriam celare est hanc in conscientiæ latibulis occultare, nec per confessionem detegere, sed per defensionem ve-  
lare. Quo contra Jacobus dicit: *Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem, ut salvemini* (*Jac. v, 16*). Salomon quoque ait: *Qui abecondit sceleru sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit, et dereliquerit ea, misericordiam consequetur* (*Prov. XXVIII, 43*).

33. *Ficta est peccati confessio sine humilitate. Sincerae confessionis indicia.* — Sed inter haec sciendum est quod plerumque homines et culpas confitentur, et humiles non sunt. Nam multos novimus qui argente nullo peccatores se esse confitentur; cum vero de culpa sua fuerint fortasse correpti, defensionis patrocinium querunt, ne peccatores esse videantur. Qui si tunc cum id sponte dicunt peccatores se esse veraci humilitate cognoscerent, com arguuntur ab aliis, esse se quod confessi fuerant non negarent. Quia in re indicia veræ confessionis sunt, si cum quisque se peccatorem dicit, id de se dicenti etiam alteri non contradicit. Nam quia scriptum est: *Justus D in principio accusator est sui* (*Prov. XVIII, 17*), non magis peccator, sed justus videri appetit, cum peccatorem **714** se quisque nullo argente confitetur, sed confessionis veritatem probat, cum alter malum quod fecimus increpat. Quod si superbe defendimus, liquet quia peccatores nos ex nobis fiele dicebamus. Unde summopere curandum est ut mala quæ fecimus, et sponte fateamur, et haec aliis arguentibus non ne-

*se arborum folio. Plerique Norm., sub defensionum verbis, quasi sub quibusdam arborum foliis.*

<sup>a</sup> Laud. et Val. Cl., cognitoris.

<sup>b</sup> Iden MSS., accusare... accusando se celeberrime defendit.

<sup>c</sup> Et, præter. Barthol., ab illa tanti mole facinoris, a quibus recedere cogunt nos MSS.

gemus. Superbiæ quippe vitium est ut quod de se fateri quisque quasi sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab aliis dedignetur

34. *Job in peccati confessione humilitas.* Sæpe gravioris certaminis est peccata confiteri quam vitare. — Beatus itaque Job quanta fuerit humilitatis ostendit, qui se et inter adversarios noverat vivere, et tamen non verebatur culpas voce confessionis aperire. Sed notandum quod superioris virtutes suas loquitur, inferius peccatum fatetur. Hinc enim liquido demonstrat quam vera de bonis suis dixerat, qui noluit tacere de malis. Modo virtutes suas indicat, modo culpam, quia et perpetraverit peccatum, et non tacuerit, manifestat. Unde certissime appetit quantæ munditiae in omnipotentis Dei oculis fuerit, qui et vitavit mala, ne committeret, et tamen quæcumque committere contigit, hominibus non abscondit, quatenus ei et justitia sit gloria declinasse peccatum, et justitia custodia quod non potuit declinare prodidisse. Videatur vir iste cuilibet magnus in virtutibus suis, mihi certe sublimis apparebat etiam in peccatis suis. Mirentur in eo qui volunt castitatis continentiam, mirentur integratem justitiam, mirentur viscera pietatis; ego in eo non minus admiror confessionem humillimam peccatorum quam tot sublimia gesta virtutum. Scio enim quod per infirmitatis verecundiam plerumque gravioris est certaminis commissa peccata prodere quam non admissa vitare, et unumquodque malum quamvis robustius vitetur, tamen humilis proditur. Beatus ergo Job, qui, tot magnis operibus fultus, confiteri culpam non erubuit, ostendit in virtutibus quam humilis fuit. Sed quia ex humilitate vera secura semper auctoritas nascitur, ut tanto foris nil metuat, quanto ad rerum culmina animus per elationis desiderium non anhelat, expressa confessione peccati, recte subjungitur :

#### CAPUT XVI.

VERS. 34. — Si expavi ad multitudinem nimiam, et despicio propinquorum terruit me; et non magis tacui, nec egressus sum ostium.

35. *Cordis a terrenarum rerum cupiditate liberi mira securitas.* Quæ tamen a custodia disciplina non eximit. — Magna est securitas cordis, nil concupiscentiae habere sæcularis. Nam si ad terrena adipiscenda cor inbiat, securum tranquillumque esse nullatenus potest, quia aut non habita concupiscit ut habeat, aut adepta metuit ne amittat; et dum in adversis sperat prospera, in prosperis formidat aduersa, huc illicque quasi quibusdam fluctibus volvit, ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate versatur. Si vero semel in appetitione supernæ patriæ forti stabilitate animus figitur, minus rerum temporalium per-

turbatione vexatur. A cunctis quippe externis motibus eamdem intentionem suam quasi quendam secretissimum secessum petit, ibique et incommutabili inhærens, et mutabilia cuncta transcendens, ipsa jam tranquillitate quietis sua in mundo extra mundum est. Excedit prolecto ima omnia intentione summorum, 715 et cunctis rebus quas non appetit libertate quadam se superesse sentit, nec tempestatem rerum temporalium intus sustinet, quam intuetur foris. quia terrena omnia, quæ concupita opprimere mentem poterant, despcta subterjacent. Unde bene per prophetam dicitur : *Statue tibi speculam* (*Jerem. xxxi, 21*), ut dum quisque speculatur summa, superemineat infirmis. Hinc etiam Habacuc dicit : *Super custodiæ meam stabo* (*Habac. ii, 1*). Stat quippe super custodiæ suam, qui per soletiam disciplinæ terrenis desideriis non succumbit, sed supereminet, ut dum semper stantem appetit æternitatem, infra sit ei omne quod transit.

36. *Quia carnis infirmitates et perturbationes non excludit.* Sanci Dei dono imperturbabiles, propria infirmitate perturbationibus subjacent. — Tamen quia sanctus vir quantumlibet virtute proficerit, eum in hac vita positum adhuc extrinsecus carnis infirmitas premit, ut scriptum est : *Quanquam in imagine Dei ambulet homo, tamen vane conturbatur* (*Psal. xxviii, 7*), plerumque agitur, ut et turbetur exterius, et imperturbabilis perduret interior; et quod vene conturbari potest, de infirmitate carnis sit, quamvis quod in imagine Dei ambulat, de virtute mentis, quatenus et roboretur intus divino adjutorio, et tamen adhuc foris sarcina prematur humana. Unde bene Habacuc iterum uiam sententiam protulit ad ultraque d servientem. Ait enim : *Et introivit tremor in ossa mea, et subitus me turbata est virtus mea* (*Habac. iii, 16*). Ac si diceret : Non mea virtus est in qua superiorius raptus imperturbabilis maneo, et mea virtus est in qua inferius turbor. Ipse ergo super se imperturbabilis est, ipse sub se perturbabilis, quia super se ascenderat, in quantum rapiebatur ad summa; et sub semetipsa erat, in quantum adluc reliquias trahebat in infima. Ipse super se imperturbabilis est, quia in Dei jam contemplationem transierat; ipse sub se perturbabilis, quia sub semetipsa adhuc infirmus homo remanebat. Huic sententia David propheta concinens, ait : *Ego dixi in excessu mentis meæ : Omnis homo mendax* (*Psal. cxv, 2*). Cui responderi potest : Si omnis homo, et tu, falsaque jam erit sententia quam mendax ipse protulisti. Si vero ipse non es mendax, vera jam sententia non erit, quia dum tu verax es, non omnis homo cognoscitur mendax. Sed notandum est quod præmittitur : *Ego*

haerentes dici non possunt in hac vita, incommutabili Deo inhærente, Vide supra, l. v, num. 57, 58, 60, et l. viii, num. 49 et 50.

d Vindoc., sequentem.

e Anglie., captus.

f In Edit., sed meæ infirmitatis est. Nostra lectio est MSS. Angli., Norm., Laud., Val. Cl., duor. Sangeri.

a Omititur qui volunt in MSS. Utic., Becc., Prat. et Corb. Germ.

b Idem, unumquodque enim malum.

c Ita Norm., duo Sangeri., Laud., Val. Cl. et al., quos sequitur Edit. Barthol. an. 1494, et Paris. 1495. Ita Basil. 1514, et sequentibus legitur incommutabiliter inhærens. Sane suspecta mihi est hec Editorum lectio : nam vel sanctiores incommutabili Deo ad-

dini in excessu mentis meæ. Per excessum ergo mentis etiam semetipsum transiit, cum de hominis qualitate definivit. **Ae** si patenter dicat : De falsitate ocanum hominum inde veram sententiam protuli, unde ego ipse super hominem fui. In tantum vero et ipse mendax, in quantum homo ; in tantum autem omnino non mendax, in quantum per excessum mentis super hominem.

**37.** *Hæc internæ quieti et contemplationi non officiunt.* — Sie itaque sic perfecti omnes, quamvis adhuc aliquid turbulentum de infirmitate carnis tolerent, jam tamen intrinsecus tranquillissimo secreto perfruuntur per contemplationem mentis, ut quidquid acciderit exteriori, in nullo turbet interiori. Unde beatus Job **a** securitatem suæ mentis ostendens, postquam de se tot virtutum prædicamenta protulit, hoc quod præmio in se secutus, adjunxit. [Vet. XVI, Rec. XI.] **Si** expeti ad multitudinem nimiam, et respectio præcipuorum **716** terruit me ; et non magis tacui, nec agressus sum ostium. Ac si apertius dicat : Turbatis contra me extrinsecus aliis, ipse in me intrinsecus imperturbabilis manui. Quid namque in hoc loco estium nisi os debemus accipere ? **b** Per hoc quippe quasi egredimur, dum verbi quibus possumus secræ nostri cordis aperimus ; et quales intus manemus in conscientia, tales foras egredimur per lin-guam.

**38.** *Sancti commotionis tempore silent.* Secus alii. Silendum, nisi loquendo alii prodesse possimus. — Sunt vero nonnulli qui omnino despici metuunt, ac ne viles fortasse judicentur, sapientes videri appetunt. Hi coguntur ostium egredi, quia pulsati contumelii, quam magni apud se lateant loquentes denuntiant. Domque per impatientiam victi quedam de se quæ nesciebantur produnt, tanquam per oris ostium egrediuntur. Unde beatus Job dicturus quod oris ostium non fuisset egressus, bene præmisit : *Tacui, quia videlicet impatientia turbatus a domo conscientiae exisset, si tacere nescisset.* [Rec. XII.] Sancti etenim viri in commotionis tentatione semetipsos ostendera omnino refugunt, et cum audiēlibus prodesse nequeant, etiam despici facientes volunt, ne de sapientiae sua ostentatione glorientur. Cumque aliquid dicunt prudenter, non querunt gloriam suam, sed auditorem vitam. Cum vero conspiciunt quia auditorum vitam loquendo luctari non possunt, tacendo abscondunt scientiam suam. **c** Ad imitandam quippe vitam Domini, quasi ad quoddam nobis propositum signum curritus. Ipse enim, quia Herodem vidit non profectum quererere, sed signa vel scientiam velle mirari, requisitus ab eo tacuit, et quia constanter tacuit, ab eo irrisus exiit. Scriptum namque est : *Herodes autem, viso Iesu, gaviosus est <sup>d</sup> valde ; erat enim cupiens*

**a** Ed., securitatem in se esse mentis ostendens ; legimus, *securitatem sanctæ mentis*, etc., in Vindoc., Laudun., Val. Cl., Norm. omnibus, duob. Sangerm.

**b** Recent., hac lectio, que est MSS. et vet. Edit., relictia, habent per os.

**c** Ita Turon., Vindoc., Laud., Norm. omnes, duo Sangerm. In Editis, ad imitandum quippe vitam.

**D** ex multo tempore videre eam, eo quod audiret multa de illo, et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri (Luci xxiii, 8). Ubi et subditur : *Interrogabat autem illum multis sermonibus, at ipse nihil illi respondebat.* Tacens vero Dominus quatinus sit despctus ostenditur, cum illi prolixi subinseritur : **f** *Sprevit illum Herodes cum exercitu suo, et illas. Quod videlicet factum oportet nos studientes discere, ut quoties auditores nostri nostra volunt quasi laudanda cognoscere, non autem sua perversa mutare, omnino laceainus, ne si ostentationis studio verbum Dei loquimur, et illorum culpa quæ erat esse non desinat, et nostra quæ non erat fiat.*

[Vet. XVII.] **39.** *Unde sciri queat turum auditores ex prædicatorum doctrina proficiant.* Quid sit loqui ex Deo et coram Deo. — Dicat fortasse aliquis : Unde novimus quo corde quis audiat ? Sed multa sunt quæ audientis attingunt produnt, maxime si auditores nostri et semper laudant quod auditunt, et nunquam quod laudant sequuntur. Hanc inanem loquendū gloriam prædicator egregius fugerat, cum dicebat : *Non enim sumus sicut plarimi, adulterantes verbum Dei ; sed ex sinceritate, sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur.* Adulterari namque verbum Dei, est aut alter de illo sentire quam est, aut ex eo non spiritales fructus, sed adulterinos fetus querere laudis humanæ. Ex sinceritate vero loqui, est nil in eloquio extra quam oporteat querere. **717** Sicut ex Deo autem loquitur qui scit non se a se habere, sed ex Deo acceptissimum dicit. Coram Deo vero loquitur qui in omnī quod dicit, non humeros favores appetit, sed omnipotens Dei præsentia intendit; non suam, sed auctoris gloriam requirit. Qui autem scit quidem ex Deo se acceptissimum dicit, et tamen dicendo propriam gloriam querit, sicut ex Deo loquitur, sed nou coram Deo, quia eam quem cordi suo non proponit cum prædicat quasi absentem putat. Sed sancti viri et ex Deo loquuntur, et coram Deo, quia et ab eo se sciunt habere quod dicunt, et ipsam eam sermonibus adesse judicem et auditoremque considerant. Unde fit et cum se a proximis despici agnoscunt, suaque diei vita auditentium non prodesse, absconditæ qualitatæ virtutis sint, ne si secretum cordis inutiliter sermo prolatus aperiat, ad iranem gloriam prorumpat.

**40.** *Job ad suas virtutes narrandas, nec superbia nec impatientia coegerit.* — Beatus igitur Job inter obstinas mentes boni appetens et virtutes suas patetatione claroscere, alt : *Si despicio præcipuum terruit me, et non magis tacui, nec egressus sum ostium.* Qui enim per humilitatem solidus nequaquam despici timuit, hunc et foras litigia ejecet impatiens non evicit. Ubi heue præmittitur : *Si expavi ad multitudi-*

**d** *Deest valde in plur.*

**e** *Ali., respondit.*

**f** *Gemet. et duo Sangerm., sprevis autem illam.*

**g** *Editi, adjutoremque, quibus prætulimus Codices manu exaratos Angl., Norm., Laud. et duos Sangerm.*

**xem nimiam**, ut cuius constantiae fuerit agnoscatur, **qua videlicet nequaquam terrēt exterius numerus hominum**, quem non devastat interius turba vitorum. In hac etenim vita, qui nulla prospira appetit, nulla procul dubio adversa pertimescit.

**41. Que de se narrat Job, de Christo sunt intelligenda.** — Quae scilicet verba si ad intellectum mysticum pertrahimus, in eis citius operationem nostri Redemptoris invenimus. Ipse quippe ad multitudinem nimiam non expavit, qui persecutores suos cum gladiis et fustibus venientes una tantum responsive perculit, dicens : *Ego sum (Joan. xviii, 6).* **Ipsum de spectio propinquorum non terruit**, qui nos ab aeternis suppliciis liberans, palmas in facie aequanimiter accepit. Ipse tacuit, et ostium egressus non est, qui sub ipsa jam hora passionis cum humanitatis infirma pateretur, divinitatis suae potentiam <sup>a</sup> exercere nolui. **Mediatori quippe Dei et hominum quasi egredi ostium fuisse**, si cum teneretur ut homo, <sup>b</sup> majestatis suae potentiam voluisse ostendere, et per divinitatis magnitudinem suscepta carnis infirma transire. Ut enim aperitus homo mori posset, Deus mansit occultus : *Quia si cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent (I Cor. ii, 8).* Non est ergo egressus ostium, qui et requisitus a Pilato tacuit; atque inter persecutorum manus et corpus passioni obtulit quod pro electis assumpserat, et resistantibus noluit demonstrare quod erat. Unde etiam per Psalmistam dicitur : *Posuerunt me in abominationem sibi, traditus sum, et non egrediebar (Psal. lxxvii, 9).* Cum enim despiceretur quia homo videbatur, egressus fuisse, si occultam majestatem suam ostentare voluisse. Sed quia infirmitatem prodidit, potentiam abscondit; in eo quod persecutoribus suis incognitus mansit, ad eos minime exivit. Qui tamen ad electos exit, quia divinitatis suae suavitatem querentibus aperit. Unde ei per prophetam dicitur : *Existi in salutem populi tui, ut salvos facias christos tuos (Habac. iii, 43).* Sequitur :

#### CAPUT XVII [Vet. XVIII, Rec. XIII].

**718 VERS. 33. — Quis mihi tribuat adjutorem, ut desiderium meum Omnipotens audiat?**

**42. Nemo suis meritis initiatur. Querendus adjutor et Mediator Christus.** — Sanctus vir postquam tot virtutum suarum sublimia gesta narravit, sciens quod suis meritis ad summa pervepire nequeat, adjutorem querit. Et quem nimur nisi unigenitum Dei Filium contemplatur, qui humanam naturam in hac mortalitate laborantem dum suscepit adjuvit? Ipse quippe adjuvit hominem factus homo, ut quia puro homini via redeundi non patebat ad Deum, via redeundi fieret per hominem Deum. Longe quippe distabamus a justo et immortali, nos mortales et in justi. Sed inter immortalem et justum et nos mortales et in justos apparuit Mediator Dei et hominum

**A mortalis et justus**, qui et mortem haberet cum hominibus, et justitiam cum Deo, ut quia per ima nostra longe distabamus a summis, in seipso uno jungeret ima cum summis, atque ex eo nobis via redeundi fieret ad Deum, quo summis suis ima nostra copularet. Hunc ergo beatus Job per totius Ecclesiae significationem loquens, Mediatorem requirit, qui cum dixisset : *Quis mihi tribuat adjutorem, apte subdidit : Ut desiderium meum Omnipotens audiat.* Sciebat quippe quod ad requiem liberationis aeternae humanas preces nisi per advocatum suum audiri non possent. De quo per Joannem apostolum dicitur : *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi (Joan. ii, 1, 2).* De quo Paulus apostolus dicit : *Christus Iesu, qui mortuus est pro nobis, imo qui et resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis (Rom. viii, 34).* Unigenito enim Filio pro homine interpellare est apud coeternum Patrem seipsum hominem demonstrare, eique pro humana natura rogasse est eamdem naturam in divinitatis suae celsitudine suscepisse. Interpellat igitur pro nobis Dominus, non voce, sed miseratione, quia quod damnari in electis noluit, suscipiendo liberavit. Adjutor ergo queritur ut desiderium exaudiatur, quia nisi pro nobis interpellatio Mediatoris intercederet, ab aure Dei procul dubio nostrarum precum voces silenterent.

**43. Non verba sed desideria cordis Deus exaudit.** — Notandum quoque est quod nequaquam dicitur preces, sed desiderium meum Omnipotens audiat. Vera quippe postulatio non in oris est vocibus, sed in cogitationibus cordis. Valentiores namque voces apud secretissimas aures Dei non faciunt verba nostra, sed desideria. Aeternam etenim vitam si ore petimus, nec tamen cordé desideramus, clamantes taceamus. Si vero desideramus ex corde, etiam cum ore conticescimus, tacentes clamamus. Hinc est, quod in eremo populus vocibus perstrepit, et Moyses a strepitu verborum tacet; et tamen silens aure divinae pietatis auditur, cum dicitur : *Quid clamas ad me (Exod. xiv, 15)?* Intus ergo in desiderio est clamor secretus, qui ad humanas aures non pervenit, et tamen auditum conditoris replet. Hinc est quod Anna ad Templum pergens, ore quidem tacuit, et tamen tot sui desiderii voces enisit (*I Reg. i, 13*). Hinc in Evangelio Dominus dicit : *Intra in cubiculum tuum, et clauso ostio <sup>d</sup> tuo, ora Patrem tuum <sup>e</sup> in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi (Math. vi, 6).* **719** Clauso quippe ostio petit in cubiculo, qui, tacente ore, in conspectu supernae pietatis fundit affectum mentis. Et vox auditur in abscondito, cum per sancta desideria silenter clamaret. Et hoc fecte quoque per Psalmistam dicitur : *Desiderium pauper-*

<sup>a</sup> Laud. et Val. Cl., exercere noluit:

<sup>b</sup> Gemitt, majestatem sua potentiae:

<sup>c</sup> Norm., ad dexteram Dei.

<sup>d</sup> Deest tuo in plur., et redundare videtur.

<sup>e</sup> Laud., in absconde.

*rum exaudiuit Dominus; a præparationem cordis eorum audivit auris tua (Psal. xix, 17). Sed beatus Job quem sibi in exaudiendo desiderio adjutorem quærat, subjunctis verbis aperit, dicens :*

#### CAPUT XVIII [Vet. XIX].

*Ibid. — Et librum scribat ipse qui judicat.*

**44.** *Quærendus adjutor Christus, qui est legislator et judex. Ezechielis de eo vaticinium. — Quia enim timenti adhuc populo lex est transmissa per servum, diligentibus vero filiis Evangelii gratia est collata per Dominum, qui ad redemtionem nostram veniens novum nobis testamentum condidit, sed de ejusdem nos testamenti mandato discutiens, quandoque etiam iudex venit, necessarium non est ut per expositionem clarescat quia librum scribit ipse qui judicat. Ipsa enim per se Veritas dicit : Pater non judicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio (Joan. v, 22). Erit ergo tunc auctor iudicis, qui nunc est conditor libri, ut tunc districtus exigat quod modo mansuetus jubet. Sic namque quotidie conspicimus quod magistri pueris elementa litterarum blandientes imponunt, sed hæc ab eis sævientes exigunt; et quæ dant cum mansuetudine, cum verbere requirunt. Blanda namque nunc sonant eloquii divini mandata, sed erunt aspera in exactione sentienda. Mansueta modo est admonitio vocantis, sed tunc districta ventura est Justitia iudicis, eo quod certum est quia nihil vel minimi mandati sine discussione prætereat. Quo videlicet constat quia librum scripsit ipse qui iudicat. Quem scilicet librum Novi Testamenti, quia ipse per se humani generis Redemptor in extremo condederet, bene Ezechiel propheta denuntiat, dicens : Ecce sex viri ventebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem, et uniuscujusque vas interitus in manu ejus. Vir quoque unus in medio eorum vestitus lineis, et atramentarium scriptoris ad renes ejus (Ezech. ix, 2). Quid namque aliud in sex viris venientibus nisi sex ætates humani generis designantur? Qui de via portæ superioris veniunt, quia a conditione paradisi, sicut ab ingressu mundi, a superioribus generationibus evolvuntur. Quæ porta ad Aquilonem respicit, quia videlicet mens humani generis vitiis aperta, nisi calorem charitatis deserens torpore mentis appeteret, ad hanc mortalitatis latitudinem non exisset. Et uniuscujusque vas interitus in manu ejus, quia unaquæque generatio singulis qui- busque ætatis evoluta, ante Redemptoris adventum in sua operatione habuit, unde pœnam damnationis sumpsit. Vir quoque unus in medio eorum vestitus lineis, quia Redemptor noster, etiam de sacerdotali tribu juxta carnem parentes habere dignatus, vestitus lineis venire perhibetur. Vel certe quia linum de terra, non autem sicut lana de corruptibili*

<sup>a</sup> Duo Sangerm., Laud., Val. Cl., Norm., Vet. Ed. Paris., desideria.

<sup>b</sup> Germ. et plerique Norm., indiscresum. Laud. et Corb. G., in discussione præterea.

<sup>c</sup> Norm. et Laud., quæ de via.

<sup>d</sup> Vindoc., atramentarium quasi in renibus.

<sup>e</sup> In Germ. et Corb. Germ., prima manu, necnon

A carne nascitur, quia indumentum sui corporis ex matre virgine, non autem ex corruptione commissio- nis sumpsit, profecto ad nos vestitus lineis venit. *Et atramentarium scriptoris ad renes ejus. In renibus pos- terior corporis pars est. Et quia ipse Dominus post- quam pro nobis 720 mortuus est, et resurrexit, et ascendit in coelum, tunc Testamentum Novum per apostolos scripsit, vir iste atramentarium ad renes habuit. Qui enim scripturam Testamenti Novi postquam discessit condidit, atramentarium quasi a tergo portavit. Hoc ergo atramentarium viro lineis vestito inhærente considerat, qui dicit : Et librum scri- bat ipse qui judicat. Sed cur, beate Job, ab eo qui iudex est, librum scribi desideras? Sequitur :*

#### CAPUT XIX [Vet. XX, Rec. XIV].

**B** VERS. 36. — Ut in humero meo portem illum, et circumdem illum quasi coronam mihi.

**45.** *Scriptura sacra humero portanda per operatio- nem, ut sicut corona circumdetur per remunerationem. — Librum quippe in humero portare, est Scripturam sacram operando perficere. Et notandum quain or- dinate describitur, et prius in humero portari, et postmodum sicut corona circumdari, quia videlicet sacri eloquii mandata, si modo bene portantur in opere, post nobis coronam victoriae exhibent in re- tributione. Beatus autem Job cur scribi librum a iudice postulat, qui ad Testamenti Novi pervenire tempora non valebat? Sed sicut saepe iam dictum est, electorum vocibus utilit, atque ex eorum signifi- catione postulat, quod profuturum eis per omnia prævidebat. Ipse namque per spiritum, hunc apud se librum jamdudum tenebat, quem per gratiam aspi- rationis accepérat et vivendo cognoscere et prævi- dendo nuntiare.*

Sed inter hæc sciendum est quia cum ejusdem sacri eloqui præcepta cogitamus, cumque intentem a vita corruptibilis amore divertimus, quasi quibusdam cordis passibus ad interiora properamus. Nemo autem inßua deserens, repente sit suminus, quia ad obtinendum perfectionis meritum, dum quotidie mens in altum dicitur, ad hoc procul dubio velut <sup>f</sup> ascensionis quibusdam gradibus pervenitur. Unde hic quoque apte subjungitur :

#### CAPUT XX.

**D** VERS. 37. — Per singulos gradus meos pronuntiabo illum.

**46.** *Varii sunt gradus ad perfectionem. Ut ad Deum proficiamus a nobis deficiendum. — De his quippe meritorum gradibus per Psalmista dicitur : Ambulabunt de virtute in virtutem (Psal. lxxxiii, 8). De his iterum sanctam Ecclesiam contemplatus, ait : Deus in gradibus ejus cognoscitur, dum suscipiet eam (Psal. xlvi, 4). Neque enim, sicut dictum est,*

in Editis etiam antiquioribus portare, manifesto er- rore, et tamen, reluctantibus cæt. MSS., in omnibus recentioribus Edit. propagato.

<sup>f</sup> In iisdem vulgatis, ascensionis cuiusdam. Melius in MSS., quibusdam.

<sup>g</sup> Turon., sancta Ecclesia contemplata ait.

repente ad summa pervenitur, sed ad virtutum celsitudinem per incrementa meas ducitur. Hinc namque est quod Propheta idem iterum dicit: *Exercitatus sum, et defecit paulisper spiritus meus* (Psal. LXXVI, 4). Quid est itaque, quod ait: *Spiritus meus, nisi spiritus hominis, videlicet spiritus elationis?* Et quia per occultam gratiam ad amorem Dei temperata desperat mensura proficimus, quanto in nobis quotidie de Dei spiritu virtus crescit, tanto noster spiritus deficit. Qui spiritus erroris, quia non a nobis subito penitus amputator, bene paulisper defecisse perhibetur. Tunc vero in Deo plene proficimus, cum a nobis ipsis funditus defecerimus. Haec itaque crescentium mensuræ virtutum, sancti viri vocibus gradus dicuntur. Electus enim quisque a rudimenti sui prius teneritudine inchoat, ad robusta postmodum et fortia convalescit. Quod aperte in Evangelio demonstrat Veritas, dicens: *Sic 721 est regnum Dei; quemadmodum si jaciat homo sementem in terram, et dormiat, et exsurgat nocte ac die, et semen germinet, et increascat, dum nescit ille* (Marc. iv, 26). Cujus nimurum seminis incrementa denuntians, adjungit: *Utro enim terra fructifical, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.* Cujus prospectus quoque etiam finem subrogat, dicens: *Et cum ex se producerit fructus, statim mittit falcem, quoniam venit tempus messis.* Ecce Veritatis voce per qualitates frugum distincta sunt incrementa meritorum. Ait enim: *Primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.* An non herba adhuc tunc fuerat Petrus cum ab ancillæ ore subito unius flatu sermonis inflexus est, jam quidem per devotionem viridis, sed adhuc per infirmitatem tener. Plenum vero frumentum in spica inventus est quando persecutibus principibus resistebat, dicens: *Obedire oportet magis Deo quam hominibus* (Act. v, 29). Plenum vero frumentum in spica inventus est, quando in tritura persecutionis tot verbera pertulit, et tamen nequam palearum more imminutus est, sed granum integrum mansit. Paulisper quippe in unaquaque anima, ut Ita dicam, internæ gratiarum humor exuberat, ut herba in frugem crescat. Nemo ergo quemlibet proximum, cum adhuc herbam videt, de frumento desperet. Ad herbarum quippe solis, quæ huc illucque molliter defluunt, surgentia frugum grana solidantur.

[Vet. XXI.] 47. Diversi prospectum gradus per Danielē expressi. — Bene autem Daniel propheta, loquente ad se Domino, dum positionem nobis sui corporis insinuare studuit, haec meritorum incrementa signavit. Ait enim: *Audiri vocem verborum ejus, et audiens jacebam consternatus super faciem*

<sup>a</sup> Al., *spicas*, hic et infra.

<sup>b</sup> Val. Cl., plerique Norm. et Sangerm., cum se producerit fructus.

<sup>c</sup> Non legitur in *spica* in Utic. et plur.

<sup>d</sup> Val. Cl., in tortura.

<sup>e</sup> Deest *ejus* in Utic., Becc., Prat. et Sangerm.

<sup>f</sup> Corb. Germ., Val. Cl. et plerique Norm., cum terrene.

<sup>g</sup> In Turon. et Corb. Germ., ad *ejus* præcepta.

A meam, *vultusque meis hærebatur terræ.* Et ecce manus tetigit me, et erexit me super genua mea, et super articulos manuum mearum, et dixit ad me: *Daniel vir desideriorum, intellige verba quæ ego loquor ad te, et stâ in gradu tuo; nunc enim missus sum ad te.* Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, et ait ad me: *Noli metuere* (Dan. x, 9). Quam videlicet positionem sui corporis, dum verba intrinsecus loquentis audiret, nequaquam nobis tanta cura exprimeret, si a mysteriis vacare cognovisset. In Scriptura enim sacra justi viri non solum quod dicunt prophetia est, sed etiam plerumque quod agunt. Vir itaque sanctus internis mysteriis plenus per positionem quoque corporis exprimit virtutem vocis, et per hoc quod primum in terra prostratus jacuit, per hoc quod se postmodum in manuum suarum articulis et in genibus erexit, per hoc quod ad extremum erectus quidem sed tremens constituit, in semelipsa nobis omnem ordinem nostri projectus innotescit. Verba enim Dei in terra jacentes andimus, cum in peccatis positi, <sup>1</sup> terrenæ pollutioni conjuncti, sanctorum voce spiritualia præcepta cognoscimus. <sup>2</sup> Ad quæ præcepta quasi super genua et super **722** manuum nostrarum articulos erigimur, quia a terrenis contagis recentes, quasi jam ab infirmis <sup>3</sup> mentem levamus. Sicut enim totus terræ inhæret qui consternatus jacet, ita qui in genibus et manuum suarum articulis incurvatur, incheante projectu ex magna jam parte a terra suspenditur. Ad extremum vero voce dominica erecti quidem, sed trementes assistimus, cum, a terrenis desideriis perfecte sublevati, verba Dei quo pleni cognoscimus plus timemus. Adhuc enim quasi in terra jaret, qui ad cœlestia erigi terrenorum desideriis negligit. Quasi sublevatus autem adhuc manibus et genibus incumbit, qui quædam jam contagia deserit, sed quibusdam adhuc terrenis operibus non contradicit. Jam vero ad verba Dei erectus assistit, qui perfecte mentem ad sublimia erigit, et per immunda desideria incurvari contemnit.

48. A timore ad amorem et charitatem pervenendum. — Bene autem trementem se stetisse indicat, quia examen subtilitatis internæ, quo plus ad illud proficitur, amplius formidatur. Ubi apte divina voce subjungitur: *Noli metuere*, quia cum plus ipsi quod timeamus agnoscimus, plus nobis de Deo per inter-

D nam gratiam infunditur quod amemus; quatenus et contemptus noster paulisper transeat in timorem, et timor transeat in charitatem, ut quia quærenti nos Deo per contemptum resistimus, per timorem fugimus, et contemptu quandoque et timore postposito, solo ei amore jungamur. Paulisper enim <sup>1</sup> etiam timorem ejus discimus, cuius solius dilectioni inhæ-

<sup>a</sup> In German., Corb. Germ., Regio, et al., *ventrem levamus*. Sic quoque legitur in Editis etiam vetust. Prætulimus tamen aliam lect., *mentem levamus*, quæ est MSS. Anglic. et Norm.

<sup>b</sup> Corb. Germ. et Vindoe., etiam timere didicimus, eique vi solius dilectionis inhæremus. Ita quæque Laud., Val. Cl. et Turon., mutato præterito didicimus in præsens discimus. At Norm., cum timore descissimus eique, etc.

remus. Appositis igitur quasi quibusdam gradibus profectus nostri, mentis pedem prius per timorem in imo ponimus, et postmodum per charitatem<sup>a</sup> ad alta amoris levamus, <sup>b</sup> ut ab eo quo quisque tumet, reprimatur ut timeat, et ab eo quo jam metuit, sublevetur ut presumat. Hoc autem virtutum gradus non magis laboris <sup>c</sup> est prehendere, cum ab una ad alteram transitur.

**49. Singularum virtutum gradus sunt varii. Fidei incrementa.** — Sed subtilissima disputatione res indiget, cum mens pensare nititur, in una eademque virtute quibus profectus sui gradibus elevetur. Ut enim prima elementa virtutum, fidem scilicet et sapientiam, lequar, ablineri singula perfecta nequeunt, nisi ad haec distinctis ordinatisque modis, quasi quibusdam gradibus, ascendamus. Ipsa enim fides, qua ad bona alia perfecte capessenda nos imbuicit, plerumque in exordiis suis et natali, et solida est; et jam certissime habetur, et tamen de ejus fiducia adhuc sub dubitatione trepidatur. Pars namque ejus prius accipitur, ut in nobis postmodum perfecte compleatur. Si enim certo gradu in credentis mente non proficeret, requisitus in Evangelio pater sanandi pueri non dixisset: *Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam* (*Marc. ix, 23*). Adhuc ergo ascendebat ad fidem quam jam perceperat, qui uno eodemque tempore clamabat se et jam credere, et adhuc ex incredulitate dubitare. Hinc est etiam quod Redemptori nostro a discipulis dicitur: **723 Auge nobis fidem** (*Luc. xvii, 5*), ut quae jam accepta per initium fuerat, quasi per augmenta graduum ad perfectionem veniret.

[*Vet. XXXI.*] **50. Sapientia bonorum operum magistra, per incrementa tribuitur. Diversi ejus gradus.** — Ipsa quoque sapientia, qua esse bonorum operum solet magistra, anhelanti menti per incrementa tribuitur, ut ad eam proeul dubio magni moderaminis gradibus ascendatur. Quod bene Ezechiel propheta figurata narratione denuntiat, qui de eo viro quem in excelso mente viderat narrat dicens: *Mensus est cubitos mille, et transduxit me per aquam usque ad talos. Nurusunque manus est mille, et transduxit me per aquam usque ad genua. Et mensus est mille, et transduxit me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille<sup>d</sup> torrentem, quem non potui pertransire, quoniam intumuerunt aquas profundas torrentis, qui non potest transvadari* (*Ezech. xlvi, 3, 4*). Quid namque millennio numero nisi collati munera plenitudo signatur? Vir itaque qui apparuit mille cubites metitur, et propheta per aquas usque ad talos dicitur, quia Redemptor noster cum nobis ad se agnoscens boni exordii plenitudinem tribuit, dono spiritualis sapientiae prima nostri operis vestigia ipsundit. Aquam quippe usque ad talos venire est jam nos per acceptam sapientiam desideratae rectitudinis vestigia tenere. Qui

<sup>a</sup> Ita Corb. Germ., Norm., Laud., Val. Cl. et vet. Edit. Legitur amore, in Germ. et in Ed. recent.

<sup>b</sup> Val. Cl., ut ab eo quo quis quietum sentit, et reprimitur.

<sup>c</sup> Norm., Vindoc. et Val. Cl., est perpendere. Corb.

A **resum mille metitur, et propheta usque ad genua per aquam ducitur, quia cum boni operis plenitudo tribuitur, ad hoc usque nostra sapientia augetur, ut in pravis jam actibus minime noctetur.** Hinc namque per Paulum dicitur: *Remissa manus et dissoluta genua eritis, et gressus rectos facile pedibus vestris* (*Hebr. xii, 12*). Aqua ergo ad genua pervenit cum nos percepta sapientia perfecte ad boni operis rectitudinem stringit. Qui iterum metitur mille, et propheta per aquam usque ad renes ducitur, quia videbitur tunc in nobis plenitudo operis excrescit quando in nobis percepta sapientia omnem quoque, in quantum est possibile, delectationem carnis extinxerit. Nisi enim carnis delectatio asset in renibus, Psalmista minime dixisset: *Ure renes meos, et cor meum* (*Psal. xxv, 2*). Aqua igitur ad renes venit cum dulcedo sapientiae etiam incentiva carnis intermit, et ut ea quo urem mentem poterant delectationis incendia frigescant. Qui adhuc mensus est mille, torrentem videbitur, queni propheta pertransire non potuit, de quo etiam dicit: *Quoniam intumuerunt aquas profundas torrentis, qui non potest transvadari.* Percepta namque perfectione operis ad contemplationem veniuntur. In qua scilicet contemplatione dum mens in altum ducitur, sublevata videt in Deo, quia non potest penetrare quod videt, et quasi tangit aquam torrentis, quam pertransire non valet, quia et intueretur speculando quod libeat, et tamen hoc ipsum perfecte non valet intueri quod libet. Propheta ergo quandoque ad aquam pervenit, quam non pertransit, quia ad contemplationem sapientiae cum ad extremum duciuntur, ipsa ejus immensitas, quam ex se hominem sublevat, ad se humana animo plenam cognitionem negat, ut hanc et tangendo amet, et tamen nequaquam pertranscendendo penetret.

**51. His emensis, ad contemplationem pervenitur.** — Beatus igitur Joh haec incrementa virtutum **724** quia distincte hominibus superno munere tribui conspexit. gradus vocavit, quoniam per ipsos ascenditur ut ad coelestia obtinenda veniatur. Sacri itaque libri, id est divini eloquii, memoriam faciens, dicit: *Per singulos gradus meos preueniabili illum, quia nimis mirum ille ad doctrinam Dei veritatis ascendit, qui ad obtinendam haec gradibus sanctas operationes erupit. Et quasi per singulos gradus suos librum pronuntiat, qui percepisse se ejus scientiam non per verba praceptorum illius in actione tenuisse. Sequitur:*

**VERS. 37. — Et quasi principi offeram omnia.**

Omne enim quod offerimus, in manibus tenemus. Venient ergo ad judicium principi librum offerre est verba praceptorum illius in actione tenuisse. Sequitur:

**CAPUT XXI [Vet. XXXIII, Rec. XV].**

**VERS. 38-40. — Si adversum me terra mea clamat,**

Gerim. et Laud., est pendere.

<sup>d</sup> Val. Cl. et Gemel., torrentemque non potest.

<sup>e</sup> Val. Cl., ut ea quae virilim mentem promebant, delectationis, etc.

*et cum ipsa sulci ejus deflent; si fructus ejus comedunt absque pecunia, et animam agricolarum ejus afflisci; pro frumento oritur mihi tribulus, et pro hordeo spina.*

52. *De prelatorum iniustitia et erratis, minus perfecti clamant et non dolent; perfecti vero tacent et lugent. Perfecti tanto magis de alieno damnis dolent quanto minus de suis.* — Quid est clamare terram, deflere sulcos, et fructus proprios emendo comedere? Cui unquam necesse est sua emere? Quis clamantem audivit terram? Quis sulcos deflentes vidit? Et cum sulci terre semper ex terra sint, quid est quod pronuntiatione distinguenda est clamasse terra, et sulci ejus cum ea deflessemus denegantur? Cum enim nihil sit aliud solcus terrae quam terra, magnae distinctionis ratione non caret, dum subjungit: *Ei cum ea sulci ejus defessi.* Quia videlicet in re quia ordo historiarum deficiunt, sese nobis intellectus mysticus quasi apertis jam scriptis ostendit. Ac si patenter clamet: Quia ratione litterarum defecisse cognoscitis, nimisrum restat ut ad me sine dubitatione redeatis. Omnis enim qui vel privato iure domesticeam familiam regit, vel pro utilitate communis fidelibus plebibus praest, in hoc quod iura regimini in commissione sibi fidelibus possidet, quid aliud quam terram incolandam tenet? Ad hoc quippe divina dispensatio pateris manusque præparans, ut subjectorum animas, quasi subiecta terra, prædicationis illius semine secundetur. Sed terra contra possessorem clamat, si contra eum qui sibi praestet aliquid iustum vel privata domus, vel sancta Ecclesia murmurat. Clamare quippe terram est contra regentes iniustitiam rationabiliter subjectos dolere. Ubi recte subjungitur: *Ei cum ea sulci ejus defessi.* Terra enim, etiam nullis operibus exulta, defensaque ad usum hominum aliquod alimentum proferit, ex parte vero fruges ad satiationem parit. Si sunt hominibus qui nullo labore, nullo exhortationis tamquam proscipi, quodam bona, quamvis minima, famam ex semelipsis proferunt, quasi terra neadum exarata. Sunt vero nonnulli qui, ad audiendum semper atque rationendum sanctis prædicationibus ac meditationibus intenti, a priori mentis duritie, quasi quedam lingua vomere et cessari, tamquam exhortationis accipiunt, et fruges boni operis per auleos voluntariæ afflictionis redunt. Non vero cantingit ut hi qui possessus injusta aliqua faciant, sique ut ipsi subjectio nonant qui predasse debuerant. 725 Quod dum rudes quaque consipiunt, cammi et contra rectorum murmurant, nec iugum valide proxipis per-

\* Corb. Germ., Norm., Germ. et Laud., substrata terra.

† Editi, aliquid iniustum; at contra sancti Gregorii mentem: loquitur enim sanctus Doctor de iustis querelis contra præpositorum iniustiam, ut palam sit ex sequentiibus. Ceterum lectioni nostræ consentiunt Cod. Anglic., Norm., Laud. et Sangerm.

• Utic., scissa, quod etiam prius legebatur in Beccasti; scissa referri potest ad duritiam mentis, de qua supra.

‡ Val. Cl., aratro actionis. Laud., aratro sulcato-

compassionem dolent. Cum vero hi qui jam aratro lectionis attriti sint, atque ad frugem boni operis exculti, gravari vel in minimis innocentes aspiciunt, per compunctionem protinus ad lamenta convertuntur, quia velut sua plangunt ea quæ proximi injuste patiuntur. Perfecti namque cum semper de spiritualibus moveantur, tanto sciunt de alienis corporalibus damnis ingemiscere, quanto jam edocti sunt non dolore de suis. Omnis ergo qui præstet, si perversa in subditis exercet, contra hunc terra clamat, et sulci deflent, quia contra ejus iniustitiam rudes quidem populi in murmurationis vocibus erumpunt, sed perfecti quique pro pravo ejus opere sese in fletibus affligunt, quodque imperiti clamant et non dolent, hoc probatoris vitæ subjecti deflent et tacent. Cum clamante ergo terra sulcos plangere est per hoc unde multitudo fidelium juste contra rectorem queritur uberioris vitæ homines ad lamenta pervenire. Sulci itaque et ex terra sunt, et tamen a terra vocabulo distinguuntur, quia hi qui in sancta Ecclesia mentem suam labore sanctæ meditationis excolunt, cæteris fidelibus tanto meliores sunt, quanto per accepta semina secundiores operum fruges reddunt. Et sunt nonnulli qui, sanctis plebibus prælati, vitæ quidem stipendia ex ecclesiastica largitate consequuntur, sed exhortationis ministeria debita non impendunt. Contra quos adhuc exemplum sancti viri recte subjungitur, cum ab eo protinus subinfertur:

#### CAPUT XXXII [Rec. XVII].

Vers. 30. — *Si fructus ejus comedunt absque pecunia.*

53. *Quantum peccant prælati, qui bona ecclesiastica muti comedunt. Quantum sollicitudinem sibi subditis debent qui præsunt.* — Fructus etenim terre absque pecunia comedendo est ex Ecclesia quidem sumpsus accipere, sed eidem Ecclesia prædicationis premium non præbere. De qua videlicet prædicatione auctoris voce dicitur: *Oportuit te committere possumus meam nummulariis, et veniens ego receperis utique quod meum erat cum usura (Matth. xxv, 27).* Terra igitur fructus absque pecunia comedit, qui ecclesiastica comoda ad usum corporis percipit, sed exhortationis ministerium populo non impendit. Quid ad haec nos pastores dicimus, qui adventum districti iudicis præcurrentes, officium quidem præconis suscipimus, sed alimenta ecclesiastica muti manducamus? Exigimus quod nostro debetur corpori, sed non impendimus quod subjectorum debemus cordi. Ecco vir sanctus tot in hoc saeculo pignoribus obstrictus, inter occu-

• Val. Cl., cum semper de defectibus non morganitur corporalibus, tanto sciunt de alienis damnis ingemiscere. Laud., moveantur non corporalibus, tanto sciunt, etc.

† Depravatus est hic locus in Germ. et recent. Editis, maxime defectus negationis, quam supplevimus ex nostris MSS. et Anglic.; alias sublata particula non, deficit antithesis, et sermonis gratia. In vet. Vulgatis legitur non deflent pro non dolent.

‡ Al., a terra.

§ Laud., exhortationis.

¶ Laud., prædicationis fructum.

pationes innumeratas liber ad studium prædicationis fuit. Qui fructus terræ nunquam sine pecunia comedit, quia nimur subditis verbum bonæ admonitionis reddidit, a quibus fructus corporeæ servitutis acceptit. Hoc namque debet omnipotenti Deo omnis qui præest populo, hoc qui multis, hoc qui paucioribus præest, ut sic debita ministeria a subditis exigat, quatenus ipse etiam quid semper admonitionis debeat sollicitus attendat. Omnes namque qui sub dispensatione conditoris vicario nobis ministerio jungimur sub uno ac vero Domino, quid nobis aliud **726** nisi invicem servi sumus? Cum igitur is qui subest servit ad obsequium, restat procul dubio ut is qui præest serviat ad verbum. Cum is qui subest jussis obtemperat, oportet ut is qui præest curam sollicitudinis ac pietatis impendat. Sicque fit ut dum studiose nunc servire nobis invicem per charitatem nitimus, quandoque cum vero Domino communis exaltatione dominemur. [Vet. XXIV.] Sed sunt nonnulli qui in eo quod officium prædicationis exhibent, aliis invidenter bonum quod habent, atque ideo jam veraciter non habent. Quibus recte per Jacobum dicitur: *Quod si zelum amarum habetis inter vos, et contentiones sunt in cordibus vestris, non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica* (Jac. III, 14). Unde hic quoque cum dictum est: *Si fructus ejus comedisti abeque pecunia, recte subiungitur:*

#### CAPUT XXIII.

**Ibid.** — *Et animam agricolarum ejus affixi.*

**54. Ecclesiæ rector sibi in prædicatione cooperantibus non invidet.** — Agricolæ quippe hujus terræ sunt hi qui, minori loco positi, quo valent zelo, quanto possunt opere, ad eruditio[n]em sanctæ Ecclesiæ in prædicationis gratia cooperantur. Quos vide licet terræ hujus agricultor[um] hoc est non affligere, eorum laboribus non invidere, ne rector Ecclesiæ dum soli sibi jus prædicationis vindicat, etiam aliis recte prædicantibus invidia se niordente contradicat. Pia etenim pastorum mens, quia non propriam gloriam, sed auctoris querit, ab omnibus vult adjuvari quod agit. Fidelis namque prædicator optat, si fieri valeat, ut veritatem quam solus loqui non sufficit ora cunctorum sonent. Unde cum Josue duobus in castris remanentibus atque prophetantibus vellet obistere, recte per Moysen dicitur: *Quid amularis pro me? Quis tribuat ut omnis populus prophetet, et det eis Dominus spiritum suum* (Num. XI, 29)? Prophetare quippe omnes voluit, qui bonum quod habuit alii non invidit: *Quia igitur beatus Job cuncta haec suspensa intulit, et si ea minime fecerit sententia se maledictionis adstringit, sequitur:*

#### CAPUT XXIV [Rec. XVII].

**Vers. 40.** — *Pro frumento oriatur mihi tribulus, et pro hordeo spina.*

**55. Prælati sua auctoritate male utentibus oritur**

<sup>a</sup> Laud., quæs[us] suavia mentis alimenta præparamus.

<sup>b</sup> Defectu duarum vocularum non et sed luxatus erat hic locus in superioribus Ed. Erroris admo-

**A** pro frumento tribulus, et pro hordeo spina. — Ac si aperte dicat: Si injustam quid erga subditos gessi, si exegi debita, et ipse quod debui non impendi, si exercitationem boni operis aliis invidi, pro bonis quæ in æternum reficiunt, retribuantur mihi in judicio mala quæ pungunt. Pro frumento quippe tribulus, et pro hordeo spina oritur, cum in retributione ultima, de qua remuneratio laboris queritur, punctio doloris invenitur. Et notaendum quod sicut a frumento hordeum distat, quamvis utrumque reficiat, sic a tribulo spina, quamvis sit utrumque quod pungat, quia tribulus mollior, et ad pungendum semper durior est spina. Ait ergo: *Pro frumento oriatur mihi tribulus, et pro hordeo spina.* Ac si patenter dicat: Egisse quidem et magna me et minima bona scio, sed si non ita est, pro bonis magnis mala minima, et pro bonis minimis mihi respondeant mala majora. Quamvis hoc intelligi et alter potest. In frumento quippe spitalite opus, quod mentem reficit, in hordeo autem terrenarum rerum dispensatio **727** figuratur. In qua sepe dum servire infirmis atque carnalibus cogimur, et quasi sua jumentis alimenta præparamus, atque ipse nostrorum usus operum quasi more hordei habet aliquid de admistione palearum. Et plerunque contingit ut rector qui præest, dum injusta contra subditos exercet, dum nullo bonos blandimento resovet, dum, quod gravius est, bene operantes quosque ex invidia affligit etiam quedam bona aliquando faciat, ac si frumentum serat, seseque in dispensandis terronis rebus <sup>b</sup> nonnunquam non avaritiae studio, sed pro utilitate carnaliu[m] misceat, et sic ejusdem laboris fructum velut messem hordei expectet. Sed subjecti quique pro eo quod in maximis gravantur, gaudere in ejus bonis minimis nequeunt, et quia nec hoc opus coram Deo placet, quod alterius operis injustitia polluit, nec ipsa terrenarum rerum dispensatio pro utilitate subditorum suscipi creditur, quando is qui præest anhelare per avaritiam videtur. Unde fit ut ad ipsa etiam pauca bona, quæ fieri inter multa mala considerant, non laudes, sed gemitus reddant; atque infirmantes murmurarent, dum perpendunt puri operis non esse quod vident. Ait ergo: *Si adversum me terra mea clamat, et cum ipsa sulci ejus deflent; si fructus ejus comedti absque pecunia, et animam agricolarum ejus affixi; pro frumento oriatur mihi tribulus, et pro hordeo spina.* Ac si aperte dicat: Si magna quæ debui sollicite non feci, **728**, punctiones murmuris a subjectis recipiam, etiam de bono quod feci. Si neglexi exhibere quod soveat, juste in querelam prosiliens eorum lingua me pun-

**D**gitur. **56. Prælati a malis exemplis præbendis, subditi a temerariis judiciis covoant.** — Quia in re semper sollicita consideratione pensandum est, ne aut hi qui præsunt exempla mali operis subjectis præbeant, eo-

nuerunt MSS. Anglic. et nostri, neconon vet. Ed. Paris. et Basil.

<sup>c</sup> Norm. et Laud., quia nec opus placet quod alterius operis.

rumque vitam suam gladio pravitatis extinguant; aut hi qui alieno regimini subjacent, facile judicare audient facta rectorum, atque per hoc quod de his qui sibi prelati sunt murmurant, non humano, sed ei qui conca disponit divino ordini contradicant. Illis namque dicuntur: *Oves meæ his quæ conculcata pedibus vestris fueras pascebantur, ei quæ pedes vestri turbaverant, haec bibebant* (Ezech. xxxiv, 19). Oves enim turbata pedibus bibunt cum subjecti ea ad exemplum vivendi appetunt quæ prelati quique pravo opere pervertunt. At contra a prelatis hi audiunt:

A Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur verstrum, sed contra Dominum (Exod. xvi, 8). Qui enim contra superpositam sibi potestatem inmurmurat, liquet quod illum redarguit qui eamdem homini potestatem dedit. Tandem beati Job plenas mystica virtute sententias, in quibus contra amicorum verba respondit, Deo largiente digessimus; nunc superest ut ad Eliu verba veniamus, quæ tanto graviori circumspectione pensanda sunt, quanto et per juventutis audaciam spiritu ferventiore proferuntur.

## Pars quinta,

CONTINENS LIBROS SEX.

### LIBER VIGESIMUS TERTIUS.

*Exponuntur cap. xxxii et xxxiii usque ad versum 22, ubi, silente Job, Eliu junior multa recta et sana, sed non recte et sana intentione edisserit.*

#### CAPUT PRIMUM.

**729** Quo Dei consilio, quibusve modis Job probatus seruit. — Praefationem hujus operis toties necessario repeto, quoties hoc in distinctione voluminum locutionis meæ pausatione succido, ut cum legendi exordium sumitur, prius ipea memorie lectionis causa renewetur, et tanto robustius surget doctrinæ ædificium, quanto ex considerata cause origine studiosius ponitur in mente fundamentum. Beatus Job, Deo soli sibi que cognitus, in tranquillitate ad nostram notitiam perducendus tactus est verbero, ut odorem suarum virium tanto latius spargeret, quanto more aromatum melius ex incensione fragraret. Noverat in bonis pie subditos regere, et a malis se districte custodire. Noverat bene uti rebus habitis, sed nesciebamus si patiens permaneret ablatis. Noverat quotidiana Deo pro sanis pignoribus sacrificia solvere, sed incertum erat si ei gratiarum sacrificium et orbatus immolaret. Ne quid ergo vitii salus legeret, dignum fuit ut hoc dolor aperiret. Data itaque est contra sanctum virum hosti callido tentandi licentia. Qui dum bona ejus multis cognita interinere appetit, etiam bonum patientiae quod latebat ostendit; et quem se angustare persequendo credidit, flagellis auctum et in exemplo dilatavit. Nec sine gravi arte exercuit licentiam quam accepit. Nam combussit greges, extinxit familiias, obruit haeredes, percussit salutem corporis, et ad intorquendum gravioris tentationis jaculum, linquam servavit uxoris (Job. I, II, IX, etc.), quatenus

B sancti viri forte ac solidum pectus et per damna rerum dolore sterneret, et per verba conjugis maledictione perforaret. Sed quot vulnera saeviens intulit, tot sancto viro nesciens victorias ministravit. Nam fidelis Dei famulus, uno eodemque tempore inter vulnera et verba deprebensus, et dolentem carnem sequanimitate pertulit, et desipientem conjugem **730** prudenter increpavit. Antiquus itaque hostis, quia vinci se in domesticis doluit, protinus exteriora requisivit. Amicos namque ejus de locis singulis, quasi pro exercenda charitate commovit, eoruinque ora sub specie consolationis aperuit; sed per hæc jacula increpationis intorsit, quæ eo durius cor secure audiens infigerent, quo inter ostenses et non servatae charitatis tenebras improvise vulnerarent. Post hos quoque ad contumelias etiam Eliu junior excitatur, ut tranquillitatem tanta mansuetudinis saltem dedignata levitas perturbaret etatis. Sed contra tot antiqui hostis machinas stetit invicta constantia, stetit sequanimitas infracta. Nam uno eodemque tempore verbis adversantibus opposuit prudentiam, rebus vitam. Nemo igitur sanctum virum, quavis de illo aperte post flagella scriptum sit: *In omnibus his non peccavi Job labiis suis* (*Ibid.*, II, 10); saltem postmodum in contentione amicorum testimoniis inter verba deliquesce. Satan quippe tentationem illius expedit; sed Deus, qui hunc laudaverat, in seipso ejus intentionem certaminis accepit. Quisquis ergo beatum Job deliquesce in suis sermonibus queritur,

et Dionysii, a DCCC circiter annis descripto, quoties hoc in distinctionem... succedo. Deficit Codex Germ. usque ad 31, et Corb. Germ. usque ad 28, exclusive.

<sup>b</sup> Vindoc. et Norm., tanto longius. Colbert. habet, flagraret pro fragraret.

<sup>c</sup> Turon. et Norm., improvisa vulnerarent.

quid aliud quam Deym, qui pro illo proposuit, e per didisse constitetur?

**2.** Antiqui Patres arboribus fructiferis similes. Eorum fructus fuit Christum signare, et Ecclesiam. — Quia vero antiqui Patres fructiferis arboribus similes, non solum pulchri sunt per speciem, sed etiam utiles per ubertatem, sic eorum vita pensanda est, ut cum miramur quae sit viriditas in historijs, inveniamus et quanta sit ubertas in allegoria; quatenus cum blandum est quod in foliis redoleat, cognoscamus et quam dulce sit quod in fructibus sapit. Nullus quippe supernæ adoptionis gratiam habuit, nisi qui hanc per cognitionem Unigeniti accepit. Dignum itaque est ut ipse in eorum vita et lingua resplendeat, qui eos ut resplendere mereantur illustrat. Nam enim in tenebris **731** lucernæ lumen acceditur, prius lucerna eadem, que videri cætera efficit, videtur. Unde necesse est ut si vere intendimus illuminata cernere, studeamus mentis oculos ad ipsum illuminans lumen aperire. Quod et in eisdem beati Job sermonibus, etiam remotis allegorijs pmbis, quasi decessis altæ noctis tenebris, coruscis more pertransuntis intermicat, cum dicitur: *Scio quod Redemptor meus vivit, et in carne mea videbo Deum* (Job. xix, 25). Hoc nimur in nocte historiæ, Paulus lumen invenerat, cum dicebat: *Omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari, et omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eamdem potum spiritalem biberunt. Biskeps autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus* (I Cor. x, 2). Si igitur Redemptoris speciem petra tenuit, cur non figuram illius beatus Job insinuet, qui eum quem voca protulit etiam passionem signavit? Unde et non immerita Job videlicet dolens dicitur, quia illius in se imaginem exprimit de qua per Isaiam longe ante annuntiatur quod dolares postrois ipse portavit (Isai. LIII, 4). Scindimus quoque est quod Redemptor noster unam se personam cum sancta Ecclesia, quam assumpsit, exhibuit. Be ipse enim dicitur: *Qui est cepit, Christus* (Ephes. iv, 15). Rursumque de ejus Ecclesia scriptum est: *Et corpus Christi, quod est Ecclesia* (Coloss. I, 24). Beatus igitur Job, qui Mediatoris typum eo verius tenuit quo passionem illius, non loquende tantummodo, sed etiam patiendo prophetavit, cum in dictis factisque suis expressioni Redemptoris innititur, repente ad significacionem corporis aliquando derivatur, ut quod Christum et Ecclesiam unam personam credimus, hoc etiam unius personæ actibus significari videamus.

**3.** Uxor Job, carnalis Ecclesia; amici, haereticos adumbrant. — Uxor vero ejus, que cum ad maledicendum provocat, quid aliud quam pravitatem carnalium signat? Qui intra sanctam Ecclesiam incor-

<sup>a</sup> Turon., delinquisse.

<sup>b</sup> Membranæ Baluzianæ estate sancti Gregorii non multum inferiores, in quibus pauca supersunt ex Moralibus, Colbert., Vindoo., Norm., Domini conciliis.

A rectis moribus positæ, eo durissæ vitæ fideliisq; que vicinijs premiti, quis dum vitæ e fidelibus quæsi fideles neguerunt, tanto gravius quanto et interioris tollerantur. [Vet. II.] Amici vero ejus, qui quæsi dum consulunt invehuntur, haereticorum figuram exprimunt, qui sibi specie consulendi agunt negotiorum seducendi. Unde et ad beatum Job dum pro Dommino verba faciunt, a Domino reprobarunt, quia videlicet omnes haereticij dum Deum defendorerit nituntur offendunt. Unde eis aptæ et ab eodem viro sancto dicitur: *Disputare cum Dœp eujo, prius vos ostendens fabricatores mendacij, et cultores perversorum dogmatum* (Job. xiii, 3, 4). Constat ergo eos haereticorum typum gerere, quos sanctus vir redarguit cultui perversorum dogmati deservire. Quia igitur Job interpretatur dolens, quo nimur dolore vel Mediatoris passio, vel sanctæ Ecclesiæ labor exprimitur, quæ multiplici præsentis vita fatigatio cruciatur, amici quoque ejus ex vocabulo nominis meritum suæ indicant actionis. Nam Eliphaz Latina lingua dicitur <sup>b</sup> Dei contemptus. Et quid aliud haereticj faciunt, nisi quod dum falsa de Deo sentiant, eum superbiendo contemnunt? Baldad interpretatur velutitas sola. Bene autem omnes haereticj in his quæ de Domino loquuntur, dum non intentione recta, sed appetitione temporalis glorie videri predicatoræ appetunt, velutitas sola neminantur. Ad laudem quippe, non zelo novi hominis, **732** sed vita veteris pravitate copitantur. Sophar quoque Latino sermone dicitur dissipatione speculæ, vel <sup>c</sup> speculacionem dissipans. Mentes namque fidelium ad contemplanda supernæ erigunt; sed dum haereticorum verba pervertere recta contemplantes appetunt, speculam dissipare conantur. In tribus itaque amicorum Job nonquilibet tres in haereticis perditionum casus exprimitur. Nisi enim Deum contemnerent, nequaquam de ille perversa sentirent; <sup>d</sup> et nisi velutistæ contraherent, in novæ vita intelligentia non errarent; et nisi speculationem honorum destruerent, nequaquam eos superna judicia tam districto examine pro verbigrum suorum culpa reprobarent. Contemndo igitur Deum, in velutitate se retinent; sed in velutitate se retinendo, pravis suis sermonibus speculationi regiarum nocent.

**D** **4.** Eliu figura doctorum fidelium sed superiorum. — Post has quoque Eliu junior in hec Job explicatione subiungitur, ex cuius persona videlicet species quorumdam doctorum fidelium sed tam arrogantium designatur. Cujuus verba non facile intelligimus, nisi ea ex subsequenti domino corripione pensemus. Ait namque de illo Dominique: *Quis est iste involvens serpentis sermonibus imperitis* (Job. xxxviii, 2)? Cum vero dicit sententias, sed non addit protinus quales, vult procul dubio bonas intelligi

<sup>a</sup> Vindoo., Pratel., etc., speculam dissipans.

<sup>b</sup> Norm., et nisi velutistæ contraherent. Quia hic legitimus de haereticis, usdein pene verbis habentur in pref. generali, cap. 7.

Nam cum sententiae nominantur, nisi etiam male dicantur, male sentiri non possunt. In bono enim semper sententias accipimus quae sine reprobationis adjectione ponuntur, sicut scriptum est : *Sapientior sibi videtur piger, septem viris loquentibus sententias* (*Prov. xxvi, 16*). Quod vero dicitur, quia ejus sententiae imperitis sermonibus involuntur, hoc summopere ostenditur, quia ab eo cum elationis fatuitate proferuntur. Magna quippe in eo imperitia est humiliter dicere nescire quod dicit, et veritatis sensibus elationis verba miscere.

[*Vet. III.*] 5. *Aliquando mala bene, et bona male dicuntur.* — Omne enim quod dicitur quadripartita potest qualitate distingui ; si aut mala male, aut bona bene, aut mala bene, aut bona male dicantur. Male enim malum dicitur, cum res perversa suadetur, sicut scriptum est : *Benedic Deo, et morere* (*Job. ii, 9*). Bonum bene dicitur, cum recte recta predificantur, sicut Joannes ait : *Agite paenitentiam, approxinquaret enim regnum caelorum* (*Matt. iii, 2*). Malum bene dicitur, quando per os dicentis idcirco vitium exprimitur, ut reprobetur, sicut Paulus ait : *Feminæ eorum immutaverunt naturalem usum in eum qui est contra naturam* (*Rom. i, 26*). Quo loco exeteranda quoque virorum facinora subdidit; sed honeste in honesta narravit, ut multos ad honestatis formam in honesta narrando revocaret. Male autem bonum dicitur, cum rectum aliquid recto studio non profertur, sicut illuminato cæco Pharisæi dixisse perhibentur : *Tu sis discipulus ejus* (*Joan. ix, 28*). Quod maledictionis utique dixerunt studio, non orationis voto. Vel sicut Caiphas ait : *Expedit unum hominem mori pro populo, ut hon tota gens pereat* (*Joan. xi, 50*). Bonum quippe, sed non bene locutus est, quia dum crudelitatem necis appetit, redemptionis gratiam prophetavit. Hoc igitur modo Eliu quoque dicere non bene bona reprehenditur, quia in his quae veraciter loquitur arroganter inflatur. Qui in eo speciem arrogantium signat, quo per sensum rectitudinis in tumoris verba se elevat.

733 6. *In amicorum Job reconciliatione, agnoscenda haereticorum conversio. Eorum sacrificia Deo non placent, sed quae ab Ecclesia offeruntur.* — Sed quid est quod tres amicos reconciliari per septem sacrificia, divina vox præcipit ; Eliu vero sub unius tantummodo sententiae increpatione derelinquit, nisi quod nonnunquam haereticici, divinae gratiae largitate perfusi, ad unitatem sanctæ Ecclesie redeunt ? Quod bene ipsa amicorum reconciliatione signatur, pro quibus tamen beatus Job exorare præcipitur, quia nimis haereticorum sacrificia accepta Deo esse non possunt, nisi pro eis universalis Ecclesiæ manibus offerantur, ut ejus meritis remedium salutis

\* In Editis, male dicuntur, sed mendose : mens sancti Gregorii est, sententias in bonam semper partem accipiendas, nisi aliquid addatur quo reprobentur.

<sup>b</sup> Dicit hominem in tribus Norm., in Baluz. et Colb.

\* In omnibus Editis et in nonnullis MSS. viiatus

A inveniant, quam verborum eorum jeculis impungando seriebant. Unde et septem pro eis sacrificia memorantur oblatæ, quia dum septiformis gratiae Spiritum consentes accipiunt, quasi septem oblationibus expiantur. Hinc in Joannis Apocalypsi per septenarium Ecclesiarum numerum, universalis Ecclesia designatur (*Apoc. i, 11*). Hinc per Salomonem de sapientia dicitur : *Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem* (*Prov. ix, 1*). Ipso ergo sacrificiorum numero reconciliati haeretici quid prius fuerint exprimunt, qui perfectioni septiformis gratiae non nisi redeundo junguntur. Bene autem tauros pro se et arietes obtulisse describuntur. In tauri quippe cervix superbæ, in ariete autem ducatus gregum sequentium designatur. Quid itaque est pro eis tauros B arietesque mactare, nisi eorum superbum ducatum interfiscere, ut de se humilia sentiant, et post se corda innocentium jam non seducant ? Cervice enim tumenti ab Ecclesiæ universitate resilierant, et infirmos post se populos quasi sequentes greges trahabant. Veniant igitur ad beatum Job, id est revertantur ad Ecclesiam, et septenario sacrificio tauros et arietes mactandos offerant, qui ut universalis Ecclesiæ conjugantur, humilitate interveniente, interficiant quidquid prius tumidum de superbo ducatu sapiebant.

[*Vet. IV.*] 7. *Non reconciliantur qui recte prædicando, vanæ gloriae serviunt, sed sapissime reprobantur.* — Eliu vero per quem vanæ gloriae amatores signati sunt, intra sanctam Ecclesiam constituti, C qui ea quae recte sentiunt humiliter proferre contemnunt, nequaquam per sacrificium reconciliari præcipitur quia arrogantes quidein, sed tamen fideles, pro eo quod iam intus sunt, per septem sacrificia revocari non possunt. Quos tamen sub Eliu specie sententia divina redarguit, atque in eis non veritatis sententias, sed elationis mentem ac verba reprehendit. Quæ nimis reprobatio quid aliud signat, nisi quod eos intra positos supernæ distinctionis increpatio vel per flagellum corrigit, vel per justum examen sibimetipsis relinquit ? Tales quippe intra sanctam Ecclesiam recta quidem prædicant, sed tamen, Deo judice, audire merentur adversa, quia per ea bona quae non propria proferunt; non auctoris sui gloriam, sed propriam laudem querunt. P Unde hoc quoque caute pensandum est, quod divina voce de Eliu dicitur : *Quis est iste* (*Job. xxxviii, 2*) ? Prima quippe exprobratio est talis interrogatio. Nam *Quis est iste* non dicimus, nisi de eo utique quem nescimus. Nescire autem Dei reprobare est ; unde quibusdam quos reprobat in fine dicturos est : *Nescio vos unde sitis, discedite a me omnes operari iniquitatis* (*Luc. xiii, 27*). Quid est ergo 734 de his

est sensus, mutatione voculae qui in quia. Similla lege prefat. sancti Gregorii num. 18, ubi non quia, sed qui occurrit.

<sup>d</sup> Additur in Editis, etiam, sed non legitur in MSS., nee aliunde requiritur.

\* Subiectur in Vulgatis sumida. Abest a MSS., secundum sensu remaneat.

arrogante requirere: *Quis est iste? nisi aperte dicere: A Ego arrogantes nescio, id est eorum vitam in sapientia mea viri non approbo, quia dum laudibus humanis inflantur, a vera gloria æternæ retributionis inanescunt.* Cujus dom sententias minime respuit, sed tamen eum ipsum qui illas protulit reprehendit, quasi aperte insinuat, dicens: *Novi quæ dicit, sed ignoro qui dicit, quia veraciter prolata approbo, sed eum qui de bonis quæ profert extollitur non agnoscō.*

8. *Optimi prædicatoris imago eximia. Bona riz sine periculo innotescunt. Qui sapit, studet esse sapiens, non videri.* — Ut vero apertius ostendamus in elationis jaetantia Eliu quam turpiter despat, formam prius ostendere boni prædicatoris debemus, quatenus ex statu hujus rectitudinis monstretur liquidus tortitudo quam prava sit incurvationis. Sanctæ universalis Ecclesiæ spiritialis quisque prædicator in cunctis quæ dicit et solerti cura se inspicit, ne in eo quod recta prædicat vitio se elationis extollat; ne vita a lingua discordet; ne pacem, quam in Ecclesia nuntiat, in seipso, dum bene dicit, et male vivit, amittat. Sed studet summopere contra maledicos rumores adversantium et defendere loquendo quod vivit, et ornare vivendo quod dicit. Nec in his omnibus suam, sed auctoris gloriam querit; atque omnem sapientiae gratiam, quam ut loqueretur accepit, non suis se æstimat meritis, sed eorum intercessionibus pro quibus loquitur accepisse. Sieque dum se infra dejicit, superest, quia suæ nimirum magis mercedi proficit, quod bona quæ exercere prævaleat alienis meritis reddit. Indignum se omnibus judicat, etiam cum dignus cunctis vivat. Scit enim, quod bona quæ innotescunt hominibus, sine periculo esse vix possunt. Et quamvis sapientem se esse sentiat, vellet tamen esse sapiens, nec videri, atque hoc sibi omnimodo quod loquendo proditur pertimescit; et si liceat, tacere appetit, dum esse et multis tutius silentium cernit, eosque esse feliciores putat, quos intra sanctam Ecclesiam locus inferior per silentium occultat; et tamen ut sanctam Ecclesiam defendat, quia ad loquendum vi charitatis impellitur; ex necessitate quidem officium locutionis suscipit, sed ex magno desiderio otium taciturnitatis querit. Hoc servat voto, itud exercet ministerio. Hanc autem dicendi formulam arrogantes ignorant. Neque enim loquuntur quia causa eveniunt, sed causas evenire appetunt ut loquaniur. Quorum nunc Eliu speciem signat, qui in locutione sua immenso se vitio elationis exaltat. Igitur finitus beati Job sermonibus, subditur:

CAP. XXXII, VERS. 7. — *Omiserunt autem tres viri isti respondere Job, eo quod justus sibi videretur.*

a Turon., solerter curare inspicit.

b Vindoc., Ebroic. et filii Norm., sapientiae gloriam.

c Ita Beluz., Colb., Norm. et vet. Edit. Paris. ac Basil. Recent. habent multo tutius. In iisdein Norm., Vindoc. et aliis, eosque esse feliciores. Ubi in Editis habebet, eosque se feliciores.

A [Vet. V, Rec. II.] Ille quod de eo dicitur: *Eo quod justus sibi videretur, sacra hujus scriptor historiæ ad amicorum judicium retulit, non autem beatum Job de elationis tumore reprobavit. Sequitur:*

## CAPUT II.

VERS. 2. — *Et iratus, indignatusque est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram.*

B 9. *Per Eliu, ejusque patrem et cognationem, signatur superbi veræ fidei tenaces.* — Bene haec ipsa vel ejus, vel parentis, vel loci, vel cognationis nomina notam propriæ exprimunt actionis. Eliu quippe interpretatum sonat, Deus meus iste, vel Deus Dominus. Per quem, sicut superius diximus (Nm. 7), designatur recta 735 fides arrogantium intra Ecclesiam positorum. Unde eis et hoc ipsum ejus etiam nomen congruit. Nam quamvis juxta dominica præcepta non vivant, Deum tamen dominum esse recognoscunt; quia in veritate carnis etiam formam Deitatis intelligunt, sicut per Prophetam dicitur: *Scitote quod Dominus ipse est Deus* (Psal. xcix, 3). Barachel vero interpretatum dicitur et benedictio Dei, Buzites autem contemptibilis. Quod arroganter præflicantibus bene utrumque concordat, quia in prædicationis facundia benedictionem quidem gratiæ diuinæ percipiunt, sed in elatis suis moribus esse eam contemplabilem ostendunt. Ipsa quippe quæ acceperunt bona, eo despiciabilia faciunt, quo nequaquam eis bene utilaverunt. Aptæ autem etiam de cognatione Ram dicitur. Ram quippe interpretatur excelsus. Excelsus namque est fidelium populus, qui hujus vita infusa et abjecta contemnit. Excelsi sunt qui dicere cum Paulo neverunt: *Nostra conversatio in celis est* (Philip. iii, 20). Eliu itaque de cognatione Ram dicitur, quia unusquisque prædictor arrogans intra universalem Ecclesiam positus, sanctis populis fidei veritate sociatur, quamvis ab eorum vita elationis pravitate disjungatur. Sequitur:

## CAPUT III [Rec. III].

Vers. 2, 3. — *Iratus est autem adversus Job, eo quod justum se diceret coram Deo. Porro adversus amicos ejus indignatus est, eo quod non invenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Job.*

D 10. *Hi simul hereticos premunt recte prædicando, et Ecclesiam superbiendo.* — Solerter intuendum est quod beatum Job ideo reprehendit quod coram Deo se justum esse dixerit; amicos vero ejus ideo redarguit, quod condemnantes eum responsionem contra illum rationabilem non dederunt. Istis namque indicis aperte colligitur quod per eum species auctorum vanæ gloriæ designatur. Job quippe de presumpta justitia, amicos vero ejus de stulta re-

d Baluz., et Colb., taciturnitas.

e Norm. et Vind., sibi esse videretur.

f Unus ex Ebroic., contra sanctam Ecclesiam. Vindoc. et alii Norm., intra sanctam Ecclesiam.

g Vindoc. et plerique Norm., benedictio Domini.

h Vindoc., nostra autem conversatio.

sponsione redarguit. Cuncti enim vanæ gloriæ sectatores, <sup>A</sup> dum se omnibus præferunt, alios quidem de satuis sensibus, alios autem de indignis meritis reprehendunt; id est, alios censem nihil scire, alios non bene vivere. Et quamvis justæ omnes extra Ecclesiam positos prava sentire redarguant, tamen etiam eos qui intus sunt pro vita despectu contemnunt, et contra illos ex magnitudine recte sentiendi, contra istos vero quasi ex merito bene vivendi superbiunt. [Vet. VI.] Bene autem Eliu modo beatum Job, modo amicos ejus increpare perhibetur, quia amatores vanæ gloriæ aliquando intra sanctam Ecclesiæ constituti, et adversarios premunt, dum vera prædicant, et ejusdem sanctæ Ecclesiæ moribus contradicunt, dum de ipsa prædicatione gloriantur. Premunt adversarios virtute dicti, premunt sanctam Ecclesiæ qualitate dicendi. Illos prædicatione veritatis, istam vitio elationis impugnant. Sequitur :

Vers. 4, 5. — *Igitur Eliu exspectavit Job loquentem, eo quod seniores essent qui loquebantur. Cum autem vidisset b quod tres respondere non potuissent, tristes est vehementer.*

11. *Non nisi post hæretorum certamina prodire acutis sensus et perplexior indago verborum.* — Quamvis sancta Ecclesia sit procul dubio adversariis suis antiquior, quia de illa ipsi, non autem exiit ipsa de illis, sicut de eis per Joannem 736 dicitur : *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis* (I Joan. II, 19); recte tamen eisdem adversariis Eliu junior fuisse describitur, quia nimirum <sup>C</sup> post exorta hæretorum bella, esse intra sanctam Ecclesiæ fastu scientiæ inflati arrogantes cooperunt. Cum enim graviora hostiani prodire certamina, tunc sunt profecto subtiliora sensuum spicula requisita, tunc argumentorum obstacula, tunc perplexior indago verborum. Quæ saepe viri ferventes ingenio, duni congrue inveniunt, arroganter intumescent; et, quod per elationis vitium plerumque contingit, iisdem acutis sensibus quibus hostem feriunt, prosternuntur, dum in his quæ recte de Deo sentiunt, non Dei, sed suam gloriam querunt. Unde Eliu quoque multa quidem recte loquitur, et tamen divina voce, ac si perversa dixerit, increpatur. Cum vero dicitur quia Eliu exspectavit Job loquentem, eo quod seniores essent qui loquebantur, aperte beato Job non pro sua, sed pro amicorum reverentia honorem reservasse monstratur, quia videlicet arrogantes intra positum eamdem sanctam Ecclesiæ, quam defendunt, despiciunt; et plerumque contingit ut plus ingenia male sapientium quam simplicem vitam innocentium venerentur, plus reseruent linguis extra loquentium quam meritis intra positionum, quamvis utrisque ex diverso obvient, cum et ab illis rectitudine sensuum, et a sancta Ecclesia minorum pravitate discordent. Sequitur :

<sup>a</sup> Norm. et Vindoc., dum se in omnibus præferunt.

<sup>b</sup> Baluz., Colb., Prat., quod respondere non potuerunt; omittitur, tres.

<sup>c</sup> Turon., post exorta inimicorum bella. Series sermonis postulat ut legatur hæretorum, non inimicorum.

Vers. 6, 7. — *Respondensque Eliu filius Barachel Buziles, dixit : Junior sum tempore, vos autem antiquiores; idcirco demisso capite veritus sum indicare vobis meam sententiam. Sperabam enim quod ætas prolixior loqueretur, et annorum multitudo doceret sapientiam.*

12. *Tacere, saepe est sapere.* — Cuncta hæc, quæ ab eo per tumorem superbie proferuntur, cursim potius perstringenda sunt quam attentius exponenda. Quæ enim soliditate gravitatis carent, expositionis subtilitate non indigent. Sed solum puto breviter intimandum quod Eliu quandiu pro ætatis suæ respectu tacuit, sapientior fuit; cum vero in aliis annorum multitudinem, semetipsum præferens, despiciit, quam pueriliter desipiat ostendit. Nam contra ejus sententiam et ætas prolixior loquitur, et per annorum multitudinem sapientia docetur, quia etsi longævitatis sensum non præbet, <sup>d</sup> usu tamen vehementer exercet. Sequitur :

Vers. 8. — *Sed, ut video, spiritus est in hominibus, et inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.*

13. *Quatuor species tumoris in arrogantibus : prima, bonum a semetipso habere se credere; secunda, sibi pro suis meritis datum. Gratia non datur pro meritis. Tertia bonum aliquod falso sibi tribuere; quarta sibi soli, despiciens cæteris, illud vindicare.* — Hæc recte dicaret si eamdem intelligentiam sibi præ cæteris non arrogaret. Neque enim prava condemnatio est ex eo bono quod communiter datur private gloriari, scilicet bonum unde accepit, et uestire quomodo bono uti debeat quod accepit. [Vet. VII.] Quatuor quippe sunt species quibus omnis tumor arrogantium demonstratur, cum bonum aut a semetipso habere se estimant, aut si sibi datum desuper credunt, pro suis se hoc acceperisse meritis putant; aut certe cum jactant se habere quod non habent; aut, despiciens cæteris, singulariter videri appetunt habere quod habent. A semetipso enim bonum se habere jactabat, cui per Apostolum dicitur : *Quid autem habes quod non acceperisti*, <sup>D</sup> 737 *quid gloriaris quasi non acceperis* (I Cor. IV, 7)? Rursum ne dari nobis bonum gratiæ pro nostris præcedentibus meritis crederemus, idem Apostolus admonet, dicens : *Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis, <sup>e</sup> sed Dei donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriatur* (Ephes. II, 8). Qui etiam de semetipso ait : *Qui prius sui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus; sed misericordiam consecutus sum* (I Tim. I, 13). Quibus verbis aperie declarat quod gratia <sup>f</sup> non pro meritis tribuatur, dum ex seipso docuit et quid de malitia nueruit, et quid de benevolentia accepit. Rursum nonnulli jactant se habere quod non habent, sicut divina voce

<sup>d</sup> Editi, usum tamen... exercet. Melius in MSS., usu.

<sup>e</sup> Vindoc., *Dei enim donum est, omisso, sed. De est etiam in Norm., Baluz. et Colb.*

<sup>f</sup> Norm. et Vind., non meritis tribuatur. Utrumque Augustinianum sensum sapit.

per prophetam de Moab dicitur : <sup>a</sup> *Superbiam ejus, et arrogantiā ejus ego novi, et quod non sit juxta eam virtus ejus* (Jerem. xlvi, 29). Et sicut angelo Ecclesiae <sup>c</sup> Laodicea dicitur : *Quia dicis quod dives sum, et locupletatus, et nullius egeo; et nescis quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cœcus, et nudus* (Apoc. iii, 17). Rursum nonnulli, despiciens cœteris, videri appetunt singulariter bonum habere quod habent. Unde et Pilatus idcirco de templo absque justificatione descendit (Luc. xix, 14), quia bonorum operum merita sibi quasi singulariter tribuens, oranti publicano se prætulit. Sancti quoque apostoli ab hoc elationis vitio revocantur, qui de prædicatione redeuntes, cum elati dicerent : *Domine, in nomine tuo etiam dæmonia nobis subjecta sunt* (Luc. x, 17), ne de hac miraculorum singularitate gauderent, illici eis respondit Dominus, dicens : *Videbam Satanam velut fulgor de caelo cadentem* (Ibid., 18). Ipse quippe singulariter elatus dixerat : *Super astra cœli exaltabo solium meum, Tedebo in monte testimenti, in lateribus Aquilonis, similiis ero Altissimo* (Isai. xiv, 13). Et mire Dominus, ut in discipulorum cordibus elationem premeret, mox judicium ruinæ retulit, quod ipse magister elationis accepit, ut in auctore superbiæ disserent quid de elationis vitio formidarent. In hac itaque arrogantiæ quarta specie crebro humanus animus labitur, ut id quod habet habere se singulariter gloriatur. In qua tamen similitudini diabolicæ vicinius appropinquat, quia quisquis bonum se habens singulariter gaudeat, quisquis videri sublimior cœteris querit, illum videlicet imitatur, qui despecto bono societatis angelorum, sedem suam ad Aquilonem ponens, et Altissimi similitudinem superbe appetens, per iniquum desiderium quasi ad quoddam culmen coronatus est singularitatis erumpere. Eliu ergo quamvis dari a Domino sapientiam confitetur, in hac tamen elationis specie labitur, ut sapientiorem se cœteris gaudeat, et quasi de singulari bono sese inaniter extollat. Quod verbis sequentibus indicat, dicens :

## CAPUT VII.

**VERS. 9-12.** — *Non sunt longævi sapientes, nec senes intelligunt judicium. Ideo dicam : Audite me, ostendam vobis <sup>d</sup> ego meam sapientiam. Exspectavi enim sermones vestros, audivi prudenter vestram, donec disceptaretis sermonibus ; et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam.*

**14.** Quidam superbe lacent ; et senes audiunt, non ut discant, sed ut judicent. — Quantum ad intentionem litteræ spectat, loquens Eliu indicat quam superbe tacuerit. Cum enim dicit : *Exspectavi enim sermones vestros, et putabam vos aliquid dicere, aperte declarat se ad verba senum judicantis potius studio quam discentis voto tacuisse. Quamvis haec melius vitam **738** arrogantium designant, qui aliquando intra sanctam Ecclesiam positi, eum ejusdem san-*

<sup>a</sup> Pl. miss., *superbiam Moab.*

<sup>b</sup> Editū etiam veteres, *juxta eam*. Vindœ., Baluz., Colb., Norm., *juxta eam*, nimirum superbiam et arrogantiā. Ita quoque legitur in Vulgata, *juxta textum Hebraicum.*

**A**ctæ Ecclesiae adversarios conspiciunt, non in eis annos temporum, sed intentionem solent pensare verborum. Nam quantolibet sint eisdem arrogantiis antiquiores hæretici, eos audacter comprimunt, in quorum verbis dogmata perversa reprehendunt. Sequitur :

## CAPUT VIII [Vet. VIII].

**VERS. 12, 13.** — *Sed, ut video, non est qui arguere possit Job, et respondere ex vobis sermonibus ejus. Ne forte dicatis : Invenimus sapientiam, Deus projectit eum, non homo.*

**15.** *Deus in hac vita solatia aliquando concedit, nullo vitæ æternæ detrimento.* — Sæpe hæretici per hoc quod esse et hominibus despicabiles solent, cum a cunctis fere gentibus sanctam Ecclesiam venerari conspiciunt, opinionem ejus quibus valent obrectationibus lacerare contendunt, dicentes : Idcirco illi cuncta temporalia suppeditunt, quia ei præmia æternorum innumerum subtrahuntur. Quorum vocibus Eliu obviat, dicens : *Ne forte dicatis : Invenimus sapientiam, Deus projectit eum non homo.* Ac si arrogantes intra sanctam Ecclesiam sed tamen fideles contra hæreticos dicant : *Per hoc quod sanctam Ecclesiam in honore hominum florere temporaliter cernitis, projectam eam a Domino non credatis.* Scit enim Redemptor ejus, et in hoc itinere solatia venienti tribuere, et pervehleuti ad æternam patriam superna præmia reservare. Incassum igitur dicitis quia Deus eam et non homo projecterit, cum venerari illam a cunctis fere hominibus videtis, quia sic ei terrena gloriæ adjumentum tribuitur, ut per hoc multiplicius etiam ad cœlestia subvehatur. Sequitur :

## CAPUT IX.

**VERS. 14.** — *Nihil locutus est mihi, et ego non secundum vestros sermones respondebo illi.*

**16.** *Superbi, cum corripiuntur, non audiunt, nec dissimulant.* — Quid est ; quod ait : *Nihil locutus est mihi ? Nunquid sancta Ecclesia per prædicatores justos cum intra se arrogantes conspicit, eruditæ ac redarguere prætermittit ? Exercet hæc, et quotidie exercere non cessat.* Sed Eliu, qui loquentem publice beatum Job audierat, dicit : *Nihil locutus est mihi, quia nimis omnes arrogantes voces quidem sanctæ Ecclesiae audiunt, sed sibi eas dici dissimulant, quando elationis vitium emendare contemnunt.* **D**Nec se de superbia redargui testimont, quia esse se humiles putant, qui etiam redargui despiciunt, dum sapientiores se et ipsis redarguentibus arbitrantur. Quod vero ait : *Et ego non secundum sermones vestros respondebo illi*, bene beato Job non secundum sermones eorum respondere se dicit. Arrogantes enim intra sanctam Ecclesiam positi respondent contra eam, sed non sicut hæretici exterius constituti. Neque enim contradicunt ei prava prædicando, sed pervertē vivendo, q̄tia n̄c d̄ Deo, ut hæretici,

<sup>c</sup> Norm., *Laudicæ. Vet. Ed., Laodicæ.*

<sup>d</sup> Pratel., *ego etiam. Baluz. et Corb.*, *meam scientiam.* Qui Codicea habent infra, donec disceptaremini pro disceptaretis.

indigna sentiunt, sed de se plus quam necesse est, digna suspicantur. Sequitur :

Vers. 15. — *Extimuerunt, nec responderunt ultra, abstuleruntque a se eloquium.*

[Vet. IX.] Bene ad Eliu verba amici Job extimuerunt, quia nonnunquam arrogantes Ecclesiæ defensores, quamvis ordinem dicendi non teneant, tamen adversarios ipsa dictorum virtute perturbant. Sequitur :

#### CAPUT X.

Vers. 16. — **730** Quoniam igitur expectavi, et non sunt locuti; steterunt, nec responderunt ultra.

17. Errantes dum redarguerunt, suam sapientiam ostendere tantum cupiunt, non alii prodesse. Secus boni prædicatores. — Finis esse locutionis sapientium solet, ut eo usque dicant quo adversariis silentium imponant. Non enim se ostendere, sed prava docentes compescere cupiunt. Postquam vero de amicis Job dicitur est : *Extimuerunt, nec responderunt ultra, abstuleruntque a se eloquium;* Eliu subjungens, sit : *Expectavi, et non sunt locuti; steterunt, nec responderunt ultra.* Et illis jam silentibus, adhuc verba multiplicat, quia videlicet vir arrogans, et formam in eo arrogantium intentans, non adversariorum dicere superare, sed suam sapientiam ostendere festinat. Unde et sequitur :

Vers. 17. — *Respondebo et ego partem meam, et ostendam scientiam meam.*

Hanc enim partem suam omnis arrogans estimat, si scientiam non tam habeat quam ostendat, quia manirum omnes elati scientiam non habere appetunt, sed ostendere. Quo contra bene per Moysen dicitur : *Vos quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit* (Num. xix, 15). Tegmen quippe operculi, vel ligatura, est censura disciplinae, ^ qua quisquis non premitur, quasi vas immundum pollutumque reprobatur. An non vas sine operculo Eliu fuerat, qui hanc esse partem suam estimaverat, si ostenderet scientiam quam habebat? Quasi enim vas sine operculo, vel ligatura, polluitur, qui per studium ostentationis patens, nullo velamine taciturnitatis operatur. [Vet. X.] Prædicatores autem sancti partem suam reputant, si intus quidem ipsi de sapientia sua gaudeant, foris autem altos ab erroris compescant; neque a se ipsis ita loquendo exeunt, ut gaudium mentis in ostensione ponant disertæ locutionis, sed bontum scientiae in cordis secreto meditantur, et ibi gaudent ubi hoc percipiunt, non ubi inierit tot tentationum laqueos innotescere cothurnellatur, quamvis eum bonum quo<sup>c</sup> sociant innotescat, media interveniente charitate, ex profecta studiis, et non ex propria ostensione gra-

<sup>a</sup> Recensieribus Edit. placuit addere, silentii, explicationis gratia. Antiquiores Excusi, quos sequimur, carent hoc additamento, et Mss. religiosius inherenter.

<sup>b</sup> Vulgati, humani favoris. Nostra lectio est Mss. Vindœc., Northm., etc. Balaç. et Colb. habent *manu ore.*

<sup>c</sup> Vindœc., Pratel., Utic. et alii, utilitate inten-

A tuluntur. Arrogantes enim cum scientiam accipiunt, nihil se accepisse estimant, si hanc eos occultam habere contingat. Nusquam quippe suum gaudium, nisi in ore hominum ponunt. Unde et fatuæ virgines in vasis suis oleum non sumpsisse referuntur (Matth. xxv, 3), quia arrogantes omnes cum se ab aliquibus fortasse vitiis continent, bonum glorie intra conscientias habere non possunt. In vase autem proprio sumpserat Paulus oleum, qui dicebat : *Gloria nostra haec est, testimonium conscientie nostræ* (1 Cor. 1, 12). Inane ergo vasculum ferre est intus corde vacuo b foris humanioris judicium querente. Eliu itaque, quia gloriam dum exterius querit intra vas oleum non habet, dicit : *Respondebo et ego partem meam, et ostendam scientiam meam.* Unde et hoc ipsum, quod de servore vanæ glorie intus patitur, verbis sequentibus aperit, dicens :

#### CAPUT XI [Rec. V].

Vers. 18-20. — *Plenus sum sermonibus, et coarctat me spiritus uteri mei. En venter meus quasi muscum absque spiraculo, quod lagunculas novas dierunt. Loquar, et respirabo paupulum; aperiam labia mea, et respondebo.*

18. Locutionis eorum celsitudinem, non utilitatem intentionem imitantur superbi. — Nonnunquam arrogantes viri, dum prædicatores **740** sanctos magna eloqui ac pro locutione sua venerari conspiciunt, locutionis eorum celsitudinem et non utilitatem intentionis imitantur; neque hoc amant quod illi appetunt, sed hoc summopere appetunt quod clari hominibus ostendantur. Nam saepè contingit ut sapientes viri cum se non audiri considerant, ori suo silentium d<sup>e</sup> indicant; sed plerumque dum conspiciunt quod iniquorum facinora ipsis tacentibus et non corripientibus crescent, vim quamdam spiritus sui sustinent, ut in locutionem aperiæ correptionis erumpant. Unde propheta Jeremias cum prædicationis sibi silentium indixisset, dicens : *Non recordabor ejus, neque loquar ultra in nomine illius; illico adjunxit : Et factus est in corde meo quasi ignis exstans, claususque in ossibus meis, et defeci, ferre non sustinens; audivi enim contumelias multorum* (Jerem. xx, 9). Pro eo enim quod se minime audiri conspexit, silentium appetit; sed cum crescentia mala cerneret, in eodem silentio non permansit. Quia enim foris tacuit, ex tædio locutionis intus ignem portulit de zelo charitatis. Inflammantur quippe corda justorum, cum non correpta erescere conspiciunt acta malorum, eorumque culpe se participes credunt quos in iniquitate crescere silendo permittunt. David propheta postquam sibi silentium indixerat, dicens : *Posui ori meo custodiam, dum consistaret peccator adversus me; obmutui, et*

<sup>d</sup> tionem, et fortasse melius.

<sup>e</sup> Verbiū addictere pro simpliciter, condemnare, sepe usurpatum jam monuimus l. II, n. 15 et alibi. Laudatis scripторibus addidimus Petrum Chrys., qui serm. 74 ita loquitur : *Addicetur mors, qua in nos tendens incurrit in judicem. Et Ennodium qui sic infidictione 22, ut hostem fulcat, socios . . . . . addicuit*

*humiliatus sum, et silui a bonis* (*Psal. xxxviii, 2*), *in ipso suo silentio, isto zelo charitatis exarsit, qui fillio subdidit: Et dolor meus renovatus est, concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exar-descet ignis* (*Ibid., 3*). Intus ergo cor concaluit, quia dilectionis ardor per admonitionem locutionis exte-rius emanare recusavit. Ignis in meditatione cordis exarsit, quia increpatio delinquentium a correptione oris refrixit. Charitatis enim zelus consolatione admirabili augendo se temperat, quando contra ini-quorum opera per vocem correptionis emanat, ut et quem corrigere non valet, increpare non desinat, ne se participem delinquentium ex consensu taciturni-tatis addicat.

[*Vet. XI.*] 19. *Nonnulla vita virtutes mentisuntur.* — Sed quia saepe nonnulla vita virtutes se esse mentionuntur, sicut effusio nonnunquam misericordia, et tenacia nonnunquam parcimonia, et crudelitas aliquando justitia vult videri, ita plerumque mentem ad loquendi impetum, vanæ gloriæ anxietas nequa-quam se intra silentium capiens, quasi zelus chari-tatis inflamat, atque appetitus ostensionis vis ad effrenationem locutionis impellit, et quasi sub studio consulendi libido erumpit apparendi. Non enim cu-rat loquendo quid prospicit, sed quid apparet; nec studet ut malum quod cernit corrigat, sed bonum quod sentit ostendat. Unde Eliu quoque spiritu elationis extensus, et sese intra silentii claustra non capiens, ait: *Plenus sum sermonibus, et cooret al me spiritus uteri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas novas disrumpit.*

20. *Elationis inflatio, zelum ex afflato Spiritus sancti quandoque imitatur.* — Quod si intelligere spiri-taliter debemus, hoc loco videlicet ventrem sinum cordis appellat. In musto vero sancti Spiritus fervor accipitur, de quo in Evangelio Dominus dicit: *Vinum novum mittunt in utres novos* (*Math. ix, 17*). Ex quo dum repente reperientur apostoli (*Act. ii, 4*), dum linguis om-nibus **741** loquerentur, a Judæis nescientibus, sed la-men vera a testimonibus, dicunt est: *Hic musto pleni sunt* (*Ibid., 13*). Lagunculas vero infirmas ipsa humanitate conscientias, vel certe haec terrena corporum vascula, non inconvenienter accipimus, de quibus Paulus apo-stolus ait: *Habemus thesanrum istum in vasis facilibus* (*II Cor. iv, 7*). Eliu autem, quia, sicut superius diximus, sic inflatione elationis extenditur, ac si ad loquendum per charitatis gratiam ardore Spiritus sancti accendatur, sensus sui spiritum in eo quod <sup>a</sup> tacuit, quasi musto absque spiraculo com-paravit. Et bene ait: *Quod lagunculas novas disrupit; quia sancti Spiritus fervor non solum veteri, sed etiam nova vita vix capit. Mustum ergo lagunculas novas disrupit, quia servoris ejus potentia etiam spiritualia corda transcendit. Loquar, et respi-rabo paululum; aperiam labia mea, et respondebo.* Bene ait: *Respirabo, quia sicut labor justorum est*

<sup>a</sup> Baluz et Colb., docuit, manifesto errore.

<sup>b</sup> Turon., Colb. et Norm., a quinquagenario. Et infra, per quinquagenarium. Ita quoque legitur in vet.

A videre prava, nec corrigere; ita gravis est labor arrogantium, si quod sapient non ostendunt. Vim quippe intrinsecus astuantem ferre vix possunt, si omne quod sentiunt paulo tardius innotescunt. Unde necesse est ut cum res bona agitur prius ejus elatio in corde vincatur, ne si a radice miseris intentionis prodeat, amaros nequitæ fructus producat.

[*Vet. XII, Rec. VI.*] 21. *Qui adhuc vitiis subja-cent, alias regere non presumant.* — Hi ergo qui ad-huc vitiorum bello subjacent nequaquam per pra-dicationis usum praesesse magisterio ceterorum de-bent (*Diat. 44, cap. Non licet*). Hinc est enim quod, juxta divinæ dispensationis vocem ab anno vigesimo et quinto Levite tabernaculo serviunt, sed a <sup>b</sup> quin-quagesimo custodes vasorum sunt. Quid enim per annum quintum ac vigesimum, in quo flos juventutis oboritur, nisi ipsa contra unumquodque vitium bella signantur? Et quid per quinquagesimum, it quo et jubilæi requies continetur, nisi interna quies edomito bello mentis exprimitur? Quid vero per vasa tabernaculi, nisi fidelium animæ figurantur? Levite ergo ab anno vigesimo et quinto tabernaculo serviunt, et a quinquagesimo custodes vasorum sunt, ut videlicet qui adhuc impugnantium vitiorum certa-mina per consensum delectationis tolerant, aliorum curam suscipere non presumant; cum vero tentationum bella subegerint, quo apud se jam de intima tranquillitate securi sunt, animarum custodiā sor-tiantur. Sed quis haec temptationum prælia sibi per-fecte subigat, cum Paulus dicat: *Video aliam legem in membris meis repugnarem legi mentis meæ, et capivum me ducentem in lege peccati* (*Rom. vii, 23*)? Sed aliud est bella fortiter perpeti, aliud bellis eaer-viter expugnari. In ipsis exercetur virtus, ne extollit debeat; in illis omnimodo extinguitur, ne subsistat. Qui igitur scit fortiter temptationem ferro certa-minis, et cum temptatione concutitur in alta arce præ-sidet quietis, quia etiam apud semetipsum sub seipso esse contentiones vitiorum conspicit, quibus nulla fractus delectatione consentit. Sequitur:

#### CAPUT XII.

Vers. 21, 22. — *Non accipiam personam viri, et Deum homini non aquabo. Nescio enim quandiu subsistam, et si post modicum tollat me factor meus.*

D 22. *Vitæ præsentis tempus breve est, quia non per-manet.* — Recta consideratio, quod Deum homini idcirco non sequat, quia quandiu hic subsistat, vel quando ad Dei judicium tollatur, ignorat. Et bene ait: **742** *Post modicum tollat me factor meus, quia quamlibet longum fuerit tempus vitæ præsentis, eo ipso breve est, quo permanens non est. Neque enim dignum est ut diutinum judicetur, quidquid sine cir-cumscriptitur. Sed inter has sententias quas ex ve-ritate solidas profert, ad verba tursum elatiois erumpit, dicens :*

Ed. Paris. et Basil., ac paulo post: *Et a quinqua-genario custodes, etc.*

## CAPUT XIII [Rec. VII].

**Cap. xxxiii, vers. 12.** — *Audi igitur, Job, eloquia mea, et omnes sermones meos auscultia. Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in fauibus meis.*

23. Superbi sanam doctrinam non sane prædican, quod insolecant. — Pensemus de qua elatione descendit, quod beatum Job audire se admonet, quod os aperuisse se perhibet, quod linguam suam <sup>a</sup> in fauibus loqui promittit. Hoc enim habet proprium doctrina arrogantium (*Dist. 46, cap. Hoc habet*) ut humiliiter nesciant inferre quod docent, et recta quæ sapiunt recte ministrare non possint. In verbis eam eorum proditur quod cum docent, quasi in quodam sibi videntur <sup>b</sup> summitatis culmine residere, eosque quos docent ut longe infra se positos veluti in imo respiciunt, quibus non consulendo loqui, sed **B** vix dominando dignantur. Recte autem his per prophetam Dominus dicit : *Vos autem cum austерitate imperabatis eis, et cum potentia (Ezech. xxxiv, 4).* Cum austерitate enim et potentia imperant, qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed aspere inflectere dominando festinant.

[*Vet. XIII.*] 24. *Vera doctrina elationem fugit.* — At contra vera doctrina tantè vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationem, quanto ardenterius verborum suorum jaculis ipsum magistrum elationis insequitur. Cavel enim ne eum magis elatis moribus prædicet, quem in corde audientium sacris sermonibus insectatur. Humilitatem namque, quæ magistra est omnius materque virtutum, et loquendo dicere, et vivendo <sup>c</sup> conatur ostendere, ut eam apud discipulos veritatis plus moribus quam sermonibus elouatur. Unde Paulus Thessalonicensibus loquens, quasi culminis proprii apostolatus oblitus, ait : *Faci sumus parvuli in medio vestrum (1 Thess. ii, 7).* Unde Petrus apostolus, cum diceret : *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in robis est spe (1 Pet. iii, 15),* in ipsa doctrinæ scientia qualitatem docendi asseruit esse servandam, subdeus : *Sed cum modestia et timore, conscientiam habentes bonam (Ibid., 16).* Iloc autem quod discipulo Paulus ait : *Præcipe hæc, et doce cum omni imperio (1 Tim. iv, 14; Tit. ii, 15);* non dominationem potentiae, sed auctoritatem suadet vita. <sup>d</sup> Cum imperio quippe docetur quod prius agitur quam dicatur. Nam doctrinæ subtrahit fiduciam, quando conscientia præpedit linguam. Non ergo ei potestatem elata locutionis, sed bonæ fiduciam insinuavit actionis. Unde etiam de Domino scriptum est : *Erat enim docens, sicut potestatem habens, non sicut Scribae et Pharisei (Math. vii, 29).* Singulariter namque ac

<sup>a</sup> Colb., Vindoc. et Norm., in fauibus suis.

<sup>b</sup> Editi, culmine sublimitatis. Sequimur Baluz., Colb., et Norm.

<sup>c</sup> Norm., Baluz. et Colb., conantur, et infra, eloquentur.

<sup>d</sup> Vind., Norm. et alii, cum omni quippe imperio.

<sup>e</sup> Deest, solus, in Norm.

<sup>f</sup> Vindoc. et pier. Norm., nosse.

<sup>g</sup> Ita Baluz., Colb., Norm. et vet. Ed. Paris. et Basil. Alli habent, typho. Observat noster Mabillo-

**A** principaliter <sup>•</sup> solus ex potestate bona locutus est, quia ex infirmitate mala nulla commisit. Ex divinitatis quippe potentia habuit id quod nobis per humilitatis suæ innocentiam ministrevit.

[*Vet. XIV, Rec. VIII.*] 25. *Quid prædicatoribus, ut elationem fugiant, considerandum.* — Nos enim, quia infirmi homines sumus, cum de Deo hominibus loquimur, debemus primum meminisse quod sumus, ut ex propria infirmitate pensemus quo docendi ordine infirmis fratribus consulamus. Consideremus igitur quia aut tales sumus, **743** quales nonnullos corrigimus; aut tales aliquando suimus, etsi jam divina gratia operante non sumus, ut tanto temperantius humili corde corrigamus, quanto nosmetipsos verius in his quos emendamus agnoscimus. Si autem tales nec sumus, nec suimus, quales adhuc illi sunt quos emendare curamus, ne cor nostrum forte superbiat, et de ipsa innocentia pejus ruat, quorum mala corrigimus, alia eorum bona nobis ante oculos revocemus. Quæ si omnino nulla sunt, ad occulta Dei judicia recurramus, quia sicut nos meritis nullis hoc ipsum bonum quod habemus accepimus, ita illos quoque potest grælla supernæ virtutis infundere, ut excitati posterius etiam ipsa possint bona quæ nos ante accepimus prævenire. Quis enim crederet quod per apostolatus meritum Saulus lapidatum Stephanum præcessurus erat (*Act. vii, 57*), qui in morte ejus lapidantium vestimenta servabat? His ergo primum cogitationibus humiliari cor debet, et tunc demum delinquentium iniquitas increpari. Sed hunc, ut saepe dictum est, locutionis modum Eliu ignorare ostenditur, qui in locutione sua elationis <sup>•</sup> typo quasi potentia cuiusdam auctoritatis inflatur, dicens : *Audi igitur, Job, eloquia mea, et omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in fauibus meis.*

26. *Nonnulli modestiam solum simulant.* — In fauibus vero loqui est silenter dicere, et non clamoribus vociferari. Quibus verbis arrogantes intra sanctam Ecclesiam positos signat. Hi enim velut in fauibus loqui dicuntur, quando non contra adversarios extra viventes clamant, sed quosdam intra sinum sanctæ Ecclesiæ quasi vicinos ac juxta positos increpant. Sæpe vero arrogantes eamdem quam tenent arrogiam se fugere ostendunt; et dum sic **D** cuncta agunt, ut nullum lateant, hæc private singulis quasi <sup>b</sup> latenter narrant : quatenus non solum de sensu intelligentiæ, sed de ipso apud homines etiam arrogantiæ contemptu glorientur. Unde nunc dicitur : *Loquatur lingua mea in fauibus meis.* Ac si aperte dicatur : Quæ contra te prudenter sentio, ecce nius ad epist. 247 sancti Bernardi sæpe legi typum pro typho, in ms. Codicib. Id sæpe occurrit in exemplaribus Gregorianis manu exaratum. In Reg. sancti Benedicti c. 31, ubi legitur sine typo vel mora : Hildemarus legit sine typho, hoc est sine fastu. aut arrogantiæ : Aug., in ps. LV, 6 : *Invenis hominem superbum, typho arrogantisimo.* Et de Civ. Dei, I, II, c. penult., unam fruentem Deo, alteram tumentem typho.

<sup>b</sup> Plerique, silenter.

sticenter norro. Aliquando autem <sup>a</sup> in tantam impudentiam orationem prossilunt, ut alii taentibus ipsi soleant laudare quod dicunt. Unde subiungit :

## CAPUT XIV.

Vers. 3. — Simplici corde <sup>b</sup> meis sermones mei, et sententiam puram tabla mea loquentur.

27. De simplicitate solo gloriantur. — Magna virtutis laus est simplicitas locutionis. Quam quia arrogantes non habent, habere se hanc sollicitus asserunt, ut securius audiantur. Et pure se locuturos denuntiant, quae duplicitatis sui malitiam deprehendi formidant. Scepe autem et falsis vera permiscent, ut inde eorum mendacio citius credatur, unde inesse eis assertio veritatis agnoscat. Quia igitur Eliu et pure se locuturum peribuit, et dicta sua appellando sententias favore praecucurrit, semper jam sententiam quam promisit adjungit, dicens :

## CAPUT XV [Vet. XV, Rec. IX].

Vers. 4. — Spiritus Dei fecit me, et spiraculum Omnipotentis vivificavit me.

28. Doctrina inordinate protata sterilescit et foedat. — Subtilius vera, præmisit elata; et dicturus **744** hoc quod recte saperet, ante innotuit quantum timueret. Sic nimurum, sic arrogantium mentes insaniunt, et et in eis quae recte sentiunt elationis sua tortitudine depraventur. Unde sit ut etiam eorum recta auditores nequaquam instruant, quia profecto illos per ea quae sumilde sentiunt, non ad sui reverentiam, sed ad contemptum vocant. Dumque dictis prudentibus stultitiae verba miscentur, quia stultitia ab audiente despiciatur, etiam prudentia non tenetur. Hinc enim per Moysem dicitur : Vir qui fluxum seminis sustinet immundus erit (Levit. xv, 10). Quid est enim sermo, nisi semen? Qui dum ordinate emittitur, audientes mens quasi concipiunt uterum ad boni operis prolem fetatur. Si vero importune defult, emittement polluens, generandi virtutem perdit. Nam si sermo semen non esset, de prædicante Paulo nequaquam Athenienses dicerent: Quia vult sibi seminiverbius hic dicere (Act. xvii, 18)? De quo et Lucas dicit: Ipse enim erat dux verbi (Act. xiv, 11). Semen ergo usui propaginis dicatum incompetenter fluens cætera membra coquinat, cum sermo per quem in audientium sensibus nasci scientia debuit, si inordinate prodeat, etiam quae recte senserit foedat. Unde Eliu quoque etiam quae recte potest sentire commaculat, dum cui vel quid loquatur ignorat; et quasi fluxum seminis sustinet, <sup>c</sup> cum lingua utilitat congenitam per verba vanæ locutionis movet. Bono autem ordine et factum se astruit, et animatum. Per spiritum factum, et per

<sup>a</sup> Vindoc., in tantam impudentiam orationis.

<sup>b</sup> Deest meo in Norm.

<sup>c</sup> Hic admonet Gussanvillanus in MSS. Vaticanicis, inter ista verba, virtutem perdit; et, nam si sermo, attixi que sequuntur: in mente quippe audientium, semen secuturæ cogitationis est addita æqualitas locutionis, quia dum per eum sermo concipiatur, cogitatio in mente generatur. Quid significet, addita æqualitas locutionis, prorsus me latet. Assunendum hoc non legitur in MSS. nostris, imo nec in Excusis, nec

A spiraculum se narrat animatum. Facto quippe Adam, scriptum est: *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vita, et factus est homo in animam viventem* (Genes. ii, 7). Sed hunc quae recte astruit utrum recte excequatur audiamus. Sequitur :

## CAPUT XVI.

Vers. 5. — Si potes, responde mihi et adverens faciem meam conside.

29. Iusulsa plus justo sibi arrogantium jactantia. — Ecce dum narrat ordinem vera conditionis, in fastu subito superbæ locutionis erumpit, atque alius verbis hoc idem replicat, dicens :

Vers. 6. 7. — Ecce et me elevat et te fecit Deus, et de eodem luto ego quoque formatus sum. Verumtamen miraculum meum non te terreat, eloquentia mea non sit tibi gravis.

Quid est hoc, quod Eliu ordinem vera conditionis agnoscit, et modum rectæ locutionis ignorat? Quid est, quod se beato Job et conditus exequat, et locuturus exaltat, nisi hoc, quod arrogantes omnes eundem quidem hominibus se æqualiter conditos meminerunt, sed per fastum scientie auditores suos iniquales sibi vel esse vel credere dignantur, eisque se per naturæ conditionem conseruant, sed per tumorem scientie superponunt? Atque quidem se judicant existisse nascendo, sed non æquales remansisse vivende. Atque in eo quod æquales quasi vivendo jam non sunt, illud ad majus miraculum revocant, quod æquales nascendo fuerunt. Unde inflatus Eliu dicit: Ecce et me sicut et te fecit Deus, et de eodem luto ego quoque formatus sum. Verumtamen miraculum meum **745** non te terreat, et eloquentia mea non sit tibi gravis [Vet. XVI]. Habent hoc etiam arrogantes proprium, quod prius quam dicant, mirare dicere semper existimant, et locutionem suam admirando præveniunt, quia vel in acutis sensibus ipsa elatio quanta sit fatigata ignorant. Notandum quoque est quod Paulus, domini nři Hebreos admoneret, adjunxit: Rogo autem vos, fratres, ut suffragatis verbum solatii; etenim per paucis scripsi vobis (Hebr. xiii, 22). Eliu autem inanta protulit, et quasi consolando subiungit: Miraculum meum non te terreat, et eloquentia mea non sit tibi gravis. Ille dicta sua verbum solatii, hic vero eloquentiam, et miraculum vocat. Ecce quam distincti sapores predeunt fructum ex diversa radice cogitationum. Ille de magnis humiliiter sentit, iste de ministris se insister erigit. Quid ergo inter haec, nisi hoc solerter est intuendum, quod et ascensuri in fine se esse considerant, et casuri semper in precipiti stant? Salomone attestante, quia sit: Ante ruinam exaltatur cor;

in ipsa Edit. Romana Sixti V ad mas. Cod. Vaticanicos presertim adornata.

<sup>a</sup> Vindoc., qui lingua. Ita etiam Ebroic., Baluz. et Colb. Plerique Norm., cui lingua.

<sup>b</sup> Ebroic., aliquis idem quod æquales ... jam sunt.

<sup>c</sup> Ebroic. et alii Norm., quod et ascensura... et casura. Baluz., ascensura.... et chariera semper in precipiti stant, corrupta et contrario sensu. Colb., ascensura... et casura semper in precipiti (forte precipiti) stant.

*et ante gloriam humiliatur* (Prov. xvi, 18). Sequitur : **Vers. 8-11.** — *Dixisti ergo in auribus meis, et vocem sororum tuorum audiui.*

[Rec. X.] Atque eamdem vocem subjungens, ait : *Mundus cum ego, et absque delicto immaculatus, et non est iniuriae in me. Quia querelas in me reperit, ideo arbitratu*s* est me inimicum sibi. Posuit in nervo pedes meos, custodivit omnes semitas meas. Moxque contra hec verba quas beatum Job dixisse narravit sententiam suam proferens, ait :*

### CAPUT XVII.

**Vers. 12.** — *Hoc est ergo in quo non es justificatus.*

30. Student magis increpare, quam consolari. — Profecto beatus Job veraciter dixerat quod absque culpa fuerit flagellatus. Hoc enim ipse de se, quod de illo ad diabolum; Dominus dixit : *Commonisti me adversus eum, et affigerem illum frustra* (Job. ii, 3). Sed Eliu non creditit, cessaante culpa, potuisse eum etiam pro gratia flagellari. Nesciebat enim flagellis ejus non deleri vitium, sed meritum augeri, et pro eo quod sine delicto se dixerat flagellatum, hac eum sententia increpat, dicens : *Hoc est ergo in quo non es justificatus.* Habent enim hoc arrogantes proprium, ut pli argere appetant quam consolari ; et quaque hominibus evenire cognoscant, ex solis evenisse iniuriantibus arbitrarentur. Nescient quippe oculata judicia subtilior quare, atque id quod non insitigunt hominiter perscrutari, quia eos a se a secretis investigationibus judiciorum Dei ipsa scientia suae elatio dejicit, dum extollit.

31. *Obstaculum est veritatis tumor mentis.* **Vers. C** *scientiae effectus.* — Obstatum namque veritatis est tumor mentis, quia dum inflat ebrietatem. Qui et si quando scientiam videntur adipisci, quasi de quaque rororum cortice, et non de secretis dulcedinis medulla pescuntur ; micantibusque ingenio ampo exteriora tantummodo attingunt, sed interni gustum saporis ignorant, videlicet foris acuti, sed intus easci sunt. Neque id de Deo sentiunt, quod dulce interius sapient, sed quod excusum exterius sonet. Qui et si secreta quedam intelligendo percipiunt, eorum dulcedinem experiri non possunt ; et si noverant quomodo sunt, ignorant, ut dixi, **748** quemodo sapient. [Vet. XVII.] Et sit plerumque et fortiter dicant, sed tamen juxta ea quae dicunt vivere nesciunt. Unde bene quidam sapient dixit : *Nisi autem deus Deus haec dicere est sententia* (Sep. viii, 15). Sententia quippe a sensu vocata est. Et recta quippe intelligit, non ex sola scientia, sed etiam ex sententia dicere appetit, qui nequaquam tantummodo sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri quod dicit. Sed mens arrogans, disterem saeum sensum nos penetrat, quia ab interno gusto, recte iudicio in eos favores

\* Absit tuorum a Belus., Colb. et plur.

<sup>a</sup> Editi, in eos favores rediguntur. Praeiuscentibus MSS. Anglie., Norm., Baluz., Colb., etc., multavimus redigitur in relictis ; ex quo exquisitior sensus sequitur. Significatur enim arrogantium mensuram ad humanos favores quibus initia transire ad scopulum additum.

\* Vindoc., Baluz., Colb. et plur. Norm., qui ad

A reliquitur, quos foris amat. Vera autem scientia affectus, non emolliit ; nec superbientes quos repleverit, sed lamentantes facit. Quia quisque cum repletus fuerit, primo loco se scire appetit ; et jam sui conuersus, tanto per illam robustius sepius quanto se infirmum in illa verius recognoscit ; atque ampliorem viam hujus scientiae ipsa ei humilitas aperit ; dumque humilitatem suam conspicit, ipsa ei cognitio secretorum subtilium abscoaditos sinus pandit, qua cognitione pressus, subtilior redditur, et quo ad occultia rapiatur. Eliu ergo in flagellis beoti Job idcirco veracem rationem non invenit, quia eam querere haec illiter nescit ; et increpare potius quam consolari parat, dicit : *Hoc est ergo, in quo non es justificatus.*

32. *Superbi sapientis increpando, mentiuntur.* — Notandum quoque est quod beatus Job in nervo pedem suum posuisse dixit, sed nequaquam mundum ex hoc modo, quo ei obiectetur, absque peccato, vel immaculatum, et sine iniuriae falsae memoravit. Sed Eliu, dum cum austerritate studuit, increpare quae dicta sunt, mentiens addidit quae dicta non sunt. Qui enim semper increpare appetant, et nunquam fore, multa plerumque increpando mentiuntur. Nam ut arguere docte videantur, angusti nonnunquam quo redargunt ; et cum ipsis equino more in cursum sua ostentationis inferuant, in subjectorum invectiibus ex fictis sibi iniuriantibus campum parant. Scendum praeterea est, sicut et superius dixi (Num. 31), quod arrogantes viri inflatis suis sermonibus sepe fortia dicta permisceant, nec considerant aliquando quid vivant, sed pensant studiose quid docent. Quorum nunc Eliu speciem tenet, qui non recte vivere appetit, sed docere. Quia ergo sciens sed arrogans loquitor, taceamus iam quid tamidum vivit, et aediamus quid solidum dicit. Post tot itaque elationis verba, tandem scientiam suam ostendere inchoans, ait :

### CAPUT XVIII.

**Vers. 12.** — *Respondebo tibi quod maior sis Deus homine.*

33. *Quod a Deo nobis meliore patitur, justum credamus.* — Dicitur fortasse ab aliquo : *Quis istud vel eum non audit ignorat ?* Sed nimis haec sententia vilis creditur, ei non ex ipsis intentionis suae radice patetur. [Vet. XVIII.] Flagellatio videlicet loquenter, qui et percussione verbere accepit, et causas verberum nesciebat. Idcirco ergo intelit : Respondebo tibi quod maior sis Deus homine, et flagellatus homo considerans quia illo maior est Deus, in omne quod patitur oyes judicio se postponat, et quo se minorem esse non dubitat ; et quod a meliore patitur, justum credit, etiam si ejusdem justitiae causas ignorat. Quisquis etiam pro peccato percutitur, nisi murmurando renitur, eo ipso jam justus esse **747** in-

occulta capiat, obscuru, ne dicam, nullo sensu.

<sup>a</sup> Recent. i. d., quid juvent, quod sensu caret. Melius in MSS. Angl., Norm., Vindoc., Baluz., etc., quid vident, hoc est qua ratione vita compenant et institutum ; quod etiam habent vet. Ed.

\* Ha melius MSS. quam cui se minorem, ut legatur in Ed.

choat, quo serientis justitiam non accusat. Homo namque sub Deo est conditus, et ad conditionis ordinem reddit, quando sibi aequitatem judicis sui, etiam quam non intelligit, anteponit. Bene ergo dicitur : *Respondebo tibi quod major sit Deus homine, ut considerata potentia creatoris, deferveat tumor mentis per memoriam conditionis.* Unde David propheta, cum percussionis pondere in excessum vocis erumpere cogeretur, ad considerationem conditionis sue se re-colligens, ait : *Obmutui, et non aperui os meum, quoniam tu fecisti me* (*Psalm. xxxviii, 3*). Pensavit enim conditionis sue ordinem, et justitiam percussionis invenit, quia qui benigne eum qui non erat condidit, eum profecto qui erat non nisi juste percussit. Sequitur :

CAPUT XIX [Rec. XI].

VERS. 13, 14. — *Adversus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi.* <sup>b</sup> *Semel loquetur Deus, et secundo idipsum non repetet.*

34. In Scriptura sacra quidquid scire nos decet, docet Deus. — Afflicti cordis est proprium ut in omne quod appetit, et tamen rerum ordinem contrarium sentit, si possit fieri, cur ita, vel non ita sit, divinis sibi responderi vocibus velit, ut Deum de cuncta rerum controversia consulat, et responsio ejus cognita ratione conquiescat. Eliu autem prævidens quod scripturam sacram Dominus conderet, ut in ea vel publicis vel occultis cunctorum quæstionibus responderet, ait : *Adversus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi. Semel loquetur Deus, et secundo idipsum non repetet.* Ac si diceret : Deus singulorum cordibus privatis vocibus non respondet, sed tale eloquium construit, per quod cunctorum quæstionibus satisfaciat. [Vet. XIX.] In scripturæ quippe ejus eloquio causas nostras singuli si requirimus, invenimus, nec opus est ut in eo quod specialiter quisque tolerat responderi sibi divina voce specialiter querat. Ibi enim nobis omnibus in eo quod specialiter patimur communiter responderet, ibi vita præcedentium fit forma sequentium. Ut enim unum e pluribus proferamus, ecce dum passione aliqua vel molestia carnis afflicimur, scire fortasse occultas causas passionis ejusdem vel molestiae optamus, quatenus in eo quod patimur ex ipsa rerum scientia consolamur. Sed quia de specialibus tentationibus nostris nequaquam nobis singulis specialiter responderet, ad Scripturam sacram recurrimus. Ibi videlicet invenimus quod Paulus carnis infirmitate tentatus audivit : *Suffici tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur* (*II Cor. xii, 9*). Quod ideo illi in infirmitate propria dictum est, ne singillatum nobis omnibus diceretur. In Scriptura igitur sacra vocem Dei, afflito Paulo, audivimus, ne cum fortasse affli-

<sup>a</sup> Vindoc. et Pratel., cognitionis sue.

<sup>b</sup> Ita legendum ex MSS. Anglic. et nostris. In Edit., *semel loquitur.... non repetit.* Nostra lectio Hebraicō textui magis concinere videtur, in quo futurum usurpat, iedubber. Attamen Hieronymus vertit, *semel loquitur.* Carterum sanctum Gregorium legi-se loquitur, patet ex his quae leguntur infra, num. 35, quod autem non ait locutus est, sed loquitur, non videlicet tempus præteritum, sed futurum ponens.

A gimus, singuli audire eam privatā consolatione quereremus. Non ergo Dominus ad omnia **748** verba nobis respondet, quia *semel loquetur, et secundo idipsum non repetet*; id est, in his quæ per Scripturam sacram ad patres nostros protulit, nos eradicare curavit. <sup>c</sup> Dicant itaque sanctæ Ecclesiæ doctores, dicant etiam arrogantes, cum in ea laborare quosdam paucilimite conspiciunt, quia nobis Deus ad verba omnia non respondet, quia *semel loquetur Deus, et idipsum secundo non repetet*; id est, cogitationibus vel temptationibus singulorum non jam passim per prophetarum voces, non per angelica officia satisfacit, quia in Scriptura sacra quidquid potest singulis evenire comprehendit, atque in illa per exempla præcedentium etiam vitam sequentium informare curavit.

B 33. *Loqui Dei est Verbum genuisse.* — Quamvis quod ait : *Semel loquetur Deus, et secundo idipsum non repetet*, hoc intelligi subtilius potest, quod Pater unigenitum consubstantiale sibi Filium genuit. Loqui enim Dei est Verbum genuisse. Semel autem loqui Dei est Verbum aliud præter unigenitum non habere. Unde et apte subditur : *Et secundo idipsum non repetet*, quia videlicet hoc ipsum Verbum, id est Filium, nonnisi unicum genuit. Quod autem non ait, *Locutus est, sed loquitur*, non videlicet tempus præteritum, <sup>d</sup> sed futurum ponens, liquet omnibus quia Deo nec præteritum tempus congruit, nec futurum. Tanto ergo in eo quodlibet tempus ponitur libere, quanto nullum vere. Neque enim quodlibet tempus dici poterat, si saltem unum proprio diceretur. Inde itaque dici in Deo tempus <sup>e</sup> audacter quoslibet licet, unde in eo dici proprio nullum licet. Verbum namque Pater sine tempore genuit.

36. *Hanc generationem mirari debemus, non scrutari.* — Et quis digne fari queat illam ineffabilem nativitatem, quod de æterno natus est coæternus, quod existens ante sæcula genuit æqualem, quod lignente natus posterior non est ? Quæ videlicet nos mirari possumus, sed intueri minime valamus. Illius autem nativitatis vim jam mirari posse, aliquatenus videre est. Sed quomodo videmus quod nequaquam comprehendimus ? Est autem quod de usu carnis trahere ad sensum spiritus debemus. Nam si quis in tenebris clausis oculis jaceat, atque ante eum subitum lucernæ lumen erumpat, clausi ejus oculi ipso adventu luminis feriuntur, ut patescant. Cur ergo turbati sunt, si clausi nihil viderunt ? Nec tamen aliquid perfectum fuit, quod videre clausi potuerunt. Nam si perfecte totum vidissent, cur aperti querebant quod viderent ? Sic itaque, sic sumus, cum de incomprehensibili nativitate intueri aliquid conamur. Eo ipso enim <sup>f</sup> quo fulgoris admiratione percuditur

<sup>c</sup> Ita cum Colb., Turon., Norm., etc., vet. Ed. Paris. In Ed. alii, *Discant igitur sancti doctores Ecclesiæ, discant et arrogantes, cum intra eam laborare.*

<sup>d</sup> *Deest Dei in Utic. et pier. Norm.*

<sup>e</sup> In Ed., nec futurum. Contrario sensu legitur sed in MSS. Anglic., Norm., Colb. et aliis.

<sup>f</sup> In Editio adaciter.

<sup>g</sup> MSS. Norm. et nonnulli, quod fulgere admirationis... quod videre non valeat.

*animus, et quasi videt quod videri non valet, velut in tenebris positus, vim lucis oculis clausis. <sup>a</sup> videt. Quia vero 749 haec divinæ naturæ secreta admiratio non facile occupatis per terrena desideria mentibus innotescit, <sup>b</sup> apte Dei locutio qualiter ad nos fiat insinuat, dicens :*

CAPUT XX [Vet. XX, Rec. XII].

VERS. 45.—*Per somnium in visione nocturna, quando intruit sopor super homines, et dormiant in lectulo.*

37. Vox Dei auditur quando tranquilla mente ab operibus secularibus quiescitur. — Quid est quod per somnium nobis locutio divinitatis innotescit, nisi quod Dei secreta non cognoscimus, si in terrenis desideriis vigilemus? In somnio enim exteriore sensus dormiunt, et interiora cernuntur. Si ergo interna contemplari volumus, ab externa implicatione dormiamus. Vox videlicet Dei quasi per somnium auditur, quando tranquilla mente ab hujus seculi actione quiescitur, et in ipso mentis silentio divina præcepta pensantur. Cum enim ab externis actionibus mens sopitur, tunc plenius mandatorum Dei pondus agnoscitur. Tunc verba Dei mens vivacius penetrat, cum ad se admittere curarum secularium tumultus recusat. Male autem homo vigilat, quando eum secularium negotiorum astus insolenter inquietat. Aurem quippe cordis terrenarum cogitationum turba dum persistit claudit, atque in secretario mentis, quanto minus curarum tumultuantium sonus compescitur, tanto amplius vox præsidentis judicis non auditur. Neque enim perfecte homo sufficit ad utraque divisus, sed dum sic interius erudiri appetit, ut tamen exterioris implicetur, unde exterioris auditum aperit, inde interius obsurdescit. Moyses admistus Ägyptiis quasi vigilabat, et idcirco vocem Domini in Ägypto positus non audiebat (*Exod. ii, 11, 12, seq.*). Sed exstincto Ägyptio, postquam in desertum fugit, illuc dum quadraginta annis deguit, quasi ab inquietis terrenorum desideriorum tumultibus obdormivit; atque idcirco divinam vocem percipere meruit, quia per supernam gratiam quanto magis ab appetendis exterioribus torpuit, tanto verius ad cognoscenda interiora vigilavit. Rursus Israelitici populi turbis prælatus, ut legis præcepta percipiat, in montem ducitur, atque ut interna penetret, ab externis tumultibus occultatur (*Exod. xix, 3*).

[Vet. XXI.] 38. Qui exterioribus ministeriis deserunt, studiose ad cordis secreta resugiant. — Unde et sancti viri qui exterioribus ministeriis deservire offi-

<sup>a</sup> Post videt legitur in Editis : Eliu namque ait : Semel loquitur Deus. David vero Verbi unigeniti nativitatem intrens, ait : Semel locutus est Deus : Quia enim unigenitus Filius idem Verbum Patris et perfectione natus dicitur, et pro aeternitate semper nasci perhibetur, sacra Scriptura libere dicere deo consuevit, quia locutus est, et loquitur. In eo enim quod perfectum Verbum genuit, et locutus est Pater ; in eo autem quod semper gignit, utique loquitur, quamvis hoc quod perfectum diximus proprie non dicamus. Neque enim quod factum non est proprie dicitur esse perfectum, sed ejus plenitudinem per quamdam angustiam nostræ locutionis exprimitus, sicut etiam de Patre Dominus di-

A cii necessitate coguntur, studiose semper ad cordis secreta refugiunt; ibique cogitationis intimæ cacumen ascendunt, et legem quasi in mouibus percipiunt, dum, postpositis tumultibus actionum temporalium, in contemplationis sua vertice supernæ voluntatis sententiam perseruntur. Hinc est quod idem Moyses crebro de rebus dubiis ad tabernaculum redit, ibique secreto Dominum consulit, et <sup>c</sup> quid certi decernat agnoscit. Relictis quippe turbis ad tabernaculum redire, est, postpositis exteriorum tumultibus, secretum mentis intrare. Ibi enim Dominus consulitur, et quod foris agendum est publice, intus silenter auditur. Hoc quotidie boni rectores faciunt, cum se res dubias discernere non posse cognoscunt, ad secretum mentis, velut ad quoddam tabernaculum revertuntur; divina lege perspecta, quasi coram posita arca, Dominum consulunt, et quod prius intus tacentes audiunt, hoc foris postmodum agentes innotescunt. Ut enim exterioribus officiis inoffense deserviant, ad secreta cordis recurrere incessanter curant; et sic voem Dei quasi per somnium audiunt, dum in meditatione mentis 750 <sup>d</sup> a carnalibus motibus abstracti sunt. Hinc est quod sponsa in Canticis canticorum sponsi vocem quasi per somnium audierat, quæ dicebat : Ego dormio, et cor meum vigilat (*Cant. v, 2*). Ac si diceret : Dum exteriore sensus ab hujus vita sollicitudinibus sopio, vacante mente vivacius interna cognosco. Foris dormio, sed intus cor vigilat, quia dum exteriora quasi non sentio, interiora solerter apprehendo..

39. Nonni obsecre et quasi in visione nocturna, divina et interna contemplamur. — Bene ergo Eliu ait quia per somnium loquitur Deus, atque apte subdividit, *In visione nocturna*. Nocturna enim visio apparere contemplatione mentis sub quibusdam imaginibus solet. In diurna autem luce certius cernimus, in nocturna vero visione cunctanter violentus. Et quia sancti omnes quandiu in hac vita sunt divinæ naturæ secreta quasi sub quadam imaginatione conspicunt, quia videlicet neicum sicut sunt ea manifestius contemplantur, bene Eliu, postquam dixit Deum nobis per somnium loqui, subdit : *In visione nocturna*. Nox quippe est vita præsens, in qua quandiu sumus, per hoc quod interna conspicimus, sub incerta imaginatione caligamus. Propheta namque ad videndum

D Dominum quadam se premi caligine sensilebat, dicens : *Anima mea desideravit te in nocte* (*Isai. xxvi, 9*). Ac si diceret : In hac obscuritate vitæ præsentis videre te appelo, sed adhuc infirmitatis nubilo cir-

cit : Estote perfecti, sicut et Pater celestis perfectus est. Sed desiderantur in omnibus MSS. Norm., Turon., Vindoc., Colb., Baluz. Codex hic et multis in locis est exesus aut multilis. Esse assumentum mihi persuadetur non solum MSS. Cod. silentio, sed etiam sermonis serie, quæ hac longa parenthesi videtur abrupta. Etenim his verbis, quo fulgoris admiratione, etc., succedere debet immediate : Quia vero haec divinitate naturæ secreta admiratio.

<sup>b</sup> Plerique Norm. et Vind., aperte Dei locutio.

<sup>c</sup> Norm. et Colb., quid certius.

<sup>d</sup> Al., a carnalibus sensibus, ut legitur in Vindoc., Norm. et aliis, a Gussanv. visis:

conscrībor. David quoque hujus noctis <sup>a</sup> caliginem à vitā, claritatem veri luminis præstolatus ait: *Mone ostabo tibi, et videbo* (Psal. v, 5). Adhuc ergo in nocte minus se videre conspicit, qui ad videndum Deum futurum mone concupiscit. Quia vero, ut diximus, ab exteriori actione cessare dormire est, bone Etia subdit: *Quando irruit sopor super homines.* Quia autem sancti viri cum exteriori actioni non deserviunt, intra mentis <sup>b</sup> cubilia conquiescent, apte subjungit: *Et dormiunt in lectulo.* Sanctis enim viris dormire in lectulo est intra mentis sive cubile quiescere. Unde scriptum est: *Exsultabunt sancti in gloria, tatahantur in cubilibus suis* (Psal. cxlii, 5). Dicatur ergo, quod semel nobis loquitur Deus per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, et dormiunt in lectulo, quia nimis tunc secreta divinitatis agnoscimus, cum ab hujus mundi tumultuosa concupiscentia intra mentis nostras cubilia segregamur. Quia vero, ut saepe jam diximus, aurem cordis tumultus secularium negotiorum claudit, et quies secretæ considerationis aperit, apte subjungit:

Vers. 16. — *Tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina.*

40. Qui ab exterioribus operibus cessant, ad compunctionem erudiuntur. — Cum enim ab exterioribus actionibus sapiuntur, aperta aure interni examinius causas audiunt. Qui dum subtiliter vel flagella publica, vel iudicia occulta considerant, semetipso afflicere flendo non cessant. [Rec. XIII.] Unde bene dictum est. *Et erudiens eos instruit disciplina,* quia considerant menti, et seco per poenitentiam laceranti, quasi quedam plague percussionis sunt lamenta compunctionis. Unde etiam Salomon facte vim percussionis ultriusque conjungens ait: *Livor vulneris abstergit mala, et plague in secretioribus ventris* (Prov. xx, 30). Per livorem quippe vulneris, disciplinam inserviat corpore per percussionis. Plague vero in secretioribus ventris sunt interna mentis vulnera, quae per compunctionem flunt. 751 Sicut enim venter cibis repletus extenditur, ita mens pravis cogitationibus dilatata sublevatur. Abstergunt igitur mala, et livor vulneris, et plague in secretioribus ventris, quia et disciplina exterior culpas diluit, et extensam mentem compunctionis poenitentias ultione transfigit. Sed hoc inter se utraque haec differunt, quod plague percusionum dolent, lamenta compunctionum sapient. Illæ affligentes erubant, ista resiliunt, dum affligunt. Per illas in afflictione moeror est, per haec in moerore laetitia. Quia tamen ipsa compunctionis mentem lacerat, eandem compunctionem non incongrue disciplinam vocat.

41. Qualuer modis justi in compunctione afficiuntur; quod exemplo Pauli ostenditur et Davidis. —

<sup>a</sup> In Ed., caliginem videns. Lectionem Ms. Anglic., Norm., Vindoc., etc., expressimus.

<sup>b</sup> Ebroic., cubicula.

<sup>c</sup> Deest hoc in Ms. Norm. et Colb.

A Quatuor quippe sunt qualitates quibus justi viri anima in compunctione vehementer afficitur, cum aut malorum suorum reminiscitor, considerans ubi fuit; aut judiciorum Dei sententiam metuens, et secum querens, cogitat ubi erit; aut cum mala vita praesentis solerter attendens, moerens considerat ubi est, aut cum bona supernæ patriæ contemplatur, quæ quia needum adipiscitur, lugens conspicit ubi non est. Malorum suorum Paulus meminerat, et ex eis se in quibus fuerat affligebat, cum diceret: *Non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei* (I Cor. xv, 9). Rursum divinum judicium subtiliter pensans, in futuro male esse metuebat, dicens: *Castigo corpus meum, et servituti subjicio, ne forte alii prædicane, ipse reprobus efficiar* (I Cor. ix, 27). Rursus mala præsentis vita pensabat, cum diceret: *Dum sumus <sup>c</sup> in hoc corpore, peregrinamur a Domino* (II Cor. v, 6). Et: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivum medacentem in lege peccati, quæ est in membris meis.* *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus* (Rom. vii, 23). Et rursum bona æternæ patriæ considerabat, dicens: *Videmus nunc per speculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum* (I Cor. xiii, 12). Atque iterum: *Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod cedificationem ex Deo habemus, domum manu factam, æternam in celis* (II Cor. v, 1). Cujus domus bona intuens, Ephesiis dicit: *Ut scialis quæ sit spes vocationis ejus, et quæ divitiae gloriæ hereditatis ejus in sanctis, et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credidimus* (Ephes. ii, 18).

C *Et tentatio est <sup>d</sup> vita humana super terram* (Job. vi, 1). Unde David quoque, ait: *Universa vanitas omnis homo vivens* (Psal. xxxviii, 6). Et quanquam in imagine Dei ambulet homo, tamen vane conturbabitur. Qui rursum æternam patriam contemplatus, et haec mala pensans in quibus adhuc non erat, ait: *Heme! quia incolatus meus prolongatus est* (Psal. cxix, 5). Et, *Ego dixi in pavore meo: projectus sum a vultu aculorum tuorum* (Psal. xxx, 23). Sublevatus in extasi, quod nostri interpretes pavorem <sup>e</sup> proprie vocaverunt, a vultu oculorum Dei vidit se esse projectum. Post interni quippe luminis visionem, quæ in ejus anima per contemplationis gratiam radio claritatis emicuit, ad semetipsum rediit; et cognitione percepta, vel quibus illic bonis decasset, vel quibus malis 752 hic adesset, invenit. Neque enim quis præsentis vita mala sicut sunt conspicere prævalet, si bona æternæ patriæ per contemplationis gustum contingere needum valet. Unde et a vultu oculorum Dei projectum se esse cognovit. Sublevatus quippe

<sup>d</sup> Colb., Utic. et alii, vita humana.

<sup>e</sup> In Editio additum particula non, quæ omittitur in Ms. Anglicanis et nostris.

vidit quod de se nō videre non posse ad se relapsus A vitiosos. Proinde compunet appetitus vitare quod fecimus, ut ad id quod facti fuimus reformemur. Unde et apte sequitur :

## CAPUT XXII [Al. XXII].

VERS. 17. — Ut avertat hominem ab his quae fecit, et liberet eum de superbia.

44. Compunctione avertimur a peccatis prius perpetratis, et a superbis liberamur. — Quid enim est homo de seipso nisi peccatum fecit? 753 Et scriptum est: *Initium omnis peccati superbis* (Eccl. x, 15). Bene ergo dicitur quia homo cum ab his quae fecit avertitur de superbis liberatur. Contra conditorem quippe superbire est præcepta ejus peccando transcendere, quia quasi a se jugum dominationis ejus excutit, b cui per obedientiam subesse contemnit. At contra qui id quod fecit vitare appetit, id quod a Deo factus est recognoscit, et ad conditionis sue ordinem humiliter redit, dum sua opera fugiens, talem se<sup>i</sup> qualis a Deo factus est diligit. Quia vero per hanc intelligentiam gloria sempiterna recipitur, supplicia æterna vitantur, apte subjungitur :

## CAPUT XXIII [Rec. XIV].

VERS. 18. — Eruens animam ejus de corruptione, et vitam illius, ut non transeat in gladium.

45. Sic eruitur anima a corruptione et a divini iudicii gladio. — Oianis quippe peccator ab hac corruptione vitiorum illuc ad gladium compellitur transire pœnatum, ut unde hic inique delectatus est, inde illic justè crucietur. Notandum est ergo quod Deus nobis per sequuum loquens, prius nos a corruptione, et postmodum a gladio liberat, quia nimis illius vitam illic eripit ab ultione supplicii, cuius hic mentem substrahit a delectatione peccati. Neque enim illuc habet quod formidare debeat de gladio sententiae, quem hic post emendationem suam pollutio non corruperit culpæ. Bene ergo dicitur : *Eruens animam ejus de corruptione, et vitam illius, ut non transeat in gladium.* De corruptione namque ad gladium transire est post peracta vita ad toleranda supplicia pervenire. Sequitur :

## CAPUT XXIV [Vet. XXIII, Rec. XV].

VERS. 19. — Increpat quoque per dolorem in loculo, et omnia ossa ejus marcescere facit.

46. In præsenti vita, omnis quam nobis paramus requies tentationibus turbatur. In quolibet secessu vivere sine temptationibus non possumus. — In Scriptura sacra lectus, sive grabatus, i seu stratum, aliquando voluptas carnis, aliquando repausatio in bonis operibus, aliquando requies temporalis accipitur. Quid est enim quod in Evangelio sanato cuidam Dominus dicit: *Surge, tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam* (Joan. v, 8), nisi quod per graba-

D redundant affigit, sed etiam sensum tollit. Hinc delevimus, secutus MSS. Colbert., Norm., Vindoc., etc.

<sup>a</sup> Ebroic. et alii Norm., de proprio.

<sup>b</sup> Ita cum Vindoc., Colbert., etc., vet. Edit. In recent., qui per inobedientiam.

<sup>c</sup> Hic in Editis additur, esse, quod expunimus adhaerentes MSS.

<sup>d</sup> Norm., seu stratum, et ita infra.

<sup>a</sup> Vindoc. et Norm., decutit

<sup>b</sup> Ebroic. Et Vindoc., atque ad hoc intrare appetit.

<sup>c</sup> Idemcum Utic., Pratet. et Becc., persipare morari.

<sup>d</sup> Ita Norm., cum Vindoc., Colb. et al., ubi Editis habent: quia ejus munditiae contemporari non vales.

<sup>e</sup> Huc revocavimus semetipsam, quæ vox in Editis excederat, licet sensum exquisitiorem efficiat.

<sup>f</sup> Editi recent., cum nos afficit affigit. Non solum

tum <sup>a</sup>equitas corporis designatur? Et jubetur utique ut hoc sanus portet, ubi infirmus jacuerat, quia nimur omnis qui adhuc vitiis delectatur, infirmus jacet in voluptatibus carnis. Sed sanatus hoc portat ubi infirmus jacuerat, [quia divino adjutorio erexitus a vitiis, ejusdem carnis contumelias postmodum tolerat, in cuius prius desideriis requiescebat. Rursum per lectum vel stratum repausatio in bonis operibus designatur. Unde in apostolorum Actibus Petrus apostolus dicit: *Aenea, sanet te Dominus Jesus Christus; surge, et sterne tibi* (Act., ix, 34). Quid est dicere, *Surge, nisi, mala quæ perpetrasti, derelinque?* Et quid est dicere, *Sterne tibi, nisi, mercedis causas in quibus requiescere debeas operare?* ut et deserat surgendo quæ fecit, et inveniat sternendo quod fecerit. Quod utrumque Propheta breviter comprehendit, dicens: *Declina a malo, et fac bonum* (Psal. xxxvi, 27). Declinare quippe a malo est ab eo quo jacuit surgere; bonum vero facere, est mercedis opera, in quibus requiescere debeat, præparare. Qui enim declinat a malo, sed bona adhuc non facit, surrexit quidem ab eo quo jacuit, sed ubi requiescere debeat, nondum stravit. Et rursum lectus vel stratum requies temporalis accipitur, sicut scriptum est: *Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus* 754 (Ps. xl, 4). Cum enim quisque curis sæcularibus fatigatus deserere per divinam gratiam hujus mundi itinera laboriosa compungitur, cogitare solet quomodo præsentis vitæ desideria fugiat, et ab ejus laboribus requiescat, sibique mox desiderata quietis ordinem quærat, et <sup>b</sup>velut quoddam stratum, sic a cunctis laboribus cessationis locum invenire concupiscit. Sed quia in hac vita adhuc homo positus, in cuiuslibet ordinis loco, in cuiuslibet secreti successu vivere sine tentationibus nullatenus potest, plerumque in id quod ad requiem construitur, major dolor temptationis invenitur. Unde recte per Prophetam dicitur: *Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.* Ac si diceret: Omne quod hic sibi paravit ad requiem, hoc ei mutasti occulto judicio ad perturbationem. Quod pio quidem Dei consilio agitur, ut hujus peregrinationis tempore electorum vita turbetur.

[Vet. XXIV.] 47. *Hic optimo Dei consilio affligimur, ne viam pro patria diligamus.* — Via quippe est vita præsens, qua ad patriam tendimus; et idcirco hic occulto judicio frequenti perturbatione conterimus, ne viam pro patria diligamus. Solent etenim nonnulli viatores, cum amoena fortasse in itinere prælia consipiunt, pergendi moras innectere, et a coepi itineris rectitudine declinare, eorumque gressus tardat pulchritudo itineris, dum delectat. Electis ergo suis ad se pergentibus Dominus hujus mundi iter asperum facit, ne dum quisque vitæ præsentis requie, quasi amoenitate via pascitur, magis eum diu pergere, quam citius pervenire delectet; ne,

<sup>a</sup> Deest infirmus in Pratel., Beccensi, Utic. et aliis.

<sup>b</sup> In iisdem membranis, recessu vivere sine tentatione.

dum oblectatur in via, obliviousatur quod desiderabat in patria. Quia ergo in hac vita omnis nostra, quam fortasse paravimus, requies turbatur, recte dicitur: *Increpat quoque per dolorem in lectulo*, id est, in præsentis vitæ requie vel temptationis nos stimulis vel flagelli afflictione conturbat. Nam sæpe humanus animus quamlibet brevi tempore sine temptatione in bonis studiis fuerit, mox de eisdem studiis in quibus quiescendo se exerit, de ipsis virtutibus quibus multiplicari nititur, dum proficere se sentit, elevatur. Unde pio rectoris nostri moderamine, impulsu temptationis afficitur, ut in eo ipsa profectus sui elatio comprimatur. Quapropter postquam dixit: *Increpat quoque per dolorem in lectulo*, apte subjunxit [Rec. XVI]: *Et omnia ossa ejus marcescere facit.*

48. *Per temptationem cognoscimus, quid ex viribus propriis, quid divino ex munere possimus.* — Ossa ipa Scriptura sacra virtutes accipimus, sicut scriptum est. *Dominus custodit omnia ossa eorum, unum ex eis non conteretur* (Psal. xxxiii, 21). Quod utique non de ossibus corporis, sed de viribus dictur mentis. Nam certe novimus quod et multorum martyrum corporaliter ossa confracta sunt, et persecutores Domini, latronis illius, cui dictum est, *Hodie mecum eris in paradiso* (Luc. xxiii, 43), sicut latronis alterius in cruce crura fregerunt. Cum ergo increpat per dolorem in lectulo, omnia ossa facit marcescere, quia cum in ea requie quam nobis ab hoc sæculo preparavimus flagello temptationis afficiuntur, qui fortasse, de virtutibus nostris inflari potuimus, cognitæ infirmitatis nostræ tædio extenuamur. Cum enim sicut cupimus ad Deum proficimus, si profectum nostrum temptatione nulla pulsaret, alicujus nos fortitudinis esse crederemus. Sed quia nobiscum superna dispensatione agitur, ut infirmitatis nostræ quia proficientes obliviousimur, 755 tentati recolamus, et in profectu nostro quid de divino munere, et in temptatione cognoscimus quid de propriis viribus sumus. Quæ nos profecto tentatio ad plenum raperet, nisi protectio superna servaret. Sed pulsat, nec frangit; impellit, nec movet; quatit, nec dejicit, ut de nostra infirmitate sentiamus esse quod quatinus, et de divino munere esse quod stamus. Et quia sæpe anima aliquius boni sibi conscientia, cum virtutes suas sibi ad memoriam revocat, quadam délectatione pascitur, et quasi gratulatione propriæ plenitudinis impinguatur, bene dicitur quod temptatione pulsante marcescunt ossa, quia dum propria infirmitas temptatione interrogante cognoscitur, omnis illa nostrarum virium, velut pinguis viridisque gratulatio, subito anxietatis mœrore siccatur, et qui nos alicujus esse momenti bona nostra pensando credimus, pulsati paulo amplius perituros nos jam jamque formidamus. Tunc omne honorum nostrorum gaudium vertitur in pavorem poenarum. Tunc iniquos nos esse deprehendimus, qui sanctos paulo ante credebamus. Tabescit

<sup>c</sup> Omittitur Dei in Pratel.

<sup>d</sup> Ebroic. et Vindoc., sed de virtutibus.

<sup>e</sup> Norm. et Vindoc., quod patimur.

mens, stupent oculi, omne quod prius prosperum arridebat evanescit; lux ipsa fastidio est, et solæ se in animo tenebræ mortoris effundunt; nihil quod delectet aspicitur, triale est quidquid occurrit. Unde et apte sequitur:

#### CAPUT XXV [Rec. XVII].

VERS. 20. — <sup>a</sup> Abominabilis ei fit in vita sua panis, et animæ illius cibus ante desiderabilis.

49. Per panem in Scriptura sacra multa significatur: 1<sup>o</sup> Christus; 2<sup>o</sup> gratia; 3<sup>o</sup> sacra doctrina; 4<sup>o</sup> hereticorum prædicatio; 5<sup>o</sup> subsidium vitæ præsentis; 6<sup>o</sup> jucunditas humanæ delectationis. — Ac si aperte dicat: Afflita mens sibi in amaritudinem verti considerat quidquid se antea blande libenterque satiabat. [Vet. XXV.] In Scriptura enim sacra panis b aliquid ipse Dominus, aliquando spiritualis gratia, aliquando divinae doctrinæ eruditio, aliquando hæreticorum prædicatio, aliquando subedium vitæ præsentis, aliquando jucunditas humanæ delectationis accipitur.

In pane Dominus signatur, sicut ipse in Evangelio dicit: *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendit* (Joan. vi, 51).

Rursum per panem gratia doni spiritualis accipitur, sicut per prophetam dicitur: *Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos, ne videat malum, iste in excelsis habitabit: ne unimenta saxorum sublimitas ejus, panis ei datus est* (Isai. xxxiii, 15). Quid est enim obturare aures suas, ne audiat sanguinem, nisi peccatis suadentibus, que de sanguine et carne nascuntur, non præbere consensum? Et quid est, ne malum videat, oculos claudere, nisi omne quod rectitudini adversum est non approbare? Iste in excelsis habitabit, quia quamvis eum adhuc caro in inferioribus retinet, meutem jam in sublimibus fixit. Munimenta saxorum sublimitas ejus, quia c qui abjecta desideria terrenæ conversationis calcat, ad supernam patriam per præcedentium patrum exempla se sublevat. Et quia per contemplationis donum gratia spirituali satiatur, apte subjungitur: *Panis ei datus est*, id est refectionem spiritualis gratiae percipit, quia se a bonis insimis celestia sperando suspendit. Hinc etiam de sancta Ecclesia per David Dominus dicit: *Pauperes ejus saturabo panibus* (Psal. cxxxii, 15), quia in illa montes buonilium positæ spiritualium impletur refectione donorum.

Rursum per panem divinæ doctrinæ eruditio 756 designatur, sicut per prophetam dicitur: *Qui habuitis in terra Austræ, cum panibus occurrite fugienti* (Isai. xxi, 14). In terra quippe Austræ habitant qui in sancta Ecclesia positi superni Spiritus charitate perlantur. Fugit autem qui bujus mundi mala evadere concupiscit. Qui ergo in terra Austræ habitat, fugienti cum panibus occurrat, id est, is qui jam san-

A cto Spiritu intra Ecclesiam plenus est eum qui mala sua evaderè ntitur eruditioñis alloquo consoletur. Fugienti scilicet cum panibus occurrere est metuenti æterna supplicia doctrinæ sacrae escas offerre, et modo tumorem terrore comprimere, modo pavorem exhortatione resovere. Quia panis refectio Scripturæ sacrae non inconveniente accipitur, per eundem prophetam Judæis solam litteram servantibus dicitur: *Quare appenditis argentum, et non in panibus* (Isai. lv, 2)? Ac si diceret: Pensatis sacra eloquia, sed non in refectione, quia dum solam litteræ speciem custoditis, de spirituali intelligentia pinguedinem internæ refectionis amittitis. Unde illic apte subjungitur: *Et laborem vestrum non in salutis* (Ibid.).

[Vet. XXVI.] Rursum per panem hæreticorum prædicatio designatur, sicut per Salomonem mulier hæreticæ ecclesiæ typum gestans, et stultos convocans, dicit: *Panes occulti libenter edite* (Prov. ix, 17). Vel, sicut in nostra translatione scriptum est: *Aquaæ furtive dulciores sunt, et panis absconditus suauior*. Sunt enim nonnullæ hæreses quæ aperte metuunt prædicare quod sentiunt, et apud infirmorum mentes verba sua tanto magis condidunt, quanto quasi amplius reverenter abscondunt. Unde non immrito dicitur: *Panes occulti libenter edite*. Miseris enim cordibus occulta hæreticorum verba eo magis sapiunt, quo cum reliquis communiter non habentur.

Rursum per panem subsidium præsentis vitæ accipitur, sicut Jacob ad Laban transiens, ait: *Domine Deus, si dederis mihi panem ad manducandum, et vestem ad induendum* (Genes. xxviii, 20). Et sicut in Evangelio Dominus turbis se sequentibus dicit: *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, et saturati estis* (Joan. vi, 26). De septem enim panibus fuerant satiati. Et per eorum personam Dominus illos intra sanctam Ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines ad Dominum propinquantes, non in eisdem ordinibus virtutum merita, sed subsidia vitæ præsentis exquirunt; nec cogitant quid vivendo imitari debeant, sed quæ compendia percipiendo satientur. Satiatos quippe de panibus Dominum sequi est de sancta Ecclesia temporalia alimenta sumpsisse. Et non pro signis <sup>b</sup> est Dominum, sed pro panibus querere, ad religionis officium, non pro augendis virtutibus, sed pro requiriendis subsidiis inhibere.

Rursum per panem jucunditas humanæ delectationis accipitur. Unde Jeremias propheta dum synagogæ perditos mores defleret, dixit: *Omnis populus ejus gemens et querens panem: dederunt preiiosa queque pro cibo ad resocillandam animam* (Thren. i, 11). Gemens enim populus querit paneum, dum prava hæminum multitudo affligitur, quia non ad votum de

<sup>a</sup> Vindoc., *abominabilis illi fuit*.

<sup>b</sup> Hic in Edit. Gussanv. est magna lacuna, quam ope MSS. et vet. Edit. agnoscimus.

<sup>c</sup> Omnes Editi, mendose, objecta.

J Turon., condunt.

<sup>d</sup> Merique Norin., est Dominum querere, sed pro panibus ad religionis officium:

præsentis vita jucunditate satisatur. Sed et pretiosa quæque pro cibo dat, quia virtutes mentis in appetitum delectationis transitoriae inclinat. Et refocillare animam **737** nititur, quia perversa suis desideriis satisfacere conatur. Unde bene mox ex voce illius élēctæ multitudinis sobdit: *Vnde, Domine, et condura quia facta sum vīla* (*Thren.* 1, 11). *Vīla* quippe plebs Dei efficitur, quando prævorum numero crescente, in eis non summa et coelestia, sed abjecta et terrena sectatur.

[*Vet. XXVII.*] 50. *Quidquid sapit, vi tentationis amarescit.* — Eliu itaque quid aliud panem quam præsentis vita delectationem vocat? Qui postquam vim tentationis expressit, illico subdidit: *Abominabilis ei fit in vita sua panis, et animæ illius cibis ante desiderabilis*, quia videlicet omne quod prius de ipsa prosperitate vivendi dulce sablebat, postmodum per vim tentationis amarescit. Nonnunquam vero quidquid gaudii, quidquid virtutis favore videbatur, subito in pavore tentationis amittitur, et quasi evacuatus visdem virtutibus tristis animus solo mœrore possideatur. Cum enim paulo vehementius impulsu tentatio nis afficitur, quia exerere vim solitus fortitudinis non valet, eam iam velut perditam dolet, seque ex se vacuum sentiens, infirmitatem suam <sup>a</sup> ex ipsa sua indubitate cognoscit. Unde ab omni mox jucunditate quasi strangitur; et escas prioris lætitiae responsum, co quem solum libenter appetit luctu satiatur. Unusquisque enim cum sibi bene vivendi prosperitas arridet hilarescit, atque ipsa hilaritas animum velut desiderabilis cibis reficit. Sed cum tentatione paulo amplius imminente pulsator, a mente ejus per mortis fastidium gaudium omnem respultur, quæ prius eodem gaudio quasi satiata latetbatur. Quia igitur homo tentatus ab ore cordis omnem cibum respuit delectationis, <sup>b</sup> nihilque eum aliud quam somet ipsum est cognoscere et fieri delectat, bene dicitur: *Abominabilis ei fit in vita sua panis, et animæ illius cibis ante desiderabilis.*

51. *Tentationum et flagellorum utilitas.* — Sed, sicut superius diximus (*Num.* 48), idcirco moderamine occultæ dispensationis ita tentari permittimur, ut qui ex divino munere in virtute proficiamus, etiam quid sumus ex propria infirmitate memoremur; et qui ex perceptione muneris opera virtutis inferimus, ex infirmitatis nostræ memoria sacrificium humilitatis offeramus. Alliquando autem post profectum virium non solum tentant vīla, sed etiam flagella castigant. Cum autem tentamus vīliis, pia dispensatione nobiscum agitur, ne his virtutibus quibus proficiamus extollamur. Cum vero flagellis atterrimur, malis increpantibus admonemur ne mundo blandiente seducantur. Vīla dum nos lestant, proficientes in nos

<sup>a</sup> Edit. Rom. Sixti V, ex ipsa sua vanitate. Habent MSS. Anglic. et nostri, inanitatem.

<sup>b</sup> Ita Ebroic., Vindoc. et alii. At Editi, nihilque ab.

<sup>c</sup> MSS. Norm.. quod de nobis, per serientia flagella quid de hoc mundo sentiamus.

<sup>d</sup> Vindoc. et pler. Norm., cerni virtutum documenta.

<sup>e</sup> Pler., et nudantur.

A virtutes humiliant; flagella dum tentant, surgentes in corde hujus mundi voluptates eradicant. Per tentantia vitia discimus <sup>a</sup> quid de nobis sumus, per serientia flagella cognoscimus quid de hoc mundo sumus. Per illa restringimur, ne intrinsecus extollamur, per ista comprimitur, ne quid extrinsecus appetamus. In hac ergo vita dum sumus, et flagellis atteri, et aliquando tentari vīlis necessario est. Sive enim in laboribus flagellorum, seu in certamine vīliorum, non solem nobis nostra infirmitas innotescit, sed etiam in quanta virtute proficerimus agnoscimus. (*Res. XVIII.*) Nemo quippe vires suas in pace cognoscit. Si enim bella desunt, **758** virtutum experimenta non prouident. Improvidus miles est, qui fortis se in pace gloriatur. [*Vet. XXVIII.*] Quia ergo saepe virium merita per flagellorum adversa patiunt, apte Eliu subjungit, dicere:

#### CAPUT XXVI.

Vers. 21. — *Tabescet caro illius, et ossa quæ facta fuerant nudabantur.*

32. *Nemo quantum proficerit, nisi inter aduersa cognoscit.* — *Cum enim flagellis prementibus omnis exterior voluptas atteritur, interior fortitudinis ossa nudantur.* Quid autem hoc loco carnis nomine nisi ipsa delectatio carnalis accipitur? Vel quid per ossa nisi virtutes animæ designantur? Tabescit ergo caro, et ossa nudantur, quia dum flagellis arguentibus carnalis delectatio extenuatur, ea quæ dudum quasi sub carne latuerant virtutum fortia patetunt. Nemo quippe quantum proficerit nisi inter aduersa cognoscit. Cum enim adsunt prospera, <sup>a</sup> cerni virium documenta non possint. Unde alias scriptum est: *In die mandavit Dominus misericordiam suam, et nocte declaravit* (*Psal. xli, 8*); quia videlicet unusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit, sed quantum percepit, in adversitate perturbationis ostendit. Tabescit ergo caro, <sup>b</sup> ut nudentur ossa. Feriamur <sup>c</sup> paternis correptionibus, ut quantum proficiimus agnoscamus. Flagellis enim Domini pinquedo carnalis delectationis atteritur, sed virtutum nostrarum ossa patetunt. Decus nostrum exterior ipsa hujus mundi adversitate sceleratur, sed quid in nobis intrinsecus latebat ostenditur. Cæsis namque apostolis denuntiatum est ne loquerentur ultra in nomine Jesu, sed magna exultatione gavisi sunt, quod digni habiti sunt <sup>d</sup> pro nomine Jesu contumeliam pati, sulsque adversariis cum fiducia responderunt: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus* (*Act. v, 29*). Ecce inter aduersa validios fidelis robur emicuit; ecce concisa est integritas carnum, sed patefacta sunt ossa virtutum. Hinc de eis per Sapientiam dicitur: *Deus tentavit illos, et invenerit illos dignos se* (*Sap. iii, 5*). <sup>e</sup> Tentati sunt quippe adver-

<sup>a</sup> Editi, paternis perturbationibus; quod in nullis MSS. legimus.

<sup>b</sup> Taron. et Norm., pro nomine ejus contumelias pati.

<sup>c</sup> Vindoc., tentati sunt... in adversitate plagarum, sed digni inventi sunt in nuditate ossium. Baluz. et Colb., ossum.

sitate plagarum, sed digni inventi sunt nudatione ossium. Nam quia hæc eorum illa tentatio est quæ ex flagellis adhibetur, illæ aptæ declaratur, dum sequitur: *Tanquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausus hostiam accepit illos* (*Sap. iii, 6*). Quia ergo uniuscujusque vires non nisi per adversa patescant, bene dicitur: *Tabescet enim caro ejus, et ossa quæ tecta fuerant nudabuntur*. Tabescit enim caro, dum donne quod fluxum infirmumque est flagellis alteratur. Nudantur ossa, dum per hæc in nobis etiam quod validum latet aperitur. Quia vero, sicut et superius dictum est, in ipsa adversitate tentationis non solum detegitur robur fortitudinis, sed etiam cognoscitur infirmitas humanitatis, et tentatus quisque ostendit quidem quantum de Deo profecerit, sed in ipsis flagellarum afflictionibus etiam quantum de semetipsò sit infirmus agnoscit, quia non tantummodo nudantur ossa, sed etiam tabescit caro, aptæ subjungitur:

#### CAPUT XXVII [Rec. XIX].

**Vers. 22.** — *Appropinquabit corruptioni anima ejus, et vita illius mortiferis.*

53. A corruptela, cum magis imminere videtur in tentatione, liberamur. — Tentati enim uniuscujusque justi anima corruptioni appropinquare dicitur quando, ne eam virtus possit extollere, per flagella compellitur quid 750 sit ex propria infirmitate sentire. Corruptioni videlicet appropinquat, quia ex suis se viribus perditioni proximum non ignorat, ut hoc quod a perditione longe est, non sibi, sed Domino tribuat. Appropinquat vero mortiferis, quia ex infirmitate carnis proximum se peccatis mortem ferentibus respicit, a quibus divino munere tanto magis longe sit, quanto se eis proximum ex suis meritis deprehendit. Per contemplationem conditionis suæ David corruptioni appropinquaret, cum dicebat: *Memento, Domine, quod pulvis sumus: homo sicul senum dies ejus* (*Psal. cx, 15*). Per contemplationem quoque infirmitatis propriæ Paulus mortiferis appropinquaret, cum dicebat: *Video altam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et capitulum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus* (*Rom. vii, 23*)? Corruptioni ergo et mortiferis appropinquare est, considerata infirmitate hu-

A manitatis scæ, peccatorem se ex suis meritis cernere, atque apud se arrogantiam ex propriis virtibus non habere. Quid enim supra, si a conditoris nostri protectione deseramur? Quæ nimurum protectio minus necessaria creditur, si semper habeatur. Sed utiliter plerisque subtrahunt, ut sibi molles hominum sine illa nihil sit ostendatur. Manus igitur Dei aliquando nos nobis per adversa insinuat, quæ etiam nescientes nos in prosperis portat. Quia destituti dum cadere incipimus, et tamè adjuti retrinemur, et doctrina fit quod in lapsu trepidamus, et custodia quod in statu permanemus.

**760** 54. *Nunquam de viribus nostris præsumendum.* — Nemo ergo se alicuius virtutis aestimet, etiam cum quid fortiter potest, quia si divina protectio deserat, ibi repente enerviter obruitur, ubi se valenter stare gloriabatur. Quid est enim quod vir Dei contra altare Samaria ad prophetandum directus præsente rege auctoritatem liberæ vocis exercuit, ejusdemque regis extensum brachium in rigorem mirabiliter astrinxit, quod tamen mox misericorditer salutis restituit (*III Reg. xii, 4*)? cuius in domo invitatus comedere noluit, quia ne in via comederet, prohibitionis dominicæ præcepta servavit? Qui tamen in eadem via et seductus comedit, et pastus interiit. Quia in re quid subtili consideratione colligimus, quid, ut ita dixerim, & formidando suspicamus, nisi quod forsitan apud semetipsum tacitus præceptis dominicis regem se contempsisse glorietur? Unde ab interna mox soliditate quassatus est; et inde ei in opere culpa subrepsit, unde gloria in corde surrexit, ut prophetæ falsi verbis deceptus disceret, quia nequaquam propriæ fortitudinis fuerit, quod ad regis verba restitisset. Bene autem ex ejus ore mortis sententiam accepit, cujus seductione a vita præcepto deviavit, ut inde poenam veraciter sumeret, unde culpam negligenter admisisset. Quia igitur unumquemque electum suum divina gratia tunc magis erudiendo custodit, cum quasi percutiens derit, dicatur recte: *Appropinquabit corruptioni anima ejus, et vita illius mortiferis*, ut quo se suis viribus vicinum morti per adversa considerat, eo in cunctis quæ fortiter egerit, ad divinæ spei munimen fugient solidius vivat.

<sup>a</sup> Ita MSS. et vet. Ed. In recent. habes: *formidandum suspicamus nisi quod forsitan quia*. In Baluz., pro *enervemus*, legitur *enervemus*, et in Colb., *excedemus*. Sed in eundis crassissimis scatenat hi Codices vetustissimi, quod tantæ antiquitatis pondus et pretium multum elevat.

<sup>b</sup> *Reverentiam ex Mæ. inde, cujus qualique mortiferis est sensus in aliis editis.*

<sup>a</sup> Al., non enim tantummodo.

<sup>b</sup> Baluz., Utic. et al. Norm., appropinquavit; et Ita infra.

c Vindoc. ac plerique, cognoscere.

d Ebroic. et Vindoc., corruptioni proximum.

e Al., vel mortiferis.

<sup>1</sup> Pier. Editi, miserabiliter. At Mæ. Baluz., Colb., Turou., Vindoc., Norm., Anglie. et vet. Ed. Basil., mirabiliter.

## LIBER Vigesimus Quartus.

*Exponuntur undecim versus posteriores cap. xxxiii, et octodecim priores cap. xxxiv, præclaraque de Christo mediatore, de contemplatione, de conversionis ordine, de pastorali officio docentur.*

### CAPUT PRIMUM.

1. *Cuncti, etiam electi, temptationibus obnoxii sunt.*  
 — Eliu vim supernæ dispensationis insinuans, de electi uniuscuiusque percussione intulit, dicens: *Appropinquabit corruptioni anima ejus, et vita illius mortiferis.* Et dum tentatum hominem demonstrat unum, in qua temptatione sit positum humanum genus ostendit universum; dumque narrat quid specialiter agatur in singulis, liquido intimat quid generaliter agatur in cunctis. Sic enim temptationem expressit quorundam, proprie singulorum, ut possit intelligi et universaliter omnium. Cunctum quippe electorum genus in hac vita hujus tædio laboris afficitur. Unde et mox huic generali pestilentiae generale subintulit remedium medicinæ, dicens:

### CAPUT II.

CAP. XXXIII, VERS. 23, 24. — *Si fuerit pro eo angelus loquens unum de similibus, ut annuntiet hominis æquitatem, miserebitur ejus.*

[Rec. II.] 2. *Christus Deus et homo pro hominibus Deum interpellat. Incarnationis æconomia.* — Quis enim est iste angelus, nisi ille qui per prophetam dicitur: *Magni consilii angelus (Is. ix, 6, sec. LXX)*? Quia enim Græca lingua evangelizare denuntiare dicitur, semetipsum nobis annuntians Dominus angelus vocatur. Et bene ait: *Si fuerit pro eo angelus loquens, quia, sicut ait Apostolus, etiam interpellat pro nobis (Rom. viii, 34).* Sed quid pro nobis loquatur, audiamus: *Unum de similibus.* Mos medicinæ est ut aliquando similia similibus, aliquando contraria contrariis curret. <sup>b</sup> Nam sæpe calida calidis, frigida frigidis; sæpe autem frigida calidis, calida frigidis sanare consuevit. Veniens ergo ad nos desuper medicus noster, tantisque nos inveniens languoribus pressos, quiddam nobis simile, et quiddam contrarium apposuit. Ad homines quippe homo venit, sed ad peccatores iustus. Concordavit nobis veritate naturæ, sed discrépavit a nobis <sup>c</sup> vigore justitiae. Vitiosus enim homo corrigi non poterat nisi per Deum. Videri autem debuit qui corrigeret, ut præbendo imitationis formam, anteactæ malitiae mutarent vitam. Sed videri ab homine non poterat Deus; ergo homo factus est, ut videri potuisse. [Vet. II.] Justus igitur atque invisibilis Deus, apparuit 761 similis nobis homo visibilis, ut dum videtur ex simili, curaret ex justo; et dum veritate generis concordat conditioni, virtute artis obviaret ægritudini.

3. *Dominus in carne veniens, nec culpam ex viâ, nec pœnam ex necessitate suscepit.* — Quia ergo in

<sup>a</sup> Colb. et Baluz., elati; manifesta hallucinatione.

<sup>b</sup> Utic., Pratell., Ed. vet. Paris. et Basil., nam sæpe calida calidis, sæpe autem frigida calidis, etc.

<sup>c</sup> Sic Vindoe, Baluz., Colb. et Norm., pro rigore,

A carne veniens Dominus, non culpam nostram ex viâ, non pœnam ex necessitate suscepit (nulla enim labo peccati pollutus, reatus nostri teneri conditio non potuit, atque ideo mortem nostram omni necessitate calcata, cum voluit, sponte suscepit), recte dicitur quod pro tentato homine iste angelus unum de similibus loquitur, quia nec ita natus ut reliqui, nec ita mortuus, nec ita resuscitatus. Non enim cooptante coitu, sed Spiritu sancto superveniente conceptus est (Luc. i, 33). Natus autem materna viscera et secunda exhibuit, et incorrupta servavit. Rursum nos omnes cum nolumus morimur, quia ad solvendæ pœnæ debitum culpas nostræ conditione coarctamur; ille autem, quia nulli admisus est culpæ, nulli ex necessitate succubuit pœnæ. Sed quia culpam nostram <sup>d</sup> dominando subdidit, pœnam nostram miserando suscepit, sicut ipse ait: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam (Joan. x, 18).* Qui etiam præmisit: <sup>e</sup> *Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso.* Rursum non ut reliqui resuscitatus est, quia nostra resurrectio in sæculi finem dilata est, illius vero die tertio celebrata. Et nos quidem per illum resurgimus, nam ipse per se. Neque enim qui Deus erat sicut nos ab alio ut resuscitari potuisset indigebat. In eo ergo ejus resurrectio distat a nostra, quod non per nosmetippos resurgimus, sicut ipse. Pro eo enim quod simpliciter homines sumus, superiori adjutorio ut resurgere valeamus indigemus. Ille autem ejusdem resurrectionis vim cum Patre et Spiritu sancto Deus exhibuit, quam tamen solus in humanitate percepit. [Vet. III.] Quia igitur Dominus vere natus, vere mortuus, vere resuscitatus, in omnibus tamen distat a nobis magnitudine potentia, sed sola concordat nobis veritate naturæ, bene dicitur, quia pro nobis angelus iste unum de similibus loquitur. Cum enim in cunctis operationibus suis immensa nos virtus transcendat, in uno tamen a nobis, id est in formæ veritate non discrepat.

4. *Pro nobis Patri loquitur, cum se nobis simile ostendit.* — Per hoc pro nobis Patri loquitur, per quod semetipsum nobis similem ostendit. Loqui quippe ejus, vel interpellare, est ipsum se pro hominibus hominem demonstrare. Et bene cum dixisset: *Unum de similibus* <sup>f</sup> loquitur, illico adjunxit: *Ut annuntiet hominis æquitatem.* Quia nisi ille hominibus similis ficeret, sequens homo ante Deum non appareret. Inde quippe annuntiat æquitatem nostram, unde suspicere dignatus est infirmitatem nostram. Omnes

quod habent Editi.

<sup>d</sup> Turon., damnando.

<sup>e</sup> Pratell. et alii Norm., nemo tollit.

<sup>f</sup> Vindoe, et Norm., loquens.

videlicet nos inimica illa persuasio in culpæ contagio ab ipsa radice polluerat (*Genes. iii, 5*), nullusque erat qui apud Deum pro peccatoribus loquens, a peccato liber appareret, quia ex eadem massa editos æque cunctos per reatus involverat (*Rom. v, 11*). Proinde venit ad nos Unigenitus Patris, assumpsit ex nobis naturam, non perpetrans culpam. Sine peccato quippe **762** esse debuit, qui pro peccatoribus intervenire potuisset, quia nimur alienæ pollutionis contagia non tergeret, si propria sustineret. Bene ergo dicitur quia in eo <sup>a</sup> quod similis nobis apparuit, æquitatem hominibus annuntiavit. Intercedens enim pro peccatoribus, semetipsum justum hominem qui pro aliis indulgentiam mereretur ostendit. Sequitur :

## CAPUT III [Rec. III].

VERS. 24.—*Miserebitur ejus, et dicet : Libera eum, ut non descendat in corruptionem, inveni in quo ei propitiatur.*

**5. Solus Christus nos liberavit, Deumque propitiavit. Fortitudo ex humilitate.**—Mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus in eo miseretur homini, quo formam hominis sumpsit (*I Tim. ii, 5; Philipp. ii, 7*); qua misericordia pro redempto homine dicit Patri : *Libera eum, ut non descendat in corruptionem.* Sicut jam supra diximus, <sup>b</sup> dicere ejus est *Libera hominem*, naturam hominis assumendo libram demonstrare. Ex eis quippe carne quam sumpsit, etiam hanc ostendit liberana quam redemit. Quæ redempta videlicet caro nos sumus, <sup>c</sup> qui cognitione nostri reatus astringimur. Sed Mediatoris tanti æquitatè liberamur, sicut ipse ait : *Si vos Filius liberaretis, vere liberi eritis* (*Joan. viii, 36*). Et bene pro hoc redemptio homine dicitur : *Non descendat in corruptionem.* [*Vet. IV.*] Superius enim dictum fuerat : *Appropinquabit corruptioni anima ejus;* postmodum dicitur : *Non descendat in corruptionem.* Ac si diceret : Quia cognoscendo infirmitatem suam, esse se corruptioni proximum non ignorat, idcirco ad corruptionis interitum non descendat. Ad corruptionem enim justè descenderet, si suis viribus longe se a corruptione esse judicaret. Sed quia corruptioni appropinquavit humiliter, debet ab ea misericorditer liberari : ut eo contra impugnantia vitia fortis sit, quo se suis meritis agnoscit infirmum. Quisquis enim supra se extollitur, ipso elationis suæ pondere gravatur; et eo se in insūmis mergit, quo, in superbia vilium prouens, ab eo qui vere excelsus est elongavit; atque inde magis imæ appetit, unde se conjunctum summis testimavit; sicut per prophetam extollenti se animæ dicitur : *Quo pulchrior es descendē, et dormi cum in-*

<sup>a</sup> Supplevimus ex MSS. Anglie. et nostris voculam, *nobis*, ab Editis exstantem.

<sup>b</sup> Locus hic in Editis poster. ita habetur : *dicere ejus est liberare hominem, naturam hominis liberam demonstrare.* Quibus nihil obscurius. Ope MSS. et vet. Edit. eum sic restituimus, ut omnia pateant; sensus enim est, Christum tunc dixisse Patri de homine lapsi, *libera eum*, quando naturam humanam assumendo liberam demonstravit.

<sup>c</sup> Sic cum Colb., Ebroic. cæterisque Norm. veteres Edit., ubi in recentioribus legitur, qui conditione.

**A** circumcisus [*Ezech. xxxii, 19*]. Omnis enim qui sedentiam infirmitatis suæ considerare negligit, sed per elationis fastum virtutis suæ gloriam attendit, unde pulchrior est, inde descendit, quia extollendo se de suis meritis, inde <sup>d</sup> in imæ interitus corruit, unde gloriosum se esse judicavit. Qui descendens cum incircumcisus dormit, quia in æterna morte cum cæteris peccatoribus deficit. Quia ergo homo iste humiliè corruptioni se propinquum esse cognovit, bene de eo dicitur : *Libera eum, ut non descendat in corruptionem*, ut eo magis evadat pœnam, quo oculos suos <sup>e</sup> non advertit ad culpam. Quia vero nullus erat cuius meritis nobis Dominus propitiari debuissest; Unigenitus Patris, formam infirmitatis nostræ suscipiens, solus justus apparuit, ut pro peccatoribus <sup>f</sup> intercederet (*Phil. ii, 7*).

**B** 6. *Nullus hominum coram Deo intercessor justus pro hominibus apparuit.*—Et bene pro redemptio homine isto loquens angelus dicit : *Inveni in quo propitiatur ei.* Ac si aperie **763** Mediator Dei et hominum dicat : Quia nullus hominum fuit qui coram Deo intercessor justus pro hominibus appareret, memet ipsum ad propitiandum hominibus hominem feci, et dum me hominem exhibui, <sup>g</sup> in quo juste hominibus propitiarer inveni. Et quia infirmitatem suscipiens Dominus, dum pœnam nostram moriendo toleravit, corruptionem nostram resurgendo mulavit, bene iste angelus mortalitatis nostræ flagella subjungit, eorumque miseretur, dicens :

## CAPUT. IV.

VERS. 25.—*Consumpta est caro ejus a suppliciis; revertatur ad dies adolescentiæ sua.*

**7. A Deo recedentes, nihil nisi quo affigeremur, inventimus.**—In illo quippe primo homine a Deo recedente repulsi a paradisi gaudiis, in hanc mortalis vitæ ærumnam cecidimus, et quam gravem culpam serpentis suasione commisisimus (*Genes. iii, 23*), <sup>h</sup> pœna nostræ ultiōnis sentimus. Huc enim lapsi, nihil extra Deum, nisi quo affigeremur, inventimus. Et quia per oculorum visum carnem secuti sumus, de ipsa carne, quam præceptis Dei præposuimus, flagellamur. In ipsa quippe quotidie gemitum, in ipsa cruciatum, in ipsa interitum patimur, ut hoc nobis <sup>i</sup> mira di-positione Dominus in pœnam verteret, per quod fecimus culpam; nec aliunde esset interim censura supplicii, nisi unde fuerat causa peccati, ut ejus carnis amaritudine homo eruditetur ad vitam, cuius oblectatione superbia pervenit ad mortem.

**8. A carnali vitæ suppliciis Christus nos eruit, et innovavit.**—Quia ergo innumeris humanum genus

Baluz. habet, *cognitione, pro cognitione.*

<sup>d</sup> Editi, in imæ deterius. Colb., in una interius. Se-quimur MSS. Baluz., Vindoc., Norm.

<sup>e</sup> Editi, non avertit a culpa, quo nihil insulsius, et a mente sancti Doctoris magis alienum. Lectio nostra est MSS. Angl. et Gallic.

<sup>f</sup> Vindoc., Pratel. et alii, *intercedens.*

<sup>g</sup> Ebroic., in quo justo homine hominibus propitiarer inveni.

<sup>h</sup> Pratel, *pœna nostræ ultiōne sentimus.*

<sup>i</sup> Vindoc., Norm. et al., *mira dispensatione.*

carnalis vitæ supplieatis premebatur, sed Redemptore nostro veniente, et vita corruptionis nostræ et tormenta deleta sunt, dicatur de redempto homine : [Vet. V, Rec. IV.] *Consumpta est caro ejus a suppli- citis ; revertatur ad dies adolescentiae sue.* Ac si diceret : Mortalitatis suæ poena in quadam vetustatis suæ senectute dejectus est ; revertatur ad dies adolescentiae suæ, id est prioris vita integritate renovetur, \* ut non in eo remaneat quo lapsus est, sed ad hoc redemptus redeat ad quod percipiendum conditus fuit. Scriptura enim sacra sœpe adolescentiam pro novitate vitæ ponere consuevit. Unde venienti sposo dicitur : *Adolescentulæ dilexerunt te* (Cant. I, 3) ; id est, electorum animæ gratia baptismatis renovatae, quæ non in vitæ veteris usu deficiunt, sed novi hominis conversatione decorantur. Senectutem quippe veteris hominis inter vitia tabescentem deflebat ille qui ait : *In veteravi inter omnes inimicos meos* (Psalm. vi, 8). E contra alius gaudere in virtutibus admonens, dicit : *Lætare, juvenis, in adolescentia tua* (Ecclesiasticus, xi, 9). Ac si diceret : Fortis quisque gaudeat in reuovatione sua ; id est, lætitiam suam non in vitæ veteris voluptate, sed in conversationis novæ virtute constituant. Quia vero ad hoc novitatis robur non nostris viribus, <sup>b</sup> sed Redemptore interveniente revocamur, pro hoc flagellato homine deprecans angeli dicit : *Revertatur ad dies adolescentiae sue.* Et quia dum Redemptor noster Patrem pro nobis interpellat, nos quoque <sup>c</sup> vita pristina torpore discusso, <sup>d</sup> ad sicut orationis accendimus, apte de hoc homine redempto subjungitur :

#### CAPUT V.

VERS. 26. — *Deprecabitur Deum, et placabilis ei erit.*

9. *Christus pro nobis orans ad orandum nos accen- dit.* — Prius enim postulare angelum, et postmodum hominem dicit, quia nisi ante ipse Dominus **764** per incarnationem suam interpellans Patrem, vitam nostram peteret, nunquam se insensibilitas nostra ad postulanda ea quæ æterna sunt excitaret. Sed incarnationis ejus præcessit oratio, ut torporis nostri evigilatio subsequatur. [Vet. VI, Rec. V.] Quia vero post tentationes, sœpe post immensas amaritudines menti nostræ in occulto gaudio lux veritatis erumpit ; bene de hoc tentato homine et deprecante sub- jungitur :

#### CAPUT VI.

Ibid. — *Et videbit faciem ejus in juvno.*

10. *Duplex compunctio, una tristitia, altera lætitia lacrymas eliciens. Ex hac ineffabile gaudium oritur.* — Superius dictum est (Johannes xxii, n. 40 et seq.), quomodo Deus innotescendo afficit, nunc vero dicitur quonodo dum innotescit exhilarat. Alter enim quisque compungitur, cum, interea intuens, maiorum suorum pavore terretur ; alter vero compungitur,

<sup>a</sup> Recop. Ediū, ut nemo maneat qua. Mas. Vindoc., Turon., Ebrouic. alias Norm. secuti sumus.

<sup>b</sup> Vindoc., Ebrouic. et pl., sed mediatore interveniente renovamus.

<sup>c</sup> Pratel. ac Vindoc., vita veteris.

<sup>A</sup> cum, gaudiæ superna conspiciens, spe quadam ei securitate roboratur. Illa compunctio afficiens et tristes, hac vero lata lacrymas movet. Jubilum namque dictator, quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abscondi possit, nec sermonibus aperiri ; et tamen quibusdam motibus profluit, quamvis nullis proprietatibus exprimitur. Unde David propheta intuens electorum animas tantum gaudium mente concipere quantum sermone non valent aprire, ait : *Beatus populus, qui scit jubilationem* (Psalm. LXXXVIII, 16). Non enim ait, Qui loquitur ; sed, Qui scit, quia sciens quidem jubilatio intellectu potest, <sup>b</sup> sed dicto exprimi non potest. Sentitur per illam quippe, quod ultra sensum est. Et cum vix ad hoc contemplandom sufficiat conscientia sentientis, quomodo ad hoc exprimentiam sufficiat lingua dicentis ? Quia ergo cordibus nostris lux se veritatis insinuat, modo districtam justitiam prætendendo contristat, modo interna gaudia aperiendo lætitiat ; post temptationum amaritudines, post tribulationum luctus, aperte subjungitur : *Videbit faciem ejus in jubilo.*

11. *Ad illud non pervenitur nisi prius purgata ignis tribulationis mente.* — Menti enim nostræ de consideratione cœcitatæ suæ prius ignis tribulationis immittitur, ut omnis vitiorum ærugo concremetur ; et tunc mundatis oculis cordis illa lætitia patriæ celestis aperitur, ut prius purgemos lugendo quod fecimus ; et postmodum manifestius contempletur per gaudia quod queramus. Prius a mentis acie exurenta tristitia interposita malorum caligo detergitur, et

<sup>C</sup> tunc resplendente raptim coruscatione incircumscripsi luminis illustratur. Quo ultiuncque conspecto, in gaudio cuiusdam <sup>b</sup> securitatis absorbetur, et quasi post defectum vitæ præsentis ultra se raptæ, in quadam novitate aliquo modo recreatur. Ibi mens ex immenso fonte infusione superni roris aspergitur ; ibi non se sufficere ad id quod raptæ est contemplatur, et veritatem sentiendo, videt quia quanta est ipsa veritas, non videt. Cui veritati tanto magis sè longe existimat, quanto magis appropinquat, quia nisi illam ultiuncque conspiceret, nequaquam eam conspicere se non posse sentiret.

12. *Animus in contemplatione luce divina reverberatus ad se relabitur. Contemplatio non est solida et permanens visio.* — Adnus ergo animi, dum in illam

<sup>D</sup> intenditur, immensitas ejus coruscante circumstantia reverberatur. Ipsa quippe cuncta limbens, cuncta circumstat ; et ideo mens nostra nequaquam se ad comprehendendam incircumscripam circumstantiam **765** dilatat, quia eam inopia suæ circumscriptionis angustat. Unde et ad amotiposum omnium labitur, et prospectis quælibet veritate vestigis, ad sua ima revocatur. Hac ipsa tamen per contemplationem facie non solida et permanens visio, <sup>e</sup> sed, ut ita dixerim, quasi quedam visione imitatio,

<sup>d</sup> Ebrouic.. Vindoc. et pl., ad statum orationis.

<sup>e</sup> Vindoc., cum gaudiæ extrema.

<sup>f</sup> Vindoc., sed dictu ; abea, et pl., et Collo. et Baluz.

<sup>g</sup> In Ed. Roma. Sixti V, conservatio ; pro quo Mas. Anglic. et nostri habent, securitatis.

Dei facies dicitur. [Vet. VII.] Quia enim per faciem quemlibet agnoscimus, non immrito cognitionem Dic, faciem ejus vocamus. Unde Jacob postquam eum angelo <sup>a</sup> iunctatus est, ait : Vidi Dominum facie ad faciem (Genes. xxxii, 30). Ac si diceret : Cognovi Dominum, quia me cognoscere ipse dignatus est. Quam cognitionem plenissime aeris Paulus testatur in fine dicens : Tunc cognoscam auctus et cognitus sum (I Cor. xiii, 12). Quia ergo post laborum certamina, post tentationum fractus, saepē <sup>b</sup> in excessu anima suspenditur, ut cognitionem divinæ presentiæ contempletur, quam tamen presentiam et sentire possit, et explore non possit, recte post tot labores de hoc tentato homine dicitur : Videbit faciem ejus in jubilo. Quia vero unesquisque quanto amplius celestia contemplatur, tanto magis a terrena operatione corrigitur, bene post gratiam contemplationis, justitiam subdit operationis, dicens :

## CAPUT VII.

Ibid. Et reddet homini justitiam suam.

13. Quia ratione justitia, nostra dicitur. — Justitia nostra dicitur, non quæ ex nostro nostra est, sed quæ divina largitate sit nostra, sicut in Dominica oratione dicimus : Panem nostrum quotidianum da nobis hodie (Math. vi, 11; Luc. xi, 3). Ecce et nostrum dicimus ; et tamen, ut detur oramus. Noster quippe sit, cum accipitur, qui tamen Dei est, quia ab illo datur. Et Dei ergo est ex munere, et noster sit veraciter per accessionem. Ha ergo hoc loco homini suam justitiam Dominus reddit, non quam ex semel ipso habuit, sed quam conditus ut haberet accepit, et in qua lapsus perseverare noluit. Nam ergo justitiam reddet Deus homini, ad quam conditus fuit, ut inhaerere Deo libeat, ut minorem ejus sententiam pertimescat, ut serpentis callidi blandis jam promissionibus non credat.

14. Quotidie diabolus verba Dei de cordibus hominum sonatur evallere. — Quid enim in paradiiso egit (Genes. iii, 8), hoc quotidie antiquas hostis agere non desistit. Verba quippe Dei de cordibus hominum mortificare, atque in eis sicta promissiones suæ blandimenta radicare; quotidie id quod Deus minatur levigat, et ad hoc erendum quod falsum promittit invitat. Falso enim pollicetur temporalia, ut mentibus hominum ea supplicia leviget quæ Deus minatur æterna. Nam cum præsentis vitæ gloria spondet, quid aliud dicit quam, Gustate, et eritis sicut dii ? [Vet. VIII.] Ac si aperte dicat : Temporalem concupiscentiam tangite, et in hoc mundo sublimes apparete. Et cum timorem divinæ sententiæ amovere conatur, quid aliud loquitur quam id quod primis hominibus dixit : Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno paradisi (Genes. iii, 1) ? Sed quia divino munere redemptus homo justitiam recepit, quam dudum conditus amisit, robustiorem se jam contra blandimenta callido persuasionis exerceat,

<sup>a</sup> Baluz. et Colb., locutus est.

<sup>b</sup> Idem, saepē in excelsis.

<sup>c</sup> Colbert. et Baluz., ratione distinguit.

A quia experimento didicit quantum obediens esse debat precepto. Et quem tunc culpa duxit ad poenam, nunc poena sua restringit a culpa, ut tanto magis delinquere metuat, quanto cogente supplice et ipse jam quod perpetravit accusat. Unde et sequitur :

## CAPUT VIII [Rec. VI].

VERS. 27 — Respicet homines, et dicit : Peccavi.

708 15. Qui sanctorum Patrum exempla respicit, peccatorem se intelligit, quod justitia est initium. — Se peccatorem non cognosceret, si justitiam non haberet. Nemo quippe torititudinem suam, nisi cum rectus esse cœperit, deprehendit. Nam qui omnino perversus est, neque hoc potest videre quod est. Qui vero peccatorem se intelligit, jam ex parte aliqua justus esse inchoavit, atque id quod non justus fecerat, ex eo quod justus est accusat. Quia accusatione sua Deo inhaerere inchoat, dum rectum contra se judicium proferens, hoc in se quod illi sentit displicere condemnat. Recepta ergo justitia sua dicit homo iste : Peccavi. Et notandum quod præmittitur : Respicit homines ; et tunc deinde subiungitur : Et dicit, Peccavi. Ideo enim nonnulli peccasse se nesciunt, quia homines non attendunt. Nam si considerarent homines, citius agnoscerent quantum peccando infra homines cecidissent. Et quamvis Scriptura sacra aliquando homines ponere soleat humana sapientes, sicut ait Apostolus : Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis (I Cor. iii, 3) ? et paulo post subiicit, dicens : Nonne homines estis ? nonnunquam tamen homines dicit eos quos a bestiis <sup>d</sup> ratio distinguunt, id est quos non alteri bestiali passioeum motu demonstrat. Quibus per prophetam Dominus dicit : Vos autem greges pascue meæ homines estis (Ezech. xxxiv, 31), quia illos nimis Dominus pascit, quos voluptas carnis jumentorum more non afficit. At contra bi qui carnali affectioni succumbunt, non jam homines, sed jumenta nominantur, sicut de quibusdam in peccato suo morientibus per prophetam dicitur : Computuerunt jumenta in stercore suo (Joel. i, 17). Jumenta quippe in stercore suo computarescere est carnales homines in fetore luxuriae vitam finire. Non enim esse homines, sed jumenta declarantur, de quibus per prophetam dicitur : Unusquisque ad uxorem proximi sui hinnebat (Jerem. v, 8). Et de quibus propheta alius dicit : Ut carnes asinorum, carnes eorum ; et fluxus equorum, fluxus eorum (Ezech. xxiii, 20). Unde et per David dicitur : Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis (Psalm. xlvi, 13). Cum ergo vocentur homines bi qui justitiae ratione suffulti sunt, et irrationalibilia jumenta nominentur bi qui carnali delectationi deserviunt, recte de hoc poenitente dicitur : Respicet homines, et dicit : Peccavi. [Vet. IX.] Ac si dicatur : Sanctorum virorum exempla conspicit, atque eorum comparatione se pensans, iniquum se esse deprehendit. Qui enim

<sup>d</sup> Turen., ut carnes jumentorum; in Colb., Baluz et aliis, asinorum.

plenissime intelligere appetit qualis est, tales nimirum debet conspicere qualis non est ut ex bonorum forma metiat, quanto ipse deserto bono deformis est. Ex his quippe quibus plenissime bona adsunt, perpendit recte, quae sibi minus sunt, atque in illorum pulchritudine conspicit fuditatem suam, quam in semetipsa et potest perpeti, et sentire non potest. Lucem namque debet conspicere, qui vult de tenebris judicare, ut in illa videat quid de tenebris aestimet, per quas videre præpeditur. Peccator namque si incognita vita justorum semetipsum conspicit, peccatorem se nullatenus comprehendit. Vide enim se non potest, quia fulgorem lucis nesciens, cum semetipsum conspicit, quid aliud quam teuebras attendit? Justorum ergo debemus vitam conspicere, ut subtiliter deprehendamus nostram. Illorum videlicet species, quasi quædam formanobis imitanda proponitur.

**767** 16. *Justi libri sunt, ex quibus judicabimur.* — **a** Viva lectio est vita bonorum; unde et non immrito iidem justi in sacro eloquio libri nominantur, sicut scriptum est: *Libri aperti sunt, et alias liber apertus est, qui est vita, et judicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris* (Apoc. xx, 12). Liber namque vita est ipsa visio advenientis judicis. In quo quasi scriptum est omne mandatum, quia quisquis eum viderit, mox, teste conscientia, quidquid non fecit intelligit. Libri etiam aperti referuntur, quia justorum tunc vita conspiciter, in quibus manda celestia opere impressa cernuntur. Et judicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, quia in ostensa vita justorum, quasi in expansione librorum legunt bonum quod agere ipsi noluerunt, atque ex eorum qui fecerunt comparatione damnantur. Ne ergo unusquisque tunc videns eos quod non fecit defeat, nunc in eis quod imitetur atendi. Quod quidem facere electi non cessant. **b** Meliorum namque vitam considerant, et deterioris usus conversationem mutant.

[Vet. X.] 17. *Et lilia inter quæ pasci debemus.* — Unde sponsi voce sanctæ Ecclesiæ in Canticis cantorum dicitur: *Duo ubera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies, et inclinentur umbræ* (Cant. iv, 5). Quæ enim sunt duo ubera, nisi ex Iudæa ac gentilitate veniens uterque populus, qui in sanctæ Ecclesiæ corpore per intentionem sapientiæ arcane est cordis infixus? Ex quo populo hi qui electi sunt idcirco capreæ hinnulis comparantur, quia per humilitatem quidem parvose ac peccatores intelligent, sed eis per charitatem currentibus, si qua obstacula de impedimento temporalitatis obviant, transeunt, et datis contemplationis saltibus, ad superna descendunt. Qui ut hæc agant præcedentium sanctorum exempla consipiunt. Unde et in liliis pasci referuntur. Quid enim per lilia, **c** nisi illorum vita declaratur, qui veraciter dicunt:

\* Ita Baluz., Colb., Norm. At Editi post proponitur habent quia viva lectio est vita bonorum; unde. Sed obscurior fit sensus additione vocalæ quia, et mutata punctuatione. Hac voce (punctuatio), licet minus usitata, aut etiam recens confusa, ut coget aliquando

A *Christi bonus odor sumus Deo (II Cor. ii, 15)*? Electi ergo ut assequi summa prævaleant, conspecta odorifera et candida justorum vita, satiantur. Jam quidem videre Dominum sitiunt, jam de ejus contemplatione satiari charitatis testibus inardescunt. Sed quia in hac vita positi needum valent, per præcedentium interim Patrum exempla pascentur. Unde et apte illic tempus de ipso litorum pastu definitur, dum dicitur: *Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ*. Tandiu quippe refici justorum exemplis indigemus, donec præsentis mortalitatis umbras, æterno die aspirante, transeamus. Cum enim hujus temporalitatis umbra, transacta hac mortalitate, fuerit inclinata, quia ipsius diei internum lumen cernimus, nequam jam appetimus ut ad amorem ejus per aliorum exempla flagramus. Nuic autem quia needum eum intueri possumus, summopere necesse est ut eorum qui illum perfecte seculi sunt conspectis actionibus **d** incitemur. Intueamur ergo quam pulchra est agilis sequentium, et videamus quam turpis sit **e** nebula pigrorum. Statim namque, ut bene agentium gesta respicimus, nosmetipsos confusionem intima ulciscente judicamus: mox verecundia mentem concutit, mox juste sæviens reatus addicit; et vehementer hoc etiam displaceat, quod adhuc fortasse turpiter libert.

18. *Justus templum Dei est, ex cuius conspectu de iniquitatibus nostris confundimur.* — Unde bene per Ezechielem dicitur: *Fili hominis, 768 ostende domini Israel templum, ut confundantur ab iniquitatibus suis, et metiantur fabricam, et erubescant ex omnibus quæ fecerunt* (Ezech. xliii, 10). Templum quippe Dei filii Israel ad confusionem ostenditur, quando uniuscujusque justi anima, quam inspirando Deus inhabitat, quanta sanctitate fulgeat, ad confusionem suam peccatoribus demonstratur, ut in illa bonum quod negligunt videant, et in seipsis malum quod operantur erubescant. Metiri vero fabricam est pensare subtiliter justorum vitam. Sed dum metitur fabricam, necesse est ut ex cunctis quæ fecimus erubescamus, quia bonorum vitam quanto subtilius pensando discutimus, tanto severius in nobis omnia inique gesta reprobamus. Bene autem prophetæ dicitur ut ostendat templum. Quia enim justorum rectitudinem considerare peccator dissimulat, saltem hanc ex voce prædicantis agnoscat. Templum quippe peccatoribus ostendere est sponte sua considerare nolentibus rectorum opera narrare. Qui itaque, sicut diximus, perduci ad summa desiderant, semper necesse est ut meliorum proiectibus intendant, quatenus tanto districtius in se culpas judicent, quanto in illis altius quod admirarentur vident.

19. *Ipsi justi ex aliorum sanctorum consideratione proficiunt.* — Sed quid ista de peccatis dicitur, cum ipsis quoque operatores justitiae tantæ provecti dispensatione videamus (I Cor. xii, 8, 9, 10 et 11)?

necessitas, ne circumlocutionibus detur locus.

**b** Editi, reluctantibus Mss., meliorem.

**c** Turon., nisi illorum vita comparatur.

**d** Turon., inquitemur.

**e** Idem Codex, lepidito pigrorum.

Alius namque donum scientiae accipit, et tamen ad virtutem mira abstinentia non pertingit. Alius magna abstinentia virtute accingitur, nec tamen in summa scientiae contemplatione dilatatur. Alius per prophetiae spiritum valet omnia ventura prænoscere, sed tamen per curationis gratiam non valet præsentis molestiae mala sublevare. Alius per curationis gratiam mala præsentis molestiae sublevat, sed tamen quia prophetiae spiritum non habet, quid sequatur ignorat. Alius indigentibus multa jam propria largiri potest, sed tamen injuste agentibus obviare libere non potest. Alius injuste agentibus audacter pro Deo obviat, sed tamen indigentibus quæ habet tribuere omnia recusat. Alius jam et ab otioso se sermone restringens, linguae lasciviam superat, sed tamen adhuc insurgentes iræ stimulos perfecte non calcat. Alius insurgentem iram jam perfecte edomat, sed tamen adhuc linguam in letitiam relaxat. Quid est hoc, quod iste eo bono indiget quo alius pollet; et ille, cum multis polleat, abunde aliis bonum adesse considerat quod sibi deesse suspirat, nisi quod mira nobiscum dispensatione agitur, ut per hoc quod alter habet, et iste non habet, unus altero melior ostendatur, quatenus tanto ardenter ad humilitatem quisque proficiat, quanto ex bonis quæ non habet inferiorum se habentibus pensat? Sicque fit ut dum ille in isto, atque hic in illo respicit quod admiretur, distincta bona et ab altitudine elationis reprimant, et ad studium profectus accendant. Magna namque sollicitudine ad curam nostræ meliorationis acecimus, quando id virtutis in aliis cernimus, quod non habemus. Unde Ezechiel propheta, cum volantia animalia descripsisset, adjunxit: *Et audi vi post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco sancto suo, et vocem alarum animalium persecutientium 769 alteram ad alteram* (Ezech. iii, 12). Quid namque alas animalium, nisi virtutes debemus sentire sanctorum? Qui dum terrena despiciunt, ad coelestia volando sublevantur. [Vet. XI.] Unde recte etiam per Isaiam dicitur: *Qui confidunt in Domino, mutant fortitudinem, assumunt pennas ut aquilæ* (Isai. XL, 31). Volantia itaque animalia alas suis se vicesim feriunt, quia sanctorum mentes in eo quod superna appetunt, consideratis invicem alternis virtutibus excitantur. Ala enim sua me percudit, qui exemplo sanctitatis proprie me ad melius accedit. Et ala mea vicinum animal ferio, si aliquando alteri opus bonum quod imitetur ostendo.

20. *Quod exemplo sanctorum apostolorum Pauli et Petri confirmatur.* — Sed quia sanctorum vitam significari istis animalibus diximus, libet in ipso volatu animalium oculos mentis attollere, et quanta vicissim alarum percussione se excident, subtili consideratione pensare. Paulus namque, cum cæterorum sanctorum sollicitudinem in prædicatione robustius laborando transcederet, ut ab elatione se premeret,

<sup>a</sup> Ebroic. et alii, unus alteri melior.

<sup>b</sup> Vindoc. et Baluz., *de loco suo*.

<sup>c</sup> Pratel. et alii, peccavi; sequitur, et vere deliqui.

A et vires suas in humilitatis gremio nutriri, crudelitatis suæ antiquæ non immemor, apostolorum omnium innocentiam contemplatus, ait: *Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei* (I Cor. xv, 9). Et tamen eorumdem omnium apostolorum primus, quasi accepti principatus oblitus, ac si minus ipse aliquid saperet, in Paulo sapientiam miratur, dicens: *Sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scriptit vobis, sicut et in omnibus epistolis, loquens in eis de his in quibus sunt quedam difficultia intellectu* (II Petr. iii, 15). Ecce Paulus in apostolis miratur innocentiam, ecce apostolorum princeps miratur in Paulo sapientiam. [Vet. XII.] Quid est hoc, nisi quod sancti viri, dum B virtutum consideratione vicissim sibi alios præferunt, voluntia animalia alarum percussione se tangunt, ut eo ad volatum se altius excident, quo humilis alter in altero quod admiretur videt? Hinc itaque collendum est quanta debemus sollicitudine meliorum vitam conspicere nos, qui in infimis jacemus, si et hi qui jam tanta sanctitate sublimes sunt, ut per humilitatis gressum ad majora proficiant, adhuc querunt in aliis quod imitantes admirentur.

21. *Reprobi ad deterioriorum exempla semper converuntur.* — Sed haec reprobi nesciunt, quia mentis oculos semper in infimis premunt, qui et si quando in viam Domini veniunt, nou ad meliorum vestigia, sed ad intuenda semper deterioriorum exempla vertuntur. Neque enim eorum vitam considerant, quibus se humiliando postponant, sed quibus superbendo se præferant. Deteriores namque respiciunt, quibus meliores se esse gloriantur; et idcirco proficere ad meliora non possunt, quia hoc sibi sufficere aestimant, quod pessimos antecedunt. O miser!, viam pergunt, et in terga respiciunt. Per spem quidem, quasi ante se pedem proferunt, sed per considerationem pravorum hominum post se oculos tendunt. Recipi videri appetunt, sed ad inveniendos se tortam regulam sumunt. Si enim semetipsos quales sunt cognoscere appetunt, non deteriorum conspicere, sed meliorum exempla debuerant. Idcirco ergo peccatores se esse non intelligunt, quia homines non attendunt. Nam si homines attenderent quantum 770 peccando distarent a bonis hominibus, invenirent. De hoc ergo D penitente qui idcirco honorum exempla considerat ut sibimet ipsi quantum a bono recessit innotescat bene dicitur:

#### CAPUT IX.

VERS. 27. — *Respiciet homines et dicet: • Peccavi et vere deliqui, et ut eram dignus non recepi.*

22. *Dum se fide peccatores esse confitentur, de confessione peccati ornari volunt, non humiliari.* — <sup>d</sup> Peccatores se esse plerumque confitentur etiam qui se peccasse non credunt. Nam sæpe contingit ut passim se homines iniquos esse fateantur, sed cum pec-

<sup>d</sup> Pratel., Vindoc., Turon., peccatores se confitentur etiam qui se esse non credunt.

cata sua veraciter aliis arguentibus audiunt, defensunt se summopere, atque innocentes videri conantur. Unusquisque ergo cum talis est, si delinquisse se dicit, vere non dicit, quippe qui peccatorem se non ex cordis intimo, sed verbotenus asserit. Quia enim scriptum est : *Justus in principio accusator est sui* (*Prov. xviii, 17*), iste de confessione peccati orari voluit, non humiliari; per accusationem suam humili appetit videri, non esse. Nam si confitendo peccatum esse humili veraciter appeteret, de perpetratione peccati argentes se alios non impugnaret. Itaque justus vitam suam judicans per exempla meliorum ex cordis intimo cognoscit se esse quod dicit. Ait enim : *Peccavi, et vere deliqui.* Atque de eo ipso quod tolerat flagello subjungit : *Et ut eram dignus non recepi.*

**23.** Qui pro peccatis flagellatur, minus se percussum quam mereatur, agnoscat. *Poena nos interrogat, si vere culpam agnoscamus.* — Unusquisque enim in flagello positus minus adhuc peccata sua considerat, si vel tantum vel amplius se percussum quam merebatur existimat. Iste autem, quia quanto majorum exempla considerat, tanto districtiori examinatione se pensat, minus se percussum quam merebatur agnoscit, quia in illorum justitia conspicit quam gravis sibi culpa fuerit quod erravit; et ideo hoc quod patitur districtum esse non sentit, quia districte novit pensare quod fecit. Valde autem facile est ut peccatorem se quisque, cum nihil pro peccato suo patitur fateatur. Secure videlicet iniquos nos dicimus, cum vindictam nullam de iniquitate sentimus. Nam peccatores nos quidem in tranquillitate loquimur, sed cum de peccatis ipsis flagello interveniente corripimur, murmuramus. *Poena ergo nos interrogat, si veraciter cognoscimus culpam.* Vir itaque justus, quia culpam suam districte considerat, etiam in flagello positus dicat : *Et ut dignus eram non recepti.* Sequitur :

#### CAPUT X.

**Vers. 28.** — *Liberavit enim animam suam, ne pergeret in infernum.*

**24.** Gratiae prævenientis et liberti arbitrii subsequentis concordia. — Quia præveniente divina gratia in operatione bona, <sup>a</sup> nostrum liberum arbitrium sequitur, nosmetipso liberare dicimus, qui liberanti nos Domino consentimus. Unde Paulus, cum diceret : *Abundantius illis omnibus laboravi* (*I Cor. xv, 10*), nē labores stossibi tribuisse videretur, illico adjunxit : *Non autem ego, sed gratia Dei mecum.* Quia enim prævenientem Dei gratiam <sup>b</sup> in se per liberum arbitrium fuerat subsecutus, apte subjungit, *Mecum* : ut et divino muneri non esset ingratius, et tamen a merito liberi arbitrii non remaneret extraneus. De hoc autem qui liberatori suo semetipsum cognoscendo

<sup>a</sup> In Edit. Vatic., Gilot. et plerisque etiam antiquioribus, nostrum liberum arbitrium sequimur. At in Ms. Turon., Norm., etc., legimus, sequitur.

<sup>b</sup> Editi, etiam ipse per liberum arbitrium. Repugnant Ms. Anglie. et Gallic. a quibus nostram lectionem accipimus.

A consensit, recte dicit : *Liberavit animam suam, ne pergeret in infernum.* Sequitur :

*Ibid. — Sed vivens lucem videret.*

Lucem scilicet veritatis quam corde mortuus videre non posset. Vel certe, quia Dominus dixit : *Ego sum lux mundi* (*Joan. viii, 12*), videbunt lucem etiam mortui, **771** quando omnes injusti eum venire ad judicium in humanitatis forma conspexerint. Sed vivens tunc lucem respicit, qui liberis oculis cordis in forma eum divinitatis attendit. Sequitur :

#### CAPUT XI. [Rec. VII].

**Vers. 29.** — *Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos.*

**25.** Tribus vicibus electi prius mœror, posterius gaudio affici solent. — De hoc tentato flagellatoque homine dictum superius fuerat : *Abominabilis ei fit in vita sua panis; et appropinquavit corruptioni anima ejus, et vita illius mortiferis.* Inferius vero subnexum est : *Deprecabitur Deum, et placabilis ei erit; et videbit faciem ejus in jubilo, et liberavit animam suam, ne pergeret in infernum, sed vivens lucem videret.* In his itaque jam collectis coacervatisque sententiis, et supra mœror amaritudinis, et infra subjuncta est lætitia securitatis; moxque post hæc dicitur : *Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos.* Ac si diceret : *Quod semel de uno dixi, hoc tribus vicibus per singulos agitur.* Sed solerter intuendum est quæ tres istæ vices sint quibus unusquisque homo anxietate mœroris afficitur, et post mœrom protinus ad securitatem lætitiae revocatur. Id enim superius, sicut jam dixi, narraverat, quod et gravis prius mœror afficit, et magna postmodum lætitia attollit. Igitor si vigilanter intendimus, has tres vices mœroris et lætitiae in uniuscujusque electi animo istis alternari modis invenimus, id est <sup>d</sup> conversione, tentatione et morte.

**26. 1.** In conversione, cum hinc spiritus vocat, hinc caro revocat. — In prima quippe quam diximus conversionis vice gravis mœror est, cum sua unusquisque peccata considerans, curarum sæcularium vult compedes rumpere, et viam Dei per spatiū securæ conversationis ambulare; desideriorum temporalium onus grave abjecere, et <sup>e</sup> leve jugum Domini libera servitute portare. Cogitanti enim ista occurrit illa familiaris sua delectatio carnalis, quæ inveterata dudum, quanto eum diutius tenuit, tanto arctius astringit, atque a se tardius abire permittit. Et quis ibi mœror, quæ anxietas cordis, quando hinc spiritus vocat, hinc caro revocat; hinc amor novæ conversationis invitat, hinc usus vetustæ perversitatis impugnat; hinc desiderio, ad coelestem patriam gloriat, et hinc in semetipso carnalem concupiscentiam tolerat, quæ eum etiam aliquo modo invitum de-

<sup>c</sup> Vindoc. et pler. Norm., subjecta est.

<sup>d</sup> Baluz., Colbert., Anglic., Norm., etc., hic et infra habent, conversatione, conversationem, conversationis, pro conversione, etc., fortasse ob vocum illarum affinitatem.

<sup>e</sup> Al., lene.

lectat? Recte ergo de hoc amarescente homine dici potest: *Abominabilis ei fū in vita sua panis; et appropinquavit corruptioni anima ejus, et vita illius mortifera.* Sed quia divina gratia diu nos istis difficultatibus affici non permittit, ruptis peccatorum nostrorum vinoctis citius nos ad libertatem novae conversationis consolando perducit, et precedentem tristitiam subsequens latititia refivet; ita ut conversi uniuscujusque animus eo magis ad votum suum perveniendo gaudeat, quo magis se pro illo meminit laborando doluisse. Fit cordi immensa latititia, quia ei quem desiderat, jam per spem securitatis propinquat, ut recte de hoc dici debeat: *Deprecabitur Deum, et placabilis ei erit; et videbit faciem ejus in jubilo.* Vel certe: *Liberavit animam suam ne pergeret in infernum, sed vivens lucem videret.*

**27. 8. In temptationum exercitationes.** Aciores sunt pauci conversationem temptationum stimuli. — At ne conversus quisque jam sanctum se esse credit, et quem memoris pugna superare non valuit, ipsa postmodum securitas sternat, dispensante Deo 772 permititur et post conversionem suam temptationum stimuli fatigetur. Jam quidem per conversationem Rubrum mare transiit est; sed adhuc in eterno vita presentis ante faciem hostes occurruunt. Jam peccata primita velut existencias *Egyptios* post terga reliquimus; sed adhuc nocentia vitia, quasi alii hostes obviant, ut ad terram promissionis pergentibus exceptum iter intercludant. Jam priores culpe, velut inconspicentes adversarii, sola divina virtute praestrata sunt, sed temptationum stimuli, quasi hostes alii contra faciem venient, qui ei cum nostro labore superrentur. Conversio videlicet securitatem parit, mater autem negligentie solet esse securitas. Ne ergo securitas negligentiam generet, scriptum est: *Fili, accedens ad soritulum Dei, sta in justitia et timore, et præpara animam tuam ad temptationem* (*Ecclesiastes* ii, 1). Non enim ait, ad requiem, sed ad temptationem, quia hostis noster adhuc in hac vita nos positos, quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit. Eos enim pulsare negligit, quos quieto jure possidere se sentit. Contra nos vero ex vehementius incitat, quo ex corde nostro quasi ex jure propriæ habitationis expellitur. Hoc enim in eisipso Dominus sub quadam dispensatione figuravit (*Matt. iv, 1*), qui diabolum non nisi post baptismum se tentare permisit, ut signum nobis quoddam futuræ conversionis annueret, quod menemper ejus postquam ad Deum proficerent, tunc aciores temptationum insidias tolerarent. Post priamam igitur vicem mortis atque latitiae, quam unusquisque per studium conversationis agnoscit, hæc secunda suboritur, quia de securitatis negligentia dissolvatur, impulsu temptationis afficitur. Et quidem quisque in ipso conversationis initio magna plerumque excipitur dulcedine con-

solationis, sed duram laborem postmodum experitur probationis.

[*Vet. XIII.*] 28. *Tres conuersio[n]is gradus.* — Tres quippe medi sunt conuersorum, inchoatio, medietas, atque perfectio. In inchoatione autem inveniunt blandimenta dulcedinia, in medio quoque tempore certamina temptationis, ad extreum vero perfectionem plenitudinis. Prius ergo illos dulcia suscipiunt, quæ conscientur; postmodum amara, quæ exceccent; et tunc deam suavia atque sublimia, quæ confirmant. Nam et sponsam suam vir quisque prius dulcibus blandimentis fovet, quam tamem jam conjunctam asperia incovationibus prebat, prebatam vero securis cogitationibus possidet. Unde et plebs israelitica, cum despondente se Deo ad sacras mentis baptias ex *Egyptio* vocaretur, quasi arrbarum vice prius accepit blandimenta signorum; conjuncta autem, probationibus exerceatur in cruce; probata vero, in repremissionis terra virtutis plenitudine confirmatur. Ante igitur in miraculis degustavit quod appetret, postmodum in labore tentata est si custodiare noverit quod gustasset; ad extreum quoque plenius accipere meruit, quod laboribus probata custodivit. Ita ergo vitam uniuscujusque conversi, et inchoatio blanda permulcat, et aspera medietas probat, et plena post perfectio roborat.

**29. Initia conuersio[n]is pacatissima excipiunt gradus temptationes.** Nam saepe conversi quique in ipso adhuc aditu inchoationis suæ, vel tranquillitatem pacatissimam carnis, vel dona prophetæ, vel prædicta C menta doctrinæ, 773 vel signorum miracula, vel gratiam curationis accipiunt (*I Cor. xii, 10*); post hæc autem duris temptationum probationibus fatigatur, a quibus temptationibus adhuc, cum inciperent, valde liberos se esse crediderunt. Quod divinae gratiae dispensatione agitur, ne in inchoatione sua temptationum asperitate tangantur, quia si eorum initia amaritudo temptationis exciperet, tam facile ad ea quæ reliquerant redirent quam nec longius discesserant; nam contemptis prius vitiis, quasi juxta popitis replicarentur [*Quasi reimplicarentur, seu iterum implicarentur*]. Unde et scriptum est: *Cum emisisset Pharaoh populum, non eos duxit Dominus per viam terræ Philistinæ, quæ vicina erat, reputare ne forte penitenteret eum, si vidisset adversum se bella consurgere, et reverteretur in Egyptum* (*Exod. xiii, 17*). Ex *Egypto* itaque exequitibus e vicino bello subtrahuntur, quia dereliquitibus seculum quædam prius tranquillitas ostendit, ne in ipsa sua teneritudine atque inchoatione turbati, ad hoc territi redeant quod evaserunt. Prius ergo suavitatem securitatis sentiunt, prius pacis quiete nutruntur; post cognitam vero dulcedinem, tanto jam tolerabilius temptationum certamina sustinent, quanto in Deo altius cognovere quod ament. Unde et Petrus prius in montem duci-

D rere coacti sumus communī consensu Mst. Novum., Vindoc., Baluz., Colb., etc., quos sequitur velut editio Parisiensis.

<sup>a</sup> Turon., quod dicerentur

Digitized by Google | Распознавание текста  
ABK/FR

<sup>a</sup> Ebrioic. et Vindoc., ante faciem.

<sup>b</sup> Plerique, experitur temptationis.

<sup>c</sup> Editio plerique, adversitate frangantur. Optime quantum ad sensum. Lectionem tamen haec dese-

tur, prius claritatem transfigurationis Dominicæ contemplatur (*Marc.* ix, 1), et tunc demum tentari ancilla interrogante permittitur (*Math.* xxvi, 70), ut per temptationem factus sibi ex infirmitate conscient, sed illud flendo et amando recurreret quod vidisset; et cum eum timoris unda in peccati pelagus raperet (*Math.* xiv, 24), esset prioris dulcedinis anchora quæ retineret. Sæpe autem tam diutina sunt temptationum certamina, quam longa inchoationum fuerant blandimenta. Sæpe vero majus datur in inchoatione dulcedinis, minus autem in labore probationis. Sæpe minus in inchoatione dulcedinis, majus in labore probationis. Nunquam vero laborem temptationis dispar sequitur perfectio firmitatis, quia iuxta summam certaminis remuneratur quisque plenitudine perfectionis. Pierumque autem in eo quisque conversus labitur, quod dum quibusdam donis gratiae, dulcedine inchoationis excipitur, confirmationem accepisse se perfectionis arbitratur, et plenitudinis consummationem æstimat, quæ adhuc blandimenta esse inchoationis ignorat. Unde sit ut dum subita temptationis procella tangitur, despectum se Deo et perditum suspicetur. Qui si inchoationi suæ non passim crederet, adhuc in prosperis positus, mentem ad adversa prepararet, et vitiis venientibus postmodum tam firmius resisteret quam ea etiam sagacius prævidisset. Quæ quidem tranquillius si prævidet tolerat. Eorum tamen omnino certamina, etiamsi prævideat, non declinat, quia cursus nostri itineris nequaquam peragitur sine pulvere temptationis.

\* 30. *Cum temptationes post conversionem aciores quam ante videantur.* — Pierumque autem conversus quisque talibus temptationum stimulis agitatur, qualibus ante conversionis gratiam nunquam pulsatum se esse reminiscitur, non quia tunc hæc eadem radix temptationis deerat, sed quia non apparebat. [Vet. XIV.] Humanus quippe animus multis cogitationibus occupatus, sæpe sibi metipsi aliquo modo manet incognitus, ut omnino quod tolerat nesciat, quia dum per multa 774 spargitur, ab interna sui cognitione removetur. Si autem Deo vacare appetat, et ramos multimoda cogitationis abscidat, tunc libere conspicit, quod de intima radice carnis procedit. Carduus namque si nascatur in via, itinerantium <sup>b</sup> pedibus teritur, atque ipso usu transeuntium ejus superficies ne appareat <sup>c</sup> conficitur. Sed quamvis desuper frumentantes spinæ non appareant, subter tamen radix occulta perdurat. Si autem eum transeuntium pedes terere et calcare cessaverint, mox in superficiem surgendo progreditur, et per spinam prodit in publicum quidquid in radice vivebat occultum. Ita et in corde sacerdotalium sæpe occulta quedam temptationum radix non facile apparet exsurgere, quia velut in via actionum sita transeuntium teritur pede cogitationum,

<sup>a</sup> Idem Cod. cum Baluz. et Colb., qui usus nostri miseris.

<sup>b</sup> Vindoc. et Norm., pedibus conculcatur.

<sup>c</sup> Ita Norm., Vindoc., Turon., Baluz., Colb.; editis habentibus, confringitur, non alia ratione quam quod huic loco magis congruere videatur.

Et per inumeras curas quasi multis itinerantibus premitur, ne videatur. Si autem per conversionis gratiam a via cordis curarum turba removetur, ut nulla actionum insolentia conterat, nullus cogitationum tumultus premat, tunc quod occultum latebat agnoscat, tunc de radice vitiorum pungit libere spina temptationum. Contra quam bene viventis manus agitur ut, in quantum potest fieri, non tegatur occulta, sed radicitus evellatur. Quod donec fiat, uniuscujusque conversi animum ita hæc spina conturbat, ut sæpe percussione subita pene superari se sentiat, ejusque vulnus medullitus inflictum exitialiter pertimescat.

[Vet. XV.] 31. *Tentationes, cum ob assiduitatem despiciuntur, periculosæ. Deus temptationibus probat, non reprobat.* — Pleramque vero ipsi temptationum stimuli, dum in usum veniunt, dilatantur, et non quidem acriores, sed longiores existunt. Minus autem dolent, sed magis insciunt, quia dum menti diutius adhærent, tanto fiunt minus pavendi, quanto magis assueti. Inter hæc ergo <sup>d</sup> deprehensa mens hue illucque distenditur, et multiplicibus temptationum æstibus dissipatur, et sæpe hinc inde provocata, cui tentanti vitio obviet, vel quod primum impugnet, ignorat. Unde plerumque evenit ut dum nimis insurgentia vitia cruciant, dum repugnantis animum famjamque quasi in lapsum desperationis inclinant, conversus quisque hanc ipsam sublimitatis viam, quam sibi ad remedium eligit, expavescat, et quasi in summo eductus titubat, qui in imo solidius stabat. Ita vero circumfrentibus temptationum motibus angustatur, ut recte de eo dici debeat: *Abominabilis est in vita sua panis, et anima illius cibis ante desiderabilis.* Vel certe: *Appropinquavit corruptioni anima ejus, et vita illius mortiferis.* Sed quia misericors Deus probari nos permittit temptationibus, non reprobari, sicut scriptum est: *Fidelis autem Deus, qui con patitur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam proventum, ut possitis sustinere* (I Cor. x, 13), citius nobis consolationis ope succurrit, et surgentes temptationum stimulos mitigat, impugnantesque se cogitationum motus interna pace tranquillat. Moxque anima immensam de spe coelesti lætitiam percipit, dum devictum malum respicit, quod toleravit, ut jure de hoc tentato liberatoque homine dici debeat: *Videbit faciem ejus in jubilo;* et, liberavit animam suam, ne pergeret in interitum, sed vivens lucem videret. Iстis itaque duabus vicibus, id est conversionis et probationis, per moerorem 775 lætitianique transactis, superest tertia, cuius et moerorem adhuc sustineat, et gaudia consequatur.

[Vet. XVI.] 32. *Tertia vice justi ex pavore mortis et timore extremi judicii auxiliatur.* — Post conversionis namque certamina, post probationis serunam, restat adhuc dura tentatio, quia venire

<sup>d</sup> Ita quoque Baluz., Colb., Vindoc., Elwoic. alii que Norm., quibus consentiunt vet. Ed. Paris. et Basil. At in recent. legitur *depressa*.

\* Baluz., Colb., Pratel., *supra quam potestis.* Vindoc., *Fidelis autem est Deus.*

non potest ad peccata gaudia libertatis, nisi prius debitum solverit humanae conditionis. Conversus autem quisque sibi *caute sollicitus*, tacite secum considerare non cessat, *æternus judex* quam districtus adveniat, suamque terminum quotidie prospicit, et ante severitatem tantæ justitiae quas rationes vitaæ suæ sit positurus attendit. Etsi cuncta prava opera, quæ intelligere potuit, devitavit, venturus tamen eorum districto judice, illa magis quæ in semetipsa non intelligit, pertimescit. Quis enim considerare valeat quanta mala per momenta temporum ipsis inconstantibus cogitationum motibus perpetramus? **A** Facile est enim opera perversa vitare, sed nimis difficile est ab illicita cogitatione cor tergere. Et tamen scriptum est: *Væ vobis qui cogitatis inutile* (*Mich. ii, 1*). Et rursum: *In die cum judicabit Dominus occulta hominum* (*Rom. ii, 16*). Qui etiam præmisit: *Inter se in vicem cogitationum accusantium, aut etiam defendantium* (*Ibid., 15*). Et rursum: *Labia dolosa in corde, et corde locuti sunt mala* (*Psal. xi, 3*). Et rursum: *Etenim in corde iniquitates operamini in terra* (*Psal. lvii, 3*). Humana autem anima semel æternitatis statum deserens, ad fluxum temporalitatis delapsa, hanc mutabilitatem alternantium motionum, quam dum caderet volens appetiit, dum conatur surgere, cogitur invita tolerare. Inde quippe punita est unde delectata, quia inde conversa habet laborem certaminis, unde perversa appetit gaudium voluptatis. [Vet. XVII.] Sæpe ergo electis etiam nolentibus in cogitatione subrepitur quod in se quidem solerter inspiciunt, et ante Dei oculos quanti sit reatus attendunt; et cum de his omnibus semper judicia districta pertimescant, tunc tamen hac vehementer motuunt, cum ad solvendum humanae conditionis debitum venientes, <sup>c</sup> districto judici appropinquare se cernunt. Et fit tanto timor acrior, quanto et retributio æterna vicinior. Ante oculos autem cordis nihil inane tunc transvolat de phantasmate cogitationis, quia subductis e medio omnibus, se et illum tantummodo considerant, cui appropinquant. Crescit pavor vicina retributione justitiae, et urgente solutione carnis, quanto magis districtum judicium jamjamque quasi tangitur, tanto vehementius formidatur. Et si ea quæ sciunt nunquam se prætermissem minerunt, formidant tamen illa quæ nesciunt, quia videlicet semetipsos dijudicare et comprehendere omnino non possunt, atque urgente exitu, subtiliori D terrentur metu. Unde Redemptor noster solutioni carnis appropinquans, et membrorum anorum servans speciem, factus in agonia, cœpit prolixius orare (*Luc. xiii, 44*). Quid enim <sup>d</sup> pro se ille cum in agonia esset peteret, qui in terris positus celestia cum potestate tribuebat? Sed appropinquante morte, nostræ mentis in se certamen expressit, qui vim quamdam terroris ac formidinis patimur, cum per solutionem carnis æterno propinquamus judicio. Ne-

<sup>a</sup> Vindoc., facile est autem opera a perversa vanitate, sed nimis difficile est ab illicita cogitatione cor tegere.

<sup>b</sup> Pratol. et alii, locuta sunt. In Vindoc. omittitur hic versus: *Labia dolosa, etc.*

que enim tunc cujuslibet anima immerito terretur, quando post pusillum hoc invenit, quod in æternum mutare non possit.

[Vet. XVIII.] 53. *Quid imminentे morte sit formandum.* — Consideramus quippe quod viam vitaæ præsentis **776** nequaquam sine culpa transire potuimus, consideramus etiam quia nec hoc quidem sine aliquo reatu nostro est, quod laudabiliter gessimus, si remota pietate judicemur. Quis enim nostrum vitam præcedentium patrum valeat vel superare, vel assequi? Et tamen David dicit: *Ne intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens* (*Psal. cxlii, 2*). Paulus cum diceret: *Nihil mihi conscient sum, caute subjunxit: Sed non in hoc justificatus sum* (*I Cor. iv, 4*). Jacobus dicit: *In multis enim offendimus omnes* (*Jac. iii, 2*). Joannes dicit: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est* (*I Joan. i, 8*). Quid ergo facient tabulæ, si tremunt columnæ? Aut quomodo <sup>e</sup> virgula immobilia stabunt, si hujus pavoris turbine etiam cedri quatuntur. Solutioni ergo carnis appropinquans, nonnunquam terrore vindictæ etiam justi anima turbatur. Cui et si quid tranquillum in hac vita sapere potuit, mortis articulo interveniente concutitur, ut jure dici debeat: *Abominabilis fit ei panis in vita sua, et anima ejus cibis ante desiderabilis.* Vel certo propter pavoris passum hoc, quod illic subditur: *Appropinquavit corruptioni anima ejus, et vita illius mortiferis.*

**C** 34. *Justorum animæ hoc pavore a levibus culpis patatur.* — Sed quia justorum animæ a levibus quibusque contagis ipso æpe mortis pavore purgantur, et æternæ retributionis gaudia jam ab ipsa carnis solutione percipiunt, plerumque vero contemplatione quadam retributionis internæ etiam priusquam carne exsponentur hilarescunt, et dum vetustatis debitum solvunt, novi iam munericis letitiae perfruuntur, recte dicitur: *Videbit faciem ejus in jubilo.* Vel certe: *Liberavit animam suam, ne pergeret in interitum, sed vivens lucem videret.* Justi itaque anima in jubilo faciem Dei conspicit, quia tantum de letitia interna percipit, quantum capere vel assumpta vix possit. Ibi igitur lucem vivens videt, quia spiritalem oculum in radios æterni solis infigit. Ibi lucem vivens videt, quia omni jam mutabilitatis vicissitudine atque obumbratione calcata, veritati æternitatis inhæret; ei que inhærendo quem cernit, ad similitudinem incommutabilitatis assurgit, atque in semetipsam auctoris sui inconversibilem speciem dum respicit assumit. Quæ enim ad mutabilitatem per semetipsam lapsa est, ad immutabilitatis statum immutabilitatem <sup>f</sup> videndo formatur. Igitur Eliu de afflictio hoc liberatoque homine, quia prius moeroris amaritudinem et postmodum gaudia consolationis expressit, apte subjunxit: *Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, videlicet conversionis, probationis, et*

<sup>c</sup> Al., districto judicio.

<sup>d</sup> Pratol., pro se ille cum agonia peteret

<sup>e</sup> Vindoc., virgula immutabilitas.

<sup>f</sup> Idem Codex, videndo formatur.

mortis, quia per tria hæc, et duris primum stimulis maioris afficitur, et magnis postmodum securitatis gaudiis resovetur. Et quia electi uniuscujusque mens iisdem tribus vicibus, id est vel labore conversionis, vel tentatione probationis, vel formidine solutionis atteritur, atque ipsa attritione purgata liberatur, apto subjungitur :

## CAPUT XII [Vet. XIX].

Vers. 30. — *Ut revocet animas eorum a corruptione, et illuminet luce viventium.*

35. *Lux præiens, morientium est; lux æternæ, viventium.* — Lux quippe morientum est, quam corporeis oculis cernimus. Qui autem adhuc hunc mundo vivunt, luce morientum tenebrescant. Illuminantur autem luce viventum, qui, despecto temporali lumine, ad splendorem internæ claritatis recurrent, 777 ut ibi vivant, ubi verum lumen sentiendo videant, ubi non aliud lumen, atque aliud vita, sed ubi ipsa lux vita sit, ubi sic nos lux exterius circumscribat, ut interior impleat; sic interior impleat, ut incirem scripta exterius circumscribat. Illuminantur ergo hac luce viventum, quam tanto tune subtiles consipient, quanto nunc ad illam parius vivunt.

36. *Superbi veris et mysticis inania et tumida solent permiscere.* — Magna Eliu ac valde fortia protulit, sed hoc unusquisque arrogans habere proprium solet, quod dum vera ac mystica loquitur, subito per tumorem cordis quedam inania et superba permiscet. Foris enim placere appetit in hoc quod veraciter sentit; et inde mox inanescit a vero, unde a per elationis typum recedit ab intimo. Quia enim approbari doctus exterior querit, intas plenitudinem quod docebatur amittit. Unde et Eliu, quem tenore arrogantium typum sapere jam diximus, postquam multa sapientiae profunda digessit, subito post easdem sententias veraces ac mysticas fastu scientiae inflatus extollitur, cuius mox inflationis merito ejus sensus ad inania verba derivatur. Nam subdidit, dicens :

## CAPUT XIII.

Vers. 34-35. — *Attende, Job, et audi me, et tace dum ego loquor. Si autem habes quod loquaris, responde mihi: loquere, volo enim te apparere justum. Quod si non habes, audi me; tace, et docebo te sapientiam.*

37. *Quando aliquid humiliter loquuntur, diu in ejusdem humilitatis specie non perseverant.* — Qualem se spud se habeat haec locutione manifestat, qua dicit : Attende, Job, et audi me, et tace dum ego loquor. Immensa enim superbia est, a seniore sibi reverentiam exigere, et silentium impigrare meliori se. [Vet. XX.] Quia autem predicatores justi dum quoslibet corripiunt, sapere per humilitatis gratiam<sup>a</sup> ad cognitionum suarum intima revertantur, atque in eo ipso quod corripiunt, ne quid fortasse fallanter exqui-

<sup>a</sup> Baluz., Colbert, et al., per elevationis typhum.  
Edit. Basil. 1514, Vaticana, Gilot., ad cognitio-  
num suarum. nostram lectionem erimus ex MSS.

Anglic., Norm., Turon., etc.

<sup>c</sup> Anglic., Norm. et alii, ut si quid pro se ipsi jus-  
tissime

runt, correptisque licentiam tribuerunt. et si quid pro seipsis Iosifus sentiant fateantur, hoc nonnunquam etiam arrogantes imitari appetunt. Paulisper enim in verbis elatione postposita, quasi eorum quos corripiunt, <sup>b</sup> si forte reperire poterint, justitiam querunt, non quia ita sentiunt, sed quia ornari per humilitatis speciem concupiscunt. Metuunt enim <sup>c</sup> ne superbi ac tumidi, quia sunt, esse videantur. Unde Eliu statim subdidit, dicens : *Si autem habes quod loquaris, responde mihi; loquere, volo enim te apparere justum.* Sed quia hæc ex corde non protulit, audire quod quæsierat non expectavit. Nam illico subjunxit : *Quod signum habes, audi me; tace, et docebo te sapientiam.* Qui enim veraciter querunt audire quod justum est, <sup>d</sup> exanimiter exspectant audire quod quærunt. Eliu autem, quia veraciter requisitionis verba non protulit, dici quod quæsierat non permisit, sed mox quod intrinsecus gestabat erupit, qualecumque se in oculis suis habebat ostendit, dicens : *Tace, et docebo te sapientiam.* Arrogantes enim viri quando aliquid humiliiter sonant, diu in ejusdem humilitatis specie non perdurant. Cum fortasse querunt ut audiant, mox loquendo obviant ne doceantur, quia superfluum vocis quam protulerant citius ostentationis intentio 778 comprimit, quæ ex radice cordis exsurgit, atque eamdem humilitatis formam specie tenus sumptam eo celerius probant quia aliena est, quo illam diutius tenere non possunt. Ecce Eliu justitiam cum requirit ut discat, promittit quia doceat. Ecce quasi requirendo quod justum est aliquid planum sonuerat lingua; sed mox celare non potuit hoc quod alatum tumebat conscientia. Nam repente subjunxit : *Tace, et docebo te sapientiam.* Quia vero arrogantes omnes in eo quod proferunt typho superbizæ inflantur, et, velut in alto positi sic doctorum speciem sumunt ac si eorum verba dignatione quadam super indignos homines cœlitus effundantur, bene a scriptore hujus historiæ versus interponitur, quo dicatur :

## CAPUT XIV [Vet. XXI, Rec. VIII].

CAP. XXXIV, Vers. 1. — *¶ Pronuntians quoque Eliu, etiam hæc locutus est.*

38. *Justi ex radice humilitatis loquuntur; secus ini-  
qui.* — Quid enim per hujus pronuntiationis vocabu-  
lum, nisi inflatio elationis ostenditur, ut verba, quæ  
de alta superbizæ radice veniebant, cum quadam qua-  
si altitudine et distinctione procederent. Ita videlicet prædicare omnes arrogantes solent? Cum quodam  
enim fastu proferunt hoc quod singulariter intellexisse se credunt; et fortasse tunc humilitatem prædi-  
cant, cum per elationis typhum exempla superbizæ  
ostentant. Unde fit ut eorum prædictio concors sibi  
manere non possit, quia id quod rectum loquentes  
seminant, perverse tumentes impugnant. Humilibus

<sup>a</sup> Al.: si forte reperiri posserit.

<sup>b</sup> Turon., ne superbia tumidi.

<sup>c</sup> Baluz. et Colb., corrumpit.

<sup>d</sup> Ita MSS. passim et vet. Edit. In recent. legitur : pronuntians itaque.

namque auditoribus verba sua non compatiendo, sed vix designando largiuntur. Longe quippe se in altum positos testimant, et super eosdem auditores suos quasi praecedentes doctrinæ respectum vix de summo dignanter inclinant. At contra verba justorum ex radice vestiunt humilitatis, ut fructum valeant ferre pietatis: et quidquid salubre potuerint, non tumentendo, sed compatiendo subministrant.<sup>b</sup> Per verba quippe charitatis vel se in auditoribus suis, vel auditores suos in se ita transformant, ac si et illi per istos hoc quod audiunt doceant, et isti per illos hoc quod docendo proferunt discant. Eliu ergo typum arrogantium tenens, et cum pronuntiationis ostentatione inchoans, quid dicat audiamus. Sequitur:

## CAPUT XV.

VERS. 2, 3. — *Audite, sapientes, verba mea, et eruditis auscultate me. Auris enim verba probat, et guttur escas gustu dijudicat.*

39. *Superbi doctores non querunt auditores suos sapientes efficere, sed suam sapientiam ostentare.* — Ac si diceret: Sicut nec auris escas, nec guttur verba cognoscit; ita nec stultus quisque sententiam sapientis intelligit. Sapientes ergo atque eruditi audite quod dico, qui potestis ea quæ fuerint dicta cognoscere. Videamus igitur quantum tumeat, qui verba sua non nisi a sapientibus audiri decenter existimat. Verus autem sapientiae prædicator dicit: *Sapientibus et insipientibus debitor sum* (Rom. 1, 14). At contra arrogans in prædicatione sua aures tantummodo sapientium exspectat, quia non ideo prædicat ut possit quolibet sapientes efficere, sed ideo sapientes quærit, ut possit quod senserit superbio monstrare. Si ciat enim superior dictum est, non illos appetit erudire, sed se ostendere; nec intuetur quoniam justi qui audiunt fiant, sed ipse quam doctus<sup>c</sup>, eum a doctis auditor **779** appareat. [Vet. XXII.] Quia vero prædicationem arrogantium nullus admitteret, si non et aliquid de humilitatis imagine permiscerent, bene Eliu postquam per tunida verba se extulit, rursum quasi ad equalitatem concordiam condescendit, dicens:

## CAPUT XVI.

VERS. 4. — *Judicium eligamus nobis, et inter nos videamus quid sit melius.*

40. *Humilitatem quandoque præ se ferunt, sed fictam.* — Sed utrum hoc judicium ex humili corde quæsierit, facile cognoscimus, si subsequentia ejus verba penseamus. Sequitur:

VERS. 5, 6. — *Quia dicit Job: Justus sum, et Deus subvertit judicium meum. In judicando enim me mendacium est; et violenta sagitta mea usque nullo peccato.*

<sup>a</sup> Locus subobscurus in Editis, nec clarior in MSS. Ebroic. et aliis, ubi legitur: *quasi procedentis doctrinae respectum*, etc.

<sup>b</sup> Ebroic. et Vindoc., vi quippe charitatis. Tuto-densis, vii quippe charitatis.

<sup>c</sup> Pratol., cum pronuntiatione inchoans.

<sup>d</sup> Omnes omnes a doctis in Edit. Rom. et aliis seq. sup-pletivis ex MSS. Anglie., Norm., Vindoc., Colbert. et Baluz.

**A** *Justos falsorum criminum insimulans.* — Hæc beatum Job dixisse queritur, quæ tamen quia minime dixerit, requisita sacra historiæ verba testantur. Sed qui judicium æque quæsierat, ex culpa quam fluxit, protinus sententiam promulgat. Nam sequitur:

VERS. 7, 8. — *Quis est vir, ut est Job, qui bibit subannationem quasi aquam, qui graditur cum operariis iniqualitem, et ambulat cum viris impiis?*

[Rec. IX.] Ecce judicium quærente judicium præstat, et post allegationem suam nulla beati Job exspectata sententia, eum damnatione dignum ex reproborum societate judicavit. Ait enim: *Quis est vir, ut est Job?* Ut utique subaudimus, nullus. Atque subiungit: *Qui bibit subannationem quasi aquam.* Aqua autem cum bibitur, ita liquide sumitur, <sup>e</sup> et ad sorbendum nulla sui pinguedine retardetur. Subannationem vero ut aquam bibere est Deum sine aliquo obstaculo cogitationis irridere, ut in eo quod superbit lingua vel conscientia, nulla trepidatio contradicat. Hæc autem ejus sententia super beatum Job quantum a trame veritatis exorbitet, illa Domini attestatione cognoscimus, qua ad diabolum dicit: *Nanquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra* (Job. 1, 8)? Ecce quem Veritas dicit absque comparatione justum, eum Eliu asserit <sup>f</sup> absque comparatione peccatorem. Sed hæc esse propria arrogantium prædicatorum solent, ut etiam afflictos auditores suos magis districte corripere appetant, quam blande reprovere. Plus enim student, ut mala objurgando increpat, quam bona laudando confirmant. Superiora quippe <sup>g</sup> videri desiderant, et magis gaudent cum eorum animum <sup>h</sup> ira elevat, quam cum charitas exasperat. Semper invenire optant quod increpando rigide feriant. Unde scriptum est: *In ore stulti virga superbias* (Prov. xiv, 3), quia videbiles percutere rigide scit, sed compati humiliter nescit.

**D** 41. *Sancti prædicatori, cum alios corrupti sunt, blandimenta præmittant.* Ut porti medici, prius palpant, postea ferunt. — <sup>i</sup> Solent etiam prædicatores justi auditores suos objurgando corripere, soleat in eorum vitia districta increpatione scire. Unde scriptum est: *Verba sapientium quasi stimuli, et sicut clavi in altum defici* (Eccles. XII, 11). Recte autem eorum verba clavi vocati sunt, quia calpes delinquentium nesciunt palpare, sed pungere. An Joannæ verba clavi non erant, cum dicebat: *Progenies viperarum, quis vobis demonstravit fugere ab ira ventura* (Math. III, 7)? An verba Stephani clavi non erant, cum dicebat: *Vos **780** semper Spiritui sancto resistitis* (Act. VII, 51). An verba Pauli clavi non erant, cum dicebat:

<sup>e</sup> Vindoc., ut ad absorbendum.

<sup>f</sup> In Vindoc. deest absque, sed vitiosus, et contra sanatis Gregorii mentem, cuius scopus est dicere eundem Job quem Deus justis omnibus prætulit ab Eliu iniquorum omnium nequissimum judicatum.

<sup>g</sup> Norm., Vind. et ali, si videri desiderant.

<sup>h</sup> Male in Edit. Rom. et aliis, ita elevat.

<sup>i</sup> Hæc omittuntur in Baluz.

**O** insensati Galatæ, quis vos fascinavit (*Galat.* iii, 1)? Et rursum cum Corinthiis diceret: *Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis* (*I Cor.* iii, 3)? Sed necesse est ut caute videamus quia prædicatores justi in ipsis quos corrigit, cum ex parte alia fortasse aliquid bonæ operationis inveniunt, ad eadem objurgationis verba cum quanta dispensatione descendunt. Ecce Paulus Corinthiis docens, eosque in culpa divisionis aspiciens exorsus est, dicens: *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus divites facti estis in illo* (*I Cor.* i, 4). Multum profecto laudavit quos in Christo divites in omnibus dixit. Et ecce adhuc blandimenta multiplicat, dicens: *In omni verbo et in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis* (*Ibid.*, 5). Testimonium Christi confirmatum est in vobis, dixit, ac si opere peregissent quod doctrina didicarant. Et mox in laudis consummatione subiunxit: *Ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, exspectantibus revelationem Domini nostri Iesu Christi.* Quæso te, Paule, istis tot favoribus jam quo tendas insinues. Et ecce paulo post sequitur: *Obsecro vos autem, fratres, per misericordiam Domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones inter vos sunt.* (*Ibid.*, 10). De quibus contentionebus paulo post subdidit, dicens: *Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis* (*I Cor.* iii, 3)? <sup>a</sup> Ecce quibus laudibus ad aperta correptionis verba descendit; ecce in corde audientium quam blanda favoris manu viam districtæ increpationis aperuit. Prius namque superborum brachia studebat per blandimentorum vincula religare, ut postmodum potuisset vulnus superbie ferro correptionis incidere. Erant profecto in Corinthiis et quæ laudari debuissent, erant et quæ argui. Peritus itaque medicus prius sana membra, quæ circa vulnus erant, laudando palpavit, et postmodum putridum simum vulneris feriendo transfixit. Habet ergo in sanctis præparatoribus ad utraque aptum doctrinæ reguia pondus suum, ut et recta <sup>b</sup> faventes nutriant, et perversa animadvententes abscindant.

[*Vet. XXIV, Rec. X.*] 42. Aliud est perculere cum justitia stimulat, aliud cum inflat superbiam. *Quis in correptione servandus modus.* Hunc ignorant superbii. Nonnunquam vero etiam prædicatores justi rigide ferunt. Sed aliud est cum justitia stimulat, aliud cum superbiam inflat. Justi cum severe corrigit, internæ dulcedius gratiam non amittunt. Nam saepe pro inquietudine refrenanda pravorum duritiam

<sup>a</sup> Vindoc., Pratel. et alii, *ecce quod laudibus ad aperta correptionis.* Hæc omituntur in Baluz. et Colb.

<sup>b</sup> Editi, male, *recta facientes nutriant; omnes enim Mss. habent, faventes, aut, sovientes nutriant.*

<sup>c</sup> In Vulgatis, *districti rigor.* Sequimur Vindoc., Turon., Norm., Colb., et Baluz.

<sup>d</sup> Editoribus placuit, *parescere, quod legitur in Baluz. Colb., Ebroic., Vindoc., Turon., etc., mutare*

<sup>a</sup> districti vigoris assumunt, sed intus charitatis igne liquefunt, atque eorum amore ardent, in quos aspera correptione assunt; seque etiam eis intrinsecus in secreto cordis humiliant, quos foris duris animadversionum stimulis quasi despiciendo castigant. Plenrumque autem et non despiciendo despiciunt, et non desperando desperant, ut tanto eoscelerius a culpa <sup>e</sup> pa- vescere ac resilire faciant, quanto jam quasi vicinus mortis soveam ostentant. Saepè etiam quodam decenti moderamine **781** suas culpas coram discipulis indicant, ut illi audientes discant quomodo semetipsos de suis actionibus subtiliter reprobent. Tanta autem dispensatione se temperant, ut neque cum se erigunt intrinsecus rigidi sint, neque rursum cum se humiliant extrinsecus remissi, quia et in disciplina humilitatem custodiunt, et in humilitate disciplinam. Paulus disciplinam tenuit, cum Corinthiis diceret: *Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis* (*I Cor.* iii, 3)? Sed humilitatem in disciplina non perdidit, quia deprecando premisit, dicens: <sup>f</sup> *Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata* (*I Cor.* i, 10). Rursum humilitatem tenuit, cum eisdem Corinthiis loquens paulo latius fortasse quam voluerat, semetipsum reprehendit, dicens: *Factus sum insipiens* (*II Cor.* xi, 11). Sed disciplinam in hac humilitate non perdidit, quia illico adjunxit: *Vos me cognoscitis.* Exemplum magnæ humilitatis exhibuit, cum discipulis dixit: *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Christum* (*II Cor.* iv, 5). Sed in hac humilitate <sup>g</sup> disciplinæ justitiam non amisit, qui eisdem delinquentibus dicit: *Quid vultis, in virga veniam ad vos* (*I Cor.* iv, 21)? et cetera. Sciunt ergo prædicatores sancti utroque moderamine artem magisteri temperare, et cum delinquentium reatus inveniant, sciunt modo severe corripere, modo humiliter deprecari. Sed cum arrogantes viri eos imitari appetunt, sumunt ab eis aspera verba correptionis, et sumere ab eis veraciter nesciunt preces humilitatis. Magis enim terribiles <sup>h</sup> possunt esse quam mites; et idcirco discunt unde se erigant, et discere negligunt, ut animum submittant. Cumque admonore delinquentes placide nesciunt, nimio rigoris usu per invectionis iracundiam, etiam contra recte agentes effronrantur. Quorum iste Eliu speciem tenens, beratum Job non resovet, sed objurgat, dicens: *Quis est vir, ut est Job, qui bibit subannationem quasi aquam, qui graditur cum operantibus iniuriam, et ambulat cum viris impiis?* [*Vet. XXV.*] Et quia aliena semperest a veritate superbia, mox et ad falsa prorumpit, dicens: *in reviviscere.*

<sup>e</sup> Vindoc. et pler. Norm., *obsecro autem vos.*

<sup>f</sup> Al., *disciplinam justitiae.*

<sup>g</sup> Ita Ebroic. et alii Norm., Vindoc., Baluz. et Coll. In Edit. Paris. 1495 legitur *magis enim terribiles, si possunt, volunt esse quam mites.* Optime sane si Mss. addere aut detrahere licet. Corrupte in Basil. 1514 et Paris. 1518, *terribiles quos possunt, volunt, etc. in aliis Vulgatis, terribiles volunt esse quam.*

## CAPUT XVII.

VERS. 9.—*Dixit enim: Non placebit vir Deo, etiam si eucurrerit cum eo.*

43. *Aliena semper est a veritate superbia.* — Quod profecto quia minime dixerit, quisquis beati Job verba legit agnoscit. Sed qui idcirco loquitur, ut semetipsum ostendendo superbiat, quid mirum si in altero fingit quod reprehendat? Quomodo enim veritati cohæreat in verbis increpationis, quem intra semetipsum longe ab eadem veritate dirimit tumor mentis? Sequitur:

VERS. 10. — *Ideo viri cordati audite me.*

Ecce iterum fastu superbie inflatus, eos tantummodo, qui quasi digne intelligendo, se assequi valent querit, et sic quod sentiebat erumpit, dicens:

## CAPUT XVIII.

VERS. 10 et 11. — *Absit a Deo impietas, et ab Omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, et iusta vias singulorum restituet eis.*

**782** 44. *Deus in hac vita non semper reddis singulis juxta opera.* — Bene dixit, quia in omnipotente Deo iniquitas vel impietas non est. Sed in hac vita nequaquam semper hoc agitur, quod subjunxit, quia juxta opus suum singulis et juxta vias proprias reddit. Nam et multis illicita et perversa perpetrantes gratuito prævenit, atque ad opera sancta convertit, et nonnullos rectis actibus deditos flagello interveniente corripit, ac sic placentes quasi displiceant affligit, Salomone attestante, qui ait: *Sunt justi quibus multa eveniunt, quasi opera egerint impiorum; et sunt impii qui ita securi sunt, ac si justorum facta habent* (*Eccle. VIII, 14*). Quod nimurum omnipotens Deus inestimabili pietate dispensat, ut et justos flagella crucient, ne opera extollant; et injusti saltem sine pena hanc vitam peragant, quia ad tormenta quæ sine fine sunt male agendo festinant. Nam quia aliquando justi nequaquam juxta opera flagellantur, hac ipsa historia quam tractamus ostenditur. Neque enim idem beatus Job pro culpa fuerat flagellatus, qui ante flagelli stimulum ipso judice attestante laudatus est. Verius ergo Eliu diceret, si dixisset: *Quia in omnipotente Deo impietas atque iniquitas non est, etiam cum juxta vias proprias hominibus reddere non videtur.* Nam et quod a nobis non intelligitur, ex occulti judicii non iusta lance profertur. Quia vero prædicatores arrogantes, dum multa inania spargunt, etiam sœpe vera ac solida proferunt, Eliu recte subjungit:

## CAPUT XIX [Vet. XXVI].

VERS. 12. — *Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subvertet judicium.*

45. *Justa Dei judicia, etsi occulta.* — Ad diabolum Dominus dicit: *Commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra* (*Job. II, 3*). Eliu autem dicit: *Quia non condemnabit Dominus frustra.* Quod utique discor-

<sup>a</sup> Mendose in Excusis, ac si.

<sup>b</sup> Pler. Norm. et Vindoc., cui non delebat vitium, sed meritum augebat. Corrupte in Baluz., quod non delebat... augebat. Huic tamen consenit Colbert, Ged., quem ex priori descriptum credoremus, nisi

A dare dictis Veritatis creditur, nisi subtili consideratione pensetur. Aliud namque est damnare, aliud affligere. Afflit ergo juxta aliquid frustra, sed frustra non damnat. An non juxta aliquid frustra Job affixerat, <sup>b</sup> cum non delebatur vitium, sed meritum augebatur? Frustra enim condemnare non potest, quia damnatio fieri non ex parte ad aliquid potest, quæ videlicet in extremo punit omne quod hic quisque inique commiserit. Nec omnipotens Deus subvertit judicium, quia etsi minus recta videntur esse quæ patimur, recte tamen <sup>c</sup> in occulto examine deciduntur. Sequitur:

## CAPUT XX [Rec. XI].

VERS. 13. — *Quem constituit, alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est?*

B 46. *Quem per se condidit mundum, per se quoque regit.* — Ut videlicet subaudias nullum. Per se quippe mundum regit, quem per se condidit; nec egit alienis adjutoriis ad regendum, qui non eguit ad facendum. Sed hæc idcirco colliguntur, ut liquido indicet quia omnipotens Deus, si per semetipsum regere non negilit quod creavit, quod bene creavit utique bene regit, quia quod pie condidit impie non disponit; et qui necrum facta curavit ut essent, quæ sunt facta non deserit. Quia ergo præsens est in regimine qui auctor exstitit in creatione, ideo curam nostri non præterit. Unde et apte subjungit:

## CAPUT XXI.

VERS. 14. — *Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius et flatum ad se trahet.*

C **783** 47. *Curva hominum coraa, cum vult, ad se erigendo, dirigit.* — Curvum cor est cum ima appetit, dirigitur cum ad superna sublevatur. Si ergo homo cor suum ad Dominum dirigit, spiritum et flatum illius Dominus ad se trahit. Spiritum videlicet pro internis cogitationibus, flatum vero qui per corpus trahitur, <sup>d</sup> pro externis actionibus ponit. Deo ergo spiritum hominis et flatum a se trahere est ad conversionem sui desiderii et interiora nostra et exteriora communutare, ut nihil jam menti exterius libeat, nihil caro inferius, vel si appetit, adipisci conetur; sed omne quod homo est ad eum videlicet a quo est et interius desiderando seruat, et exterius se edomando constringat. Unde et apte subjungit:

## CAPUT XXII [Rec. XII].

VERS. 15. — *Deficiet omnis caro simul, et homo in cinerem revertetur.*

48. *Tunc caro deficiet, et homo in cinerem per humilitatem revertitur.* — Simil enim omnis caro deficit, quando jam nullis suis moribus servit, quia præsidiens spiritus cuncta ejus fluxa restringit, et quodam distinctionis sua gladio omne quod in illa male vivebat, interficit. Hoc nimurum disciplinae gladio semetipsum Jeremias interfecrat, cum dicebat: *Postquam convertisti me, egi pœnitentiam; et postquam ostendi in quibusdam, licet paucis et minutissimis, discreparet.*

<sup>c</sup> Al., in occultis.

<sup>d</sup> Vitiose in Rom. Ed., pro æternis actionibus.

*sil mīhi percussi fēmūr mēmūr (Jerem. xxii, 19).* Quid enim in fēmōre, nisi voluptas carnis accipit? Et quid est quod ait: *Postquam ostendisti mīhi, percussi fēmūr mēmūr, nisi quod postquam superna spirituallier vidit, omne quod in se inferius carnaliter vivebat existinxit, ut quanto magis summa patescerent, tanto amplius imā quae temerat non liberent?* Nam quanto incipit quisque superies vivere, tanto et incheat inferius interire. Junta affectum namque carnalis operationis omnis caro Pauli simul interierat, cum dicebat: *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus (Galat. ii, 29).*

[*Vet. XXVII.*] 49. *Peccator mortalitatis suæ obliuiscitur, secus justus.* — Bene etiam Eliu hoc loco subdidit: *Ei homo in cinerem revertetur. In peccato enim quiaque positus mortalitatis suæ oblivisetur, et terram se esse non meminit, dum adhuc per superbiam inflatur.* Post conversionis vero suæ gratiam, cum humilitatis spiritu tangitur, quid esse se aliud quam cinerem recordatur? Jam in cinerem David reversus fuerat, cum dicebat: *Memento, Domine, quod pulvis sumus (Psal. cii, 15).* Abramam in cinerem reversus fuerat, dicens: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinderis (Genes. xviii, 27).* Et si viventem carnem neceon in terra mors solverat, hoc tamen apud se erant, quod se futuros absque dubitatione prævidebant. Hinc alias dicitur: *Austeres spiritum eorum, et deficiant, et in pulverem suum revertuntur (Psal. cur, 29).* Qui autem spiritus, nisi spiritus superbie nominatur? Tollatur ergo spiritus eorum ut deficiant, id est subductio superbie spiritu, nihil se de se esse cognoscant. Et revertantur in pulverem, id est humiliantur ex iustitia conditione. Propter hunc pulverem, ad cuius memoriam qui semetipsos considerant revocantur, per Sapientiam dicitur: *Justi futgebunt, et sicut scindillæ in arundineto discurrent (Sap. iii, 7).* Sancti enim viri dum peccatoribus permiscentur, eos exemplorum suorum igne succidunt, aliquæ omne quod nitent, in cinerem redigunt, quia pietatis flamma consumpti, dum infirmitatem conditionis suæ conspiciunt, nihil aliud quam savillam se esse cognoscunt, ut a superbie suæ duritia resoluti, per penitentiam dicant id quod supra protulimus: *Memento, Domine, quia pulvis sumus (Psal. cii, 15).* 784 Bene ergo dicitur quia cum ad se spiritum hominis Dominus trahit, deficiet omnis caro simul, et homo in cinerem revertetur. [*Res. XLI.*] Hæc Eliu et vera sunt et magna, quæ dicit; sed quia male mox ex eo quod bene sensit intumuit, verbis sequentibus prodit, dicens:

#### CAPUT XXIII [*Vet. XXVII.*].

Vers. 46. — *Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, et ausculta vocem eloqui mei.*

50. *Superbi plus videndo caligant et cœculiunt. Quo magis superbie vitium patimur, minus videmus.* — Habet hoc proprium omnes arrogantes, ut cum for-

Hic, præludentibus MSS. Colb., Baluz., Vindœc., Ebroic. et aliis Norm., emendavimus excusos in quibus legitur: *per omne quod nitent in cinerem re-*

*tasse acutum aliquid sentiant, inde mox ad vitium elationis erumpant, sensusque omnium in sui comparatione despiciant, seque in suo iudicio aliorum meritis anteponant. Quibus contingit miseris ut plus videndo tenebrescant, quia dum subtilia attendunt, semetipsos intueri nesciunt; et quo intelligentiam acutius percipiunt, eo per superbiam deterius cadunt. Qui bene quidem subtilia consiperent, si in eo quod proferunt se viderent. Superius namque Eliu dixerat: *Si habes quod loquaris, responde mihi: loquere, volo enim te apparere justum (Job xxxiii, 32).* Nunc autem ait: *Si habes intellectum, audi quod dicitur.* Ecce quomodo paulisper elatio per verborum incrementa proficit. Superius dubilavit si posset beatus Job proferre quod justum est; nunc vero dicitur si hoc quod dicitur saltem possit audire. Ibi dixit: *Si habes quod loquaris, responde mihi.* Ac si diceret: *Dic aliquid, si tamen dignus poteris esse qui dicas.* Hic autem ait: *Si habes intellectum, audi quod dicitur.* Ac si aperie dicat: *Audi me, si tamen dignus poteris esse qui audias.* Ipsi sunt quodlibet defectus, qui in cordibus reproborum sunt, quibus indesinenter ad deteriora descendunt, quia dum minoria incaute negligunt, ad majora perniciose prorompunt. Jam ei hoc de superbia fuerat, quod beatum Job id quod justum est loqui posse dubitabat. Sed dum hanc in semetipso considerare neglegit, ad nequitiora pervenit, ut non solum posse ab eo dicti quod justum est dubitet, sed etiam dicentem se justa ab eo intelligi posse desperet. Unde vitium superbie ab ipsa mox radice secundum est, ut cum latenter oritur, tunc vigilanter abscidatur, ne proiectu vigeat, ne usq; roboretur. Difficile enim in se quisque inventaret superbiæ comprehendit, quia nimis hoc vitium quanto magis patimur, tanto minus videmus. Sic quippe in mente superbia, sicut in oculis caligo generatur. Quo se hæc latens distat, eo vehementius lumen angustat. Paulisper ergo elatio in præcordiis crescit, et cum se vastius extenderit, oppresse mentis oculum sonditus claudit, ut captivus animus typum elationis et pati possit, et tamen id quod patitur videare non possit. Sed quia arrogantes viri aliquantu, ut diximus, recte non recte sentiunt, et bona inventa non reverunt, sed hæc bene proferre contemnunt. Et post elationis typum, quo dixerat: *Si habes intellectum, audi quod dicitur, subdit dicens:**

#### CAPUT XXIV [*Vet. XXIX.*].

Vers. 47. — *Nanquid qui non amat fiduciam sanctam potest? Quomodo tu eum qui justus es in tantum condemnas?*

51. *In omnibus quæ dicimus attendendum; quid, cui, quando et quomodo dicatur.* — Bonam quidem sententiam protulit, sed beato Job proferenda nota fuit. In omni enim quod dicitur summopere intendendum est quid dicatur, cui dicatur, quando dicatur, quomodo dicatur. Eliu autem attendit quid diceret,

debet.

<sup>b</sup> Turon., cautius percipiunt.

*sed cui diceret non attendit. Beatus quippe Job amabat judicium, 785 quia causas suas cum Domino pensare subtiliter noverat. Nec condemnaverat eum qui justus est, sed cur sine peccato percussus fuerat in dolore positus cum humilitate requirebat. Amat judicium quisquis vias suas subtiliter discutit, et se-cretarium cordis ingressus, quid Dominus ipsi tribuat, quid ipse Domino debeat pensat. Quod beatus Job quomodo non fecerat, qui tam crebra sacrificia in expiatione filiorum etiam pro cogitationibus offerebat? Quia ergo Eliu dixit quod is qui judicium non amat sanari non possit, arguens beatum Job quod judicium non amaret, et quia eum qui justus est condemnasset, illico ejusdem justi, id est Domini, justitiam subdit, dicens :*

**CAPUT XXV [Rec. XIV].**

Vers. 48. — *Qui dicit regi, apostata; qui vocat duces impios.*

52. *Apostata est qui aliis praeest non ut prosit, sed ut dominetur.* — Sæpe novimus quod pierque qui præsunt inordinatum sibi metum a subditis exigunt, et non tam propter Dominum quam pro Domino venerari volunt. Iotus enim se tumore cordis extollunt, cunctosque subditos in sui comparatione despiciunt, nec condescendendo b' consulunt, sed dominando e' premunt, quia videlicet alta cogitatione se erigunt, et sequales se illis q'ribus eos præses contingit non agnoscunt. Contra hunc tumorem per Ecclesiasticum librum dicitur : *Ducem te constituerunt; noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex illis* (Ecclesi. xxxii, 1). Hunc tumorem Dominus per prophetam in pastoralibus increpans sit : *Vos autem cum austoritate imperabatis eis, et cum potentia* (Ezech. xxxiv, 4). Ipsa enim bona quæ subditis dicunt dominando potius quam consulendo proferunt, quia videlicet quidquam eis quasi ex æquo dicere semetipsos existimat deejisse. Singulritate enim gaudent culminis, et non sequalitate conditionis. Sed quia haec timentia corda rectorum subtiliter Dominos pensat, bene contra eos dicitur : *Qui dicit regi, apostata.* Unde quisque enim superbus rector toties ad culpam apostasie dilabatur, quoties, præsse hominibus delectatos, honoris sui singularitate laetatur. Sub quo enim sit non considerat, et quod aequalibus quasi non sit aequalis exultat. Unde autem haec vitiorum radix perillat in corde regentium, nisi ex imitatione illis qui, despectis angelorum societatibus, dixit : *Ascendam super altitudinem nubium, et simili ero Altissimo* (Isai. xiv, 14)? Quia ergo unusquisque rector quoties extollitur in eo quod ceteros regit, toties per lapsum superbie a summi rectoris servito separatur; et cum aequales sibi subditos despiciunt, ejus super se dominiam sub quo omnes aequales sunt non agnoscit, recte dicitur : *Qui dicit regi, apostata.*

[Vet. XXX.] 53. *Impios est, si sue superbie*

<sup>a</sup> Al., in expiationem.

<sup>b</sup> Turon., consolantur.

<sup>c</sup> Baluz. et Colb., præsumunt.

<sup>d</sup> Pratel., cum possemus.

<sup>e</sup> Ita Baluz., Culb. et Norm., quos vet. Ed. 26-

*A exemplo, subditos in præceps trahat.* — Quia vero cum dominando præsunt, exemplo suo: superbie subditos ad impietatem trahunt, apte subjungitur. Qui vocat duces impios. Ad viam namque pietatis ducerent, si subditorum oculis humilitatis exempla monstrarent. [Rec. XV.] Dux autem est impius, qui a tramite veritatis exorbitat; et dum ipse in præceps ruit, ad abrupta sequentes invitat. Dux est impius, qui per tumoris exempla viam ostendit erroris. Paulus dux esse impietatis metuebat, cum potestatis sua celsitudinem reprimebat, dicens : *Nec querentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis, cum possimus oneri esse,* 786 *ut Christi apostoli, sed facti sumus in medio vestrum parvuli* (I Thessal. ii, 6). Parvulus in medio eorum factus fuerat, quia timebat

**B**ne si inter discipulos honorem suæ celsitudinis vindicaret, exempla elationis ostenderet. Timebat nimis ne dum ipse sibi potestatem pastoralis potentiae quæreret, grex subditus per abrupta sequeretur, et ad impietatem sequentes duceret, qui pietatis officium suscepisset.

54. *Sibi subditis virtutum splendore præluceat. Eorum culpas prudenter et humiliiter corrigat.* — Unde necessè est ut is qui præest quæ exempla subditis præbeat solerter attendat; et tantis se sciat vivere, quantis præesse; ac vigilanter inspiciat ne in eo quod prælatus est intumescat; ne jura debitæ potestatis immoderatus exigit; ne disciplinæ jus mutetur in rigorem superbie; et unde a perversitate subditos restringere poterat, inde magis intuentum corda pervertat; ne, ut dictum est, impietatis dux per officium pietatis existat. Non autem debet hominum ducatum suscipere, qui nescit homines bene vivendo præire; ne qui ad hoc eligitar ut aliorum culpas corrigat, quod resceare debuit, ipse committat. Hinc inde ergo se qui præsunt circumspicient, ut sibi et subditis vivant, ut bonum quod faciunt, et intra sinus mentis abscondant, et tamen ex eo ad proiectum sequentium exempla recte operationis impartiant, ut subditorum animadverentes culpas corrigan, nec tamen per vim ejusdem animadversionis intumescant, ut quedam leniter correpta tolerent, nec tamen disciplinas vincula eadem lenitate dissolvant, ut quedam tolerando dissimilant, nec tamen ea crescere dissimilando permittant. Laboriosa sunt ista, et nisi

**D**ivina gratia fulciat, ad custodiendum difficulta. Recte vero de adventu districti judicis per Septentri librum dicitur : *Horrende et cito apparebit, quoniam judicium durissimum e' his qui præsunt fieri* (Sep. vi, 6). Quia ergo plerumque per potestatem regimur ad culpam prorumpitur elationis, atque apud districtum judiciorum ipsa elatio impietas testimatur, bene de Domino per Eliu dicitur : *Qui vocat duces impios.* De ipso quippe ducatu dum superbiant, exemplo suo subditos ad impietatem trahunt.

quuntur. Recentioribus Editoribus magis placuit quantis præest.

<sup>f</sup> Al., circuminspiciant.

<sup>g</sup> Pratel. et alii, in iis qui.

**55.** Alios *judicans*, superno judici assidue se sistat. *Potestas accepta non honor, sed onus cestimanda. Ambitus infinita mala. Cura pastoralis nec cupiditate amplectenda, nec formidine deferenda.* — Unde magnopere curandum est ut qui regendis hominibus præfertur, apud se intra secretarium mentis in cathedra præsideat humilitatis. Cumque judicanti ei a cæteris <sup>a</sup> foris assistitur, vigilanti oculo incessanter aspiciat, cui quandoque judici ipse de his judicandus assistat, ut quanto nunc ante eum quem non videt, sollicitius trepidat, tanto eum cum viderit securior cernat. [Rec. XVI.] Penset ergo qui ad satisfaciendum districtio judici de sua tantummodo anima fortasse vix sufficit, quia quot regendis subditis præst, reddendæ apud eum rationis tempore, ut ita dicam, <sup>b</sup> tot solus animas habet. Quæ nimirum cogitatio, si assidue mentem excoquit, omnem superbie tumorem premit. Et rector providus tanto jam neque rex apostata, neque

<sup>a</sup> Deest foris in iisdem Cod.

<sup>b</sup> Anglic. et Pratel., aliquie Norm., tot so. us animas debet.

\* In Ed. Gussanv., *salubriter lenis*, quod mendum

A dux impius vocabitur, quanto ei cogitatione sollicita potestas quæ accepta est, non honor, sed onus cestimatur. Nam cui esse nunc judicem libet, huic videre tunc judicem non libet. Numerari enim culpæ nequeunt, quæ habenda potestatis amore perpetrantur. Tunc solum vero **787** potestas bene geritur, cum non amando, sed timendo retinetur. Quæ ut ministrari recte valeat, oportet primum ut hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. Percepta autem nec pro formidine debet deseriri, nec ex libidine amplecti; ne aut pejus quis quasi ex humilitate superbist, si divinæ dispensationis ordinem fugiendo contemnat; aut eo jugum **788** superni rectoris abiciat, quo eum super cæteros privatum regimen delectat. Potestas ergo cum percipitur, non ex libidine amanda est, B sed ex longanimitate toleranda, ut inde tunc ad judicium <sup>c</sup> salubriter levis sit, unde nunc ad ministerium patienter gravis innoscit.

typographicum esse putamus. Legitur enim in omnibus libris tam manu exaratis quam Excusis, et legi debet *levis*, ut opponatur *gravi*.

## LIBER VIGESIMUS QUINTUS.

*In explicatione capit. xxxiv, a versu 19 ad 30, de reproborum pœna occultisque Dei judiciis disseritur.*

### CAPUT PRIMUM.

**1.** *Error illorum qui in hominibus quod habent, non quod sunt, attendunt.* — Ilsa humanæ <sup>a</sup> conditionis qualitas indicat quam longe rebus cæteris præstat. Nam collata homini ratio asserit quantum omnia quæ vel vita, vel sensu, vel ratione carent, natura rationalis antecedit. Et tamen, quia ab internis atque invisibilibus oculos claudimus, et visibilibus pascimus, plerumque hominem non ex eo quod ipse est, sed ex his quæ circa ipsum sunt veneramur. Cumque non intuemur quid ipse sit, sed quid possit in acceptance personarum, non ex personis, sed ex rebus adjacentibus ducimur. Sicque sit ut is quoque apud nos intus in despectionem veniat, qui foris honoratur, quia dum pro his quæ circa illum sunt honorabilis habetur, rebus suis in examine nostro postponitur. Sed omnipotens Deus vitam hominum ex sola qualitate interrogat meritorum; et ssepe inde plus punit, unde hic majora ad ministerium contulit. Veritate attestante, quæ ait: *Cui multum datum est, <sup>b</sup> multum queretur ab eo* (Luc. xii, 48). Unde bene nunc per Eliu dicitur:

### CAPUT II.

**CAP. XXXIV, VERS. 19.—Quā non accipit personam**

<sup>a</sup> In Recent. Excusis, compunctionis. Nostræ lectio suffragantur præter vet. Edit. mss. Baluz., Turon., Vindoc., Norm. et Longipontanus, in quo undecim libri posteriæ Moral. leguntur. Favet insuper ratio; agit enim sanctus Gregorius de humanæ conditionis dignitate, at de compunctione nihil dicit.

<sup>b</sup> Pratel., *multum queritur*.

**C** principum, nec cognovit tyrannum, cum disceptaret contra pauperem.

**2.** *Non est acceptio personarum apud Deum.* — Potest autem per principem vel tyrannum quisque superbus intelligi; per pauperem vero humilius designari. Tyrannum ergo disceptantem contra pauperem non cognoscit, quia superbos omnes vitam nunc humilium deprimentes, in judicio nescire se perhibet, dicens: *Nescio vos unde sitis* (Luc. xiii, 25). Et quia sic potenter cum vult destruit, sicut cum voluit potenter creavit, apte ratiocinando subjungitur :

Ibid. — *Opus enim manuum ejus sunt universi.*

[Rec. II.] Atque mox subditur :

### CAPUT III.

**VERS. 20. — Subito morientur, et in media nocte curvabantur populi, et pertransibunt.**

**3.** *Iniquorum omnium mors subita, quia non prævisa.* — Quamlibet sero de hac vita tollantur iniqui, subito et repente tolluntur, quia finem suum cogitando prævidere nesciunt. Subitum est homini, quod ante cogitare non potuit. Subito <sup>c</sup> dives ille tulus est, qui horrea quæ præparabat deseruit, et inferni locum quem <sup>d</sup> non prævidebat invenit. Ad aliud exercebat animam per cogitationem, sed ad aliud emisit per

<sup>c</sup> Vindoc. et Pratel., *dives ille sublatus est*; Vet. Ed., etc., *dives ille raptus est*. In Colb., *ille stultus raptus est*. In recent. Ed., *dives ille stultus raptus est*. Ubi procul dubio Editores in Mss. legerunt *stultus pro tulus*, cuius vocis significationem fortasse non intelligebant. Sic tamen legitur in Baluz. De hac voce jam diximus l. iii, num. 22.

<sup>d</sup> Baluz. et Colb., *non præparabat*.

sententiam; aliud dum viveret contemplatus est, aliud dum moreretur expertus. Reliquit enim diu tractata temporalia, et inopinata invenit aeterna. Unde ei propter hanc ignorantiam cæcitatibus suæ bene per divinam sententiam dicitur: *Hac nocte repetunt animam tuam a te* (Luc. xii, 20). In nocte quippe ablata est, quæ in obscuritate est cordis amissa. In nocte ablata est, quæ considerationis lucem habere noluit, ut quod poterat pati prævideret. Unde bene discipulis futurâ cogitantibus Paulus apostolus dicit: *Vos autem fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filii luxis estis, et filii dei; non sumus nocis neque tenebrarum* (I Thess. v, 4). Dies enim exitus tanquam fur in nocte comprehendit, quando stultorum animas futura non prævidentes ejicit. Unde hic quoque apte subjungitur: *Et in media nocte curvabuntur populi, et pertransibunt.* In media nocte curvati pertransiunt, qui obscuritate suæ negligentie humiliati rapiuntur. Tunc curvabuntur per sententiam judicis, qui nunc curvari negligunt per humilitatem cordis. Electi autem ne inviti curventur in morte, sponte curvantur in humilitate. Unde sanctæ Ecclesie de conversa prole persecutorum dicitur: *Venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt te* (Itai. lx, 14).

4. *Vita hominis post peccatum, transitus est: secus ante peccatum.* — Et bene de morientibus populis non ait: Transibunt, sed *pertransibunt*, quia etiam vivendo temporaliter quotidie ad finem tendimus, et præsentem vitam quasi quamdam viam subigendo transimus. Hoc ipsum enim<sup>b</sup> morituros vivere quasi ad mortem ire est. Et quot dies vita peragimus, quasi in itinere ad locum propositum tot passibus propinquamus. Ipea quippe augmenta detimenta sunt temporum, quia vita nostræ spatia quanta esse coepit, incipiunt jam taonta non esse. [Vet. II.] Primus vero homo ita conditus fuit, ut manente illo decederent tempora, ne cum temporibus ipse transiret. Stabat enim momentis recurrentibus, quia nequaquam ad vita terminum per dierum incrementa tendebat. Stabat tanto robustius quanto semper stanti<sup>c</sup> arctius inhærebat. At ubi vetitum contigit, mox **789** offenso creatore cœpit ire cum tempore. Statu videlicet immortalitatis amissio, cursus eum mortalitatis absorbuit (Genes. iii, 4). Et dum juventute ad senium, senio traheretur ad mortem, transiendo didicit stando quid fuit. Cujus nos quia de propagine nascimur, radicis amaritudinem quasi in virgulto retinemus. Nam quia ex illo originem ducimus, ejus cursum nascendo sortimur, ut eo ipso quotidiano momento quo vivimus incessanter a vita transeamus, et vivendi nobis spatiū unde crescere creditur, inde decrescat. Quia ergo ad summam moriendi quotidie tendimus per incrementa vivendi,

<sup>a</sup> Vindoc., qui in obscuritate.

<sup>b</sup> Turon., morituri vivere.

<sup>c</sup> Ita Turon., Vindoc., Baluz., Colb. et plerique Norm. Editi mutarunt arctius in ardentius.

<sup>d</sup> Baluz., Colb., Ebroie. et Prat., patientia prærogata,

A bene de morientibus nequaquam *transibunt* dicitur, sed *pertransibunt*, quia transeunt etiam dum vivunt, sed *pertransiunt* dum moriuntur: Sequitur.

#### CAPUT IV [Rec. III].

*Ibid.* — Et auferent violentum absque manu.

5. *Iniquos non prævisa Dei manus ad supplicium rapit.* — Subaudis divina judicia. Absque manu vero auferent eum qui manu violentus fuit. Absque manu auferent, quia videlicet subito exitu urgente invisibiliter rapitur, qui visibiliter rapiebat. Vedit ipse quos rapuit, sed quis illum in morte rapiat non videt. Absque manu ergo violentus auferatur, quia et rapto-rem suum non intuetur, et tamen dicitur. Quem tanto sequitur districtior sententia, quanto peccanti ei magna est<sup>e</sup> patientia prorogata, quia divina severitas eo iniquum acrius punit, quo diutius pertulit. Sæpe vero evenit, ut dum peccatores superna clementia exspectat, in majorem cordis cæcitatem prosilient. Unde scriptum est: *An ignoras, quia benignitas Dei ad paenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam et cor impenitens, thesaurizasti iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei* (Rom. ii, 4). Et ecce dum violentus quisque quos valuerit rapit, dum invalidos opprimit, et dum diu omne quod nequiter concupiscit exercet, quia non subito percutitur, sed ejus in finem poena differtur, nequisissima ejus actio a Deo videri non creditur. Unde apte postquam ejus narravit interitum, illico de Dominō adjungit, dicens:

#### CAPUT V.

*Vers. 21. — Oculi enim ejus super vias hominum, et omnes gressus eorum considerat.*

6. *Stultus et impie peccator ex Dei patientia cogitat, sua flagitia aut non videri a Deo, aut approbari. Oculos apriat pena, quos culpa clausit.* — Tunc enim nequaquam considerare credebatur, quando violentus iste omne malum quod poterat inuite perpetrabat. Aestimabatur Deus<sup>f</sup> injusti acta non cernere, quia differebat juste damnare; et magna ejus patientia quasi quædam negligentia putabatur. Iniquus quoque ipse toties se in peccatis suis non videri a Deo credit, quoties inuite peccavit. Cui per quædam sapientem dicitur: *Ne dicas, peccavi, et quid accidit mihi triste* (Eccli. v, 4)? Emendare non vult nequitiam, pro qua dignam non pertulit poenam; et quo pie exspectatus est, eo est ad peccandum nequiter instigatus; et patientia supernæ longanimitatem despiciens, unde corrigerè culpam suam debuit, inde cumulavit, sicut per eundem Job dicitur: *Dedit ei Deus locum paenitentiarum, et ille abutitur eo in superbia* (Job xxiv, 23). Sæpe etiam, quia poenam quam meretur repente non suscipit, hoc ipsum Deo non estimat displicere quod facit. [Vet. III.] Est itaque nunc, et ad quas-

<sup>e</sup> Ita Turon., Baluz., Colb., Vindoc., Longip., Normanni, ubi Editi habent, *injuste acta*.

<sup>f</sup> Al., et patientiam supernæ longanimitatis, ut est in Baluz. et Colb.

<sup>g</sup> Prat., et ad quælibet, blasphemiam præsumendo.

libet blasphemias præsumendo prorumpat; <sup>a</sup> voluptum suarum nequitias implet, aliena rapiat, innocentium oppressionem **790** satietur, et quia nequum percutitur, vias suas a Domino aut non videri aestimet, aut quod pejus est, approbari! Veniet profecto, veniet æterna et repentina percussio; <sup>b</sup> et tunc cognoscet a Deo cuncta conspici, quando se improviso exitu viderit pro cunctorum retributione damnari. Tunc in poena sua oculos aperiet, quos diu tenuit clausos in culpa. Tunc considerasse omnia verum judicem sentiet, quando malorum suorum meritum jam evadere sentiendo non possit. Iniquus ergo qui diu exspectatus est, idcirco est repente sublatus, quia oculi Domini super vias hominum, et omnes gressus eorum considerat. Ac si diceret: Quia ea quæ diu patienter conspicit, quandoque inulta non deserit. Nam ecce subito violentum rapuit, et mala ejus quæ exspectando pertulit animadvertingo resecavit. Nemo igitur dicat humana facta Deum non cernere, cum iniquum quemplam iniquitates suas libete prospicit cumulare. Subito enim tollitur, qui diu toleratur.

**7. Gressus hominis quos Deus considerat, qui sint.** — Gressus vero hominum vocat, vel singulas operationes quibus innitimus, vel alternantes motus intimæ cogitationis quibus quasi passibus, vel longe a Domino recedimus, vel pie Dominò propinquamus. Ad Deum enim quasi tot gressibus mens accedit, quot bonis motibus proficit. Et rursum tot gressibus longe sit, quot malis cogitationibus deterescit. Unde plerumque contingit ut needum procedat in opere enotus mentis, et tamen perfecta jam culpa sit ex ipso reatu cogitationis, sicut scriptum est: *Manus in manu non erit innocens meus* (Prov. xi, 21). Manus enim <sup>c</sup> manus jungi solet, quando quietescit in otio, et nullus eam usus laboris exercet. *Manus ergo in manu non erit innocens malus.* Ac si diceret: Et cum manus cessat ab iniquo opere, malus tamen non est innocens per cogitationem. Quia ergo novimus quod districte omnia non solum facta, sed saltem cogitata pensentur, quid faciemus de incessu mali operis, si sic subtiliter Deus judicat gressus cordis? Ecce occulta mentis nostre itinera nullus hominum videt, et tamen ante Dei oculos tot gressus ponimus quot affectus movemus. [Vet. IV.] Toties ante illum latimer quoties a recto itinere infuriae cogitationis pede claudicamus. Nisi enim in conspectu ejus iste assiduus nostrarum mentium lapsus increceret, per prophetam scilicet non clamaret: *Austerie malum cogitationum vestiarum ab oculis meis* (Isai. i, 16). Hac nimis dicens, vim cooperari nostra malitia quasi ferre se non posse testatur. Quia cooperta illi esse non potest, quia videlicet importune ejus conspectui ingeritur quidquid a nobis illicitum occulte cogitatur

<sup>a</sup> Turon., voluntatum suarum. Ita etiam Baluz. et Colb.

<sup>b</sup> Pratol., et nunc cognoscit; et infra, aperi. sentit, quod etiam legitur in Baluz. et Colb.

<sup>c</sup> Omititur mens in Baluz. et Colb.

<sup>d</sup> Sic legendum cum Baluz., Colb., Norm., etc.,

**A** Omnia enim, sicut scriptum est, *nuda et aperia sunt oculis ejus* (Hebr. iv, 13). Unde hic quoque apostoli subjungitur:

#### CAPUT VI [Rec. IV].

Vers. 22. — *Non sunt tenebras, et non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.*

**8. Nemo judicio Dei qui nihil aut obliviscitur aut ignorat, absconditur.** — Quid per tenebras, nisi ignorantiam, et quid per umbram mortis, nisi oblivionem studuit designare? De quorundam quippe ignorantia dicitur: *Tenebris obscuratum habentes intellectum* (Ephes. iv, 18). Et rursus de oblivione quæ in morte contingit scriptum est: *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum* (Paul. cXLV, 4). Quia ergo **791** per mortem funditus obliviosi traditur quidquid vivendo cogitatur, quasi quedam umbra mortis oblivio est. Sicut enim agit mors interveniens agere esse quod fuit in vita, ita interveniens agere oblitio non esse quod fuit in memoria. Racio itaque umbra ejus dicitur, quia velut de ipsa exprimitur, dum vim illius sopiaendo sensus imitatur. Deus autem quia mala hominum nec cogitata ignorat, nec perpetratia obliviscitur, nisi ab ejus oculis paenitendo delegatur, congrue dictum est: *Non sunt tenebrae et non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.* Ac si diceret: Idcireo ejus judicio nullus absconditur, quia nullatenus potest aut non videre quod facimus, aut oblivisci quod vides.

**9. Omnis mutabilitas Deus est expers.** Non homo, non angeli. — Quamvis intelligi <sup>e</sup> tenebrae vel umbra mortis, etiam aliter possunt. Omnis namque immutatio velut quedam mortis imitatio est. Id enim quod mutat quasi ab eo quod erat interficit, ut desinat esse quod fuit, et incipiat esse quod non fuit. Lumen igitur verum, creator videlicet noster, quia nulla mutabilis vicissitudine tenebretur, nullis naturæ sue defectibus obumbratur, sed ejus esse sine mutabilitate fulgere est, tenebrae vel umbra mortis dicitur ei non inesse. Unde alias scriptura est: *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio* (Jac. i, 17). Et unde rursus Paulus apostolus dicit: *Qui solus habet immortalitatem, et lucem habet inaccessibilem* (1 Tim. vi, 16). [Vet. V.] Sed cum cuncti noverimus quod et humana anima et angelici spiritus sint <sup>f</sup> immortales instituti, cur ab Apostolo solus Deus immortalitatem habere perhibetur, nisi quia solus Deus vere non moritur, qui solus permanet mutatur?

**10. Humana quippe anima in leproso non cadefit,** si mutabilis non esset; quae a paradisi quoque gaudiis expulsa, si mutabilis non esset, ad vitam à deum quam redinet. In hoc ipso vere quod ad vitam redire nimirum, defectus suos cogitat alterante semper mutabilitate tolerare. Quia ergo ex nibili est con-

non decrescit, ut habent Edisti. De hac yoco vide supra, l. xv, num. 71.

<sup>e</sup> Vindoc. et Pratol., in manu jungi.

<sup>f</sup> Prat., tenebrae ejus.

<sup>g</sup> Vindoc. et Pratol., immortales constituti.

<sup>h</sup> Vindoc., Baluz., Colb., minime rediret.

dita ex se nihilominus infra se tendit, nisi ad boni desiderii statum artificis sui manu teneatur. Ex eo itaque quod creatura est, deorsum ire habet. Virtute namque propria in præceps posse se ire considerat, sed ad cretorem suum amoris manu se retinet, ne cadat, quoisque ad immutabilitatem transcat, et eo vere immortaliter, quo immutabiliter vivat.

11. Ipsa quoque angelici spiritus mutabiles ex natura sunt conditi, quatenus aut sua sponte caderent aut ex arbitrio starent. Sed quia humiliiter elegerunt ei inhærente, a quo creati sunt, <sup>a</sup> hanc ipsam in se mutabilitatem suam standi jam immutabilitate vicerunt: ut hoc ipsum merito transcenderent, quod naturæ suæ ordine mutabilitati subesse potuissent. Quia ergo solius divinæ naturæ est umbras ignorantiae mutabilitatis non perpeti, dicatur recte, *Non sunt tenebrae, et non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.* [Vet. VI.] Lux enim æterna, quæ Deus est, quanto incommutabiliter 792 fulget, tanto penetrabiliter videt; et neque occulta nescit, quia cuncta penetrat, neque penetrata obliviscitur, quia incommutabilis durat. Proinde quoties indignum aliquid corde concipimus, toties in luce peccamus, quia ipsa nobis et non sibi præsentibus præsto est, et perverse gradietes in ipsam impingimus, a qua per meritum longe sumus. Cum vero nos videri non credimus, in sole clausos oculos tenemus. Illum videlicet nobis abscondimus, non nos illi. Nunc ergo dum possumus, a conspectu æterni judicis et male cogitata, <sup>b</sup> et pejus perpetrata deleamus; revocemus ante oculos cordis quidquid perverse egimus per nequitiam præsumptionis. Nihil sibi nostræ blandiatur infirmitas, atque in his quæ recolit, semetipsam delicate non palpet, sed quanto sibi malo sit conscientia, tanto in se benignius sit severa, proponat contra se futurum judicium, et quæque in se sentit districte ferienda per sententiam judicis, hæc in se pie feriat per pœnitentiam conversionis. Unde apte postquam violenti hujus pœna descripta est, sequitur:

#### CAPUT VII [Rec. V].

VERS. 23. — *Neque enim ultra in hominis potestate est ut veniat ad Deum in judicium.*

12. *Dei judicium prævenire debemus nosmetipsos* D *judicando.* — Versus iste tanto majore disputatione indiget, quanto hoc quod dicit, si negligitur, acrius dolet. Hic nimur non illud judicium designatur, quod per æternam retributionem punit, sed quod

<sup>a</sup> Hic Gussanv. admonet in Ms. Vaticano i addi sequentia: *Accepterunt ex visione rectoris sui in se ipsis sine defectu persistere. Ex eo tamen eis standi ars nostra conficit, quo dum sciunt quid de propria positione possunt, considerant rectoris sui gubernationi quid debeant. Et quanto facilius sentiunt se posse mutabiliter labi, tanto se ad amorem rectoris sui arctius ne labantur astringunt. Positione propria ad præceps posse se ire cognoscunt, sed ad cretorem suum amoris manu se retinent, ne cadant. Hanc ipsari. Hoc aditamentum et si a stylo Gregoriano non abhorreat,*

A mente conceptum <sup>c</sup> per conversationem diluit. Ad illud quippe venire non desiderat, quisquis se per illud damnari formidat. Dum ergo dicitur: *Neque enim ultra in hominis potestate est, ut veniat ad Deum in judicium, profecto ostenditur esse quoddam judicium quod quandoque etiam a damnatis ac reprobis desideretur. Et quod est illud, nisi hoc, de quo Paulus apostolus dicit: Si nosmetipsos disjudicaremus, non utique judicaremur (1 Cor. xi, 31)? et de quo per prophetam dicitur: Non est judicium in gressibus eorum (Isai. LIX; 8); et de quo David ait: Honor regis judicium diligit (Psal. xcvi, 4); videlicet qui jam Deum honorat ex fide, sollicite judicet quid ei debeat in operatione. Unde rursus scriptum est: Judicare coram Domino, et exspecta eum (Job. xxxv, 14). Coram Domino scilicet judicatur, qui corde Dominum conspicit, et actus suos sub ejus præsentia, sollicita inquisitione discernit. Quem tanto <sup>d</sup> quis securius exspectat, quanto quotidie vitam suam suspectus examinat. Qui enim ad extremum ejus judicium venit, non jam coram filio, sed ab illo judicatur. De hec quoque mentis judicio obliviscenti animæ per prophetam Dominus dicit: Reduc agnè in memoriam, ut judicemur simul; narra si quid habes, ut justificeris (Isai. xlvi, 26).*

[Rec. VI.] 13. *Judicij hujus ordo.* Accusat conscientia, ratio judicat, timor ligat, dolor cruciat. — Debet enim uniuscujusque mens et causas suas apud Dominum, et causas Domini contra se sollicita inquisitione <sup>e</sup> discutere; debet caute pensare, vel quæ ab eo bona percepit, vel quæ mala bonis illius perverse vivendo responderit. Quod electi quidem quotidie facere omnino non cessant. Unde bene Salomon ait: Cogitationes justorum, judicia (Prov. xii, 5).

793 Accedunt enim ad secretarium judicis intra simum cordis: considerant quam districte quandoque feriat qui diu patienter exspectat; metuant in his quæ se egiisse meminerunt, et puniunt flendo quod perpetrasse se intelligunt; timent subtilia dei judicia, etiam de his quæ in semetipsis intelligere fortasse non possunt. Vident enim videri divinitus quod ipsi in se per humanitatem non vident; conspiciunt distinctum judicem, qui quo tardius venit, eo severius percutit. Sanctorum etiam patrum residere conventioni cum eo pariter contemplantur, eorumque vel exempla, vel dicta se contempnsisse reprehendunt, atque in hoc secreto interioris judicii, ipsa mentis suæ executione constricti, pœnitendo feriunt quod superbiendo commiserunt. Ibi namque adversari se quidque se impugnat, enumerant: ibi ante oculos

nullis in Codicibus sive manu exaratis, sive excusis comparet; ne in ipsis quidem Romanis editis.

<sup>b</sup> Mendose in Gussanv., et prius perpetrata. Opponuntur hic matum et pejus; cogitatio mala, et actio pejor. Superius etiam legitur, curat, pro, durat.

<sup>c</sup> Pratel. et alii, per conversionem; quod etiam legitur in vet. Edit. Paris. et Basil.

<sup>d</sup> Baluz., quis securius. Quod optime respondeat alteri membro, suspectus examinat. At in aliis MSS. legitur securius.

<sup>e</sup> Turon., discutere. Debet autem p:nsare.

suos omne quod defleant, coacervant; ibi quidquid per iram districti judicis decerni possit, intuentur; ibi tot patiuntur supplicia, quot pati timent; nec deest in hoc judicio mente concepito omne ministerium, quod punire reos suos plenius debeat. Nam conscientia accusat, ratio judicat, timor ligat, dolor excruciat. Quod judicium eo certius punit, quo interiorius sicut, quia videlicet ab exterioribus non accedit. Unusquisque enim cum causam hujus examinis contra se aggredi cooperit, ipse est <sup>a</sup> actor qui exhibet, ipse reus qui exhibetur; odit se qualem fuisse se meminit, et ipse qui est, per semetipsum insequitur illum qui fuit, atque ab ipso homine adversus semetipsum fit quedam rixa in animo, parturiens pacem cum Deo. Hanc cordis rixam Dominus requirebat, cum per prophetam diceret: *Attendi et auscultavi, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat paenitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci (Jerem. viii, 6)?* Ista cordis humani rixa placatus est, cum propheta suo de Achab rege semetipsum reprehendente loqueretur, dicens: *Vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus (III Reg. xxi, 29).*

**14.** *Hoc judicium quod mali declinant, justi semper exercent, quam utiliter subeamus. Sic a peccati vetestate renovamur.* — Quia ergo nunc in potestate est internum mentis nostrae contra nos subire judicium, recognoscendo accusemus nosmetipso, et quales fuimus poenitendo torqueamus; non cessemus dum licet judicare quod fecimus, audiamus caute quod dicitur: *Neque enim ultra in hominis potestate est, ut venias ad Deum in judicium.* Reproborum namque esse proprium solet, semper prava agere, et nunquam quae egerint retractare. Omne enim quod faciunt ex ea mente pertransiunt, factumque suum nisi cum puniti fuerint, non agnoscunt. At contra electorum est actus suos quotidie ab ipso cogitationis fonte discutiens, et omne quod turbidum profuit ab intimis exsiccare [Vet. VII]. Sicut enim non sentimus quomodo crescent membra, proficit corpus, mutatur species, nigredo capillorum albescit in canis (hac quippe omnia nobis nescientibus aguntur in nobis), ita mens nostra per momenta vivendi ipso curarum usu a semetipsa permittatur, et non agnoscimus, nisi vigilanti custodia ad interiora nostra residentes, proiectus nostros quotidie defectusque pensamus. Hoc ipsum enim in hac mortali vita consistere, quasi ad vetustatem ire est, **794** et cum indiscussa mers relinquitur, in quodam senio corporis sopitur, quia sui negligens, propositum robur insensibiliter perdens, a forma prioris fortitudinis dum nescit senescit. Unde et per prophetam sub

<sup>a</sup> Librarii vitio in Turon. legitur auctor. Legendum est enim *actor*, qui opponitur *reo*.

<sup>b</sup> In Ebroic., Pratel., Utic., Turon., Baluz., Colb., ita legitimus, non placata est, ut habetur in omnibus Edit. etiam vet. una excepta Parisiensi vetustiori. Ex attenta lectione textus liquet corruptam esse lectionem banc excusorum.

A Ephraim specie dicitur: *Comedemus alieni robur ejus, et nescivit; sed ei cari effusi sunt in eo, et ipse ignoravit (Osee ii, 9).* Cum vero semetipsam quererit, et subtiliter poenitendo se discutit, ab ipsa hac vetustate sua lota lacrymis et moerore incensa renovatur, et quae jam pene inveterata <sup>c</sup> fixerat, per subministrata interni amoris studia novum calet. Unde Paulus apostolus usu mortalitatis veterascentes discipulos admonet, dicens: *Renovamini spiritu mentis vestrae (Ephes. iv, 23).*

[Rec. VII.] **15.** *Ut hoc ugamus, nos admonemus exempla SS. Patrum et divina præcepta.* — Sed ad hec agenda valde exempla patrum et sacri eloqui præcepta nos adjuvant. Si enim sanctorum opera inspicimus, et divinis iussionibus aurem præbemus, **B** alia nos contemplata, alia auditæ succendent, et cor nostrum torpore non constringitur, dum imitatione provocatur. Unde bene ad Moysen dicitur: *Ignis in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos, subjiciens mane lingua per singulos dies (Levit. vi, 12).* Altare quippe Dei est cor nostrum, in quo jubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo ad Dominum charitatis flammam <sup>d</sup> indesinenter ascendere. Cui per singulos dies sacerdos ligna subjiciat, ne extinguatur. Omnis enim Christi fidei prædictus membrum utique summi sacerdotis effectus est, sicut cunctis fidelibus Petrus apostolus dicit: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium (I Pet. ii, 9).* Et sicut Joannes apostolus dicit: *Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes (Apoc. ii, 6).* Sacerdos ergo in altari ignem nutriendis, quotidie ligna subjiciat, id est fidelis quisque, ne in eo charitatis flamma deficiat, in corde suo tam exempla præcedentium quam sacre Scripturæ testimonia <sup>e</sup> congerere non desistat. Nam qdasi quedam fomenta igni dare est <sup>f</sup> in excitatione charitatis vel exempla patrum vel præcepta dominica ministrare. Quia etenim interna novitas nostra ipsa quotidie hujus vitae conversatione veterascit, ignis iste exhibitus lignis nutrientibus est, ut dum per usum se nostræ vetustatis extenuat, per patrum testimonia et exempla reviviscat. Et bene illic præcipitur ut in mano ligna per dies singulos congerantur. Haec quippe non sunt, nisi cum nox cætitatis existinguatur. Vel certe quia mane prima pars diei est, postpositis cogitationibus vite præsentis, hoc primo loco quisque fidelium cogitet, ut quod in se jamjamque quasi deficit, quibus valet nisibus studium charitatis inflammet. Ignis enim iste in altari Domini, id est in corde nostro citius existinguatur, nisi solerter exhibitis exemplis patrum et dominicis testimoniis reparatur.

**16.** *Ita charitatis igne succensi, holocaustum Deus sumus. Bene autem illic subjungitur: Et imposito*

<sup>c</sup> Turon. et alii a Guasanv. visi, frigerat.

<sup>d</sup> Guasanv., Gilot. et al. recent., indesinenter accendere. Emendatur ex MSS. Norm., Vindoc., etc., quos sequuntur vet. Edit.

<sup>e</sup> Nonnulli Ed., et sacerdotium.

<sup>f</sup> Pratel. ac Vindoc., congregare.

<sup>g</sup> Ebroic. et Pratel., in exercitationem

*holocausto dampnus adolebit adipes pacificorum* (*Levit.* vi, 12). Nam quisquis in se ignem hunc charitatis accendit, semetipsum utique holocaustum desuper impunit, quia omne vitium quod in se male vivebat exurit. Cum enim cogitationum suarum interna considerat, et vitam reprobam per immutationis gladium tractat, in atra se sui cordis imposuit, et igne charitatis 795 incendit. De qua hostia pacificorum adipes redolent, <sup>a</sup> quia interna novae charitatis impinguatio pacem inter nos et Deum faciens, odorem de nobis suavissimum reddit. Quia vero eadem charitas in cordibus electorum inextinguibilis manet, apte illic subditur: *Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet de altari* (*Ibid.*, 13). Nunquam profecto de altari ignis iste deficiet, quia etiam post hanc vitam eorum mentibus servor charitatis accrescit. *Aeterna quippe contemplatione agitur, ut omnipotens Deus quo magis visus fuerit, eo amplius diligatur.*

[*Vet. VIII.*] 17. *Divinis præceptis et sanctorum exemplis adjuti, libertatem consequimur.* — Quod autem divinis admonitionibus et præcedentium exemplis adjuti de bujus vita profundo liberamur, bene etiam propheta Jeremia in puteum missu signatum est, qui ut levetur ex puto, funes ad eum et panni veteres deponuntur (*Jerem.* xxxviii, 11). Quid enim funibus nisi præcepta dominica figurantur? <sup>b</sup> Quæ quia nos in mala operatione positos, <sup>c</sup> et conviciunt, et eripiunt, quasi ligant et trahunt, coercient et levant. Sed ne ligatus his funibus dum trahitur incidatur, simul etiam panni veteres deponuntur, quia ne divina præcepta nos terreat, antiquorum patrum nos exempla confortant, et ex eorum comparatione facere nos posse præsumimus, quod ex nostra imbecillitate formidamus. Si ergo levari de hoc profundo festinamus, ligemur funibus, id est præceptis dominicis astringamur. Intersint etiam panni veteres, cum quibus melius teneantur funes; id est, præcedentium confortemur exemplis, ne infirmos nos ac timidos præcepta subtilia vulnerent dum levant. Quasi quosdam pannos veteres Paulus apostolus subiungebat, cum levantis discipulis suis præceptis spiritualibus exempla veterum <sup>d</sup> commoda-re, dicens: *Justi ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carcera: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt* (*Hebr.* xi, 36). Et paulo post: *Habentes itaque tantam impositam ruborem testium, deponentes omne pondus, et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen* (*Hebr.* xii, 1). Et iterum: *Mementole præpositorum vestrorum, qui vobis locutis sunt verbum Dei; quorum intuentes exitum conversationis, iniitamini fidem* (*Hebr.* xii, 7). Superius vi-

<sup>a</sup> Norm. et Vindoc., quia interna novae vita impinguatio. Legitur tamen in Vindoc., impugnatio, manifesto antiquarii errore.

<sup>b</sup> Vindoc. et Norm., quæ quasi nos.

<sup>c</sup> Omnes Editi quotquot consuimus habent, et convincunt, crasso errore. Nam legendum esse et convincent, ut est in MSS. Utic. et Pratel., obscurum esse non potest attendenti ad institutum a sancto

PATROL. LXXVI.

A delicit, dum spiritualia præcepta loqueretur, quasi funes miserat, postmodum vero memorans exempla majorum, quasi veteres pannos adhibebat.

18. *A rebus exterioribus ad cor redendum.* — Excitati ergo tot vocibus præceptorum, adjuti tot comparisonibus exemplorum, ad corda nostra redemus, discutiamus omne quod agimus, et quidquid in nobis divinæ rectitudinis regulam offendit, accusemus, ut apud districtum judicem ipsa nos accusatio excuset. In hoc enim mentis nostræ judicio tanto

citius absolvimur, quanto nos districtius reos tem-pora, quibus vacat, quia ad hæc agenda post hujus vite tempora non vacat. Vacue quippe non dicitur: *Neque enim ultra in hominis potestate est ut veniat ad Deum in judicium.* Idcirco namque memoramur quod tunc non possumus, 796 ne nunc quod possumus negligamus. Sed ecce negotia occupant quæ nobis incessanter apposita a considerandis nobismetipsis mentis nostræ oculum declinant. In istis namque visibilibus quæ intuetur cor nostrum extra se spar-gitur, et quid de se intrinsecus agatur obliviscitur dum extrinsecus occupatur. Divina autem vox terribilibus sententis suis quasi quibusdam clavis illud pungit ut evigilet, ut homo occulta super se judicia

C quæ pressus torpore dissimulat, terrore saltem pulsatus expavescat. Ut enim superius diximus, ipso usa vite veteris mens male assueta deprimitur, <sup>e</sup> et in hæc quæ spectat exterius quasi dormiens sopitur: quæ postquam semel se ad appetenda visibilita foras fudit, a contemplandis invisibilibus intus evanuit. Unde nunc necesse est ut quæ per visibilita spargitur de invisibilibus judiciis feriatur; et quia in iis se exterioribus male delectata prostravit, saltem percussa requirat quod deseruit. Ecce autem, Scriptura sacra terrore quadam torpentina corda transfigit, ne in his inhærent quæ exterius deducent, sed quæ interius æterna perdiderunt. Indicat quid sententia occulta decernitur; ne immoderate a nobis hæc publica cogitentur. Dicit quid super nos agatur de nobis, ut ab hoc publico temporalitatis colliga-mus oculum cordis ad secretum interne dispositionis.

[*Vet. IX.*] Nam postquam multa narrata sunt de poena malorum, subito insertur occultum judicium, quod pie super nos justeque disponitur, quomodo D alii perdunt quod tenere videbantur, et alii accipiunt quod alii ex meritis perdunt. Ait enim:

#### CAPUT VIII.

Vkr. 24. *Conteret multis et innumerabilis, et stare faciet alios pro eis.*

19. *Alii perdunt quod tenere videbantur, alii prius perditum recipiunt. In exteriora respici reprobationis*

Gregorio comparationem.

<sup>d</sup> Ebroic. et alii Norm., commendaret.

<sup>e</sup> Vindoc., Ebroic. et alii Norm., perdenda sunt.

<sup>f</sup> Ebroic. et Pratel. quos sequuntur vet. Ed. Paris. et Basil., et in his quæ expectat, quod verbum non infrequenter in MSS. usurpatur pro spectat. In Baluz. et Colb. leg. ut hæc quæ expectat.

Rignum; sicut prædestinationis, ad interiora trahi. — Hoc quotidiè agitur. Sed quia adhuc finis partium ultrarumque non cernitur, minus timetur. Nunquam enim culpam suam reprobri nisi in poena cognoscunt. Et quia plenà differtur, culpa despicitur. Labuntur vero a statu justitiae, et loco vita, illis carentibus, alii sortiuntur. Sed eo lapsus suum negligunt, quo interitum qui se in æternum maneat non attendunt. Si enim ad illud quod illic passuri sunt oculos suos mitterent, hoc <sup>a</sup> quod hic faciunt timerent. Cunctis autem siquiescet quod in illa extrema requisitione examen publicum facturus est omnipotens Deus, ut alios ad tormenta deserat, alios ad participationem regni coetesis admittat. Sed hoc nunc secreto iudicio quotidie agitur, quod tunc <sup>b</sup> publico demonstratur. Nam justus ac misericorditer singulorum corda vel examinans, vel disponens, alios in exteriora respuit, alios ad ea quæ sunt intrinsecus trahit; hos accedit interiora appetere, illos pro voluptatibus suis desert exeriora cogitare; horum mentem ad superna erigit, <sup>c</sup> illorum superbiam in insimilis desideriis merget. Alienæ autem corda humanis oculis clausa sunt, et nescitor qui repellitur, <sup>d</sup> quia penetrari nequeunt quæ ab unoquoque cogitantur. Nam sepe corde perverso needum processit usque ad effectum operis deliberatio cogitationis, et adhuc fortasse per habitum intos astringitur; qui jam **797** mente foris vagatur. Sed tatis quilibet iste tunc ante oculos interni iudicis cecidit; cum ab appetendis interioribus per desiderium exivit. Nonnunquam vero alii post malæ operationis usum ad spem coelestem subito amore reviviscunt; et qui in perversa actione se sparserant, ad sinum interioræ retratationis semelipsos increpando recolligunt. Illos adhuc respicientes homines quales, dum in opere neverant, tales putant. At contra illi per <sup>e</sup> districta considerationis examen vitam suam quamvis recolent insequantur; sciturque quid fuerint, sed quid jam cooperint esse nescitor. In hoc ergo utroque genere hominum sepe contingit ut et ii qui videntur stare humano iudicio jam in conspectu æterni iudicis jaceant; et qui adhuc eorum hominibus jacent, jam in conspectu æterni iudicis stent. Quis enim hominum estimare potuisse Judam vivendi sortem etiam post ministerium apostolatus amittere (Lue. xxiii, 40)? Et quis e contra latronem crederet causam vitæ etiam in ipso articulo mortis invenire? Oculatus autem judex præsidens, et utrorumque corda discernens, alterum pie statuit, alterum justè confregit. Illum districte exterius repulit, hunc introrsus misericorditer traxit. Unde bene etiam per prophetam casueros alios passionis sue tempore atque alios resurrecturos annuntians, ait: *Potum meum cum fletu*

<sup>a</sup> Edit. Rom. Sixti V., mendose; *quod hic fugiunt.*

<sup>b</sup> Recens. Ed., *in publico.* Exponimus in, quædantibus MSS. et vet. Volgatis; siveque elegantius hoc membrum alteri respondet, *hoc nunc secreto iudicio.*

<sup>c</sup> Idem Extus, *istorum per superbiam.* Abundat per, ahesteque a MSS. Vindoc., Norm., etc., nec non

A temperabat (Psal. ci, 10). Potus quippe ab exterioribus interioris trahitur, fletus autem ab interioribus extensis ethanat. Potum ergo Domino cum fletu temperare est aliis ab exterioribus introrsus trahere, aliis ab interioribus in exteriora reprobat. [Vet. X, Rec. VIII.] Conreret ergo nullus es incommunabilis, et stare faciet alios pro eis.

20. Reprobatio prius intus agitur, et postea extrinsecus ostenditur. Electorum numerus certus et definitus.

— Sicut autem supérius diximus, haec contritio prius intus agitur, ut post extrinsecus ostendatur. Haec contritione nonnunquam adhuc quorundam exteriora quasi sana sunt, sed jam interiora putuerunt. Scriptum namque est: *Ante ruinam exaltatur cor* (Prov. xvi, 18). Ibi ergo fletiuntur, ubi superbunt. Unde scriptum est: *Contriti cor eorum fornicari et recedent a me* (Ezech. vi, 9). Interior enim fornicari est exteriorius veritis delectari. Magna autem contritio cordis est haec eadem elatio superbientis. Eo quippe ipso ab integritate salutis corruli, quo factantia cuiuslibet virtutis intumescit. Superbientes enim Deum despiciunt, et relata crætoris sui gloria, propriam querunt. Quibus jam hoc ipsum cecidisse est, amissa superioris sui potentia, in se venisse. Conteruntur etiam, quia, relatis cœlestibus, tertiam querunt. Quæ autem major poterit esse contritio quam deserio crætore creaturam quæcerer; deseritis supernis gaudis, insimilis rebus inhiare? Unde bene per Prophetam dicitur: *Humilia te ipsum peccatores usque ad terram* (Psal. cxlv, 6). Amissis enim cœlestibus, terram est omne <sup>f</sup> quod sitiunt; et dum plus videtur collantur, minus est quod appellant. De quibus rœcie per Jeremiam dictum est: *Recedentes a se, in terra terribilitate* (Jerem. xvii, 13). At contra de electis dicitur: *Cadete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis* (Eze. 2, 20). Ista ergo contritio prius deripit in mente, ut postmodum procedat in opere; prius fundatam cogitationis concitat, ut postmodum fabricam operationis affidat. Unde summa est cura **798** salvandum ut illi vitetur ubi oritur. Scriptum namque est: *Omnis custodia serva cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit* (Psal. iv, 23). Et rursum scriptum est: *Ex corde exentes cogitationes malæ* (Matth. xv, 18). Intus ergo vigilandum est ne mens dum exfoliant cedat. Intus servemos omne quod foris agimus. Si enim semel medullam cordis elationis purissima consumserit, cœlus corravit corpore vacua exterioræ visionis. Notandum vero est quia dum alii carentibus sit standum alii solidari prohibentur, electorum numerus certus et definitus ostenditur. Unde etiam Philadelphæ Ecclesiæ per angelum dicitur: *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam* (Apoc. iii, 11).

[Vet. XI.] 21. Doctrina Ecclesie de prædestinatione

a vet. Vulgatis.

<sup>g</sup> <sup>d</sup> Editi, *quia penetrare nequeunt, quæ sensu carent. Legendum ut in MSS. Vindoc., Uic., Praet., etc., penetrari.*

<sup>e</sup> Ebroic. et alii, *districtæ conversationis.*

<sup>f</sup> Longip., *quod sentiunt.*

*et reprobatione spem nutrit humilium, et elationem superborum premit. Innumerabiles sunt reprobri. — Hac ergo sententia, qua narratur aliorum erigi, aliorum autem vita confringi, et spes nutritur humilium, et elatio premitur superborum, dum et illi bona possunt amittere de quibus superbunt, et isti ea percipere quæ quia non habebant contempnuntur. Formidemus igitur in his quæ accepimus, nec eos qui illa neccum assecuti sunt desperemus. Quid enim sumus hodie novimus, quid autem post paululum possumus esse nescimus. Illi vero quos fortasse despiciimus, et tarde possunt incipere, et tamen vitam nostram ferventioribus studiis anteire. Timendum itaque est ne etiam nobis cadentibus surgat, qui a nobis stantibus irrideatur; quamvis stare jam non novit, qui non stantem novit irridere. Hunc autem supernorum judiciorum metum Paulus apostolus disciplolorum cordibus incutens, ait: *Qui se existimat stare, rideat ne cedat* (I Cor. x, 18). Quod autem dicens: *Contenterit multis, illico adjunxit, Innumerabiles*, vel multitudinem exprimere studuit reproborum, quæ humanae rationis numerum transit; vel certe indicare voluit quod omnes qui pereunt intra electorum numerum non habentur, ut eo sint innumerabiles, quo extra numerum currunt. Unde Prophetia intuens tantos hoc Ecclesiae tempore specie tenus credere, quantos nimis certum est electorum numerum summamque transire, ait: *Multiplicati sunt super numerum* (Psul. xxxix, 6). Ac si diceret: multis Ecclesiam intrantibus, etiam hi ad fidem specie tenus veniunt qui a numero regni cœlestis excluduntur, quia electorum summam sua videlicet <sup>b</sup> multiplicitate transcendunt. Unde et per Jeremiam prophetam dicitur: *Ædificabitur civitas Domino a turre Ananehel usque ad portam anguli, et exhibet ultra normam mensuræ* (Jerem. xxii, 38). Civitatem quippe esse Domini sanctam Ecclesiastis nullus ignorat. Ananehel vero Dei gratia interpretatur. In angulo autem duplæ partes jungitur. Civitas ergo Domini a turre Ananehel usque ad portam anguli sedificari prohibetur, quia sancta Ecclesia a celsitudine supernæ gratiæ inchoans, usque ad ingressum suscepimusque construitur etrorumque populorum, Judaici videlicet atque gentilis. Sed quia in ea crescente multitudine etiam reprobri colliguntur, aperte subditur: *Et exhibet ultra normam mensuræ, quia usque ad eos quoque extenditur, qui normam justitiae transeuntes, intra mensuræ cœlestis numerum non sunt*. Unde per Isaïam quoque eidem Ecclesia dicitur: *Ad dexteram omnium et ad levam dilataberis, et semen tuum gentes hereditabilis* (Isai. lxx, 3). <sup>c</sup> In tanta quippe multitudine gentium ad dexteram **790** extenditur, dum quosdam justiterando suscipit. Ad levam quoque dilataatur, dum ad se quosdam etiam*

<sup>a</sup> Ita Balz., Colb., Longip., Norm. ac vet. Ediſ. In recentioribus legitur despiciens. Gussanvillæns hanc variam lectionem exhibet, quam unde proponserit ignoramus: nec de his eos qui illa neccum assecuti sunt, desperemus.

<sup>b</sup> Vindoc., multitudine.

in iniuitate permansuros admittit. Propter trans multitudinem, quæ extra electorum numerum jacet, in Evangelio Dominus dicit: *Muliti sunt vocati, pauci vero electi* (Matth. xi, 16). Sed quia hoc quod electis aliis alii conteruntur, de merito patientis est, non de iniuitate punientis: *Non enim iniquus Deus, qui infert iram; apte subiungitur* (Rom. iii, 6).

#### CAPUT IX [Rec. IX].

Vers. 25. — *Novit enim opera eorum, et iudicet inducit noctem, et conteruntur.*

22. *Dens peccatorem aliquando punit tenebratione.* — Sciendum summopere est quod aliquis quicunque duobus modis in nocte conteritur, vel cum exterioris penitus tribulatio punitur, vel cum occulta sententia interius caecatur. In nocte corrumpit; cum per extreum iudicium vivendi hominem in perpetuum omittit. Unde scriptum est: *Ligate ei manes et pedes, et miscite eum in tenebras exteriores* (Matth. xxii, 13). Tunc enim coactus in tenebras exteriores militat, quia nōc in interioribus excœcatur voluntarie. Rursum in nocte aliquis conteritur, cum peccatorum precedebit omnia damnatio, veritatis lumen non invenit, et quid deinceps agere debet non agnoscit. [Ver. XII.] Omne quippe peccatum, quod tamē cœlius punitendo non tergitur, aut peccatum est et causa peccati, aut peccatum et poena peccati. Peccatum namque quod punitio non diluit ipsò suo pondere mox ad aliud trahit. Unde sit ut non solum peccatum sit, sed peccatum et causa peccati. Ex illo quippe visio culpa subsequens oritur, ex quo cœcata mens ducitur ut pejus ex alio ligetur. Sed peccatum quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, sed peccatum est et poena peccati, quia justo iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, ut praecedens peccati meritum etiam in aliis cedat. Quem enim libertare noluit, deserendo persecuit. Non ergo immerito pena peccati dicitur, quod justa desuper irrogata cœctate, ex praecedentis peccati ultione perpetratur. Quod videlicet agitur dispositione superius ordinata, sed inservius iniuitate confusa, ut et praecedens tulpa sit causa subsequentis, et rursum culpa subsequens sit poena praecedentis. Quod bene in insidelibus et lubrificis Paulus quasi quoddam semen terroris aspergat, cum dicebat: *Qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis* (Rom. i, 21). Sed quod ex bojus erroris semine pullulavit, illico subiungit, dicens: *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, <sup>b</sup> in immunditiam, ut contumelias afficiant corpora sua in sententiis (Ibid., 24). Quia enim cognoscentes Deum peccatum superbit intelligendo commiseront, cœcantur etiam he intelligant quod committunt. Et qui intelligentiam suam sequi nolunt*

<sup>a</sup> Vindoc., Ebroic. et alii Norm., non cœmantur.

<sup>b</sup> Tur., Longip., Norm., intrante quippe multitudine.

<sup>c</sup> Pratel. inducit.

<sup>d</sup> Longip., ex quo provocata mens.

<sup>e</sup> Vindoc., sit causa peccati subsequentis.

<sup>f</sup> Al., in immunditia.

in peccato et causa peccati, et ipsum lumen intelligi gentiae perdunt in peccato et poena peccati. Prioris ergo peccati merito peccatorum subsequentium fovea legitur, ut qui malum sciens perpetraret, deinceps justus in aliis etiam nesciens cadat.

23. *Culpæ culpis puniuntur, ut ex vitiorum incremento supplicia augeantur.* — Hoc quippe agitur, ut culpæ culpis feriantur, quatenus supplicia sunt peccantium ipsa incrementa vitiorum. Nam quia omnipotens Deus ad penitentiam tempus indulget, quod tamen humana malitia ad usum suæ iniurias intorquet. **800** nimis justo Dei iudicio augeri culpa permittitur, ut ad feriendum altius quandoque cumuletur. Hinc enim rursum de quibusdam Paulus apostolus dicit: *Ut impleant peccata sua semper* (*I Thess. ii, 16*). <sup>a</sup> Hinc voce angelii ad Joannem dicitur: *Qui nocet, noceat adhuc; et qui in sordibus est, sordecat adhuc* (*Apoc. xxii, 11*). Hinc David ait: *Appone iniuriam super iniuriam eorum, ut non intrent in justitiam tuam* (*Psal. LXVIII, 28*). [Vet. XIV.] Hinc rursum de Domino ab eodem Psalmista dicitur: *Immissiones per angelos malos viam fecit semita iræ suæ* (*Psal. LXXVII, 49*). Cor quippe Dominus prioribus meritis aggravatum juste permittit etiam subsequentibus malignorum spirituum persuasionibus falli, quod cum digne in culpa trahitur, reatus ejus in poena cumulatur. Unde et iræ suæ Dominus viam de semita fecisse prohibetur. Latior enim est via quam semita. Ex semita vero iræ suæ viam facere e-t iræ causas districte judicando dilatare, ut qui illuminati agere recte noluerunt, juste cæcati adhuc faciant, unde amplius puniri mereantur. Hinc per Moysen dicitur: *Nondum completa sunt peccata Amorrhæorum* (*Genes. xv, 16*). Hinc per eundem Moysen Dominus dicit: *Ex vinea enim Sodomorum viis eorum, et propago eorum ex Gomorrah* (*Deut. XXXII, 32*). *Uva eorum uva sellis, et botrus amaritudinis in ipsiis. Furor draconum vinum eorum, et furor aspidum insanabilis. Nonne hæc omnia congregata sunt apud me, et signata in thesauris meis? In die ultionis reddam eis* (*Ibid., 33, 34*). Quam multa eorum mala narravit, et tamen illico adjungit: *In tempore quo lapsus fuerit pes eorum* (*Ibid., 35*). Ecce atrocissima illorum facinora describuntur, et tamen ad ultionis diem adhuc subsequens lapsus aspicitur, quo eorum culpæ cumulentur. Habent jam quidem unde ferri mercantur; sed sustinetur tamen adhuc peccatum crescere, ut peccantes possit atrocior poena cruciare. Jam meretur supplicium peccatum et causa peccati; sed exspectatur adhuc, ut augmentum supplicii subroget peccatum, et poena peccati.

24. *Idem peccatum aliquando pœnarest et causa peccati. Deus excusat a cæcitate non liberando.* — Plorunque vero unum atque idem peccatum, et peccatum est ut et pœna et causa peccati. Quod melius ostendamus si res ipsas ad medium deducamus. Effrenata enim ventris ingluvies in fervorem luxuriae plenitudinem carnis instigat. Peccata autem luxuria sæpe

<sup>a</sup> Vindoc., hinc voce angelica in Apocalypsi Joannis dicitur.

A aut perjurio, aut homicidio legitur, ne humanarum legum nitione puniatur. Ponamus ergo ante oculos quod quidam voracitatis sibi frena laxavit, qua voracitate superatus adulterii facinus admisit; deprehensus autem in adulterio, latenter virum adulteræ, ne ad judicium traheretur, occidit. Hoc itaque adulterium, inter voracitatem et homicidium positum, de illa videlicet nascens, hoc generans, peccatum est et poena et causa peccati. Peccatum profecto est per semetipsum; poena vero peccati est, quia culpam voracitatis auxit; causa autem peccati est, quia subsequens etiam homicidium genuit. Unum ergo idemque peccatum est et pœna præcedentis, et causa culpæ subsequentis, quia et transacta dum exaggerat damnat, et adhuc sequentia quæ damnari debeant seminat. **B** Igitur quia peccatis præcedentibus cæcatur oculus cordis, ipsa cæcitas quæ peccantis animum ex anteacta: culpas damnatione confundit merito nox vocatur, quia per hanc ab oculis delinquentis **801** lumen veritatis absconditur. Bene itaque dicitur: *Novit enim opera eorum, et idcirco inducit noctem, et conturbantur,* quia, ut sæpe dictum est, præcedentia nimis mala faciunt, ut ad peccandum iterum tenebris subsequentibus involvantur, ut eo jam lumen justitiae videare non possint, quo illud et quando poterant videare noluerunt. Inducere autem noctem Dominus dicitur, non quod ipse tenebras inferat, sed quod obscura corda peccantium misericorditer non illustrat, ut hoc ipsum in nocte cæcasse sit a cæcitatibus tenebris liberae noluisse. Sequitur:

#### CAPUT X [Rec. X].

Vers. 26. — *Quasi impios percussit eos in loco videntium.*

25. *In Ecclesiæ sinu inique viventes, divina ultio quasi impios percudit. Quasi quid significat in Scripturis. Ecclesia locus est videntium.* — In Scriptura sacra quasi aliquando pro similitudine, aliquando pro veritate ponit, sicut Apostolus dicit: *Quasi tristes, semper autem gaudentes* (*II Cor. vi, 10*). Pro veritate vero ponit, sicut Joannes ait: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre* (*Joan. i, 14*). Hoc autem loco nihil differt utrum pro similitudine an pro veritate sit positum, quia quolibet dicatur ordine, aperte prævara malorum vita signatur. Impios vero Scriptura sacra proprie insideles appellat. Hac namque distantia peccatores ab impiis discernuntur, quia cum omnis impius sit peccator, non tamen omnis peccator est impius. Peccator enim dici etiam qui in fide pius est potest. Unde Joannes ait: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus* (*I Joan. i, 8*). Impius vero proprio dicitur qui a religionis pietate separatur. De talibus enim Prophetæ ait: *Non resurgent impii in iudicio* (*Psal. i, 5*). [Vet. XIV.] Locus autem videntium sancta Ecclesia vocatur. In ipsa enim recte consistit, ut lumen verum, quod

<sup>b</sup> Deest omnia in Pratel., Colb., Baluz.

Deus est, videatur. Unde ad Moysen dicitur: *Esi locus penes me, et stabis supra petram a cum transeat mea maiestas (Exod. xxxiii, 21).* Et post paululum: *Auferam manum meam et videbis posteriora mea (Ibid., 23).* Per locum quippe Ecclesia, per petram Dominus, per Moysen vero multitudo plebis Israelitae figuratur, quae Domino in terra praedicate non eredit. Ipsa ergo in petra stetit, terga Domini transuentis aspiciens, quia videlicet post passionem ascensionemque dominicam, intra sanctam Ecclesiam deducta, fidem Christi percipere meruit; et cuius presentiam non vidit, ejus posteriora cognovit. Dicatur ergo de his, quos intra sanctam Ecclesiam divina ultiō invenit in iniquitatibus perdurantes, dicatur de his quorum vitam Paulus apostolus nota, <sup>b</sup> Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant (Tit. i, 16): *Quasi impios percussit eos in loco idem.* Ibi quippe stabant, ubi Deum videre videbantur. Ibi tenebras dilexerunt, ubi lumen veritatis aspicitur. Et quamvis apertos habuerunt oculos in fide, tenuerunt tamen eos clausos in opere. Unde bene et de Iudea dicitur: *Speculatores ejus cæci (Isai. lvi, 10),* quia videlicet non videbant opere quod professione cernebant. Unde etiam de Balaam scriptum est: *Qui cadens apertos habet oculos (Num. xxiv, 16).* Cadens quippe in opere apertos tenuit oculos in contemplatione. Ita ergo hi etiam oculos aperientes in fide, et non videntes in opere, intra Ecclesiam positi pia specie, extra Ecclesiam inventi sunt impia conversatione. De quibus alias bene scriptum est: *Vidi impios sepultos, qui cum e addiverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi iustorum operum (Eccle. viii, 10).*

**802** 26. *Multos falsos Christianos Ecclesie pax abscondit. Quidam ex professione Christianæ religionis gloriam querunt. — Multos enim peste propriæ pravitatis obcessos sub Christiano nomine ipsa tranquillitas ecclesiastice pacis abscondit. Quos tamen si levis persecutionis aura pulaverit, mox extra aream velut paleas tollit. [Vet. XV.] Quidam vero idecirco Christianitatis vocatione signantur, quia Christi nomine sublimiter exaltato, pene omnes jam videri fideles aspiciunt; et pro eo quod hoc vocari alios certant, ipsi non videri fideles erubescunt, sed esse negligunt quod dici gloriantur. Rem enim virtutis intimæ ad decorum sumunt visionis externæ; et qui ante supernum judicem nudi conscientiae infidelitatem consistunt, ante humanos oculos professione sancta verbo tenus palliantur.*

27. *Fideles qui nequierer vivunt sœpe divino judicio fidei jacturam faciunt. Multi in domo fidei, sine fide moriuntur. His vero fidelium societas in supplicii cumulum cedit. — Nonnulli autem fidem medullitatem tenent, sed vivere fideliter nullatenus curant. Insequuntur*

enim moribus quod credulitate venerantur. Quibus divino judicio sœpe contingit ut per hoc quod nequierer vivunt, et illud perdant quod salubriter eredunt. Incessanter namque se præsis actionibus polluant, et super hoc vindiciam justi judicij retribui posse diadunt; et sœpe cum bene vivere negligunt, etiam persequente nullo usque ad perfidiam dilabuntur. Nam qui imminere districtum judicium non credunt, qui inuite se peccare suspicuntur, quod pacto vel esse vel dici fideles possunt? Fidem quippe perdidisse, est incorrectis malis operibus digna supplicia reddi posse non credere. Quia ergo digna fidei opera servare contemnunt, etiam fidem perdunt, quam tenere videbantur. Super quos bene per Prophetam sub Jerusalem specie inimicorum de-truentum verba memorantur, a quibus scilicet dicitur: *Exinanite, exinanite usque ad fundatum in ea (Psal. cxxxvi, 7).* Paulus quippe ait: *Fundatum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, d quod est Christus Jesus (I Cor. iii, 11).* Inimici ergo destruentes usque ad fundamentum Jerusaleum exinaniantur, quando perversi spiritus a corde fidelium, destructio prius ædificio boni operis, soliditatem quoque exhausti religionis. Sicut enim supra fundamentum fabrica, sic super fidem opera construuntur. Usque ad fundatum ergo exinanisse est everso bene vivendi opere etiam robur fidei dissipasse. Hinc etiam ad Iudeam per Jeremiam dicitur: *Filiū quoque Memphis et Taphneos constupraverunt te usque ad verticem (Jeremi. ii, 16).* Usque ad verticem quippe constuprari est post malæ operationis usum etiam in ipsa fidei sublimitate corrupti. Cum enim nequissimi spiritus uniuscujusque animam in pravis operibus involvunt, sed integratatem fidei vitiare non possunt, quasi adhuc inferiora membra polluant, sed ad verticem non pertingunt. Quisquis autem in fide corruptitur, jam usque ad verticem constupratur. Malignus enim spiritus quasi ab inferioribus membris usque ad summa pertingit, quando activam vitam polluens, castam celitudinem fidei dissidentiae morte corruptit. Quia igitur cuncta hæc humanis oculis absconsa sunt, sed divinis obtutibus patent, et multi in hac domo fidei sine fide moriuntur, dicatur recte: *Quasi impios percussit eos in loco videntium.* Pios enim se in Ecclesia hominibus ostendunt; sed quia divina judicia latere non possunt quasi impiorum feriuntur. Quibus hoc magis **803** ad supplicii cumulum crescit, quod unusquisque eorum in Ecclesia fidelibus admistus veritate fidei sciendo contemnit; atque eo gravior ultiō sequitur, quo per exempla rectorum etiam bene vivendi eos scientia comitatur. Quot enim eis modo recti ac fideles fratres ostenduntur, tot in venturo judicio testibus impugnantur. Scient ergo quod sequi negligunt. Unde et apte subjungitur:

<sup>a</sup> Vindoc. et Pratel., cum transibit. Baluz., cum transiel.

<sup>b</sup> Pratel., quia confitentur.

<sup>c</sup> Ita MSS. Baluz., Colb., Pratel., etc. In Vulgatis, sed hinc videntur. Advivo idem significat ac simpliciter

vivo, sed rarius usurpatur.

<sup>d</sup> Utic. et Pratel., qui est Christus Jesus.

<sup>e</sup> Vindoc. et Norm., et Taphnis. Baluz. et Colb., et Tamnis.

## CAPUT XI [Vet. XVI, Rec. XI].

VET. 27.—<sup>a</sup> Qui quasi de industria recesserunt ab eo.

28. Peccatum aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio, quod gravius, perpetratur. Aliud bonum non facere, aliud nec amare, aliud odire. — Scendum quippe est quod peccatum tribus modis committitur (*De pœnit.*, dist. 2, can., *Scendum*). Nam aut ignorantia, aut infirmitate aut studio perpetratur. Et gravius quidem infirmitate quam ignorantia, sed multo gravius studio quam infirmitate peccatur. Ignorantia Paulus pœcaverait, eum dicebat : *Qui prius fui blasphemus, et persecutor, et consummator; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate* (*I Tim.* 1, 18). Petrus vero infirmitate peccavit, quando in eo omno robur fidei quod Domino perhibuit una vox pueræ concussit, et Deum quem corde tenuit voce denegavit (*Luo. xxii, 57*). Sed quia infirmitatis culpa vel ignorantiae eo facultas tergitur, quo non studio perpetratur, Paulus quæ ignoravit sciendo correxit, et Petrus motam et quesi arescentem jam radicem fidei lacrymis rigando solidavit. Ex industria vero peccaverunt li de quibus ipse magister dicebat : *Si non venissem et locutus fuisset eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo* (*Joan. xv, 22*). Et paulo post : *Et viderunt, et oderunt me et Patrem meum* (*Ibid., 24*). Aliud est cuim bona non facero, aliud bonorum odisse doctorem; sicut aliud est præcipitatione, aliud delibera-tione peccare. Sæpe enim peccatum præcipitatione, committitur, quod tamen consilio et deliberatione damnaatur. Ex infirmitate enim plerumque solet aecidere amare bonum, sed implere non posse. Ex studio vero peccare est bonum nec facere nec amare. Sicut ergo nonnullam gravius est peccatum diligere, quam perpetrare, ita nequius est odisse iustitiam quam non fecisse. Sunt ergo nonnulli in Ecclesia qui non solum bona non faciunt, sed etiam persequuntur; et quæ ipsi facero negligunt, etiam in aliis detestantur. Morum peccatum scilicet non ex infirmitate vel ignorantia, sed ex solo studio perpetratur, quia videlicet si volent implere bona, nec tamen possent, ea quæ in se negligunt saltem in aliis amarent. Si enim ea ipsi vel solo voto appeterent, facta ab aliis non odissent; sed quia bona eadem audiendo cognoscunt, <sup>b</sup> vivendo despiciunt, animadverteudo perseguuntur, recte dicitur : *Qui ex industria recesserunt ab eo. Unde et apte subjungitur :*

## CAPUT XII.

Iust. — *Et omnes vias ejus intelligere noluerunt.*

29. Quam graviter delinquent, qui sua ignorantia impunitatem peccandi querunt. Aliud est nescisse, aliud coire noluisse. — Non enim ait : Infirmitate non intelligunt, sed, intelligere noluerunt, quia sæpe

<sup>a</sup> Utic. et al. Norm., bic et deinceps, quia quasi de industria; quod etiam habes in vet. Ed.

<sup>b</sup> Baluz. et Colb., videndo.

<sup>c</sup> Utic. ei Pratol., et non faciens digna, plagis rapulabit paucis. Quæ lectio non solum recedit a Vulgata, sed etiam contra Grecum textum pugnat.

<sup>d</sup> Baluz. et Colb., investigando fuerat, si occulta

A quæ facere despiciunt, etiam scire contemnunt. Quia enim scriptum est : *Servus nesciens voluntatem domini sui, et faciens digna plagis, vapulabit paucis; et servus sciens voluntatem domini sui, et non faciens faxta eam, plagis vapulabit multis* (*Luc. xii, 47*); impunitatem peccandi existimant remedium nesciendi. **304** Qui nimis sola superbite caligine tenebrescant, atque ideo non discernunt quia aliud est nescisse, aliud scire noluisse. Nescire enim ignorantia est; scire noluisse, superbia. Et tanto magis excusationem non possunt habere quia nesciant, quanto magis eis etiam nolentibus opponitur quod cognoscant. Unde per Salomonem dicitur : *Nunquid non sapientia clamitat, et prudentia dat vocem suum, in summis excelsisque verticibus super viam in mediis stans semitis* (*Prov. viii, 1*)? Transire fortasse per viam vitæ temporalis cum ejus ignorantia poteramus, si hæc eadem sapientia in semitis angulis constitisset.

30. *Via divina sapientia per Incarnationem omnibus patent. Vias Dei intelligere, quid sit. Lumen intelligentiae humilitas aperit, superbia claudit.* — Investiganda fuerat, si occultiari voluisse. Sed postquam incarnationis suæ mysteria publice ostendit, postquam humilitatis exempla superbientibus præbuit, semetipsam nobis quasi transeuntibus in mediis semitis fixit, ut videlicet in eam, quam querere nolumus, impingamus; et quam transeuntes videre negligimus, tangamus offendentes. Dicatur itaque : *Et omnes vias ejus intelligere noluerunt. Via quippe est incarnationis sapientie omnis actio quam temporaliter gessit. Vias ejus sunt vivendi ordines, quos ad se venientibus stravit. Tot itaque ad se venientibus vias præboit, quot bene vivendi exempla monstravit. Humilitatis ejus vias Propheta aspergerat, cum suspirabat, dicens: In mandatis tuis me exercebo, et considerabo vias tuas* (*Psal. cxviii, 15*). Hinc rursum de unoquoque justo dicitur qui curat ut per dominica exempla gradiatur : *A Domino gressus hominis dirigitur, et viam ejus cupit nimis* (*Psal. xxxvi, 25*) [*Vet. XVII*]. Quia ergo superbi quiique humiliatis dominicæ facta contemnunt, recte dicitur : *Vias ejus intelligere noluerunt. Vias enim istæ visione despectæ sunt, sed intellectu reverendæ. Aliud quippe est in eis quod cernitur, aliud quod exspectatur. Quid enim in hac vita aliud quam dejectionem, sputa, ludibria, mortemque intuentium oculis ostendit? Sed per hæc iulma transitur ad summa, per hæc dedecora quæ præcedunt æterna nobis et gloriosa pollicentur. Viderunt ergo superbis vias Dei, sed intelligere noluerunt, quia dum abjecta quæ in se illæ ostendunt despiciunt, perdidierunt isti sublimia quæ promittuntur. Vias itaque Dei intelligere est et humiliiter tolerare transitoria, et perseveranter exspectare mansura, ut exemplo Domini coetera esse voluisse.*

<sup>e</sup> Ita Ebroic. et alii Norm., Vindoc., Baluz., Colbert. In vet. Ed. legitur : *quia dum abjecta quæ in se illæ ostendit, despiciunt, perdidierunt isti sublimia quæ promittuntur. At recent., perdidierunt justæ sublimitæ quæ promitti.*

quæstatur gloria opprobriis temporaliibus comparata, et non quod hic quiaque tolerat, sed in id quod exceptio iudicatur. Ad hanc ergo superbi clausos oculos tenetemur, quia dum in gloria presentis viæ superbi humilitas Dominicae celsitudinem non videbunt. Lumen enim intelligentiae humilitas aperit, superbi abecondit. Nam secretum quoddam pietatis est, et tanto minus ad illud animus pervenit, quanto magis intumescit, quia eo ipso foras repellitur, quo ingeriatur et afflatur. Sequitur :

## CAPUT XIII [Rec. XII].

VERS. 28. — *Ut pervenire sacerent ad eum clamorem egeni, et audiret vocem pauperum.*

31. *Clamor pauperum ad Deum quando perveniat.*  
*Pictus est pastor qui prædicatione neglecta, curis sacerularibus occupatur. Confessionis necessitas.* — Cum enim isti superbiant, clamant ad Deum hi qui ab ipsis superbientibus opprimuntur. Vel certe indecirco dicitur quod ad Deum fecerunt clamorem pauperum 805 pervenire, quia isti cadentibus, in eorum locum pauperes, id est spiritu humiles subrogantur. Et quia hoc eorum casu factum est, ipsi fecisse referruntur, eo videlicet locutionis genere, quo pugnare casta dicimus, quia pugnatur ex illis. Vel certe quia cuncta quæ superius dicta sunt referri etiam ad rectores Ecclesiasticos possunt, qui relicto prædicationis studio, sub occasione regiminis, terrenis negotiis involvuntur, apte subjungitur : *Ut pervenire sacerent ad eum clamorem egeni, et audiret vocem pauperum;* quia nimirum dum ipsi curis sacerularibus occupati prædicationis officium deserunt, gregem subditum in querelarum prorumpere clamorem compellunt, ut quasi jure unusquisque subjectus de vita facti pastoris immurmure, cur teneat magistri locum, qui non exercet officium. Quamvis fortasse melius per tumorem potentium superbia Judæorum, et per clamorem pauperum desideria gentium figurantur, sicut, attestante Veritate, per epulantenem splendide divitem Judaicus populus designatur; copiam scilicet legis non ad necessitatem salutis, sed ad pomparam elationis assumens, atque in præceptorum verbis non semetipsum ordinate reficiens, sed jactanter ostendens; et per vulneratum Lazarum, qui interpretatur adjutus, forma populi gentilis exprimitur, quem divinum adjutorium tanto magis erigit, quanto minus de suarum virium facultate consistit. Qui pauper et plenus vulneribus esse describitur, quia gentilitas corde humilis peccatorum suorum aperuit confessiones. Nam sicut in vulnere ab internis trahitur virus in cute, ita in confessione peccati, dum in publicum secreta panduntur, quasi mali humores a visceribus intimis foras prorumpunt. His ergo peccantibus, pauperum clamor auditur, quia dum Iudei contra Deum superbiant, ad Deum vota gentilium pervenerunt. Unde et mox haec ipsa immensa ac profunda judicia perhorrescens, non ea curat ra-

tione discutere, sed admiratione venerari, atque ait :

## CAPUT XIV [Rec. XIII].

VERS. 29. — *Ipsa enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum suum, quis est qui contempletur eum?*

32. *Cur unus vocetur et trahatur, alter repellatur, nemo discutiat.* — Nemo ergo discutiat cur, stante Iudaico populo, quodum in infidelitate gentilium jacuit; et cur, ad unum gentilitatem surgente, judaicum populum et infidelitatem culpa prostravit. Nemo discutiat cur alius trahatur ex dono, alius repellatur ex merito. Si enim gentilitatem mirari assumptam, *Ipsa concedente pacem, quis est qui condemnet?* Si Iudeam obstupesci perditam, ex quo absconderit vultum suum, quis est qui contempletur eum? Itaque consilium summae et occultæ virtutis satisfactio fit aperiæ rationis. Unde et in Evangelio, Dominus, cum de hujus rei causa loqueretur, ait : *Confiteor tibi, Pater Domini celi et terræ, quia abscondisti hunc a sapientiis et prudentiis, et revelasti ea parvulis. Ita, pater* (Matth. x, 25). Atque mox laquam ratiopem quamdam absconsionis ac revelationis adjungens, ait : *Quiq sic fuit placitum apote te. Quibus nimirum verbis exempla humiliatis accipimus, ne temere discutere superna consilia de aliorum vocatione, aliorum vero repulsione presumamus. Cum enim intulisset utrumque, non mox rationem reddidit, sed sic Deo placitum dixit, 806 hoc videlicet ostendens, quia injustum esse non potest quod placuit justo. Unde et in vinea laborantibus mercedem reddens, cum quosdam operarios inæquales in opere æquaret in præmio, et plus in mercede quæreret qui labori amplius insudasset, ait : Nonne ex denario conveniasti mecum? Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi; an non licet mihi quod volo facere* (Matth. xx, 13)? In cupitis ergo quæ exterius disponuntur, aperta causa rationis est occultæ justitia voluntatis. Dicatur itaque : *Ipsa enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum suum, quis est qui contempletur eum?* [Vet. XIX.] Et quia sic minima sicut maxima, sic singula Deus iudicat sicut cuncta, apte subjungitur :

## CAPUT XV.

Ibid. — *Et super gentem, et super omnes homines.*

33. *Deus minime prouideit ut maximis; et singulis ut universis.* — Ac si apte admonet et intendere, quia hoc iudicium, quod super unam gentem describitur, etiam super omnes homines invisibili examinatione celebratur, ut alius eligatur, alius repellatur occulte, sed nullus iniuste. Hoc ergo quod in maximis fieri cernimus, etiam in nobis singulis caute timemus. Sic enim intenduntur divina iudicia super unam animam, sicut super unam urbem; sic super unam urbem, sicut super unam gentem; sic super unam gentem, sicut super universam generis humani multitudinem; quia et sic intendit Dominus singulis,

<sup>a</sup> Longip. et Pratel., aliquie Norm., inflatur.

<sup>b</sup> Pratel., qui ipsis superbientibus.

<sup>c</sup> Pratel. et nonnulli Norm., in infidelitatis culpa.

<sup>d</sup> Vindoc. Ebroic. et alii Norm., quæ exterius apponuntur.

ac si vacet a cunctis; et sic simul intendit omnibus, ac si vacet a singulis. Qui enim omnia administrando implet, regit implendo; nec universis deest, cum disponit unum; nec uni deest, cum disponit universos, cuncta scilicet naturae suae potentia quietus operatur. Quid ergo mirum quia non angustatur intentus, qui operatur quietus? Dicatur itaque quia hoc subtile judicium exercet et super gentem, et super omnes homines. [Rec. XIV.] Quia igitur de specie<sup>b</sup> transivit ad genus, nunc de genere se convertit ad speciem, et quid Iudea proprie mereatur, ostendit dicens :

### CAPUT XVI [Vet. XX].

VERS. 30.— *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.*

34. *Qui mali prælati subjacent, id suæ culpæ tribuant. Propter peccata populorum regnaturus est Antichristus.* — Verum namque regem super se Iudea regnare noluit, et idcirco exigentibus meritis hypocritam accepit, sicut ipsa quoque Veritas in Evangelio dicit : *Ego veni in nomine Patris mei, et non accipietis me; si alius venerit in nomine suo, illum accipietis* (Joan. v, 43). Et sicut Paulus ait : *Pro eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio* (II Thess. ii, 10). In eo ergo quod dicitur : *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi,* potest ipsum omnium hypocitarum caput Antichristus designari. Seductor quippe ille tunc sanctitatem simulat, ut ad iniquitatem trabat. Sed propter peccata populi regnare permittitur, quia nimis tunc ipsi sub illius regimine præordinantur, qui ejus dominio digni ante sæcula præsciuntur, qui peccatis subsequentibus exigunt, ut sub illo<sup>a</sup> judiciis præcurrentibus disponantur. Quod ergo tunc Antichristus super impios regnat, non est ex injustitia judicantis, sed ex culpa patientis; quamvis plerique et principatum illius non viderunt, et tamen ejus principatu peccatorum suorum conditione deserviunt, quia et quem dominantem sibi minime conspiciunt, eum proculdubio perverse vivendo venerantur. An non 807 ejus membra sunt, qui per affectationem sanctitatis speciem appetunt videri quod non sunt? Ille namque principaliter hypocrisim sumit, qui cum sit damnatus homo, et nequam spiritus, Deum se esse mentitur. Sed proculdubio ex ejus nunc corpore prödeunt, qui iniquitates suas sub tegmine sacri honoris abscondunt, ut professione videri appetant, quod esse operibus recusant. Quia enim scriptum est : *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati,*<sup>c</sup> quanto nunc liberius peragunt perverse quæ volunt, tanto ejus servitio obuixius obligantur (Joan. viii, 34).

<sup>a</sup> Prætel., cum disponit universum. In Baluz. et Colb. legitur, nec universo deest... cum disponit universum.

<sup>b</sup> In Turon., transitur ad genus.

<sup>c</sup> In Taron. deest seductor.

<sup>d</sup> Baluz., indicis.

<sup>e</sup> Edit. Rom. Sixti V., et nequam spiritus. Ita quoque Gilot., qui tamen in margine pro varia lect.

A Sed nullus, qui talem rectorem patitur, eum quem patitur accuset, quia nimis sui fuit meriti perversi rectoris subjacere ditioni. Culpam ergo proprii magis, accuset operis quam in justitiam gubernantem. Scriptum namque est : *Dabo tibi reges in furore meo* (Osee xiii, 11). Quid ergo illos nobis præesse deprimimus, quorum super nos regimina ex Domini furoro suscipimus? Si igitur irascente Deo secundum nostra merita rectores accipimus, in illorum actione<sup>f</sup> colligimus, quid ex nostra estimatione pensemus. Quamvis plerisque et electi subjaceant reprobis. Unde et diu David Saulem pertulit (I Reg. xviii, 11); sed subsequente culpa adulterii proditur, quia dignus tunc fuit qui tanta præpositi asperitate premeretur.

35. *Ob delicta gregis aliquando bonus pastor perverberatur.* — Sic ergo secundum merita subditorum tribuntur personæ regentium, ut saepè qui videntur boni, accepto mox regimine permittentur; sicut Scriptora sacra de eodem Saule intulit, quia cor cum dignitate mutavit. Unde scriptum est : *Cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribibus Israel* (I Reg. xv, 17). Sic pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regentium, ut saepè<sup>b</sup> pro malo gregis etiam vere boni delinquit vita pastoris. Ille enim, Deo attestante, laudatus, ille supernorum mysteriorum conscientis David propheta, tumore repentina elationis inflatus, populum numerando peccavit, et tamen vindictam populus, David peccante, suscepit (II Reg. xxiv, 9). Cur hoc? quia videlicet secundum meritum plebium disponuntur corda rectorum.

C Justus vero iudeæ peccantis vitium ex ipsorum animadversione corripuit, ex quorum causa peccavit. Sed quia ipse scilicet sua voluntate superbiens, a culpa alienus non fuit, vindictam culpæ etiam ipso suscepit. Nam ira saeviens, quæ corporaliter populum perculit, rectorem quoque populi intimo cordis dolore prostravit. Certum vero est quod ita sibi invicem et rectorum merita connectantur et plebium, ut saepè ex culpa pastorum deterior fiat vita plebium, et saepè ex plebium merito mutetur vita pastorum.

[Vet. XXI.] 36. *Subditi prælatos etiam malos tollerent, si salva fide possint. Humilitas recti magistra.* — Sed quia rectores habent judicem suum, magna cautela subditorum est non temere vitam judicare regentium. Neque enim frustra per semetipsum Dominus æsnumulariorum fudit, et cathedras videntium columbas evertit (Matth. xxi, 21); nimis significans quia per magistros quidecum vitam judicat plebium, sed per semetipsum facta examinat magistrorum. Quamvis etiam subditorum villa, 808 quæ a magistris modo vel dissimulantur judicari, vel nequeunt, ejus procul dubio judicio reservantur. Igitur

annotavit, et nequam Spiritus. Sic legitur in quinque MSS. Anglic. et nostris, necnon in Edit. Basil. 1503.

<sup>f</sup> Gossanv., quanto non liberius, reluctantibus MSS. et al. Vulgatis.

<sup>g</sup> Turon., Vindoc., Norm., legimus.

<sup>h</sup> Vindoc., Ebroic., aliisque Norm., pro merito gregis.

dum salva fide res agitur, virtutis est meritum, si quidquid prioris est toleratur. Debet tamen humiliter suggeri, si fortasse valeat quod displicet emendar. Sed curandum summopere est ne in superbiam transseant justitiae inordinata defensio, ne dum rectitudo incaute diligatur, ipsa magistra rectitudinis humilitas amittatur; ne eum sibi præesse quisque despiciat, quem fortasse contingit ut in aliqua actione reprehendat. Contra hunc tumorem superbiarum, subditorum mens ad custodiam humilitatis edomatur, si infirmitas propria incessanter attenditur. Nam vires nostras veraciter examinare negligimus; et quia de nobis fortiora credimus, idcirco eos qui nobis prælati sunt districte judicamus. Quo enim nosmetipsos minus agnoscimus, eo illos quos reprehendere nimis plus videmus. Singula haec mala sunt, quæ saepè a subditis in prælatos, saepè a prælatis in subditos committuntur, quia et omnes subditos bi qui præsunt minus quam ipsi sunt sapientes arbitrantur, et rursum qui subjecti sunt rectorum suorum actiones judicant, et si ipsos regimen habere contingeret, se potuisse agere melius putant. Unde plerumque sit ut ei rectores minus prudenter ea quæ agenda sunt videant, quia eorum oculos ipsa nebula elationis obscurat; et nonnunquam is qui subjectus est hoc cum præbuit, fuerit faciat, quod dudum fieri subjectus arguerat; et pro eo quod illa quæ judicaverat perpetravit, taliter quia judicavit erubescit. Igitur sicut prælati curandum est ne eorum corda aestimatione singularis sapientiae locus superior extollat, ita subjectis providendum est ne sibi rectorum facta displiceant.

[Vet. XXII.] 37. *Pastores mali honorandi, non imitandi.* — Si autem magistrorum vita jure reprehenditur, oportet ut eos subditi, etiam cum displicant, venerentur. [Rec. XV.] Sed hoc est solerter intuendum, ne aut quem venerari necesse est, imitari appetas, aut quem imitari despicias, venerari contemnas. Subtilis etenim via tenenda est rectitudinis et humilitatis, ut sic reprehensibilia magistrorum facta displiceant, quatenus subditorum mens a servanda magistrorum reverentia non recedat. Quod bene in Noe debriato exprimitur, cuius nudata verecundiora boni filii aversi veniendo texerunt (*Genes. ix, 21*). Aversari quippe dicimus quod reprobamus. Quid est ergo quod filii verecunda patris superjecto dorsis pallio aversi venientes oporint, nisi quod bonis subditis sic præpositorum suorum mala displicant, ut tamen haec ab aliis occulent? Operimentum aversi deferunt,

<sup>a</sup> Longip., immutetur. Baluz., corrupte, ametur.

<sup>b</sup> Vulgati, communia haec mala sunt. Nostram lectionem continent MSS. Vindoc., Turon., Ebroic. aliquae Norm. ad quam præferendam potissimum nos impellit, quod vix communia, si prius lecta fuisset haec vox, mutari potuisset in singula; prior enim ap. ior videtur posteriore. Sciolus itaque non probans singula haec mala sunt (foris se quod non intelligeret) scribendum putavit communia haec mala sunt. Optima latens est prior lectio, quia significatur singulorum esse vita quæ Gregorius insectatur. In Baluz. et Colb. nihilominus existat communia haec mala sunt.

<sup>c</sup> Vindoc., Ebroic. et alii Norm., regimen tenere. Baluz. et Colb., regiminis curam gerere.

A quia judicantes factum, et venerantes magisterium, nolunt videre quod tegunt.

[Rec. XVI.] 38. *Pastores temporalibus vacantes contemnere, est Deum accusare. Potestas regiminis ministrari non potest sine studio curæ temporalis.* — Sunt vero nonnulli qui si parum quid de spirituali conversione inchoant, cum rectores suos temporalia agere et terrena considerant, mox ordinem supernæ dispositionis accusant, quod nequaquam bene ad regendum prælati sint, per quos<sup>f</sup> conversationis infirmæ exempla monstrantur. Sed hi nimis dum temperare se a rectorum suorum 809 reprehensione negligunt, culpe sue exigentibus meritis, usque ad reprehensionem conditoris<sup>g</sup> excedunt: cujus profecto dispensatio inde ab humilibus rectior agnosciatur, unde ab elatis<sup>b</sup> non recta judicatur. Quia enim potestas regiminis ministrari non potest sine studio curæ temporalis, aliquando omnipotens Deus mira dispensatione pietatis, ut teneræ spiritualium mentes a terrena cura disjunctæ sint, onus regiminis duris ac laboriosis cordibus injungit; ut tanto illæ ab hoc mundo securius lateant, quanto haec in terrenis sollicitudinibus libenter elaborant. In exhibitione quippe suscepti oneris pro ipsis quoque utilitatibus subditorum i duræ viæ sunt mundanæ servitutis.

39. *Quantum debeamus iis qui a temporalium cura, ipsis vacando, nos liberant.* — Et saepè, ut dictum est, misericors Deus quo suos tenere diligit, eo illos sollicite ab externis actionibus abscondit. Nam et plerumque paterfamilias ad eum laborem servos dirigit,

C a quo subtile filios suspendit; et inde filii sine vexatione decori sunt, unde servi in pulvere foedantur. Quod quam recte in Ecclesia divinitus agitur, ipsa tabernaculi constructione signatur. Ad Moysen quippe divina voce præcipitur ut ad tegenda interiori sancta sanctorum ex byssso, cocco atque hyacintho vela texantur, jussumque est ut ad protegendum tabernaculum, vela cilicina et pelles extenderet, quæ nimis vel pluvias, vel ventos, vel pulvrem tolerarent (*Exod. xxvi, 1*). Quid ergo per pelles et cilicia, quibus tabernaculum tegitur, nisi grossas hominum mientes accipimus, quæ aliquando in Ecclesia occulto Dei iudicio, quamvis duræ sint, præseruntur? Quæ quia servire curis temporalibus non timunt, oportet ut tentationum ventos et pluvias de D hujus mundi contrarietatis portent. Quid vero per hyacinthum, coccum, byssumque signatur, nisi sanctorum vita tenera, sed clara? Quæ dum caute in

<sup>a</sup> Post haec verba in Baluz. legitur explicit lib. xxv. Nec lib. xxvi incipit nisi ab his verbis: nunquid a te Deus expedit, etc.

<sup>b</sup> Ita Colb., Turon. et Norm. Edit. vet., verecunda; Recent., verecunda. Ed. tamen Paris. 1495 habet verecundiora.

<sup>c</sup> Veteres Edit., conversationis infirmæ.

<sup>d</sup> Turon., executa.

<sup>e</sup> Gussauv., aliquie Ed., non recte judicatur.

<sup>f</sup> Editi recent., duræ vitæ sunt. Aliam lectionem, quam anteponimus, habent MSS. Tur., Vindoc., Colb., Longip., Ebroic., aliquie Norman., necnon vet. Ed.

<sup>g</sup> Ita Vindoc., Turon., Colb., Pratel. et alii Norm. Recent. Editi, a quo subtilius filios.

tabernaculo sub ciliellis et pellibus abconditur, sua ei integra pulchritudo servatur. Ut enim in interioribus tabernaculis hyacinthus fulgeat, caecus coruscet, hyacinthus exruleo sole replendeat, desuper pellis et cilia imbras, ventos et pulverem portant. Qui igitur magnis virtutibus in sancte Ecclesie sinu proficiunt, prepositorum suorum vitam despicere nos debent, cum vacare eos rebus exterioribus vident, quia hoc quod ipsi securi intima penetrant, ex illorum adjumento est qui contra procarias hujus auncui exteriorius laborant. Quare enim candoris sui gratiam retinuerat, si hyssum pluvia tangere? Aut quid fulgoris aliquae claritatis coccus vel hyacinthus ostenderet, si haec suscepimus pulvis scandaret? Sit ergo desuper textura ciliis fortis ad pulverem, sit inferiorius color hyacinthius apud aë decorem. Ornat Ecclesiam qui solis rebus spiritualibus vacari, tegant Ecclesiam, quos et labor rerum corporalium non gravat. Nequaquam ergo contra rectorem suum exterioria **§ 10** agentem murmuraret is qui intra Ecclesiam sanctam iam spiritualiter fulget. Si enim tu seruire interius ut coccus rufulas, ciliatum quo protegeris cur accusas?

[Vet. XXIII.] 40. Prava prælatorum exempla Deus ordinat in pœnam superbiorum subditorum: Dum maledicere videantur prophetæ, prædicunt. — Sed a quibusdam queritur quia dum saltu pro utilitate subditorum rectores nimium temporalibus curis inserviant, plerique in Ecclesia eorum exemplo deterrunt. Quod verum valde esse quis abneget, cum curari a pastoribus terrena quam coelestia sollicitius videt? Sed neque haec iustia sunt, si, ut superius diximus, res præsidentium iuxta subditorum merita disponuntur. Oculi namque et sponte perpetratae culpæ exigunt ut prava et a pastoribus exempla præbeantur, quatenus justo judicio is qui de via Dei superbis exorbitat, in via qua graditur etiam perducatur pastoris offendat. Unde per prophetam quoque

\* Fortasse legendum queritur, passive sumptum: frequenter Gregorius hoc modo usurpat verba deponentia, qualia meditari, initio lib. xx; Intueri, lib. xxi, num. 35, Itaque hic e quibusdam queritur, sic

præsumptianis studio dicitur, non maledicentis voto: Obscenetur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva (Psal. LXVIII, 24). Ac si dicat: Qui humanae vita actionibus quasi prævidendis itineribus præsunt, veritatis lucem non habeant, ut et qui sequuntur subditum, iniquitatum suarum oneribus incurvati, omnem statum rectitudinis avertant. Quod factum procul dubio in Iudea novimus, cum in ipso nostro Redemptoris adventu pharisæorum turba atque sacerdotum a vero lumine mentis oculos clausit, et per prepositorum exempla gradens in infidelitatis tenebris populus erravit.

41. Quid sensu Deus faciat regnare hypocritam. — Sed quæsi rationabiliter potest quomodo hoc in loco dicitur quod regnare hypocritam Dominus facit, cum de hac re specialiter per prophetam conqueritur, dicens: Ipse regnaverunt, et non ex me; principes existierunt, et non cognovit (Osee. VIII, 4). Quis enim recie sentiens dicat quia facit Dominus quod minimè cognoscit? Sed quia scire Dei approbare est, nescire reprobare; unde quibusdam quos reprobat dicit: Nescio vos unde sitis, discedite a me omnes onerari iniquitatis (Luc. XIII, 25); et aliquando facere Dei est id quod fieri prohibet, irascendo permittere; unde et regis Egypti cor se obdurare asseruit (Exod. IV, 21), quia videlicet obdurari permisit; modo hypocritas Dominus et regnare facit et nescit: facit sinendo, nescit reprobando. Unde necesse est ut ad omne quod in hac vita concupiscitur prius voluntas interna requiratur. Quam cum humani cordis auris percipere appetit, sciit quia haec non verbis, sed rebus sonat. Locus ergo regiminis cum regendum offertur, in se prius necesse est ut quisque discutiat, si loco vita congruit, si ab honore actio non dissennit, ne justus opinione rector eo post in tribulatione processus non audiat, quod ipsa quoque ejus, de quo tribulatio oritur, exordia honoris ignorat.

forsitan intelligendum, quidam queruntur.

<sup>b</sup> Longip., aspectu.

<sup>c</sup> Turon., respicitur.

## LIBER VIGESIMUS SEXTUS.

Exponit sanctus Doctor septem ultimos versus cap. XXXIV, et caput XXXV ex integrō, cum uno et viginti prioribus versibus cap. XXXVI. Ubi latissime in sensu tum allegoricoq; tum morale excurrit.

### CAPUT PRIMUM.

1. **§ 11** Fictæ ac veræ humilitatis indicia. — In locutionibus suis hoc arrogantes viri babere inter alia proprium solent, quod ab auditoribus suis ne quid fortasse inordinatum dixerint tunc requirunt, cum se laudabiliter aliquid dixisse cognoscunt. Hæc videlicet faciunt, non quod de dictis suis ambigant,

D sed quod ab audientium judicio favores querant. Nam inveniri facile poterit quo animo percutantur, si quisquam cum eorum bona laudat, etiam mala reprehendat. Certum quippe est quia sicut inflatur laudibus, ita correptionibus inflammantur; \* et cum a quolibet se vel juste reprehendi conspiçunt, mox in malis suis somitem defensionis exquirunt. Quo-

\* In Ed., et a quolibet se vel juste reprehendi despiciunt. nostram lectionem longe meliorem suppeditarunt MSS. Viadoc., Ebroic. aliisque Norini.

modo ergo de bonis suis humiliiter ambigunt, qui mala sua defendere etiam perverse moluntur? Ille est enim vere humilis in bonis, qui non est defensor in malis. Nam qui de malis suis arguitur, et contra verba arguentis acceditur, quando de bonis suis quasi humiliiter titubat, per humilitatis vocem ornari appetit, non doceri. Eliu itaque vitam arrogantium signans, postquam multa interna et sublimia intulit, ecce in verbis formam humilitatis assumit, et aequitate proposita, sub quadam discipulatus imagine beatum Job alloquitur dicens :

## CAPUT II.

CAR. XXXIV, VERS. 31, 32. — *\* Quia ego locutus sum ad Deum, te quoque<sup>b</sup> non prohibeo. Si erravi, tu doce me; si iniuriam locutus sum, ultra non addam.*

3. *Humilitatis larva cito abjicitur.* — Sicut saepe contingit ut bona loquuntur et mali, multa Eliu fortia paulo superius se dixisse meminerat, et securus idcirco ne fortasse erraverit requirebat. Neque enim requireret, si se errasse credidisset. Est namque, ut dixi, propria arrogantium fraus ut tunc de errore requirere studeant, quando se neverint non errasse. Qui rursum requirere vel argui de errore despiciunt, si quando se errasse veraciter præcognoscunt. Non enim esse, sed videri humiles appetunt; et tunc requirendo speciem humilitatis assumunt, quando de ipsa magis requisitione laudantur. Sed quia omnino difficile est ut elatio quæ regnat in corde non erumpat in voce; auditores arrogantium si eorum dicta paulisper taciti exspectant atque considerant, citius corda illorum subsequentia verba manifestant. Dignissime morari non possunt in ipsa humilitatis imagine, quam specie tenus sumunt. Superbis enim mentibus humilitas alta est, et cum ejus formam concordare ambiunt, lassatis animi gressibus quasi a clivosis atque asperis itineribus dilabuntur. Aliorum est scilicet quod videri appetunt, et idcirco ejus imaginis diu inhærente nequaquam possunt. Grave pondus estimant, cum eam saltem specie tenus portant, et quousque **812** hanc abjiciant, vim quamdam in corde patiuntur, quia videlicet elationis usui male dominanti deserviunt, atque ejus imperio semetipsos quales sint prodere compelluntur, ne diu possint videri quod non sunt. Unde Eliu quoque postquam de errore doceri se petiit, postquam iniuriam non se ultra locutum promisit, subito ab humilitatis specie ad verba tumidae causationis exsilivit. Nam subdidit, dicens :

## CAPUT III.

VERS. 33. — *Nunquid a te Deus expedit eam, quia displacevit tibi?*

<sup>a</sup> Vindoc., quia ergo ego, Colb., quia ergo locutus.  
<sup>b</sup> Pratcl., non prohibeo. Ita etiam Colb.

<sup>c</sup> Ed., tumidae excusationis. Lectio quam sequimur est MSS. Anglie., Norm., Vindoc., Colb., aliorum, que quos consultuit Gussanv.

<sup>d</sup> Sic optime MSS. veteresque Edit. In Gilot. 1571, aliisque seq., etiam in Gussanv., crassissimo errore legitur: *Unde et ab eodem ad beatum Job dicitur:*

3. *Sancti humanum judicium non metunt, sed dividunt, ad quod etiam provocare simulant mali.* — Ac si diceret: Ego coram Domino rationes posituras sum cur modo ipiquitas mea a te reprehenditur, quæ constat quod in judicio a te non requiratur. Recti viri cum injuste ab hominibus impetruntur, ad supernum judicium recurrunt. [Vet. et Rec. II.] <sup>d</sup> Unde et ab eodem beato Job dicitur: *Ecce in celo testis meus, et conscius meus in excelso (Job. xvi, 19).* Et quia ei placere summopere cupiunt, ejus solius testimonium requirunt. Perversi quoque, quia iustorum vitam deserunt, sed nonnunquam eloquia sequuntur, cum de suis male gestis increpantur, hoc assumunt in argumentum defensionis, quod justi proferunt <sup>e</sup> in testimonium puritatis. Unde eis et B consuetudo jam facta est, ut si quis eos de factis suis arguat, Dei magis judicium quam hominum querant. A Deo enim et eum se damnandos noverint, judicari non metunt, ei judicari ab hominibus erubescunt. Proponunt ergo magis quod non metunt, ut hoc minus declinare valeant quod erubescunt. Scriptum quippe est: *Unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo (Rom. xiv, 12).* Quia ergo tunc damnatio uniuscujusque manifesta est, exinde modis iniqui colligunt, ut etiam perversa uniuscujusque actio sit secura; ne modo eam quilibet justus arguendo disentiat, a qua constat quod in judicio alienus existat. At contra piorum conscientiae grande sibi conferri premium credunt, cum de quibusdam modo suis actionibus illicitis arguantur. Proposunt C etenim ante oculos cordis quia districtum Dei judicium tanto verius tunc super eos mitigabitur, quanto nunc acrius arguente homine prævenitur; et temporalem iram super se lucrum computant, per quam se æternam posse evadere non ignorant. Eliu ergo typum cunctorum arrogantium tenens, et magis eligens æterna invective percuti, quam temporaliter increpari, dicat: *Nunquid a te Deus expedit eam, quia displacevit tibi?* Quia vero esse culpabiliores solent hi qui loqui in contentione inchoant, quam qui respondent, subdidit, dicens :

## CAPUT IV.

*Inquit. — Tu enim carpiisti loqui, et non ego.*

*D. Frustra se innocentem putant, qui pulchri dura respondent.* — *Eo se innocentem credit, quo pulsatus erupit;* **813** nimis neciens quia innocentia non tempore defunditur, sed ratione. Quid enim ejus defensionibus adminiculatur, quod nisi tamen pulsa intulit, recte tamen inchoanti grave respondit? Postquam vero in verbis elationis ostenditur, ecce iterum sub requisitionis velamine palliatur, atque infert, dicens :

*Ecco in celo. Quæ verba sunt ipsius Job.*

<sup>a</sup> Ita post MSS. antiqui Edit. A recentioribus sic mutatum, cum testimonio puritatis, quod alteri membro minime respondet: *in argumentum defensionis,* t. Plurique Norm., *lucrum putant.*

<sup>b</sup> Pratcl., *extenditur;* sed legendum ostenditur, propter antithesim alterius verbi, *palliat.*

*Ibid. — Quod si quid melius nosti, loquere.*

Quamvis dum non ait : Quia melius nosti, sed, Si quid melius nosti, loquere, nimis hoc ipsum superbisse est, de melioris scientia dubitasse. Hoc tamen, quod beato Job locum loquendi tribuit, humilitatem se exhibuisse indicavit. Sed, sicut supra dictum est, quia in actione arrogantium omne quod superducto sermone tegitur, prorumpente rursum intentione elationis aperitur, citius Eliu innotuit qua mente beatum Job loqui postulavit. Nam sequitur :

CAPUT V [Rec. III].

*Vers. 34, 35. — Viri intelligentes loquantur mihi, et vir sapiens audiat me. Job autem stulte locutus est, et verba illius non sonant disciplinam.*

5. *Mentiri non licet humilitatis gratia.* — Ecce dum quasi humiliiter beato Job loqui tribuit, quid intrinsecus gestaret ostendit, dicens : *Viri intelligentes loquantur mihi; designatus videlicet si beatus Job loqui præsumeret, qui quasi ejus intelligere verba non posset.* Et quia non solum ad loquendum, sed etiam ad audiendum, beatum Job indignum fuisse judicavit, illico adjunxit : *Vir sapiens audiat me.* Ac si diceret : *Huic loqui injuste conceditur, qui etiam audire verba sapientum non meretur.* Atque mox aperte, quam despacta de illo sentiat, manifestat, dicens : *Job autem stulte locutus est, et verba illius non sonant disciplinam.* Sine disciplina locutum beatum Job credidit, quia justum se in suis operibus fuisse memoravit. Verum fortasse Eliu diceret, si ea quæ beatus Job de seipso narraverat, non de illo hæc eadem ipse disciplinæ auctor existimasset. Innocenter enim Job se asseruit flagellatum, quem Deus etiam perhibuit frustra percussum (*Job. II, 5*). Quid ergo vox percussi superbum sonuit, quæ a sententia ferientis nullatenus discrepavit? <sup>b</sup> Incaute sunt humiles (*22, q. 2, c. Incaute*), qui se mendacio illaqueant, dum arrogantiam vitant; imo mentiendo superbunt, quia contra veritatem se erigunt quam relinquunt. Qui enim, necessitate cogente, vera de se bona loquitur, tanto magis humilitati jungitur, quanto et veritati sociatur. An Paulus humiliis non fuit, quando emulazione veritatis contra falsos apostolos tot de se discipulis fortia gesta narravit (*1 Tim. II, 7; Act. XX, 18, 19*)? Qui numerum veritati inimicis existeret, si abscondendo virtutes proprias, prædicatores errorum prævalere permisisset.

Sed quia arrogantes viri in eo quod bonorum dicta superbe examinant, verborum magis superficiem quam rerum ordinem pensant, Eliu beati Job sententias disciplinam credidit non sonasse. [Vet. III.] Quia vero sæpe asperitas superborum usque ad du-

<sup>a</sup> Recent., invit. MSS., exhibuisse judicavit.

<sup>b</sup> Ita MSS. nostri et Edit. pene omnes. In Gussanv., incauti sunt humiles. Gratianus, loco indicato, dupl. cem exhibet lectionem, incauti sunt humiles, et, incauti sunt homines.

<sup>c</sup> Ita Vindoc., Baluz., Colb., Ebroic., aliisque Norm., non rerum cardinem, ut habes in Editis.

<sup>d</sup> Pratel., quod quasi de arrogancia.

<sup>e</sup> Turon., Baluz., Colb., et pler. Norm., cum dura

A ritiam maledictionis extenditur, ita contra beatum Job, quasi ad Deum faciens verba, subjungit :

CAPUT VI [Rec. IV].

*Vers. 36. — Pater mi, probetur Job usque ad finem.*

814 6. *Superbi afflictis compati nesciunt. In corpore sic tumentia premenda sunt, ut cruenta foreantur.* — Ecce hoc quod de arrogantia tumore conceperat in verbis etiam maledictionis exaltat. Sed fortasse benevolæ vim probationis optaret, si stetisse eum in probatione judicasset. Ut ergo aperte malitia ejus crudelitatis appareat, probari eum adhuc per flagella deprecatur, quem inter flagella lapsum fuisse jam queritur. Præmisit quod sensit, ut apertius cognosci debeat quod optavit. Adhuc feriri postulat

B quem jam peccasse sub manu ferientis accusat. Propria hæc arrogantium vota sunt, ut vitam dolentium examinari acris deprecentur, quia quanto sibimetipsis justiores sunt, tanto alienis doloribus duriores existunt. Nesciunt enim in se passionem alienæ infirmitatis trahere, et sicut suæ, ita etiam proximi imbecillitati misereri. Quia enim de se alta sentiunt, idcirco humiliis nullatenus condiscenderunt. Eliu beatum Job pro culpa percussum credit, atque ideo exhibenda ei pietatis viscera nec inter tot dolores aestimavit. Viri autem veraciter sancti cum flagellari quempiam etiam pro culpa cognoscunt, etsi quædam ejus inordinata corripiunt, ad quædam tamen dolentia compatiuntur; et sic scilicet tumentia premere, ut sciant etiam cruenta resovere, quatenus in eis cum dura emolliuntur, infirma roborentur. [Vet. IV, Rec. V.] At contra arrogantes viri quia charitatis viscera non habent, non solum non compatiuntur etiam iustis dolentibus, sed eos insuper sub specie justæ increpationis affligunt; et vel si qua in eis sunt parva mala exaggerant, vel ea quæ vere bona sunt male apud se interpretando commutant.

7. *Sancti doctores delinquentium vita exagerare solent. Quid sit cordis parietem fodere.* — Quamvis etiam casti doctores sæpe exagerare soleant delinquentium vitia, et ex quibusdam signis publicis occulta rimari, ut possint ex minimis majora cognoscere. Unde ad Ezechielem dicitur : *Fili hominis, fode parietem* (*Ezech. VIII, 8*). Ubi mox subdidit :

D <sup>b</sup> Et cum fodissem parietem, apparuit ostium unum, et dixit ad me : *Ingridere, et vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic.* Et ingressus vidi; et ecce omnis similitudo reptilium, et animalium abominationis, et universa idola domus Israel depicta erant in pariete (*Ibid., IX, 10*). Per Ezechielem quippe præpositorum persona signatur, per parietem duritia subditorum. Et

emolliunt. Vet. Edit. Paris. et Basil., quatenus in eis dura emolliantur, infirma roborentur.

<sup>c</sup> Sic legitur in MSS. Baluz., Colb., Vindoc., Turon., Norm., quos sequuntur priores Edit. At posterioribus Editioribus visum est pro casti sufficie sancti. Quamvis dici possint casti doctores, qui eloquia Dei casta non adulterantur.

<sup>d</sup> Al.. et cum perfodissem.

quid est parietem fodere, nisi asperis correptionibus duritiam cordis aperire? Quem cum perfosset, ap- paruit ostium, quia cum cordis duritia asperis correptionibus aperitur, quasi quædam janua ostenditur, ex qua omnia in eo qui corripitur cogitationum interiora videantur. Unde et bene illic sequitur: *Et dixit ad me: Ingradere, et vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic.* Quasi ingreditur ut abominationes aspiciat, qui discussis quibusdam signis exterius apparentibus, ita corda subditorum penetrat, ut cuncta ei quæ illici e cogitantur innotescant. Unde et subdit: *Et ingressus vidi; et ecce omnis similitudo reptilium, et animalium abominationis.* In reptilibus, cogitationes omnino terrenæ signantur; in animalibus vero, jam quidem aliquantulum a terra suspensæ, sed adhuc terrenæ mercedis præmia re- quirentes. Nam reptilia toto ex corpore terræ **815** inhærent; animalia autem ventre a terra suspensa sunt, appetitu tamen gulæ ad terram semper inclinantur. Reptilia itaque sunt intra parietem, quando cogitationes volvuntur in mente quæ a terrenis desideris nunquam levantur. Animalia quoque sunt intra parietem, quando et si qua jam justa, si qua honesta cogitantur, appetitus tamen lucris temporalibus ho- noribusque deserviunt; et per semetipsa quidem jam quasi a terra suspensa sunt, sed adhuc per am- bitum quasi per gulæ desiderium sese ad ima submittunt. Unde et bene subdit: *Et universa idola donus Israel depicta erant in pariete.* Scriptum quippe est: *Et avaritia, quæ est idolorum servitus* (*Coloss. iii, 5*). Recite ergo post animalia idola describuntur, quia etiæ honesta actione quasi a terra se erigunt, ambi- tione tamen in honesta semetipsa ad terram depo- nunt. Bene autem dicitur: *Depicta erant, quia dum exteriorum rerum intrinsecus species attrabuntur, in corde quasi depingitur quidquid fictis imaginibus co- gitatur.*

[*Vet. V.*] 8. *Rectoris animarum in scrutandis cordis piaculis pia severitas.* Qui a correptione cessat, dam- nari metuat. — Notandum itaque est quia prius foramen in pariete, ac deinde ostium cernitur, et tunc demum occulta abominatione demonstratur, quia nimis uniuscujusque percatti prius signa forinsecus, deinde janua aperiæ iniquitatis ostenditur, et tunc demum omne malum quod intus latet aperitur. Idcirco ergo solent etiam sancti doctores graviter mi- nuta discutere, ut ab extremis exterioribus ad occulta possint majora pervenire. Verba asperæ incre- pationis movent, ut spinas mortiferæ cogitationis eradicent; et hæc cum agunt, charitatis amore sa- viunt, non inflatione elationis intumescunt. Mori enim pro ipsis parati sunt, quos quasi usque ad mor-

<sup>a</sup> Ita MSS. Anglie., Norm., Baluz., Colb., Vindoc., Turon., etc. In vet. Edit. Paris., *ut ab extremis erroribus.* In recent. Vulgatis, *ut ab exterris erroribus.* Præf. renda Ms. lection, in qua illud videtur ad ea quæ precesserunt: *notandum itaque est quia prius foramen, etc.*

b Vindoc. et Pratell., *se inflammat.*

c In Turon. et nonnullis veteribus. MSS. Jezæchiel. Ac-

A tem sævientes affligunt. Servant in cogitatione quod diligunt, sumunt in specie quod persequuntur. Bona prædicantes insinuant, mala autem caventes præ- nuntiant, non ut Eliu desiderantes exorant. Erga commissos sibi ita nonnunquam in correptione fer- vent, ac si de tranquilli tate nihil habeant; sed ita in dilectione tranquilli sunt, ac si nullus eos fervor accendat. Valde enim metuunt ne si a pravorum correptione cessaverint, ipsi pro eorum damnatione puniantur; et cum ad verba invectionis <sup>b</sup> inflamman- tur, inviti quidem ad hæc veniunt, sed tameu hæc de- fensionem sibi apud districtum judicem præparant.

9. *Corripiendorum et erudiendorum ad paenitentiam et pietatem delinquentium ordo.* — Unde et eidem rursus <sup>c</sup> Ezechiel dicitur: *Fili hominis, sume tibi laterem, et pones eum coram te, et describes in eo civita- tem Jerusalem, et ordinabis adversus eam obsidionem, et ædificabis munitiones, et comportabis aggerem, et dabis contra eam castra, et pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sarcaginem ferream, et pones eam murum ferreum inter te et inter civitatem* (*Ezech. iv, 1, seq.*). Cujus enim Ezechiel nisi magistrorum speciem te- net? cui dicitur: *Sume tibi laterem, et pones eum coram te, et describes in eo civitatem Jerusalem.* Do- ctores quippe sancti sibi laterem sumunt, quando terrenum cor auditorum ut doceant apprehendunt. Quem laterem coram se ponunt, quia tota illud sollicitudinis intentione custodiunt. In quo et civitatem Jerusalem **816** jubentur describere, quia prædi- cando terrenis cordibus curant summopere quanta sit supernæ pacis visio demonstrare. Cui bene etiam dicitur: *Et ordinabis adversus eam obsidionem, et ædificabis munitiones.* Sancti enim prædicatores ob- sidionem circa laterem in quo Jerusalem civitas de- scripta est ordinant, quando terrenæ menti, sed jam supernam patriam requirent, quanta eam in hujus vitæ tempore vitiorum impugnet adveritas demon- strant. Cum enim unumquodque peccatum quomodo menti insidietur ostenditur, quasi obsidio circa Jeru- salem civitatem voce prædictoris ordinatur. Sed quia non solum insinuant quomodo mentem insi- diantia vitia expugnat, sed etiam quomodo custo- dite virtutes roborent, recte subiungitur: *Et ædifi- cabis munitiones.* Munitiones quippe sanctus prædictor ædificat, quando quæ virtutes quibus vitis obvient, D insinuare non cessat. Et quia virtutibus crescentibus plerumque bella tentationis angentur, recte adhuc ad- ditur: *Et comportabis aggerem; et dabis contra eam castra, et pones arietes in gyro.* Aggerem namque com- portat, quando prædictor quisque molem crescentis tentationis indicat. Et contra Jerusalem castra erigit, quando recte intentioni audientium <sup>d</sup> hostis callidi

infra, Jezæchiel.

<sup>d</sup> Hic in diversa abeunt MSS. Longip. habet: *hostis callidos circumspectans quasi, etc.* Turon., quando recte intentioni audientium patet facit, et quasi incom- prehensibiles insidias prædicti. Baluz., Colb. et Norm., *hostis callidi circumspectas et quasi incomprehensibiles, etc.* In vet. Edit. Paris. et Basil., *incircumspectus et quasi, etc.*

**circumventiones** quasi incomprehensibiles insidias prædictit. Atque in gyro arietes ponit, quando tentationum acroleos in hac vita nos undique circumdantes, et virtutum murum perforantes innotescit.

**10. Quid et quantus zelus ad id necessarius.** — Ubi bene additur : *Et tu sume tibi sartaginem ferream, et pones eam murum ferreum inter te et inter rottam* (Ezech. iv, 3). Per sartaginem namque frixura, per terrum vero fortitudo ostenditur. Quid autem ita magistri atque doctoris mentem quam zelus Domini friggit et excruciat? Unde et Paulus hujus sartaginis incendebatur frixura, cum diceret : *Quis infirmatur, et ego non infirmor? et quis scandalizatur, et ego non uror.* (II Cor. xi, 29)? Et quia quisquis zelo Dei contra peccantes accenditur, fortis in perpetuum custodia munitur, ne ex neglecta prædicationis et regimini cura damnetur, recte dicitur : *Pones eam murum ferreum inter te et inter civitatem* (Ezech. iv, 3). Sartago enim ferrea murus ferreus inter prophetam et civitatem ponitur, quia cum nunc forte in zelum doctores exhibent, eundem zelum postmodum inter se et auditores suos fortem munitionem tenent, ne tunc ad vindictam destituti sint, si nunc fuerint in corruptione dissoluti. Hanc sartaginem propheta Idem, ut inter se et auditores suos murum sumeret, audiebat, cum ei divina vox præmitteret, dicens : *Si tu annuntiaveris impiis, et ille non fuerit conversus ab impietate sua, et a via sua impiis, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti* (Ezech. iii, 19). Hanc sartaginem fateretur et discipulos murum Paulus posuerat, cum dicebat : *Mundus C sum a sanguine omnium vestrum; non enim subversi quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis* (Act. xx, 26). Nunc ergo doctores necesse est ut appetant zeli ardoribus frigil, ne cogantur post de corpore negligientiae igne gehennæ cruciarum.

[Vet. VI.] 11. **Qua discretione exercendus. Ex occulto odio non prodeat.** — Sed aliud est quod injustis et subditis, aliud quod justis et non subditis debemus. Ad illorum nos correptionem atque custodiad reddendarum rationum debet timor accendere; ad istorum vero veneracionem ipsa considerata pietas inclinare. Sed arrogantes viri, quia hujus formam discretionis ignorant, hoc justis et non subditis exhibent, quod a bonis prædicatoribus fieri et injustis et subditis videant. Qui cum ad servorem invectionis injuste prosiliunt, etiam per verba maledictionis excedunt. Quia enim nequaquam proximos sicut se diligunt, proximis optare non desinunt quod ipsi sibimet evenire pertimescant. Unde Eliu occultum odium in manifestatione maledictionis exsudans, ait : *Pater mihi, probetur Job usque ad finem, ne desinas ab homine iniquitatis.* Hominem iniquitatis vocat, quem Deus justum præ omnibus superna at-

<sup>a</sup> Sic Vindoc., Baluz., Colb., Norm. At Excusi, in iniquitate.

<sup>b</sup> Vindoc. et Ebroic., aliquique Norm., zeli servitoribus.

<sup>c</sup> Turon., quod justis et subditis... quod injustis et non subditis.

A testatione denuntiat. Et quia multa adhuc sub hac indiscretione subiecta sunt, breviter ea aestimo transcurrenda. Dicta enim quæ gravitatem certam, intentionem expositio non indigent. Sequitur :

### CAPUT VII [Rec. VI].

- Vers. 37. — Qui ostidit super peccata tua blasphemiam:

**12. Et tu adumbrat, qui cum pro rectitate loqui videantur, a terciate sunt absenti.** — Accusat enim et pro petra flagella meruisse; et post flagella peccasse. Longe vero blitter Dominus judicat, qui et frustra flagellatum iusserat, et bona duplicita post flagella restituit (Job. ii, 3). Prima enim debetur culpa, non praemium. Beatus ergo Job sine culpa locutus ostenditur, quem post locutionem praemia subsequuntur (Job. xxi, 10). Eliu itaque, quia pro Domini defensionibus loquens, ut beato Job aliud quam Dominus sentit, quasi dom pro veritate verba multiplicat, a veritate discordat. Sequitur :

### CAPUT VIII.

**Ibid.** — Inter nos interim constringatur, et hinc ad judicium provocet sermonibus suis Detrah.

**13. Non solum impia dicere studierat, sed multa.** — Ac si diceret : Ex nostra assertione cognoscat quia nequaquam divina examinationi sufficiat. Et quia arrogantes viri non solum studierat impia dicere, sed etiam multa; versus qui sequitur, tene de his frequenter infertur.

### CAPUT IX [Vet. et Rec. VII].

**Cap. xxiv, Vers. 1. — Agitur Etta haec mortua locutus est.**

**14. Superborum intemperie fogacitas.** — Omnis qui multa loquitur, in locutione sua semper intemperie studet, quatenus inchoatione ipsa suspensos auditores faciat, et eo ostentias laceant, quo quiescere non possunt audire aliquid expectant. Eliu vero elia infensa, alia incessanter exorditur, ut immensa leporacitas per subjuncta semper initia continuetur. Sequitur :

### CAPUT X.

**Vers. 2. — Nunquid aqua tibi videtur tua bogatio, ut dices: Justior sum Deo?**

**15. Innocentes quam injuste soleant accusare.** — Quia beatus Job, iustiorem se Deo non dixerit, omnis qui textum historiae legit, agnoscat, sed ait : *Proponat arquitatem contra me, et perveniet ad vicerium judicium meum* (Job. xxii, 7). Vitam suam videlicet pensans, et causas percussionis ignorans, ut semper dictum est, pro diluendis peccatis se creditit et non pro augendis meritis flagellari; et idecirco judicium suum ad vicerium pervenire consitus est, quia culpam in se, pro qua debuisse percuti, non inventavit. Quod quidem de illo et Dominus ad diabolum dixit : *Commovisti me adversus eum, ut affigerem eum frustra* (Job. ii, 3). Quid ergo haec loquendo peccavit, qui verbis istis divinae de se et occulta sententia

<sup>a</sup> Vindoc., Pratell. et plerique Norm., istorum vero venerationi.

<sup>b</sup> Colb., Pratell. et alii a Gussanv. appellati sic habent. Ipsa tamet Gussanv. cum recentioribus haec præstulit locutionem, invenire pertimescant.

**H**ab etiam huncendo nobis est? Adit quid obest si a rectitudine fidelitatis humanae iudicio verba nostra superius tenuis discerpant, quando in cordis **818** cardinis et compaginatae concordant? Humanæ iuræ verba nostra talia iudicant qualia fortis sonant (22, §. 5, c. *Mitigatione*); divina vero iudicia talia ea audiunt qualia ex intuitione proferuntur. Apud homines hoc ex verbis; apud Deum vero verba pensantur ex corde. Beatis ergo Job dum hoc ait exterius quod interius Dominus dixit, omnem quod locutus est tanto justè exterius intulit, quanto pie ab interna sententia non recessit. Quamvis propheticus spiritu repletus, in eo quod ait: *Proponat æquitatem contra me, et perveniet ad victoriam iudicium meum* (*Job. xxiii, 7*), intuueri Redemptoris nostri præsentiam potuit. Ipse enim qui est virtus Patris et sapientia, etiam ejus æquitas non inconveniebat accipitur. Unde scriptum est: *Quis factus es nobis a Deo sapientia, et justitia, et iustificatione?* (*1 Cor. i, 30*). Quam scilicet æquitatem, quia Deus inquis fugientibus incarnationem ostendendo contra posuit, eos protinus ab iniquitate revocavit, et humanum gehes in eo iudicio antiquum adversarium vicit, quo æquitatem Deli adversariem suis itineribus invenit. Sequitur:

#### CAPUT XI.

**Vers. 3.** — *Dixisti enim: Non tibi placet quod reatum est, vel quid tibi proderit si ego peccavero?*

**16. Ant falsa loquantur, aut si vera, at non conscientia.** — Si tota libri series attenditur, nihil humanum beatus Job dixisse monstratur. Sed arrogantes vii, sicut et superiorius diximus, habere hoc proprium solent, ut dum in nimia invective prodeunt, etiam invehendo mentiantur; et cum non possint esse reprehendere quae sunt, reprehendant mente quae non sunt. Sequitur:

**Vers. 4.** — *Itaque ego respondebo sermonibus tuis et omnis tuis lecum.*

Dicit superioribus quasi beati Job culpabilia verba narravit, atque ex eis sibi materialm loquendi proposuit; sed verbis subsequentibus fortis acmine disculpsit hoc quod sibi ad dicendi materialm fallaciter fixit. Et fortis quidem sunt sententiae quae sequuntur, sed beati Job personæ non congruent; tantoque cum increpationis bujus tela non feriunt, quanto contra eum injuste mittuntur. Sequitur:

#### CAPUT XII [Rec. VIII].

**Vers. 5-7.** — *Suspice celum, et intaere, et contemplare æthera quod altior te sit. Si peccaveris, quid ei nocebis; et si multiplicatio fuerint iniuriantes tuos, quid facies contra eum? Porro si justè eris quid dominus ei, aut quid de manu tua accipiet?*

**17. Vestigia Dei sunt creaturae.** — Quamvis beato Job scienti majora nequaquam dici ista debuerint, terrenæ sunt quae dicuntur, quod videlicet Deus bene peracta nostra hocceant, hec bene gesta coneturant. Unde subsecutus, adjunxit: **Vers. 8.** — *Ho-*

\* *Exensi*, quanto distamus.

† *Recte*, hincidam se nobis. Abest te a MSS. Colb., Præcl., etc.

**A**mini qui similis tui est nocebit impietas tua; et filium hominis adjurabilis justitia tua. Sed inter haec illud est solerter intuendum, quod ait: *Suspice celum, et intuere, et contemplare æthera quod altior te sit.* Haec enim dicens, nimirum colligit ut considerare debeat quanto minus Deo actione sua aut prosit aut noceat, qui altitudini coeli aique ætheris prodesse vel nocere non possit. Quamvis in celo vel æthere possimus supernas potestates accipere, divinis semper obtutis inherentes, ut cum angelicos spiritus longe adhuc a nobis distare conspicimus, ipsi creatori aique dominatori spirituum à quam longe distamus inservius agnoscamus, corpoream tamen coeli ætherisque materiam hoc loco sentire nil obstat. [Vet. VII.] Nam si vigilanter exteriora conspicimus, per

**B**ipsa **819** eadem ad interiora revocamur. Vestigia quippe creatoris nostri sunt mira opera visibilis creaturæ. Ipsum namque adhuc videre non possumus; sed jam ad ejus visionem tendimus, si eum in his quæ fecit miramur. Jesus ergo vestigia creaturæ dicimus, quia per haec quæ ab ipso sunt secundo imus ad ipsum. Unde Paulus ait: *Invisibilitas ejus per ea quæ facta sunt intellecta conspicuntur, omnipotens quoque virtus ejus et divinitas* (*Rom. i, 20*). Unde et in libro Sapientiae scriptum est: *Per magnitudinem enim creatura et speciem potest intelligibiliter creator videti* (*Sap. xiii, 5*). Meni enim nobis peccato nostro exterior sparsæ necdum Deus sicut est interior innotescit; sed dum factura suæ decus fortis proponit, quasi quibusdam à nobis tulibus inuitat, et quæ intus sequamur ostendit, ac mirò modo ipsis formis exterritibus nos ad interiora perdūcit; funt immensa admiratione quid est, mira haec exterior ostendendo quæ non est. Hinc enim de sapientia scriptum est: *In vīis ostendit te illus hilariter, et omni providentia occurrit filio* (*Sap. vi, 17*).

**18. Vise sunt ad Creatorem.** Per visibilia à Deo recessimus; per eodem ad Deum referri debemus. — Vise quippe ad Creatorem sunt opera considerata creaturæ. Quæ dum facta cernimus; potentiam factoris miramur. In istis viis a sapientia omni nobis providentia occurriter, quia factoris nobis virtus inquirenda proponitur in omne quod mirabiliter factum videtur; et quocumque se vorterit anima, si vigilanter intendit, in hiedem ipsis Deum inuenit, per quæ reliquit; ejusque potentiam ex cordis rursus consideratione cognoscit, quorum amore deseruit; et per quæ perversa occidit, per haec conversa revocator. Ubi enim lapsi sumus, ibi incomitatus et surgamus; et quasi ibi surgendo matrum considerationis figimus, ubi pede amoris iubici corruentes negligendo jacobamus. Quia enim ab invisibilibus per visibilia cecidimus, dignum est ut ad invisibilia ipsis rursum visibilibus innitamur, ut quo casu anima venit ad insinuam, eo gradu revertatur ad summa; atque eisdem quibus corrut passibus surget, dum, sicut dictum est, illa nos ad Deum bene considerata

\* Iidem recentiores, opera considerata creatoris; reluctantibus MSS. Colb., Turon., Elbœuf., etc., neconon vet. Editis.

revocant, quæ nos ab eo male electa divisorunt. Eliu itaque, ut vim considerationis admoveret, atque ex corporeis rebus ostenderet quanto sit homine excellens Deus, bene intulit: *Suscipe cælum, et intuere, et contemplare æthera quod altior te sit.* Ipsis enim rebus creatus atque corporeis agnoscimus quantum a creatoris nostri sublimitate distamus, quia per omne quod cernimus esse humiles admonemur, ut quasi quædam sit lectio menti nostræ species considerata creaturæ. Dicat ergo: *Suscipe cælum; et intuere, et contemplare æthera quod altior te sit.* Si peccaveris, quid ei nocebis? et si multiplicatae fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porro si justus eris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Ac si diceret: Ex ipsis creaturis intellige quas altiores te esse corporaliter vides, quantum a divinæ potentiae sublimitate disjungeris; atque ex hac tua consideratione collige quia Deum nec bene vivendo adjuves, nec rursus malis actionibus graves.

19. *Angelis inferiores sumus, quanto magis Deo!* — Si vero, sicut superius diximus, in celo vel æthere supernas potestes accipimus, verbis istis 820 Eliu considerare nos admonet, ut quia ipsi angelici spiritus creatoris nostri potentiam plene contemplari non possunt, de quibus tamen certum est quia nobis eo ipso altiores sunt quo lapsi in infimis non sunt, videlicet colligamus quanto Deo inferiores existimus, qui etiam creaturis sublimibus sed longe illo inferioribus subjacemus. Ac si diceret: Vide quantum a divina celsitudine separaris, a cuius potentia etiam potestes illæ humilitate contempseunt quæ te immensa sublimitate transcendunt, et quanto ipse summo inferior es, qui inferiorem te esse etiam inferioribus deprehendis. Ostendendo vero summam, reducit ad æqualia, atque ait:

### CAPUT XIII.

VERS. 8. — *Homini qui similis tui est nocebit impetas tua, et filium hominis adjuvabit justitia tua.*

20. *Homo homini nocere aut prodesse potest, non angelis.* (1, quæst. 4, can. Homini.) — Humana impietas ei nocet, quem pervertendo inquinat. Et rursus eum adjuvat nostra justitia quem a pravis actionibus immutat. Nocere enim vel juvare nesciunt ea quæ vel a bono corrumpere vel a malo permutare non possunt. Supernæ igitur potestates eo lœdi vel juvari nequeunt, quo esse jam incommutabiles acceperunt. Sed considerare hæc nequeunt, qui terrenis desideriis implicantur. Sparsis enim foris mentibus ad semetipsas redire difficile est, quia prava itinera semel captas tanto delectabiliter tenent, quanto in eis ompe quod libuerit licet. Nullus quippe disciplinæ murus obviat qui constringat, nulla retributionis

<sup>a</sup> Al., *mentis nostræ.*

<sup>b</sup> Longipont., Pratel. ac alii Norm., quibus assentitur vet. Ed. Basil., *potestates illæ humiliatæ contremiscunt.*

<sup>c</sup> Al., *ostendens, ut legitur in Colb.*

<sup>d</sup> Pratel., *semel captos.*

<sup>e</sup> Ebroic. et alii, *permittit et purgat.*

<sup>f</sup> Al., *ad summa.*

<sup>g</sup> Plerique Norm., *hæc itaque.*

A prospicitur poena quæ terreat, sed clavis oculis cordis eo anima præcipitatur in infimis, quo obscuratur a summis; et tanto securius mala temporalia perpetrat, quanto durius bona æterna desperat.

[*Vet. et Rec. IX.*] 21. *Mali bonos premendo purgant.* — Sed ista reproborum nequitia liturgie more electorum vitam quasi grana a paleis separans, <sup>\*</sup> premit ut purget. Mali enim bonos magis ab hujus mundi desideriis expedinet, dum affligunt; quia dum multa eis hic violenta ingerunt, festinare illos <sup>f</sup> ad superna compellunt. Quod bene de Israelitico populo vocante Moysè et Pharaone rege saviente signatum est (*Exod. iii, 7.*) Tunc namque Moyses ad vocandum missus est, cum jam Pharaon dñs operibus ad opprimendum fuerat excitatus, ut Israelitarum mettes Ægyptio deformiter inhærentes, alius dum vocaret quasi traheret, aliis quasi impelleret dum servaret; et plebs in servitio turpiter fixa, vel provocata bonis, vel malis impulsu moveretur. Hoc quotidie agitur, dum prædicatis coelestibus præmiis, sæviro in electos reprobi permittuntur, ut si ad reprobationis terram vocati exire negligimus, pressuris saltem sævientibus impellamur, atque hæc Ægyptus, videlicet vita præsens, quæ nos oppressit blandiens, adjuvet premens; et quæ dum fovit, servitutis jugo contrivit, libertatis viam dum cruciat ostendat. <sup>e</sup> Hæc utique causa est quod ab injustis justi sinuntur affligi, ut scilicet dum futura audiunt bona quæ cupiant, patiantur etiam mala præsentia quæ perhorrescant, atque ad faciliorem exitum dum amor provocat, cruciatus impellat. Unde Eliu eosdem labores electorum sub oppressionibus reproborum exsequens, ait:

### CAPUT XIV [Rec. X].

821 VERS. 9. — *Propter multitudinem culminum, et clamabunt et ejulabunt propter vim brachii tyrannorum.*

22. *Pejores sunt qui pravis exemplis, virtutibus nos spoliant, quam qui exterioribus bonis.* — Calumniatores recte dicere possumus omnes iniqüos, non solum qui exteriora bona rapiunt, sed etiam qui malis suis moribus, et vita reprobæ exemplo interna nostra dissipare contendunt. Illi namque ea quæ nobis extra sunt invadere ambunt, isti vero nos prædari interiori quærunt. Illi amore rerum, isti non cessant odio sævire virtutum. Illi invident quod habemus, isti quod vivimus. Illi student rapere bona exteriora, quia placent; isti satagunt interiora bona dissipare, quia displicant. Quanto igitur morum vita a rerum distat substantia, tanto gravior calumniator est qui male videndo vim nostris insert moribus, quam qui violenter opprimendo damna ingerit rebus. Nihil

<sup>a</sup> In Sacris litteris et in scriptoribus ecclesiasticis, sæpe calumniator est, non qui falsum crimine intendit, sed qui alios vexat et opprimit. Isaie xlii, 4: *Assur absque ultra causa calumnatus est eum;* hoc est, injuste vexavit. Luc. iii, 14: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, et contenti estate stipendiis vestris.* Victor. Utic., I. II Vaud. *Persolut: Provincias regni sui variis calumnias et inductionibus onerabat;* pag. 22 novæ Edi. Vide etiam pag. 38 et 40.

iste de nostra sustentatione subtraxit, sed exempla nobis perditionis apposuit. Eo ergo graviorem calumniam intulit, quo quietum cor in temptatione commovit. Qui etsi nequaquam nobis actionis suæ opera persuasit, pugnam tamen temptationis ingessit. Gravem igitur de vita ejus calumniam sustinemus, quia nimis intus patimur quod cum labore vincamus. Et quia in hoc mundo abundat malorum vita quæ cruciet, tecte dicitur: *Propter multitudinem calumniatorum clamabunt.*

**23.** Alii vitia suadent, alii jubent et tyrannica vi ad ea cogunt. — Quia vero ea quæ verbis suadere non valent extorquere nonnunquam etiam effrenatis viribus student, apte subjungitur: *Et ejulabunt propter timorem brachii tyrannorum.* [Vet. X.] Quisquis enim male vivere suo nos exemplo compellit, adhuc in nobis voce calumniatoris utitur; quisquis vero peccatum suadens etiam terrere nos appetit, jam contra nos brachio tyrannidis sævit. Aliud est enim vitia suadere vivendo, aliud jubere terrendo. Dum ergo exempla malæ actionis aspicimus, quasi adhuc strepitum calumniatoris audimus; dum vero vi peccare cogimur, jam tyrannum in corde sustinemus.

**24.** Eorum tamen conatus resistunt electorum mentes. Ad Deum eundem est, non solum per mollia, sed etiam per aspera. — Sed robustorum mentes in Deo immobiliter fixæ tanto ista despiciunt, quanto cernunt quod contra præcepta conditoris excrescent. Aeternitatis quippe præmia præstolantes vires ex adversitatibus sumunt, quia crescente pugna gloriore sibi non ambigunt manere victoriam. Sic itaque electorum desideria dum præmantur, adversitate proficiunt, sicut ignis flatu premitur ut crescat; et unde quasi extingui cernitur, inde roboratur. In eo namque ostendimus quanta ad Dominum cupiditate flagramus, si non solum ad eum per tranquilla et mollia, sed etiam per aspera et dura transimus. Hinc namque propheta ait: *Qui perfecti pedes meos quasi cervi* (Psal. xvii, 34). Cervus enim cum montium juga condescendit, quæque aspicit aspera, quæque se objiciunt sentibus illigata, dato saltu transgreditur, et absque ullo cursus sui obstaculo in superiora elevatur. Ita etiam electorum mentes quæque sibi in hoc mundo obsistere atque obviare consipient, contemplationis saltu transcendunt, et more cervorū, despectis terrenarum rerum sentibus, in superna se elevant. Hinc rursum dicit: *Et in Deo meo transgrediatur murum* (Ibid., 30). **25.** Murus quippe est omne quod itineri nostro objicitur, ne ad eum qui diligitur, transeat. Sed myrum transgredimur, cum præ amore supernæ patriæ, quæque in hoc mundo fuerint objecta calcamus. Hinc per eumdem Prophetam certanti animæ Dominus dicit: *Exaudi te in abscondito tempestatis, probavi te ad aquas contradictionis* (Psal. lxxx, 8). Absconditum quippe tempesta-

tis est, cum in corde contrito cogitationum tentantium fluctus intumescunt, cum contra amoris sancti studia curarum secularium se tumulus illidunt. In abscondito ergo tempestatis auditur, quia clamor deprecantis est hæc ipsa tribulationis fluctuatio. Quia vero omnino non desunt qui bona quærentibus suadere perversa moliantur, aquæ contradictionis sunt populi resistentes. Et quia tunc probatur desiderium cum aliqua ei adversitate resistitur, recte dicitur: *Probavi te ad aquas contradictionis.* His itaque virtutum nisibus robusti ex adversitate proficiunt, sed infirmi sæpe in desideriis suis, si qua eis fuerint, ex adverso objecta, languescent, et cum valida tribulatione pulsantur, pusillanimitate deficiunt. Unde Eliu beato Job probra pusillanimitatis inpingens, præmissis malorum oppressionibus, instruorum mox pusillanimitates exsequitur, dicens:

#### CAPUT XV (Rec. XI).

VERS. 10. — *Et non dixit, Ubi est Deus qui fecit me?*

**25.** *Qui temptatione frangitur, Dei providentiam serio non cogitat.* — Mos sacræ Scripturæ est ut a singulari numero ad pluralem subito transeat, atque a plurali sæpe se ad singularem vertat. Unde Eliu cum diceret: *Clamabunt, et ejulabunt, nequaquam subdividit*: Non dixerunt, ubi est Deus: *Non dixit ubi est Deus.* A pluri quippe numero in singularem veniens, ad personam subito instruvi uniuscujusque transivit, fortasse quia a singulis melius recognoscitur quidquid dici de eis singulariter auditur, ut ad cor suum quisque redeat, et in semetipso hoc quod de uno quoque dicitur reprehendat. Singularem igitur numerum tenuit, dicens: *Non dixit, Ubi est Deus qui fecit me.* Quisquis enim adversitatum tribulatione frangitur a quo factus est minime contemplatur. Nam qui quod non erat fecit, factum sine gubernatione non deserit; et qui benigne hominem condidit, nequaquam injuste cruciari permittit; nec sinit neglecte perire quod est, qui hoc etiam quod non fuit creavit ut esset. Cum ergo causam tribulationis nostræ requiri mus, et fortasse tardius invenimus, est ista consideratio, quod nihil injuste patiamur, quia si Deo auctore sumus qui non sumus, Deo regente non affligimur injuste qui sumus. Sequitur:

#### CAPUT XVI [Vet. XI, Rec. XII].

Ibid. — *Cui dedit carmina in nocte*

**26.** *Ne vincamur, Deus tribulationes consolatione condit.* — Carmen in nocte est lætitia in tribulacione, quia etsi pressuris temporalitatis affligimur, spe jam tamen de æternitate gaudemus. Carmina Paulus in nocte predicabat, dicens: *Spe gaudentes, in tribulatione patientes* (Rom. xii, 12). Carmen in nocte David sumpserat, qui dicebat: *Tu mihi es refugium a pressura quæ circumdedit me, exultatio mea, redime*

dici in Editis.

• Prætel. et nonnulli Norm., curavit ut esset.

• Prætel. est ista concita ratio; quod etiam legitur in Utic., Baluz. et Colb.

• Tiron., si aspera quæque se objiciunt. Prætel. et alii Norm., quæque se aspera, quæque objiciunt. Ita quoque Baluz. et Colb.

• Ita Baluz., Colb., Ebroic. aliique Norm. Deest

*me a circumstantibus me* (*Psal. xxxi, 7.*)<sup>a</sup> *Eoē noctem pressuram nominat, et tamen liberatorem suum inter angustias exultationem vocat. Foris quidem nox erat in circumstante pressure, sed intus carmina* **823** *resonabant<sup>b</sup> de consolatione lētitiae. Quia enim ad æterna gaudia redire non possumus, nisi per temporalia detrimenta, tota sacra Scriptura intentione est<sup>c</sup> ut spes manentis lētitiae nos inter hæc transitoria adversa corroboret. Unde et Ezechiel propheta librum se accepisse testatur, in quo scriptæ erant lamentationes, carmen et vœ (*Ezech. ii, 9.*). Quid enim libro hoc, nisi divina eloquia figurantur? Quæ quia nobis lacrymas luctusque præcipiunt, lamentationes in eo scriptæ referuntur. Carmen quoque et vœ continent, quia sic de spe gaudium prædicant, dūt in præsenti tamē pressuras atque angustias incident. Carmen et vœ continent, quia etsi hic dulcia appetimus, prius necesse est ut hic amara toleremus. Carmen et vœ discipulis prædicabat Dominus, cum dicebat: *Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habetis; in mundo pressuram habebitis* (*Joan. xvi, 33.*) Ac si aperte diceret: Sit vobis de me interius quod consolando resiccat, quia erit de mundo exterius quod aeviendo graviter premat. Quia ergo infirmus quisque cum premitur, a spe gaudii nimia pusillanimitate lassatur, et dum foris adversa tolerat, intus obliviscitur quo gaudebat, bene dicitur: *Non dixi. Ubi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?* Si enim ista diceret, vim quam paitor temperaret; et per hoc quod mansuum intus quereret, id quod foris transitorium sustinet esse intolerabile non aestimaret. Sequitur:*

#### CAPUT XVII [Rec. XIII].

Vers. 11. — *Qui docet nos super jumenta terræ, et super volucres cœli erudit nos.*

27. *Deus nos docet carnis voluptates, et spiritus elationem cauere.* — Jumenta terræ sunt, qui usu vita carnalis ima appetunt; volucres vero cœli sunt, qui superbæ curiositatis studio sublimia perscrutantur, illi vivendo se deponunt infra quam sunt, isti inquietando se elevant ultra quam possunt. <sup>d</sup> Illos in infirmis voluptas dejicit carnis, istos quasi in superioribus erigit libido curiositatis. Illis per sacra eloquia dicitur: *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus nos est intellectus* (*Psal. xxxi, 9;*)<sup>e</sup> istorum superbis labor increpatur, dum dicitur: *Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris* (*Eccli. iii, 22.*) Illis dicitur: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam* (*Coloss. iii, 5.*) istis dicitur: *Nemo vos decipiatur per philosophiam et inanem fallaciam* (*Coloss. ii, 8.*) Docet igitur nos Deus super jumenta terræ et volucres cœli, quia duu hoc quod sumus agnoscimus, nec carnis nos infirmitas dejicit, nec

<sup>a</sup> Vindoc., ecce de nocte pressuram nominat.

<sup>b</sup> Turon., de consolatione justitiae.

<sup>c</sup> Al., ut spe manentis, quod habet Colb.

<sup>d</sup> Vindoc., ut tamen præsentes pressuras.

<sup>e</sup> Pratel. et alii, illos in infima... istos quasi in su-

A superbæ spiritus elevat; nec defessa imis subjici- mur, nec superbido de sublimibus inflamur. Qui enim carne labitur, jumentorum appetitu proster- nitur; qui vero extollitur mente, more volucrum quasi levitatis penna sublevatur.

[Vet. XII.] 28. *Superbia luxuriae seminarium. Caro mergit quos superba scientia sublevat. Juste mens amittit carnis dominium si Deo servire deneget.* — Sed si vigilanter intenditur, ut et mentis humilitas, et carnis castimonia teneatur, cito cognoscimus, quid alterum custoditur ex altero. Nam multis sepe superbia luxuriae seminarium fuit, quia dum eos spiritus quasi in altum erexit, caro & in infirmis mersit. Hi enim prius secreto elevantur, sed postmodum publice corrunt, quia dum occultis in- tumescunt motibus cordis, apertis cadunt lapsibus corporis. **824** Sic sic elati justa fuerant retributiones feriendi, ut quia superbido se hominibus præfuerunt, luxuriando usque ad jumentorum similitudinem devolvantnr. *Homo quippe cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* (*Psal. xlvi, 13.*) Quasi scientie enim illos in altum penna sublevaverat, de quibus Paulus hoc quod et superius protulimus dicebat: *Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias eggerunt, sed evenerunt in cogitationibus suis* (*Rom. i, 21.*) Quomodo autem in ju- mentorum, aut plusquam jumentorum voluptatem deciderint, subdidit dicens: *Tradidit eos Deus in desideria<sup>f</sup> cordis eorum, in immunditiam* (*Ibid., 24.*) Ecce caro mersit quos superba scientia sublevavit, et a volatu volucrum ultra appetitum lapsi sunt ju- mentorum; atque inde sub se prostrati sunt, unde super se ire videbantur. Curandum itaque est, et omni custodia mens a superbæ timore servanda. Non enim ante oculos Dei vacua transvolant cogita- tiones nostræ; et nulla momenta temporis per animum transeunt sine statu retributionis. Intus ergo videt Deus quod mentem elevat, et idcirco permittit foris invalescere quod deponat. Intus prius extollitur, quod foris postmodum luxuriae corruptione se- riatur. Occultam videlicet culpam sequitur aperta percussio, ut malis exterioribus interiora puniantur et cor publice corrut, quod latenter tumebat. Hinc quippe per Osee contra Israelitas dicitur: *Spiritus fornicationis in medio eorum, et Dominum non congo- verunt* (*Ose. v, 4.*) Qui ut ostenderet quod causa libidi- nis ex culpa proruperit elationis, mox subdidit dicens: *Et respondebit arrogantia Israhel in faciem ejus* (*Ibid., 5.*) Ac si diceret: Culpæ quæ per elationem mentis in occulto latuit per carnis luxuriam in aperto respondit. Proinde per humiliatis custodiā ser- vanda est munditia castitatis. Si enim pīle spiritus sub Deo premitur, caro illicite super spiritum non levatur. Habet quippe spiritus comitissimum sibi domi- periora.

<sup>f</sup> Vindoc., istorum superbæ increpatur.

<sup>g</sup> Ebroic. et alii Norm., in infima.

<sup>h</sup> Ita Pratel., Baluz., Colb. la Excusis legitur, cor- dis sui.

**¶** carnis, si tamē ab Domino recognoscit iura legiūmā servitūps. Nam si auctōrem spūpū superbiendo contemnit, jure et a subjectā carnē p̄lēum suscipit. Unde et ille prius inobedientis mox ut superbiep̄o peccavit, pudenda cōtexit (*Genes. iii, 7*). Quia enim contumeliam spiritūs Deo intulit, mox contumeliam carnis invenit. Et quia auctōri sp̄o esse subditus nōluit, jus carnis subditæ quam regebat amisi, ut in seipso videlicet inobedientiæ sua cōfusio redundaret. et superatus disceret, quid elatus amisisset.

[*Vet. XIII.*] 29. Si cordis humilitatem negligamus, Deus carnis integratē despicit. — Nullus ergo postquam superna appetere cōperit, si carnis voluptate prostermitur, tunc se victimū judicet, cum aperte superatur. Si enim plerumque virus libidinis de radice nascitur elationis, tunc caro vijet, cum spiritūs latenter intumuit: jam tunc anima per originem culpæ in petulātiā jumentorum cecidit, cum effrerendo se, more volucrum, ultra quam debuit evolavit. Hinc est enim quod longa continentia repente solvit, hinc quod plerumque et usque ad senium virginitas servata vitiatur. Quia enim negligitur **825** humilitas cordis, rectus judex despicit etiam integratē corporis; et quandoque per apertum malum reprobos annuntiat, quos dudum reprobos in occulto tolerabat. Nam qui diu seruatū bonum subito perdidit, apud semetipsū intus aliud malum tenuit, ex quo aliud subito erupit per quod ab omnipotente Deo etiam tunc alienus existit, quando se ei per munditiam corporis inhaerere monstravit. Quia igitur mentis elatio ad pollutionem pertrahit carnis, reproborum cor a volatu volucrum ad perpetuātiam mergitur jumentorum. Sancti autem viri ne appetitu bestiali ad luxuriæ voraginem devolventur, sollicite cogitationes mentis a superbīa volatu custodiunt; ac ne in insima desipiēdo corruant, omne quod sublimiter sapiunt, humiliiter premunt. Recte itaque dicitur: *Qui docet nos super jumenta terræ, et super volucres cœli erudit nos.* Subaudis, hoc quoque non dixit.

30. In adversis deficit, quia prosperis uti moderate nescimus. — Illoc itaque quod jumentis ac volucribus antecellit, eum non dicit in tribulatione memorari; ac si diceret: Insirmus quisque idcirco nequaquam se in perturbatione corroborat, quia et in tranquillitate non temperat; et ideo nescit adversa tolerare, quia constitutus in prosperis cogitatione se non novit a volatu volucrum premere, nec carnales motus a jumentorum ingluvie sublevare. Sed hoc beato Job tanto inconvenienter dicitur, quanto vita eius inter alta et insima mirabiliter temperatur.

\* Vindoc., tunc se justum judicet; quæ lectio in superficie optima. Præstat tamen altera, cuius sensus est eos qui carnis voluptate protervuntur non tunc ceperisse vicē tantum quando aperto lapsu superati sunt, sed prius mentis elatione, quæ libidinis radix est, fuisse dejectos. Id minime intelligens aliquis sciolus, absurdumque, tmo impium censens esse eum qui in luxuriam labitur pro victo non reputandum esse, scribendum putavit: nullus —

Quod quidem intelligi et aliter potest: Qui docet nos super jumenta terræ, et super volucres cœli erudit nos. Nam sicut jumentorum vocabulo signatur yilla hominum carnis adhuc motibus subditorum, ita appellatione volucrum figuratur elatio spirituum superborum, ut per jumenta quidem terreni homines, per volucres vero dæmonia designentur. Unde cum semina Dominus iuxta viam diceret cecidisse, subiungit: *Venerunt volucres cœli, et comedenter ea* (*Math. xiii, 4*), nimirum per volucres signans aeras potestates.

31. Sancti dum Deo se subdant, cuncta transitoria superant et despiciunt. — Sancti autem viri, quia nec insima hominum exempla appetunt, nec rursum dæmoniaca subtilitate falluntur, et super jumenta terræ, et super cœli volucres virtute eruditio[n]is excrescent. Super jumenta enim terræ edocti sunt, quia quidquid in imis potest ambiri despiciunt. Super volucres quoque cœli eruditii sunt, quia omnes et immundorum spirituum insidias comprehendunt. Super jumenta terræ edocti sunt, quia nihil in hac vita quod præterit querunt. Super volucres cœli eruditii sunt, quia potestes aeras, quas adhuc per carnis infirmatatem tolerant, jam vitæ meritis calcant. Paulus jam super jumenta terræ edactus fuerat, dicens: *Multi enim ambulant.* Et paulo post: *Quorum finis interitus, quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.* Nostra autem conversatio in cœlis est (*Philip. iii, 18, 19*). Et rursum super volucres cœli eruditum se no-

C verat, cum dicebat: *Nescitis quoniam angelos judicabim⁹* (*I Cor. vi, 3*)? Sub se jumenta cernebat, quia videlicet in terra adhuc positus calcabat mores omnium qui in insimis conversantur. Et rursum volatum volucrum meritorum dignitate transcenderat, quia subitrus cœlestia judicatur se angelos non ignorabat. In illis immundorum insima, in istis perborum summa **826** calcabat. [*Vet. XIV.*] Mentes quippe sanctorum transitoria cuncta despiciunt, et sub se labi quidquid superbūt, quidquid præterit, contemplantur; et quasi in quodam rerum vertice constitutæ, tanto sibi omnia subesse conspicunt, quanto semetipsas verius auctōri omnium subdunt; atque inde cuncta transcendunt, unde creatori cunctorum vera se humilitate substernunt. Dicat ergo:

D *Qui docet nos super jumenta terræ, et super volucres cœli erudit nos.* Ac si diceret: Insirmus pusillanimitate victus ista non dixit, et idcirco eum adversitas tentationis perculit, quia tranquillitatis tempore haec cuncta transeuntia nulla perfectione superavit. Hujus enim vitæ aduersa non perhorresceret, si perfectionis merito etiam secunda calcasset. Sequitur:

tunc se justum judicet; expuncta voce victim.

\* Vindoc., ex quo ad aliud.

\* Pratel. et alii Norm., *malignorum spirituum insidias*. Nonnulli fortasse maluerunt scribere *malignorum* quam *immundorum*, quod potius sit *malignorum* quam *immundorum* spirituum insidias struere.

\* Vindoc., Ebroic. et alii Norm., *calcabat mentes*.

\* Pratel., *adversitatis tentatio*.

## CAPUT XVIII [Rec. IV].

VERS. 12. — *Ibi clamabunt, et non exaudiet propter superbiam malorum.*

32. *Justi permittuntur opprimi ut purgentur, et ut oppressorum nequitia consummetur.* — Ibi videlicet in tribulatione, ut e contra de gaudio scriptum est: *Fili servorum tuorum inhabitabunt ibi* (Psal. c1, 29). Sed videtur incertum utrum dicat: Propter superbiam malorum non exaudiet; an, propter superbiam malorum clamabunt. Intelligi autem melius potest, si non exaudiiri potius propter malorum superbiam, quam clamare referantur. Nam quod propter malorum superbiam clamant, jam supra dictum est, eo versu quo dicitur: *Propter multitudinem & violentorum clamabunt.* A iquid ergo nobis hoc versu innuitur quod paulo subtilius attendatur, quia saepe oppressi quidam dum clamaverint, ex se quidem merentur audiri, sed tamen eorum desideria propter opprimentium superbiam differuntur. Justus quippe Deus <sup>a</sup> suos permittit temporaliter opprimi, et violentorum malitiam nequiter augeri, ut dum horum vita in purgatione teritur, illorum nequitia consummetur. [Vet. XV.] Plerumque vero accedit, ut justi in tribulatione reprehensi, supernum solatium etiam temporaliter percipiunt, quod tamen non temporaliter implorant. Salvati enim non propter se, sed propter adversariorum salutem concupiscunt, ut dum illos omnipotens Deus ab immensis periculis facto quodam miraculo liberat, virtutem suam ipsis etiam persecutoribus innoescat; atque inde adversarios ad aeternitatem redimat, unde suos temporaliter salvat, sicut Prophetam quoque vocem martyrum suscipiens, ait: *Propter inimicos meos eripe me* (Psal. LXVIII, 19). Ac si diceret: Propter me quidem eripi de temporali tribulatione non appeto, sed tamen eripi propter adversarios meos concupisco, ut dum mea vita salvari mirabiliter cernitur, ipso miraculorum visu inimicorum duritia convertatur. Sicut ergo saepe Dominus suorum vitam temporaliter pro inimicorum conversione eripit, ita saepe suorum voces propter damnationem consequentium non exaudit, ut videlicet inde reatum suum cumulent, unde prævaluisse se nequiter gaudent. Nam qui invisibilia despiciunt, moveri nonnunquam visibilibus miraculis possunt. Sed idcirco cum justis plerumque nil mirum visibiliiter agitur, quia eorum adversarii illuminari visibiliiter non merentur. Dicatur ergo: *Ibi clamabant, et non exaudiet propter superbiam malorum.* Ae si diceret: Reatus opprimentium <sup>b</sup> audire voces prohibet oppressorum. Nec eripiuntur visibiliter justi, **327** <sup>c</sup> quia salvari visibiliter non merentur injusti. Unde rursus per Prophetam dicitur: *Cum viderit*

<sup>a</sup> In superioribus ubi locus hic Job exponitur, pro violentorum legitur calumniatorum. Utramque interpretationem pati potest Hebraicus textus. Aliquæ versiones habent propter potentiam, propter violenciam.

<sup>b</sup> Al., audiri.

<sup>c</sup> Edit. Rom. Sixti V, et nonnullæ, quia salvari visibiliter non merentur, mendose. MSS. Anglic., Norm., Vindoc., etc., veteresque Edit., habent invi-

**A** sapientes morientes, simul insipiens et stultus peribunt (Psal. XLVIII, 11). Quos enim visibiliter mori conspi- ciunt, invisibiliter vivere posse non credunt; atque eo reatum infidelitatis suæ cumulant, quo visa morte fidelium de æternitate desperant. Igitur violenti quique inde <sup>d</sup> deterius desiciunt, unde contra vitam innocentium exterius convalescunt; tantoque illos intima veritas a se foras ejicit, quanto eos contra suos temporaliter quod volunt posse permittit.

33. *Malorum pena gravior, est prosperitas. Mani- festum est reprobationis indicium.* — Quisquis itaque bonorum vitam perseguitur, tunc pejore ultione dam- natur, cum nulla ei adversitate resistiatur; et tunc fortioris iræ periculis subjacet, cum prospere pera- git quod nequiter concupiscit, quia videlicet vindicta

**B** superni judicii ad futura eum supplicia reservando deseruit, cui hic in malo obviare contempsit. Hinc enim per Prophetam Dominus dicit: *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, & et ibunt in voluntatis suis* (Psal. LXXX, 13). Hinc rursus dicitur: *Non est virga Dei super illos* (Job. XXI, 9). Hinc etiam de ipso eorum capite scriptum est: *Faciat et prosperabitur* (Dan. VIII, 12). Hinc rursus de eodem dicitur: *Et dolus in manu ejus dirigetur* (Dan. VIII, 25). In manu quippe Antichristi dolus dirigitur, <sup>e</sup> quia in hoc quod contra bonos proposuerit implere tempo- raliter nulla adversitate præpeditur. Hinc rursus per Salomonem dicitur: *Prosperitas stultorum perdet illos* (Prov. I, 32). [Vet. XVI.] Manifestum ergo per- ditionis indicium est, quando affectatis iniquitatibus subsequens faveat effectus, et nulla contrarietas im- pedit quod mens perversa conceperit. Nam saepe prævorum hominum dum tardantur vota, mulcentur; et dum difficultatem perfectionis sentiunt, reatum malæ actionis agnoscent; et quibus prius invitis contradicuntur, volentes postmodum hoc quod conce- perant, adversantur. Quia igitur malos cum deserit Dominus prævalere permittit, et unde superborum nequitia perficitur, inde humilium longanimitas consummatur, dicatur recte: *Ibi clamabunt, et non exaudiet propter superbiam malorum.* Sequitur:

## CAPUT XIX [Rec. XV].

VERS. 13. — *Neque enim frustra audit Deus, et Omnipotens singulorum causas intuebitur.*

34. *Desideria sanctorum eo cumulatius exaudiuntur, quo tardius.* — Notandum quod duo sunt dicta, quia et clamantem non frustra audit, et tamen quod patitur respicit, et exaudire voces dissimulat, et quod unusquisque tolerat non ignorat. Nemo ergo qui tardius auditur credit quod a superna cura ne- gligatur. Sæpe enim nostra desideria, quia celeriter non flunt, exaudiuntur; et quod impleri concite sibiliter.

<sup>d</sup> Ita Vindoc., Turon., Baluz., Colb., Pratel. aliij que Norm., necnon vet. Ed. In recent., interius.

<sup>e</sup> Vindoc., Baluz., Colb. et pler. Norm., et ibus in voluptatibus suis. Prior lectio concinit magis textui Hebr. et Vulgatae, in adiventionibus suis.

<sup>f</sup> Sic Baluz., Colb., Ebroic. aliquie Norm. Deest in in recentioribus Ed.

petimus, et ipsa melius tarditate prosperatur. Sæpe vox nostra eo perficitur quo differtur; et cum superficie etenim petitio negligitur, voia nostra altius in cogitationum radice complentur: sicut et semina messium gelu pressa solidantur; et quo ad superficiem tardius exireunt, eo ad frugem multipliciora consurgunt. Desideria itaque nostra dilatione extenduntur, ut proficiant; proficiunt, ut ad hoc quod perceptura sunt convalescant; exercitantur in certamine, ut **328** majoribus cumulantur præmiis in retributione, labor protrahitur pignus, ut crescat corona victoriae. Suos ergo Dominus cum velociter non exaudit, quo repellere creditur trahit. Internus quippe est medicus, et peccatorum in nobis contagia quæ inesse medullitus reprobat secat, abscedit virus putredinis ferro tribulationis; et quo voces ægri audire dissimulat, eo ægritudinis finem procurat. Hinc enim Prophetæ ait: *Deus mens, clamabo per diem, et non exaudies; et nocte, et non ad insipientiam mihi* (Psal. xxi, 3). Ac si diceret: Nequaquam mihi ad insipientiam prosciliet quod die ac nocte clamantem me continue non exaudis, quia unde me in temporali tribulatione quasi deseris, inde ad æternam sapientiam plus eridis. Hinc etiam dicit: *Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione* (Psal. ix, 10). Tribulatioquem quippe dicturus, opportunitates premissit, quia sæpe et tribulatione conterimus, et tamen opportunum nondum est<sup>b</sup> ut ad desiderium erectionis adjuvemur. Bicatur ergo: *Neque enim frustra audit Deus, et Omnipotens singulorum causas inueniebitur.* [Vet. XVII.] Sed quia plerumque nonnulli et ipsa adjutorii tarditate franguntur, apte subjugit:

## CAPUT. XX [Rec. XVI].

VERS. 14. — *Etiam cum dixeris: Non considerat, judicare coram illo, et exspecta eum.*

35. *Desperationis procella ingruente, ad memoriam revocanda sunt Dei beneficia.* — Fortasse enim dum clamor noster quasi negligitur, spes quæ cordi inerat infirmatur; et superna adjutoria defutura credimus, quia tardius impetramus; ac pene inconsiderata Deo esse ingemiscimus, quæ inulta toleramus. Sed cum ista nos desperationis procella conturbat, concussa mens citius in portum spei se collocat, si causas suas cum Domino subtiliter pensat, si bona ejus ad memoriam revocat, si mala quæ bonis ejus reddidit apud semetipsam callide non excusat, si perpendit quid ab eo juste meruit et quid clementer accepit, si vitam suam vivaciter discutit, si ante Dei oculos omne quod agit examinans semetipsam sibimet non abscondit, si factam se quæ non erat meminit,

<sup>a</sup> Baluz., ad frugem multipliciorem.

<sup>b</sup> Ed., ut desiderio erectionis. Melius in MSS. Turon., Vindoc., Colb., Norman., ut ad desiderium, hoc est, ut secundum desiderium.

<sup>c</sup> Longip., quid causæ tu ei vivendo contulisti, vel quæ?

<sup>d</sup> Vindoc., si in hac vita procella tribulationum.

<sup>e</sup> Vindoc., Ebroic. et alii, qui ad portum fidei. Baluz. et Colb., quia ad portum.

<sup>f</sup> Vindoc. et Pratel, longanimitate exspectamus.

A si illuminatam se atque sublevatam quæ in tenebris jacebat agnoscit. Hæc ergo in semetipsa cuncta recolligens, dum bona accepta considerat, adversa quæ tolerat nou accusat; nec desperatione frangitur, quæ tantorum munierem consolatione robolarat, quia spem de futuris recipit, dum transacta beneficia recognoscit. Dicat itaque: *Etiam cum dixeris: Non considerat, judicare coram illo, et exspecta eum.*

Ac si diceret: Cum idcirco Deus considerare non creditur, quia tarde miseretur, intima cogitationis ingredere, atque illuc coram ejus œulis cause tuæ judicium suscipe; et<sup>a</sup> quæ ipse vivendo contulisti, vel quæ misericorditer percepisti, discerne; et tunc ad spei fiduciam redi, dum bona tante benignitas erubescit, quatenus inter adversa fidenter exspectes

B quem et post delicia propitium recolis. Speranda etenim fuerant superna adjutoria, etiam si nulla beneficia processissent, Scendumque quia Deus hominem quem benigne condidit inique non spernit.

C 36. Qui præterita munera considerat, futura non desperat. — Pensandum est igitur quanti est periculi transacta munera cernere, et futura desperare; **329** quanti est periculi<sup>d</sup> si in hac procella tribulationum desperationis naufragio frangimur, qui ad portum spei velut immensis funibus præteritis donis ligamur. Dicatur itaque recte: *Judicare coram illo, et exspecta eum.* Nam qui semetipsum coram Deo non judicat, eum dum affligitur non exspectat. Cujus enim bona præcessisse dissimulat, adjutoria subsequi posse desperat; et cum præteriorum oblitioseatur, etiam subsequentium largitate fraudatur. Sed ecce dum nos affligimur, dum consolationis gratiam<sup>f</sup> longanimitate sustinemus, mali ad pejora proruunt, atque eo<sup>s</sup> iniquitatis exaggeratione proficiunt, quo sine verbere relinquuntur. Et tamen omnipotens peccantes misericorditer exspectat, tempus ad pœnitentiam tribuit, quod non coaversis ad gravioris reatus testimonium veritatem; patienter iram retinet, quam quandoque irretractabiliter effundit. Unde apte subjungitur:

## CAPUT XXI [Vet. XVIII, Rec. XVII].

VERS. 15. — *Nunc enim non infert furorem suum, nec ulciscitur valde scelus.*

D 37. Deus hic diu tolerat quos in æternum est damnatur. — Diu quippe Deus tolerat<sup>b</sup> quem in perpetuum tuum damnat; et furorem nunc inferre dissimulat, quia effundendum sine fine in posterum servat. Electorum namque est hic conteri, ut ad præmia debent æternæ hereditatis eruditiri. Nostrum est hic flagella percipere, quibus servatur de æternitate gaudere. Hinc enim scriptum est: *Flagellat omnem fi-*

<sup>a</sup> Hic variant MSS. et Editi. Alii enim habent, aggregatione, ut Turon., et vel. Edit. Paris. ac Basil., quibus pleraque consentiunt; alii, exaggeratione, ut legitur in Vindoc., Longip., Baluz., Colb., Ebroic., castorisque Norm. et in Edit. Paris. 1603.

<sup>b</sup> Hic vitata est Ed. Vatic. 1583 durarum vocularum, quem et quia transpositione; nimimum legitur: diu quippe Deus tolerat, quia in æternum damnat; et furorem... dissimulat, quem, etc.

*Hunc quem recipit (Hebr. xii, 8).* Hinc ad Joannem dicitur : *Ego quod anno arguo et castigo (Apoc. vi, 19).* Hinc Petrus ait : *Tempsus est nō incipit iudicium de domo Dei (I Petr. iv, 17).* Ubi mox admirando subiungit : *Si autem p̄tinum u nobis, qui finis eorum qui non credunt D̄i Evangelio (Ibid., 17) ? Peccata quippe nequaquam divina severitas inulta remanere permittit, sed ita iudicii a nostra h̄c correptione inchoat ; ut in reproborum damnatione conquescat.* Eant ergo nunc reprobi, et voluptatum suarum desideria inulta iniquitate consumment ; atque eo temporalia flagella non sentiant, quo æterna eos supplicia exspectant. Bene autem inulta eorum nequitia Cham peccante signata est, cui a patre dicitur : *Maledictus Chanaan puer, servus erit fratribus suis (Gen. ix, 25).* Chanan videlicet Chath filius. Et quid est quod Cham peccante Chanaan ejus filius sententiam ultioris accipit ? Quid est quod non in se, sed in posteritate percūtitur, nisi quod reproborum nequitia h̄c quidem inultas proficiunt, sed in posterum fertuntur ? Dicatur ergo : *Nunc enim non infert furorem suam, nec uinciscit ualde scelus.*

**38. Eos tamen aliquando hac in vita ferire inchoat.** — Notandum vero est quod subintulit, Valde, quia etsi quedam longanimitate tolerat, quedam tamen etiam in hac vita flagellat et hic nonnunquam ferire inchoat, quod æterna damnatione consummat. Ergo et nonnulla percūtunt, et nonnulla inulta derelinquit, quia si nulla resēcaret, quis Deum res humanas curare crederet ? Et rursus, si hic cuncta percūteret, extreum iudicium unde **830** restaret ? Quædam igitur feriuntur, ut factoris nostri super nos sollicitudinem formidemus ; quedam vero inulta servantur, ut adhuc iudicium restare sentiamus. Bene ergo dicitur : *Nec uinciscit valde scelus, quia dum exiguum quiddam de iniquitate percūtilur, inconvensis mentibus æterni jam iudicij sententiæ propinatur.*

**39. Aliud est rectum dicere, aliud recte.** — Totum itaque hoc ab Eliu rectum dicitur, si recte diceretur. Scit enim quid loqui debeat, sed cui loquatur ignorat. Vera sunt namque quæ dixit, sed a beati Job increpationibus aliena, quia tanto hac correptione non equi, quanto nec aliqua pusillanimitate peccavit. [Vet. XXIX.] Sed quia justis viris solet occasio esse virtutum elatio superborum, occulto iudicio cum beato Job agitur, ut post flagella poenaruim etiam per verba arrogantium crescat. Ecce enim tanto magis a superbis ministro despiciuntur quanto a magna veritate intrinsecus idem refovetur. Nam Eliu postquam tot fortia se dixisse cognovit, quid elationis gestaret aperuit, atque beatum Job alta de se

\* *Locus hunc in Editis et in quibusdam MSS. interpolatum restituimus ope Cod. Colb., Baluz., Vindoc., Ebroic., Pratel., Utic. aliorumque Norm. In Editis legitur, quanto à veritate intrinsecus, id est humilitatis magistra, explicationis gratia videntur addita. In Turon. Cod., corrupie : quanto magis auctoritate intrinsecus refovetur. Hallucinatus est ammannensis legens aut forsitan a dictante excipiens, quod postea*

A sentiendo despexit, dicens :

### CAPUT XXII.

VERS. 16. — *Ergo Job frustra aperit vos suum ; et absque scientia verba multiplicat.*

**40. Superborum vita sunt loquacitas, et audiendi impatientia.** — Hæc nimis in inferens; beatum Job et nil sciisse assit, et multa dixisse ; et cum ipse quæ sentito loquaciter inferat, hunc de visu loquacitatis accusat. Sed hoc quicquid esse proprium arrogantium vitium solet, ut ei paucia credant quæ ipsi multa dixerint, et multa credant quæ ipsis pauca dicuntur. Quia enim sua dicere semper volunt, aliena audire non possunt ; vim se pati existimant, si ea quæ immoderate sentiunt immoderatus non effundant. Et quamvis beatus Job ad ejus verba tacuerit, Eliu tamen de locutione illius, quæ amicis respondérat, causam invectionis invenit, ut sibi exhibere latius ejus silentium posset, atque ut ipse in illa respondeat, illum verba multiplicasse confirmat. Nam et tuox initia prelixæ locutionis exordit ; et quasi adhuc nil dixerit, inchoare conatur. Unde subditur :

### CAPUT XXIII [Vet. XX, Rec. XVIII].

CAP. XXXVI, VERS. 4, 2. — *Addens quoque Eliu, etiam haec locutus est : Sustine me paululum, et indicabo tibi.*

**41. Ex multiloquio suam doctrinam metiuntur. Dimesse ostentant, pro Deo loqui fingunt.** — Multa jam dixerat, et sustineri adhuc paululum sperat, quia videlicet arrogantes grave se damnum perpeti iudicant, si scientiam suam loquendi brevitate constringant. Tanto enim semetipsos credunt doctiores ostendere, quanto se potuerint multiplicitate loquacitatis aperire. Sed quia sepi sibi sentiunt silentii reverentiam non deferri, Domini nonnunquam potentiam de quo quasi loquuntur insinuant, ac sub praetextu illius sibi silentium exigunt, quod minime merentur, et dum speciem Deum proferunt, auditum sibi ex reverentia ejus exigentes, se student magis ostendere quam illius facta prædicare. Unde et Eliu subiungit, dicens :

Ibid. — *Adhuc enim habeo quod pro Deo loquar.*

**831** Quia vero nonnunquam doctores sancti cerebro repetunt si qua obscurius dicunt, ut quæ occulta prædicanter auditorum cordibus voce hac iterationis infundant, plerumque hoc appetunt etiam arrogantes imitari, et insolenter ea quæ dixerint replicant, non quo auditorum cordibus insinuare res appetant, sed quo eorum iudicio, videri eloquentes volunt. Unde Eliu subiungens ait :

VERS. 3. — *Repetam scientiam meam a principio.*

Sed quia nominata scientia, tumor cordis in voce

scripsit, auctoritate, pro, a veritatè.

\* *Locus obscurus tam in MSS. quam in Vulgatis. In manu exaratis legitur posset pro posset Editorum.*

\* Ita Turon., Vindoc., Baluz., Colb., Ebroic., aliquæ Norm. et vet. Ed. Paris. In vulgatis plerisque legitur, posstat, loco sperat. Veteris Ed. Basil., paululum imperat ; quod festivans typographus legit, et legendum edidit pro sperat.

\* *Pratel., se positis student.*

claruerat; arrogans aperte cognoscitur, si non citius aliquo velamine pallietur. Unde mox in occultatione suæ arrogantiae Domini justitiam subinserens, ait :

Ibid. — *Et operatorem meum probabo justum.*

Ut dum quasi pro Dei justitia loquitur, apud humana judicia quidquid arroganter effluit excusetur. Sequitur :

#### CAPUT XXIV.

VERS. 4. — *Vere enim abique mendacio sermones mei.*

42. *Testimonium a Deo non habentes, ab hominibus querunt.* — Cum ab infirmis auditoribus se intelligi non posse consipiunt, solent plerumque etiam justi laudare bona quæ dicunt, non quo ipsi suis laudibus inbent, sed quo auditores suos ad audiendi sollicitudinem accendant, ut dum eorum voce proferuntur, ab illorum cordibus ardenter affectu rapiantur. Unde Paulus cum mira Corintiis et multa dixisset : adjunxit *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatum est* (II Cor. vi, 11). Sed arrogantes dum cor bonorum nesciunt, et solas aliquando voces imitantur, efferunt laudando quæ dicunt, non quod eis torpor audientium displicet, sed quod sibi inbianter placent. Justorum vocem imitantes simulant, sed vim vocis ignorant. Vident quod justi proferunt, sed nesciunt quod requirunt. Cum enim <sup>a</sup> sancti doctores laudem prædicationis exaltant, quasi manu vocis ab imis cogitationibus corda audientium levant, ut excussa velociter dictis sequentibus velut in itinere occurant et tanto ea intelligentiae amplexu constringant, quanto illa et quasi priusquam cernerent in voce laudantis amaverant. Sed hæc, ut dixi, arrogantes nesciunt. Quia enim foris est quod appetunt, quid sit intus desiderabile sentire non possunt. De electorum quippe Ecclesia scriptum est : *Omnis gloria ejus filie regum ab intus* (Psal. XLIV, 14). Et sapientes virgines in vasis oleum portare referuntur (Math. xxv, 4). Unde et sanctorum voce dicitur : *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ* (II Cor. i, 12). Arrogantes autem, quia coram Deo conscientiae suæ testimonium non habent, querunt coram hominibus testimonium vocis alienæ; quam cum tarde reperiunt, ipsi etiam in impudentiam sui favoris erumpunt. Si enim non inveniunt voces hominum, quas inbianter exspectant, ipsi scientiam suam laudantes prædicant. Unde et Eliu subdit dicens :

#### CAPUT XXV.

Ibid. — *Et perfecta scientia probabitur tibi.*

43. *Cordis elatio licet occulta, inexcusabilis; quanto magis quæ verbis foras erumpit.* — Nimirum sensit se magna dictum, sed tumet in corde hoc quod de semetipsa sublimiter testimoniavit tacere non potuit : et idcirco quod rectam sensit laudando præcucurrit : quia fām quidem divino*judiciorum* esset, si magna de se saltem ostendo sensisset. Ante subtile enim veritatis examen securi omnino non sumus, etiam si hu-

<sup>a</sup> Vindoc., Utic. et alii North., sancti prædicatores.

<sup>b</sup> Pratel., *bonum quod bene dicere appetit.*

<sup>c</sup> Turon., *Domino observandi. In Pratel. et Utic.,*

A mano 832 judicio quod in nobis reprehendi debet non habemus. Nam plerumque negligentius cogitantes elatione pulsamur, quam tamea tacentes premimus. Sed nisi retractatione concitâ tumor occultus in ipso cubili cordis, in quo oritur, suffocetur, etiam districto judice omne meritum nostræ actionis extinguitur. Hinc ergo pensandum est illa cordis elatio quæ animadversione damnabitur, quæ usque ad audaciam vocis nutritur, si nequè hæc est excusabilis quæ in corde latenter oboritur. Considerandum quoque qualis intrinsecus regnat, quæ eo usque servata est, ut etiam foras erumpere non erubescat. Eliu ergo quia magna sensit, semetipsum humiliiter temperare nescivit, scientia colsuminem tenuit, humilitatis gratiam recusavit; et dum sequitur bonum <sup>d</sup> quo bene dicere appetit, bonum quo bene vivere potuisset amisit. *Scientia quippe instat, charitas vero adificat* (I Cor. VIII, 1). Sed jam nunc rectum dicat, quod tamen recte dicere ignorat. Nam postquam inflatas animi cogitationes per verba elationis exhalavit, forte sententiam subdidit, dicens :

#### CAPUT XXVI [Vet. XXI, Rec. XIX].

VERS 5. — *Deus potentes non abicit, cum et ipse sit potens.*

44. *Potentia temporalis, etsi bona, elationis tentationi est obnoxia. Qui se videt plus ceteris posse, plus sapere facile credit. Hic Satana similiſ.* — In usu vita mortalium quædam ex semetipsis sunt noxia, quædam vero ex his quæ circa ipsa versantur. Ex semetipsis

<sup>C</sup> quædam sunt noxia, sicut peccata atque flagitia. Quædam vero nonnunquam nobis ex his quæ circa ipsa sunt nocent, sicut temporalis potentia, vel copula conjugalis. Bonum namque est coniugium, sed mala sunt quæ circa illud ex hujus mundi cura succrescent. Unde Paulus ait : *Qui autem cum uxore est cognitæ quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori* (I Cor. VII, 33). Unde et quibusdam meliora persuadens, eos a coniugio revocat, dicens : *Hoc autem dico, non quæ laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatem præbeat sine impedimento.* Domum obsecrandi (Ibid., 33). Dum ergo tenetur quod non nocet, ex rebus juxta positis comimititur plerumque quod nocet; sicut sepe rectum mundumque iter pergitus, et tamen ortis juxta viam reprehibus

<sup>D</sup> per vestimenta retinetur. In via quidem munda non offendimus, sed a latere nascitur quo pungantur. Magna est etiam potentia temporalis, quæ habet apud Deum meritum suum de bona administratione regimini; nonnunquam tamen eo ipso que preminet ceteris, elatione cogitationis intumescit; et dum ad usum concia subjacent, dum ad votum velociter jussa complentur, dum omnes subditi si qua bene gesta sunt laudibus effarent, male gestis autem nulla auctoritate contradicunt, dum plerumque laudant etiam quod objurgare debuerunt,

*Bonino observandi; et ad marg., obsecrandi. Usamque leot. habet Colb.*

<sup>d</sup> Turon., et dum usui cuncta.

seductus ab his <sup>a</sup> quæ infra subduntur, super se animus tollitur; et dum foris immenso favore circumdatur, intus veritate vacuatur; atque oblitus sui, in voces se spargit alienas; talemque se credit, qualem foris audit, non qualem intus discernere debuit; subjectos despicit, eosque æquales sibi naturæ ordine non agnoscit; et quos sorte potestatis excesserit, transcendisse se etiam vitæ meritis credit; cunctis se æstimat amplius sapere, quibus se videt amplius posse. In quodam quippe se constituit culmine apud semetipsum; et qui æqua cæteris naturæ conditione constringitur, **833** ex aequo respicere cæteros designatur; sive usque ad ejus similitudinem ducitur de quo scriptum est: *Omne sublime videt, et ipse est rex super universos filios superbias* (*Job. xli.*, 25). Et de cuius corpore dicitur: *Generatio cuius excelsi sunt oculi, et palpæbrae ejus in alta surrecta* (*Prov. xxx.*, 13). Au ejus similitudinem ducitur, qui singulare culmen appetens, et socialem angelorum vitam despiciens, ait: *Ascendam super altitudinem nubium; similis ero altissimo* (*Isai. xiv.*, 14). Miro ergo judicio intus foveam dejectionis invenit, dum foris se in culmine potestatis extollit. Apostolæ quippe angelos similis efficitur, dum homo hominibus esse similis designatur. Sic Saul ab humilitatis merito in tunorem superbie culmine potestatis excrevit. Per humilitatem quippe prælatus est per superbiam reprobatus, Domino attente qui ait: *Nonne cum essem parvulus in oculis tuis, caput te constituisti in tribibus Israel* (*I Reg. xv.*, 17)? Parvulum se ante potestatem viderat, sed, fultus temporali potestia, jam se parvulum non videbat. Cæterorum namque comparatione se præferens, magnum se apud se esse judicabat. Miro autem modo cum apud se parvulus, apud Dominum magnus; cum vero apud se magnus, apud Dominum parvulus fuit. Magnos nos Dominus apud nos esse prohibet per prophetam dicens: *Vix qui sapientes esitis in oculis vestris, et coram vobis metipsis prudentes* (*Isai. v.*, 21). Ne magni apud nos esse debeamus, Paulus admonens, ait: *Nolite prudentes esse apud vosmetipso* (*Rom. xii.*, 15). Plenrumque ergo dum ex subjectorum affluentia animus inflatur, in luxum superbie ipso potestatæ fastigio lenocinante corrumpitur.

**45.** Legitimæ potestas ea est, quæ super culpas, non super homines erigitur. S. Petri exemplum, et S. Pauli. — Sed aliud est quælibet bona non esse, aliud bona bene habere nescire. Bona namque est ordine suo potentia, sed cœta regentis indiget vita. Igitur bene hanc exercet, qui et retinere illam noverit, et impugnare. Bene hanc exerceat, qui scit per illam super culpas erigi, et scit cum illa cæteris æqualitate componi. Humana enim mens plerumque extollitur, etiam cum nulla potestate fulcitur; quanto magis in altum se erigit, cum se etiam ei potestas adjungit? Et ta-

<sup>a</sup> Editi, quæ intra subduntur; quod emendavimus ex MSS. Longip., Vindoc., Baluz., Colb., Prateli, aliisque Norm., Gilot tam ad marginem annotavit usq[ue], retento in textu intra.

A men corrigendis aliorum vitiis apta execucione præparatur. Unde et per Paulum dicitur: *Minister enim Dei est, vindictor in iram ei qui malum agit* (*Rom. xiii.*, 4). [Vet. XXII.] Cum ergo potentia temporalis ministerium suscipitur, summa cura vigilandum est, ut sciat quisque et sumere ex ea quod adjuvat, et expugnare quod tentat; et æqualem se cum illa cæteris cernere, et tamen se peccantibus zelo ultiōnis præferre. Quam discretionem plenius cognoscimus, si etiam potestatis ecclesiastice exempla cernamus. Petrus namque, auctore Deo, Ecclesia principatum tenens a bene agente Cornelio, et sese ei humiliiter prosteruentem, immoderatus venerari recusavit, seque illi similem recognovit, dicens: *Surge, ne feceris, et ego ipse homo sum* (*Act. x.*, 26). Sed cum Ananias et Sapphiræ culpam reperit, mox quanta super cæteros potentia excrevisset ostendit (*Act. v.*, 5, seq.). Verbo enim eorum vitam percudit, quam spiritu perscrutante deprehendit; et sumum se intra Ecclesiam contra peccata recoluit, quod, honore sibi vehementer impenso, coram bene agentibus fratribus non agnovit. Illic communionem æqualitatis meruit sanctitas actionis, **834** hic zelus ultiōnis <sup>b</sup> jus aperuit potestatis, Paulus bene agentibus fratribus prælatum se esse nesciebat, cum diceret: *Non quia dominamur fidei vestre, sed adiutores sumus gaudii vestri* (*II Cor. i.*, 23). Atque illico adjunxit: *Fide enim statis*. Ac si diceret: Ideo non dominamur fidei vestre, quia fide statis. Æquales enim vobis sumus, ubi vos stare cognoscimus. Quasi prælatum se fratribus esse nesciebat, cum diceret: *Facti sumus parvuli in medio vestrum* (*I Thess. ii.*, 7), et, *Nos autem servos vestros per Jesum Christum* (*II Cor. iv.*, 5). Sed cum culpam quæ corrigi debuisset invenit, illico magistrum se esse recoluit, dicens: *Quid vultis? in virga veniam ad vos* (*I Cor. iv.*, 5)?

**46.** *Prælati dum culpas puniunt jure potestatis, æquales se iis qui corriguntur agnoscent per humilitatis custodiā. Ipsi etiam se postponant, quare.* — Summus itaque locus bene regitur, cum is qui præstet vitiis potius quam fratribus dominatur. Cunctos quippe natura æquales genuit; ut autem alii ad regendum aliis committantur, non eos natura, sed culpa postponit. Vitiis ergo se debent rectores erigere, quorum et causa præferuntur; et cum delinquentes corrigunt, sollicite attendant, ut per discplinam culpas quidem jure potestatis feriant, sed per humilitatis custodiā æquales se ipsis fratribus <sup>c</sup> qui corriguntur agnoscent. Quamvis plerumque etiam dignum est ut eosdem quos corrigimus tacita nobis cogitatione præferamus. Illorum namque per nos vitia disciplinae <sup>d</sup> vigore feruntur; in his vero quæ ipsi committimur ne verbi quidem ab aliquo invective lacerarum. Tanto ergo apud Dominum obligatores sumus quanto apud homines inuite peccamus. [Vet. XXIII.] Disci-

<sup>b</sup> Baluz., *jus apparuit*.

<sup>c</sup> Al., *quos corrigunt*.

<sup>d</sup> Sic Norm., Baluz. et alii quos sequuntur. Vet. Ed. In recent. legitur *vigore*.

plena autem nostra subditos tanto divino iudicio liberos reddit, quanto hic eorum culpas sine vindicta non deserit. Servanda itaque est in corde humilitas, et in opere disciplina. Atque inter haec solerter intuendum, ne dum immoderatus custoditur virtus humilitatis, solvantur jura regiminis; et dum praefatus quisque plus se quam decet dejicit, subditorum viam stringere sub disciplina vinculo non possit. Teneamus ergo exterius quod pro aliorum utilitate suscipimus, teneamus interius quod de nostra aestimatione sentimus. Sed tamen decenter quibusdam erumpentibus signis tales nos apud nos esse ipsi etiam qui nobis commissi sunt non ignorent, ut et de auctoritate nostra quod formident videant, et de humilitate quod imitentur agnoscent. Servata autem auctoritate regiminis, ad cor nostrum sine cessatione B redeamus, et consideremus assidue quod sumus aequaliter cum ceteris conditi, non quod temporaliter ceteris praelati. Potestas enim quanto exterius eminet, tanto premi interius debet, ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animum rapiat, ne jam sub se mens eam regere non possit, cui se libidine dominandi supponit.

**47. Potestatis humiliiter administratio exemplum in David.** — Bene David potentiam regere noverat, qui elationem ejusdem potentiae semetipsum premenendo vincebat, dicens : *Domine, non est exaltatum cor meum* (Psal. cxxx 1). Quippe in ejus humilitatis augmentum subiunxit : *Neque elati sunt oculi mei*. Atque addidit : *Neque ambulavi in magnis*. Et adhuc subtilissima semetipsum inquisitione discutiens, ait : *Neque in mirabilibus super me*. Omnesque etiam cogitationes suas a fundo cordis exauriens, 835 subiungit, dicens : *Si non humiliiter sentiebam sed exaltavi animam meam*. Ecce humilitatis hostiam ab intimo cordis oblatam crebro replicat, et iterum atque iterum confitendo offerre non cessat; eamque multipliciter loquens judicis sui oculis ostentat. Quid est hoc? et quomodo istud sacrificium Deo placere cognoverat, quod in conspectu ejus tanta iteratione vocis immolabat, nisi quod vicina esse superbia potentibus solet, et pene semper rebus affluentibus elatio socialitur, quia et saepe humoris abundantia duritiam dat tumoris?

[Vet. XXIV.] **48. Rara humilitatis et potestatis societas.** — Mirum vero valde est cum cordibus sublimium regnat humilitas morum. Unde pensandum est quia potentes quique cum humiliiter sapiunt, culmen extranea et quasi longe positae virtutis attingunt, et recte hac virtute Dominum quantocius placent, quia illud ei sacrificium humiliiter offerunt, quod potentes inventre vix possunt. Subtilissima namque ars vivendi est culmen tenere, gloriam prenere; esse

A quidem in potentia, sed potentem se esse nescire; ad largienda bona potentem se cognoscere, ad reprehenda noxia omne quod potenter valet ignorare. Recte itaque de talibus dicitur : *Deus potentes non abicit, cum et ipse sit potens*. Deum quippe imitari desiderat, qui fastigium potentiae alienis intentus utilitatibus, et non suis laudibus elatus administrat, qui praefatus ceteris prodesse appetit, non pressere. Tumoris namque elatio, non ordo potestatis in crimen est. Potentiam Deus tribuit, elationem vero potentiae malitia nostrae mentis invenit. Tollamus ergo quod de nostro contulimus, et bona sunt quae Deo largiente possidemus. Quia enim nequaquam justa potentia, sed actio prava damnatur, apte subiungitur :

#### CAPUT XXVII [Rec. XX].

**Vers. 6. — Sed non salvat impios, et judicium pauperibus tribuit.**

**49. Deus potestatis superbiam non celsitudinem damnat.** — Scriptura sacra plerumque pauperes, humiles vocare consuevit. Unde in Evangelio cum adjecione spiritus nominantur, dum dicitur : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum* (Matth. v, 3). \* Quia enim divitiae visibiliter potentes ostendunt, apud semetipcos pauperes sunt, qui elati in suis conscientiis non sunt. Eos vero impios vocat, qui aut a fidei pietate disiuncti sunt, aut in hoc quod fideliter credunt pravis sibi moribus contradicunt. Quia ergo omnipotens Deus malitiae superbiam, non potentiae celsitudinem damnat, postquam dictum est : *Deus potentes non abicit, cum et ipse sit potens*, recte subiungitur : *Sed non salvat impios, et judicium pauperibus tribuit*. Id est, elatos destruit, humiles vero per judicium liberos reddit. Vel certe judicium pauperibus tribuit, quia hi qui nunc nequiter opprimuntur, ipsi tunc super oppressores suos judices ventiunt.

**50. Reprorum alii judicantur, alii non judicantur.** — Duæ quippe sunt partes, electorum scilicet, atque reproborum. Sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. Alii namque judicantur et pereunt, alii non judicantur et pereunt. Alii judicantur et regnant, alii non judicantur et 836 regnant. Judicantur et pereunt quibus <sup>†</sup> Dominica inclinatione dicitur : *Esurivi, et non dedistis mihi manducare; siti, et non dedistis mihi potum; hospes eram, et non collegistis me; nudus, et non operistis me; æger et in carcere, et non visitastis me* (Matth. xxv, 42, 43). Quibus praemittitur : *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* (Ibid., 41). Alii vero in extremo iudicio non judicantur et pereunt, de quibus Propheta ait : <sup>‡</sup> *Non resurgent impii in ju-*

\* Turon., si exaltavi.

<sup>†</sup> Emendat hunc locum Jamezius ex MSS. Anglic., in quibus legit, *placere non noverat*. In MSS. nostris Norm. et in aliis, necnon in Vulgatis veter. aut recentioribus existat lectio quam exhibuimus.

<sup>‡</sup> Turon., Pratel., Utic. sacrificium potentes offerunt.

<sup>§</sup> Turon., ad repellenda noxia.

\* Ita cum Baluz., Colb., Ebroic., etc., veteres Ed. In rec. legitur, *quos enim*.

<sup>†</sup> Sequimur Baluz., Colb., Vindoc., Utic. et al. MSS., potius quam Editos in quibus exstat, dominica voce in damnatione.

<sup>‡</sup> Ita laudati MSS. et vet. Ed., a quibus recedentes recent. prætulerunt non resurgent.

*dictio (Psal. i, 5). Et de quibus Dominus dicit : Qui tñtem non credit, jam judicatus est (Joan. iii, 18).* Et de quibus Paulus ait : *Qui sine lege peccaverunt, sine lege peribunt (Rom. ii, 12).* Résurgunt ergo etiam omnes infideles, sed ad tormentum, non ad Iudicium. Non enim eorum tunc causa discutitur, <sup>a</sup> quia ad conspectum districi judicis jam cum damnatione sue infidelitatis accedunt. Professionem vero fidel retinentes, sed professionis opere non habentes, redarguunt ut pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerunt incrépationem judicis in extrema examinatione non auditunt, quia, præjudicati infidelitatis sue tenebris, ejus quem despexerant invectione redargui non meritor. Illi saltem judicis verba audiunt, quia ejus fidei saltem verba tenuerunt. Isti in damnatione sua æterni judicis nec verba percipiunt, quia ejus reverentiam nec verbo tenuis servare voluerunt. Illi legaliter pereunt, quia sub lege positi peccaverunt; istis in perditione sua de lege nihil dicunt quia nihil legis habere conati sunt. [Vet. XXV.] Princeps namque terrenam rempublicam regens, aliter puniit civem interiorius delinquentem, atque aliter exteriorius hostem rebellantem. In illo jura sua consultit, eumque sub verbis dignæ invectionis addicit; contra hostem vero bella movet, instrumenta perditionis exercet, dignago ejus malitia tormenta retribuit, de malo vero ejus quid lex habeat non requirit. Neque enim lege necesse est perimi, qui lege nunquam potuit teneri. Ita ergo in extremo judicio et legalis illum invectione percutit qui ab eo quod professione tenuit, actione C declinavit; et iste sine judicii invectione perimitur, qui lege fidei non tenet.

51. *Electorum quoque alii judicium subeunt, ut non, sed judges sedent.* — Ex electorum vero parte alii judicantur et regnaut, qui vitæ maculas lacrymis tergunt, qui mala præcedentia factis sequentibus redimentes, quidquid illicitum aliquando fecerunt ab oculis judicis eleemosynarum superductione cooperiunt. Quibus judex veniens in dextera consistentibus dicit : *Esurivi, et dedisti mihi manducare; siti, et dedisti mihi bibere; hospes eram, et collegisti me; nudas, et cooperuisti me; infirmus, et visitasti me; in carcere eram, et venisti ad me (Math. xxv, 35).* Quibus præmittit, dicens : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi (Ibid., 34).* Alii autem non judicantur et regnant qui etiam præcepta legis <sup>b</sup> perfectione virtute transcendunt, quia nequaquam hoc solum quod cunctis divina lex præcipit implere contenti sunt, sed

A præstantiori desiderio plus exhibere appetunt quam præceptis generalibus audire potuerunt. Quibus dominica voce dicitur : *Vos qui reliquias omnia, et secuti estis me, cum sederit Filius hominis 837 in sede majestatis sue, sedebitis et vos super duodecima thronos, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. xix, 28).* Et de quibus propheta ait : *Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui (Isai. iii, 14).* Et de quibus Salomon, <sup>c</sup> cum de sanctæ Ecclesiæ sponsione loqueretur, intulit dicens : *Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoriis terræ (Prov. xxxi, 23).* Hi itaque in extremo judicio non judicantur et regnant, quia cum auctore suo etiam judges yenint. Nelinquentes quippe omnina plus prompta devotione exsecuti sunt <sup>d</sup> quam juberi generaliter audierunt. Speciali namque iussione paucis perfectioribus, et non generaliter omnibus, dicitur hoc quod adolescens dives audivit : *Vade et vendi omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, et veni et sequerē me (Matth. xix, 21).* Si enim sub hoc præcepto cunctos iussio generalis astringeret, <sup>e</sup> culpa profecto esset aliquid nos de hoc mundo possidere. Sed aliud est quod per saecula Scripturam omnibus generaliter præcipitur, aliud quod specialiter perfectioribus imperatur. Hi ergo recte sub generali judicio non tenentur, <sup>f</sup> qui et præcepta generalia vivendo vicerunt. Sicut enim non judicantur et pereunt, qui suadente perfidia <sup>g</sup> lege teneri contineunt, ita non iudicantur et regnaut, qui, suadente pietate, etiam <sup>h</sup> ultra generalia divinæ legis præcepta proficiunt. Hinc est quod Paulus, etiam specialia præcepta transcendens, plus opere exhibuit quam institutione permissionis accepit (I. Thess. ii, 7). Cum enim accepisset ut Evangelium prædicans de Evangelio viveret, et Evangelium audientibus contulit, et tamen Evangelii sumptibus sustentari recusavit. Cur ergo iste judicetur ut regnet, qui minus quod servaret accepit, sed majus quod viveret inventit? Dicatur igitur recte : *Judicium pauperibus tribuit, quia quanto huic mundo magna humilitate despiciunt sunt, tanto tunc acceptis sedibus majore euclimine protestatis excrescent. Unde et sequitur :*

#### CAPUT XXVIII [Rec. XXI].

Vetus. 7. — *Non auferet a justo oculos suos, et reges in solio collocat in perpetuum, et illæ eriguntur.*

52. Deus iustos tunc magis respicit, cum in iuste affiguntur. — Abstulisse enim a justis oculos suos fortasse Dominus creditur, quia iustorum crudelitatis hic sine vindicta lacerantur; sed famulos

quam jubare.

<sup>a</sup> Pratel., vendi quæ habes. Baluz. et Colb., vade, vendi... et veni, sequerē me.

<sup>b</sup> Idem, culpe profecto esset.

<sup>c</sup> Al., quia et præcepta.

<sup>d</sup> Ita Vindoc., Norm., Baluz., Colb. et vet. Edit. In aliis, legem tenere.

<sup>e</sup> In edit. Vatic. 1589, Gilot. 1571, et nonnullis, ultra generalis divinæ legis. Prætulimus hanc lectio-nem, ultra generalia, etc., quæ est Ms. Anglic., Norm., Turon., necnon antiquiorum Ed. Paris. et Basil.

<sup>a</sup> Al., qui ad conspectum.

<sup>b</sup> Vindoc., Pratel. et alii Norm., servare maluerunt.

<sup>c</sup> Al., perfectionis virtute.

<sup>d</sup> Turon., reliquistis omnia vestra. Pratel., Utic. et pl. Norm. reliquistis vestra.

<sup>e</sup> Vitoise in Gussanvil., Paris. 1605, Gilot., cum de sanctæ Ecclesiæ sponsa. In Ebroic. aliisque Norm., Turon., veteribusque Editis Paris. et Basil. optimè legitur, sponso.

<sup>f</sup> Ita Ms. Longip., Pratel. aliique Norm., necnon vet. Edit. Paris. 1495 et 1518, ac Basil. 1514. In Gilot. 1571. Vatic. 1589, et Gussanv., corrupte,

suos tunc magis respicit, cum injuste eos nequitia persequentis affligit. Vident enim quid hic humiliatur tolerent, nimis jam prævidet quid illic eis misericorditer recompenset. Non ergo aufer a justo oculos suos. Ecce iste humiliatur ingemiscit, ille superbū et nequiter floret. Iste cor conterit, ille se de gloria iniurialis extollit. Horum ergo quis divinis obtutibus longe est, qui injustitiam pertulit, an qui eam patientibus irrogavit; qui supernam gratiam inter mortuorum tenebras tenuit, an qui inter exteriora gaudia lumen justitiae intus amisit?

[Vet. XXVI.] 53. Cur sancti, reges in S. Scripturæ vocantur. Sanctos in throno cum Christo sedere est ex ejus potestate judicare. — Bene autem sancti viri Scripturæ sacrae testimonio reges vocantur, quia prælati cunctis motibus carnis, modo luxuriaz appetitum frenant, 838 modo avaritiam temperant, modo gloriam elationis inclinant, modo suggestionem livoris obruant, modo ignem furoris existinguunt. Reges ergo sunt, quia temptationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regeudo præesse noverunt. Quia igitur ab hac potestate regiminis ad potestatem transeunt retributionis, dicatur recte: *Reges in solio collocat in perpetuum.* Semetipos enim regendo, ad tempus fatigati sunt, sed in regni erectionis æternæ solio in perpetuum collocantur; et eo illic accipiunt alios digne judicare, quo hic nesciunt sibi metipsi nequierer parcer. Hinc enim alias dicitur: *Donec justitia convertatur in iudicium* (Psal. xcni, 15). Paulus de se suisque consortibus dicit: *Ut nos efficeremur justitia Dei in ipso* (II Cor. v, 21). Justitia ergo in iudicium vertitur, quia hi qui nunc juste atque irreprehensibiliter vivunt, tunc judicandi potentiam nanciscuntur. Hinc Laodiceæ Ecclesiæ Dominus dicit: *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus* (Apoc. iii, 21). Vincens Dominus in throno cum Patre sedisse se asserit, quia post passionis certamina, post resurrectionis palmarum, clarus se omnibus quod potestati Patri esset æqualis indicavit, eique se nou disparem calcato mortis aculeo innovavit. Unde et Mariæ secundum credenti se Patri similem, dicit: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem* (Joan. xx, 17). Nobis enī in throno filii sedere, est ex ejusdem Filii potestate judicare. Quia enim iudicij principatum ex ejus virtute percipimus, velut in throno ejus residēmus. [Vet. XXVII.] Nec abhorret a vero quod alias super duodecim thronos venturos uestiatur esse discipulos (Math. xix, 28), hic vero in throno suo p̄f̄b̄bet esse sessuorū. Per thronos quippe duodecim universale iudicium, per thronum vero Fili singulare iudiciale potestatis ostenditur.

a Longip., tantuſ ſedētāndi potētia utiliuntur.  
b Vindoc. et Norm., ſessuorū.  
c Ebroic. et alii Norm., quia quicq. illud.  
d In recent. Ed., quia qui hic Redondat qui, abest que a Baluz., Colb., Ebroic. et al. Norm., quibus coaccedunt antiqu. Excusi.  
e Pratel. et Utic., humiliasti nos.

Hoc ergo duodecim thronis, quod uno throno Filii designatur, quia videlicet universale iudicium ex Mediatis nostri interventione percipitur. Dicatur ergo: *Reges in solio collocat in perpetuum.*

54. Sanctorum sessio est æterna. Prius humiliati, erigeruntur.—Apte autem in perpetuum subdens aperte quid dicat insinuat. Si enim de terroni regni solio diceret, nullatenus in perpetuum subdidisset, quia qui illud arripunt, profecto nou in eo in perpetuum, sed temporaliter collocantur. Bene autem subdidit: *Ei illic eriguntur.* Ac si intentioni audientis innueret, dicens: Quia hic humiliati sunt, illie eriguntur. Sanctis namque viris iste locus humilitatis est, ut ille sit celsitudinis. Unde alias scriptum est: *Humiliasti eos in loco afflictionis* (Psal. xlvi, 20). Locus B quippe afflictionis est vita præsens. Qui ergo ad æternam patriam tendunt, nunc semetipsos temporaliter in afflictionis loco despiciunt, ut tunc in loco gaudii veraciter sublimentur. Sequitur:

#### CAPUT XXIX Rec. [XXII].

Vers. 8, 9. Et si fuerint in catenis, et vinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorum, et scelerā eorum, quia violenti fuerint

55. Catenis ligari se putant sancti, quandiu hic vivunt. — Catenæ obligationis sunt ipsa adhuc retentio 839 peregrinationis. Ligatum se his catenis Paulus aspexerat, cum dicebat: *Desiderium habens dissolvi, et cum Christo esse* (Philip. 1, 23). Paupertatis funibus vinculum se esse cernebat, quando veras divitias intuens, eas etiam disciplulis exorabat, dicens: *Ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, quæ divitiae gloriae hæreditatis ejus in sanctis* (Ephes. 1, 18).

Bene autem post ista subditur: *Indicabit eis opera eorum, et scelerā eorum, quia violenti fuerint.* Cum enim supernam gloriam amando cognoscimus, tunc mala quæ egimus graviora fuisse sentimus. Unde et Paulus post perceptam gratiam supernorum ea quæ in se studia virtutum crediderat fuisse jam scelerā cognoscabat, dicens: *Qui prius sui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate* (I Tim. i, 13). Vel certe: *Sed quæ mihi fuerint laeta, haec arbitratus sum propter Christum detinenda* (Philip. iii, 7). Unde et apte subditur:

#### CAPUT XXX.

D Vers. 10. — Revelabit quicquid aurum eorum, ut corripiat; et loquetur, ut revertantur ab iniuriate.

56. Amore celestis gloriae graviora sunt peccata prius perpetrata. — Aurem ab iniuriate revelare est intellectum cognitionis aperire. Revelata vero auro unusquisque corripitur, quando intrinsecus æternorum bonorum desiderium percipit, et quæ mala extrinsecus perpetravit agnoscit

<sup>1</sup> Baluz., Colb., Pratel. et Utic., hic et ipsa, indicavit. Facilius est ac frequens mutatio litteræ b in v.

<sup>2</sup> Ita melius legitur in Turon., Vindoc., Pratel., Utic., Colb., Baluz., quam in Editis, enarrabat.

<sup>3</sup> Utic. et Prat., revelavit... loquitur; quod etiam habent Colb. et Baluz.

Potest vero in catenis et funibus paupertatis poena etiam temporalis afflictionis intelligi, quia saepe qui jubentis verba non audiunt, serientis verberibus admonentur, ut ad bona desideria saltem pœnae trahant, quos præmia non invitant. Unde per Prophetam dicitur: *In cæno et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te* (Psal. xxxi, 9). Si vero etiam flagella despiciunt, constat nimis quod tanto illic gravioris vindictæ supplicia sentiant, quanto hic majoris providentiae gratiam calcant. Unde et sequitur:

### CAPUT XXXI.

VERS. 11, 12. — *Si audierint et observaverint, complebunt dies suos in bono, et annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium, et consumentur stultitia.*

57. Quam severe puniendi, qui a perditis moribus nec flagellis coercentur. — Per bonum recta actio, per gloriam vero superna retributio designatur. Qui ergo obedire præceptis cœlestibus student, dies suos in bono complent, annos in gloria, quia et cursum presentis temporis in recto opere, et consummationem suam percipiunt felici retributione. Si vero non audierint, transibunt per gladium, et consumentur stultitia, quia et vindicta eos in tribulatione percutit, et finis in fatuitate concludit. [Vet. XXVIII.] Sunt enim nonnulli quos a perditis moribus nec tormenta compescunt. De quibus per prophetam dicitur: *Percussisti eos nec doluerunt; flagellasti eos, et renuerunt accipere disciplinam* (Jerem. v, 3). Et de quibus sub Babylonis specie dicitur: *Curavimus Babylonem, et non est sanata* (Jerem. li, 9). De quibus rursus dicitur: *Interfeci et perdidì populum meum, et tamen a viis suis non sunt reversi* (Jerem. xv, 7). Hi nonnunquam deteriores existunt ex verbere, quia pulsati doloribus, aut contumaci pertinacia duriores existunt, aut, quod pejus est, in blasphemis etiam exasperationem prossiliunt. Bene ergo dicitur quod per gladium transeunt, et stultitia consumuntur, quia peccata quæ flagellis emendare 840 debuerant, flagellis exaggerant. Et hic jam poenas percussionis sentiunt, et illuc justæ retributionis supplicia non evadunt. Fatuitas quippe stultitiae est quod illos sic iniquitas obligat, ut a culpa eos nec poena compescat. Sequitur:

### CAPUT XXXII [Rec. XXXII].

VERS. 13. — *Simulatores et callidi provocant iram Dei.*

58. *Simulatoris callidi imago.* — Cum simulatores diceret, apie subjungit et callidi, quia nisi ingenio calleant, quod videri appetunt congrue simulare non possunt. Sunt eniū nonnulla vitia quæ etiam a sensu terribilibus facile perstrantur. Elatione namque intumescere, avaritiæ æstibus inibiare, luxuriæ pulsanti

<sup>a</sup> Editi, ut ad bona æterna. Sequimur MSS. Baluz., Colb., Vindoc., Turon., Ebrœic. et alios Norm.

<sup>b</sup> Pratel. et Utic., constringes.

<sup>c</sup> Al., aut contumacia pertinacia, ut habet Baluz.

<sup>d</sup> Vinduc., Pratel. et Utic., et vera mala male premerere.

A succumbere, etiam quilibet obtusis sensibus potest; simulationis vero falsitatem exsequi, nisi qui subtilioris ingenii fuerit, non potest. Quisquis enim talis est, ad custodienda duo videlicet continua observatione dividitur, ut callide noverit et occultare quod est, et ostentare quod non est; <sup>d</sup> et vera mala premerere, et falsa bona monstrare; nec se aperte in hoc quod videtur extollere, atque, ut majorem gloriam teneat, <sup>e</sup> saepe se simulare gloriam declinare. Quia enim ante oculos hominum sequendo eam apprehendere non potest, studet plerumque gloriam tenere fugiendo. Haec itaque simplicibus minime congruant, quia si congruant, jam simplices non sunt.

59. *Iram Dei non solum meretur, sed provocat.* — Bene autem cum diceret: *Simulatores et callidi, non subdidit, merentur, sed provocant iram Dei.* Iram quippe Dei mereri, est etiam nesciendo peccare. Provocare vero est mandatis illius sciendo contraire; scire bonum, sed despicere; facere posse, nec velle. Hi enim perpetratione nequitæ intrinsecus tenebrentur, et ostentatione justitiae superficie tenus dealbantur. Quibus voce Dominica dicitur: *Væ vobis, Scribe et Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulcri dea'batis, quæ foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, et omni sparsitia; ita et vos quidem foris apparetis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocrisi et iniuriate.* (Math. xxiii, 27). Foris ergo ostendendo servant quæ vivendo intus impugnant. Intus vero mala cogitantes exaggerant quæ foris aliud superducentes occulant. Autem districtum itaque judicem excusationem jam de ignorantia habere non possunt, quia dum ante oculos hominum omnem modum sanctitatis ostentant, ipsi sibi sunt testimonio quia bene vivere non ignorant. Dicatur igitur recte: *Simulatores et callidi provocant iram Dei.* Quid vero eos ad extremum sequitur, adjungit, dicens:

### CAPUT XXXIII.

*Ibid. — Neque clamabunt cum vincit fuerint.*

60. *Etiam percussus peccata confiteri erubescit.* — Omnis iniquus qui cum iniquus sit, sanctus videri non appetit, in flagelli percussione deprehensus, facteti quod iniquus sit non erubescit. Qui vero iniqua agens, humana de se judicia sub specie sanctitatis intercipit, etiam cum flagello percutitur, iniquum se prodere refugit, quia sanctus videri consuevit. Si quando autem graviter coarctatur, iniquum se vix superficie tenus constitutur, quia interna sua detegere veraci confessione confundit. Quasi liberi vero sumus, cum nulla correptione castigamur; <sup>f</sup> vincimur autem, cum flagello percussionis astringimur. Vincit igitur tanto 841 clamamus altius, quanto in percussione positi peccata nostra veracius confitemur. Apud aures quippe Dei vox valida devota confessio

<sup>e</sup> Editi, saepe se simulat. Turon., pro simulator, habet demonstrare.

<sup>f</sup> Ebrœic. et alii Norm., quasi vincimur autem. Nolius respondet alteri membro, quasi liberi vero sumus.

est. Quia ergo simulatores quosque, etiam cum per-eussioois flagella corripunt, ad confessionem, simplicem non perducunt (cognosci enim peccatores refugunt, quia sancti omnium opinione ferebantur), quamvis eos ad extremum jam flagella feriant, quamvis duci se ad aeterna supplicia non ignorent, tales tamen cupiunt apud humana judicia remanere, quales se studuerant semper ostendere. Deprehensi ergo etiam flagello percussionis extremae, quia confessionem puram vel afficti exerere negligunt, quasi vincit clamare contemnunt. Bene ergo dicitur: *Neque clamabunt cum vinciti fuerint.*

61. *Hypocritæ sanctos se, non quia sunt, sed quia dicuntur, existimant. Vana spe delusi, ad confessionis remedium etiam in extremis non confugiunt. Ab homine longe sœpe distat ejus cor.* — Quainvis intelligi etiam aliter potest. Onnis enim qui, cum iniquus sit, dici sanctus ab hominibus non pertimescit, nisi iniquum se tacita cogitatione reprehendit, tamen dum sepius sanctum audire se cœperit, hoc quod de se intrinsecus tenebat amittit. Cor quippe exterius fundit, et quia libenter foris falsum de se testimonium recipit, qualem se intus habeat non requirit. Unde si ut vacua laudis fomenta etiam cum desuerint quaerat, et oblitus quod est appetat videri quod non est. [Vet. XXIX.] Igitur qui tales sunt, dum justos se ante humana judicia simulant, dum actiones suas laudibus dignas intuentum oculis ostentant, occulta cum eis justitia agitur, ut quo nituntur foris alios fallere, eo de se intus etiam ipsi fallantur. Nam omnem circa se sollicitæ investigationis oculum perdont. Vitam enim suam et discutere et perscrutari dissimulant, sed tales se quales audiunt putant, sanctoque se esse, non quia ita vivunt, sed quia ita dicuntur, existimant. Subtile autem Dei judicium, sequæ ipsis intueri negligunt, quia fidei sui meriti in attestacione ponunt oris alieni. Cum vero subita percusione feriuntur, iniquos se vel veraciter fateri, vel sicut sunt, deprehendere omnino non possunt, quia videlicet sanctos se humana professione crediderunt. Bene ergo dicitur: *Neque clamabunt cum vinciti fuerint.* Spe enim vacua tales se ante supernum judicem venire confidunt, quales se hominibus innotuisse cognoscunt; seque ipsis miseri nec inter tormenta deprehendunt, et dum testimonium falsæ laudis aspiciunt, remedium veræ confessionis amittunt. Etiam vinciti duocuntur, et non clamant, quia, humanae laudis importunitate superati, sanctos se miseri et cum in peccatis moriuntur putant. Quibus bene per prophetam dicitur: *Redite, prævaricatores, ad cor* (Isai. xlvi, 8). Si enim ad cor redirent, per exterioris attestacionis se verba non funderent. Nam quid vicinius nobis est corde nostro? quid vicinius nobis est ea re quæ intra nos est? Et tamen cum per pravas cogitationes spargitur, a nobis cor

<sup>a</sup> Vindoc., Ebroic. et alii Norm., non spargerent.  
<sup>b</sup> In Praetel. et Utic. omittitur, serenum. In Editis legitur, aer serenus. Sequiuntur Baluz., Colb., Turon., etc.

<sup>c</sup> Turon., fieri.

A nostrum longius evagatur. Longe ergo prophetas prævaricatorem mittit, cum eum ad cor suum redire compellit, quia quo se exterius fudit, eu ad se unde possit redire vix invenit. Quia vero simulatorum mens pro eo quod ab una æternitatis intentione dividitur, cogitationum multiplicium inundatione vastatur, recte subiungitur:

#### CAPUT XXXIV.

.VERS. 14. — *Morietur in tempestate anima eorum.*

842 62. *Tempeste subita hypocritæ moriuntur.* —

Quasi tranquille namque videbantur vivere, cum de sanctitatis curarent laude gaudere. Sed tempestates ubita eorum anima moritur, quæ humanae laudis pessima tranquillitate lætabatur. Plerumque subito inopinata tempestas omne quod aer b serenum blanditur immutat; et eo periculum vitari non potest, quo nec potuit prævideri. Unde simulatores, qui vitæ suo custodiad negligent, in tempestate mori referuntur. Hinc quippe eos turbo subitus internæ percussionis ejicit, quos arrogantia externi favoris extollit; et dum amplectuntur in laude quod non sunt, repente inveniunt in ultione quod sunt. [Vet. XXX.] Bene autem per Salomonem dicitur: *Quomodo probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis* (Prov. xxvii, 21). Laus quippe sua justos cruciat, iniquos exaltat. Sed justos dum cruciat purgat, iniquos dum lætitiscat reprobos monstrat. Isti enim sua laude pascuntur, quia auctoris sui gloriam non requirunt. Illi autem qui auctoris gloriam querunt, sua laude cruciantur, ne non sit intus quod foris dicitur, ne, si est etiam quod dicitur, ante Dei oculos ipsis favoribus vacuetur: ne humana laus robur mentis emolliat, eamque in sui delectatione prostrernat; et quæ adjumentum debet esse augendi operis, jam retributio sit laboris. Cum vero sua præconia in Dei laudem tendere sentiunt, ea etiam desiderabiliter amplectuntur. Scriptum namque est: *Videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est* (Matth. v, 16). Viam se ergo hominibus faciunt, quoties in se aliquid quo Deus cognoscatur ostendunt, quia non student in se humanam laudem c figere, d sed querunt eam per se medios ad auctoris gloriam pertransire. Arrogantes autem humanis laudibus mollia corda prostituant, quia suis amoribus corruptuntur. De quibus alias dicitur: *Erunt homines scipos amantes* (II Tim. iii, 2). Apte vero sic de hac eorum corruptione subiungitur:

#### CAPUT XXXV.

Ibid. — *Et vita eorum inter effeminatos.*

63. *Effeminati sunt qui laudibus humanis corruptuntur.* — Si enim viriliter viverent, laus transitoria nulla eos corruptione vitiaret. Unde electis Propheta persuadet, dicens: *Viriliter agite, et confortetur cor vestrum* (Psal. xxx, 23). Dicens enim Viriliter agite,

<sup>a</sup> Longip., sed querunt eam per se melius ad auctoris gloriam pertransire. In Utic., Pratel., Ebroic., per se medios ad auctorem gloriae pertransire. Ita etiam Colb. et Baluz.

*et confortatur cor secum, illico subdidit, quasi se-  
xum cordis paupiriq; egrayit.* <sup>a</sup> Luxuriosi quippe mens  
corrumpitur, si rebus transitoriis delectatur. Igitur  
similatrum vita inter effeminate moritur, quia  
laudis luxuria corrupta reperiatur, <sup>b</sup> Translatique  
vero alia non habetur: Vita eorum inter effeminate,  
sed, Vita eorum vulneretur ab angelis. Utramque  
tamen etsi sermone discrepat, ratione concordat,  
quia effeminatorum vitam angelii vulnerant, dum nunc  
nulli veritatis eam jaculis sanctae prædicationis impu-  
gnant. Quia igitur de damnatione reproborum guid-  
agatur audivimus, de erventione humilium quid se-  
quatur audiamus:

VERS. 15. — *Eripiet pauperem de angustia sua.*

64. *Humiles, cum moriuntur, de angustia liberantur.*  
— Pauper de angustia sua eripitur cum unusquisque  
humilis de hac peregrinatione sua afflictione libera-  
tur. Nam et assiduis hic tribulationis premitur, ut  
ad requirendum verę consolationis gaudium provode-  
tur. Unde et sequitur:

Ibid. — **843** *Et revelabit in tribulatione aurem ejus.*

Aurem in tribulatione revelare est auditum cordis  
verberum plagi aperire. Cum enim præcepta despi-  
cimus, pia distinctione nobiscum agitur, ut flagella  
timeamus. Aurem itaque cordis tribulatio aperit,  
quam sæpe hujus mundi prosperitas claudit. Per Sa-  
lomonem namque dicitur: *Aversio parvolorum inter-  
ficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos* (Prov.  
i, 32). Sequitur:

**CAPUT XXXVI [Rec. XXIV].**

VERS. 16. — *Igitur salvabit te de ore angusto la-  
tissime.*

65. *Peccati consuetudo puteus arcissimus, ex quo  
sola gratia nos potest educere.* — Omnis qui vita  
viam deserens in peccatorum se tenebras dejicit, se-  
metipsum quasi in puteum vel soveam mergit. Si  
vero diutina perpetratione etiam consuetudine ini-  
quitatis opprimitur ne ad superiora iam possit  
exsurgere, quasi angusto ore putei coarctatur. Unde  
David propheta sub specie peccantium exorat, dicens:  
*Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me  
profundum, neque urgeat super me puteus os suum* (Psal. LXVIII, 16). Quem enim mali operis iniquitas  
a bona stabilitate commovit, quasi tempestas aquæ  
rapuit; sed si adhuc longa consuetudine non pre-  
valuit, non demersit. Jam in puteum cecidit qui hoc C  
quod divina lex prohibet perpetravit. Sed si adhuc  
longa consuetudo non deprimit, nequaquam os suum  
puteus coangustavit. Tanto erga facilius egreditur,  
quanto minori consuetudine coarctatur. Unde Jere-  
mias propheta, dum Judæam iniqualibus longa  
consuetudine obrutam fuisse conspiceret, in lamen-  
tis suis sub ejus specie semetipsum deplorat, dicens:

<sup>a</sup> Vindoc., Luxuriose.

<sup>b</sup> Nimirum LXX Interp., in qua legitur in χερι ἄγ-  
γλων, in manu angelorum, scilicet sanctorum, for-  
tasse propter affinitatem vocum Hebr. kudosch, et  
kadesch, quarum una sanctum, altera cinædum signi-  
ficat.

<sup>c</sup> Ebrolc.. Vindoc. et alii, revocare meretur. Baluz.

*A Lapa est in lacum râta mos, et posuerunt lapidem ge-  
per me (Thren. iii, 53). [Vet. XXXI.] In lacum  
quippe vija labitur cum labé iniqualis inquinatur.  
Lapis vero superponitur cum etiam dura consuetu-  
dine mens in peccato devoratur, ut etsi velit exsur-  
gere, jam utcumque non possit, quia moles d-super  
malæ consuetudinis premit. Sed quia divina poten-  
tia subjaceat, et post angustiam prayæ consuetudinis  
ad hanc actionis amplitudinem <sup>d</sup> revocatur, idcirco  
dicitur: *Salvabit te de ore angusto latissime.* Latissi-  
me quippe de ore angusto salvatur, qui et post ini-  
quitatis jugum ad libertatem boni operis pœnitendo  
reducitur.*

66. *Quanta angustia est ab opprimente mala consue-  
tu dine exsurgere velle nec posse.* — Quædam tamque  
B <sup>e</sup> quasi conclusi oris angustia est <sup>f</sup> ab opprimente  
mala consuetudine exsurgere velle, nec posse;  
jam quidem desiderio ad superna tendere, sed adhuc  
actu in insimis remanere; præire corde, nec tamen  
sequi opere, atque in semetipso contradictionem  
perpetui semetipsum. Cum vero ita tenet anima  
manu gracie exaltans adjuvatur, ab angusto ore ad  
latitudinem pervenit, quia, victis difficultatibus, opera  
hanc perficit quæ concupiscit. David propheta con-  
clusionem angusti oris conspexerat, cum dicebat:  
*Salvam fecisti de necessitatibus animam meam, nec  
concessisti me in manus inimici* (Psal. xxix, 9). Latissi-  
me autem salvatum se noverat, cum subderet, dicens:  
*Statuisti in loco spatio pedes meos* (Ibid.). In spatio  
quippe loco pedes stabiliti sunt, quando ei ad con-  
gruensia bona tendimus, et nulla difficultate prepe-  
dimur. Quasi enim per latum locum quo volimus  
pergimus, quia nullis objectis difficultatibus angus-  
tamur.

**844** 67. *In hunc putum cecidisse Job immerito cre-  
ditur.* — Sed hæc Eliu recte diceret, si deo Job  
ejus septentia conveniret. Pro culpa cuius flagellatum  
eradicidit, et idcirco eum in os angustum ceci-  
disse judicavit. Quo enim validioribus vijs eujs flagel-  
lis alici, et deterioribus credidit iniqualibus pre-  
gravari, profecto nesciens quod flagella ejus angusti-  
tum essent meriti, non pesua peccati. Cum vero eum  
in os angustum cecidisse fateatur, ad hunc quasi latens  
exequitur in quanta Job profunditate teneatur  
dicens:

**CAPUT XXXVII [Vet. XXXII].**

Ibid. — *Et non habent fundamentum subter se.*

68. *Quem includit puteus arcus malæ consuetudinis,  
infernus absorbet, et desperationis abyssus.* — Omne  
peccatum fundamentum non habet, quia non ex pro-  
pria natura subsistit. Malum quippe sine substancialia  
est. Quod tamen, utcumque sit, in hanc <sup>g</sup> natura coa-  
lescit. Igitur es angustum nullum subter se dicitur

et Golb., revocare idcirco dicitur.

<sup>g</sup> Nonnulli Editi, quasi conclusionis,

<sup>h</sup> Longip., ab opprimentis reatus mala consuetudine.

<sup>i</sup> In vet. Ed., natura non coalescit. Sed contra ipse-  
tem sancti Doctoris: malum enim ex bono primitur, et  
in bono consistit, ut docet in Enchir., c. 14, sanctus  
Augustinus, a quo vix unquam recedit Gregorius.

habere fundamentum, quia peccati inquinatio a subsistendi non habet proprium. Quis vero a fundo dicitur fundamentum, possumus etiam fundamentum profunde possumus non inconvenienter accipere, sicut auditus ab ore dicitur, et tamen plerumque ipsa auris auditus nomine designatur. Cum ergo dicere os angustum, expiere profundum voraginem volens, subdidit: *Et non habente fundamentum subter se.* Quem enim rapit iniquitas, infernus absorbet. Internus vero recte fundum non habere creditur, quia quisquis ab illo rapitur, in immenso profundo devoratur. Immensa namque ejus expiere latitudinem volens propheta, ait: *Dilatans infernum animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino* (*Itai. v. 14*). Sicut ergo sine termino dilatans dicitur qui ad se plurimos trahit, ita sine fundo altius non incongrua creditur, quia eos quos in se spesepit, quasi in quadam abyssu sue immensitatis absorbet. Itaque cum dicere: *Salvabit te de ore angusto latissime, apte subjunxit: Et non habentes fundamentum subter se.* Ac si dicere: De ore angusto salvabit quod sub se fundum non habet, quia enim per peccatum tenditur ad infernum, quem a peccato salvat, de ore angusto liberat. Quem vero de ore angusto eripit, ab inferni profundo subducit.

69. Quamvis etiam aliter intelligi potest. Nam si cat qui in putoeum mergitur a putoe profundo retinetur, ita corruens quasi in quodam fundi loco consisteret anima, si semel lapsa in aliqua se peccati mensura retineret. Sed cum peccato in quod labitur non potest esse contenta, dum quotidie ad deteriora dejectur, quasi in putoe quo cecidit fundum non inventit quo figatur. Esset enim fundus putoei, si fuissest mensura peccati; unde bene alias dicitur: *Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit* (*Prov. xviii. 3*). Redire namque dissimulat, quia misereri sibi posse desperat. Sed cum desperando amplius peccat, quasi putoe suo fundum subtrahit, ne ubi retineri possit inveniat. Sequitur:

#### CAPUT XXXVIII.

**L**IB. — *Requies autem mensae tuae erit plena pinguedine.*

70. *Quem eripit gratia, interna satietatis delectatione replet.* Requies mensae est refectio satietatis internae; quae pinguedine plena dicitur, <sup>4</sup> quia in aeternae voluntatis delectatione preparatur. Hujus mensae epulas esuriebat Propheta, cum dicere: *Satiabor dum manifestabitur gloria tua* (*Psal. xvi. 15*). Hujus mensae pocula sitiebat, dicens: *Sitivit anima mea ad Deum*

*Abest autem particula negativa ab omnibus MSS. quos consulimus, scilicet Baluz., Colb., Pratel., Ujje., Turon., etc.*

<sup>a</sup> Longip., subsistendi usum.

<sup>b</sup> Pratel. et Ujje., non incongrue dicitur.

<sup>c</sup> Vindoc., putoe fundo.

<sup>d</sup> Ebroic., quia in interna.

<sup>e</sup> Vindoc., Pratel., Ujje., ad Deum fontem vivum... et parebo. Baluz. habet etiam parebo.

<sup>f</sup> Ita Baluz., Colb., Turon., Ebroic., Pratel., etc., quod sic mutarent Editores: *beatum Job in temporali verbere.*

<sup>g</sup> Turon., flagello castigatur.

<sup>h</sup> Longip., semper studendo.

A vitum; <sup>i</sup> quando veniam, et apparebo ante faciem Dei (*Psal. xlii. 3*)? Eliu itaque in beato Job temporalia verbera aeternorum volens retributione corporali, quod jure ei debebatur ex meritis, ex semetipsa quasi gratuito promittit, dicens: *Requies autem mensae tuae erit plena pinguedine.* Sequitur:

#### CAPUT XXXIX [Rec. XXV].

**V**ers. 47. — *Causa tua quasi impii judicata est, causam judiciumque recipies.*

71. *Flagellantur justi, ut ad majorem vigiliam erudiantur.* — Bonorum causa iustitia est. Quoruna causa quasi impii judicatur, quia eorum hic iustitia paterno & flagello fatigatur, ut ad ampliorem vigiliam non solum preceptione mandatorum, sed etiam verberum percussione doceantur. Sed capsam judi-

**B**riumque recipiunt, quia ex ea iustitia qua modo vivunt tunc in culmine judicariæ potestatis enescunt, ut tanto tunc potentius cuncta judicent, quanto nunc in eis subtilius cuncta judicantur. Haec Eliu quasi nova spondendo intulit, quæ beatus Job <sup>k</sup> semper credendo stabiliter lepuit. [Vet. XXXIII.]

Habent profecto haec propria omnes arrogantes, ut et malum mentientes exaggerent, et si quod forsitan bonum dicunt, hoc velut incognitum proferant. Unde fit ut etiam doctiores se docere audeant, quia videbilet se scire talia solos putant. Cum vero ad aliqua consolationis verba descendunt, statim viluisse se testimant, et per increpatiōis tumidae asperitatem quasi quoddam sibi ingenium reformant, <sup>l</sup> ut qui condescendisse blandientes testes visi sunt, exorta C subito increpatiōis timeantur. Unde et inox Eliu subdidit, dicens:

#### CAPUT XL. [Rec. XXVI].

**V**ers. 18-21. — *Non te ergo superrei ira, ut aliquem opprimas; nec multitudine locorum inclinet te. k Deponit magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine. Ne protrahas noctem, ut ascendans populi pro eis. Cave ne declines ad iniquitatem; hanc enim carpisti sequi post misericordiam.*

72. *Superbi quidquid ab aliis recte fit, carpunt.* — In plerisque Codicibus, donorum; <sup>l</sup> in paucis vero, sed antiquioribus, locorum invenimus. Sed quia expeditio non indiget si dicatur: *Nec multitudine donorum inclinet te, hoc magis exponi placuit quod cum difficultate aliquantula videtur aperiiri.* Haec autem quantitate elationis verba sint, ipse qui ea formavit tumor ostendit. Sed quia Eliu arrogantium et beatum Job tenere typum diximus ejectorum, si ea subtilius dis-

<sup>i</sup> Recent. Vulg., ut qui condescendisse blandimentis. Sequitur MSS. Turon., Vindoc., Norm., Longipont., etc., nec non antiqui. Excessos.

<sup>j</sup> Vindoc., Ebroic. et alii Norm., tumeant.

<sup>k</sup> Sequentia omittuntur in Editione Gussav. Supplementant tamen a MSS. Colb., Baluz., Norm., etc. Consentunt etiam vet. Edi.

<sup>l</sup> In quibusdam Bibliorum MSS. pro variante lectio annotatur vel locorum. In Bibliis Roberti Stephani, quæ ad antiquissimos Codices sunt recognita in margine legitur vel villarum. Nihil simile reperitur aut in textu hebraic., aut in LXX, Interpretum translatione, aut in aliis versionibus antiquis.

cernimus, etiam nunc intra Ecclesiam quomodo arrogantibus congruant demonstramus. Sancti viri aliena opera etiam parva mirantur, sua vero etiam magna despiciunt. At contra, arrogantes aliena etiam magna despiciunt, sua vel quæ parva sunt admirantur; et plerumque de suis malis bona æstimant, de alienis autem bonis mala sentire non cessant. Nam dum propriam gloriam querunt, perniciose student ut quidquid virtutis ab aliis agitur iniquitatis nota laceretur, et bonæ pondus actionis vertunt in maculam criminis. Sæpe enim cum vident ab Ecclesia districte pravos corrigi, quasi queruntur injuste <sup>a</sup> innocentes affligi, et nitorem disciplinæ ejus commutant appellatione nequitiae. Unde Eliu figuram 846 arrogantium servans, beatum Job quasi admonens, ait: *Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas.* [Vet. XXXIV.] Arrogantes enim ire motum deputant, <sup>b</sup> quidquid a sancta Ecclesia geritur censura disciplinæ. <sup>c</sup> Et quia humanæ laudis appetitu benigni student semper apparere, nullos censem districtione severitatis corrigendos. Unde et a bonis rectoribus, sicut superiorius dictum est, opprimi æstimant quos invitatos certunt a vitiis coerceri.

73. *Ecclesiæ in cunctis mundi partibus potentia temporalis. Hanc immerito Ecclesiæ hostes ei exprobrant. Et si quidam intra ejus sinum sint qui de ipsis gloria superbiant.* — Auctore autem Domino, quia in cunctis mundi partibus sancta Ecclesia culmine religionis exerevit, hanc ipsam temporalem potentiam, qua quidem bene uitit, obtractando in vitium elationis inflectunt. [Rec. XXVII.] Unde Eliu subjungit, dicens: *Nec multitudo locorum inclinet te.* Ac si eidem sanctæ Ecclesiæ humilitatem magis in prosperis conservanti arrogantium voce dicatur: *Quia ubique fidei reverentia coleris, cave ne ejusdem reverentiae fascibus extollaris.* Quosdam quippe conspiciunt qui sub religionis obtentu vitio elationis intumescunt, et quod in quibusdam jure reprehendunt, hoc injuste ad crimen omnium pertrahunt: nequaquam videlicet perpendentes quod sint in ea qui et despicientes novarent perfecte temporalia regere, et amantes æterna plenis desideris exspectare; et dispensationem potestatis acceptæ peragere, et humilitatis insitæ ministerium custodire, ut nec humilitatis causa eum suscepit regiminis negligant, nec rursus occasione regiminis in eis humilitas intumescat. Etsi quicquam fortasse intra ipsam sunt qui non Dei sed sue gloria sub religionis prætextu deserviunt, studet tamen eos, aut, si valet, districte corriger, aut, si non valet, æquanimiter tolerare; et vel corrigendo illos quasi filios amplectitur, vel tolerando quasi ab hostibus exercetur. Scit namque quod per eorum

<sup>a</sup> Vet. Edit. Gilot, et Vatic., nocentes. Emendatur ex Ms. Anglic., Norm., Turon., Longip.

<sup>b</sup> Rec. Excusi, quidquid a sanctis. Lectio quam sequimur est Ms. Turon., Longip., Ebroic., Pratell. et aliorum Norm.

<sup>c</sup> Vindoc., *Et quia per hum. laudis appetitum.*

<sup>d</sup> Vindoc., Pratel., Ut c., ita habent; et quidem elegantius quam legitur in Vulgatis, reverentiae fastibus.

A superbiam laceretur vita justorum, scit quod in ejus crimen extenditur quidquid talium pravitate peccatur, sed notam alieni criminis sustinere tanto unius metuit quanto et caput suum talia tolerasse coguiscit. De illo quippe scriptum est: *Et cum inquis deputatus est* (Marc. xv, 28). De illo rursum dicitur: *Languires nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit* (Isai. LIII, 4). Eant ergo arr. gantes, et æstimatione pravorum vitam mordeant innocentum. Scit electorum Ecclesia et illorum facia, <sup>e</sup> et horum verba tolerare, scit pravorum mentes tolerando conserere. Qui etsi converti nequierint, eorum lauen ignominiam æquanimiter suffert. Perpendit quippe quia ad duplex ejus præmium proficit quod ex eorum meritis foris despicitur, quorum et intus vita laceratur.

B 74. *Qui temporaliter extollitur, cadit.* — Notandum vero quod non ait: *Nec multitudo locorum extollat te*, sed ait: *Nec multitudo locorum inclinet te.* Omnis enim qui temporaliter extollitur eo ipso quo extollitur inclinatur, quia cum se exterius erigit, intus cadit. Eliu itaque casum cordis in elatione intuens, ait: *Nec multitudo locorum inclinet te.* Ac si voco arrogantium sanctæ Ecclesiæ diceretur: *Cave ne, si universitatis veneratione extolleris,* 847 ab interna intentione curveris. Sequitur:

#### CAPUT XLI [Rec. XXVII].

VERS. 19. — *Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine.*

75. *Apostolis et Ecclesiæ fortibus ad præmia vocatis, Deus eorum vice debiles ad certamina roboravit.* —

C Quos alios sanctæ Ecclesiæ robustos accipimus, nisi eos qui ad vincenda mundi hujus desideria et coepitis sublimibus et consummatis profectibus convalescunt? Magnitudo itaque ejus in robustorum suorum vita consistit, quia tunc gloriosior redditur, cum pro defensione veritatis ad mortem usque ab electis illius constanti virtute certatur. Arrogantes igitur viri subductis de hoc mundo apostolis, subductis ad superna martyribus, quia fortasse doctiores valentioresque præpositos <sup>f</sup> abunde deesse compiciunt, quasi solos se remansisse ipsa Ecclesiæ suspicantur. Unde dum se præferunt, ei velut i consulentes illudunt, dicentes: *Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine.* Ac si apertis exprobationibus dicant: Nequaquam te magnitudinem habere confidas, quia subductis prioribus, patribus jam non habes de quorum vita glorieris. Dicunt haec profecto, nescientes quia omnipotens Deus Ecclesiam suam digna sine administratione non deserit. Nam cum fortes ad præmium vocat, eorum vice debiles ad certamina roborat; cum illos suscipiendo remunerat, istis laborum vires, quas remuneret, subministrat.

<sup>e</sup> Omittitur ipse in Pratel. et Utic.

<sup>f</sup> Longip., et bonorum verba.

<sup>g</sup> Al., diceret.

<sup>h</sup> Colb., incunctanti virtute.

<sup>i</sup> Baluz. et Colb., abunde esse, male, etsi abusus deesse etiam vix dici possit; sic tamen legitur in Ms. Pratel., Utic. et aliis, nec non in omnibus Excusis.

<sup>j</sup> Baluz., consolantes.

De quibus eidem sanctae Ecclesiae dicitur : *Pro patri-  
bus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super  
omnem terram* (Psal. XLIV, 17). In virtutem quippe antiquorum patrum, hi qui postmodum prelati sunt subrogantur, quia et cum annosa arbusta succiduntur, in eorum robur tenera virgulta succrescunt. Sed arrogantes viri convalescere non credunt quos infirmos aliquando neverunt; et permulatos venerari despiciunt, quos despicabiles fuisse meminerunt.

[Vet. XXXV.] 76. *In Ecclesia iuri multo pauciores quam iniqui. Superbi pastores quae patres eorum moriendo severunt, haec exsultando metunt.* — Quia vero in ea justiores paucos, iniquos autem numerosiores aspiciunt, sicut et in tritura frugum major est multitudo palmarum, etiam justorum vitam ex iniquorum aestimatione contempnunt. Vident profecto quod non nulli rectores illius, temporali potestate subnixi, ejusdem potestatis elatione pascuntur. Vident quod religionis reverentiam, quam huic mundo patres a moriendo servaverunt, hi exsultando in terrenis gaudiis metunt; et perpendunt quidem quia robusti sunt, sed non fortitudine. Nam dum temporali potestate fulciuntur, quasi quadam debilitate roborantur. Quanto enim exterius fortes sunt, tanto a cunctis fortitudinis viribus intus inanescunt. Et idcirco ab arrogantibus ei dicitur : *Depone robustos fortitudine.* Ac si aperie dicatur : Illi tibi veraciter robusti inhæserant, qui in te hoc quod docendo locuti sunt, vivendo tenuerunt; nunc vero hi qui tibi præsident visione robusti sunt, non fortitudine, quia honorabiles quidem se ostentare non desinunt, sed tanto imbecilliores et contemptibiores sunt, quanto honoris sui gloriam despici pro veritate pertimescunt. Quod arrogantes quidem de plenisque veraciter sentiunt, sed eo in elationis vitium corruunt, quo omnes quos præses conspiciunt tales arbitrantur. 848 Neque enim debet plurimorum malum tendere in aestimatione cunctorum, quia nisi iniqui sunt quos cognoscentes dijudicant, nonnulli tamen sancti sunt quos ignorant. Trituræ quippe tempus est, <sup>c</sup> et adhuc grana sub paleis latent. Nullus ergo ex area fructus exspectabitur, si hoc solum in ea esse creditur, quod superficie tenus videtur. Igitur quia quos cernunt, despiciunt, et in antiquorum patrum ordinibus hos quos norunt subrogari contempnunt, apte subjungitur :

#### CAPUT XLII.

VERS. 20. — *Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis.*

77. *Nox Ecclesiae est, cum doctorum et fortium loca indocti ac debiles obtinent.* — Ac si aperie arrogantes dicant : Ignorantiæ tuae obscuritate non agas, ut in loco fortium numerositatem subroges infirmorum.

<sup>a</sup> Ita Turon., Ebroic. aliisque Norm., Colbert., etc., eisibus consentiunt vet. Edit. Recentioribus magis arrerit seruerunt, haud dubie propter antithesim alterius verbi, metunt; cuius loco Vindoc. et Turon. habent metunt.

<sup>b</sup> Vindoc., robusti inhæreant.

<sup>c</sup> Turon., et si adhuc grana.

<sup>d</sup> Ebroic., Pratell., Utic., Vindoc., quam consuendo.

#### PATROL. LXXVI.

A Populi quippe nomine designantur, qui quasi vulgari consuetudini dediti, in cunctis quæ appetunt passim vivunt. Noctem vero protrahere est ut pro robustis populi ascendant, si per negligentiam agitur ut doctorum et fortium loca indocti ac debiles sortiantur. Populi pro robustis ascendunt quando hi qui vivere inique didicerunt pastorum loca percipiunt. Quod recie quidem dici poterat si humilier diceretur. Arrogantes enim, etiam cum bona admonent, superstitionis suæ vitium exercent. Nam plus, sicut et superius dictum est, increpando ferire appetunt<sup>d</sup> quam consolando refovere. Unde mox subjungitur :

VERS. 21. — *\* Ne declines ad iniquitatem; hanc enim cœpisti sequi post miseriam.*

B Hoc profecto arrogantes Ecclesiae miseriam vocant, quod despectam Deo ejus multitudinem suspicantur; et eo illam altiori elatione contemnunt, quo et despectam Deo funditus suspicantur.

His igitur figurata expositione transcursis, iam nunc inferenda sunt quæ moraliter sentiuntur, ut figura Ecclesiae cognita, quam expressam generaliter credimus, audiamus etiam quid ex his verbis in singulis specialiter colligamus. Ait itaque :

#### CAPUT XLIII [Vet. XXXVI].

CAP. XXXVI, VERS. 18. — *Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas.*

78. SENSUS MORALIS. — *In facienda correctione, subesse debet ira, non præesse.* — Omnis per quem necesse est aliena vitia corrigi semetipsum prius debet solerter intueri, ne dum aliorum culpas ueliscitur, ipse ulciscendi furore supereretur. Plerumque enim mentem sub obtenta justitiæ ira immanitas vastat, et dum quasi sævit zelo rectitudinis, rabiem explet furoris, justeque se facere aestimat, quidquid ira nequiter dictat. Unde et modum sæpe ulciscendi transgreditur, quia mensura justitiæ non frenatur. Dignum quippe est ut cum aliena corrigimus prius nostra metiamur, ut prius mens a sua accensione deferveat, prius intra semetipsam zeli sui impetum tranquilla æquitate componat, nè si ad animadvertenda vitia abrupto furore trahimur, peccatum corrigendo peccemus, et qui culpam dijudicando insequimur, immoderata feriendo faciamus. Non autem jam correctio delinquentis, sed magis oppressio sequitur, si in ultione ira ultra quam culpa meretur extenditur. In correptione quippe vitiorum subesse menti debet iracundia, non præesse, ut executionem justitiæ non dominando præveniat, sed famulando subsequatur, et <sup>e</sup> notum judicium 849 possessa implet, non possidens præcurrat. Bene itaque dicitur : *Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas.* Quia videlicet si is qui corrigeremus inititur ira superatur, opprimit ante-

<sup>a</sup> In recent. Edit. *Cave ne, abest Cave a* MSS. Baluz., Colb., Norm., a vet. Excusis.

<sup>f</sup> Ita elegantius in MSS. Colb., Baluz., Turon., Vindoc., uno Ebroic., Pratell., Utic., et in vet. Edit. Paris. Aliæ habent, *feriendo sciviamus.*

<sup>g</sup> Baluz. et Pratell., et notum judicij possessa implet, non præcurrat. Ita quoque vet. Edit. Paris. et Basil.

quam corrigat. Nam dum plus quam debet accendiatur, sub justæ ultiōis obtentu ad immanitatem crudelitatis effrenatur. Quod plerumque idcirco evenit, quia corda rectorum minus amori sunt solius creatoris intenta. Nam dum multa in hac vita appetunt, <sup>a</sup> innumeris cogitationibus disperguntur; et cum subito subditorum culpas reperiunt, digne cum Deo eas judicare nequeunt, quia corda sua in curis transitoriis sparsa <sup>b</sup> ad distinctionis culmen colligere repente non possunt. Commoti ergo tanto minus ad ulciscenda peccata libram æquitatis inveniunt, quanto eam tranquillitatis suæ tempore non requirunt. Unde eum Eliu diceret: *Non te superet ira, ut aliquem opprimas, quatenus easdem causas injustitiae et iræ superantibus exprimeret, illico adjunxit:*

## CAPUT XLIV.

Ibid. — *Nec multitudo locorum inclinet te.*

79. *Ex originali peccato inquieta hominis mutabilitas oritur. Cum qualitate rerum non possit, varietate saltem querit satiari.* — In tot quippe locis inclinamur, in quot supervacuis curis extendimur. Nam sicut locus est corporis spatum corporal, ita locus est mentis unaquaque intentio cogitationis. Quæ dum huc illucque impellitur, si delectatione aliqua cogitationis suæ libenter occupatur, velut in quadam loco ponitur ut quiescat. Nam quoties victi tædio a cogitatione in cogitationem ducimur, quasi fessa mente de loco ad locum migramus. Tot itaque loca culmen mentis inclinant, quot subortæ cogitationes unitatem bonæ intentionis dissipant. Recta eterne mens staret, si uni cui debuerat cogitationi semper inhæret. Recta mens staret, si non se innumeris motibus fluxa mutabilitate prosterneret. Sed dum nunc ista pertractat, nunc ad alia dilabitur, quasi per locorum multitudinem a statu suæ rectitudinis inclinatur; et dum per plura se tendit, ab una, cui adhærente debuit, intentione se dejicit. Qui tamen mutabilitatis usus ex primæ prævaricationis vitio jam quasi in naturam venit. Nam cum stare animus in semetipso nititur, a semetipso aliquo modo etiam nesciendo derivatur. Humana namque anima ab unaquaque re cui intenditur fastidio impellente removetur. Sed dum inhaanter cogitanda appetit, et repente cogitata fastidit, docet quod aliunde pendet, quæ quolibet posita non requiescit. Ad illum quippe suspensa est a quo formata. Et quia ad Deum, solum appetendum facta est, omne autem quod infra appetit minus est, jure ei non sufficit quod Deus non est. Hinc est quod huc illucque spargitur, et ab unaquaque re, ut diximus, fastidio impellente removetur. Delectationis videlicet avida, querit quo pauset, unum vero quem sufficienter habere poterat amisit. Unde nunc per multa ducitur, ut quia qualitate rerum non potest, saltem varietate satietur.

<sup>a</sup> Pratel., in innumeris.

<sup>b</sup> Baluz., Colb., Vindoc., Pratel., Utic. et alios Norm., hic sequimur, non Excusos, ubi legitur ad discretionis.

<sup>c</sup> Editi, sancti autem viri quia causa se observatione custodiunt. Redundat quia; omittiturque in MSS.

[Vet. XXXVII.] 80. *Sancti adhærendo Deo, hæc anxieta medentur.* — <sup>c</sup> Sancti autem viri causa se observatione custodiunt, ne ab intentione sua mutabiliter dissolvantur, et quia idem esse appetunt, ad cogitationem qua Deum diligunt se solerter astrinxunt. In contemplatione namque creatoris hoc accepturi sunt, ut una semper mentis stabilitate perfruantur. 850 Nulla eos tunc mutabilitas dissipat, quia scilicet eorum cogitatio sibi metipsi semper indissimilis perseverat. Hoc ergo cum labore nunc co[n]antes imitantur, quod post in munere gaudentes accipiunt. Cui se Propheta immutabilitati virtute amoris astrioxerat, cum dicebat: *Unam petti a Domino, hanc requiram, ut inhabilem in domo Domini* (Psalm. xxvi, 4). Illic Paulus unitati intentione adhæserat,

B dicens: *Unum autem, quæ retro sunt oblitus, ad ea quæ ante sunt extensus, sequor ad palnam supernam vocationis Dei in Christo* (Philip. iii, 13). Nam si quid in eorum corde humanitas diffinit, mox hoc discussio severa restringit; et cum quasi pueriliter cogitatio labitur, juvenili mox coercione refrenatur. Unde sit ut sparsam mentem continuo colligant, et in una quantum prævalent cogitatione componant. Quia igitur status mentis cogitationum mutabilitate curvatur, recte ab Eliu dicitur: *Nec multitudo locorum inclinet te.*

81. *Deo ita vacantibus cavenda elatio.* — Sed iam dum viri justi animus in ipsa intentionis sua arca consistit, dum ab omni mutabilitatis se sparsione colligit, dum quidquid in se superflue oboritur permittit; ipsa suæ rectitudinis gloria tangitur, et in lumine proprie præsumptionis elevatur. Qui enim magna agit, quamvis de se humilia sentiat, scit tamen magna esse quæ agit. Nam si magna esse nescit, ea procul dubio minime custodit. Quæ dum custodire negligit, aut in eis minus proficit, aut ea funditus amittit. Dum ergo bona nostra opera scire necesse est ut custodiamus, ex ipsa eorum scientia elationis aditus panditur, et ad operantis cor culpe manus admittitur, qua vastante rapiantur. Mira autem dispensatione agitur, ut conditor noaster sublevatum prosperis animum subita concuti tentatione permitat, quatenus <sup>c</sup> semetipsum in infirmitate verius videat, et ab eo quem de virtutibus sumpserat, jam seipso melior elationis fastu descendat. Unde et bene D nunc subditur:

## CAPUT XLV.

Veras. 49. — *Depone magnitudinem tuam abeque tribulatione, et omnes robustos fortitudine.*

82. *Ne de nobis præsumamus, Deus tentatione nos pulsari permittit.* — Robusti quippe sunt motus cordis, cum nulla nisi quæ virtutis sunt sentiunt. Sed magnitudinem et robustos motus deponimus, quando pulsante vitio cogimur pensare quid sumus. Robe-

Pratel., Utic. et aliis. Baluz. et Colb. habent cœsta se.

<sup>d</sup> Pratel. et Utic., supernæ vocationis Christi. Convenient cum Baluz. et Colb.

<sup>e</sup> Deest, semetipsum in Ebroic. et aliis Norm.

ses motus deponimus, quando jam non de virtute astollitur, sed in culpa consentiendo obrui de ipsa <sup>a</sup> qua qualiter infirmitate formidamus. Multum namque de se animus confidit quando sibi ad votum vires suppetere cōspicit. Jam sibi fiduciam sanctitatis arrogat, jam se idoneum etiam ad caneta virtutum culmina que sola cogitatione conceperis putat. Sed cum hanc tentatio subito oborta transverberat, eas que nata de virtutibus fuerant, elatas cogitationes funditus turbat. Quasi securam quippe urbem Inopinatus hostis ingreditur, et repensino gladio superborum evicta colla feriuntur. Nihil ergo tunc nisi continuus luctus agitur, <sup>b</sup> dum capta urbe animi a magnatum storum gloria excede interveniente vacuantur. Unde nunc dicitur : *Dēpone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes refūctos fortitudine. Ac si aperte diceretur : Omne quod intrinsecus de bonâ occasione <sup>c</sup> intumueras [§ 51] reprime, et cordis motus quos ex recto opere robustos habueras dēpone, quia jam in ipsa adversitatis tentatione consideras quam frustra prius de te magna effatus aestimabas. Quia videlicet magnoitudo idcirco absque tribulatione deponna dicitur, quia nimborum cum per temptationem humilitas proficit, prospera est ipsa adversitas quae mentem ab elatione custodit. [Vet. XXXVII].* Sed tamen sine magno tribulatione non agitur, cum tranquilla mens irruente temptatione quasi repentinio hoste turbatur. Ilsa namque tentationis adversitas dum se menti inserit, quasdam in illa tenebras gignit, cōmique obscuritate suæ amaritudinis turbat, quæ apud se dadum virtutum defecisse irradiante charcerat.

Unde et apie subjungitur :

#### CAPUT XLVI.

VERS. 20. — *Ne protrahas noctem et ascendāti populi pro eis.*

83. *Tentatio tenebras gignit, et procellas excitat.* — Nox quippe protrahitur cum suborta de temptatione irititia consolatione concita non fluitur. Nox protrahitur quia mœror animi confusis cogitationibus elongatur. Nam dum mens posita in temptatione considerat quod a virtutis suæ præsilia soliditate repellitur, superduetus mœroribus, quasi quibusdam tenebris cæcatur, atque ab omni luce gaudii ejus oculus clauditur, dum sollicita trepidat ne hoc quod esse dudum cooperat funditus amittat. Unde et bene dicunt quod in hac nocte pro robustis populi ascendunt, quia videlicet in hoc mœrore temptationis pro robustis motibus indignæ cogitationes et multiplices in corde prosiliunt. Nam dum se in perturbatione conspicit <sup>d</sup> jam pene amisisse quod fuerat, fluctus in se innumerous tumultusque coacervat, modo tranquillitatem suam quia perdidit dolet; modo ne usque ad prava opera corrut pertimescit; modo in quo cu-

<sup>a</sup> Plorasse. Edit., quæ passim.

<sup>b</sup> Turon. et Colb., dum capta urbs a nimia magnitudin. In Norm. legitur quoque magnatorum, hic aliquot versus omitti in Baluz.

<sup>c</sup> Ay., intumuerat, ut legitur in Pratell.

<sup>d</sup> Longip., jam pene amisisse quod fuerat credens fæctus, etc.

A mine steretas meminit; modo in quod informum profundus per detectionem faciat attendit; modo ad resumendas vires se reparat; modo se eis posse recuperare quasi victis jam fractusq[ue] desperat.

84. *Hac in nocte multiplices cogitationes quæ populi tumultuantur premunt.* — <sup>e</sup> Cuth ergo super additam mentem tam multiplices cogitationes prodicantur, hanc quasi in nocte populi consurgentes prementur. Quos nimurum populos non per se, sed per divinæ protectionis auxilium Propria subigere se possé præsumperat, cum dicebat : *Protectör n̄tus, et in ipso sperabo, subiecti populos sub me* (Psal. cxiii; 2). Sanctis quippe mentibus populi subiguntur, cum ab eis per disticta severitas præsentiam cogitationes stultæ dissipantur, ut non per abrupta phantasmatum rapiant, sed rationi subditæ a corde humiliiter conquiescant. Quia ergo positus in tentatione animus, qui de se in prospero majora presentebat, tumultus spei desperationisque tolerat, recte nunc dicitur : *Ne protrahas noctem, ut ascendāti populi pro eis.* Ac si aperte diceretur : In tentatione deprehensus, citius tenebras mœroris inclit, ne quæ in tranquillitate § 52 de te alta senseras, in perturbatione quoque deterius cogitationum se extingue confundas. Quod recte Eliu dicaret, si tamen cui diceret sciret. Nam hæc beato Job tanto minus congruunt, quanto ab illo omnia altius soluntur. Quia vero, ut sepe diximus, arrogantes, dum præsumunt docere <sup>f</sup> quos non debent, usque ad contumeliosa interpretationum verba dilabuntur, subditur.

#### CAPUT XLVII [Rec. XXXIX].

VERS. 21. — *Cave ne declines ad iniquitatem; hanc enim capisti sequi post misericordiam.*

85. *Tunc cavenda est impatiens, quæ in Job imerito impingitur.* — Iniquitatem post misericordiam egreditur, qui post mala s quæ pro correptione sustinet ferventi corde impatiens se facibus inflammatis. Quod beatum Job per perpetrassæ Eliu credidit, qui eum inter flagella positum liberis effari vocibus audivit, videlicet nesciens, quia omnes quod dixit, non hoc de iniquitate impatiens, sed de virtute veritatis protulit, qui ab interni judicis sententia nec cum se justificaret erravit. [Vet. XXXIX.] Sed considerandum valde est quomodo cum diceref : *Ne declines ad iniquitatem, de eadem iniquitate protinus subdidit :*

<sup>g</sup> Hanc enim capisti sequi post misericordiam.

86. *Superbi in arguendo modum servare nesciunt.* — Quid est hoc quod dum à eam <sup>h</sup> declinare vetat, dē ea protinus quasi ad quam declinatū jam fuerit damnat, nisi quod arrogantes viri plus videri judices quam consolatores volunt? Unde <sup>i</sup> et nonnudumq[ue] ea districtis sententiis feriunt, quæ nata in corde suspiciuntur et priusquam certa sit culpa delinquentium,

<sup>g</sup> Vulgat. *Ad supradictam mentem. Emendavimus ex MSS. Baluz., Colb., Ulric., Pratell., etc. De hac voce Gregorij familiari jam diximus lib. II, c. 9, n. 45.*

<sup>h</sup> Pratell., quod non debet.

<sup>i</sup> Vindoc., quæ pro corruptione.

<sup>j</sup> Ulric. et Pratell.; declinari.

<sup>k</sup> Colbert. et Baluz., si nangum, sed mendoso.

profertur inventio districta verborum; et ante per A tentiam percutitur, quam prodeat quod feriatur.

87. *Sanctorum discretio in corripiendo.* — Quamvis et justi viri plerumque pravis et occultis cogitationibus arguendo obviant; sed cum easdem cogitationes aliqua quæ p̄euent opera demonstrant, plerumque ab auditorum suorum cordibus ea vitia quæ necdum prolata sunt manu correptionis eradicant, sed jam illa subsequi conspiciunt ex aliis quæ p̄eecedunt. Sicut enim corporales medici quasdam ægritudines jam venisse inveniunt, \* quasdam vero ne veniant medentur, ita doctores sancti aliquando inventa vulnera saluti restituunt, aliquando vero agunt in mē-

\* Vindoc., Pratel. et alii, quibusdam vero ne veniant medentur. Colb., ut ne veniant medentur.

## LIBER VIGESIMUS SEPTIMUS.

*Duodecim ultimi versus capitinis XXXVI exponuntur, cum integro capite XXXVII, ingeniose quæstis ad astraruendam, tum doctrinam, tum ethicen christianam sensibus.*

### CAPUT PRIMUM.

**853 1. Ex superbiorum recte dictis sumendum quod prout, respuendū quod noceat.** — Quisquis de magnis dictis arrogantium sumere scientiam nititur, providere solerter debet, ne hoc quod eorum scientia altum tumet, imitetur, \* ne cum virtutum verbis morum vitia colligat, et in eo quod loquendi notitiam assequitur, vivendi se imperitia transfigat. Ilos namque cum fortia dicere audimus, sed tamen de dictis fortibus tumere conspicimus, quasi doctrinæ hortum ingressi, de spinis rosas attingimus. Discreta ergo nobis sollicitudine opus est, et carpere quod redoleat, et cavere quod pungit, ne si fortasse improvide dictatorum flos legitur, **b** incauta legentis manus morum spina laceretur. Eliu itaque doctus et arrogans profert aliquando quod redoleat, aliquando quod pungat. Sic igitur sumendum est de ejus doctrina quod fragrat, ut tamen sollicite cavendum sit de elatione quod vulnerat. Qui multa quidem superius moraliter intulit, sed in verbis sequentibus ad sola se prophetiae areana sustulit. **c** Ima enim moralitatis deserit, et ad prophetiae summa concendit.

**2. Superbi spiritu prophetæ aliquando repleti.** — Nec mirandum quod vir arrogans impleri propheticō spiritu potuit, cum Saul etiam in numero prophetarum fuit (*I Reg. x, 6*). Sed hoc de Saule cur dicimus, cum ex visione angeli accepisse verba rationabilia et' asinam neverimus (*Num. xxii, 28*)? Sed si-  
cūt irrationale animal rationis verba edidit, nec tam ad permutationem naturæ rationalis accessit, ita s̄epe quilibet indignus sancta verba per prophetæ spiritum accipit, sed tamen ad promerendam sanctitatis gloriam non pertingit, ut et supra se loquendo emineat, et infra se vivendo torpescat. Unde nunc Eliu Redemptoris nostri adventum humilem non hu-

\* Vetus Edit. Basil., Gilot., Gussanv. et plur., ne cum virtutum flore. Pro, flore, legitur, verbis, in omnibus MSS. nostris, et in vet. Edit. Paris.

**b** Al., incautis legentibus; ut est in Gilot., Gussanv. et plur. Edit. Lectio nostra est MSS. Turon.,

tibus ne vulnerentur. In quibus solerter intuendum est, quia sicut certa plerumque cum asperitate redargunt, ita incertis vitiis et cum tranquillitate contradicunt; certa ferentes increpant, incerta p̄eminentes devitant. Quam quia arrogantes viri discretionis regulam nesciunt, sententiariuin suarum jaculis sicut nota, sic incognita; sicut certa, sic etiam incerta configunt. Unde nunc ab Eliu dicitur: *Cave ne declines ad iniquitatem; hanc enim cœpisti sequi post miseriam.* Quia vero ea quæ subnexa sunt longiori allegatione protrahuntur, istum libellum hoc fine constringimus, ne immoderatus extenderatur.

\* Vindoc., Pratel. et alii, quibusdam vero ne veniant medentur. Colb., ut ne veniant medentur.

**B** milis conspicit, et eum prophetando p̄ædicat, quem elatis moribus impugnat, dicens:

### CAPUT II.

**CAP. XXXVI, VERS. 22. — Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, et nullus ei similis in legislatoribus.**

**3. Christus simul humili in infirmitate et excelsus in fortitudine cæteros legislatores longe antecellit.** — Ac si aperte dicat: Qui humili videbitur in infirmitate, excelsus manet in fortitudine, Paulo hoc etiam attestante, qui ait: *Quia et si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei (II Cor. XIII, 4).* De quo recte subjungitur: *Nullus ei similis in legislatoribus.* Legislator Moyses, legislator Josue, legislatores etiam prophetæ; legislatores cunctos dicere possumus, quos ex lege admonuisse recta populum scimus. Sed huic Mediatori in legislatoribus similia nullus est, quia isti gratuito vocati ex peccatis ad innocentiam redeunt, et ab his quæ in semelipsis experti sunt p̄ædicando alios reducunt. Redemptor autem noster homo sine peccato est, filius sine adoptione, nec perpetravit unquam quod redarguit, et sic mundo ex humanitate loquitur, ut tamen **854** eidem mundo ante sæcula ex divinitate dominetur. Hunc Mediato-rem Dei et hominum quidam legislatoribus similem fuisse crediderunt. Nam requirenti: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* responderunt discipuli, dicentes: *Alii Joannem Baptistam, alii Eliam, alii Jeremiam, aut unum ex prophetis (Matth. XVI, 13).* **d** Sed nimis Petrus quam excelsus in fortitudine es-set aperuit, cum eum veraciter intuens, a legislatorum æqualitate discrevit, dicens: *Tu es Christus Filius Dei vivi (Ibid., 16).* Unde recte de illo sponsa in Canticis canticorum dicit: *In lectulo meo per noctes quæsivi quem diligit anima mea, quæsivi illum, et non inveni (Cant. III, 1).* Et paulo post: *Invenerunt me Colb., Longip., Ebroic. aliorumque Norm. et vet. Edit. Paris. et Basil.*

**e** Longip., *ad se areana sustollit;* legitur etiam sus-tollit in Pratel. et alii.

**f** Corruptissime in Edit. Gilot., Gussanvill. et non-

vigiles, qui custodiunt civitatem. De quibus rursum A dicit: *Vulneraverunt me, tulerunt pallium meum. Quos iterum percutuntur, dicens: Num quem diligat anima mea videtis? Paululum cum pertransiesset eos, inveni quem diligit anima mea* (*Cant. iii, 3*).

4. Qui in nocte queritur, sed non nisi transensis prophetis et patriarchis inveniuntur. — Dilectus namque per noctes in lectulo queritur, quia intra secreta cordis cubilia in tribulatione spiritus desideratur. Quem tamen querens sponsa non invenit, quia electa quæque anima jam quidem amoris ejus facibus flagrat, \* sed adhuc quæsita negatur species, ut amantis desiderium crescat; et quasi in siti aqua subtrahitur, ut ejusdem sitis aestus augeatur, et quo hanc diutius sitiens desiderat, eo quandoque cum invenerit avidius sumat. Sed hanc querentem vigiles inveniunt, eamque vulneraut, et ejus pallium tollunt, quia unquamque animam redemptoris sui jam speciem requirent, cum solliciti doctores inveniunt, hanc per prædicationis verbum coelestis amoris b spiculis vulnerant, et si quod ei adhuc de vetusta conversatione legmen inest, subtrahunt, ut quo exuta ab his mundi onere redditur, eo is qui queritur, ab illa citius inveniatur. Bene autem subditur: *Paululum cum pertransiesset eos, inveni quem diligit anima mea*. Quia visionis ejus mens avida, nisi prophetarum extinuationem, nisi patriarcharum celsitudinem, nisi cunctorum hominum mensuram transcenderet, eum qui est super homines non inveniret. Transire ergo est vigiles, etiam eos \* quos miratur anima in ejus comparatione postponere. Et tunc is qui quærebatur, cernitur, si homo quidem, sed tamen extra mensuras hominum credatur. Unde bene nunc dicitur: *Nullus ei similis in legislatoribus*. Sed is videlicet per infirmitatem carnis nostris obtutibus apprens, dum alios reprobat, alios vocat, mira judicia exhibuit, que a nobis et cogitari possint, et comprehendendi non possint. Ait 855 namque: *In judicium ego in hunc mundum reni, ut qui non vident videant, et qui vident cæci fiant* (*Joan. ix, 39*). Et rursum: *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis* (*Matth. xi, 25*). In quibus nimirum judiciis Iudea repellitur, gentilitas aggregatur. Quod videlicet factum mirari possumus, sed perscrutari nullatenus valemus. Unde et bene nunc ab Eliu subditur:

### CAPUT III.

VERS. 23. — *Quis poterit scrutari vias ejus? aut quis audet ei dicere: Operatus es iniuriam?*

5. *Judicia ejus scrutari, multo munus reprehendere non debemus.* — Ac si dicat: *Cujus perscrutari actiones nullis, sed nimirum Petrus quam excelsus in fortitudine esset apparuit.* Ubi ad Petrum refertur fortitudo, quam in Christo divinam commendat sanctus Doctor, aliudens ad hunc locum Job: *Ecce Deus excelsus in fortitudine, et nullus ei similis in legislat.* In vet. Edit. Basil. Paris. 1518 et nonnullis legitur: *Petrus quam excelsus in fortitudine esset (Christus) aperuit,* et quidem optimo sensu, quem posteriores Editores

A non potest, quo pacto reprehendi potest? Nemo enim bene judicat quod ignorat. Tanto ergo debemus sub ejus judiciis silendo quiescere, quanto et rationem judiciorum illius nos cernimus non videre. Unde et bene subditur:

### CAPUT IV [Vet. et Rec. II].

VERS. 24. — *Memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri.*

6. *Angeli et doctores ea, eti laudent, minime tamen cognoscunt.* In Scriptura sacra viri aliquando angelii, aliquando autem perfectæ vitæ homines memorantur. Nam quia aliquando vir angelus dicitur, Daniel propheta testatur, dicens: *Ecce vir Gabriel* (*Dan. ix, 21*). Rursum, quia virorum nomine perfectæ vitæ homines exprimuntur, in Proverbii sapientia loquitur, dicens: *O viri, ad vos clamito* (*Prov. viii, 4*). De Domino igitur viri canunt, cum ejus nobis potestiam vel superni spiritus, vel perfecti quique doctores innotescunt. Sed tamen opus ejus ignoratur, quia nimirum judicia illius ipsi etiam qui hunc prædicant impene trata venerantur. Et sciunt ergo quem prædicant, et taenam ejus opera ignorant, quia cognoscunt per gratiam eum a quo facti sunt, sed ejus judicia comprehendere nequeunt, quæ ab illo etiam super ipsos flunt. Quod enim omnipotens Deus perspicie in sua actione non cernitur, Psalmista testatur, dicens: *Qui posuit tenebras latibulum suum* (*Psal. xvii, 12*). Et rursum: *Judicia tua abyssus multa* (*Psal. xxxv, 7*). Atque iterum: *Abyssus sicut pallium amictus ejus* (*Psal. ciii, 6*). Unde bene etiam per Salomonem dicitur: *Sicut ignoras quæ sit via spiritus, et qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis, sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium* (*Eccle. xi, 5*).

7. *Occulorum Dei judiciorum exemplum in parvulis sine baptismo, vel post baptismum morientibus.* — Ut enim unum e multis loquar, duo ad hanc lucem parvuli veniunt, sed uni datur ut ad redemptionem per baptismum redeat, alterante subtrahitur quam hunc regenerans unda perfundat. Et saepè fidelium filius sine fide rapitur, saepè infidelium concessio fidei sacramento renovatur. Sed fortasse aliquis dicat quod hunc Deus acturum præve etiam post baptismum noverat, et idcirco eum ad baptismatis gratiam non perducat. Quod si ita est, peccata quorumdam procul dubio priusquam sint perpetrata puniuntur. Et quis ista recte sentieus dixerit quia omnipotens Deus, qui alios a perpetratis facinoribus liberat, hæc in aliis etiam non perpetrata condemnet? Occulta itaque sunt ejus judicia; et quanta obscuritate nequeunt conspiciri, tanta debent humilitate venerari. Dicat ergo: *Memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri.* Ac si aperte dicaret: *De quo sortes quique locuti sunt, ejus opera tua mentis oculis absconduntur, quia mensuram tuæ*

*præ oscitantia legentes, apparuit pro aperuit corrumperunt. Sequimur MSS. Baluz., Colb., Turon., Vindoc., Norm., etc.*

\* Longip., sed adhuc queritur species.

† Videoc., Ebroic. et alii Norm., spiculis figurant.

• Omittunt anima Edit. recentiores, quam vocem revocavimus ex MSS. Baluz., Colb., Ebroic., etc.

notitiae eo ipso quo humanitate circumscriberis transeunt. Sequitur :

## CAPUT V [Rec. III].

**858** Vers. 25.—*Omnis homines vlaen. eum, unusquisque intuetur procul.*

8. *Deus non nisi procul, etiam ab electis videtur.* — Omnis homo eo ipso quo rationalis est conditus, debet ex ratione colligere eum qui se condidit Deum esse. Quem nimirum jam videre est damnationem illius <sup>a</sup> ratiocinando conspicere. Cum vero dictum sit : *Omnis homines vident eum, recte subjungitur : Unusquisque intuetur procul.* Procul quippe eum intueri est non jam illum per speciem cernere, sed adhuc ex sola operum suorum admiratione pensare. Procul illum hic etiam electi conspicunt, quia nondum claritatem illius <sup>b</sup> per acumen intimae visionis apprehendunt. Cui etsi jam per amorem juxta sunt, adhuc tamen ab illo terrena inhabitacionis pondere disjunguntur ; et quamvis ei bene vivendo inhærent, a contemplationis ejus specie longe se esse suspirant. Quem nimirum reprobri etiam cum ad judicium verientem viderint, procul intuentur, quia non eum in divinitatis forma, sed in sola qua et comprehendendi potuit humanitate conspicunt, quia videlicet eorum oculos reducta tunc ad memoriam sua male gesta reverberant, et dum ejus humanitatem vident, eujus divinitatis claritatem non vident, miro modo ab ejus visione quem conspicunt longe flunt. [Vet. III.] Sed cum dicitur : *Memento quod ignores opus ejus, ac delinde subjungitur : Omnes homines vident eum, quem, sicut diximus, videre est transcendentem omnia ejus essentiam ex ratione colligere, valde mirandum est quod et ipsum cernimus, et ejus opus ignoramus.* Dubii quippe de ejus essentia non sumus, et tamen in ejus iudiciis incerti remanemus. Patet nobis quod summum est, absconditur quod minimum. Minus quippe sunt ejus opera quam ipse; et agentem cernimus, sed in actione cagliamus : quia videlicet cur quid fiat incertum est, sed quis sit qui haec incerta faciat, incertum non est. Dicat ergo : *Memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri : Omnes homines vident eum, unusquisque intuetur procul,* quia eum, cuius iudicium minime comprehendimus, esse per rationem videmus ; <sup>c</sup> quem tamen adhuc procul cernimus, quia ab ejus fortitudine nubilo inscrutabilitatis nostræ separamur. Sequitur :

## CAPUT VI [Rec. IV].

Vers. 26. — *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram.*

9. *Deo tunc tantum aliquid intelligere incipimus, cum eum nos digne cognoscere non posse sentimus.* — Superius dixerat : *Ecce Deus excelsus : nunc iterum*

<sup>a</sup> Deest ratiocinando in Baluz., Utic., Pratel. ap. al. Norm.

<sup>b</sup> Ebroic. et plur., per acumen illius intimæ.

<sup>c</sup> Edit. vet. Paris. et Basil., aliisque posteriores, quem tanto adhuc procul cernimus, quanto ab ejus fortitudine, etc. Lectionem nostram quam Gussanv. in marg. annotavit, suppeditarunt MSS. Baluz., Colb., Vindoc., Longip., Ebroic., aliique Norman.

<sup>d</sup> Turon., inaymerabilis.

A dicit : *Ecce Deus magnus.* Quid est quod de Deo loquens ecce dicit, et ecce repetit, nisi quod ecce dicimus de ea re quam in præsenti monstramus ? et quia Deus ubique praesens est, eum de illo ecce dicitur, etiam non videntibus adesse memoratur. Bona autem eum vincere scientiam nostram morat, quem yideri ab omnibus digerat, quia eius ex ratiope conspicitur, magnitudo tamē illius nulla nostri sensus subtilitate penetrator. Quidquid namque de claritate ejus magnitudinis scimus, infra ipsum est ; et tanto ab ejus scientia longe repellitur, quanto ejus potentiam nos comprehendisse suspicimur. Nam quamvis in altum mens nostra rapiatur, ejus tamē magnitudinis immensitate transcenditur. Cujus igit, aliiquid quasi ex parte cognoscimus, quando eum nos dignos cognoscere non posse septimus. Sequitur :

## CAPUT VII.

*Ibid. — Numerus annorum ejus d' inestimabilis.*

**857** 10. *Deo sine spatio immensus, sine initio et fine æternus.* — Dicere utrumque æternitatem voluit, et ipsam æternitatis longitudinem annos vocavit. Cum enim brevitàtem temporis dilatare volumus, momenta per horas, horas per dies, dies per menses, menses autem per annos extendimus. Quia ergo per amplum quiddam digere voluit, sed quid diceret latius non invenit, <sup>e</sup> in Deo annos sine estimatione numeri multiplicavit, dicens : *Numerus annorum ejus inestimabilis*, ut dum ea quæ apud se sunt proliza multiplicat, æternitatis longitudinem se metiri non possa infirmitas humana cognoscat. Tende itaque oculum in æternitatem, ut videas Deum, vel quando est a principio, vel quoque ; <sup>f</sup> et nusquam finis superior, quia esse non incipit; nusquam finis inferior, quia esse non desinit. Intra ipsum omnia coangustantur, ipse vero circa omnia sine spacio extenditur, sine loco dilatatur. Ecce ouceta que facia sunt, ea ipsa circumscriptione qua creata sunt, superiori et inferiori sine cinguntur. Lego enim sua, et quia a nos esse incipiunt, festinant non esse.

11. *Quædam æterna futura sunt, sed non fuerunt.* — Sed quædam mirabiliter accepérunt ut quamvis ea finis superior ipsoeat, finis tamē inferior non consrigat; et licet esse incipiunt, esse in perpetuum non desistant. Horum vero æternitas idcirco summa est æternitat̄ dissimilis, quia æterna esse cooperunt, Cum ad extrema prospicimus, horum finem, qui omnino deest, non comprehendimus; eorum tamen initia cernimus, cum mentem retro revocamus; et dum in eis infra supraque animum ducimus, non capimus omnino quoque sunt, sed videmus ex quo. Deus autem quia quasi quiddam in eo per æternitatem longum est, quod nec initio oritur, nec sine termino.

<sup>e</sup> Editi, ideo annos, pro in Deo; legendum esse in Deo persuaserunt MSS. Colb., Baluz., Anglic. et Norman., neconon Codices a Gussanv. visi, ex quibus depropria lectione hanc margini inscripsit.

<sup>f</sup> Longip., et nusquam inventus finis superior.

<sup>g</sup> Vet. Edit., quia dum esse incipiunt. Gilot. et alias posteriores, qua ante esse incipiunt. Corruptum hunc locum sanavinus ope MSS., maxime Vindoc., Ebroic. et aliorum Norman.

natur, nec ex quo in semetipso recipit, nec quo-  
usque, dicatur ergo: *Numerus annorum ejus inestimabilis*. Per hoc ergo quod annorum illius numerus dicitur, dintinum ejus esse ostenditur. Per hoc vero quod inestimabilis memoratur, hoc ipsum esse insitum et incomprehensibile demonstratur. Sed quia humanis mentibus innotescat agnoscimus, dum omnes homines vident eum; et quia ejus magnitudinem admirantes cernimus, dum annorum ejus numerus inestimabilis habetur, restat jam ut etiam quid agat audiamus. Sequitur:

#### CAPUT VIII [Vet. IV, Rec. V].

VERS. 27. — *Qui auferat stellas pluviae<sup>a</sup>, et effundit imbras ad instar gurgitum.*

12. *Sanci patriarchæ et prophetæ stellæ fuerunt pluviam generantes.* — Duo in hac vita sunt genera justorum: unum videlicet bene viventium, sed nulla docentium; aliud vero recte viventium, et eadem recte docentium, sicut et in cœli facie aliae stellæ prodeunt quas nullæ pluviae subsequuntur, aliae prodeunt quæ arenem terram magnis imbris infundunt. Igitur quoties in sancta Ecclesia recte quidam vivunt, sed tamen prædicare eamdem rectitudinem nesciunt, stellæ quidem sunt, sed in siccitate aeris natæ; quia per exemplum bene vivendi lucere cæteris possunt, sed per prædicationis verbum pluere nequeunt. Cum vero in ea quidam et recte vivunt, et aliis eamdem rectitudinem verbis prædicationis influunt, quasi ad proferendas pluvias in celo stellæ producuntur, quæ sic vite suæ meritis luceant, ut etiam sermone prædicationis pluant. An non in hoc celo astrum pluviae Moyses exstitit, 858 qui cum de supernis emicuit, corda peccantium quasi arenem inferius terram sanctæ exhortationis pluvia ad ubertatem germinis infudit? An non Isaias astrum pluviae ostensus est, qui in eo quod lucem veritatis prævidens tenuit, siccitatem infidelium prophetando annuntians rigavit? An non Jeremias et prophetæ cæteri, velut in celo positi astra pluviae fuerunt, qui in prædicationis culmine erecti, dum pravitatem peccantium libere increpare ausi sunt, quasi verborum guttis obsecrationis humanæ pulvrem rigando presserunt? Quorum videlicet animas ab hac corruptibili carne susceptas, quia ex præsenti vita superna iudicia auferunt, quasi a cœli facie stellæ pluviae subtrahebuntur, et ad occultum astra redeunt, dum peractis suis cursibus sanctorum animæ in thesauris dispositionis intimæ reconduuntur.

13. *His subductis, missi apostoli, qui imbras tanquam gurgites effuderunt.* — Sed quia terra aresceret si subductis stellis pluviae superna funditus fluenta cessarent, recte dicitur: *Qui auferat stellas pluviae, et effundit imbras ad instar gurgitum.* Nam cum prophetæ abstulit, eorum vice Dominus apostolus misit, qui in similitudinem gurgitum pluerent, postquam subductis antiquis Patribus exteriora legis prædica-

menta tacuissent. Stellas ergo pluviae abscondit, et ad instar gurgitum imbras fudit, quia dum prædicatores legis ad secreta et intima retulit, per dicta sequentium uberior vis prædicationis emanavit.

[Vet. V.] 14. *Post apostolos, sancti Patres doctrinam sacram auixerunt.* — Possunt quoque per stellas pluviae, sancti apostoli designari, de quibus Judææ reprobatae per Jeremiam dicitur: *Prohibitæ sunt stellæ pluviarum<sup>b</sup>, et serotinus<sup>c</sup> imber non fuit* (Jerem. iii, 3). Stellas ergo pluviae Dominus<sup>d</sup> abstraxit, atque ad instar gurgitum imbras fudit, quia cum de Judæa prædicantes apostolos abstulit, doctrina novæ gratiae mundum rigavit. Quod utrumque factum in Ecclesia potest non inconvenienter intelligi, quia cum solutis corporibus ad secretos supernorum sinus apostolorum animas retulit, quasi a cœli facie stellas pluviae abscondit. Sed ablatis stellis pluviae, in modum gurgitum<sup>e</sup> imbras dedit, quia etiam reductis ad superna apostolis, per expositorum sequentium linguas, divinæ fluenter scientiæ diu abscondita largiori effusione patefecit. Nam quod illi sub brevitate locuti sunt, hoc exponendo isti multipliciter auxerunt. Unde et non immerito ipsa expositorum prædicatio gurgitibus comparatur: quia dum multorum præcedentium dicta colligunt, ipsi in eo quod astruunt profundiū dilatantur. Nam dum testimonia testimoniis jungunt, quasi ex guttis gurgites faciunt. Quorum verbis dum quotidie gentilitas docetur, quia peccatorum mens cœlestem scientiam accipit, quasi stans in terra aqua gurgites ostendit. Sed nequaquam se eisdem apostolis expositores in scientia præferant, cum exponendo latius loquuntur. Meminisse quippe incessanter debent, per quos ejusdem scientiæ inventiones acceperunt. Unde et apte subjungitur:

#### CAPUT IX.

VERS. 28. — *Qui de nubibus fluunt.*

15. *Nec tamen apostolis hujus doctrinæ primis traditoribus præferendi.* — Huius de nubibus gurgites fluunt, quia si ex sanctis apostolis vis intelligentiæ non inciperet, nequaquam per doctorum ora largior manaret. In Scriptura enim sacra aliquando per nubes, 859 mobiles quique homines, aliquando prophetæ, aliquando autem apostoli designantur. Per nubes quippe mobilitas humanæ mentis exprimitur, sicut Salomon ait: *Qui ventum observat, non seminat;* D *et qui considerat nubes, nunquam metit* (Eccle. xi, 4). Ventum procul dubio immundum spiritum, nubes vero subjectos ei homines appellat; quos toties huc illueque impellit et revocat, quoties tentationes ejus in eorum cordibus suggestionum flatibus alternant. Qui igitur ventum observat, non seminat, quia qui temptationes venturas metuit, cor ad bona opera non proponit. Et qui considerat nubes, non metit, quia is qui ante humanæ mutabilitatis terrorem trepidat, & mercedis æternæ retributione se privat. Per nubes prophetæ figurantur, sicut per Psalmistam dicitur:

<sup>a</sup> Al., abstulit.

<sup>b</sup> Ebroic. et alii, imbras fuit.

<sup>c</sup> Vindoc., Pratel. et al., in eorum mentibus

<sup>d</sup> Pratel., mercede æternæ retributionis.

<sup>a</sup> Vide col. 295 (inter numeros crassiori charactere expressos) in notis.

<sup>b</sup> Ibid.

<sup>c</sup> Quidam Editi, imber non ruit.

*Tenebrosa aqua in nubibus aeris (Psalm. xvii, 12); id est, occulta scientia in prophetis. [Vet. VI.] Per nubes quoque apostoli designantur, sicut per Isaiam dicitur: *Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbre* (Isai. v, 6). Ipsi igitur stellæ, quia vita meritissimæ lucent; ipsi nubes, quia aarentem nostri pectoris terram cœlestis intelligentiæ fluentis rigant. Si enim nubes non essent, nequaquam eos intuens propheta dixisset: *Qui sunt isti, qui ut nubes volant* (Isai. LX, 8)? Imbrium itaque gurgites de nubibus fluunt, quia profundæ prædications sequentium intelligentiæ originem a sanctis apostolis acceperunt. De quibus adhuc nubibus apte subjungitur:*

## CAPUT X.

Ibid. — *Quæ prætexunt cuncta desuper.*

16. *Nubes cur apostoli dicuntur.* — Nubes cum de-super aerem prætexunt, si in cœlum oculos attollimus, non cœlum, sed ipsas intuemur; nec visus noster æthereas plagas penetrat, quia ei illas ipsa sua infirmitas occultat; et cum de cœlo sol rutilat, prius intersuso aere pascitur, ut post in cœlo solis radios compleetur. Quia ergo carnales homines sumus, cum superna appetere nitimur, quasi in cœlum oculos levamus, et velut in cœlum aciem intendimus, quia, pressi usu rerum corporalium, docere spiritalia conamur. Sed quia transire intellectus noster ad divina non sinitur, nisi prius per sanctorum præcedentium exempla formetur, quasi jam cœlum noster oculus suspicit, sed nubes videt, quia comprehendere ea quæ Dei sunt appetit, sed vix mirari ea quæ hominibus collata sunt potest. Unde et alias dicitur: *Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis* (Psalm. LXXV, 5). Qui enim orientem solem contemplari non valet, irradiatos montes aspicit, et quia sol ortus sit deprehendit. Ex æternis ergo montibus nos Deus illuminat, quia per admiratam vitam Patrum præcedentium, radio nos sue claritatis illustrat. Ecce in studio devotionis dominicæ et charitatis accendimur, sed in hac devotione atque charitate melius harum nubium contemplatione formamur. Quid enim devotius Petro (Matth. xiv, 29)? Quid charius Joanne (Joan. XIII, 23)? Ille per devotionem fluida maris dorsa calcare non timuit, iste per amorem in ipso auctoris nostri pectore requietit; et qui ad corporalis cœnæ refectionem veniat, spiritale pabulum de sinu Redemptoris sumpsit.

Vet. VII.] 17. *Cur prophetæ et antiqui Patres nubes quoque dicantur.* Abraham obedientiam nos docet; Isaac patientiam; Jacob laboriosam vitam; Joseph castitatem; Moyses mansuetudinem; Josue constantiam; Samuel benignitatem; David pietatem et humilitatem. — Sed quia signari per nubes etiam prophetas diximus, necesse est ut adhuc ad medium superiorum Patrum exempla deducamus. Ecce cum præceptis cœlestibus subdi per obedientiam cupimus, 860 con-

a Prat. et Utic., doceri.

b Idem, quia apprehendere.

c Aliqui MSS. et Editi, informamur. Sequimur MSS. Baluz. et Colb.

d Ita Turon., Vindoc., Baluz., Colb., Ebroic. alii.

A sideratis antiquorum patrum vestigiis juvamur. Quid enim Abraham obedientius, qui ad unam vocem dominicam cognatos ac patriam deserit, et pro adipiscenda æterna hæreditate ipsum ferire non trepidat quem senex jam et pene moriturus acceperat hædem (Genes. XII, 4)? Cum patientiæ virtutem apprehendere conamur, præcedentium exempla conspiciamus. Quid enim Isaac patientius, qui ligna portat, de holocausto interrogat, atque post paululum ligatur, et non loquitur; aræ superponitur et non reluctatur (Genes. XXII, 7)? Quid ergo isto viro dici patientius potest, qui quasi ad solutum ducitur, et requirit; ad feniendum ligatur, et conticescit; et oblatus holocaustum interrogat, offerendus in holocaustum tacet? Cum accendi ad laborum tolerantiam nitimur, exemplis præcedentibus sublevamur. Quid enim Jacob laboriosius, qui apud Laban tam longo tempore propinquus jure cognitionis, opera exercuit servitutis, et vice obsecutus est famuli, ut perfrueretur præmis hæredis (Genes. XXX, 26)? Cum arcem continentia et castitatis ascendere nitimur, exemplis præcedentium sublevamur. Quid enim Joseph castius, qui ad desiderium petulantis dominæ, jugo luxuriæ premi non potuit etiam captivus? Et quidem hominibus exstitit servus, sed contra dominantem nequitiam et in servitio liber fuit (Genes. XXXIX, 12). Cum mansuetudine repleri concupiscimus, præcedentium exemplis adjuvamur. Quid enim Moyse mansuetius, qui commisi sibi populi seditionem tolerat, et tamen irascentem Dominum pro eisdem suis persecutoribus rogat, sequè pro illis divino furori objicit, quia in sancto ejus pectore etiam ex persecutione charitas ignescit (Exod. XXXI, 32)? Cum contra adversa mundi formare mentis constantiam nitimur, præcedentium consideratione fulcimur. Quid enim Josue constantius, qui ad explorandam gentium qualitatem missus, nec proceritatis magnitudinem, nec numerositatis multitudinem expavit. Unde et easdem gentes, quas explorando non timuit, etiam præliando prostravit (Josue x, 7). Cum benignitatis culmen apprehendere conamur, præcedentium exemplis instruimur. Quid enim Samuele benignius, qui de principatu regendi populi dejectus, successorem sibi humiliiter requirit, inventumque uigil in regem, uinctum mox patitur persecutorem (I Reg. x; XII, 1). A quo ne moriatur, trepidat; et tamen ne ei Dominus irascatur, rogat. Ipse quippe cum mitteretur, ait: *Andiet Saul, et interficiet me* (I Reg. XVI, 2). Et ei per semetipsam Veritas dicit: *Quousque tu luges Saulem, cum ego abicerim eum* (Ibid., 1)? Quid ergo isto viro benignius dici potest, qui et hunc non vult divinitus percuti a quo formidat occidi? Cum ad pietatis atque humiliatis celsitudinem tendimus, præcedentium exemplis levamur. Quid enim David misericordius, quid humilius dici potest, qui a rege reprobo pro victoriis que Norm. Vet. Ed. et Gilot. habent, firmare mentem per constantiam. Aliæ, firmare mentis constantiam.

e Ita Vindoc., Prat. et alii Norm. Vet. Ed. et Gussanv. habent, tolerat persecutorem.

contumelias recepit, qui de manu hostili Israeliticam A gentem fortis eripuit, et tamen ipse ne moriatur quasi debilis fugit (*I Reg. xvii, 18, 19*); qui et se elec- tum divino judicio, et persecutorem suum reprobum agnoscit, et tamen eidem persecutori suo crebræ sa- tisfactionis humilitate se subjicit, qui persecutoris lanceam tollit, oram chlamydis detruncat, atque ad cacumen montis protinus properat, et uno eodemque tempore quia **861** occidendi potestatem habuerit ostentat, et ne occidatur rogat?

18. *Mores nubium extensa super nos illorum sanctorum vita tegimur.* — Quia ergo in cunctis que spiritualiter appetimus exemplis præcedentibus infor- mamur, bene de his nubibus dicitur : *Quæ prætexunt cuncta desuper.* Mores enim nubium extensa super nos patrum vita tegimur, ut ad fructum se- cundi germinis infundamur. Et quasi intuentes cœlum prius nubes aspicimus, quia ante bonorum fa- cta admirando cernimus, et post illa que sunt co- lestia experiendo penetramus. Sed quia nequaquam harum nubium, id est antiquorum patruin, vita no- bis virtusque patesceret, nisi eam nubes aliæ, id est sancti apostoli lumine sue prædicationis aperirent, ad has nubes que prædicando mundum circummeunt sermo redeat, et quid per illas Dominus in mundo egerit ostendat. Sequitur :

#### CAPUT XI [Rec. VI].

VERS. 20, 30. — *Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, et fulgurare lumine suo desuper, car- dines quoque maris operiet.*

19. Sancti Dei tentoria sunt, in quibus apud nos habitat et ambulat. Paulo Romam petente, latens in ejus pectore quasi sub tentorio ibat Deus. — Extendit nubes Dominus, dum ministris suis viam prædicationis aperiens, eos in mundi latitudinem circumquaque diffundit. Bene autem dictum est : *Quasi tentorium suum.* Tentorium quippe in itinere poni solet. Et cum prædicatores sancti in mandum mittuntur, iter Deo faciunt. Unde scrip- tūm est : *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te* (*Malac. iii, 1*). Et unde rursus per Psalmistam dicitur : *Iter facite ei qui ascendit super occasum* (*Psal. lxvii, 5*). Et rur- sum : *Deus, cum egredereris coram populo tuo, dum transgredereris per desertum, terra mota est* (*Ibid., 8*). Deus enim, qui per semetipsum non localiter ubique est, per prædicatores suos in mundi partes localiter ambulat. Unde etiam per prophetam dicitur : *Et in ambulabo in eis* (*Levit. xxvi, 12; II Cor. vi, 16*). Iter quippe per eos agit, dum humanis cordibus eo- rum se eloquio infundit. Atque in hoc itinere tentoria Dei sunt hæc eadem corda sanctorum, quibus quasi in via quiescendo tegitur, dum per hæc ad mentes hominum veniens, agit quæ dispositus, et non videtur. [Vet. VIII.] Hinc est quod simul omnis syuagoga tentorium vocatur, cum cessasse a prædicatione sacerdotes Dominus per Jeremiam

queritur, dicens : *Non est qui extenda ultra tentoriū meum, et erigat pelles meas* (*Jerem. x, 20*). Hinc rursus de exterminatione ejus dicitur : *Dissipavit quasi hortum tentorium suum, demolitus est taberna- culum suum* (*Thren. ii, 6*). b Quia enim in unius populi cultu tunc Dominus inter homines latuit, eumdem sibi populum tentorium vocavit. Unde et recte nubes istae ejus tentorium dicuntur, quia ad nos Deus per gratiam veniens, intra prædicatorum suorum mentes operitur. An Paulus ejus tentorium non erat, cum a Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum ad corda mortalium veniens, in ejus mente Dominus quiescebat (*Rom. xv, 19*)? Nubes quippe erat hominibus, tentorium Deo, quia quem prædi- cando, infundebat audientibus, hunc invisibiliter in mente retinebat. Idem rursus dum catenis vincetus Romam peteret Paulus occupatus mundum, latens in ejus pectore quasi sub tentorio ibat Deus (*Act. xxviii, 15*), quia et occultus videri non poterat, et per verba prædicationis proditus iter inchoatae gratiae sine cessatione peragebat. Nubes ejus Moyses exstitit, cum priusqnae plebi Israeliticae ducatum præberet, quadraginta annis in deserto **862** per- manens, et sublimia appetens, a conversatione populi segregatus vixit. Sed tentorium Dei factus est, cum ad revocandum populum in Ægyptum missus ibat (*Exod. iii, 10*), portans invisibilem in corde ve- ritatem, cum omnipotens Deus, qui patescebat in opere, latebat in corde. Et ubique præsens omnia continens, iter in suo famulo in Ægyptum veniens C faciebat. Unde scriptum est : *Igitur Deus in Ægyptum, ut redimeret sibi populum* (*Exod. xv, 13, sec. LXX*). Ecce ire dicitur, per cuius incircumscrip- tam præ- sentiam cuncta continentur, quia is qui ubique ex majestate est quasi in via gressus ponit ex prædicatione.

20. *Deus per sanctos fulgurat, cum edit miracula.* Hæc in prædicatoribus necessaria. — Sed eisdem sanctis prædicatoribus nequaquam ad persuadendū verba sufficiunt, nisi etiam miracula addan- tur. Unde cum dictum sit : *Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, recte subjungitur : Et fulgurare lumine suo desuper.* Quid enim sentire ful- gura, nisi miracula debemus? de quibus per Psalmi- stam dicitur : *Fulgura multiplicabis, et conturbabis eos* (*Psal. cxliii, 6, sec. LXX*). Per has ergo nubes lumine suo desuper fulgurat, quia per prædicatores sanctos insensibilitatis nostræ tenebras etiam mira- culis illustrat.

21. *Extremorum etiam terminorum mundi con- versio. Britannia fidei subdita.* — Cumque nubes istæ verbis pluunt, cumque miraculis visa co- ruscae lucis aperiunt, extremos etiam mundi ter- minos in divinum amorem convertunt. Unde re- cete subditur : *Cardines quoque maris operiet.* e Qued faciendum quidem Eliu vocibus audivimus, sed auctore Deo jam factum cernimus. Omni- potens enim Dominus coruscantibus nubibus cardines

a In Vindoc., Colb., Baluz., omittitur *ante te*.

b Longip., quia enim in illius populi cultum, tunc

Dominus inter homines ambulavit.

c Vindoc., Pratel. et al., quod futurum quidem.

nuris operuit, quia emicantibus predicatorum miraculis, ad fidem etiam terminos mundi perduxit. Ecce enim pene cunctarum jam gentium corda penetravit; ecce in una fide Orientis limitem Occidentisque conjunxit; ecce <sup>a</sup> lingua Britanniae, quae nil aliud noverat, quam barbarum frendere, jam dudum in divinis laudibus Hebreorum coepit Alleluia resonare. Ecce quandam tumidus, jam substratus sanctorum pedibus servit Oceanus, ejusque barbaros motus, quos terreni principes edomare ferro nequiverant, hos pro divina formidine sacerdotum ora simplicibus verbis ligant; et qui catervas pugnantium infidelis nequaquam metuerat, jam nunc fidelis humilium linguas timet. Quia enim perceptis cœlestibus verbis, clarescentibus quoque miraculis, virtus ei divina cognitionis infunditur, ejusdem dignitatis terrore refrenatur, ut prava ageret metuat, ac totis desideriis ad æternitatis gratiam pervenire concupiscat. Unde hic quoque convenienter adjungitur:

## CAPUT XII.

Vers. 31. — *Per hæc enim judicat populos, et das escas multis mortalibus.*

22. *Per eosdem prædicatores nubibus designatos, et terror infligitur, et esca datur.* — Per hæc nimirum verba prædicatorum, id est guttas nubium, per hæc fulgura miraculorum Deus populos judicat, quia eorum corda territa ad poenitentiam vocat. Nam dum superna audiunt, dum mira opera attendunt, mox ad corda sua redeunt, et se de anteaactis pravitatibus affigentes, æterna tormenta pertimescant. Sed per easdem nubes per quas terror infligitur, etiam esca datur, quia magna prædiciorum dispensatio est, ut sic sciant superbientium mentes affligere, ut etiam afflictas noverint consolationis eloquio nutrire, quantum et peccantes de æternis suppliciis terreat, et poenitentes de superni regni gaudiis pascant. Unde bene ipse **863** dispensationis ordo servatus est, ut ordinate Eliu diceret quod per has nubes prius judicat populos, et postmodum escas præbet, quia nimis omnipotens Deus per prædicatores suos prius nos de prava actione corripiens concutit, et postmodum per spem consolans nutrit. Si enim divina dispensatio per has nubes judicium modo non ageret, nequaquam eisdem nubibus dixisset: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiceritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt* (*Joan. xx, 22*). Et rursum, si per eas jejuna nostra corda non pasceret, nequaquam de esurientibus populis discipulis Dominus diceret: *Date illis ros manducare* (*Math. xiv, 16*). Quod sic tunc eorum manibus factum credimus, ut hoc eorum verbis quotidie fieri sine cessatione videamus. Quid enim agit, Petrus, cum per epistolas loquitur, nisi ut verbi pabulo

<sup>a</sup> Hæc addita sunt diu post vulgatos Moralium libros, cum Angli de quorum conversione hic agitur, non nisi transacū plurimis Gregoriani pontificatus annis, fidem Christianam receperint. Cæterum de Anglorum conversione consule præserium epist. olim 30 libri vii, ind. 1.

<sup>b</sup> Omittitur per in Gussany.

<sup>A</sup> corda nostra male jejuna patientur? Quid Paulus, quid Joannes per epistolas loquentes operantur, nisi ut mentes nostræ cœlestia alimenta percipient, et inediæ sue fastidium quo moriebantur vincant? Dicitur ergo: *Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Per hæc enim judicat populos, et dat escas multis mortalibus.* Ac si aperte diceret: Si sanctos suos in ministerium prædicationis extendit, eorumque verba miraculis adjuvat, totius mundi limites ad fidem vocat, per quæ et prius superbientes judicat, <sup>b</sup> et post per verbum consolationis nutriti in spe humiles roboret.

[*Vet. IX.*] 23. *Non omnibus fides datur.* — Sed cum escas dare mortalibus diceret, notandum quod non ait, omnibus, sed multis, quia videlicet scriptum est: *Non omnium est fides* (*I Thess. iii, 2*). Et quibusdam dicitur: *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis* (*Joan. viii, 47*). Et rursum: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum* (*Joan. vi, 44*). Et rursum: *Novit Dominus qui sunt ejus* (*II Tim. ii, 19*). Unde in ipsa quoque sancta Ecclesia plurimi fidem tenent, et vitam fidei non tenent; humiliatis dominicae sacramenta percipiunt, sed humiliari dominica imitatione contemnunt; blanda divini eloquii prædicamenta communicant, sed apud se immanes in tumore perseverant. Unde hic quoque, postquam per cardines maris aggregata Ecclesiae latitudo signata est, apto subjungitur:

## CAPUT XIII [Rec. VII].

Vers. 32. — <sup>c</sup> *Immanibus abscondit lucem.*

24. *Superbientibus veritatis cognitio denegatur.* — Immanes quippe sunt, qui se elatis cogitationibus extollunt. Quos contra per Isaiam dicitur: *Vx qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobis meti ipsi prudentes* (*Isai. v, 21*). Quos contra etiam Paulus ait: *Nolite prudentes esse apud vos meti ipsos* (*Rom. xii, 16*). Sed his immanibus lux abseunditur, quia nimis omnium superbientibus veritatis cognitio denegatur. Unde per semetipsam Veritas dicit: *Confiteor tibi, Pater Domine cœli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulus* (*Math. xi, 25*): sapientes et prudentes videlicet superbientes vocans. Qui enim non subiuxit: *Revelasti ea stultis, sed parvulis, tumorem se damnasse innotuit, non acumen.* Unde et alias dicitur: *Custodiens parvulos Dominus* (*Psal. cxiv, 6*). Atque ut ostendatur hæc eadem parvitas quid vocatur, adjungitur: *Humiliatus sum, et liberavit me* (*Ibid., 6*). Quia ergo sunt multi in Ecclesia, qui **864** parvuli esse despiciunt, etiam in humiliatis loco immanes apud se esse minime desunt. Hos plerumque videoas hominibus extolli, voluptatibus perfui, rerum multipli-

<sup>c</sup> Sic legit Gregorius, cum in fonte Hebraico, Vulgata et aliis versionibus legatur in manibus, vel quid simile: v. g., in palmis, in volvis, scilicet manuum aut, per metaphoram, nubium; vox Heb. chappaim, significat propriæ manus. Viliosam hanc sancti Gregorii lectionem sequitur Lyranus.

<sup>d</sup> Pratel., qui abscondisti.

citate dilatarj. Hi sepe nil præcipue nisi præesse cœteris appetunt, a multis timeri gratulantur; recte vivere negligunt, et rectæ vite sapientia habere concupiscunt; adulatioñes querunt, favoribus intuimescunt. Et quia in rebus sibi copiose præsentibus prompti sunt, yestura gaudia non requirunt. Cumque eis multiplex actio occupat, etiam a semetipsis alienos demonstrat [Vet. X]. Et tamen si qua fidei tentatio exsurgat, quia in ea saltem specie tenus continentur, hanc verbis, hanc laboribus defendunt, et patriam cœlestem vindicant, nec tamen amant.

**25. Multi pro recompensationis terra pugnant, quam minime temen diligunt. Exemplum Gaditarum et Rubenitarum.** — Quos bene apud Moysen filii Ruben et Gad, et dimidia tribus Manasse exprimunt, qui multa pecora et jumenta possidentes, dum extra Jordane[m] ea quæ viderant campestria concupiscunt, in recompensationis terra hæreditatem habere noluerunt, dicentes: *Terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, ^ regionis uberrimæ est ad pastum animalium; et nos servi tui habemus jumenta plurima precamurque, si invenimus b gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Jordanem* (Num. xxxii, 4). Qui igitur jumenta plurima possident, Jordanem transire refugiunt, quia quos multa mundi implicamenta occupant, habitationem cœlestis patriæ non requirunt. Sed ipsa eos quam specie tenus tenent, fides increpat, ne oīli delectatione torpescant, atque exemplo suo alios a laboris tolerantia, et studio longanimitatis frangant. Unde eis per Moysen dicitur: *Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, et vos hic sedebitis? Cur subvertitis c mentes filiorum Israel.* (Ibid., 7)? Sed quia erubescunt non defendere quod confitentur, pro eadem fide quam professi sunt, ad certamen proferant, eamque non sibi, sed proximis vindicant. Unde et ad Moysen dicunt: *Caulas ovium fabricabimus, et stabula jumentorum, parvulisque nostris urbes munitas; nos autem ipsi armati et accincti pergeremus ad prælium ante filios Israel* (Ibid., 16). Qui mox fortes pro aliis veniunt, et recompensationis terram ab hostibus liberant, et relinquunt; atque ad pascenda armenta extra Jordanem redeunt. Molti quippe quamvis fidèles, curis præsentibus occupati, quasi armenia extra Jordanem pascunt, d quia contra fidem baptismatis tota mente omniq[ue] desiderio rebus peritaria inserviunt. Qui tamen ut, diximus, cum fidel tentatio oritur, defensionum armis accinguntur. Hostes fidei superando trucidant, et hæreditatem terræ recompensationis, id est fructum fidei non amant; sicque pro illa pugnant, ut tamen sua pignora extra illam deponant. Quia enim parvulos foris habent, affectum in ejus habitatione non habent. Unde ad campestria redeunt, quia ab altis cacuminibus montium quasi a sp[iritu] cœlestium dilabuntur, u[er]o extra recompensationis terram bruta animalia nutrant, quia ad

A pascendos variis desideriis irrationalib[us] animi motus elaborant, quia æternæ lucis quanta sit claritas nesciunt qui transitoriis occupationibus obsecantur; et dum de terrenis rebus superbunt, cœlestis sibi luminis aditum **865** claudunt.

[Vet. XI.] Unde recte nunc dicitur: *Immanibus abscondit lucem.* Sed tamen aliquando hos immanes superna gratia respicit, atque ipsis rerum abundantium occupationibus affligit, eorumque prosperitatibus adversas quidem, sed utiles tribulationes interserit, ut contristati ad cor redeant, atque in perituriis rebus quam inaniter occupentur agnoscant. Unde hic quoque postquam subtracta lux dicitur, apte subjugatur:

#### CAPUT XIV.

B Ibid. — *Et præcipit ei ut rursus adveniat.*

**26. Veritatis lumen, quod elatis occupatisque mentibus absconditur, afflictis et humiliatis revelatur.** — Quia veritatis lumen, quod elatis occupatisque mentibus absconditur, afflictis humiliatisque revelatur. Lex quippe advenit, cum afflita mens ipsas quas de perituriis rebus tribulationum tenebras tolerat agnoscit, quia nisi aliquid ex lumine interno perciperet, nec hoc ipsum quia lumen perdiderat videret. Quod intelligi specialiter etiam de Judæis potest, qui idcirco Redemptori nostro in carne venienti contradicere ausi sunt, quia apud semetipsos immanes extiterunt. Sed his immanibus lux absconsa est, quia superbi lumen veritatis dum persequuntur, amiserunt. Sed quia in fine mundi ad fidem recipiendi sunt, recte subjugatur: *Et præcipit ei ut rursus adveniat.* Unde etiam per Isaiam dicitur: *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ salvæ fient* (Isai. x, 22). Tunc quippe ad eos lux revertitur, cum ipsi ad confitendam Redemptoris nostri potentiam revertuntur.

**27. Deus, ut vult, lumen aut abscondit, aut revelat.**

— Si autem in manibus, nequaquam per dativum casum unum nomen, sed duas partes orationis accipimus; potest intelligi, quia in manibus lux absconditur, cum apud rectum judicem iniqui quique in suis operibus cœcantur. Cui tamen præcipitur ut rursus adveniat, quia dum peccatores se suis viribus salvati non posse cognoverint, gratiae lumen accipiunt, et protectionis intimæ radis illustrantur, ut majore ardore postmodum cœlestem patriam diligent, quam prius in terrena delectatione flagrabant. Sed hæc cum de cœlesti patria loquimur, cui inesse mira claritate prædicta angelorum agmina audimus, cui rerum omnium conditor præsedit, quam visione sua resiliens replet, cui vera hæreditas lux est et defectus ejusdem luminis nullus est, ad nosmetipsos mentem reducimus, et quod terrena gestemus membra cogitamus, pensamus quod, nati in tenebris atque a radiis istiæ lucis alieni, tanto nequius viximus quanto, rebus corporalibus dediti, a spiritualibus

<sup>a</sup> Ita Turon., Baluz., Colb. In Pratel. et nonnullis,

regio uberrima. Ilos sequuntur Editi.

<sup>b</sup> Turon., gratiam tuam.

<sup>c</sup> Vindoc., Pratel. et alii, corda filiorum.

<sup>d</sup> Turon., quia cum fide baptismatis.

<sup>e</sup> Ebroic., Utic. et alii, vanis desideriis.

<sup>f</sup> Ebroic. et plur., convertuntur.

longius degebamus. Qua consideratione permotum eorū ac male sibi consacrum trepidat, et tantæ illius quam audit patriæ civem se fieri posse desperat. Unde hic quoque apte subjungitur, quo mens pavida ad fiduciam reducatur. Nam de hac luce mox subditur:

## CAPUT XV [Rec. VIII].

VERS. 33. — *Annuntiat de ea amico suo quoā possesso ejus sit, et ad eam possit ascendere.*

28. *Hominibus pene desperantibus caelestem gloriam promittit Deus.* — Amicus veritatis est rectæ amator actionis. Unde et ipsa Veritas discipulis dicit: *Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis* (Joan. xv, 14). Amicus quippe <sup>a</sup> animæ custos dicitur. Unde non immerito qui custodire voluntatem Dei in præceptis illius nuditur, ejus amicus vocatur. Hinc est quod rursum eisdem discipulis Veritas dicit: *Vos autem dixi amicos, quia omnia quecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis* (Ibid., 15). De hac igitur luce æternæ patriæ amico suo **866** Deus annuntiat quod possessio ejus sit, <sup>b</sup> ut nequaquam se infirmitatis suæ fragilitate desperet, nequaquam hoc quod creatus, sed quod recreatus est penset, sed tanto certius sciat quia illius lucis claritatem possideat, quanto nunc vitiorum pulsantium tenebras verius calcat. Bene autem in promissione subjungitur: *Et ad eam possit ascendere.* Quid enim difficultius quam homini in terra edito terrena et fragilia membra gestanti, cœlorum alta concendere, supernorum spirituum arcana penetrare?

29. *Christus pacem inter angelos et homines compexit. Äquales nos angelis fecit.* — Sed eo: undem spiritum ad nos conditor venit, seque hominem etiam sub ipsis exhibuit, sicut de illo Patri per Prophetam dicitur: *Minuisti eum paulo minus ab angelis* (Psalm. viii, 6). Et quia inter nos et eosdem spiritus discordantis vitæ scandalum reperit, mira potentia, mirabiliori etiam pietate summa creans, ima suscipiens, ima cum summis junxit. Hinc est quod eodem Rege nato, angelorum chori in ejus annuntiatione prodeunt, hymnum dicunt, et devicta pravæ vite discordia, hos quos dudum despexerant, cives agnoscunt, consono ore prædicantes: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bona voluntatis* (Luc. ii, 14). Ac si aperte dicant: Quos a nobis malitia disjunxerat, jam nunc in terra nata bonitas jungat. Hinc est quod ante incarnationem ejus in Testamento veteri adorasse homo angelum legitur, nec tamen adorare prohibetur (Genes. xviii, 2); sed post Mediatoris adventum, cum se Joannes adorando angelo prostravisset, audivit: *Vide ne feceris, conservus tuus sum et fratrum tuorum* (Apoc. xix, 10; xxii, 9). Quid est enim quod prius æquanimiter se concedebant

<sup>a</sup> Pratel., Vindoc., Colb., animi custos vocatur.

<sup>b</sup> Sic Utic., Pratel., Colb., Baluz. Modus est loquendi Gregorio non insolens, paulo enim infra legimus, n. 30, non ergo se desperet.

<sup>c</sup> Norm. pler., suscipiens ima, cum summis junxit.

<sup>d</sup> Supplevimus jam, quæ particula deest in Ed.

<sup>e</sup> Sumit ut hic in significatione passiva, quasi di-

A dorari, post ab homine angelī recusant, nisi quod prius hominem carnalibus corruptionibus deditum, nec ab eisdem carnalibus corruptionibus redemptum, quo abjectiorem noverint, justius contemnebant; postmodum vero humanam naturam eo jam subjectam habere non poterant, quo hanc in auctore suo etiam super semetipsos ductam videbant? <sup>f</sup> Neque enim jam debebat in membris subjecta despici, quæ in ipso membrorum capite meruit prælata venerari. Is ergo qui propter nos minor angelis existit <sup>g</sup> æquales non angelis virtute suæ minorationis fecit. Unde et moriendo docuit mortem non metui, resurgendo de vita considi, ascendendo de cœlestis patriæ hereditate gloriari, ut quo caput præesse conspiciunt, illuc se subsequi et membra gratulentur. Unde bene ab eodem nostro capite dicitur: *Ubiunque corpus fuerit, illuc congregabuntur et aquilæ* (Math. xxiv, 28). Unde Petrus ait: *In hereditatem incorruptibilem, et incontaminatum, et immarcescibilem, conservatam in cœlis* (I Pet. i, 4). Unde Paulus dicit: *Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod adificationem ex Deo habemus domum non manu factam, æternam in cœlis* (II Cor. v, 1).

30. *Solus Christus cœlum ascendit, quod solis ejus membris patet.* — Sed si nos quoque, qui editi in terra sumus, cœlum concendimus, ubi est quod rursum Veritas dicit: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis qui est in cœlo* (Joan. iii, 13)? Cui nimis sententia statim obviat quod hæc eadem Veritas dicit: *Pater, volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum* (Joan. xvii, 24). Quæ sibi in verbis suis non discrepat, sed ad inquirendā hæc quasi discordantia studium nostræ mentis inflamat. Omnes enim nos qui in ejus lide natū sumus, **867** ejus procul dubio corpus existimus. Quia igitur mira dispensatione pietatis membrorum suorum Dominus caput factus est, repulsa reproborum multitudine, solus est etiam nobiscum. *Nemo igitur ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis qui est in cœlo* (Joan. iii, 15), quia dum nos unum cum illo jam facti sumus, unde solus venit in se, illuc solus reddit etiam in nobis; et is qui in cœlo semper est, ad cœlum quotidie ascendit, quia qui divinitate super omnia permanet, humanitatis suæ compage sese quotidie ad cœlos trahit. <sup>f</sup> Non ergo se desperet humana fragilitas, unigeniti sanguinem consideret, et in pretio suo conspiciat quam magna est quæ tanti valet. Perpendat sollicite quid caput præcessit, et quæ ad vivendum præceptis astringitur, ad sperandum exemplo roboretur; confidat cœlos, speret supernam patriam, angelorum se sociam sciat, atque in suo capite prælatam se etiam angelis gaudeat.

ceret: *meruit natura humana a Christo assumpta coli.* Usurpatur sæpe passive, ut I. xviii, n. 13; I. xix, n. 56.

<sup>f</sup> Editi, ergo si desperet. Nosiram lect., quæ est Ms. Baluz., Colb., Vindoc., Longip., Norman., Gussanvilleus ad marginem rejecit. Vide supra, n. 28.

Dicatur igitur recte de hac luce aeternae patriæ: *Anuntiat de ea amico suo quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere.* [Vet. XIII.] Sed valde mira sunt ista, valde terribilia, quod homo in terra editus, atque a coelesti patria exigentibus meritis longe damnatus, non solum ad statum conditionis reducitur, sed etiam gloriosius exaltatur, ut qui paradisum perdidit cœlum recipiat; et non solum hunc debiti sui realis non teneat, sed huic post culpam dona cumulati ex crescunt, ut ille contemptor Dei, ille imitator diaboli, si ad fructum paenitentie redeat, usque ad celitudinem contemplandæ intima lucis ascendat. Cujus itaque cor non in hujus pietatis admiratione exsiliat? Cujus torpor non in sublevatione tantæ considerationis expavescat? Unde et apte subjungitur:

CAPUT XVI [Rec. IX].

CAP. XXXVII. VERS. 4. — *Super hoc expavit cor meum, et motum est de loco suo.*

31. Considerata aeternæ patriæ luce, mens in ectasim rapitur. — Quia pavor dum mentem percutit, hanc a semetipsa alienam reddit, nonnunquam Latini interpres cestasim pavorem vocant, sicut per Psalmistam dicitur: *Ego dixi in pavore meo, projectus sum a vultu oculorum tuorum* (Psal. xxx, 23). Ubi videlicet non pavor, sed excessus dici poterat; sed pavor illic pro excessu ponitur, quia sicut in excessu, ita in pavore alienatur animus. Unde hic quoque considerata luce aeternæ patriæ, recte subjungitur: *Super hoc expavit cor meum.* Ac si dicat: In admirationis excessu se transtulit, et quia novæ spei spirito mens afflata est, semetipsam qualis in vetusta cogitatione fuerat reliquit.

32. *Cer, terrenis despexit, ad sola cœlestia spirat.* — Bene autem dicitur: *Et motum est de loco suo.* Locus quippe humani cordis est delectatio vitæ præsentis. Sed cum divina aspiratione tangitur locus nostri cordis, fit amor aeternitatis. Consideratione igitur aeternæ patriæ de loco suo animus moveretur, quia derelictus infirmis, in supernis cogitationibus ponitur. Prima enim quæ essent aeterna neaciebat, in præsentium dilectione torpuerat, simulque ipse transiens amore transeuntia tenebat. Sed postquam quæ essent aeterna cognovit, postquam supernæ lucis radios raptim contemplando contigit, \* admiratione summorum sese ab infirmis suscitatus elevavit, ut nulla jam ei nisi quæ aeterna sunt libeant, et, despexit transentibus, sola quæ permanent, requirat. Bene ergo dicitur: *Super hoc expavit 968 cor meum, et motum est de loco suo,* quia pigrum cor, et terrenis dudum cogitationibus deditum, cum repente per excessum <sup>b</sup> se ad summa suspendit, cogitationis infirmæ locum mutavit. \* Sed quia per semetipsam in amore præsentis sæculi drostrata mens dormitat, et nisi

A divinæ gratiæ aspiratione pulsetur, in suis delectationibus frigida insensibilisque torpescit, necesse est ut quomodo interna cogitatione tangatur, vel qualiter ad spiritualia <sup>d</sup> sensibet, adjungat. Sequitur:

CAPUT XVIII [Vet. XIII, Rec. X].

VERS. 2. — *Audiet auditionem in terrore vocis ejus, et sonum de ore illius procedentem.*

33. Deus prius timore judicii nos castigat, postea cœlestis dulcedinis consolatione reficit. — Mos sacri eloqui est ut cum audire aliquid per auditum insinuat, audiri eundem auditum dicat, sicut Habacuc ait: *Domine, audivi auditum tuum, et timui* (Habac. III, 4). Unde hic quoque dicitur: *Audiet auditionem in terrore vocis ejus.* Notandum vero est quod vox Dei non in gaudio, sed in terrore audiari prohibetur, B quia nimur peccator quisque dum sola quæ terrena sunt cogitat, dum cor oppressum infirmis cogitationibus gestat, si repente divinæ gratiæ aspiratione tangitur, hoc ante omnia intelligit, quod cuncta quæ agit districta aeterni judicis animadversione puniantur. Auditio igitur vocis Dei prius in terrore fit, ut postea vertatur in dulcedinem, quia ante nos districti judicii timore castigat, ut jam castigatos superueat dulcedinis consolatione reficiat. Nam cum nos violenta rerum temporalium delectatio possidet, et mentis nostra oculos in somno torporis premit, \* si manu subita superni respectus excitamus, diu clausos mox eosdem ad veritatis lucem oculos mentis aperimus, quæ egimus mala meminimus, quam districtus judex contra hæc venial videmus: <sup>c</sup> versatur in mente quantus ille sit tanti judicis adventus, quæ tunc illa sit hominum angelorumque frequentia, quanta vi contra reprobos et ardentia pugnant eleminta, quam terribiliter aeterna prodeat de districti judicis ore sententia, qua reprobis <sup>e</sup> dicitur: *Discidite a me, maledicit, in ignem aeternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus* (Math. xxv, 41). Eorumdem poena reproborum ante oculos volvitur, et quæ sint gehennæ tenebræ, cum gravi amaritudinis obscuritate pensatur. Quia ergo superbum cor prius terrore concutitur, ut concussum in amore solidetur, recte nunc dicitur: *Audiet auditionem in terrore vocis ejus.* Ubi et bene subjungitur: *Et sonum de ore illius procedentem*

34. *Utrumque præstat spiritus sanctus de ore Domini procedens.* — Sonus de ore Dei est vis timoris de superna irruens aspiratione, quia cum nos de venturis Dominus aspirando replet, procul dubio de male gestis præteritis terret. Potest autem per os Dei, unigenitus designari Filius, qui sicut brachium ejus dicitur, quia per eum cuncta Pater operatur, de quo propheta ait: *Et brachium Domini cui revelatum est* (Isai. LIII, 1)? de quo Joannes dicit: *Omnia per ipsum facta sunt* (Joan. I, 3); ita

<sup>a</sup> Pratel., Utic et alii, ipsa admiratione.

<sup>b</sup> Vindoc., Ebroic., etc., se ad superna.

<sup>c</sup> Vindoc., Pratel., Utic., sed dum per semetipsam in amore præsentis sæc.... mens dormiat, et nisi divinæ gratiæ aspiratione pulsetur in suis delect.... torpescat, necesse est, etc.

<sup>d</sup> Baluz. et Colb., significetur.

<sup>e</sup> Pratel. et nonnulli, si manu subito.

<sup>f</sup> Longip., versamus in mente. Ibid., Baluz. et Colb., pro iudicis, habent iudicii.

<sup>g</sup> Al., dicit, ut habent Colb. et Baluz.

etiam os dicitur. Hinc est enim quod propheta ait: *Os enim Domini locutum est haec* (*Iesai. lviij. 14*). Per quem nobis omnia loquitur, ac si oris nomine patenter diceretur verbum, sicut nos quoque pro verbis linguam dicere solemus, ut cum Graecam, vel Latinam linguam dicimus, Latina vel Graeca verba monstramus. Os ergo Domini non immerito ipsum accipimus. **369** Unde et ei sponsa in Canticis canticorum dicit: *Osculetur me osculo oris sui* (*Cant. i. 1*). Ac si dicat: Tangat me dulcedine presentiae unigeniti Filii redemptoris mei. [Vet. XIV.] Per sonum vero oris potest ejusdem Domini sanctus Spiritus designari. Unde et alias in ejusdem Spiritus significatione scriptum est: *Factus est repente de caelo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis* (*Act. ii. 2*). Sonus igitur de ore Domini procedit, cum consubstantialis ei Spiritus ad nos per Filium veniens, surditatem nostrae insensibilitatis rumpit, sicut de eodem sono incircumscripso atque incorporeo os Domini loquitur, dicens: *De meo accipiet, et annuntiabit vobis* (*Ioan. xvi. 15*). Potest ergo et per terrorem vocis via formidinis, et per sonum oris dulcedo consolationis intelligi, quia quos Spiritus sanctus replet, prins eos de terrena actione terrificat, et postmodum spe caelestium consolatur, ut tanto post confidendo de premio gaudeant quanto prius sola supplicia conspiciendo metuebant. Hinc est quod de unigeniti Spiritu quasi de hoc oris sono Paulus dicit: *Non enim accepisti spiritum servitoris iterum in timorem, sed accepisti spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater* (*Rom. viii. 15*). Hinc per semetipsam Veritas dicit: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remisuntur eis; et quorum retinueritis, retentae sunt* (*Ioan. xx. 22*). Ecce conversorum terror vertitur in potestatem, quia dum male sua penitendo panunt, usque ad exercendum judicium ascendunt; ut hoc in Deo posse accipiant, quod prius de Deo ipsi metuebant. Judices quippe sunt qui supernum judicium perfecte timuerunt, et aliena iam peccata incipiunt dimittere qui prius fermideverant ne retinererent sua. Sed quia hoc ipsum judicium quod spiritualiter agitur modo a carnalibus non videtur, sunt nonnulli qui Deum res humanas curare non estimant, b<sup>a</sup> et eas ferri fortuitis motibus putant. Contra quae recte subditur:

#### CAPUT XVIII [Rec. XI].

**Vers. 3.** — *Subter omnes caelos ipse considerat, et lumen illius super terminos terre.*

**35. Dei erga summa et infirma providentia.** — Ac si aperte diceretur: Qui summa regit, etiam extrema non deserit, quia sic impenditur maximis, ut tam non hec eadem cura regimini non presuppiatur a pervis. Qui enim ubique praesens, et ubique aequalis est,

<sup>a</sup> Ita Baluz., Colb., Longipont., Ebroic. et alii Norm., cuius loco Editi habent, *confido*. Annotavit Guisan., *confidendo*, pro variante lect. in margine. Codices unde sumpta sit non indicans.

<sup>b</sup> Longip., et eas fieri fortuitis.

<sup>c</sup> Ebroic. aliquique Norm. et Longip., nec loquaciter

A etiam in dissimilibus sibi ipsi dissimilis non est. **A** que ergo onnia respicit, aequo cuncta disponit, qui in omnibus locis praesens, nec localiter tenetur, nec varia curando variatur. Si autem caelos sanctos predicatores accipimus, Propheta attestante qui ait: *Caeli enarrant gloriam Dei* (*Psal. xviii. 1*), postquam per sonum oris adventus Spiritus sancti designatur, recte subjungitur: *Subter omnes caelos ipse considerat, et lumen illius super terminos terre.*

**36. Miracula cur in Ecclesia exordis concessa.** — Sunt namque nonnulli qui cum mira apostolorum opera adjungit, quod accepto Spiritu sancto mortales verbo suscitarent, ab obsessis daemonia pallor, umbra infirmitates amoverent (*Act. v. 12, seq.*), ventura queque propheteando predicerent, et unigenitum Verbum Dei, omnium gentium loquentes linguis, predicarent (*Act. ii. 4*), quia has virtutes nunc in Ecclesia non vident, subtractam iam ab Ecclesia supernam gratiam suspicantur, nescientes penitus quod scriptum est: *Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione* (*Psal. ix. 10*). Tunc quippe sancta Ecclesia miraculorum **370** adjutorii indiguit, cum eam tribulatio persecutionis pressit. Nam postquam superbiam infidelitatis edidit, non iam virtutum signa, sed sola merita operum requirit, quamvis et illa per multos cum opportunitas exigit ostendat. Scriptum quippe est: *Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus* (*1 Cor. xiv. 22*). Ubi ergo omnes fideles sunt, qua causa exigit ut signa monstrarent? Unde citius fortasse satisfacimus, si quid de ipsa apostolica dispensatione memoremus.

**37. Signa non fidelibus, sed infidelibus data.** — Paulus namque egregius praeceptor et Melitem venient, et plenam infidelibus iniustam sciens, patrem Publi dysenteria febribusque vexatam, erando salvavit (*Act. xxviii. 8*), et tamen segnissimi Timotheo praecipit, dicens: *Medico vino utere propter stomachum firmum et frequentes tuas infirmitates* (*1 Tim. v. 23*). Quid est, Pauli, quod segnum infidelem orando ad solutum revocas, et tantum adjutoriem Evangelii more ineffici per alimenta curas, nisi quod siccirco sunt exteriora miracula et mentes hominum ad interiora perducator, quatenus per hoc quod mirum visibiliter ostenditur ea quae admirabiliora sunt invisibiliter credantur? Signa quippe virtutis pater Pubili satandas

D fauerat, ut mente revivisceret, dum miraculo ad silentem rediret; Timotheo autem attribendum forte miraculum non erat, quia juu totas intas vivebat. Quid est ergo mirum si, propagata fide, credibili miraculo non sunt, quando huc ipsi quoque apostoli in quibusdam iam fidelibus non fecerunt? [Vet. XV.] Elevatis ergo caelis, Dominus inferiora considerat, quia et ablatis somnis predicatoribus, incessanter etiam infima nostrae infirmitates curat. Et quasi subtenditur.

<sup>d</sup> Baluz. et Colb. habent *Melitina*. Windoe., Pfafel., Utic., veteres lidia. Basil. 1483 et 1484, Parisiensis 1518, *Milienum*, aut *Milien*, Paris. 1488 habet *Miletum*, non leviori errore.

ter celos lumen illius, terrae terminos respicit, quia post sublimem vitam praecedentium etiam peccatorum mores actusque gratiae suae illustratione comprehendit. Qui etsi virtutum signa nunc per vitam fidelium crebro non exerit, ab eisdem tamen fidelibus per virtutem operum nunquam recedit. Potest etiam lumen illius super terminos terrae ita intelligi, quod prædicatione supernæ gratiae dum gentes ad fidem colligit, intra semetipsam mundi limites clausit.

38. *Divinae gratiae miraculum in conversione peccatorum in extremis posteriorum.* — Vé certe termini terræ sunt fines hominum peccatorum. Et saepe contingit ut plerique Deum deserant, et vite suæ tempora in desideriis carnalibus expendant; sed tamen superna gratia respecti in extremis suis ad Deum redirent, quæ sint judicia æterna cognoscunt, cunctaque quæ se perverse egisse meminerint, fletibus puniunt, atque hæc vere se insequi rectis operibus ostendunt. Quibus subsecuente justitia, profecto totum dimittitur quod ante deliquerunt. Hinc enim per prophetiæ spiritum Anna dicit: *Dominus judicabit fines terræ* (*I Reg. II, 10*), quia nimur anteactam vitam Deus non judicat, quando posteriora peccatorum respectu supernæ pietatis illustrat. Hinc Moyses ait: *Primogenita asini mutabis ove* (*Exod. XIII, 13*). Per asinum quippe immunditia, per ovem vero innocentia designatur. Asini ergo primogenita ove mutare, est immundæ vitæ primordia in innocentia simplicitatem convertere, ut postquam illa peccator egit, quæ ut immunda Dominus respuit, ea jam agendo proferat, quæ Dei sacrificio imponat. Quia ergo post prava opera peccator convertitur, et ab actionum suarum tenebris juxta finem aliquando revocatur, recte nunc dicitur: **871** *Et lumen illius super terminos terræ.* Sed gravi luctu afficit eadem gratia, quæ post facinora mentem replet. Nam male gesta ad memoriam reducit, sibique hominem quam sit justus damnandus ostendit. Unde fit ut peccatum omne quod se egisse reminiscitur, quotidianis fletibus sequatur; et quo magis valet jam quod justum est cernere, eo ardenter appetit iniquum sese gemitibus punire. Unde apte subjungitur:

#### CAPUT XIX (Rec. XII).

VERS. 4.—*Post eum rugiet sonitus.*

39. *Afflante et lucente gratia, paenitentia gemitus et rugitus audiuntur.* — Quem enim Dominus illustrando repleverit, ejus vitam proculdubio in lamentum veritatis; atque illuminata menti quo magis æterna supplicia insinuat, eo hanc durior de transacta nequitia gemitibus fatigat; et dolet homo quod fuit, quia bonum jam incipit videre quod non fuit; odit qualiter se fuisse meminit, amat quem se esse debuisse cognoscit, et solam jam paenitentia amaritudinem dilligit, quia caute considerat in quantis voluptatibus sua delectatione peccavit. Bene ergo dicitur: *Post eum*

\* Longip., clarus.

<sup>a</sup> Prateli., eo altior.

<sup>b</sup> Dafuz., Corb. et Longip., respectus supernæ gratiae.

<sup>c</sup> Vindoc., Prateli. et alii, sed iste... terror.

<sup>d</sup> rugiet sonitus, quia cum mentem Deus ingreditur, constat proculdubio quod mox paenitentia gemitus sequatur, ut ei jam salubriter flere libeat, quæ prius de iniquitatibus flenda jucunditate gaudebat. [Vet. XVI.] Sed quo uberior colpa fletur, <sup>e</sup> eo altius cognitio veritatis attingitur, quia ad videndum internum lumen polluta dudum conscientia lacrymis baptizata renovatur. Unde post paenitentia rugitum apte subjungitur:

#### CAPUT XX (Rec. XIII).

Ibid. — *Tonabit vox magnitudinis sue.*

40. *Vox Dei torquentem peccatorem excitans, tonitruis similis.* — Voce enim magnitudinis sue Deus tonat, cum se nobis bene jam per lamenta præparatis quam sit magnus in supernis insinuat. Quasi enim de cœlo tonitrus procedit cum nos incuria negligentiaque torpentes respectus gratiae pavore subito percudit, alque in terra positi sonum de superioribus audimus, quia terrena cogitantes superni terroris sententiam repente pertimescimus, et mens bene jam de summis sollicita trepidat, quæ prius in infirmis male secura torpebat. <sup>f</sup> Sed istius visitationis occultæ quibus modis se nobis insinuat terror ignoratur; neque ipsius mentis acie comprehenditur, cuius ad melius intentio commutatur. Unde apte subjungitur:

#### CAPUT XXI.

Ibid. — *Et non investigabitur, cum audita fuerit vox eius.*

41. *Quibus modis hæc vox se in aures cordis insinuet ignoratur.* — Vox Domini auditur cum gratia ejus aspiratio mente concipitur, cum insensibilitas occulta surditatis rumpitur, et cor ad studium summi amoris excitarum virtutis intimæ clamore penetratur. Sed istam vocem supervenientis Spiritus, quæ se in aures cordis insinuat, nec ipsa mens quæ per hanc illustrata fuerit investigat. Pensare enim non valet invisibilis virtus quibus sibi meatibus insinuat, quibus ad se modis veniat, quibus recedat. Unde et bene per Joannem dicitur: <sup>g</sup> *Spiritus ubi vult spirat; et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, et quo vadat* (*Joan. III, 8*). Vocem enim spiritus audire, est vi compunctionis intimæ in anhorem invisibilis conditoris assurgere. Sed nemo scit unde veniat, quia ignoratur per orationem prædicantium quibus se ad nos occasionibus fundat. Et nemo scit quo vadat, quia cum unam prædicationem multi audiunt, intelligi proculdubio **872** non potest quem deserens abieciscat, aut cujus ingrediens in corde requiescat. Una quippe res foris agitur, sed non per hanc uno modo intuentum corda penetrantur, quia qui invisibiliter visibilia modicat, in humanis cordibus causarum semina incomprehensibiliter plantat. Hinc est quod resuscitato Lazaro <sup>h</sup> quidam crediderunt, sed tamen Judæorum plurimi ad persecutionis zelum ex hac ipsa et resuscitatione commoti sunt (*Joan. XI, 45*). Unum ergo idem-

<sup>g</sup> Prateli., spiritus enim ubi vult, etc.

<sup>h</sup> Vindoc., Prateli., Utic., etc., ita habent; quod minus significat quam multi. Editorum.

<sup>i</sup> Prateli. et al., resurrectione.

que miraculum quod alii lumen fidei præbuit, alios per invidiam tenebras à lumine mentis excœavit. Hinc est quod uterque à latro et eamdem ei suæ morti similem mortem Redemptoris vidit (*Luc. xxiii, 39*) ; sed eum superbio alter contumelias lacessere non timuit, quem timendo alter honoravit ; atque in una re una utriusque cogitatio non fuit, quia hanc internus arbiter invisibiliter modisfando distinxit. Sed hi occultæ aspirationis modi, e quia comprehendendi nostra cogitatione nequeunt, nimurum divinæ vocis vestigia nesciuntur. Bene ergo dicitur : *Et non investigabitur, cum audita fuerit vox ejus.* Unde et adhuc subjungitur :

#### CAPUT XXII.

VERS. 5. — *Tonabit Deus voce sua mirabiliter.*

**42. Mirabiliter sonat Deus, quia silenter et occulta vi cœlesti sinut cibo reficit.** — Voce sua Deus mirabiliter tonat, quia occulta vi corda nostra incomprehensibiliter penetrat. Quæ dum latentibus motibus premit in timore, et format in amore, quanto ardore sequendus sit aliquo modo silenter clamat, et fit cuiusdam impulsionis nimetas in mente, cum nihil sonet in voce. Quæ tanto apud nos valentius perstrepit, quanto et ab omni exteriori strepitu aurem nostri surdescere cordis facit. [Vet. XVII.] Unde et anima ad semetipsam mox hoc intimo clamore collecta miratur quod audit, quia vim compunctionis incognitæ percipit. Cujus ipsa admiratio bene apud Moysen manna desuper veniente signatur (*Exod. xvi, 15*). Dulcis enim cibus qui de supernis accipitur manhu vocatur. Manhu enim dicitur *Quid est hoc ?* Et quid est hoc dicimus, quando hoc quod cernimus ne-scientes admiramur. Supernum igitur manna anima percipit, cum per vocem compunctionis elevata novam speciem internæ refectionis obstupescit, ut di-vina dulcedine repleta jure respondeat, *Quid est hoc ?* quia dum ab infirma cogitatione suspenditur, ea quæ de supernis conspicit insolite miratur. Et quia cum hac voce torporis nostri surditas rumpitur, <sup>a</sup> vetustæ vitæ protinus usus mutatur, ut anima superno spiritu afflata, et in summis appetat quæ contempse-rat, et contemnat in inlinis quæ appetebat, recte subjungitur :

#### CAPUT XXIII.

Ibid. — *Qui facit magna et inscrutabilia.*

**45. Mira et stupenda in peccatoris conversione Deus operatur.** — Ut enim homo terrenis usibus deditus, iniquis desideriis pressus, subito ad nova efferveat, atque ad consueta frigescat, exterioribus curis renun-tiet, in internis contemplationibus anhelet, quis hanc virtutem supernæ vocis considerare sufficiat ? quis considerando comprehendat ? Magna sunt quæ per vocem suam Dominus facit, sed minus magna essent

<sup>a</sup> Longipont., *latro suis mortibus similem.* Ita etiam Turon., nisi quod, pro suis mortibus, mendose legitur suis moribus.

<sup>b</sup> Pratel., sed eam (mortem) superbio... quam ti-mendo, etc.

<sup>c</sup> Omittitur quia in Pratel., Utic. et aliis.

<sup>d</sup> Pratel. et al., *vetustate vite protinus.*

A si perscrutari potuissent. *Facit ergo magna et inscrutabilia,* quia ostendit foris perfectionem operis, sed latet intus ipæa qualitas operationis. Voce sua foris etiam per apostolos insonat, sed corda audientium per seipsum interius illustrat, **873** Paulo attestante qui ait : *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit.* Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus (*I Cor. iii, 6*). Quamvis ergo nostris mentibus supernæ vocis audi-tum non ipsi præbeant, missi tamen sunt, ut ve-bis nobis exterioribus condescendant. Unde apte subjungitur.

#### CAPUT XXIV [Rec. XIV].

VERS. 6. — *Qui præcipit nivi ut descendat in terram, et hiemis pluviis, et imbris fortitudinis sue.*

**44. Sancti prædicatores quorum conversatio in celis est, infirmis tamen fratribus condescendunt.** — Quia Psal-mista ait : *Lavabis me, et super nivem dealabor* (*Psal. L, 8*), quid hoc loco nivem, nisi per lucem justitiae can-dida accipimus corda sanctorum ? Aquæ autem ductæ in superioribus constipantur, ut nives stant. Sed cum hæ ipsæ nives ad terram veniunt, in aquarum iterum liquorem vertuntur. Aquæ igitur sunt præ-dicatorum mentes : quæ dum ad coemplanda superna se erigunt, altiori intellectu solidantur. Com-que in summa consideratione rapiuntur, et virtutem confirmationis accipiunt. Sed quia adhuc in terris fraterna dilectione retinentur, semetipsas ab alio intellectu modisfiant, et infirmis humiliiter prædicantes more nivium <sup>e</sup> corda arentia liquefacte rigant. Nives ergo ad terram de cœlestibus veniunt, cum sublimia corda sanctorum quæ jam solida contemplatione pascuntur pro fraterna charitate & ad humilia prædicationis verba descendunt. [Vet. XVIII.] Siec enim nix terram cum jacet operit, cum vero liquefacta rigat, ita sanctorum virtus et per firmitatem suam apud Deum vitam peccatorum protegit, et per condescensionem suam quasi liquefacta arentem ter-ram ut fructus proferat infundit. Et quia aqua prius ab infirmis trahitur, ut post a superioribus sparsa reddatur, sancti quique etiam cum in virtutum area consistunt, unde elevati sunt considerant; ne aliena infirmitatis abjecta contemnant. Quasi ergo aquæ ad terras de quibus sublevatae sunt redeunt, dum con-descendentes justi peccatoribus reminisci non desi-nunt quod fuerunt. Certe <sup>f</sup> aqua in terris adhuc Paulus fuerat, cum legem carnaliter sapiebat ; sed ductus ad cœlestia, in nivem versus est ; quia quod prius infirmum sapuit ad soliditatem veræ intelli-gentiae commutavit ; et tamen condescendens fratri-bus quasi nix luna repellit, quia et post virtutum culmina quam fuerit indignus agnoscit, dicens : *Quid*

<sup>e</sup> Vindoc., Ebroic. aliisque Norm., *virtutum confirma-tiones.*

<sup>f</sup> Ebroic., Pratel. et nonnulli alii, *corda eran-tium.*

<sup>g</sup> Turon., *ad humilitatem prædicationis verbo des-cendunt.*

<sup>h</sup> Deest aqua in Pratell.

*prius fui blasphemus et persecutor (I Tim. 1, 13), etc.* Ecco quam clementer suz imbecillitatis reminiscitur, ut aliorum sequanimitate infirma patiatur. Quasi enim ad terram de qua sumpta fuerat post eodem aqua rediit, dum post tanta sua contemplationis areaua peccatorem se Paulus meminit, ut prodesse humiliiter peccatoribus possit. Videamus itaque aqua haec in ovis soliditatem vertenda qualiter trahatur ad summum. Ait : *Sive mente excedimus, Deo (II Cor. v, 13).* Videamus qualiter ad ima nix redeat, ut dum liquatur infundat. Ait : *Sive sobrium sumus, vobis (Ibid.).* Videamus qua manu ducitur, ut et jacens elevari valeat, et sublevata revocari. Ait : *Charitas enim Christi arget nos (Ibid., 14).* Quia igitur charitas Christi, qua sanctorum mentes ad superna sublebat, eas pio moderamine pro fraterna dilectione etiam ad humilitatem condescensionis format, recte dicitur : *Qui præcipit nivi ut descendat in terram.* Ubi et apte subjungitur : *Et hiems pluvias 874 et imbre fortitudinis sue.*

45: *Hiems est vita præsens, in qua sanctorum prædicatorum abundant pluviae.* — Hiems quippe est vita præsens, in qua nos etsi jam spes ad superna erigit, adhuc tamen mortalitatis nostræ frigidus torpor astringit, quia scriptum est : *Corpus quod corrupti aggrauat animam, et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem (Sap. ix, 15).* Habet autem haec hiems pluvias, rectorum procul dubio prædiciones. De quibus videlicet pluvias per Moysen dicitur : *Espectetur sicut pluvia eloquium meum, et descendant sicut ros verba mea (Deut. xxxii, 2).* Haec nimurum pluviae hiemi congruunt, aestate cessabunt, quia cum nunc carnalium oculis vita coelestis absconditur, necesse est ut sanctorum nobis prædicationibus <sup>b</sup> irroretur. Cum vero æterni judicij aestus incanduerit, nullus verba prædicantium necessaria tunc habebit, quia, veniente judge, ad cor suum quisque reducitur, ut sancta jam cum agere non vallet sentiat, et rectum quod sequi debuit ex tortitudinis sue pena cognoscat. Unde bene per prophetam dicitur : *Congrega eos quasi gregem ad victimam, et sanctifica eos in die occisionis (Jerem. XII, 3).* In die enim occisionis sanctificantur reprobi, quia tunc sancta qua debuerunt agere sentiunt, cum digna pravitatis sua supplicia jam declinare non possunt. Quia autem prædicaciones sanctæ cum vita præsenti, id est pluviae cum hieme cessabunt, recte exequunt animæ, <sup>c</sup> atque ad æternas felicitatis aestiva proponanti, sponsi voce suadentis dicitur : *Surge, propera, amica mea, formosa mea, et veni; jam enim hiems transiit, imber abiit et recessit (Cant. II, 10).* Transiente quippe hieme, imber recedit, quia cum vita

A præsens peragit, in qua nos ignorantiae nubilo carnis corruptibilis torpor astrinxerat, omne ministerium prædicationis cessat. Clarius quippe per nos tunc videbimus hoc quod sanctorum vocibus nunc obscurius audimus. Præcipit igitur Dominus nivi, et hiemis pluvias, ut in terram descendant, dum aspiratione sancti spiritus pro corrigendis peccatoribus corda sanctorum ad ministerium prædicationis humiliat. Ubi recte additur : *Et imbri fortitudinis sue.*

[Rec. XV.] 46. — *Imber fortitudinis, prædictio divinitatis; imber infirmitatis, prædictio humanitatis Christi.* — Imber quippe fortitudinis Dei est prædictio divinitatis. Nam imber infirmitatis est prædictio ejus incarnationis, de qua per Paulum dicitur : *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus (I Cor. I, 25).* Et rursum : *Si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei (I Cor. XIII, 4).* Sic autem sancti viri humanitatis ejus infirma prædicant, ut auditorum suorum cordibus etiam divinitatis fortia infundant. Audiamus per tonitruum nubis, imbre fortitudinis : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. I, 1).* Audiamus etiam imbre infirmitatis : *Verbum caro factum est, et habitat in nobis (Ibid., 14).* Audiamus imbre fortitudinis : *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat (Ibid., 3).* Audiamus etiam imbre infirmitatis : *In propria venit, et sui cum non receperunt (Ibid., 11).* Imbri ergo fortitudinis sua præcipit ut in terram descendant, quia sanctorum suorum vocibus sic nobis humanitatis sue infirma prædicat, ut nobis etiam mira et fortia sua divinitatis innotescat. Sed cum virtutem nostri conditoris audiimus, statim ad corda nostra <sup>d</sup> formidine compellente reducimur, et tantum super nos judicem perpendentes, *875* <sup>e</sup> quæ digne, quæ egimus indigne, pensamus. Unde et bene subjungitur :

#### CAPUT XXV [Rec. XVI].

Vers. 7. — *Qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua.*

47. *Cognoscendo Deum nosmet agnoscimus, et servitus judicamus.* — Mala enim quæ agunt homines, pensare contemnunt. Sed cum virtutem supernæ distinctionis audiunt, pravorum operum hoc quod se deprimit pondus agnoscunt. Prædicationis quippe verbis pulsati evigilant, ut pensent ad quæ supplicia sese antiquæ actionis meritum trahat. Dum ergo imber fortitudinis in terram descendit, in manu uniuscujusque signatur, ut sua opera sciatur, quia dum virtus incomprehensibilis majestatis agnoscitur, ab unoquoque subtilius sua vita pensatur

gipont., Ebroic. et aliis Normanniæ, formidine compellente.

<sup>e</sup> Prat. et alii Norman., quæ egimus indigne, omisso rō quæ digne; nec iumerito, nam urgente timore extremi judicij mala opera potius quam recte facta menti occurunt, etc. Retinuimus tamen hanc lect. quæ est Excusorum omnium.

<sup>a</sup> Vindoc., et persecutor, et consumeliosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.

<sup>b</sup> Longip. manifestetur.

<sup>c</sup> Ebroicenses, aliique Norman. et Vindoc., ad aestiva æterna properant.

<sup>d</sup> Recent. Vulg., fortitudine compellente. In veteribus Paris. et Basil. legitur ut in Miss. Vindoc., Lon-

**A** 48. Naturali lumine, tanquam lege mentis, pravum et rectum innoescunt.—Quos tamen intelligi et aliter potest. Creator namque omnipotens a cunctis insensibilibus irrationalibusque distinctum rationabilem creaturam hominem condidit, quatenus quod egerit ignorare non possit. Naturae enim lege scire compellitur, seu pravum sive rectum sit quod operatur. Nam ad judicium pro actione cur venit, si potuit nescire quod egit? Et ipsi ergo qui praecipuis dominicis erudiri contemnunt, utrum bona an mala sint quae faciunt sciunt. Nam si bona se facere neisciunt, cur de aliquibus factis in ostentatione gloriantur? Rursum si mala se agere ignorant, cur in eisdem factis alienos oculos declipant? Ipsi enim sibi testes sunt, quia sciunt malum esse quod agunt, quod videri ab aliis verentur. Si enim veraciter malum esse non crederent, nequaquam hoc ab aliis videri formidarent. Unde et bene per quemdam sa- pluentem dicitur: *Cum sit timida nequitia, dat testimoniūm condemnationi* (Sap. xvii, 10). Quia dum de facto suo conscientiam pulsans timor redarguit, ipsa sibi testimonium peribet damnabile easq; quod agit. Quo contra per Iohannem dicitur: *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum* (I Joan. iii, 21). Fugiant ergo iniqui humanos oculos, temelios certe fugere non possunt. Quia enim malum, quod faciunt neverunt, habent testem conscientiam, habent judicem rationem suam. In peccato igitur quod committunt prius contra se judicium suæ rationis inveniunt, et post ad distinctionem æterni examini perdicuntur. Et hoc est fortasse quod per Psalmistam dicitur: *Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum* (Psal. xli, 8). Quia dum viro ordine dispositionis occulte malum non perimitur nesciri quod agitur, et suo se jam judicio peccator in conscientia condemnat, et post condenationem propriam ad æterni judicis sententiam properat. **B** Abyssum ergo abyssum invocare est de judicio ad judicium pervenire. Eant ergo prædicatores sancti, redarguant facta peccantium, auditores autem pravi contémnant verba justorum, defendant quantum voluerint pravitates suas, atque impudenter gestas impudentius defendendo multiplicent; certe ipsi sibi in conscientia testes sunt quia excusabiles non sunt. Eo enim ipso quo rationabilem creaturam Deus hominem condidit, in manu ornamen hominum signat, ut neverint singuli opera sua.

**876** Sed quia Eliu de pravitate singulorum sententiam protulit, illico ad ipsum pravitatis auctorem, per quem unumquodque malum oboritur, mentis oculos deflectit, ut quia uno hoc versu pravi capitio membra perstrinxerat, etiam hoc ipsum membrorum caput sub pravitate describat. Vei certe quia super-

\* Ita cum Turon. et plur. mss. antiquiorib. Ex-  
costa. M̄t̄ recent. habent, cum Utic. et Prateli., dif-  
ficiam.

† Turon., conscientia pulsans timor.

‡ Ebrioic. et alii Norm., *Abyssus ergo abyss. invoca-  
re, est uero jad.*, etc.

§ Longipl. nivem Dei virtutes, fortasse pro, nivum  
Dei, ac apostolorum, quod nivibus comparavit hunc

rius (Num. xix), & nubium Dei virtutes intulerat, agit nunc ut contra hororum vilium etiam adversarii iugulationes impoescat. Nam sequitur:

#### CAPUT XXXVI [Vet. XIX, Bac. XVII].

Vetus. §. — *In gradiebat bestia latitudinem suam, et ipso anno sua morabatur.*

**C** 49. Diabolus autem Antichristus, et caput eius, — Quis alius nomine bestia, nisi dominus horum accipitur, qui deceptiorem primi hominis regis impetis, et integritatem vitæ illius male suadente lapidavit? Contra quem prophetæ vocibus de sancta electorum Ecclesia in antiquum statum restauranda promulsius: *Et nula bestia non regnabit per eam* (Isai. xxxv, 9). Sed hinc bestia cum e post Redemptoris adventum, post prædicatorum spes, quasi post tonitruum nubium in die mundi illius fabula- tum hominem qui Antichristus vocatur iuraverit, quid aliud quam latitudinem suam ingrediatur, et in autro proprio demoretur? Vix quippe aliud diabolus autrum ac latitudinem bestie est, ut ipsidiam homini- bus viam hujus vita carpentibus, in illo et per signa lateat, et per malitiam occidat. Qui tamen omnia reproborum corda etiam nunc præsequam aperitus appareat possideat, eaque per occulatum malitia quæ proprium antrum tenet, atque ad omne & quod no- cere bonis appetit in eorum se obscuris iniquibus abscondit. An Judæorum persequantium corda an- trum hujus bestie non fuerunt, in quorum dis- consiliis latuit, sed repente vocibus erupit clematis: *Cruciſige, cruciſige* (Jean. xix, 6)? Et quia ad lacerationem mentis pertinere tentando posse potuit in Redemptore nostro (Matth. iv, 3), ad mortem carnis anhelavit. Hæc nimirum bestia & multa electorum corda teat, sed hanc ab illis mortuus Agnus excussit. Unde et in Evangelio dicit: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras* (Jean. xii, 31). Qui viro rectoque judicio dom confessiones humiliat illuminans suscepit, superbiorum oculos deserat clausit. Unde ei per Psalmistam dicitur: *Pascha tenebras, et facta estnox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae silvarum; catuli leonum rugientes ut rapiant, et querant a Deo escam sibi* (Psal. ciii, 20, 21). Tene- bras quippe Dominus ponit, cum peccatis iudicia rependens, lumen suæ intelligentia substrahit. Et nox efficitur, quia pravorum mens ignorantia cum erroribus cœcatur. In qua omnes bestiae silva per- transeunt, dum maligni spiritus sub opacitate fran- dis latentes in reproborum corda pravitates suas explendo percurrunt. In qua et catuli leonum rugient, quia nequissimarum sed tamen omnimentium potestatum ministeri spiritus importunitate temptationibus insurgunt. Qui tamen a Deo escam expetunt, quia nimirum capere animas nequeunt, nisi justo iudicio locum Job explanans: qui praecipit nivi ut descendat in terram.

\*\* Officitur post Redemptoris adv. in Vindoc.

† Ebrioic., Vindoc., etc., et in autro sibi demo-  
ratur.

‡ Vindoc., quo nocere.

§ Prateli., Utic., Ebrioic., multa et electorum, quo  
majorem vim habet; id enim et significat.

prævalere diuinis permittantur. Ubi et apte subjun-  
gitur: *Ortus est sol, et congregati sunt, et in cubilibus  
suis se collectaverunt* (*Psal. ciii, 20*). Quia veritatis  
lumine per carnem apparente, a fidelium mentibus  
excussi, quasi ad cubilia sua reversi sunt, dum sola  
infidelium corda tenuerunt. **877** Quid igitur illic  
leonus cubile, hic antrum bestie dicitur.

**88.** Bonarum mentes diabolus aliquando ingreditur,  
sed in eis non moratur. — Notandum vero magnopere  
astimo quod bestia hæc non solum antrum suum in-  
gressi, sed in eo etiam morari prohibetur. Aliquando  
namque etiam bonorum mentes ingreditur, illicita  
suggerit, temptationibus fatigat, rectitudinem spiritus  
ad delectationem carnis deflectere conatur, delecta-  
tionem quoque ad consensum perducere nititur, sed  
tamen resistente superno adjutorio prævalere pro-  
hibetur. Intrare ergo in mentes bonorum potest, sed  
in eis morari non potest, quia cor justi hujus bestie  
antrum non est. Quos enim quasi proprium antrum  
possidet, eorum mentes prœcul dubio immorans te-  
net, quia et prius in eis cogitationes usque ad ini-  
qua desideria et post iniqua desideria usque ad ne-  
quissima opera pœnitit. Neque enim student reprobi  
suggestiones ejus recta judicis manu repellere, cum  
jus voluntatibus appetunt subdita delectatione ser-  
uire. Cumque in eorum cordibus pravum quid oritur,  
mox per studium delectationis enotritur; et cum sibi  
minime resistitur, protinus ex consensu roboratur,  
statimque consensus ad opus perducitur, opus vero  
etiam consuetudine gravatur. Recte ergo in antro  
sue morari hæc bestia dicitur, quæ tandem cogitationes  
reproborum tenet, quousque eorum vitam etiam acci-  
to pravi operis pœnoret. Unde bene ad Iudaeanum  
Dominus per prophetam dicit: *Quousque morabun-  
tur in te cogitationes noxiæ* (*Jerem. iv, 14*)? Neque  
enim reprehendit cur veniant, sed cur morentur. Et  
in bona enim corda cogitationes illuc veniunt, sed  
tamen morari prohibentur, quia rectique ne capti-  
vandam dominum conscientias præbeant, ab ipso cor-  
dis limine hostem fugant. Qui et si quando repentinis  
suggestionibus usque ad primum vestibulum subri-  
puerit, ad consensus tamen januam non pertingit.  
Huic nimis hæc bestie, impulsu subita formidinis  
victus, januam cordis Petrus negando aperuit, sed  
citius cognoscendo resistit, flendo clausit (*Mauth.*  
*xxvi, 70*). [Vet. XX.] Quia vero antiquus hostis per-  
secutorum corda non solum in frando tenuit, sed  
etiam tenendo possedit, dicatur recte: *Ingreditur  
bestia latibulum tuum, et in atrio suo morabitur*. Qua-  
cum namque in Iudaorum mentibus demorata sit  
discimus, cum illorum consilia attestacione evange-  
listæ narrationis auditis: in illa namque describitur,  
cum Redemptorem nostrum vivificare mortuos cer-  
nerent, in morte eius quanta afflictio crudelitas

A insanirent, quot explore contra illum prava desideria  
ardenter veulent, sed tamen populum timerent (*Joan.*  
*xi, 24, 49*); quot occasiones occidendi quererent, et  
invenire non possent (*Mauth. xxvi, 3, 4*); quot ad  
votum suas scvitiae alienigenarum manibus vni sunt,  
quia eum quem legaliter interimeret ipsi non pote-  
rant ferieudum genibus tradiderunt, ut ex sola po-  
testate Romanus præses ageret quod ex sola mali-  
itia ui agi debuissest ipsi anhelarent (*Joan. xviii, 28*).  
Unde et apte subjungitur.

#### CAPUT XXVII [Rec. XVIII].

Vers. 9. — Ab interioribus egreditur tempestas, et  
ab Arcturo frigus.

**51.** Christusq; Judæis et gentilibus persecutionem pas-  
sus. — Scriptura sacra cum contra Arcturum In-  
teriora memorat, diversam Aquilonis partibus Austri  
plagam designat. Unde in hoc eodem libro scribitur:  
*Qui facit Arcturum, et Orionas, et interiora* **878**  
*Austri* (*Job. ix, 9*). Quia igitur interiora Austri sol  
ferventior tenet, et in Arcturo vero cursum omni-  
modo non habet, interiorum nomine plebs Judaica,  
Arcturi autem vocabulo hoc in loco populus gentilis  
exprimitur. Hi eniū qui unum atque invisibilem  
Deum noverant, ejusdemque legi saltem carnali-  
ter serviebant, quasi sub meridiano sole seruen-  
tes in fidei calore tenebantur. Gentiles autem quia  
nullam scientiam supernæ cognitionis attigerant, ve-  
luti sine sole frigi sub Aquiloni remanebant. Quia  
vero tempestas impellit, frigus autem torpore oppri-  
mit, recte nunc dicitur: *Ab interioribus egreditur  
tempestas, et ab Arcturo frigus*. Ac si aperte  
diceretur: A Judæis surgit malitia persecutus, et a  
gentilibus potestas premens. Neque enim miracula  
fieri legis præcepta veluerant, et tamen Judæi pro  
eisdem miraculis interimeru humani generis Re-  
demptorem quererant (*Joan. xi, 48*). Unde explore  
hoc quod coepérant non valentes, ad Pilati prætorium  
concurserunt, ut ipse hunc perimeret quem inuste  
perimentem lex nulla cohiberet (*Joan. xviii, 28*).  
Ab interioribus ergo tempestas atque ab Arcturo fri-  
gus prodit, dum quod Judæa ex invidia petiit, hoc  
gentilis iudex ex Romana auctoritate perpetravit.  
Unde bene contra hanc eamdem invidiam adhuc  
subditur:

#### CAPUT XXVIII [Vet. XXI].

Vers. 10. — Flante Deo concrescit gelu.

**52.** *Judæorum corda invidiae gelu obduruerant.*  
— Quia quo fidelium cordibus Spiritus sanctus aspi-  
ravit, quo majora virtutum miracula contulit, et eo  
in infidelium mentibus gravioribus invidiae torpor  
excrevit, atque inde contra Deum pleba infidelis  
obduruit, unde humilis populus anteclam duritiam,  
qua se astrinxerat emollivit: Deo enim flante in gelu  
versi fuerant, qui visis miraculis invidentes dice-

<sup>a</sup> Vindoc., Ebroic. et alii, etiam electorum.

b

c

Sic laudati Codices; et quidem optimo sensu.

Veteres tamen Edit. Paris. 1488, 1495, 1518, Basil.  
1508, 1513, Gilot. 1571, et Gussanv., etc., habent,  
enjus voluntatibus.

d

Pratet., in arcturum.

e Recent., paginare, mutata lectione tum MSS. tum  
veterum excusorum.

f Particula in deest in Excusis, non autem in MSS.

bant : *Ecce totus mundus & post eum abiit* (Joan. xii, 19). Conspiciebant signa, cernebant per ministros ejus miracula, totum jam mundum secuturum fidei praedicamenta prævidebant; et tamen quo sanctus Spiritus mundum repleverat (Sap. 1, 7), eo illorum mentes arctius invidiae malitia ligabat. Aqua ergo in gelu versa fuerat dum, eunte post Deum mundo, Judea in invidia pigra remanebat. Sed quia supernæ potestati suppetuit etiam tante crudelitatis duritiam solvere aique ad amandum se corda infidelium liquere, post hoc gelu mox bene subdit :

## CAPUT XXIX.

Ibid. — *Et rursum latissimæ funduntur aquæ.*

53. *Quorundam postea emollita, & in pluviam li-*  
*quata.* — Post gelu quippe Dominus latissimas aquas **B** fudit, quia postquam Iudeorum sævitiam usque ad mortem pertulit, eorum corda protinus ab infidelitatis duritia amoris sui aspiratione liquefecit; ut tanto post desiderabilis ad obediendum current, quanto præceptis illius prius obstinatus restituerent. Unde bene per quemdam sapientem dicitur: *Sicut gla-*  
*cies in sereno, sic resolventur peccata tua* (Eccli. iii, 17). Ab hoc frigidi torporis gelu solvi Propheta desideraverat, cum dicebat: *Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in Austro* (Psal. cxxv, 4). De his aquis, id est ad Deum concurrentibus populis, rursum dicitur: *Mittet verbum suum, et liquefaciet ea,*  
**b** *flabit spiritus ejus, et fluent aquæ* (Psal. cxlvii, 18). Aquæ de gelu currunt, quia plerique ex duris persecutoribus magni prædicatores flunt. Gelu igitur in C aqua liquatur, cum torpor interni frigoris ad irrigationem 879 vertitur prædications. An Paulus gelu non erat, qui acceptis epistolis Damascum pergens (Act. ix, 2), in corde fidelium quasi in terra jactata verbi Dei semina, ne ad perfectionem operum surgerent, restringere quærebatur? Sed gelu hoc in aquam rediit, quia quos persequendo prius premere studuit, hos postmodum fluenter sanctæ exhortationis infudit; ut tanto uberior electorum messis exsurget, quanto hanc imber Dei etiam ab ore persecutoris irrigaret. Unde et bene subditur

## CAPUT XXX [Vet. XXII, Rec. XIX].

Vers. 11. — *Frumentum desiderat nubes.*

54. *Electi frumentum sunt, cui Verbi divini imber necessarius.* — Quid enim electi quique sunt, nisi frumenta Dei coelestibus horreis recondenda? Quæ nunc in tritura areæ paleas tolerant, quia in hac purgatione sanctæ Ecclesie mores contrarios reproborum portant, & quoque hæc internus agricola ventilabro iudicij dirimat, et in superna habitacula electos suos, quasi munda jam grana suscipiens, æternis paleas ignibus tradat. Unde bene per Joannem dicitur: *Cujus ventilabrum in manu sua, et permutabit aream suam, et congregabit triticum in hor-*

<sup>a</sup> Prateli. Utic. et plur., post eum vadit.

<sup>b</sup> Idem. Codices, flavit.

<sup>c</sup> Gilot., Vatic., Gussanv., quoque hanc, sc. Ecclæsiam. Vetusiores Edit., post MSS., præsertim Turon., Vindoc.. Prateli., Utic., quoque hæc, nimi-

A reum suum, paleas autem comburet igni incendiabilis (Math. iii, 12). Sed hoc frumentum quoque ad perfectionem fructuum veniat, nubium pluvias expectat ut crescat, quia bonorum mens predicationum verbis infunditur, ne ab humore charitatis sideriorum carnalium sole siccetur. Hoc frumentum supernus agricola in mundo surgere ac nubes desiderare conspererat, cum dicebat: *Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate autem Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam* (Math. ix, 37). Qui igitur hic frumentum, illic messis, qui vero hic nubes, illic operarii vocantur, quia prædicatores sancti et nubes sunt, et operarii; nubes videlicet per doctrinam, operarii per vitam; nubes quia verbis influunt, operarii quia non desinunt agere quod loquuntur. Unde et subditur :

## CAPUT XXXI.

Ibid., 6. — *Et nubes spargunt lumen suum.*

55. *Nubes sunt sancti prædicatores.* — <sup>d</sup> Nubes enim lumen spargere est prædicatores sanctos exempla vitae et loquendo et agendo dilatare. Sed quamvis annuntiationis intima lumen spargant, non tamen ad convertenda oenam quæ appellant corda perve- niunt. Nam sequitur :

## CAPUT XXXII.

Vers. 12. — *Quæ lustrant cuncta per circuitum, quoque eas voluntas gubernantis duxerit.*

56. *Universa lustrant, Deo eorum cursus gubernante.* — Sepe enim prædicatores sancti exhortari quosdam volunt, sed nequeunt. Sepe quosdam declinare appetunt, sed tamen internæ instigationis impulsu exhortari eos instantissime compelluntur. Videamus nubem Dei quomodo gubernantis manu, et ad ea quæ non appetit, ducitur, atque ab impulse suo iterum gubernantis manu retinetur. Certe Paulus cum vestimenta sua excutiens a Corinthiis discedere vellet, audivit: *Noli timere, sed loquere, et natareas, & propter quod ego tecum sum, et nemo opponeatur tibi ut noceat te, quoniam multis est mihi populus in hac civitate* (Act. xviii, 9). Rursum cum ad Thessalonicenses voluisse ire, relentus est, dicens: <sup>e</sup> *Velui ventre ad vos ego quidem Paulus, et semel et iterum, sed impedivit me Satan* (I Thess. ii, 18). Nonque enim per semetipsum Satan præpedire tanti apostoli vias potuit, sed occultæ dispensationis usibus, **880** dum adversatur, nesciens deserbit; ut nimirum Paulus dum ad alios vellet accedere, nec valeret, eis a quibus recedere non poterat aptius prodesset. Nubes igitur Dei cuncta per circuitum lustrant, quia prædications luce mundi fines illuminant. Sed quia divinis notibus subditæ nequeunt expiere quod volunt, ire non possunt, nisi quo em voluntas gubernantis duxerit. Unde et adhuc subditur :

rum frumenta.

<sup>d</sup> Eadem fere leguntur infra, ad versum, *namquid scis quando præcepereit Deus pluv. Num. 60.*

<sup>e</sup> Prateli., quoniam tecum sum.

<sup>f</sup> Vindoc., Prateli. et alii Norman., voluntas.

## CAPUT XXXIII.

**Ibid.** — *Ad omne quod præceperit eis super faciem orbis terræ.*

57. *Et internos motus moderante.* — Sæpe enim eum gubernantis voluntate perducuntur; aliter agere appetunt, sed aliter disponuntur. Nam plerumque quosdam auditores suos student blande corrigere, et tamen eorum sermo in asperitatem ducitur. Plerumque quosdam resecare aspere appetunt, sed tamen eorum <sup>a</sup> vigor per mansuetudinis spiritum refrenatur. Sicut ergo non possunt ire quo volunt, ita etiam nequeunt agere sicut volunt. Quia enim eos internus arbiter tenet cum mittit, ita illos etiam modificans suscipit cum perducit, ut aliquando in cogitatione alia disponant, sed alia in opere peragant; aliquando aliter inchoent, sed aliter consumment. Quia igitur iuxta hoc quod sibi præcipitur serviunt, dicunt recte: *Quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis super faciem orbis terræ.* Eo enim apertiores viam prædicationis inventant, quo ad hanc non suis, sed præceptoris sui oculibus ducuntur. Unde adhuc subditur:

## CAPUT XXXIV [Rec. XX].

**Vers. 13.** — *Sive in una tribu, sive in terra sua, sive in quocunque loco misericordia sua eas jusserrit inveneri.*

58. *Non Iudaris tantum, sed etiam gentilibus concessa Evangelii prædicatio.* — Una tribus profecto Iuda intelligitur, quæ in Scriptura sacra clara ac multiplex præ cæteris memoratur. Quæ in hoc quod ex se Redemptoris nostri carnem protulit, speciale præ omnibus munus accepit. Terra autem Dei simul omnis Iudea nominatur, quia quæ tunc ei fidei suæ fructum protulit, cum totus sub idolorum cultu delapsis gentibus mundus erravit. Locus autem misericordia Dei est ipsa gentilitas, cuius culpas districetus judex si juste animadverteret, ad reconciliacionem gratiæ nunquam veniret. <sup>b</sup> Quæ cum nulla apud Deum merita babuit, reconciliationis tamen gratiam ex sola misericordia accepit. Unde bone per Paulum dicitur: *Gentes autem super misericordia hororare Deum (Rom. xv, 9).* Unde rursus scriptum est: • *Qui quondam non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti (I Pet. ii, 10).* Nubes ergo suas Deus dicit, sive in una tribu, sive in terra sua, seu in quocunque loco misericordia sua eas jusserrit inveniri, quia prædicatores Veteris Novique Testamenti aliquando soli tribui Iudea contulit, et Israel pene totum ex prava regum gubernatione reprobarvit. Aliquando et in terra sua has pluere nubes facit, quia eundem Israeliticum populum ad antiquam gratiam <sup>c</sup> post corruptionem captivitatemque revocavit. • Aliquando de loco sua misericordia eas clarescere voluit, quia per prædicatores sanctos etiam

<sup>a</sup> Sic Turon., Vindoc., Pratel. et alii Mss. In Excusis legitur rigor.

<sup>b</sup> Pratel. et Utic., et quæ cum nulla.

<sup>c</sup> Idem Codices, et quæ.... non consecuta miser. nunc autem..... consecuta. Consentient veter. Edit. Nostra lectio magis convenit cum textu Greco

A gentibus virtutum miracula ostendit, ut sola misericordia a jugo erroris absolveret, quos ingenuæ perfidiae ira deprimebat. [Vet. XXIII.] Sed **881** ecce Eliu, quia futura per propheticum spiritum sensit, quia multa sublimiter protulit, vir arrogans elationis sue pondere lassatus non valet portare quæ dicit. Nam per jactantiam protinus adjungit:

## CAPUT XXXV.

**Vers. 14.** — *Ausculta hæc, Job; sta, et considera miracula Dei.*

59. *Quid sit Dei miracula stando, quid jacendo considerare.* — Quasi in comparatione sui jacentem vidit, quem ad verba tanta prædicationis ut staret admonuit. Quamvis et per hoc quod dicit *Ausculta*, gravem beato Job contumeliam irrogat, quia, sicut

B jam de illo et superius diximus (Lib. XII, n. 38, et *sæpe deinceps*), arrogantia minoris est auditum sibi velle extorquere majoris. Sed licet Eliu bona quæ dicit nesciat pensare cui dicat, nos qui erudiri ab omnibus querimus, indagare verba doctrine illius subtiliter debemus. Nam magna fortassis virtutis arte dicitur: *Sta, et considera miracula Dei.* Sunt nonnulli quippe qui Dei miracula jacentes considerant, quia operationis ejus potentiam non sequentes admirantur. Stare quippe est recte agere. Unde et per Paulum dicitur: *Qui se existimat stare, videat ne cadat (I Cor. x, 12).* Et semper quidem superna judicia mirantur, prædicamenta cœlestis patriæ cum audiunt diligunt, mira opera internæ dispositionis obstupescunt, sed tamen amando et vivendo ad hæc eadem

C opera assurgere negligunt. Jacentes ergo Dei miracula considerant, qui ejus potentiam sciendo pensant, sed vivendo non amant. Per contemplationem quidem in consideratione oculos tendunt, sed tamen per intentionem sese a terra non erigunt. Unde bene in Balaam exhortationem dicitur: *Qui cudens apertos habet oculos (Num. xxii, 16).* Multa namque de adventu Redemptoris dixerat, et quæ in novissimis temporibus erant ventura prævidebat, sed tamen ei vivendo assurgere noluit, quem prævidendo prædicavit. Jacens ergo apertos oculos habuit, cum ejus mentem et prophetia ad cœlestia tenderet, et avaritia in terra retineret. Jacens apertos oculos habuit, quia eum vivere de superioribus potuit, quem prostratus in infernis non amavit. Eliu itaque, qui beatum Job nequaquam creditur vivendo tenuisse quod dixit, quasi admonens dicit: *Sta, et considera miracula Dei.* Quem adhuc de venturis discutit, et quasi de ignorantia humilans adjungit:

## CAPUT XXXVI [Rec. XXI].

**Ibid. 15.** — *Nunquid osis quando præceperit Deus pluris, ut ostenderent lucem nubium ejus?*

60. *Deo afflati prædicatores irrigant et lucent.* — Si nubes sancti prædicatores sunt, pluviae nubium sunt et Vulgata.

<sup>d</sup> Vindoc., post corruptionem.

<sup>e</sup> Pratel., aliquando loco, deest de, quod sensum immutat.

<sup>f</sup> Ita Vindoc., Ebroic. et alii. In Editis, male, ab hominibus.

verba prædicationum. Sed nubes cum per aerā transvolant, nisi pluviae deorsum veniant, nescitur quanta aquarum immensitatem portant. Nisi coruscus sol inter pluvias erumpat, intelligi non valet quid in eis etiam claritatis lateat, quia nimur prædicatores sancti si taceant, et nequaquam loquentes ostendant, quanta sit coelestis spei claritas, quam in cordibus gestant, aut felique hominibus similes, aut longe his despectiores videntur. Cum autem aperte per prædicationem cœperint quæ sit superflua patriæ remuneratio quam intrinsecus teherent; cum persecutio pressi <sup>b</sup> in qua virtutis arce proficerent innocescunt, cum visione respecti loquendo thsinuant unde timéantur, ipsæ quæ de nubibus induunt pluviae lucem nobis earundem hubium ostendont. Per verba enim prædictorum cognoscimus ut in eis claritatem vitae quam appetunt cum magna humilitate veneremur. **882** Hanc himitum lucem Paulus discipulis ostendebat, cum diceret: *Ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, quæ divitiae gloriae hereditatis ejus in sanctis, et quæ sit supremenis magnitudo virtutis ejus in nos qui credimus* (Ephes. 1, 18). Hanc Iucem Corinthii per scriptorum verba quasi per pluviae guttas agnoverant, cum dicebant: *Epliolæ graves sunt et fortes, præsentia dulcem corporis infirma, et serio contempnibiles* (II Cor. x, 10). Sed plerumque prædicatores sancti ostendere semetipsos ut prostant cupiunt, nec tamen possunt; plerumque latere ut quieti sint appetunt, nec tamen permittuntur. Nemo igitur seit quando lucem nubium pluviae ostendant, quia nemo comprehendit quando Deus virtutem prædicationis præbeat, ut prædicantium gloria clarescat. Dicit ergo: *Nunquid scis quando præcepit Deus pluvias ut ostenderent lucem nubium ejus?* Ac si aperie dicat: *Nunquid si venturos in mundo prædicatores jam conspicias, quando eos ad prædicandum Dominus repleione sancti Spiritus impellat, quibusve modis eorum vita claritatem mundo innotescat apprehendis?* Unde adhuc apie subjungitur.

#### CAPUT XXXVII [Rec. XXII].

Vers. 16: — *Nanquid nostri semitas nubium magnas, et perfectas scientias?*

**83.** *Arcia bene vivendi doctrina, non est ampla via, sed semita.* — Habent istæ nubes semitas subtilissimas, scilicet sanctæ prædicationis vias. Angusta quippe porta est, quæ ducit ad vitam (Math. vii, 14). Eos ergo per semitas astringunt, qui ab intentionis eorum trahite per lata mundi desideria evagando non excent. Arcia enim bene vivendi censera non est ampla via, sed semita, in qua prædictor quisque studiese construigatur, quia sub præceptorum custodia sollicitè coangustatur. An non quasi quasdam angustia est minoris, in hoc quidem mundo vivere, sed de hujus mundi concupiscentia nihil habere, aliova non appetere, propria non tenere, laudes mundi despicer, et pro Deo opprobria amare, gloriam fugere, despectum sequi, adu-

\* Pratel., nisi pluvia... veniat.

<sup>b</sup> Utic. et alii Normani., in quam virtutis arcem

\* Pratel., in eternam retributionem.

lantes despicer, despicientes honorare, mala nocentium ex corde dimittere, et ergo eos dilectionis gratiam immobilem in corde retinere? Quæ videlicet omnia semita sunt, sed magnæ, quia quanto in praesenti vita pro ipsa vivendi custodia angustæ sunt, tanto amplius <sup>c</sup> in æterna retributione dilatantur. Unde et bene subditur: *Et perfectas scientias.*

**62.** *Perfecta scientia est, scire se nihil esse.* — Perfecta quippe scientia est, et cuncta haec sollicite agere, et se de suis meritis scire nihil esse. Unde et ipsæ nubes de hac perfecta scientia docentur, cum eis voce Veritatis dictur: *Cum feceritis omnia quæ praetepta sunt vobis, dicite: Servi inutilles sumus* (Luc. xvii, 10). Perfecta scientia est scire omnia, et tamen juxta quendam modum sciendi sibi esse nescire, quia etsi iam Dei præcepta novimus, etsi iam virtutem verborum illius <sup>d</sup> sollicita intentione pensamus, etsi iam quæ intellexisse nos credimus agimus, abhuc tamet acta eadem qua distinctione exattingit sibi discussienda nescimus, nequid Dei faciliū cererit. \* nequid decūlū ejus consilia videamus. Quantæ ergo est nostra scientia, quæ quibusque mortalitatis pondere premitur, ipso suæ inexactitudinis nubilo caecatur? De qua bene per Paulum dicitur: *Quis se existimat scire aliquid, non dum cognovit, quoniam in omnibus oporteat eum scire* (I Cor. VIII, 2). In hoc itaque modo dum vivimus, tum perfecte quæ scientia sunt scimus, cum præscientes per intelligentiam, nimirum nos **883** perfecte scire cognoscimus. Dicit igitur: *Nunquid nostri semitas nubium magnas, et perfectas scientias?* Ac si aperie dicat: *Nunquid jam summæ actæ prædicantium conspicis, qui postquam per scientiam ad alta se elevant, deorsum se humiliter per cogitationem suæ ignorantiae inclinant?* Quod quia solidus sancti Spiritus donec agitur, ut humanum eorum non solum de scientia, sed etiam de ipsa sua ignorantia perfecte doceatur, et calore amoris ad supermiseretur, dum minora esse quæ cognovit in insimilis pensat, recte subjungitur:

#### CAPUT XXXVIII [Rec. XXIII].

Vers. 17. — *Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perfracta fuerit terra Austrum?*

**83.** *Qui Ecclesia inheret, effusa sancti Spiritus incandescent.* — Sæpe beatum Job figurati sanctæ Ecclesiæ tenere jam diximus. Vestimenta vero Ecclesiæ sunt omnes qui ei fidei adiunctione junguntur. De quibus eidem Ecclesiæ per prophetam Dominum dicit: *Viso ego, quia omnibus his velut ornamento vestieris* (Isai. xxix, 18). Per Austrum vero, qui nimirum calidos ventus est, non innervosus Spiritus sanctus designatur, quo quiescat dum tangatur, et iniurias suæ corpore liberatur. Unde beatus in Canticis canonicorum dicitur: *Surgo, Aquila, et veni, Auster, perfa horum meum, et fumus aromata Mias* (Cant. IV, 16). Aquila enim jubetur ut surgat, et nimirum is qui mortalium corda restringit adversarius

\* Vindoc., Pratel. et alii, sollicita consideratione ponderamus.

\* Turon., nequid angustia.

spiritus fugiat. Auster enim venit et hortum perficit, ut ejus aromata difficiant, quia per adventum sancti Spiritus, dum mens hominum repletur, ex ea mox opinio virtutum aspergitur, ut jure jam sanctorum lingua quasi hortus Austro perficiatur dicat: *Christi bonus odor sumus Deo* (*I Cor. ii, 15*). Vestimenta ergo sanctae Ecclesiae calida sunt, dum terra Austro perficiatur, quia hi qui ei per fidem inharent, serventibus charitatis studiis inardescunt, dum eorum mens sancti Spiritus afflato perfunditur. Quod quidem et de eodem beato Job nihil obstat intelligi, quia sile hoc generaliter in sancta Ecclesia dicimus, ut tamen per membra ejus singula specialiter teneamus.

**64.** Ex doctorum et auditorum concordia mutua in eis fertur charitas. — Unusquisque enim qui recte vivit, atque hoc et alios docere consuevit, quasi tot vestimenta habet, quot auditores ei concorditer inharent. [Vet. XXV.] Natura namque vestimentorum est ut per semetipsa calere non possint, sed adjuncta viventi corpori, dum exhalantes membrorum poros contingunt, emanantem ab intimis calorem premitunt, quo minimorum calore hoc eadem vestimenta caelestunt, sed calefacta calorem quem acciperint retinendo ad corpus reddunt. Quid ergo per vestimenta viventi corpori adharentia nisi discipulorum vita magistris bene viventibus conjuncta signatur? Quia quasi per poros calorem accipit, quia ad amorem Dei et exempli actionis et impulsu exhortationis ignescit. Quia velut frigus proprium expellit, dum a pristina iniuitate discedit; calorem quem accepit retinet, quia in eo quem praedicando sumpserit fervore convalescit. Doctores autem sancti dum auditores suos in amentem Dei proficere sentiunt, ipsi amplius in doctrinæ virtute servescunt; et quia eos ad summa inardescere et servescere conspiunt, ad praedicanda bona celestis patriæ validius succenduntur. Qui et si quando pro eo quod adhuc vitam corruptibilem humanæ infirmitatis agunt de qualibet culpa saltem tenuiter in opere, in locutione, in cogitatione tentantur, discipulorum suorum profectum conspiciunt, **654** et ipsi vel in minimis esse reprehensibles erubescunt, ne quia forte exempla tortitudinis praebant eis quos prædicationis voce ad regulam intimæ rectitudinis vocant. Duni ergo verbo doctorum accenduntur auditores, quasi ex viventi corpore vestimenta caelestant. Sed dum ex profectu auditorum etiam vita docentium proficit, quasi ex calefactis vestimentis calor ad corpus redit. Sed nequaquam sibi doctores tribuant quod per exhortationem suam ad summa proficere auditores vident, quia nisi Spiritus sanctus eorum corda repleat, ad aures corporum vox docentium incassum sonat. Formare enim vocem magistri exterioris possunt, sed hanc imprimere interius non possunt: *Nequis enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum datur Deus* (*I Cor. iii, 7*). Dicatur ergo: *Nonne beatitudinea tua caritatis sunt, cum perficiatur iste austus?* Quia minimorum itine auditores qui

\* Vindict. et Pratel., respici;

† Idem Cod. et Ebroic., quem per prædicamenta.

A jam bene viventibus doctoribus inharent calorem superni amoris accipiunt, cum per afflictionem sancti Spiritus excitantur, ac si aperte beato Job diceret: *In cassum tibi tribuis si quos per te profecisse in virtutibus contemplaris*, quia hi quos per te incaluisse aestimas, nisi eos Spiritus sancti servor attingeret, frigidi in sua insensibilitate remanerent. Postquam vero haec fortiter dixit, per arrogantiam leviter motus, irrisiovera illico verba subjungit, dicens:

### CAPUT XXXIX [Rec. XXIV].

VERS. 18. — *Tu forsitan cum eo fabricatus es celos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt.*

**65.** Per celos quasi ære fusi, sancti angeli, et electorum mentes signantur. — Possunt per celos hi qui in celestibus sunt conditi angelici spiritus designari. Unde et in oratione nostra dicere voce Veritatis instruimur: *Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra.* Ut minimorum voluntas Dei, sicut a superiori creatura agitur, ita in omnibus etiam ab humana infirmitate servetur. De quibus bene dicitur: *Qui solidissimi quasi ære fusi sunt* (*Matth. vi, 10*). Naturæ namque æris est, rubigine difficile consunti. Et virtutes angelicæ quæ in divino atbole fixæ persistunt, lapsis superbiensibus angelis, hoc in munere retributionis accepertunt, ut nulli iam rubigine subripientis culpe hordeantur, ut in contemplatione conditoris sine felicitatis fine permaneant, et in hoc quod sunt conditæ æterna stabilitate subsistant. Quod bene apud Moysen ipsa de mundi origine historiæ verba testantur (*Genes. i, 6*), cum et prius factum celum dicatur, et hoc idem postmodum firmamentum vocatur, quia videlicet natura angelica et prius subtilius est in superioribus condita, et post ne unquam potuisset cadere, mirabilius confirmata. Possunt etiam per celos, ut sèpè diximus, effectu[m] mentes exprimunt, a cunctis terrenis contagis intimo amore suspense. Qui quantvis corpore degant in influis, quia tam corde jam inharent sublimis, veraciter dicunt: *Nostra conversatio in celis est* (*Phil. iii, 20*). Qui solidissimi ut ære fusi sunt, quia ab integritate excepta fortitudinis nulla mutabilitatis rubigine consumuntur. Quibus et fortiter contra adversa durantibus, auctoris voce dicitur: *Vos ecce amici mei, qui permanescitis mecum in temptationibus meis.* Sed quantvis doctus et arrogans cum irritere sanctum virum nititur, irrationi suæ fortia dicta pernisiœat, a dictis tamen fortibus semper ad supervacua verba rebatur. Nam iterum deridendo subjungit:

VERS. 19. — *Ostende nobis quid dicamus illi, nos quippe involvitur tenbris.*

**66.** Ac si dicat: Tu, qui jam magna intelligentie luce persueris, docere nos qui ignorantis nebulis involvitur debes. Qui mox ab irratione resilient, despiciendo subjungit:

VERS. 20. — *Quis narrabit ei quae loquor?*

Ac si aperte dicat: Quæ ego ei de suis laudibus sentiens non audita loquor, quis haec narrare

\* Utric. et Pratel., natura namque.

† Pratel., subtilis est... condita.

vel postquam audierit potest? Sed quia cum doctrina et arrogantia in unius mentis habitatione confligit, a loquentis ore non solum sonat vivendi levitas, sed etiam gravitas sentiendi, postquam Eliu per arrogiam leviter intumuit, dicens: *Quis narrabit ei quae loquor?* mox per doctrinam subdidit:

#### CAPUT XL [Vet. XXVI, Rec. XXV].

Ibid. — *Etiā si locutus fuerit homo, devorabitur.*

67. *Hominem de Deo loqui, est cæcum de lumine disserere.* — Omne quod aliquid devorat, hoc introrsus trahens, ab intuentum oculis occultat, et rem quæ videri in superficie potuit in profundum rapt. Homo igitur cum de Deo tacet, per rationem in qua est conditus esse aliquid videtur. At si loqui de Deo cœperit, illico quam sit nihil ostenditur, quia magnitudinis illius immensitate devoratur, et quasi in profundum raptus absconditur, quia fari ineffabilem cupiens, ipsa suæ ignorantiae angustia degluttitur. Loquitur enim caro de spiritu, circumscriptus spiritus de incircumscrip̄to, creatura de creatore, temporalis de æterno, mutabilis de immutabili, mortalis de vivificante; et cum in tenebris positus internum lumen sicut est nesciat, homo, de æternitate disserere cupiens, cæcus de luce loquitur. *Si ergo locutus fuerit homo, devorabitur,* quia si effari homo æternitatem sicut est appetit, etiam hoc sibi subtrahit quod de illa vel tacitus sentit. Sed ecce æternitas tunc hominibus vere innotuit, cum se eis humanitate suscep̄ta monstravit. Quæ quia needum revelata fuerat, de eisdem hominibus recte subjungitur:

#### CAPUT XLI.

Vers. 21. — *At nunc non vident lucem.*

68. *Per Christum lux hominibus affulit.* — De qua nimirum luce etiam per Prophetam dicitur: *Populus qui sedebat in tenebris, vidi lucem magnam* (Matth. iv, 18; Isai. ix, 2). Sed haec eadem lux qualiter ab hominibus videatur, insinuat, cum protinus subdit:

Ibid. — *Subito aer cogetur in nubes.*

Aer quippe ita ipsa sua tenacitate spargitur, ut nulla firmitate solidetur. Nubes autem tanto firmiores sunt quanto densiores. Quid ergo per aërem nisi mentes sacerularium designantur, quæ, innumeris hujus vita desideriis deditæ, buc illucque more aeris fluidæ dissipantur? Sed aer in nubes cogitur, cum fluxæ mentes per superni respectus gratiam virtutis soliditate roborantur, ut intra sinum cordis recta sentiendo se colligant, et in vanis cogitationibus non liquecant.

69. *Petrus et cœteri apostoli per gratiam in nubes solidati.* — Aer Petrus fuerat, cum per terrena desideria sparsus, eum quasi aura transiens pro vita carnis cura pascationis agitabat (Matth. iv, 18). Aer etiam apostoli omnes exstiterant, qui jani per legem alta didicerant, sed needum per fidem firmâ sapientib⁹ (Ibid.). Subito autem aer in nubes coactus est, quia per respectum supernæ gratiæ fluxa corda pīscantium in soliditatem versæ sunt prædicatorum, ut eorum infirmæ cogitationes fortia sentiendo dense-

<sup>a</sup> Edit. Basil. 1514, qui ambulabat. Alio, qui ambulat.

<sup>b</sup> Prætel. et Ulic., ad præmia retributionum.

scerent, ac more nubium aquas scientie caperent, et subter jacentem terram verbis prædicationis irrigarent, quo peracto ministerio, ad cœli secreta recurrerent, atque ad æternam requiem finito labore pervenirent. Unde **B66** et bene mox subditur:

#### CAPUT XLII.

Ibid. — *Et ventus transiens fugabit eas.*

70. *Irrigato prædicatione Evangelii mundo, nubes illæ a nostris oculis fugato.* — Ventus quippe transiens est vita præsens. Ventus ergo transiens nubes fugat, quia mortalís vita percurrens prædicatores sanctos a nostris oculis corporaliter occultat. Ventus transiens nubes fugat, quia vitæ temporalis excursus a carne apostolos subtrahit, et eos a terra superficie in secreta requie quasi in celorum cardine abscondit. Sed quia usque ad mortem prædicare non desunt, et præsentis vitæ spatium more nubium cum verborum pluvia excurrunt, quid corum laboribus in sancta Ecclesia agatur adjungit, cum protinus subdit:

#### CAPUT XLIII [Rec. XXVI].

Vers. 22. — *Ab Aquilone aurum veniet.*

71. *A gentilibus Christiana religio potissimum propagata.* — Quid per Aquilonem, nisi peccati frigore constricta gentilitas designatur? quam ille sub iugis sua tyrannidis tenuit qui superbis dixit: *Sedebit in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo* (Isai. xiv, 13, 14). Quid vero auri nomine, nisi animæ fides exprimuntur? De quibus per Jeremiam dicitur: *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus* (Thren. iv, 1)? Aurum quippe obscuratum doluit, quia in quibusdam claritatem innocentiae versam in culpa nigredinem vidi. Ab Aquilone ergo aurum venire dicitur, quia per respectum gratiæ Redemptoris a gentilitate dudum perfida torpore frigida intra sanctam Ecclesiam pretiosa Deo vita fideliū multiplicatur. Ab Aquilone etenim surum venit cum ab ipsis idolorum cultoribus vera in Domino fides clarescit. Sed conversis ad fidem gentibus, Iudea contradicit, <sup>b</sup> et ad præmiorum retributionem cœlestium dignatur suscipere eos qui dudum fuerant cultores idolorum. Unde post conversionem gentium Petrus dicitur: *Quare intristi ad viros præputium habentes, et comedisti cum eis* (Act. xi, 3)? Quo contra recte per Issiam Dominus dicit: *Dicam Aquiloni: Da;* et *Astro: Noli prohibere* (Isai. xlIII, 6). Sicut enim per Aquilonem gentilitas, sic per Austrum Iudea signatur, quæ quasi meridiano sole incauit, quia, Redemptore in carne apparente, servorem fidei prima suscepit. Aquiloni ergo da dicitur cum offerre Deo suæ fidei munera gentilitas imperatur. Austro autem jubetur ne prohibeat, quia Hebreis in Æde consistentibus præcipitur <sup>c</sup> ne vitam gentium repellendo condemnant. Unde hic quoque quia dictum est: *Ab Aquilone aurum veniet, apte subjungitur:*

Ibid. — *Et a Deo formidolosa laudatio.*

72. *De gentium conversions apostoli et alii ex cir-*

<sup>c</sup> Vindoc., ne vitam gentilium repellendo contemnunt.

cum cōscione fideles Deum laudaverunt. — Sic enim formidolosa laudatio a Deo <sup>a</sup> venire dicitur, ac si ab his qui in parte Dei sunt id est a fidelibus <sup>b</sup> venire dicetur. Auro igitur ab Aquilone veniente, a Deo formidolosa laudatio prodiit, quia dum cōfūtātēm suā fidei gentilitas obtulit; multitudine Hebræorum fidelium divina iudicia pertimescendo laudavit. Sed quomodo ab Aquilone veniat aurum, quomodo ab his qui sub Deo sunt formidolosa laudatio erumpat, ipsa nobis historia sacri eloquii ostendit. Scriptum quippe est : Cornelius centurio cohortis quæ dicitur Italica, religiosus et timens Deum, cum omni domo sua, faciens elemosynas multas plebi, et deprecans Deum semper, videt in visu manifeste, quasi hora diei nona, angelum Dei introeuntem ad se, et dicentem sibi : Cornelius, At ille <sup>c</sup> intuens eum, timore correptus dixit : Quis <sup>D</sup> 887 es, Domine? Dixit autem illi : Orationes tuæ et elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei (Act. x, 1 seq.). Aurum ergo ab Aquilone venit, dum in conspectu Dei ex gentibus cum elemosynis oratio ascendit. Quod cum Petrus fratribus retulisset (*Ibid.*, 12), quomodo vel Cornelius angelum, vel ipse de cōsco submitti ad se linteum cum bestiis reptilibus ac volatilibus vidisset, vel quomodo Spiritus sanctus etiam ante baptismum gentilium corda perfuderit, qui nunquam in Iudeorum mentibus nisi post aquam baptismatis venit, protinus scriptum est : His auditis lacerasit, et glorificaverunt Deum, dicentes : Ergo et gentibus Deus punitiam ad vitam dedit (Act. xi, 18). Multitudine ergo fidelium <sup>d</sup> formidolosam Deo laudem obtulit, quæ, salvatis gentibus, a suo se mūnūre, dona cōscientis gratiæ admirando, compressit. Unde ipse quoque Petrus miratur, dicens : In veritate cōperi quod non est personarum acceptor Deus (Act. x, 34).

73. Et de Iudeorum reprobatione timuerunt. — Sed cum gentes fidem suscipiunt, cur ab eis qui jam fideles sunt formidolosam venire laudatio dicitur, cum lata venire potius quam formidolosa debuisse? Sed idcirco conversis gentibus, ab Hebreis jam fidelibus formidolosa laudatio prodiit, quia nimis justus Iudea repulsa est, dum pie est gentilitas vocata; et damnata suæ repulsionis timuit, dum lucra alienæ vocationis videt. Unde nos quoque quotidie, dum ini quis quoque ad inopinatam vitæ celsitudinem proveni repente conspicimus, sub oculis Dei iudiciis timiendo gaudemus, ne per occulta iudicia quoadam Deus qui digni putantur deserat, qui per hæc ad se eos qui indigni cōsternantur vocat. Sequitur :

## CAPUT XLV.

VERS. 25. — Digne eum invenire non possumus.

74. De Deo qui magnus est fortitudine, iudicio et justitia, digne sentire non possumus. — Et si invenire • jam eum possumus, non tamen digne, quia quidquid

in illo sentimus ex fide est, <sup>e</sup> et non ex specie. Hoc tamen quod jam se invenisse considerat adjungit, dicens :

Ibid. — Magnus fortitudine et iudicio et justitia, et enarrari non potest.

Magnus quippe est fortitudine, quia fortē adversarium superat, et de domo illius vasa contumelie auferens in misericordia vasa permittat. Magnus iudicio, quia etsi hic electos suos per adversa deprimit, eos quandoque in gloria æternæ prosperitatis extollit. Magnus justitia, quia etsi hic diu tolerat, quandoque tamen reprobos sine termino damnat. Bene autem subditur : Et enarrari non potest. <sup>f</sup> Qui enim sentiri digne non valet, quanto minus dici? Sed melius hunc uterque dicimus, si sub considerationis ejus formidine admirando taceamus. Sequitur :

## CAPUT XLVI [Rec. XXVII].

VERS. 24. — Ideo timebunt eum viri, et non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

75. Qui recte prædicant, sed non vivunt, damnationis suæ præcones sunt. — Hoc loco Eliu viros eos qui ad intelligentiam sunt fortes appellat. Et notandum quod non ait : Et non audebunt contemplari sapientes; sed, Qui sibi videntur esse sapientes. Quibus videlicet verbis peritos quidem, sed arrogantes insinuat. Eliu ergo dum multa fortiter sentit, in locutionis suæ fine se tetigit. Viri namque arrogantes et docili cum recte non vivunt, sed tamen recta dicere doctrinæ impulsionibus compelluntur, ipsi damnationis suæ aliquando præcones sunt, quia dum ea quæ agere respuunt prædicantes insinuant, <sup>g</sup> suis 888 se vocibus damnatos clamant. Contra quos bene per Psalmistam dicitur : Conversi sunt in arcum perversum (Psal. LXXVII, 57). Arcus quippe perversus ipsum a quo intenditur percutit. In dictis autem suis arrogantium linguae arcui perverso sunt similes, quia dum contra elationem verba faciunt in suis auctoribus sagittas figunt. Unde summa cura providendum est ne accepta sapientia, cum ignorantiae tenebras illuiniat, lumen humilitatis tollat, et jam sapientia esse nequeat. Quæ etsi virtute locutionis fulgeat, elationis tamen velamine cor loquentis obscurat.

76. Alia bona summa, alia media. — Alia namque sunt bona summa, alia bona media. Bona enim summa sunt, fides, spes, charitas. Quæ cum veraciter habentur, in malum inflecti non possunt. Bona autem sunt media, prophetia, doctrina, curationum virtus, et cetera (I Cor. xii, 10), quæ ita inter utrumque sunt posita, ut aliquando per hæc sola æterna patria, aliquando vero gloria terrena requiratur. Medias ergo has virtutes dicimus, quas ad quodcumque mens appetit inclinamus. Quibus perceptis ita ut animus sicut terrenis divitiis potest. Per terrénas namque divitiias alii in gloriæ ostentatione superbunt, alii erga proximi-

<sup>a</sup> Deest venire in Vindoc.

<sup>b</sup> Omittitur venire in Prateli, Utic. et Vindoc.

<sup>c</sup> Vindoc., intuens in eum.

<sup>d</sup> Gussavill., formidolosa Dei laudem. Errore non solum ex MSS., etc., aliis exaratis, sed etiam ex sermonis serie manifestissimo

<sup>e</sup> Vindoc., jam Deum.

<sup>f</sup> Prateli. et Vindoc., nondum ex specie.

<sup>g</sup> Prateli. et Utic., sensi enim digne non valet; quanto minus dici?

<sup>h</sup> Turon., suis se vocibus damnantes.

morum indigentia ministeria pietatis operantur. Cum per doctrinam igitur aliquo prophetiam laus exterior queritur, quasi per corporales divitias terrenae glorias culmen ambitur. Cum vero doctrina aliqua prophetia lucrantis animabus impenditur, quasi acceptae divitiae egenis fratribus largiuntur. Quia ergo semper <sup>a</sup> per ipsa dona, quae se percipere exultat, a manu dantis incautus animus elongat, vigilanti pro visione curandum est ut et prius subigantur vilia, et post sub circumspectione dona teneantur. Nam si in eius mens incaute se deserit, non per haec adjuta subvenitur, sed quasi pro anteactis laboribus remunerata reprobatur. Unde fit etiam ut accepta virtus domi in usu transitoria lauds assumitur, quia virtus militat, virtus uon sit. Quia enim origo virtutis humilitas est, illa in nobis virtus veraciter pullulat, quae in radice propria, id est in humilitate perdurat. A qua humilitate si absconditur arescit, quia vivificantem in intimis humorem charitatis perdit.

77. Miru Davidis in summis humilitate. Pugnando hostes; humilitatem sectando semetipsum vicit. — Sed quia per hoc quod ab Eliu dicitur, *Non audiebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes*; occulta cordis elatio reprobatur, intueri libet quanta virtutum munera David perceperat, atque in his omnibus quam forti se humilitate servabat (*I Reg. xvii, 56; xviii, 25*). Quem enim non extolleret ota leonum frangere, utsorum brachia dissipare, despicias prioribus fratribus eligi, reprobatore rege ad regni gubernacula uangi, timendum cunctis uno lapide, Goliath sternere, a rege proposita, extinctis Allophylis; numerosa præputia reportare; proflissum tandem regnum percipere; cunctumque israeliticum populum sine uila contradictione possidere (*II Reg. iii, 18*)? Et tamquam cum arcum Dei in Jerusalem revocat (*Ibid., vi, 14*), quasi oblitus prælatum se omnibus, admistus populi ante arcum saltat. Et quia eorum arca saltare, ut creditur, vulgus fuerat, rex se in divino obsequio per saltum rotat. Ecce quem Dominus euancis singulariter præstat, sese sub Domino et exequando minimis; et abjecta exhibendo contemnit. Non potestas regni ad memoriam reducitur; non subiectorum <sup>b</sup> oculis saltando vilescente metuit, non se honore prælatum exterioris ante ejus arcum qui honorem dederat recognoscit. Coram Deo <sup>c</sup> egit *uixit* vel extrema; ut illa ex humilitate solidaret quae coram hominibus gesserat fortia. Quid de ejus factis ab aliis seminatur ignoro; ego David plus saltantem stupeo quam pugnantem. Pugnando quippe hostes subdidit, saltando autem coram Domino semetipsum vicit. Quem Michol filia Saul adire ex timore regni generis insana; cum humiliatum despiceret, dicens: *Quam gloriostus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas servorum suorum, et nudatus est, quasi si nudetur unus de scur-*

<sup>a</sup> Turon., per ipsam doctrinam quam.

<sup>b</sup> Vindoc. et Pratel., egit debilita. Ita quoque vet.

Ed. Paris.

<sup>c</sup> Vindoc., Pratel., Utic., coram Deo genium. Vet.

Aris (*Ibid., 20*), protinus audivit: *Vixit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum. Ac paulo post ait: Et ludam, et uisor siam plus quam factus sum, eroque humilis in oculis meis* (*Ibid., 22*). Ac si aperte dicat: *Vilescente coram hominibus appeto, quia servare me coram Domino ingenuum per humilitatem quero.*

78. Alii humilister de se sentiendo, despici metunt; alii despici cupiendo de sua humilitate superbunt. — Sunt vero nonnulli qui de semetipsis humilia sentiant, quia in honoribus positi nil se esse nisi pulvrem favillamque perpendunt, sed tamquam coram hominibus <sup>d</sup> despici apparere refugiunt, et contra hoc quod de se interius cogitant, quasi rigida exteriori venustate palliantur. Et sunt nonnulli qui viles videri ab hominibus appetunt, atque omnem quod sunt defectos se exhibendo contemnunt: sed tamquam apud se introrsus quasi ex ipso merito ostensa uilitatis intumescunt, et tanto magis in corde elati sunt quantum amplius in specie elationem premunt. Quae itaque unius elationis bella magna David circumspectione apprehendit, mira virtute superavit. Quia enim de semetipsa inuis humilia sentiens, honorum exteriorum non querit insinuat, dicens: *Ludam et uisor siam* (*Ibid., 22*). Et quia per hoc quod vilium se exteriori praebuit, nequaquam interius intuemscit, adjungit: *Eroque humilis in oculis meis* (*Ibid., 22*). Ac si dicat: Qualem me exteriori despiciens exhibeo, tamquam non et intefius attendo. Quid ergo acturi sunt quos doctrina elevat, si David ex carnem sua venturum Redemptorem noverat, ejusque gaudia prophetando nuntiabat, et tam in semetipsorum cervicem cordis valida discretionis calce deprimitur, dicens: *Eroque humilis in oculis meis?*

890 79. Dei sapientiam contemplari nequeunt qui ibi sapientes videntur. Sectarida laudabilis fatua. — Bene ergo per Eliu dicitur: *Ideo timebunt eum viri, et non audiunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes. Contemplari enim Dei sapientiam non possunt qui sibi sapientes videntur; quia tanto ab ejus luce longe sunt, quanto apud semetipsos humiles non sunt, quia in eorum mentibus nullus tumor elationis crescit, aciem contemplationis claudit; deinde se lucere propter easteris estimant; inde se latuisse veritatis privant.* Si igitur veraciter sapientes esse Dantique ipsam sapientiam contemplari appellamus, omnes hos humiliter cognoscamus. Refingimus horum sapientiam, discamus laudabilem fatuam. Hinc quippe scriptum est: *Sicut mundi elegit Deus; sic confundat sapientes* (*I Cor. i, 27*). Hinc rursum dicitur: *Si quis videntur inter vos sapientis esse in hoc seculo, stultus fiat; ut sit sapiens* (*Ibid., 14, 18*). Hinc evangelice historias verba testantur quia Zachaeus cum videre propter turba nihil posset, et sycomori arborem ascendit, ut transeuntem Dominum cerneret.

Ed. Paris. et Basil., coram Deo ingenium. Longipont. Col., quia servari mihi coram Domino regnum.

<sup>d</sup> Vindoc., Pratel., et al., viles apparet.

Pratel., Utic., Vindoc., sycomori arborum.

Syconiothūs quippe fatus fatua dicitur. Pbsillus itaque <sup>a</sup> Zichetus sycomorūt subiit, et Dominum vidit (Luc. xix. 4 seq.). Quia illi mundi stultitiam huicmilitē eligunt, ipsi Dei sapientiam subtilliter contemplavit. <sup>b</sup> Positivitatem hancque nōstram ad viderendum Dominum turbā præbedit; quia stultitiam humanae mentis, <sup>c</sup> illi lucem veritatis intendat; curarum sacerularium tristitia præmit. Sed prudenter sycomorum ascendit, si provide eam quā divinitus præcipitur <sup>d</sup> stultitiam mentis teneat. Quid enim in hoc mundo stultus quād amissa non querere, possessa sapientib⁹ tēlēxat, nullān pro accepis iniurias injuriam reddere; inīo et adjuvatis allis patientiam præberet?

<sup>a</sup> Vindoc., pusillanimitatem.

<sup>b</sup> Vindoc., Pratel. et al., ne luci veritatis intendat.

<sup>c</sup> In illēthū Cod., stultitiam teneat, omissō <sup>d</sup>

Quasi enim sycomorum nos ascendere Dominus præcipit, cum dicit: Qui auferat que tua sunt ne repetas (Luc. vi. 30). Et rursus: Si quis te percussit in dextram matillam, præbe illi et alteram (Matth. v. 39). Per sycomorum Dominus transiens certit, quia pér hanc sapientem stultitiam est needam ut est solidē; iam tamen per contemplationis inmen Dei sapientia quasi in transitu videtur. Quam juxta Eliu verba videre nequeant; qui sibi sapientes esse vindentur, quia ad conspicendum Dñnum in elata cogitationum suarum turbā deprehēst; adhuc sycomori arboreū non invenerunt.

mente,

<sup>e</sup> Vindoc., ad concupiscendum Dominum.

## Pars sexta, et ultima,

### OCTO LIBROS COMPLECTENS.

#### LIBER VIGESIMUS OCTAVUS <sup>f</sup>.

Expliquerunt undecim priores versus capituli xxxviii, multiplici sensu, praesertim morali.

##### 891 PRÆFATIO.

Nihil gravius nocet animæ quam conscientia virtus, nisi correptionibus exerceatur. Job maximus, quia solo Deo minor. — Post diuinā rerum, post funera pignorum, post vulnera corporis, post verba māle suadentis uxoris, post contumeliosa dicta consolantium, post suscep̄ta fortiter jacula tot dolorum, <sup>b</sup> de tanta virtute constantiæ laudandus a judice beatus Job fuerat, si jam de præsenti sæculo esset evocandus. At postquam hic adhuc duplicitia recepturus est, postquam salutē pristine restituitur, ut rebus redditis diutius utatur, ne per elationis gladium ipsa illum sua victoria sternat, debet omnipotens Deus increpare per districiam justitiam quem servat ad vitam. Quid enim pejus plerumque animam quam conscientia virtus interficit? Quæ illam dum consideratione sua inflat, a plenitudine veritatis evacuat; et dum se ad percipienda præmia sufficere suggerit, <sup>c</sup> eam à meliorationis intentione distendit. Justus igitur Job ante flagella existuit, sed iustior post flagella permanuit; et laudatus antea Dei voce, postmodum erexit ex verbere. Profecto velut tuba dñealis ex percussione producta in laudem Dei tanto <sup>d</sup> altius elevatus est, quanto majori castigatione percussus. Sed humiliandus erat iste quod, prostratus ulceribus, sic virtutibus stabat. Humiliandus erat, ne tam robustissimum pe-

ctus elationis leia confoderent, quod constabat cetero quia et illata vulnera non vicissent. Requrendus nimirum fuit homo cuius debuisset comparatio suæ pèrari. Sed quid est quod de eo vocé Domini dicitur: <sup>e</sup> Vidisti servum meum Job, quod non sit ei similis vir super terram (Job. 1, 8; n. 3)? Cujds ergo comparatione poterat vinci, de quo Deo attestante dicitur quia nullius hominis comparatione possit æquari? Quid itaque agendum est, nisi ut ex persona sua <sup>f</sup> ipse Dominius suas illi virtutes harfet, et dicat ei: Nunquid producis luciferum in tempore sud, et vesperum super filios terræ consurgere facis? Et iterum: Nunquid aperta sunt tibi portæ mortis, et ostia tenebrosa vides? Vel certe: Nunquid post ortum tauri præcepisti diluculo, et ostendisti hinc locum suum (Job. xxxviii, 32, 17, 12)? Quis vero ista, nisi Dominus potest? Et tamen interrogatur homo, ut cognoscat quia ista non potest, quatenus vir qui tam immensis virtutibus crevit, et nullius hominis exemplo vincitur, ne extollit debeat, Dei comparatione supereretur. Sed o quam potenter erigitur qui tam subtiliter humiliatur! O quanta est hominis Victoria, et Dei comparatione perdidisso? O quanto hominibus major est qui testimonialis convincitur Deo minor! Multum quippe potens est qui tali interrogatione ostenditur quia potens non est. Sed quia ad

meum Job, mendo forsitan typographicō, prō quo tam graverter excandescit Thomas Jamæzius in Romanos Editores. Ad hoc enī gravitate at severitate censoria; est, inquit, corruptus textus, et fieri amat a Romanis. Optime sanè, nisi ab aliis quam a Romanis error manasset.

<sup>a</sup> Liber bic in primo Laudun. inscribitur xxiii.

<sup>b</sup> Vindoc., pro tanta virtutum constantia.

<sup>c</sup> Corb., Geru. et Pratel., sed si jam de.

<sup>d</sup> Turon., a meliori intentione.

<sup>e</sup> Deest altius in Uſc. et Pratel.

<sup>f</sup> In Gilot., Vatic. et plurimis aliis, vidi servum

obscura nimis disserenda ducimur, ad ejusdem tex-  
tus jam verba veniamus:

## CAPUT PRIMUM [Vet. et Rec. II].

CAP. XXXVIII, VERS. 1.—Respondens autem Dominus Job de turbine dixit.

1. Quot quibusve modis ad homines loquatur Deus. — Notandum video <sup>a</sup> quia si sano atque incolumi locutio facta diceretur, nequaquam de turbine Dominus locutus fuisse scriberetur. Sed quia flagellato loquitur, de turbine locutus fuisse describitur. Alter enim Dominus servis suis loquitur, cum eos intrinsecus per compunctionem provehit, aliter cum per distinctionem ne extollantur premit. Per blandam enim locutionem Domini amanda dulcedo ejus <sup>b</sup> ostenditur; per terribilem vero potestas ejus metuenda monstratur. In illa persuadetur <sup>c</sup> anima ut proficiat, in ista reprimitur quæ proficit. In illa discit quod appetat, in ista quod metuat. Per illam dicit: <sup>d</sup> Gaude et lætare, filia Sion, quia ecce venio, et habitabo in medio tui (Zach. n, 10); **893** per istam dicitur: Dominus in tempestate <sup>e</sup> veniet, et in turbine viae ejus (Isai. LXVI, 15). Blandus quippe est qui ut in medio inhabitet venit. Cum vero se per tempestatem et turbinem insinuat, nimirum quæ tangit corda perturbat; atque ad edomandam elationem se exerit, quando potens et terribilis innotescit.

2. Aut per angelos loquitur Deus, aut per semetipsum. — Sciendum præterea est <sup>f</sup> quia duobus modis locutio divina distinguitur. Aut per semetipsum namque Dominus loquitur, aut per creaturam angelicam ejus ad nos verba formantur. Sed cum per semetipsum loquitur, <sup>g</sup> sola nobis vi internæ inspirationis aperitur. Cum per semetipsum loquitur, de verbo ejus sine verbis ac syllabis cor docetur, quia virtus ejus <sup>h</sup> intima quadam sublevatione cognoscitur. Ad quam mens plena suspenditur, vacua gravatur. Ponderus enim quoddam est quod omne in anima quam replet <sup>i</sup> levet. Incorporeum lumen est quod et interiora repleteat, et repleta exterius circumscrivat. Sine strepitu sermo est, qui et auditum aperit, et habere sonitum nescit. Quod enim de adventu sancti Spiritus scriptum est: Factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduentus spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes; et apparuerunt illis dispertites lingue quasi ignis, sed itque supra singulos D eorum (Act. ii, 2); per ignem quidem Dominus appa-

<sup>a</sup> Hic manu exaratorum non una est lectio. MSS. Anglic. habent: quia si sano atque incolumi loqueretur ex tranquillitate, dominica locutio facta diceretur; et nequaquam de turbine Dominus locutus fuisse scriberetur. Sed quia flagellato. In Longip. quoque, Corb. Germ. ac plerisque legitur: si..., loqueretur, ex tranquillitate dominica locutio facta dic., ut etiam habent Editi. Simpliciorem lectionem secuti sumus quæ est MSS. Vindoc., Ebroic., Pratel., Utic. et aliorum Norm. ceteraque ut additamenta rejecimus.

<sup>b</sup> Pratel. exprimitur.

<sup>c</sup> Laudun. anima.

<sup>d</sup> Vindoc., Laudun., Pratel., Corb. Germ., etc., lauda et lætare, ut legitur in Vulgata.

<sup>e</sup> Omnitutur veniet in Laudun., Corb. Germ., Pra-

A ruit, sed per semetipsum locutionem interius fecit. Et neque ignis Deus, neque ille sonitus fuit, sed per hoc quod exterius exhibuit, expressit hoc quod interius gessit. Quia enim discipulos et zelo succenso, et verbo eruditos intus reddidit, foris linguas igneas ostendit. In significatione igitur admota sunt elementa, ut ignem et sonitum sentire corpora, igne vero invisibili et voce sine sonitu dicerentur corda. Foris ergo fuit ignis qui apparuit, sed intus qui scientiam dedit. Et cum reginæ Candacis eunuchus curru præsidens iter caperet, atque in Isaiam non intelligens in manibus haberet, in corde nimirum spiritus Philippo dixerat: Adjunge te ad currum (Act. viii, 29). Et cum ad evocandum Petrum timentes Deum milites Cornelius direxisset, in mente procul

B dubio a spiritu Petrus audivit: Ecce tres viri quæ runt te, surge itaque, descendere et vade cum eis (Act. x, 19). <sup>k</sup> Spiritum enim Dei quasi quedam nobis verba dicere est occulta vi ea quæ agenda sunt intimare, et cor hominis ignorarum, non adhibito strepitu et tarditate sermonis, peritum repente de abeconditis reddere. Nam quia auditus ea quæ ad se flunt non simul omnia dicta comprehendit, quippe qui et causas per verba, et particulatim verba per syllabas percipit; visus autem noster in eo quod se dirigit, totum subito et simul apprehendit; Dei locutio ad nos intrinsecus facta videtur, potius quam audiatur, quia dum <sup>l</sup> semetipsum sine mora sermonis insinuat, repeatina luce nostræ ignorantia tenebras illustrat. Unde et Baruch, Neriæ filius, cum requisitus exponeret

C quemadmodum verba Jeremias prophetantis audisset, ait: Ex ore suo loquebatur quasi legens, et ego scribam (Jerem. XXXVI, 18). Qui enim legens loquitur, alio intepdit, sed alio verbum facit, quia **894** quod videt dicit. Prophetæ ergo Dei, quia ejus verba vident potius in corde quam audiunt, quasi legentes loquuntur.

3. Quomodo per angelos loqui soleat. Aliquando verbis utendo; aliquando rebus; aliquando simul verbis et rebus; aliquando imaginibus cordis aut corporis oculis ostensis. — Cum vero per angelum voluntatem suam Dominus indicat, aliquando eam verbis, aliquando rebus demonstrat, aliquando simul verbis et rebus, aliquando imaginibus cordis oculis ostensis, aliquando imaginibus et ante corporeos oculos ad tempus ex aere assumptis, aliquando coelestibus substantiis, aliquando terrenis; aliquando simul terre-

tel., Utic.

<sup>f</sup> Al. quia in duobus modis.

<sup>g</sup> Editi, sola nobis vis. Lectio nostra, quæ est MSS. Corb. Germ., Turon., Pratel., etc., meliorem sensum continet.

<sup>h</sup> Vindoc., Laud., Pratel. et Corb. Germ., in intima.

<sup>i</sup> Laud. et Longip., liber, pro levet. In Edit. Basil. 1514, levat.

<sup>j</sup> Vindoc., librum Isaiae.

<sup>k</sup> Corb. Germ., Pratel., Ebroic. et alii, spiritu enim Dei.

<sup>l</sup> Corb. Germ., Ebroic. et alii Norm., semetipsum, quod ad locutionem referunt.

renis et cœlestibus. Nonnunquam vero etiam per angelum humanis cordibus ita loquitur Deus, ut ipse quoque angelus mentis obtutibus præsentetur

4. Verbis namque per angelum loquitur Deus, cum nil in imagine ostenditur, sed supernæ verba locutionis audiuntur, sicut dicente Domino: *Pater, clarifica filium tuum, ut et filius tuus clarificet te*, protinus respondeatur: *Clarificavi, et iterum clarificabo* (Joan. xvii, 4). Neque enim Deus, qui sine tempore vi impulsionis intima clamat, in tempore per suam substantiam illam vocem edidit, quam circumscriptam tempore per humana verba distinxit, sed nimurum, de cœlestibus loquens, verba sua quæ ab hominibus audiuntur voluit rationali creatura administrante formavit.

5. Aliquando rebus per angelos loquitur Deus, cum nil verbo dicitur, sed ea quæ futura sunt, assumpta de elementis imagine, nuntiantur; sicut Ezechiel, nil verborum audiens, electri speciem in medio ignis vidit; ut videlicet dum solem speciem aspicere, quæ essent in novissimis ventura sentiret (Ezech. i, 4). Electrum quippe ex auri argenteaque metallo miscetur, in qua permixtione argentum quidem clarus redditur, sed tamen fulgor auri temperatur. Quid ergo in electro nisi mediator Dei et hominum demonstratur? Qui dum semetipsum nobis ex divina atque humana natura composuit, et humanam per deitatem clariorem reddidit, et divinam per humanitatem nostris aspectibus temperavit. Quia enim virtute divinitatis ejus tot miraculis humanitas fuisit, ex auro crevit argentum; et quod per carnem Deus cognosci potuit, quodque per carnem tot adversa toleravit, quasi ex argento temperatum est aurum. Quod bene et in medio ignis ostenditur, quia incarnationis ejus mysterium subsequentis judicij flamma comitator. Scriptum quippe est: *Pater non judicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio* (Joan. v, 22).

[Vet. III.] 6. Aliquando per angelos verbis simul et rebus loquitur Deus, cum quibusdam motibus insinuat hoc quod sermonibus narrat. Neque enim Adam post culpam in divinitatis substantia audire Dominum potuit, sed increpationis verba per angelum audivit, de quo scriptum est: *Cum audisset vocem Domini Dei deambulantis in paradyso ad auram post meridiem, abscondit se inter ligna paradi* (Genes. iii, 8). Quid est enim quod post peccatum hominis in paradyso Dominus jam non stat, sed deambulat, nisi quod irruente culpa se a cordis hominis motum demonstrat? Quid est quod ad auram post meridiem, nisi **895** quod lux ferventior veritatis abscesserat, et peccatricem animam culpas suscepit, frigora constringebant? Incepit ergo Adam deambulans, ut cœcis mentibus nequitiam suam non solum

<sup>a</sup> Editi cum Corb. Germ., neque enim Adam... videre Dominum. Mss. Anglic., Norm., Vindoc., melius, *audire Dominum*, quod superiora et sequentia clare demonstrant.

<sup>b</sup> Laudun., *deambulans in paradyso*.

<sup>c</sup> Idem, *se et corde hominis*.

<sup>d</sup> Pratel., *nobis in terra*.

<sup>e</sup> I. Laud., *officium ministrandum*.

<sup>f</sup> In Cod. Laud. deest *per angelos*.

A sermonibus, sed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo et per verba quod fecerat audiret, et per deambulationem, amissu sternitatis statu, multabilitatis suæ inconstantiam cerneret, et per auram, servore charitatis expulso, torpore suum animadverteret, et per declinationem solis cognosceret quod ad tenebras propinquaret.

[Vet. IV.] 7. Aliquando imaginibus cordis oculis extensis per angelos loquitur Deus, sicut Jacob sub nimam cœlo scalam dormiens vidit (Genes. xxviii, 12); sicut Petrus linteum reptilibus ac quadrupedibus plenum in ecstasi raptus aspergit (Act. x, 11), qui nisi incorporeis oculis hæc cerneret, in ecstasi non fuisset; sicut Paulo in visione noctis vir Macedonius apparuit (Act. xvi, 9), qui transire eum in Macedoniam rogavit. Aliquando imaginibus et ante corporeos oculos ad tempus ex aere assumptis per angelos loquitur Deus, sicut Abram non solum tres viros videre potuit, sed etiam habitaculo terreno suscipere, et non solum suscipere, sed eorum usibus etiam cibos adhibere (Genes. xviii, 2, seq.). Nisi enim Angeli quædam nobis interna nuntiantes ad tempus ex aere corpora sumerent, exterioribus profecto nostris obtutibus non apparerent; nec cibos cum Abraham caperent, nisi propter nos solidum aliquid ex cœlesti elemento gestarent. Nec mirum quod illic ipsi qui suscepti sunt, modo angeli, modo Dominus vocantur, quia angelorum vocabulo exprimuntur qui exterioris ministrabant, et appellatione Domini ostenditur qui eis interiorius præterat, ut per hoc præsidentis imperium, et per illud claresceret officium ministrantium.

[Vet. V.] 8. Varii autem modi quibus Deus loquitur hominibus. — Aliquando cœlestibus substantiis per angelos loquitur Deus, sicut, baptizato Domino, scriptum est quia de nube vox sonuit, dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi et bene complacui* (Math. iii, 17). Aliquando terrenis substantiis per angelos loquitur Deus, sicut cum Balaam corripuit, in ore asina humana verba formavit (Num. xxii, 28). Aliquando simul et terrenis et cœlestibus substantiis per angelos loquitur Deus, sicut ad Moysen in monte cum jussionis sua verba edidit, igneum rubrumque sociavit, atque aliud superius, aliud inferius junxit (Exod. iii, 2). Quod tamen tunc solum agitur, cum ex ipsa aliquid conjunctione signatur. Nam per succensum rubrum Moysen alloquens, quid aliud ostendit, nisi quod ejus populi ductor fieret qui et legis flammarum perciperet, et tamen peccati spinam nequaquam vitaret; vel quod ex illo populo exiret qui in ligno Deitatis carnis nostræ peccata quasi rubi spinas susciperet, et inconsutam humanitatis nostra

<sup>a</sup> Idem, *bene complacuit*. In Corb. Germ. omittitur bene.

<sup>b</sup> In eodem Laud. omittitur *per angelos*.

<sup>c</sup> Corb. Germ., Pratel. et Utic., *docter*.

<sup>d</sup> Vet. Edit. Paris. et Basil., aliquæ recentiores, *carnis nostræ dolores*. Legimus in Mac. Turon., Norman., Laudun., Vindoc., Corb., Germ., *peccata*, non *dolores*.

substantiam etiam ipse divinitatis flamma ser-  
yaret?

[Vet. VI.] 9. *Inspirari quandoque prophetas per angelos.* — Nonnunquam vero humanis cordibus etiam per angelos Deus secreta eorum praesentia virtutem sua aspirationis infundit. Unde et Zacharias ait: *Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me* (Zach. I, 14). Dum ad se quidem sed in se tamen loqui angelum dicit, liquido ostendit quod is qui ad 898 ipsum verba ficeret per corpoream speciem extra non esset. Unde et paulo post subdidit: *Et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur* (*Ibid.*, II, 3). Sepe enim non exterius apparent, sed sicut sunt angelici spiritus voluntatem Dei prophetarum sensibus innotescunt, & alique eos ad sublimia sublevant, et quaque in rebus spuma sunt in causis originalibus praeceptia demonstrant. Humatum namque cor ipso carnis corruptibilis pondere grayatum hanc ipsam & corpulentiam suam quasi obicem sustinens, interna non penetrat, et grave exterius jacet, quia levantem marius interius non habet. Unde sit, sicut dictum est, ut prophetarum sensibus ipsa ut est subtilitas angelica virtus appareat, eorumque mens quo subtilis spiritus tangitur, levetur; et non iam pugra torpensque in imis jaceat, sed repleta intimis afflictibus, ad superna condescendat, alique inde quasi de quodam rerum vertice, quae infra se ventura sunt videat. Sed ne quis in predictis Zachariae verbis angelii designatum nomine vel Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum putet, si textum Scripturæ sacrae considerat, quod sentit velociter emendat, quae nunquam Patrem, nunquam Spiritum sanctum, et non nisi per incarnationis suæ prædicationem Filium angelum vocat. Unde et in ejusdem Zachariae verbis aperte ostenditur quod in illo vere angelus, id est creatura, loqueretur, cum dicitur: *Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur* (Zach. II, 3). Statimque subjungitur: *Et aliis angelus egrediebatur in occursum ejus, et dixit ad eum: Loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Jerusalem* (*Ibid.*, II, 3). Non est itaque Deus angelus qui militatur, cui verba ab angelo quæ dicere debeat jubentur. Sed quia in conspectu conditoris angelica ministraria ordinata graduum positione & distincta sunt, ut et pro communii felicitate beatitudinis opilicem suam simus videntes gaudeant, et tamen pro disputatione dignitatis aliis alii subministrent, ad prophetam angelus angelum militat, et quem secum de Deo gaudere communiter conspicit, et docet, et dirigit, quia eum et per superiorem scientiam virtute cognitionis, et per præstantiorem gratiam culmine potestatis excedit.

10. *Quomodo Deus Job responderet.* — Hæc igitur dicta sunt ut quibus modis loquatur Deus hominibus

<sup>a</sup> Laud. et Corb. Germ., alique eos ita ad sublimia.  
<sup>b</sup> Longip. corruptionem suam.  
<sup>c</sup> Vindoc. et Corb. Germ.: pro incarnationis suæ prædicatione.  
<sup>d</sup> Laud., destinata et distincta.

A demonstraretur. Cum vero beato Job responderet Dominus de turbine dicitur, *per teum per semetipsum,* an ei per angelum sit locutus audiatur. Poterunt quippe per angelum commotiones aeris fieri, et haec ei quæ subjuncta sunt per eum verba mandari. Rursusque potuit et exterius angelus & in turbine aere excutere, et tamen interius per semetipsum Dominus vim sua sententias cordi ejus sine verbis insonare, ut crederetur quod dicta dominica quæ sequuntur ipso jam per verba protulit, qui, repletus Deo, hac side verbis audivit. [Vet. VII, Rec. III.] Itaque dicitur:

## CAPUT II.

Vers. 2. — *Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis?*

11. *Recte sentientes at superbe loquentes reprobaruntur.* — Prima angeli stultitia elatio fuit. — Sicut et superiori parte jam diximus, prima exprobatio est talis interrogatio, qua dicitur: 897 *Quis est iste?* Eliu enim arroganter locutus fuerat. Et quis est iste? non dicimus nisi de eo utique quem nescimus. Scire autem Dei approbare est, nescire reprobare. Unde quibusdam quos reprobat dicit: *Nescio vos unde sitis; discidete a me, omnes i operari iniquitatis* (*Luc. xiiii, 25, 27*). Quid est ergo de hoc arrogante requiri? *Quis est iste?* nisi aperte dicere: Ego arrogans nescio; id est eorum vitam in sapientia meæ arte non approbo? Quia dum laudibus humanis inflantur, a vera gloria æternæ retributionis inanescunt. In eo vero quod ait, *Sententias, et non addidit quales, bonas utique accipimus, quas quidem imperitis asserit sermonibus involutas, quia cum verbis jactantibus fuerant prolatæ. Imperitis quippe vitium est rectum non recte sapere, id est cœlestè donum ad appetitum terrenæ laudis inclinare.* Sicut enim sepe contingit ut et bona male et mala bene proferantur, ita Eliu arrogans recta non recte protulit, quia humiles in Dei defensione sententias non humiliiter dixit. Unde et eorum qui intra catholicam Ecclesiam inani gloriae student, non imiterito typum tenet: qui dem se præ caeteris peritos credunt, divino iudicio de imperitis redarguntur, quia sicut Apostolus ait: *Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire* (*I Cor. viii, 2*). Quia enim prima stultitia Angeli elatio cordis fuit, vera sapientia efficitur hominis humilitas suæ estimacionis. Quam quisquis vel magna sapiendo deserit, eo ipso vehementer desipit, quo semetipsum nescit. Unde Eliu et sententias protulit et imperitis sermonibus involutas, quia et de Deo rectum quod dicebat noverat, et tamen de semetipsa dicta illius elatio stulta & infamabat. Hoc itaque despicio, ad erudientium Job verba vertuntur:

<sup>a</sup> Ebroic. et al. Norm., in turbinem.

<sup>b</sup> Pratet. et Vindoc., qui operanti iniquitatem.

<sup>c</sup> Pratet., Utic., Vindoc. et Corb. Germ., fatuabat. Laudun., fatuabat.

## CAPUT III [Rec. IV.]

VERS. 3. — *Accinge sicut vir lumbos tuos.*

12. *Coercenda est luxuria non solum carnis, sed etiam elati cordis.* — Scriptura sacra viros vocare consuevit qui nimis rias Domini fortibus et non dissolutis grossibus sequuntur. Unde per Psalmistam dicitur : *Viriliter agite, et confortetur cor vestrum* (Psalm. xxx, 25). Unde Paulus ait : *Remissas manus et dissoluta genua erigite* (Hebr. xii, 12). Unde et Sapientia in Proverbiis : *O viri, ad vos clamito* (Prov. viii, 4). Ac si aperte diceret : Ego non feminis, sed viris loquor, quia hi qui fluxa mente sunt mea verba percipere nequaquam possunt. Lumbos vero accingere est vel in opere luxuriam vel in cogitatione refrenare. Delectatio namque carnis in lumbis est. Unde et sanctis predicatoribus dicitur : *Sint lumbi vestri præscinceti, et lucernæ ardentes* (Luc. xii, 35). Per lumbos enim luxuria, per lucernas autem honorum operum claritas designatur. Jubentur ergo lumbos accingere; et lucernas tenere. Ac si aperte audiant : Prius in vobis metipsis luxuriam restringite, et tunc de vobis aliis honorum operum exempla monstrate. Sede eum beatum Job tanta prædium castitate novemus, cur ei post tot flagella dicitur : *Accinge sicut vir lumbos tuos, ut qui 898 prius luxuriam corruptionis vicerat, nunc luxuriam restringat elevationis, ne de patientia vel castitate superbiens, tanto pejus intus ante Dei oculos luxuriosus existaret, quanto magis ante oculos hominum et patiens et castus appareret.* Unde bene per Moysen dicitur : *Circumcidite præputia cordis vestri* (Deut. x, 16), id est, postquam luxuriam a carne extinguitis, etiam superflua cogitatione resecate. Sequitur :

## CAPUT IV [Rec. V.]

Ibid. — *Interrogabo te, et responde mihi.*

13. *Tribus modis nos interrogat Deus : flagellando ; dura præcipiendo ; aliqua nobis abscondendo.* — Tribus modis nos conditor noster interrogare consuevit, cum aut flagelli districione nos percutit, et quanta nobis insit, vel desit patientia ostendit : aut quædam quæ nolumus præcipit, et nostram nobis obedientiam vel inobedientiam patescit ; aut aliqua nobis occulta aperit, et aliqua abscondit, et nobis mensuram humilitatis nostræ innoscit. Flagello namque interrogat cum mentem bene sibi per tranquillitatem subditam afflictionibus pulsat, sicut idem

\* Gilot, et nonnulli Ed., vel in cogitatione laudis appetitum refrenare. Ab hac lectione abstinuit Gustavus, quam tamen annullandam curavit.

† Pratel. et alii Norm. , superfluum cogitationem. Ita quoque Corb. Germ. et Vindoc. At in Laud. legitur : superflua, cogitatione resecate.

‡ Ita in Ebroic. in Corb. Germ., Vindoc., Pratel., Ulic., necnon in vet. Edit. At in recentioribus Vulgatis bases conciditur.

§ Legitur sensus pro senex in Laudun. et in Corb. Germ.

A Job et laudatur attestacione judicis, et tamen ictibus conceditur percussoris (Job ii, 3, 7), ut ejus patientia tanto verius claresceret quanto inquisita durius fuisset. Præcipiendo autem dura nos interrogat, sicut Abraham terram suam jubetur egredi et pergere quo nesciebat (Genes. xx, 1), in montem unicum filium ducere, et quem ad consolationem senex accepérat immolare (Genes. xxii, 2). Cui nimis ad interrogationem bene respondent, id est ad iussionem obedienti dicitur : *Nunc cognovi quia times Deum* (Ibid., 12). Vel sicut scriptum est : *Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum* (Deut. xiii, 3). Tentare quippe Dei est magis nos iussionibus interrogare. Scire quoque ejus est nostram obedientiam nosse nos facere. [Vet. VIII.]

B Aperiendo vero nobis quædam, atque claudendo quædam nos interrogat Deus, sicut per Psalmistam dicitur : *Palpebras ejus interrogant filios hominum* (Psalm. x, 8). Palpebris quippe aortis carnibus, clausis nihil videmus. Quid ergo palpebras Dei, nisi ejus judicia accipimus? Quæ juxta aliquid clauduntur beginibus, et juxta aliquid reserantur, ut homines qui se nesciunt sibimetipsis innescant, quatenus dum quædam intelligendo comprehendunt, quædam vero cognoscere omnino non possunt, eorum corda sese latenter inquirant, si illis divina iudicia vel clausa non stimulant, vel aperta non inflant. Hac enim interrogatione Paulus probatus est, qui post perceptam internam sapientiam, post aperta claustra paradisi, post ascensionem teruli cœli, post supernæ iunctionis mysteria, adhuc dicit : *Ego me non arbitror comprehendisse* (Philip. iii, 13). Et rursus : <sup>1</sup> *Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus* (I Cor. xv, 9). Et rursus : *Non quia sufficiētes sumus aliquid cogitare a nobis, quasi ex nobis ; sed sufficientia nostra ex Deo est* (II Cor. iii, 5). Aperitus ergo palpebris Dei interrogatus Paulus recte respondit, qui et superna secreta attigit, et tamen in humilitate cordis sublimiter stetit. Qui rursus cum secreta Dei iudicia de repulsione Judeorum et gentium vocatione discuteret, aliquis ad ea pervenire non posset, quasi clausis Dei palpebris interrogatus est. <sup>2</sup> Sed recutui valde responsum 899 reddidit, qui Deo se in ipsa sua ignorantia scienter inclinavit, dicens : *O altitudo divitiarum sapientiae et scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, et investigabiles via ejus ! Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit* (Rom. xi, 33) ! Ecce enim absconsis mysteriis quasi clausis palpebris inquisitus placita ac recta respondit, qui secreti

\* Editi cum Corb. Germ., quid ergo per palpebras. Abest per \* Mes. Laud. et al. veteris et vetusoribus, quod phrasim Gregorianam magis caput.

<sup>1</sup> Deest ego sum minimus ap — vocari apost. in Vindoc.

<sup>2</sup> Ita Mes. Ebroic., Pratel., Laudun., Corb. Germ., etc., necnon vet. Ed. Paris. 1488 et 1495, et quidem elegantius quam, in humilitate cordis humiliter statit, quod in alia Excusis legitur.

§ Alter Ebroic., sed secretum valde.

aditum peccans, quia per cognitionem introniti ad interiora non valuit, per confessionem ante januas <sup>a</sup> humilis stetit; et quod intus comprehendere non potuit, foris timendo laudavit. Unde nunc quoque beatus Job post interrogationem verberis discutitur interrogatione sermonis, ut quae sint superna consideret; quae dum minime comprehendit, ad semetipsum redeat, et quam sit juxta nihilum in supernorum comparatione cognoscat. Audiat itaque: *Interrogabo te, et responde mihi.* Ac si apertus dicatur: Verbis meis ad sublimia consideranda te excito, et dum ea quae super te sunt nescire te perspicis, tibi meti ipsi te notorem reddo. Tunc enim mibi vere respondes, si quae ignoras intelligis. Sequitur:

## CAPUT V [Rec. VI.]

VERS. 4-6. — *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi, si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras ejus, si nosti, vel quis tetendit super eam lineam? Super quo bases illius soliditas sunt?*

14. Per fundamenta Ecclesiae intelligi debent apostoli; per fundatum, solus Christus. — Ecce omnia quasi de mundi origine narratione historica contextuntur. Repente vero subjungitur quod non de mundi, sed de Ecclesiae dictum conditione videatur. Nam dicitur:

*Aut quis dimisit lapidem angularem ejus?*

Per hoc enim quod non in mundi origine factum est, et illud superius ostenditur, quia de mundi origine dictum non est. Idcirco namque rebus planis ac patentibus obscura quedam ac dissona permiscetur, ut per hoc quod ab intellectu litterarum discrepat et illud inquiratur mystice quod dictum juxta litteram sonat. Namque sicut aliis apertis rebus alia clausa cognoscimus, ita aliis clausis compellimus et illa altiori intellectu pulsare que aperta credebamus. Dicat ergo: *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ.* [Vet. IX.] In Scriptura sacra quid aliud fundamenta quam prædicatores accipimus? Quos dum primos Dominus in sancta Ecclesia posuit, tota in eis sequentis fabricæ structura surrexit. Unde et sacerdos cum tabernaculum ingreditur (*Exod. xxviii, 17*) duodecim lapides portare in pectore jubetur, quia videlicet semetipsum pro nobis sacrificium offerens pontifex noster, dum fortes in ipso exordio prædicatores exhibuit, duodecim lapides sub capite in prima sui corporis parte portavit. Sancti itaque apostoli et pro prima ostensione ornamenti lapides sunt in pectore, et pro prima soliditate ædificii in solo fundamento. Unde David propheta cum sanctam Ecclesiam in sublimibus apostolorum mentibus ponit ædificari consiperet: *Fundamenta ejus, inquit, in montibus sanctis* (*Psal. LXXXVI, 1*). Cum vero in sacro eloquio non fundamenta, sed singulari numero fundamentum dicuntur, nullus alias nisi ipse Dominus

A designatur, per cojus divinitatis potentiam, autantia infirmitatis nostras corda solidantur. De quo et Paulus ait: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus* (*I Cor. vii, 11*). Ipse quippe fundamentum fundatorum est, quia et origo est inchoantium, et constantia <sup>b</sup> robustorum. Quia igitur fundamenta nostra sunt hi qui iniuratum nostrum pondera portaverunt, ne beatus Job in superbiam de virtutum suarum potentia sublevetur, in ipso dominici prima parte sermonis de sanctorum predicatorum commemoratione discutitur, ut quanto illos admirabiles venire consiperet, tanto in eorum comparatione de se vilius aestimaret. Quod idcirco a Domino jam quasi præteritum describitur, quia quidquid foris futurum est in opere, intus jam factum est in prædestinatione. Dicitur itaque ei: *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ?* Ac si aperte diceretur: Virtutem fortium considera, meque eorum ante aetate auctorem pensa; et cum eos quos in tempore condidi mirabiles suspicis, perpende quantum mili subdi debebas, quem auctorem mirabilium sine tempore esse cognoscis. Sequitur:

## CAPUT VI.

Vers. 4, 5. — *Indica mihi, si habes intelligentiam, quis posuit mensuras ejus, si nosti, vel quis tendit super eam lineam?*

15. *Ejus nata sancti prædicatores ad quasdam orbis partes missi, ab aliis repusi.* — Mensurarum linea in terrarum partitione tenduntur, ut dimensionis Cæquitas ex ipsa linearum tensione teneatur. In carmine autem Dominus ad Ecclesiam veniens mensuras terræ lineis mensus est, quia fines Ecclesiae occulti iudicij subtilitate distinxit. Hujus terræ occultæ mensurae vel linea tendebantur quando prædicatores sancti agente Spiritu in alias partes mundi vocabantur ut irent, ab aliis vero partibus arcebantur ne accederent. Paulus namque apostolus cum Macedonia prædicare negligeret, per visum illi apparuit vir Macedonia qui diceret: *Traesiens in Macedoniam adjutor nos* (*Act. xvi, 9*). At contra, sicut scriptum est: *Tentabant apostoli bire in Bithyniam, et non permisit eos Spiritus Jesu* (*Ibid., 7*). Dum ergo prædicatores sancti et vocantur ad Macedonia, et ab Asia prohibentur, ista occultarum mensurarum linea illic ducta est, hinc reducta. Illic tenditur, ut Macedonia intra sanctæ Ecclesiae spatia colligatur; <sup>c</sup> hinc attrahitur, ut extra fines fidei Asia relinquatur. Erant quippe tunc in ea qui colligendi non erant, quibus juxta meritum suum perditis, jam nunc Asia intra mensuras Ecclesiae Deo largiente suscepta est.

16. *Intra mensuras a Christo positas electi, extra reprobi. In Dei non in hominis manu ejus dispositio.* — Intra has ergo mensuras sunt omnes electi, extra has omnes reprobi, etiam si intra fidei limitem esse

<sup>a</sup> Ebrolc., Pratel. et alii Norm., humiliiter stetit.  
<sup>b</sup> Vitiose Excusi, etiam antiquiores, ire in Asiam, contra Graeci textus et Vulgatae fidem. Mas. Turon., Corb. Germ., Vindoc., Laud., Pratel., etc., habent

<sup>c</sup> Pratel. et alii Norm., hic attrahitur.

videantur. Unde et in Apocalysi scriptum est : *Atrium quod foris templum est ejice foras, et ne metieris illud* (Apoc. xi, 2). Quid enim aliud atrium quam latitudinem significat vitæ presentis ? Et recte foris templum sunt qui per atrium designantur, atque ideo metiendi non sunt, quia angusta est porta qua dicit ad vitam (Matth. vii, 14), et latitudo vitæ pravorum non admittitur ad mensuras et regulas electorum. Iste spiritales lineaæ occulto iudicio tendebant quando culdam dicenti : *Magister, sequar te quoquaque ieris* (Matth. viii, 19), ejusdem magistri voce responsum est : *Vulpes foreas habent, et volvères cœli nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet* (Ibid., 20). Iste mensura et lineaæ tendebant cum culdam dicenti : *Domine, permitt me primum ire sepelire patrem meum* (Luc. ix, 59), ejusdem magistri voce responsum est : *Sine ut mortui sepielant mortuos suos; tu autem vade, annuntia regnum Dei* (Ibid., 60). Ecce alius secutorum se promittit, et repellitur : alius relaxandum se posulat, et retinetur. Unde hoc, nisi quia super occulta cordis spatia **901** supernorum judiciorum lineaæ tendebantur, ut et hunc intus incomprehensibiles mensurae constringerent, et ille foris non injuste remaneret ? Sed cum nullus nesciat quia Deus has occultorum judiciorum lineaæ tendat, cur ad Job dicitur : *Indica mihi, si habes intelligentiam, quis posuit mensuras ejus, si nosti, vel quis tetendit super eam lineam?* An idcirco requiritur, ut quod nosse, sed tamen prætermittere poterat, memoretur, quatenus pondus secretorum Dei sollicitius penset, **b** dispositionem videlicet hominis non in humanis viribus, sed in manu consistere conditoris, ut dum considerat invisibiliter ista quis agat, suæ virtuti nihil tribuat, nec jam de se audeat aliquid, cum Dei judicia occulta formidat ; sed perpendens desuper mensuras et lineaæ incomprehensibiliter tensas, tanto magis in humilitate formidinis consistat, quanto pendere videt omnia in notestate mensoris. Sequitur.

## CAPUT VII.

**Vers. 6.** — *Super quo bases illius solidatae sunt?*

**17. Bases Ecclesiæ sunt sancti doctores et prophetæ.** — Quid aliud hujus terræ bases quam sanctæ Ecclesiæ doctores accipimus ? In basibus quippe columnæ, in columnis autem totius fabricæ pondus erigitur. Non ergo immerito doctores sancti basium nomine designantur, quia dum recta prædicant, et prædicationi suæ vivendo concordant, omne pondus Ecclesiæ fixa morum suorum gravitate sustentant, asperas ab infidelibus tentationes ferunt ; et quæque in præceptis Dei velut difficilia a fidelibus formidantur, exemplis operum facilia ostendunt. Unde et bene cum in typo Ecclesiæ tabernaculum figeretur, ad Moysen dicitur : *Facies columnas quatuor, et bases eorum vesties argento* (Exod. xxvi, 32). In ar-

**a** Laud. et Pratel., et ne metieris.

**b** Edit. dispensationem, invitis MSS. Laud., Vindoc., Pratel., Corb. Germ., etc.

**c** Laudun., Pratel. et al. Norm., et bases eorum vestitas argento.

## PARAG. LXXVI.

A gento enim quid aliud quam claritas divini sermonis accipitur ? sicut scriptum est : *Eloquia Domini eloqua casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum* (Psal. xi, 7). Bases ergo argento vestite quatuor columnas tabernaculi sustinent, quia prædicatores Ecclesiæ divino eloquio decorati, **d** ut cunctis se exemplum præbeant, quatuor evangelistarum dicta et ore et operibus portant.

**18. Possunt per bases etiam prophetæ signari, qui dum primi aperie de dominica incarnatione locuti sunt, quasi quasdam bases eos conspicimus a fundamento consurgere, et superpositæ fabricæ pondera sustinere.** Unde ad Moysen rursum Dominus, cum tabernaculi tabulas erigi præcepit, fundi earum bases argenteas jubet (Exod. xxvi, 32). Quid enim per tabulas nisi apostoli extensa in mundum prædicatione dilatati, quid per bases argenteas nisi prophetæ signantur ? qui superimpositas tabulas ipsi firmi ac fusiles sustinent, quia apostolorum vita dum eorum prædicatione instruitur, eorum et auctoritate solidatur. Unde et conjunctæ binæ bases singulis tabulis supponuntur, quia dum prophetæ sancti in verbis suis de Mediatoris incarnatione concordant, subseqentes prædicatores Ecclesiæ indubitanter adificant ; et cum a semetipsis non discrepant, illos in se robustius figunt. Nec immerito bases quibus prophetæ signantur, ut ex argento fundi debeant precipit. Argenti quippe claritas ex usu servatur, sine usu autem in nigredinem vertitur. Prophetarum quoque dicta ante Mediatoris adventum, quia in **902** usu spiritalis intelligentiae non erant, dum conspiciri præ obscuritate non poterant, quasi nigra remanebant. At postquam Mediator veniens ea ante oculos nostros incarnationis suæ manu tergit, quidquid in eis lucis latebat inclaruit, sensusque patrum præcedentium in usum dedit, quia verba rebus expressit. Sive itaque prophetæ, seu doctores extremis temporibus subsequentes, basium appellatione significet, dicat : *Super quo bases illius solidatae sunt?* subaudis, nisi super me, qui cuncta mirabiliter te-neo, et bonis exterioribus intus principaliter originem præsto. Qui enim sibi quod bonum est tribuit, solida basis non est, quia dum fundamento non innititur, ipso suo pondere in ima precipitatur. • Sed **D** cum jam multa de sanctæ Ecclesiæ constructione referantur, audire mens appetit inimicæ nationes qua virtute conjunctæ sint, id est diversa hujus domus adficia qua sibi arte concordebit. Sequitur :

## CAPUT VIII.

**Ibid.** — *Aut quis dimisit lapidem angularem ejus?*

**19. Christus lapis angularis, in quo Judæi gentiles que convenerunt.** — Jam per divinam gratiam omnibus liquet, quem Scriptura sacra angularem lapidem vocet, illum profecto qui, dum in se hinc Judæum

**a** Corb. Germ., Vindoc., Pratel. et al. Norm., si in cunctis.

**b** Sic Laud., Vind., Turon., quos secutæ sunt vel. Edit. In Corb. Germ., Pratel. aliquique Norm. et plurimis, legitur : *sed cum tam multa.*

illinc gentiū populum suscipit, in una Ecclesiæ fabrica quasi duos parietes jungit, illum de quo scriptum est : *Fecit utraque unum* (*Ephes.* ii, 14). Qui angularē se lapidem non solum in inferioribus, sed et in supernis exhibuit, quia et in terra plebi Israëliticæ nationes gentium et utramque simul angelis in cœlo sociavit. Eo quippe nato clamaverunt angeli : *In terra pax hominibus bonæ voluntatis* (*Luc.* ii, 14). In ortu enim Regis nequaquam pro magno offerrent hominibus pacis gaudia, si discordiam non haberent. De hoc lapide per Prophetam dicitur : *Lapidem quem reprobaverunt edificantes, hic factus est in caput anguli* (*Psal. cxvi*, 22). Hujus lapidis typum Jechonias rex tenuit, quem Matthæus dum quaterdecim generationes describeret, secundo numeravit (*Math.* i, 14). Quem enim fini secundæ, ipsum rorsum initio tertiae generationis inseruit. Ipse namque in Babyloniam cum Israëlitica plebe migratus est, qui dum ab aliis ad alia ducitur, pro utriusque parietis latere non immerito secundo numeratur. Cujus migrationis flexu angularē lapidem designat. Ubi enim ordo a recitudine deflectitur, ut eat in diversum, tanquam angulum facit. Recte ergo numerabis potuit, quia per utrumque parietem quasi duo in se latera ostendit, unde et ejus bene imaginem tenuit, qui in Iudea ortus, gentilitatem colligens, quasi a Jerosolymis Babyloniam venit, atque hanc in semetipsa fideli fabricam prius discordiæ studio scissam arte charitatis intexit.

Sed hæc quæ de significatione sanctæ Ecclesiæ dicta sunt placet ut breviate replicatione moraliter disserantur. Dignum namque est ut per ea quæ beato Job dici cognoscimus ad corda nostra revocemur, quia verba Dei tunc mens verius intelligit cum in eis semetipsam querit. Ecce enim dicitur :

#### CAPUT IX.

Vers. 4. — *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ?*

**SENSUS MORALIS.** — 20. *Quid ex nobis fuerimus semper considerandum, ne quod sumus ex Dei munere, nobis tribuamus.* — Si peccatoris animus pulvis est, qui in superficie attollitur, et temptationis aura raptatur, unde scriptum est : *Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ* (*Psal.* i, 5), **903** nil obstat terram intelligi animam justi, de qua scriptum est : *Terra enim sœpe rentiem super se bibens imbre, et generans herbam, opportunam illis a quibus colitur accipit benedictionem* (*Hebr.* vi, 7). [Vet. X.] Sed hujus terræ fundamentum fides est. Hujus terra fundamentum jacit, quando in occultis cordis prima soliditatibus causa divina lignor inspiratur. Iste nequum credit aeterna quæ

<sup>a</sup> Turon. et Laud., prius discordiæ studio scissam. Corb. Germ., prius discordiæ odio scissam.

<sup>b</sup> Corb. Germ., Pratel. et Utic., quia in superficie,

<sup>c</sup> Laud., omissis multis, sed hujus terræ fundamentum jacit.

<sup>d</sup> Laud., et cum divina construct.

<sup>e</sup> Vindoc., Ebroic. et al. Norm., pugniciat.

A audit; huic cum fides datur, ad ædificium subsequens operis jam fundamentum ponitur. Ille aeterna jam credit, nec tamen metuit, venturi judicii terrorem despicit, peccatis se carnis et spiritus audenter involvit; huic repente cum futurorum timor infunditur, ut bona vita surgat ædificium, jam fundamenta construuntur. Posito itaque prospere formidinis fundamento, cum virtutum fabrica in altum dicitur, necesse est ut unusquisque proficiens vires suas caute metiat, ut cum divina constructione magnus esse jam coepit, semetipsum respiciat sine cessatione quod fuit, quatenus attendens humiliter quod per meritum inventus est, nequaquam sibi arroget quod per gratiam factus est. Unde et non beatus Job per supernam vocem ad semetipsum reducitur, et ne de virtutibus gloriari audeat, de antea vita memoratur, eique dicitur : *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ?* Ac si justificatio peccatori aperie Veritas dicat : *Virtutes a me acceptas tibi non tribuas, noli contra me de meo munere extolli.* <sup>f</sup> Recole ubi te inveni quando meo timore prima in te fundamenta virtutum posui. Recole ubi te inveni quando meo te timore solidavi. Ut ergo ego in te non destruam quod construxi, ipse non cesses considerare quod reperi. Quem enim Veritas nisi aut in flagitiis aut in excessibus invenit? Sed post hæc bene possumus servare quod sumus, si nunquam negligimus pensare quod fuimus. Nonnumquam tamen clandestina elatio etiam sollicitis cordibus subrepere solet, ut bonorum cogitatio, licet subtilis sit ac pressa, cum valde in virtutibus crescit, oblitera infirmitatis propriæ, nequaquam ad memoriam revocet quid in vitiis fuerit. Unde et omnipotens Deus, quia augeri infirmitatem etiam de remediis salutis conspiciat, mensuram ipsis nostris prefectibus imponit, ut habeamus quædam virtutum bona quæ nunquam quæsivimus, et queramus quædam, nec tamen habere valeamus, quatenus mens nostra dum hæc non potest habere quæ appellit, et illa se intelligat de semetipsa non habere quæ habet, et per ea quæ adsunt considerentur illa quæ desunt, et per ea quæ utiliter desunt serventur humiliter bona quæ adsunt. Unde et recte <sup>i</sup> pro hujus terræ, id est justæ animæ dispensatione subjunxit :

#### CAPUT X.

Vers. 4, 5. — *Indica mihi, si habes intelligentiam, quis posuit mensuras ejus, si nosti, vel quis tenet super eam lineaem?*

21. *Quam sapienter Deus dona sua, non omnis omnibus, sed singula singulæ distribuat.* — Quis enim <sup>j</sup> nisi conditor noster hujus terræ mensura

<sup>f</sup> Pratel., noli te contra me... extollere

<sup>g</sup> Hæc in Laud. desunt usque ad : recole ubi te inveni quando meo timore te solidavi. Vindoc. et Corb., Germ., recole ubi te inveni quando prima in te, etc., omissis verbis meo timore.

<sup>h</sup> Pratel. et Corb. Germ., cum jam valde.

<sup>i</sup> Laudun., per hujus terræ... dispensationem

<sup>j</sup> Idem Cod., nisi creditor noster.

penit (*I Cor. xii*, 8)? Qui, interni judicij secreto moderamine, alii sermonem sapientiae, alii sermonem scientiae, alii plenam fidem, alii gratiam sanitatum, alii operationem virtutum, alii prophetiam, alii discretionem spirituum, alii genera linguarum, alii **904** interpretationem sermonum tribuit, quantum in uno eodemque spiritu iste verbo sapientiae polleat, nec tamen sermone scientiae, id est doctrinæ, fulcitur, quia sentire atque inventare sufficit etiam quod per discendi studium non apprehendit; ille sermone scientiae fulgeat, nec tamen in verbo sapientiae convalescat, quia et explore sufficit <sup>a</sup> quantum didicit, et tamen ad sentiendum ex semetipso subtile aliquid non assurgit. Iste per fidem elementis imperat, nec tamen per sanitatum gratiam, infirmitates corporum curat; ille orationis ope morbos subtrahit, nec tamen arenti terræ verbo pluvias reddit. Iste operatione virtutum ad præsentem vitam etiam mortuos revocat, et tamen, prophetiae gratiam non habens, quæ sibi ventura sunt ignorat; ille ventura quæque velut præsentia attendit, et tamen in nulla signorum operatione se exerit. Iste per discretionem spirituum in factis subtiliter mentes conspicit, sed tamen diversi generis linguas nescit; ille diversi generis linguas examinat, sed tamen in rebus similibus dissimilia corda non pensat. Alius in una lingua quam novit sermonum pondera interpretando prudenter discutit, et tamen reliquis bonis quæ non habet patienter caret.

**22. Sic humilitati cavetur et charitati.** — Sic itaque creator noster atque dispositor cuncta moderatur, ut qui extollit poterat ex dono quod habet humilietur ex virtute quam non habet. Sic cuncta moderatur, ut cum per impensam gratiam unumquemque sublevat, etiam per disparem alteri alterum subdat, et meliorem quisque dono alio eum qui sibi subjicitur attendat, ac licet se praereat <sup>b</sup> et aliis sentiat, eidem tamen quem superat se in aliis postponat. Sic cuncta moderatur, ut dum singula quæque sunt omnium, interposita quadam charitatis necessitudine, sunt omnia singulorum, et unusquisque sic quod non accepit in altero possideat, ut ipse alteri possidendum quod accepit humiliiter impendat. [*Vet. XI.*] Hinc enim per Petrum dicitur: *Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei* (*I Petr. IV, 10*). Tunc namque bene multiformis Dei gratia dispensatur, quando acceptum donum <sup>c</sup> et ejus qui hoc non habet creditur, quando propter eum cui impenditur sibi datum putatur. Hinc per Paulum dicitur: *Per charitatem servite iusticem* (*Galat. V, 13*). Tunc enim nos charitas a jugo culpæ liberos reddit, cum vicissim nos nostro per amorem servitio subjicit, cum et aliena bona nostra credimus, et nostra aliis quasi sua offerentes exhibemus. Hinc rursum

<sup>a</sup> Idem, quantum dicit, quod mendosum esse suspicor.

<sup>b</sup> Vim doc., ex aliis.

<sup>c</sup> Laud. et Corb. Germ., et si qui hoc non habet, Iu etiam vot. Edit. Sequimur Pratel. et plerosque.

A per Paulum dicitur: *Nam et corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus* (*I Cor. XIII, 14, seq.*)? Et paulo positi: *Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum vero corpus* (*Ibid., 19*).

**23. In corpore Ecclesiae alius est oculus, alius manus, alius pes, etc.** — Quid enim sancta Ecclesia, nisi superni sui capituli corpus est? In qua alius alta vidento oculus, **905** alius recta operando manus, alius ad injunctis discurrendo pes, alius præceptorum vocem intelligendo auris, alius malorum fetorem bonorumque <sup>d</sup> fragrantiam discernendo naris est. Qui, corporalium more membrorum, dum vicissim sibi <sup>e</sup> accepta officia impendunt, anam de semetipso omnibus corpus reddunt; et cum diversa in charitate peragunt, diversum esse prohibent ubi continentur. Si autem unum quid cuncti agerent, corpus utique quod ex multis continetur non esset, quia videbaret multipliciter compactum non existeret, si hoc concors membrorum diversitas non teneret. Quia ergo sanctis membris Ecclesiae virtutum dona Dominus dividit, terræ mensuras ponit. Unde iterum Paulus dicit: *Unicusque sicut Deus divisit mensuram fidei* (*Rom. XII, 3*). Et rursum: *Ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministracionis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membra, augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate* (*Ephes. IV, 16*)

**24. Singula membra assignatis sibi officiis fungantur, non aliena usurpent.** — Sed cum miro consilio auctor ac dispositor noster huic illa largitur quæ alii denegat, alii hæc denegat quæ isti largitur, mensuras sibi positas egredi n'titulur quisquis posse plus quam acceperit conatur, ut si fortasse is cui tantummodo datum est præceptorum occulta dissenserere tentet etiam miraculis coruscare, aut is quem supernæ virtutis donum ad sola miracula roborat etiam divinae legis pandere occulta contendat. <sup>f</sup> In præcipitio enim pedem porrigit qui mensurarum suarum limitem non attendit. Et plerumque amittit et quod poterat qui audacter ea ad quæ pertingere non valet arripere festinat. Nam et membrorum nostrorum tunc bene ministeriis ultimur cum sua eis officia distincte servamus. Lucem quippe oculis cernimus, vocem vero auribus audiimus. Si quis autem mutato ordine voci oculos, luci aures accommodet, huic incassum ultraque patent. Si quis odores velit ore discernere, sapores nare gustare, utriusque sensus sibi ministerium, quia pervertit. interimit. Dum enim proprijs hæc

<sup>d</sup> Vet. Edit. Paris. et Basil., Gilot. et Vatic., non ideo. Amendatur ex Mss. Anglic. et nostris.

<sup>e</sup> Land., flagrantiam.

<sup>f</sup> Ibidem, excessa officia.

<sup>g</sup> Idem Codex, in præcipiti.

usibus non plantur, et sua officia deserunt, et ad extranea non assurgunt.

**25. Intra mensuras illas David sese continxit, et Paulus.** — Bene itaque David propheta intra acceptas ex divina largitate mensuras pedem cordis presebat, cum dicebat : *Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me* (Psalm. cxxx, 1). Super se quippe in mirabilibus ambularet, si apparere magnus ultra quam poterat quæreret. Super se namque in mirabilibus attollitur qui et in his ad quæ non sufficit videri idoneus conatur. Bene intra has mensuras etiam in ipsa Paulus prædicationis suæ se latitudine coactabat, cum diceret : *Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus* (Rom. xv, 18). Tunc autem recte accepta mensura servatur, cum anteposita oculis virorum spiritualium vita respicitor. **B** Unde et sequitur :

#### CAPUT XI.

**Vras. 5. — Vel quis tetendit super eam lineam?**

**26. A sanctis sumenda est vivendi regula.** — Super hanc enim terram linea tenditur, quando electe unicuique animæ<sup>a</sup> ad sumendam vivendi regulam patrum præcedentium exempla monstrantur, ut ex illorum vita consideret quid in suis actibus servet, quatenus respecto justi limitis tramite, nec infra minima negligens deficiat, nec ultra maxima **906** superbis tendat, nec minda conetur explere quam sufficit, nec plus arripiat quam accepit, ne aut ad mensuram quam debet non perveniat, aut aemdem mensuram deserens, extra limitem cadat. Angusta quippe porta est quæ ducit ad vitam (Matthew. vii, 14); et ille hanc ingreditur qui in cunctis quæ agit discretionis subtilitate propter hanc sollicite coactatur. Nam qui per voluntates proprias secura mente se dilatait, angustæ sibi portæ aditum damnat. Ut ergo hujus terræ mensura servetur, super eam divinitus linea tenditur, quia ut nostra opera, vel minora proficiant, vel majora modarentur, per sacra eloquia subtilis ante nos sanctorum vita expanditur, et quid nobis quantumque agendum sit ostensa illorum discretione definitur.

[Vet. XII.] **27. In exemplis Petri proponitur mensura auctoritatis et humilitatis.** — Ecce aliquis vel damna rerum, vel afflictionem corporis metueus, minus terrenæ potentiae perimescit, et contra vim resistentium veritatem defendere non præsumit. Hunc Petrus, quia in timore angustum respicit, ostensa exemplorum suorum linea, ad virtutis latitudinem tendit. Ipse quippe flagellatus a principibus populi (Act. v, 40), cum idcirco se relaxari consiperet, ut a prædicatione cessaret; cum prohiberetur loqui in posterum, nequamquam saltē in presens cessit. Nam respondens protinus, dixit : *Obedire oportet Deo magis quam hominibus* (Ibid., iv, 29). Et rursum : *Non enim possu-*

<sup>a</sup> Idem, ad summum vivendi regulam.

<sup>b</sup> Sic restituimus ex MSS. Corb. Germ., Laud., Vindoc., Pratel. aliisque Norm., a quibus recesserunt Excusi; habent enim : sed tamen tanto vires persequentium patiente destruit, quanto..... nullis terroribus cedit. Alius plerumque.

<sup>c</sup> Pratel. et al. Norm., in justis obediitionibus.

**A** *mus quæ vidimus et audivimus non loqui. At illedudum debilis, et præsentia damna formidans, dum exempla tantæ fortitudinis contemplatur, in auctoritate verbi jam Petri lineam sequitur, jam nil adversitatis metuit, jam resistentes Deo potestates sæculi etiam cum corporis laceratione contemnit.* <sup>b</sup> Sed tamen quanto vires persequentium patiente fortiter destruit, et quanto inter aduersa nullis terroribus cedit, tanto plerumque et in his etiam quæ inter fideles positis senserit se cæteris præponit, sua magis consilia egit, et sibi potius quam aliis credit. *Hic nimur dum, et in justis objectionibus non cedens, in virtute se exerit, etiam recta aliorum consilia non recipiens, pedem extra limitem tendit.* Hunc Petrus intra mensura lineam revocat, qui postquam libertate vocis auctoritatem principum pressit, per humilitatem cordis de non circumcidendis gentibus Pauli consilium audavit (Act. xv, 7). Sic enim semetipsum contra adversarios ex auctoritate curabat erigere, ut tamen sibimetipsi non crederet in his quæ non recte sentiret, ut et libertate fortitudinis tumentes potestates excederet, et humilitate mansuetudinis obedientiam in rectio consilio etiam minoribus fratribus exhiberet, et modo per semetipsum aliis, modo sibimetipsi cum aliis obviaret. In factis igitur Petri quedam ante oculos nostros auctoritatis et humilitatis linea tenditur, ne mens nostra aut per timorem ad mensuram non perveniat, aut per tumorem limitem excedat.

**C** **28. Ejusdem virtutis opera aliquando exercere, aliquando omittere suadet discretio.** — Dictum est quomodo linea tenditur, ne per alterius actionis fortitudinem ad alterius causæ vitium transeat; dicatur nunc quemadmodum in una eademque virtute discretionis lineam deserimus, si hanc et aliquando agere et aliquando postponere nesciamus. Non enim res eadem semper est virtus, quia per momenta temporum saepè **907** merita mutantur actionum. Unde fit ut cum quid bene agimus, plerumque melius ab ejus actione cessemus, et laudabilius ad tempus deserat quod in suo tempore laudabiliter mens tenebat. Nam si pro nostris bonis minimis, quibus actis proficiimus, nec tamen intermissis interimus, majora laborum mala proximis, imminent, necessario nos virtutum augmenta seponimus, ne infirmioribus proximis fidei detimenta generemus, ne tanto jam quod D agimus virtus non sit, quanto per occasionem sui in alienis cordibus fundamenta virtutum destruit.

**29. Discretionis hujus exemplum in sancto Paulo.** — Quam discretionis lineam bene ante intuentum oculos Paulus tetendit, qui et gentiles ad libertatem fidei venientes circumcidi prohibuit (Act. xv, 2), et tamen Lystris, atque Iconium transiens, ipse Timotheum, qui gentili patre editus fuerat, circumcidit (Act. xvi,

<sup>d</sup> Laud., observaret.

<sup>e</sup> Edit. Gilot. et aliae poster., formidinem; veteres autem Edit. cum MSS. Corb. Germ., Turon., Laud., Norman., etc., habent fortitudinem.

<sup>f</sup> Vindoc., atque Iconium vxiens. Laud., atque Ionia.

3). Videns enim quod nisi se mandata litteræ servare ostenderet, Judæorum rabiem etiam in eos qui sibi tunc comites adorant excitaret, assertionis suæ vim postposuit, et sine damno fidei se suosque <sup>a</sup> comites a persecutionis immanitate custodivit. Fecit quod fieri fidei amore prohibuit, sed ad fidei <sup>b</sup> retorsit ministerium quod quasi non fideliter fecit. Pierumque enim virtus eam indiscreta tenetur amittitur; cumque discrete intermittitur, plus tenetur. Nec mirum si in incorporeis intelligimus quod agi <sup>c</sup> et in corporeis rebus videmus. Ex studio namque arcus distenditur, ut in suo tempore cum utilitate tendatur. <sup>d</sup> Qui si otium relaxationis non accipit, seriendi virtutem ipso usu tensionis perdit. Sic aliquando in exercitatione virtus, cum per discretionem prætermittitur, reservatur, ut tanto post vilia valenter feriat, quanto a percussione interim prudenter cessat. <sup>B</sup> Subtilis igitur discretionis super hanc terram linea tenditur, quando ostensis unicuique animæ exemplis præcedentium patrum, et utiliter ad operationem virtus accenditur, et nonnunquam utilius temperatur.

[Vet. XIII.] 30. Cavendum ne discretionis nomine, propriis commodis serviantur.—Sed cum parumper <sup>e</sup> ab opere zeli fortitudo seponitur, alta consideratione opus est, ne fortasse nequaquam communis boni consilio, sed timore proprio vel cuiuslibet ambitionis studio a virtutis exercitatione cesseret. Quod nimis cum agitur, jam non dispensationi, sed culpa servitur. Unde curandum sollicite est ut cum quis susceptum negotium cum virtutis cessatione dispensat, semetipsum prius in radice cordis <sup>f</sup> inspiciat, <sup>B</sup> ne sibi per hoc aliquid avarus appetat, sibi per hoc soli timidus parcat; et eo fiat pravum quod in opere sequitur, quo non ex recta cogitationis intentione generatur. Unde bene in Evangelio Veritas dicit: *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit* (Math. vi, 22). Quid enim per oculum exprimitur, nisi opus suum præveniens cordis intentione? quæ priusquam se in actione exerceat, hoc jam quod appetit contemplatur. Et quid appellatione corporis designatur, nisi unaquaque actio, quæ intentionem suam quasi intuentem oculum sequitur? *Lucerna itaque corporis est oculus*, quia per bona intentionis <sup>903</sup> radium merita illustrantur actionis. Et si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, quia si recte intendimus per simplicitatem cogitationis, bonum opus efficiunt, etiam si minus bonum esse videatur. Et si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, quia cum perversa intentione quid vel rectum agitur, etsi splendere coram hominibus cernitur, apud examen tamen <sup>g</sup> interni

<sup>a</sup> Deest comites in Laud., Corb. Germ., Pratel. et al. Norm.

<sup>b</sup> Laudun., recurrat.

<sup>c</sup> Laud., et in corporibus videmus.

<sup>d</sup> Pratel., quia si otium.

<sup>e</sup> Editi recent., subtili ergo discretione.

<sup>f</sup> Vindoc. Pratel.: etc., ab ore seti.

judicis obscuratur. Unde et recte sub jungitur: *I. Vide ergo ne lumen quod in te est tenebrae sint. Si lumen quod in te est tenebra sunt, ipsæ tenebrae <sup>h</sup> quantæ erant* (Ibid., 23)? quia si hoc quod bene nos agere credimus, ex mala intentione fuscamus, quanta ipsa mala sunt quæ mala esse etiam cum agimus non ignoramus? Et si ibi nil cernimus, ubi quasi discretionis lumen tenemus, qua cæcitate in illa offendimus quæ sine discretione perpetramus? Vigilanti igitur cura per cuncta opera intentio nobis nostra pensanda est, ut nil temporale in his quæ agit appetat, totam se in soliditate æternitatis ligat, ne si extra fundamentum actionis nostræ fabrica ponitur, terra dehiscente solvatur. Unde hic quoque apie sub jungitur:

## CAPUT XII.

Vers. 6. — *Super quo bases illius solidatae sunt?*

31. *Bases animæ sunt intentiones.* — Bases quippe uniuscujusque sunt animæ intentiones suæ. Nam sicut fabrica columnis, columnæ autem basibus innituntur, ita vita nostra in virtutibus, virtutes vero in intima intentione subsistunt. Et quia scriptum est: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod possum est, quod est Christus Jesus* (I Cor. iii, 11), tunc bases in fundamento sunt, cum intentiones nostræ in Christo roborantur. Incassum vero alta super se bases ædificia erigunt, si non ipsæ <sup>i</sup> in fundamenti soliditate consistunt, quia nimis summa opera inaniter faciunt, si intentiones cordium extra æternitatis certitudinem deflectuntur, et vitæ veræ præmia non requirunt, tantoque graviora ruinæ super se damna ædificant, quanto altiora ædificia extra fundamento portant, quia cum æternæ vitæ præmis non intendunt, quo plus se quasi in virtutibus erigunt, eo in gloriæ inanis soveam profundius cadunt. Non ergo sandum est bases quid sustinent, sed ubi sustinentur, quia profecto humana corda divinitus perscrutantur, non solum quæ faciunt, sed quod in operibus querunt. Unde cum districtum judicem Paulus describeret, atque actionum bona narraret, dicens: *Qui reddet unicuique secundum opera ejus, his quidem, secundum patientiam boni operis, gloriam et corruptionem* (Rom. ii, 6); quia, nominata boni operis patientia quasi totam electæ actionis fabricam dixerat, subtiliter illico ubi bases ejusdem fabricæ consisterent exquisivit, dicens: *Gloriam et honorem et incorruptionem querentiibus, vitam æternam* (Ibid., 7). Ac si aperte diceret: Et si quidam patientiam boni operis ostendunt, gloriam et incorruptionem non recipiunt, si intentiones cordis, id est bases fabricæ, in fundamento non figunt, quia videlicet Deus vel honestæ vitæ ædificium non inhabitat quod extra se positum non ipso sustentat.

32. *Ad svam æternitatis sunt dirigenda.* — Quia

Laud., infigat.

<sup>j</sup> Longip., ne sibi... avarus appetat, per quod sibi soli timidus parcat.

<sup>k</sup> Unus Ebroic., æterni judicis.

<sup>l</sup> Hæc desunt in Vindoc., usque ad si lumen.

<sup>m</sup> Laud., quantæ sunt.

<sup>n</sup> Recent., in fundamento solidatae.

igitur intentiones electæ uniuscujusque animæ <sup>a</sup> spei æternitatis innituntur, recte vocè **909** Dominica de hac terra dicitur : <sup>b</sup> Super quo bases illius solidatæ sunt? Ac si aperte diceret, Nisi super me. Cui dum justa quæque anima intendit, omne quod temporaliter facit, in me procul dubio non temporaliter construit. Quia vero tunc robustius in fundamento solidamur, cum verba Dei et in exterioribus præceptis sequimur, et in intimis sensibus subtilius intelligendo pensamus, recte subjungitur :

#### CAPUT XIII [Vet. XIV].

Ibid. — *Vel quis dimisit lapidem angularē ejus?*

**33.** Christus lapis angularis, quod vitam activam et contemplativam in se coniunxerit. — Lapis quippe angularis est ad sacra eloquia intellectus duplex. Qui tunc divinitus dimittitur, quando nequaquam stricto iudicio ignorantiae suæ tenebris illigatur; sed quadam libertate persruitur, dum in præceptis Dei sufficit vel exequendo exteriora agere, vel contemplando interna sentire. Ad quod nunquam noster intellectus assureret, si ad suscipiendam naturam nostram ipse noster conditor non veniret. Qui aliter angularis lapis dicitur, quia duos in se populos junxit; atque aliter, quia conjunctæ utriusque vitae, activæ videlicet et contemplativæ, in se exempla monstravit. Ab activa enim via longe contemplativa distat; sed incarnatus Redemptor noster veniens, dum utramque exhibuit, in se utramque sociavit. Nam cum in urbe miracula saceret, in monte vero orando continue pernoctaret, exemplum suis fidelibus præbuit, ut nec contemplationis studio proximorum curam negligant, nec rursum cura proximorum immoderatius obligati contemplationis studia derelinquant; sed sic in utrisque mentem partiendo conjungant, quatenus nec amorem Dei præpediat amor proximi, nec amorem proximi, quia transcendit, abjectat amor Dei. Quia igitur humano cordi quid ageret ignorantia Dei atque hominis Mediator apparuit, qui et agendo transitoria disponeret, et contemplando ostenderet, unde cuncta penderent, recte dicitur : *Vel quis dimisit lapidem angularē ejus?* Ac si aperte Dominus diceret: Nisi ego, qui unicūm quem sine tempore genui servandis hominibus cum tempore ostendi, in cuius vita disserent etiam diversa vivendi studia non discrepare. Et notandum quod eum non se emisse, sed dimisisse asserit, quia profecto humanam naturam Filius suscipiens ad ima de sublimibus venti. Cujus incarnationis mysterium quia et electi angelii mirati sunt, qui eodem mysterio redempti non sunt, tecte subjungitur :

#### CAPUT XIV [Rec. VII].

**Vers. 7.** — *Cum me laudarent simul astra matutina.*

**34.** Angeli astræ matutina cur appellati. — Quia enim prima in tempore condita natura rationabilium spirituum creditur, non immerito matutina astra angelii

<sup>a</sup> Prateli., species æternitatis.

<sup>b</sup> Laud., super quod.

<sup>c</sup> Ebroic. aliisque Norm. et Laud., discernerent.

<sup>d</sup> Prateli. et Utic., ipsa quippe, scilicet astra matutina.

vocantur. Quod si ita est, dum terra esset invisibilis et incomposita, dum tenebræ essent super abyssum (*Gen. 1, 2*), venturum diem subsequentis sæculi per lucem sapientia existendo prævenerunt. Nec negligenter audiendum est quod additur, *Simul*, quia nimur astra matutina etiam cum vespertinis Redemptoris potentiam laudant, dum electi angeli etiam cum redemptis in mundi fine hominibus largitatem gratiæ supernæ glorificant. <sup>e</sup> Ipse quippe ut nos ad laudem conditoris accenderent, hoc quod superius diximus, orta per carnem luce, clamaverunt : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bone voluntatis* (*Luc. 2, 14*). Simul ergo **910** laudent, quia redemptio nostræ voces sue exultationis accommodant. Simul laudent; quia dum nos conspiciunt recipi, suum numerum gaudent repleri. Qui et fortis e ideo matutina astra memorantur, quia sepe ad exhortandos homines missi sunt; et dum venturum mane nuntiant, ab humanis cordibus præsentis vite tenebras fugant. Sed ecce angeli divinam potentiam laudent, quia ipsa eos tantæ claritatis <sup>f</sup> visio dilatat. Nos autem qui redimimur, sed tam corruptione adhuc carnis gravamur, dum quod percipiunt, <sup>g</sup> quia virtute laudamus? Quomodo enim valebit lingua dicere, quod non sufficit mens nostra sentire? Sequitur :

#### CAPUT XV

Ibid. — *Et jubilarent omnes filii Dei.*

**35.** Quid sit jubilatio, et car homines deceat, non angelos. — Jubilatio quippe dicitur cum cordis beatitudine oris efficacia non expletur; sed quibusdam modis gaudium prodit, quod ipse qui gaudet, nec tegere prævaleat; nec explore. Laudent itaque angelii, qui iam tantæ claritatis et altitudinem in sublimibus vivent. Jubilent vero homines, qui adhuc in inferioribus oris sui angustias sustinent. Quæ quia certo futura Dominus noverat, non tam facienda insinuat, quam facta narrat. Sed quid agimus, quod cum bonitate redemptionis suæ mysterio jubilant; malos invidiæ inflammat; dum electi proficiunt, repræbaciem furoris excitant, et bona nascentia, quia nolunt imitari, persquuntur? Sed tamen inter haec etiam qui redemunt, non relinquit. Scriptum quippe est : *Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari super quam potestis, sed faciet etiam cum tentatione prævenit, ut possitis sustinere* (*I Cor. 10, 13*). Novit enim conditor noster, quando exsurgere persecutionis procellam sinat, quando exsurgentem reprimat. Novit pro custodia nostra restringere quod contra nos egredi pro nostra exercitatione permittit, ut saeviens nos diluat procella, et non mergat. Unde et sequitur :

#### CAPUT XVI [Vet. XV, Rec. VIII].

**Vers. 8.** — *Quis conclusit os̄is mare, quando erupit, quasi de iuxta procedens?*

**36.** Sæculum contra sanctos saeviens a Deo conclusum. Huiusmodi terrenis principibus, per eos Dominus

<sup>a</sup> Sequimur MSS., præsettim Turoc., Laud., Ebroic., Prateli. aliquo Norm., cum in Excusis legatur, visio delectat. In Corb. Germ. legitur dilatatur.

<sup>b</sup> Laud., quasi virtutem laudamus.

<sup>c</sup> Corb. Germ., Ebroic. et alii Norm., latitudinem.

**Ecclesiæ super mundi culmen evexit.** — Quid enim mare nisi sacerdotum, quid vulvam, nisi conceptum carnalis cogitationis accipimus? Hoc enim loco vulvæ nomine occulta et maliiosa carnalium cogitatio designatur. Quæ vulva non ad proférendam prolem concipit substantiam corporis, sed ad expléndam nequitiam causam doloris. De hac vulva cordis iniquum alias dicitur: *Concepit dolorem, et peperit iniqtitatem* (Psaf. vii, 15). Per hanc vulvam pravi concipiunt, cum mala cogitant. Per hanc vulvam pariunt, cum mala quæ cogitaverint operantur. Errinþebat ergo mare quasi de vulva protelens, <sup>a</sup> cum minarum stedattum fluctus de carnalis cogitationis iniqutate concepti, in sanctæ Ecclesiæ interitum sœvirent. Sed tunc deo, ostia hoc mare conclusum est, quia contraria tumores persequentium sancti viri quasi quædam vates opositi sunt, ut eorum miraculis atque reverentia iras persequentium frangerentur. Humilitatis quippe Dominus terrenis principibus, per eos tabetam Ecclesiæ supra mundi culmen evexit, et tunc mari impetus, creata ejusdem Ecclesiæ potestit, coerbit. Sed huic sœvienti mari quid Dominus fecerit, addiamus. Sequitur:

## CAPUT XVII [Rec. IX.]

VERS. 9. — **911 Cum ponerem nubem vestimentum ejus, et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem.**

**37. Persecutorum malitiam Deus constringit puerilis sapientem.** — Mare sœvientis nubes induitur, quia crudelitas persequentium stultitiae suæ velamento vestitur. Interposita enim caligine infidelitatis suæ, perspicuum veritatis lucem videre non sufficit; et id quod agit per crudelitatis impalsum, per cæcitatæ suæ meritum non agnoscit. *Nam si cognovissent, ut ait Apostolus, nunquam Dominum gloriae crucifixos* (I Cor. ii, 8). Hæc nubes non sicut sole intideles extra positos premere, sed quodam etiam viventes carnaliter intra Ecclesiæ tenebræ. Unde sancti viri, qui etiam alienæ negligentie compatiunt, et se pati aestimant quod perpeti alios sentiant, Deo orantes dicunt: *Opposisti nubem, ne transeat oratio* (Tren. iii, 44). Ac si aperte dicant: Monti nostræ terrenis voluptatibus assueta curarum suarum phantasmatu justo iudicio objicis, quibus eam in ipsa orationis sua intentione confundis; et quam <sup>b</sup> desideriis inimicis deditam non ignoras, recte cœcata ab intuenda lucis tuae perspicuitate reverberas, ut cum in te intenditor, ipso a te cogitationum suarum nubilo reflectas; et quæ terrena hæc assidue cogitat quia volit, hæc etiam toleret in oratione cum non vult. Quid igitur ipsa persecutorum nequitia superna dispensatione constringitur, ne contra sanctos viros inquantum voluerit effrenetur, postquam dixit: *Cum*

<sup>a</sup> Unus Anglic., cum curarum. Cæteri cum MSS. nostris, cum minarum. Edit. Vatic. et plur., cum miseriarum.

<sup>b</sup> Unus ex Ebroic., curarum suarum seculariam.

<sup>c</sup> Recent., desideriis infirmis.

<sup>d</sup> Laud., Corb. Germ., Pratel., Utic., ne hac atque illac.

<sup>e</sup> Turon. et Laud., dispensatione mollificat.

**A** ponere nubem vestimentum ejus; apte subdidit: *Et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem.* Pannis quippe infantiae pedes ac brachia constringuntur, ne hum atque illuc dissoluta libertate jacentur. Quia ergo persecutorum sanctæ Ecclesiæ instabilitate cordis inquieti, atque huic sæculo dediti, non grandæva, sed puerilis sapiunt, qui quidem obscuritate atque caligine, non intellectu superni judicii constringuntur, ne tantum persequi valeant quantum volunt, pannis infantiae referunt obvoluti, quia, sicut dictum est, puerilia quidem sapiunt, sed divina dispensatione constricti, quo volunt brachia non extendunt, et si cuæda malæ leviter perpetrare appetunt, nequaquam tamen implere cuncta quæ appetunt permittuntur. Sequitur:

VERS. 10. — *Circumdedi illud terminis meis.*

Terminis suis Dominus mare circumdat, quia iras persequentium, judiciorum suorum <sup>f</sup> dispensatione modificat, ut insani tumida unda fervoris piano frangatur littore <sup>g</sup> occultæ dispensationis. Sequitur:

## CAPUT XVIII [Vet. XVI].

VERS. 10, 11. — *Et posui vectem et ostia, et dixi: Hucusque venies, et non procedes amplius, et hic confriuges tumentes fluctus tuos.*

**38. Sancti predicatores tanquam ostia mari sœcūr sœvienti opposita, tundi fluctibus, non effringi potuerunt, Christo eos roborente.** Hæc ostia humilibus aperta, et superbis clausa. — Quid per ostia nisi predicatores sancti, quid per vectem nisi incarnatus Dominus designatur? Qui hæc videlicet ostia contra sœvientis maris impetum tanto valentiora <sup>h</sup> oposuit, quanto ea sua observatione roboravit. Quia enim ista sanctæ Ecclesiæ ostia vectis hujus oppositione solidata sunt, potuerunt quidem tundi fluctibus, sed effringi nequiviverunt, ut ea exterius unda persecutionis illideret, sed nequaquam cordis eorum interna penetraret. Et quia doctores sancti <sup>i</sup> prædicatione quidem sequentibus aperti sunt, auctoritate autem sua **912** resistentibus clausi, non immerito ostia vocantur, id est <sup>j</sup> aperta conversationi humilium, et clausa terroribus superborum. Non immerito ostia vocantur, quia et ingressum fidelibus aperiunt, et rursum sese perfidis ne ingrediantur opponunt. Pensemus quale Ecclesiæ ostium exstitit Petrus, qui investigantem fidem Cornelium recepit, prælio quærentem miracula Simonem repulit. Illi dicens: *In veritate compéri quoniam non est personarum acceptor Deus* (Act. x, 34), secreta regni benignè aperuit. Huic inquiens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem* (Act. viii, 20), per districtæ damnationis sententiam celestis aulae aditum claudit. Quid cuncti apostoli nisi sanctæ Ecclesiæ ostia existunt, cum voce Redemptoris sui audiunt: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remit-*

<sup>f</sup> Vindoc., Corb. Gerin., Ebroic. et alii Norm., occultæ dispositionis.

<sup>g</sup> Laud., apposuit.

<sup>h</sup> Vindoc., Ebroic. aliique Norman., prædicationem quidem sequentibus aperti sunt, auctoritati autem sue resistentibus clausi.

<sup>i</sup> Vindoc., Pratel., Utic., aperte conversioni.

tuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt (Joan. xx, 22)? Ac si illis aperte diceretur: Per vos ingredientur ad me hi quibus vosmetipsos panditis; et repellentur quibus obseratis. Igitur dum mare saevit, Dominus vectem et ostia <sup>a</sup> opponit, quia ab amaris et perfidis cordibus dum persecutionis procella se dilatat in mundo, Deus unigeniti sui gloriam predicatorumque ejus reverentiam exaltat; et dum innocescit mysteria divinae fortitudinis, frangit in impia fluctus furoris.

39. *Divina providentia persecutionis procella aut prosilit, aut conquiescit.* — Bene autem dicitur: *Huncusque venies, et non procedes amplius.* <sup>b</sup> Quia nimis judicii occulti mensura est, et quando persecutionis procella prosiliat, et quando conquiescat, ne aut non exagitata electos non exerceat, aut non moderata in profundum mergat. Cum vero notitia lidei usque ad persequentes extenditur, turbati maris tumor sedatur; ibique fluctus suos mare frangit, quia ad cognitionem veritatis veniens, omne quod nequiter egit erubescit. *Fracta quippe unda in se reliditur,* quia victa nequitia etiam per cogitationem sui cordis accusatur; et quasi ipsam vim quam intulerat recipit, quia de pravitate quam gesserat reatus sui stimulos sentit. Unde quibusdam per Paulum dicitur: *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis* (Rom. vi, 21)? Ac si diceretur: Quid se in altum fluctus vestre pravitatis extulerunt, qui nunc in semetipsis fracti, unde perversos vos inflaverant, conversos inde confundunt? Recte itaque dicitur: *Et hic confringes tumentes fluctus tuos.* Quod vero in hac conclusione maris secundo de ostiis dicitur, more sacri eloquii, res semel dicta pro confirmatione replicatur.

40. *Per mare intelligi potest sacerdotium, cui Deus ostia opposuit, legis et Novi Testamenti praecpta.* — Si autem hoc in loco mere accipere non specialiter turbam persequentium, sed generaliter sacerdotium debemus, secundo contra hoc mare Dominus ostia opposuit, quia et prius humano generi praecpta legis, et postmodum novae gratiae testamentum dedit. Secundo objectis ostiis hujus maris impetum clausit, quia eos quos ad obsequium sui cultus assumpsit, et prius ab idolis data lege coercuit, et post ab intellectu carnali gratia revelata correxit. Secundo mare ostia accepit, quia humanum genus prius Deus ab operibus iniquitatis prohibuit, postmodum vero etiam a cogitationis culpa constrinxit. Videamus quemadmodum prima tumenti mari Dominus ostia imponat. Ecce enim per 913 Legem dicitur: *Non occides, non macaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices* (Exod. xx, 13, 14). Videamus quemadmodum secundis hoc mare Dominus ostiis claudat. Ecce in Evangelio dicit: *Audistis quia dictum est antiquis: Non macaberis; ego autem dico vobis, quoniam*

<sup>a</sup> Turon., apponit.

<sup>b</sup> Ita Vinodoc., Norman., Laud., Longip. et alii a Gussanvillæo visi; hanc enim lectionem annotavit in margine; at in textu dum ceteris excusis habet,

**A** omnis qui viderit mulierem ad concupiscentum eam. jam machetus est eam in corde suo (Matth. v, 27). Rursumque dicitur: *Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum;* ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, et benefacie his qui oderunt vos (Ibid. v, 43, 44). Qui igitur prius nequitias operis prohibet, et postmodum culpas cordis exhaustur, nimis tumenti mari, ne circumducta justitiae littora transeat, bis ostia imponit.

[Vet. XVII.] 41. *Mundo sue origini adhuc vicino, leges posita.* Cui tamen Deus nondum illuzerat. Sub litteræ caligine quasi pannis infantie obvolutus mundus. Prius timore ligatus, postea libertatem consecutus. Lex vetus imperfecta et infirma. — Bene autem cum diceret: *Quis conclusit ostiis mare.* Illico et tempus

**B** adjunxit, dicens: *Quando erumpet, quasi de ruina procedens.* Quia videlicet tunc humano generi praecptis legis obviauit, quando adhuc sacerdotium sue origini vicinum, quasi ab ortu proprio ad profectum vitæ carpalis exibat. De vulva quippe procedere est in luce præsentis gloriae carnaliter apparere. Et recte subiungitur: *Cum ponerem nubem vestimentum ejus.* Quia nimis mundus Deus hominibus non tunc aperta ostensione se intuitus, sed dum eos ab errore perfidie eripuit, nec tamen illis claritatem sui luminis patefecit, quasi ex tenebris eos abstulit, sed adhuc nube vestivit, ut et pristina pravitatis acta relinquereat, et tamen ventura bona adhuc certius non viderent. Unde et apte subditur: *Et caligine illud quasi pannis infantie obvolverem.* Dum enim rudes populos non aperta spiritus prædicatione edocuit, sed figurata locutione præceptis litteræ astrinxit, adhuc infirma sapientes verborum suorum caligine quasi pannis infantie obvolvit, ut mandatis grossioribus ligati crescerent, ne male liberi in suis voluptatibus perirent. Quos ad viam justitiae dum non jam charitas, sed adhuc timor astringeret, <sup>c</sup> divina dispensatio quasi pressit ut nutriret. Infirmus namque populus cum præceptorum pannos nolens pertulit, ad <sup>d</sup> firmorem statum ex ipsa sua ligatione pervenit. Quia enim timor eum prius a culpa coercuit, competenter postmodum ip libertatem spiritus exivit. Hos pannos infantie, quos inchoantibus dedit, ipse per prophetam Dominus reprehendit, dicens: *Dedi eis præcepta non bona* (Ezech. xx, 25). Mala enim quasi mala esse desinunt comparatione pejorum, et bona quasi bona non sunt comparatione meliorum. Nam sicut pejus delinquenti Iudeæ de Sodoma atque Samaria dicitur: *Justificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es* (Ezech. xvi, 51), ita melioribus Novi Testamenti præceptis subsequentibus præcepta bona quæ crudibus data sunt non bona esse memorantur. Neque enim mentes usui vita carnalis inhaerentes evehi ab insimis possent, nisi gradatim ducta prædicatione proficerent. Hinc quippe est quod,

divini judicij occulta mensura est.

<sup>c</sup> Laud., divina dispensatione quasi pressit.

<sup>d</sup> Idem Cod., ad firmiorum statum.

in Aegypto positis pio justoque moderamine latenti eorum concupiscentiae condescenditur, et vicinorum suorum vasis aureis argenteisque sublatibus, discedere iubentur (Exod. iii, 22). Qui ad Sina montem duci, accepta lege, mox audiunt : *Non concupisces rem proximi tui* (Exod. ix, 17). Et hinc est 914 quod in eadem lege oculum pro oculo, dentem pro dente precipiuntur exigere (Exod. xi, 24), et quandoque tamen, revelata gratia, percussi maxillam alteram iubentur præbere (*Math. v*, 3). Quia enim plus semper ira in vindicta exigit quam injuria accepit, dum discunt mala non multiplicius reddere, quandoque discerent ea et multiplicata sponte tolerare. Hinc est quod eundem rudem populum a quibusdam prohibuit, quædam vero ei in usum pristinum servavit, sed haec ipsa tamen in melioris vita figura compaginavit. Bruta namque animalia idolis in Aegypto mactabant, eique in usum postmodum animalium mactationem retinuit, sed idolorum cultum vetavit, ut dum de usu suo aliquid amitteret, consolaretur ejus infirmitas per hoc quod de usu suo aliquid haberet. Mira autem dispensatione consilii, quod ei Dominus de consuetudine carnali retinuit, hoc in figuram spiritus potentius vertit. Quid enim sacrificia illorum animalium nisi unigeniti mortem designant? Quid sacrificia illorum animalium nisi extinctionem carnis nostræ vita significant? Unde ergo imbecillitati populi rudis condescenditur, inde ei per obumbratas allegoriarum species major fortitudo spiritus nuntiatur. Recete itaque dicitur : *Et caligine illud quasi panis infantiae obvolverem*, quia unde ejus teneritudinis infirma pertulit, b inde altam significationum spirituum nubem fecit.

[Vet. XVIII.] 42. *Immo eratis animi motibus opposita novæ vita præcepta exemplis Christi robora-*ta.—Quem quia præceptorum limite ab immoderatis animi evagationibus cinxit, recte subjicit : *Circumdedi illud terminis meis*. Et quia hujus humani generis motus missus Mediatore coercuit, apte subjugit : *Et posui vectem et ostia*. Vectem quippe et ostia posuit, quia Redemptore nostro contra culpas delinquentium misso, novæ vita prædicamenta firmavit. Clausa namque ostia opposito vecte roborantur. Vectem ergo Deus opposuit, quia contra lascivos motus humani generis unigenitum misit, qui præcepta spiritualia, quæ loquendo docuit, agendo solidavit. Bene autem subdividitur : *Et dixi : Hucusque venies, et non procedes amplius, et hic confinges tumentes fluctus tuos*. Hoc quippe mare ostia priora transcederat, quia claustra legis oppositæ humani tumoris unda transiliebat. At postquam mundus oppositum sibi unigenitum re-

a Turon., Laudun., Pratel., nři.... dispensatione consili.

b Vindoc., Ebroic. et alii Norm., inae alteram.

c Vindoc., Laud., Corb. Germ., Pratel., saliebat.

d Turon. et Corb. Germ., quia ejus fortitudinem. Pratel. et Corb. Germ. habent clausus inuenit, non clausum.

e Ita Corb. Germ., Laud. et codices ad quos factæ sunt Edit. Paris. 1495 et 1518, ac Basil., 1514. In Gilot. et alias poster. legimus vivendo, sicut in MSS.

A perfit, elationis sua impetum fregit, et transire non valuit, d quia ejus fortitudine furoris sui terminum clausum invenit. Unde recte per Prophetam dicitur : *Mare vidit, et fugit* (Psal. cxiii, 3). Possunt etiam per ostia apertæ passiones ejus non inconvenienter intelligi. Quibus ex occulto vectem posuit, quia eas ex invisiibili divinitate roboravit. Contra quas mundi fluctus veniunt, sed fracti dissiliunt, quia superbi eas videndo despiciunt, sed earum vires experiendo pertimescant. Nam dum passiones unigeniti humaanum genus prius irriguit, postmodum expavit; quasi contra opposita ostia, more elidendi maris, et tumore elatum venit, et fractum virtute dissipavit.

B Sed quia idcirco hoc ad beatum Job dicitur, ut de tot virtutibus cordis ejus gloria premeretur, ne sibi fortasse tribuat f quod se stare sublimiter non ignorat, cum quanta ejus ædificatione sint dicta perpendicularis, 915 si hæc etiam moraliter disseramus. Dicat itaque :

#### CAPUT XIX.

VERS. 8. — *Quis conclusit ostium mare?*

43. *Cor humanum mare servens, quod dens solus vales coercere.*—Quid est mare, nisi eorū nostrum furore turbidum, rixis amarum, elatione superbie tumidum, fraude malitiae obscurum? Quod mare quantum sævit, attendit quisquis e in se occultas cogitationum tentationes intelligit. Ecce enim jam perversa relinqūimus, jam desideriis rectis inhæremus, jam prava opera foris abscindimus; sed tamen latenter intus ea cum qua huc venimus vita veteris procella fatigamur, quam nisi respectu judicij et æterni pavore tormenti immensi timoris claustra constringerent, cuncta in nobis penitus superædificati operis fundamenta corruiissent. Si enim quod per suggestionem sævit intrinsecus, per deliberationem foras erumperet, vita nostræ fabrica funditus eversa jacuisse. In iniuritate namque concepti, et in delicto editi (Psal. L, 7), per insitæ corruptionis molestias pugnam nobiscum hoc deferimus, quam cum labore vincamus. Unde et recte de hoc mari dicitur : *Quando erumpet, quasi de vulva procedens*. Vulva enim pravæ cogitationis adolescentia est. De qua per Moysen Dominus dicit : *Sensus enim et cogitatio humani cordis prona est in malum ab adolescentia sua* (Genes. VIII, 21). Corruptionis namque malum, quod unusquisque nostrum ab ortu desideriorum carnalium sumpsit, b in proiectu ætatis exercet; et nisi hoc citius divisa formidinis manus reprimat, omne conditæ naturæ bonum repente culpa in profundum vorat. Nemo igitur sibi cogitationum suarum victoriam tribuat, cum Veritas dicat : *Quis conclusit ostium mare, quando*

D Pratel., Utic. aliisque Norm.

f Turon. et Laud., *Quod se non stare sublimiter non ignorat*. Lectionem nostram, quæ est omnium Editorum, habent alii MSS., præsertim Corb. Germ., Pratel., ceterique Norm. Eam confirmat quod in fine hujus libri legitur : *Beatus igitur Job, ne sibi tribuat quod contra procellas cordis fortiter stat*. Quæ verba evertunt lectionem MSS. Laud. et Turon.

g Laud., *occultas cogitationes*.

h Vindoc., Ebroic. et al., in proiectu... se exerit;

*erum pebas; quasi de tua procedens? Quia nisi ab ipso A cogitationis primordio cordis fluctus gratia divina re-tineret, tentationum procellis mare saeviens terram procul dubio hurtianè mentis obruisset; ut salsis fluctibus perfusa aresceret, id est perniciotis carnis voluptatibus delectata deperiret. Solus ergo Dominus ostii mare concludit, qui pravis motibus cordis elatestra inspiratae formidinis objicit. Quia vero ea qua cernimus sequi prohibemur, quia a corporearum rerum delectatione retundimur, <sup>a</sup> libet etiam ad invisi-bilis oculos mentis attollere, atque hæc ipsa qua sequi præcipimur videre. Sed quid agimus? Infirmis illa obtutibus needum patent. Ecce ad eorum amo-rem vocamus, sed tamen a visione restringimur, quia et si quando aliquid furtim parumque aspicimus, sub incerto nimis adhuc visu caligamus. Unde apte B subjungitur :*

#### CAPUT XX [Vet. XIX].

**VERS. 9.** — *Cum ponerem nubem vestimentum ejus, et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem.*

**44. Hoc mare tenebris et caligine obvolvitur.** — *Hoc mare tumultuosum, videlicet cogitationibus fluctuans cor nostrum nube vestitur, quia ne internam quietem pure conspicit, inquietudinis suæ confusione tenebratur. Hoc mare caligine quasi pannis infantiae obvolvitur, quia a contemplandis sublimibus adhuc teneris sensibus suæ infirmitatis ligatur. Videamus Paulum quadam caligine quasi infantiae pannis obvolutum, dum ait : Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscum sicut et cognitus sum (1 Cor. xiii, 12). Qui si se <sup>c</sup> ad comprehendenda cœlestia infantem non cerneret, ætatis suaæ 916 ad hæc comparationem nullo modo præmisisset, dicens : Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Tunc ergo ad robur juvenile concendimus, cum fortissenu eam ad quam tendimus vitam videamus; nunc autem quia intentionis nostræ acies per infirmitatem suam ab interna luce retunditur, mens nostra ligata infantiae pannis tenetur. Ubi apte subjungitur :*

#### CAPUT XXI.

**VERS. 10.** — *Circumdedi illud terminis meis.*

**45. Qui termini huic mafī positi.** — *Terminis enim suis Dominus hoc mare circumdat, quia cor nostrum adhuc corruptionis suæ molestia et cura turbulentum sub mensura contemplationis humiliat, ut licet plus appetat, ultra tamen quam sibi conceditur non ascendet. Vel certe terminis suis Dominus hoc mare circumdat, quia cor nostrum temptationibus tumidum occultis donorum distributionibus mitigat, modo agens ne prava suggestio ad delectationem veniat, modo ne prava delectatio usque ad consensum pro-rumpat. Qui ergo illicitos motus cordis respicit, et in quibusdam eos usque ad consensum venire prohi-*

*bet, in quibusdam vero illos etiam a delectatione restringit, nimirum furenti mari terminos imponit, ut nequaquam in opere exeat, sed intra sinum mentis temptationum submurmurans se unda collidat. Quia tunc valenter restringitur, cum ei delectationis Dei atque inspiratis virtutibus obviatur, recte subjungitur :*

#### CAPUT XXII

**VERS. 10, 11.** — *Et posui vectem et ostia, et dixi : Hucusque venies, et non procedes amplius; et hic confringes tumentes fluctus tuos.*

**46. Virtutes dissipat illud mare saeviens, nisi charitate fermentur.** — *Quid enim moraliter per ostia, nisi virtutes; quid per vectem, nisi robur charitatis accipimus? Hæc itaque ostia, scilicet operationum virtutes, mare saeviens dissipat, nisi eas ex occulto mentis opposita charitas astringat. Facile autem omne virtutum bonum temptatione cordis irruente destruitur, nisi ab intimis fixa charitate solidetur. Unde et Paulus in suis prædicationibus dum quædam virtutum ostia mari temptationis opponeret, illico eisdem ostiis quasi robur vectis adjunxit, dicens : Super omnia autem hæc charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis (Coloss. iii, 14). Perfectionis enim vinculum charitas dicitur, quia omne bonum quod agitur nimirum per illam ne percat ligatur. A tentatore namque citius quodlibet opus evellitur, si solutum a vinculo charitatis invenitur; si autem mens Dei ac proximi dilectione constringitur, cum temptationum motus quælibet ei injusta suggesterint, obiciem se illis ipsa dilectio opponit, et pravæ suasionis undas virtutum ostiis ac vecte intimi amoris frangit. [Vet. XX.] Quia ergo Dominus per inspiratæ charitatis fortitudinem nascentia in corde vitia reprimit, insurgentis maris impetum per obserata claustra compescit. Ira fortasse in occulto exasperat; sed ne quiet superna perdatur, perturbationi mentis officium linguae subtrahitur, ne usque ad vocem exeat, quod in sinu cordis tumultuosum sonat. Luxuria in occultis cogitationibus <sup>d</sup> accendit; sed ne supernam munitionem mens amittat, conceptæ immunditiae ea quæ famulari poterant membra castigat, ne usque ad corruptionem corporis exhalat fetor cordis. • Avaritia stimulat; sed ne cœlesti regno mens careat, 917 intra claustra se parcimoniae contenta propriis ligat, ne in pravo se opere dilatet, et usque ad exterioris actus internæ concupiscentiae æstus exsudet. Superbia inflat; sed ne veram celsitudinem amittat, considerando quisque quia pulvis est ab altitudine se conceptæ elevationis humiliat, certans nimirum ne quod in suggestione cogitationis tolerat in exercitationem operis erumpat. Bene ergo dicitur : Posui vectem et ostia, et dixi : Hucusque venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos, quia dum electus quisque et tentatur vitiis, et tamen facere male sug-*

*legitur ad contemplanda.*

<sup>a</sup> Corb. Germ. et Vindœ., libet jam

<sup>b</sup> Deest fluctuans in Corb. Germ., Pratel. e. Vindoc.

<sup>c</sup> Ita Turon., Corb. Germ., Laud., Utic. et alii Norm., quibus consentit Edit. Paris, 1495. In aliis

<sup>d</sup> Corb. Germ., Laudun. et Pratel., accedit.

• Corb. Germ., cordis avaritia.

<sup>e</sup> Laud., intra claustra parcimoniae contenta proprie ligatur.

gesta renitur, quasi mare clausum tenuerit. Quod 918 etsi intus tumultuosis cogitationum fluctibus mentem percilit, statutam bene vivendi littora non excedit. Quid mare quidem in tumore se erigit, sed dum fixa deliberatione cordis solidatur, fractum redit. Beatus igitur Job ne sibi tribunt quod contra procellas cordis fortiter stat, voce divina audiat:

*A Quis conclusit os tuum, quando erumpet, quasi de valva procedens, et cetera. Ac si ei aperte diceretur: Incassum te exterioris in bonis operibus pensas, si non me interius, qui in te temptationis undas compesco, consideras. Ut enim tu fluctus ferre possis in opere, meae virtutis est, qui fluctus frango temptationis in corde.*

## LIBER VIGESIMUS NONUS.

*Explicantur capitum xxxviii versus duo supra viginti a 12 ad 33 inclusive; multaque docentur, praesertim de Satanæ artibus et insidiosis, de gratia, de prædestinatione, reprobatione occultisque Dei iudiciis.*

### CAPUT PRIMUM

1. *Dei Filius in æterna nativitate nobis ignotus, natus vobis in tempore, ut se imitandum præbere.* — Dominus Deus noster Jesus Christus in eo quod virtus et sapientia Dei est, de Patre ante tempora natus est (*I Cor. 1, 24*); vel potius quia \* nec coepit nasci, nec desierit, dicamus verius semper natus. Non autem possumus dicere semper nascitur, ne imperfectus videatur. At vero ut æternus designari valeat et perfectus, semper dicamus et natus, quatenus et natus ad perfectionem pertineat, et semper ad æternitatem, ut quocunque modo illa essentia sine tempore temporali valeat designari sermone; quamvis hoc ipso quod perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expressione deviamus, quia quod factum non est non potest dici perfectum. Et tamen infirmitatis nostræ verbis Dominus condescendens, ait: *Estate perfecti, sicut et Pater vester celestis perfectus est* (*Matth. v, 48*). In illa itaque nativitate divina ab humano genere cognoscere non poterat; proinde in humanitate venit ut videretur, videri voluit ut imitaretur. Quæ carnis nativitas respectu visa est sapientibus mundi; contempserunt namque infirma humanitatis ejus, Deo hæc indigna judicantes. Cui tanto magis homo debitor fuit, quanto pro illo Deus etiam indigna suscepit. Quia enim non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes (*I Cor. 1, 21*). Ac si diceret: Cum Deum, qui est sapientia, nequaquam per sapientiam suam mundus inveniret, placuit ut Deum hominem factum per humanitatis stultitiam cognosceret, quatenus ejus sapientia \* ad nostra stulta descendenteret, et lucem supernæ prudenter luto sura carnis illuminata nostra cœctas videret. Natus igitur ex Patre sine tempore, ex matre nasci est dignatus in tempore, ut per hoc quod ortum suum inter initium finemque concluderet, humanæ scientiæ oculis ortum; qui nec initio sumilur, nec sine angustatur; aperiet. Unde bene hunc ad beatum Job dicitur:

\* Vindoc., nec coepit esse.

† Laud. et Corb. Germ., per humanitatis stulta.

‡ Ita Turon., Vindoc., Laudun., Corb. Gerin., Ebroic. aliisque Norm.; Editis habentibus, ad noscum stultitiam.

§ Sic legendum probant tum MSS. Anglic. et nostri, tum ipse contextus Job qui explanatur: nunquid post ortum. In veteribus tamen Edi. in Giliotiana,

### CAPUT II [Rec. II.]

VERS. 12. — *Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, et ostendisti auroram locum tuum?*

2. *Orto Domino, Ecclesia latitudine aurora a tenebris in lucem versa.* — Subandis ut ego. Ortus quippe divinitatis ejus ante et post non habet. Cuiusdem semper esse est per æternitatem, dum omnis quod habitur circumscribit, intra semelipsum temporum discursus claudit. Ortus vera humanitatis ejus, quia et coepit, et desistit, et ante et post haberet a tempore accepit. Sed quia, dum ipse umbras nostre temporalitatis suscepit, lumen nobis suam æternitatis infudit, recte post hunc ortum quem creator sibi in tempore condidit locum suum sine tempore aurora cognovit. Quia enim diluculum vel aurora a tenebris in lucem vertitur, non immixtum diluculum vel aurora nomine omnis electorum Ecclesia designatur. Ipsa namque dum ab infidelitatibus nocte ad lucem fideli ducitur, vel aurora more in diem post tenebras splendore supernæ claritatis aperitur. Unde et bene in Cantico cantorum dictum: *Quæ est ista quæ progreditur quæ aurora consurgens* (*Cant. vi, 8*)? Sancta enim Ecclesia celestis vitæ præmia appetens, aurora vocata est, quia dum peccatorum tenebras deserit, justitiae luce fulgescit.

[Vét. II.] 3. *Quandiu vivimus, aurora est, non perfectus dies.* — Habemus tamen subtilius aliquid quod considerata qualitate diluculi vel auroræ pendemus. Aurora namque vel diluculum noctem quidem præterisse nuntiant, nec tamen diei claritatem integrum ostentant; sed dom illam pollunt, hanc suscipiunt, lucem tenebris permistam tenent. Quid itaque in hac vita omnes qui veritatem sequimur, nisi aurora vel diluculum sumus? quis et quedam jems que lucis sunt agimus, et tamen in quibusdam adhuc tenebrarum reliquis non caremus. Per Prophetam quippe Deo dicitur: *Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens* (*Psal. cxvi, 2*). Rursumque scriptum est: *In multis offendimus omnes* (*Jas. iii, 2*). Paulus quoque

Vaticana et Gussanv., quibus favet Corb. Germ. MSS., legitur recte per hunc ortum. Ubi satis mirari non possumus acerbis Jamezii adversus Romanos Editores querelas. Quis, inquit ad hunc locum, excusare poterit extremam supinitatem Romantensium, etc. Quasi vero priores Ita scripsierint; et eadem lectio non reperiatur in Edi. Basil. 1503 et 1514, in Paris. 1488, 1495, 1518 et 1571, etc.

sit : *Videò aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis (Rom. vii, 23).* Ubi ergo lex peccati **919** cum lege mentis contendit, profecto adhuc aurora est, quia lux quæ jam emicuit, nequum præterguntus funditus tenebras pressit. Adhuc aurora est, quia dum lex carnis legem mentis, et lex mentis legem carnis percuit, inter se vicissim lux et umbra confligit. Unde rursum Paulus cum diceret : *Nox præcessit (Rom. xiii, 12), nequaquam subdidit, Dies venit, sed Dies autem appropinquavit.* Qui enim post discessum noctis jam non venisse sed appropinquasse diem insinuat, esse se procul dubio ante solem post tenebras adhuc in aurora demonstrat.

**4. Dies erit, cum nullæ peccati tenebræ cuperent.** — Tunc autem plene sancta electorum Ecclesia dies erit, cum ei admista peccati umbra jam non erit. Tunc plene dies erit, quando interni luminis perfecto fervore claruerit. Tunc plene dies erit, quando nullam malorum suorum tentantem memoriam tolerans, omnes a se tenebrarum etiam reliquias abscondet. Unde et bene hæc aurora quasi adhuc in transitu demonstratur, cum dicitur : *Et ostendisti auroræ locum suum.* Cui enim locus suus ostenditur, profecto ex alio ad aliud vocatur. Quid est enim locus auroræ, nisi perfecta claritas visionis æternæ? Ad quem cum perducta venerit, jam de transactæ noctis tenebris nihil habet. Nunc autem adhuc tentationum molestias sustinens, quia per intentionem cordis ad aliud festinat Ecclesia, ad locum suum tendit aurora. Quem locum si mente non cerneret, in hujus vitæ nocte remaneret. <sup>b</sup> Sed cum quotidie contundit perfici, et in lucem quotidie augeri, locum suum jam conspicit, et plene sibi clarescere solem querit. Locum suum aurora considerat, quando sancta anima ad contemplandum conditoris sui speciem flagrat. Ad locum suum pertinere aurora satagebat, cum David diceret : *Sicut anima mea ad Deum vivum, quando veniam et apparero ante faciem Dei (Psal. xli, 3).* Locum suum veritas auroræ monstrabat, cum per Salomonem diceret : *Quid habet amplius sapiens a stulto; et quid pauper, nisi ut perget illuc ubi est vita (Eccl. vi, 8).* Quem profecto locum etiam præcedentibus incarnationem suam patribus post ortum suum Dominus ostendit, quia nisi per prophetæ spiritum, incarnandum supernæ patris regem cognoscerent, bona ejusdem patris quam essent desiderabilia non viderent. Locum suum veritas aurora patefecit, cum Patrem coram discipulis petuit, dicens : *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum et illi sint mecum (Joan. xvii, 24).* Locum suum auroræ monstravit, cum diceret : *Ubicunque fuerit corpus, et illic congregabuntur et aquila (Math. xxiv, 28).* Ad hunc locum quem cognoverat pervenire aurora festinabat, cum Paulus

<sup>a</sup> Turon., Corb. Germ., Pratel., Laud. et alii, visionis internæ.

<sup>b</sup> Turon., sed dum quotidie augeri locum suum jam conspicit, et plene sibi clarescere solem querit.

<sup>c</sup> Laud., et illi sunt mecum.

<sup>d</sup> Corb. Germ., Pratel., Ulric. et al., illuc con-

A desiderium habere se diceret dissolvi, et cum Christo esse. : Et rursum *Miki vivere Christus est, et mori crucem (Philip. i, 21).* Et rursum : *Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manus factam, æternam in celis (II Cor. v, 4).* Bene autem post ortum suum locum proprium aurora ostendisse se prohibet, quia futuræ retributionis beatitudinem, priusquam per corpus ipse innotesceret, in paucorum intellectu continuit. Cum vero humanae nativitatis infirma suscepit, venturæ claritatis notitiam **920** in multitudinis innumeræ amore dilatavit. Sed cum divini operis mysterium sic misericordia peragat, ut tamen et ira comitetur, quatenus occultus arbiter alios respiciens redimat, alios deserens B perdat, quia cognovimus quomodo per incarnationem suam electos illuminet, audiamus nunc quomodo reprobos damnet. Sequitur :

### CAPUT III [Rec. III].

VERS. 13. — *Nunquid tenuesti concutiens extremam terræ, et excussisti impios ex ea?*

**5. Dominus abjectos et humiles elegit.** — Extrema terræ Dominus tenuit, quia in fine sæculorum ad destinatum jam et alienigenis regibus subditam synagogam venit; atque ex illa impios excussit, quia spiritualia fidei prædicamenta renuentes, etiam a carnalib[us] sacrificii gloria repulit. Vel certe extrema terra tenuit, quia ex Iudea paucos abjectos et humiles elegit (Math. iv, 18, seq.). Extrema terræ tenuit, quia legis doctores deserens, piscautores assumpsit. C que ejus extrema tenet, ex ea impios excutit, quia dum infirmos fideles roborat, fortes in illa infideles damnat. Recte vero etiam concutiens addidit, quia per adventum suum immensa formidine etiam reproborum corda commovit. Concussi quippe fuerant qui dicebant : *Nihil proficimus, ecce totus mundus post eum abiit (Joan. xii, 19).* Res autem quæ concutitur buc illucque ducta fatigatur. Concussa ergo Iudea fuerat, quæ de Christo per alios dicebat : *Quis bonus est (Joan. vii, 12).* Et per alios resistebat, dicens : *Non, sed seducit turbas (Ibid.).* Per alios dicebat : *Nisi hic esset a Deo, non poterat facere quidquam (Joan. ix, 33).* Atque ad extrellum per alios clamat : *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum (Joan. xviii, 30).* Concussi quidem, sed non prostrati sunt reprobi, cum modo miracula obstupescentes cernerent, modo infirmitatis opprobria despicientes irridenter. An non concussi fuerant, qui dicebant : *Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam (Joan. x, 24).* Vel certe extrema terræ concussit et tenuit, quia cum infirmata corda humilium pio timore terruit, nequaquam eis judicio districto dereliquit. Inde enim multiudo credentium in Deum robustius stetit, unde in se humili- D gregabuntur.

<sup>a</sup> Laud., in multitudines innumeræ amore dilatati.

<sup>b</sup> Ebroic. et al. Norm., immensa fortitudine. Cord. Germ., in immensa formidine.

<sup>c</sup> Laud. et Corb. Germ., post eum vadit.

liata trepidavit. Nam quia eum Deus quem concutit tenet, insinuat per prophetam, dicens : *Super quem requiescerit spiritus meus, nisi super humilem et quietum, et trementem sermones meos* (*Ier. LXVI, 2, sec. LXXX*) ? Quia eum quem concutit tenet, <sup>a</sup> Salomone attestante intimatur, quia ait : *Beatus vir qui semper est pavidus; qui autem mentis est dure, corruit in malum* (*Prov. XXVIII, 14*). Igitur quia extrema Iudea Dominus in apostolis tenuit, atque ex illa Scribas et Phariseos ac pontifices impietatis sua merito exigente reprobavit, quid adhuc de eorum damnatione subdatur audiamus. Sequitur :

## CAPUT IV.

**Vers. 14.** — *Restituerat ut lutum signaculum, et stabit sicut vestimentum.*

6. *Judei ab laterito opere prius liberati, dum terrae sapient, iterum ad lateres redierunt.* — Quid aliud Dominus plebem Israeliticam nisi lutum repetit, quam obsequiis gentilium deditam in Aegypto servientem lateribus invenit? Quam dum tot miraculis ad terram repromotionis duxit (*Exod. v, seq.*), dum perductam cognitionis sua scientia implevit, dum tot arcana secretorum ei per prophetiam contulit; quid eam aliud quam servandi mysterii signaculum fecit? <sup>b</sup> Ipsa quippe divina prophetia clausum continuit quidquid de se Veritas **921** in fine redevicit. Sed dum post tot divina secreta, post tot percepta miracula in Redemptoris sui adventu, plus terram quam veritatem dilexit, per sacerdotes dicens : *Si dimittamus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani, et tollent nostrum locum et gentem* (*Joan. XI, 48*), quasi ad eos quos in Aegypto reliqueret lateres rediit; et quae facta jam Dei signaculum fuerat, ad hoc se iterum quod deseruerat inflexit; lutumque se post signaculum in oculis veritatis exhibuit, cum per impietatis malitiam accepti verbi mysteria perdidit, et sola terrena sapere que inquinant elegit.

7. *Soli litterae servientes Deo per charitatem adhaerere soluerunt.* — Ubi apte subjungitur : *Et stabit sicut vestimentum.* Impoluta namque et grossiora vestimenta etiam cum induita fuerint, quia induentis membris bene applicata non inherarent, stare feruntur. Iudea igitur circa veritatis notitiam etiam cum servire videretur, sicut vestimentum stetit, quia per exteriora mandata servire se Domino ostendit, sed adhaerere ei <sup>c</sup> per charitatis intelligentiam noluit. <sup>d</sup> Dum solam in praeciptis Dei litteram tenuit, et nequaquam se per spiritum sensibus intimis junxit, quasi ei qui se induerat non adhaesit. Ubi et apte subjungitur :

## CAPUT V.

**Vers. 15.** — *Ausseretur ab impiis lux sua.*

8. *Cognitionem legis amiserunt, quod credere veri-*

<sup>a</sup> Corb. Germ., Vindoc., Laud., Pratel., Salomonis attestante nos instruit qui ait.

<sup>b</sup> Sic Corb. Germ., Turon., Vindoc. et unus Ebroic. In Laud. legitur : *In ipsa quippe divina prophetia. In Pratel., Uticensi et al. Norm., quos sequuntur Editi, ipsa quippe diu in prophetia.*

<sup>c</sup> Alter Ebroic., per charitatis indulgentiam.

<sup>d</sup> *tati renuerint.* — Quia dum credere veritati renuunt, cognitionem legis in perpetuum amittunt; et dum de accepta lege superbunt, nimur de scientiae suae gloria cæcantur. Scriptum quippe est : *Obscurerunt oculi eorum, ne videant* (*Psal. LXVIII, 26*). Rursumque scriptum est : *Excasa cor populi hujus, et aures ejus agrava* (*Ier. VI, 10*). Et rursum scriptum est : *In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant; et qui vident, cæci fiant* (*Ioan. IX, 39*). Et quia semel ipsos de legis operibus contra conditionem legis extulerunt, apte subditur :

## CAPUT VI.

**Ibid.** — *Et brachium excelsum conteretur.*

9. *Superba legis observatio reprobata.* — Excessum quippe brachium conteritur, quando, prædicata fidei gratia, superba legis operatio reprobatur, cum dicitur : *Ex operibus legis non justificabitur omnis caro* (*Rom. III, 20*).

10. *Extrema Ecclesie qui Deus et teneat et concutiat.* — Cuncta tamen haec intelligi et aliter possunt. Terram quippe Scriptura sacra vocare consuevit Ecclesiam. Extrema igitur terræ Dominus tenet et concutit, quia Ecclesie sua ultima per adventum Antichristi persecutioe immanissima turbari permittit; nec tamen permittendo deserit. Hanc terram aliquando Dominus tenet, et non concutit; aliquando tenet et concutit, quia modo eam tranquilla pace fidei posset, modo commoveri impetu persecutionis jubet.

11. *In Ecclesia persecutionibus falsi Christiani excutuntur sicut paleæ.* — Bene autem cum diceret : **C** Numquid tenuisti concutens extrema terræ, illico adjunxit : *Et excusasti impios ex ea?* Attestante enim Paulo, plerique in ea sunt qui confiduntur se nosse Deum, factis autem negant (*Tit. I, 16*). Impios ergo ex ea Dominus excutit, quia hi quos nunc intima vita possident, tunc in voraginem aperte infidelitatis cadent; atque in acervum palearum transeunt, cum tentationis illius aura commoventur. Et quamvis se nunc sub specie fidei intra areæ sinum tegant, tunc nimur extra granorum cumulum districti examinis ventilabro resilient.

[*Rec. IV.*] **922** 12. *In illis signaculum fidei vertitur in lutum.* — Unde et apte subjungitur : *Restituerat ut lutum signaculum.* Ac si aperte diceret : Hi qui nunc videntur in Ecclesia sive signaculum, tunc ante oculos omnium restituentur ut lutum, id est, nequaquam judicia hominum de professione religionis fallunt, <sup>e</sup> sed quod terrena sapient, demonstrantur. Solet enim Scriptura sacra pro fide appellare signaculum, pro iniuitate lutum. Nam filius junior qui, consumpta substantia, ad patrem rediit (*Luc. XV, 22*), in munere annulum accepit. Gentilis enim populus, qui, immortalitate perdita, ad Deum paenitendo re-

<sup>d</sup> In MSS. Norm., haec ad superiore periodum pertinent, siveque legitur : *sed adhaerere ei per charitatis intelligentiam (al., indulgentiam) noluit, dum solam... lect. tenuit. Et nequaquam se... junxit, quia ei, etc.*

<sup>e</sup> Corb. Germ., Laud., Pratel. et al. Norm., *sed quam terrena sapient.*

vertitur, per fideli signaculum munitur. Unde et a sponsō suo Ecclesiæ dicitur: *Pone me ut signaculum super cor tuum* (Cant. viii, 6). Idcirco namque signaculum rebus ponitur, ne qua diripientium præsumptione temerentur. Sponsus ergo in corde signaculum ponitur quando fidei ejus mysterium in custodia nostræ cogitationis imprimitur, ut ille infidelis servus, pimirum noster adversarius, cum signata fide corda considerat, tentando ea irrumpere non præsumat. <sup>b</sup> Per lutum vero terrena contagia demonstrantur, attestante Psalmista qui ait: *Eduxisti me de lacu misericordie, et de luto fæcis* (Psal. xxxix, 3). Quia igitur multi in terrenis contagis inventi, perducti ad Ecclesiam, cœlestis fidei sacramento signantur, et tamen ab iniquis operibus non recedunt, sequè nunc fidei velamine contingunt, sed cum tempus invenerint, quid sint veraciter ostendunt, recte dicitur: *Restituetur ut lutum signaculum.* Quos enim nunc fideles credimus, ipsos tunc fidei hostes invenimus; et quamvis appareant non tentati signaculum, erunt procul dubio tentati lutum. Unde et recte dicitur, *Restituetur*, quia qualis eorum conscientia esse ante fidem potuit, <sup>c</sup> tales eos post modum reproba vita convincit. De quibus apte subjungitur: *Et stabit sicut vestimentum.*

**15.** *Multis nunc quasi vestimentis ornatur Ecclesia, quibus, flagrante persecutione, nudabitur.* — Tot nunc quasi vestibus sancta Ecclesia induitur, quot fidelium veneratio decoratur. Unde et ei ostensis gentilibus, a Domino per prophetam dicitur: *Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris* (Isai. xlix, 18). Multis tamen quasi fidelibus nunc specie tenus induitur, sed pulsante persecutionis impetu, tunc eis exuta nudabitur; de quorum sorte hic dicitur: *Et stabit sicut vestimentum.* Stare vero hoc loco ponitur in peccato persistere. Unde scriptum est: *Et in via peccatorum non stetit* (Psal. 1, 1). Vel certè reprobis quisque sicut vestimentum stare dicitur, ut non posse stare monstretur, quia sicut indumentis in visionis suæ specie per corpus tenditur, exuta autem fracta complicatur, ita unusquisque qui a sanctæ Ecclesiæ tunc statu recesserit, tensus a decoru quasi dum induceretur fuit, sed exutus postmodum, confractus atque abjectus jacebit. Si vero stare intelligimus perdurare, sicut vestimentum stat quisque reprobis qui in hac vita quam diligit breviter durat. Unde et per Prophetam dicitur: *Omnia sicut vestimentum veterascent, et sicut operatorium mutabis ea, et mutabuntur* (Psal. cl, 28). Hac itaque, quæ allegoriarum nobe recta intulit, nunc verbis apertioribus innotescit, subdens:

<sup>a</sup> Idem Cod., in cor signaculum

<sup>b</sup> Pratel. et Corb. Germ., per lutum vero quia terrena contagia demonstrantur, attestatur proph.

<sup>c</sup> Corb. Germ. et Laud., tales eorum et postmodum reproba vita.

<sup>d</sup> Corb. Germ., Vindoc., Pratel., Utic., inter te-nebras.

\* Luxatus hic locus omissione verbi diligunt, in Edit. Gilot., Utic. et alii non paucis, restitutus est ope Ms. Anglic. et Gallican. necnon vel. Edit. Paris et Basili.

VERS. 15. — *Auseretur ab impiis lux sua.*

**14.** *Creditibus et male viventibus fidei lumen afferetur, maxime persecutionis Antichristi tempore.* — Neque enim eos nunc Dei lumen illustrat, 923 qui iniquitatis suæ malitia fidei nomine palliant. [Vet. III, Rec. V.] Nam dum juxta prædicationem fidei vivere negligunt, et tamen eamdem fidem specie tenus venerantur, honorem vitæ præsentis ex nomine religionis querunt, hocque eis ex fide lucet, quod eos fides coram hominibus resovet. Sunt vero nonnulli, qui æterna quæ audiunt veraciter credunt, et tamen eidem quam tenent fidem male vivendo contradicunt. Habent hi quoque <sup>d</sup> in tenebris Iucem suam, quia dum perversa agunt, et tamen de Deo recta sentiunt, ne tenebrescant funditus, ex quadam parte fulgore luminis illustrantur. Qui dum plus terrena quam cœlestia, plus quæ vident quam quæ audiunt, <sup>e</sup> diligunt, pulsante persecutionis articulo, quod rectum credere videbantur amittunt. Quod illo maxime tempore multiplicius agitur, quando, sur gente ipso iniquorum capite, in sanctam Ecclesiam persecutione ultima, liberis suis viribus ejus fortitudine grassatur. Ibi tunc cor uniuscujusque ostenditur, ubi quidquid in occultis latebat aperitur; et qui nunc ore sunt pii, et corde sunt impi, publicata malitia corruunt, et lucem fidei quam specie tenuerant perdunt. Sed inter haec necessæ est ut unusquisque nostrum ad cordis sui secretum redeat, et actionis suæ damnæ pertimescat, ne, exigentibus meritis, per districtam justitiam judiciorum Dei in talium hominum numerum incurrat.

[Rec. VI.] **15.** *Jam in membris suis vivit et servit Antichristus.* — Nemo autem sibi incaute blandiatur, et idcirco <sup>f</sup> se a tali casu extraneum credit, quia ad illius tempestatis procellam pervenire se non existimat. O quanti illius tentationis tempora non videbunt, et tamen in ejus temptationis procella versantur. Cain tempus Antichristi non vidit, et tamen membrum Antichristi per meritum fuit (Genes. iv). Judas sævitiam persecutionis illius ignoravit, <sup>g</sup> et tamen viribus crudelitatis ejus, avaritia suadente, succubuit (Math. xxvi, 15). Simon divisus longe ab Antichristi temporibus extitit, et tamen ejus se superbiæ, miraculorum potentiam perverse appetendo, conjunxit (Act. viii, 19). Sic iniquum corpus suo capiti, sic membris membra junguntur, cum et cognitione se nesciunt, et tamen prava sibi actione copulantur. Neque enim Pergamus Balaam libros aut verba cognoverat, et tamen ejus nequitiam sequens, <sup>h</sup> voce supernæ increpationis audiebat: *Habes istic tonentes*

<sup>f</sup> Ita Corb. Germ., Vindoc., Ebroic. aliquæ Norm. ac vet. Edit. Paris. 1468 et 1495. In Edi. Paris. 1518, et in Basili. 1503 ac 1514, legitur simpliciter: *se a tali extraneum credit.* In recent. habes occasu, pro casu.

<sup>g</sup> Corb. Germ., Ebroic. aliquæ Norm. et vetus Ed. Paris., et tamen jure crudelitatis... succubuit. Laud., et tamen jure crudelitatis ejus avariciæ studentis subcubuit.

<sup>h</sup> Vindoc., Laud., Pratel., etc., vocem supernæ increpationis.

doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandala cōram fīliis Israel, edere et fornicari (Apoc. ii, 14). Thyatira quoque ecclesiam a Jezabel nolititia et tempora et loca dividabant; sed quia eam parvitate reatus astipxerat, inesse ei Jezabel dicitur, atque operibus perversis insistere, angelo attestante, qui ait: *Hebre aduersus te aliquis; quia permittis mulieram Jezebel, quem se gicū prophētē, docere et educere sorbas meas, fornicari et manducare de idōphysis* (ibid., 20). Ecce quia reperiri posuerunt, qui dezelbel vitam reproba ratione accepit sunt, Jezabel illis iurepia memoratur, quia videlicet pravum corpus coniugali mores uerum faciunt, etiam si hoc deo vel tempore accidunt. Unde fit ut in perversis suis imitatoribus et iniquis quaque maneat qui jam perterritū, et in eis operatib⁹ ipsas iniquorum auges jam appareat, 924 qui needum venit. Hinc Iohannes ait: *Nunc Antichristi multi facti sunt (I Joan. ii, 18)*, quia iniqui oīnes jam ejus membra sunt, quae scilicet perverse multa caput suum male vivendo prætereyerunt. Hinc Paulus ait: *Ut reueletur in suo tempore; nam mysterium iam operatur iniquitas (II Thess. ii, 6)*. Ac si dicaret: Tunc Antichristus manifestetur yidebitur; nam in cordibus iniquorum secreta sua iam nunc occultus operatur. Ut enim de aperiōrib⁹ criminibus taceam, ecce alius fratri in corde quo tacitus invidet, et si occasione reperiat, eum supplantare contendit; cuius alterius membrum est, nisi ejus de quo scriptum est: *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum (Sap. ii, 24)*? Alius magni meriti esse se estimauit, per tumorem cordis cunctis se præferens, omnes semetipso inferiores credit; cuius alterius membrum est, nisi ejus de quo scriptum est: *Omne sublime videt, et ipse est rex super universos filios superbiae (Job. xli, 25)*? Alius mundi hujus potentiam querit, non quo aliis prospicit, sed quo ipse alteri subditus non sit; cuius alterius membrum est, nisi ejus de quo scriptum est: *Qui dixit: Sedeo in monte testamēti, in lateribus Aquilonis; ascendam super altitudinem nubium; similis ero Altissimo (Isai. xiv, 18)*? Solus quippe Altissimus ita dominatur super omnia, ut alteri subesse non possit. Quem diabolus imitari perverse voluit, cum suum dominium querens, ei subesse recusavit. Imitatur ergo diabolum quisquis idecirco potestatem suam appetit, quia ei qui sibi est superna ordinatione præpositus subesse fastidit.

Vet. IV. 16. *Infidelitatis rei sunt, qui veritatem negant.* — Sunt præterea plurima quæ quosdam in ipsa pace Ecclesiæ constitutos infideles esse renuntiant. Video namque nonnullos ita personam potentis accipere, ut requisiti ab eo, pro favore ejus non dubilent in causa proximi veritatem negare. Et quis est veritas, nisi ille qui dixit: *Ego sum via, veritas, et vita (Joan. xiv, 6)*? Neque enim Joannes Baptista

<sup>a</sup> Laud., tempora longa dividebant.

<sup>b</sup> Idem Cod., et ipse est rex superbiae, super universos filios.

<sup>c</sup> Furor., sic occultum torum dedit timori. Laudum, sic occultum locum dedit timori.

A de confessione Christi, sed de justitia veritatis requisitus occupavit (Marc. vi, 28); sed quia Christus est veritas, ad mortem usque idecirco pro Christo, quia videlicet pro veritate, pervenit. Populus ergo ante oculos quod aliquis percunctatus personam potentis accepit, et ne verbi saltem injuriā patetur, veritatem negavit. Quid rogo iste saecul⁹ in dolore popnarum, qui Christum erubuit inter flagella verborum? Ecce et post hæc ante oculos hominum adiuc Christianus est, et tamen si eum Dominus districte disposuit judicare, jam non est.

17. *Et qui corrigeret, eum teneantur, negligunt.* — *Noz desunt in pace Ecclesiæ Antichristi tentamenta.* — Video autem alios, quibus per locum magisterii exhortandi sunt officia arguendique commissa, qui B vident aliquid illicitum admitti, et tamen dum quorundam potentum offendere gratiam metuunt, arguere non presumunt. Quisquis iste est, quid aliud facit, nisi videt lupum venientem, et fugit (Joan. x, 12)? Fugit, quia tacuit; tacuit, quia, despacta æternagratia, temporalem gloriam plus amavit. Ecce ante potentis faciem intra sui se latēbras silentii abscondit, et sicut persecutioni publicæ, eis occulito locum dedit timori. Bene de talibus dicitur: *Dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei (Joan. xii, 43)*. Quisquis igitur talis est, si hæc districte judicantur, etsi persecutio publica defuit, tamen tacendo 925 Christum negavit. Non ergo desunt vel in pace Ecclesiæ Antichristi tentamenta. Nemō itaque illa persecutio extrema tempora quasi sola perhorrebat.

C Apud iniquos namque quotidie res Antichristi agitur, quia in eorum cordibus mysterium suum jaci nunc occultus operatur. Et si multi nunc specie tenus intra Ecclesiam constituti simulant se esse quod non sunt, in adventu tamen judicis prodentur quod sunt: de quibus bene Salomon ait: *Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate, quasi justorum operum (Eccle. viii, 10)*. Igitur postquam de inquis dictum est, Restituetur ut lumen signaculum, et stabit sicut testimoniū, et auferetur ab impiis lux sua, quod utique in illa est Antichristi persecutione faciendum, mox, de ejusdem Antichristi perditione nos consolans, ait

### CAPUT VIII.

VERS. 15. — *Et brachium excelsum conteretur.*

18. *Antichristi superbia et casus. Angelus et homelapsi, quia Deo similes esse per potentiam, non per justitiam, voluerunt.* — Quid namque aliud excelsum brachium accipitur, nisi superba Antichristi celsitudo, quæ super reprobas mentes hominum fastu gloria secularis erigitur, ita ut homo peccator, et tamen estimari homo despiciens, Deum se super homines mentiatur? Unde et Paulus apostolus dicit: *Ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus (II*

<sup>d</sup> In Gilot. Edit. ac al. recent., *persecutione*; fortasse quod incongruum judicarent Deum nos ac Antichristi perditione consolari. Sed sensus est Deum nobis consolationem afferre, prænuntiata futura Antichristi perditione.

*Thess. II, 4).* Cujus ut tumorem plenius ostenderet, A præmisit : *Qui adversatur et extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur (Ibid.).* Deus enim dicitur : *Ecce constitui te Deum Pharaonis (Exod. VII, 1).* Deus vero coli purus homo non potest. Quia vero se Antichristus et super sanctos quosque homines, et super ipsius potentiam divinitatis extollit, per exactum sibi nomen gloriæ, et hoc quod Dens dicitur, et hoc quod Deus colitur, transire conatur. Notandum vero est in quantam superbie loveam cecidit, qui in mensura ruinæ qua lapsus est non permansit. Diabolus quippe vel homo a statu conditionis propriæ elata mente corruerunt, ut vel ille dicaret : *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo (Isai. XIV, 13);* vel iste audiens' crederet : *Aperientur oculi vestri, et eritis sicut dei (Genes. III, 5).* Idcirco ergo uterque cecidit, quia esse Deo similis non per justitiam, sed per potentiam concupivit. Sed homo per gratiam liberatus, qui Dei similitudinem perverse appetendo occidit, in reatu criminis sui longe Deo imparem se esse cognoscens clamat : *Domine, quis similis tibi (Psalm. LXXXVIII, 8)?* Diabolus vero in lapsu sui criminis justi dimissus, in mensura ruinæ sua minime permansit; sed quanto diutius ab omnipotentis gratia defuit, tanto magis reatum criminis cumulavit. Nam qui ideo cecidit, quia perverso ordine Deo esse similis voluit, eo usque perductus est, ut in Antichristum veniens, videri Deo similis dñegetur, atque eum quem habere non potuit superbus æqualem, damnatus inferiorem putet. Nam cum de illo hoc quod jam præmisimus dicitur : *Extollens se supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur (II Thess. II, 4),* aperte monstratur quia appetendo dudum Dei similitudinem, quasi juxta Deum erigere se voluit, sed in superbie culpa crescendo, jam se supra' omne quod Deus dicitur et colitur extollit. Quia ergo hæc ejus superbia districti judicis erit adventu serienda, sicut scriptum est : *Quem Dominus Jesus interfici spiritu oris sui, 926 et destruet illustratione adventus sui (Ibid., 8),* recte dicitur : *Et brachium excelsum conteretur.*

9. Verbi divini, quo plus teritur, virtus magis augetur. — Cuncta tamen hæc, quæ bis discussa sunt, adhuc intelligi et aliter possunt. Verba enim Dei quasi pigmenta quædam nostri sunt adjutorii. Et sicut pigmentum quanto plus teritur, tanto plus in populo ejus virtus augetur, ita divina eloquia quo magis exponendo conterimus, eo audientes amplius quasi bibentes juvamus. [Vet. V.] Quia igitur misericors Deus diu peccata hominum tolerat, et cum jam vicinum finem respicit, plerumque mentes peccantium immutat, recte de se, vim tantæ pietatis insinuans, ait :

\* Gussanvill. ac nonnulli Edit., quo magis exponendo conteruntur, eo audientes.... juvantur. Quod emendavimus ex MSS. Anglic., Norman., Laud. et Corb. Germ.

† Ita Vindoc., Ebroic. aliisque Norm., Laudun., etc.

## CAPUT IX.

VERS. 13. — *Nunquid tenuisti concutens extremam terræ, et excussisti impios ex ea?*

20. Deus hominem non deserit, et in extremis electos sollicitius purgat. — Per terram quippe homo infama sapiens designatur, cui peccanti dictum est : *Terra es, et in terram ibis (Genes. III, 19).* Sed quia prius conditor facturam suam non deserit, mala hominum et per suam sapientiam tolerat, et per eorum quandoque conversionem relaxat. Cum autem dora atque insensibiles mentes respicit, modo eas minis, modo verberibus, modo revelationibus terret, ut qua pessima securitate duruerant, salubri timore mollescant, quatenus vel sero redeant, et hoc ipsum saltem, quod diu exspectati sunt erubescant. Sic enim Dominus quia extrema vita nostræ plus iudicat, et idcirco electos suos in fine sollicitius purgat. Scriptum quippe est : *Deus judicabit fines terre (I Reg. II, 10).* Tanto ergo impensis ultimis nostris invigilat, quanto in ipsis pendere initia vita sequentia pensat. Quod quia misericorditer facit, pietate sua in medium deducta, qua etiam sero conversos peccatores recipit, beati Job justitiam erudit, dicens : *Nunquid tenuisti concutens extremam terræ, et excussisti impios ex ea?* Subaudis ut ergo, qui in suis ultimis sepe peccatores terrendo concutio, converteando leno, atque ab eorum cordibus impios cogitationum motus evello. Et recte beato Job Dominus quomodo juxta finem peccatores convertat insinuat. Ac si aperie dicat : *Misericordia meæ potentiam respice, et tuæ justitiae elationem preme. Quia extrema hominis quia, etiam cum convertitur per carnis mortem, illa antiquæ culpæ vindicta comitatur, prolius insinuat, cum dicit.*

## CAPUT X.

VERS. 14. — *Restituetur ut lutum signaculum, et stabit sicut vestimentum.*

21. Homo Dei signaculum et imago, in penam superbie, per mortem fit terra et cinis. — Hominem quippe Dominus, quem ad suam similitudinem coedit, quasi quoddam sua potentiae signaculum fecit. Quod tamen ut lutum restituetur, quia licet æterna supplicia per conversionem fugiat, in ultiione tamen perpetratae superbie carnis morte damnatur. Ex luto quippe homo conditus, et mentis accepta ratione, similitudine divinæ imaginis decoratus, elatione cordis intumescens, quod de infirmis formatus esset oblitus est. Unde mira conditoris justitia actum est ut quia per sensum intumuit, quem rationabilem accepit, rursus terra per mortem fieret, quam esse se considerare humiliiter noluit; et quia peccando Dei similitudinem perdidit, moriendo vero ad limi sui materiam redit, recte dicitur : *Restituetur ut lutum signaculum.* Et quia de corpore dum spiritus vocatur, quodam quasi involucro sua carnis exiuit,

At Editi cum Ms. Corb. Germ., et per suam patientiam tolerat. Fortasse perpendentes tolerare ad patientiam potius pertinere quam ad sacerdotiam; vocem hanc in alteram mutandam censuerunt.

¶ Laudun., duraverant.

**927** apte de eodem luto subjungitur : *Et stabit sicut vestimentum. Lutum namque nostrum sicut vestimentum stare est usque ad resurrectionis tempus inane exulumque perdurare. Sed quia hanc poenam superbiae nec illi transeunt, qui et eamdem superbiam vivendo humiliiter vincunt; quæ sit superbientium specialis poena, subjungit dicens :*

#### CAPUT XI.

**VERS. 15.** — *Ausseretur ab impiis lux sua, et brachium excelsum constringetur.*

**22. Mors** quæ electos luci restituit, reprobis lucem, nimirum præsentis vitæ gloriam tollit. — Mors enim carnis, quæ electos luci suæ restituit, lucem suam reprobis tollit. Lux namque superbientis est gloria vitæ præsentis. Quæ ei lux tunc subtrahitur, cum per carnis interitum ad retributionum suarum te-nebras vocatur. Ibi tunc excelsum brachium constringitur, quia celsitudo cordis ultra naturæ ordinem violenter arrepta opprimentis se divinæ justitiae mole dissipatur, ut quia se perverse in brevi erexerat, per pondus judicii in æternum fracta cognoscatur. Nullus autem nostrum quid post mortem sequeretur agnoscere, nisi vitæ nostræ conditor ad poenam usque mortis nostræ veniret. Nisi enim ipse misericorditer infusa pateret, nequaquam nos post suam imaginem perditos juste ad summa revocaret. Unde et recte subjungitur :

#### CAPUT XII [Rec. VII].

**VERS. 16.** — *Nunquid ingressus es profundum maris, et in novissimis abyssi deambulasti?*

**23. Dominus non solum in mundum, sed etiam in infernum pro nobis descendit.** — Ac si dicat : Ut ego, qui non soli mare, id est sæculum, per assumptam humanam carnem atque animam petui, sed etiam per eam sponte in morte positam, usque ad ultima inferni, quasi ad maris profunda descendere. Si enim mare, more divini eloqui, sæculum debet intelligi, nihil prohibet profunda maris inferni clausa sentiri. Quod profundum maris Dominus petuit, cum inferni novissima, electorum suorum animas erupturus, intravit. Unde et per prophetam dicitur : *Posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati* (*Isai. li, 10*). Hoc namque profundum maris ante Redemptoris adventum non via, sed carcer fuit, quia in se tamen bonorum animas, quamvis non in locis poenitibus, clausit. Quod tamen profundum viam Dominus posuit, quia illuc veniens, electos suos a claustris inferni ad cœlestia transire concessit. Unde et apte illic dicitur : *Ut transirent libertati* (*Ibid., 10*). Quod vero profundum maris dixerat, hoc, aliis verbis replicans, abyssi novissimum vocat, quia sicut aquarum abyssus nulla nostra visione comprehenditur, ita occulta inferni nullo a nobis cognitionis sensu penetrantur. Qui enim hinc subtrahantur cernimus, sed quæ illos juxta meritum retributio suppliciorum maneat, non videmus.

\* Sic Turon., Ebroic. aliique Norman. cum Laud. Pro retributionam Editi habent rationum. Ipsius savet Corb. Germ., in quo prius legebatur orationum.

PATAOL. LXVI.

**A** [Vet. VI.] 24. *In inferno deambulavit, quia liber ad ligatos venit.* — Vigilanti vero est cura pensandum quod in novissimo abyssi deambulasse se perhibet. Deambulare quippe non constricti, sed liberi es. Quem enim vincula stringunt, ejus nihilominus gressus impediunt. Quia igitur Dominus nulla peccati vincula pertulit, in inferno deambulavit. Liber quippe ad ligatos venit. Unde scriptum est : *Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber* (*Psal. lxxxvii, 5*). In novissimis ergo abyssi Domino deambulare est in loco damnationis nihil suæ retentionis invenire, attestante Petro, qui ait : *Solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo* (*Act. ii, 24*). Vel certe quia deambulando nos cum de loco **928** ad locum ducimur, hic illic que præsentes invenimur; deambulasse in inferno Dominus dicitur, ut electis animabus in locis singulis per divinitatis potentiam præsens fuisse monstratur. Unde et spiritus sapientiae mobilis describitur (*Sap. vii, 4*), ut per hoc quod nusquam deest, ubique nobis occurtere designetur. Quam deseensionem suam Dominus tanto mirabilem respicit, quanto eam redemptio homini crebrius infundit. Eam namquo adhuc replicans subdit :

#### CAPUT XIII.

**VERS. 17.** — *Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, et ostia tenebrosa vidisti?*

**25. Portas mortis, hoc est potestates adversas superavit.** — Portæ enim mortis sunt potestates adversæ. Quas descendens Dominus aperuit, quia earum fortitudinem moriendo superavit. Quæ appellatione quoque alia tenebrosa ostia vocantur, quia dum per occultationis suæ insidias non videntur, deceptis mentibus viam mortis aperiunt. Quæ tenebrosa ostia Dominus videt, quia immundorum spirituum fraudulentam malitiam et respicit et premit. Quos nisi ipse nobis nescientibus videndo prohiberet, et nil de insidiis eorum mens nostra cognosceret, et eisdem insidiis capta deperiret. Quæ tenebrosa etiam nos ostia cernimus, quando supernæ lucis radiis illustramur. Unde et per prophetam dicitur : *Dominus mihi adjutor est, et ego videbo inimicos meos* (*Psal. cxvii, 7*). Hostes igitur nostros ipse videt, qui suo eos munere nobis visibiles facit. Vel certe tenebrosa tunc ostia Dominus vidit, cum claustra inferni penetrans, crudeles spiritus perculit, et mortis præpositos moriendo damnavit. Quod idcirco hic non adhuc de futuro, sed jam de præterito dicitur, quia hoc quod facturus erat in opere, nimirum jam fecerat in prædestinatione. Quia vero post mortem resurrectionemque ejus crevit Ecclesia, atque in cunctis est gentibus dilatata, apte subjungitur :

#### CAPUT XIV [Vet. VII].

**VERS. 18.** — *Nunquid considerasti latitudinem terre?*

**26. Morte Christi crevit Ecclesia.** Tanquam Samson,

\* Laud., Ebroic. et alii Norm., cogitationis sensu.

• Laud. et Corb. Germ., in novissima.

*T*ures hostium moriens extinxit quam vivens. — Dum enim Dominus angustias mortis petiit, fidem suam in gentibus dilatavit, atque ad innumera corda credentium sanctam Ecclesiam extendit. Cui per prophetam dicitur : *Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, et clavos tuos consolida; ad dexteram enim et ad laevam penetrabis, et semen tuum gentes hereditabit* (*Isai. liv.*, 2). Quæ latitudo terræ profecto non feret, nisi ipse prius et vitam quam novimus moriendo despiceret, et vitam quam non novimus resurgendo monstraret. In morte quippe sua nostræ oculos mentis aperuit, et quæ esset vita quæ sequeretur ostendit. Unde et hunc in Evangelio ordinem tenens, discipulis dicit : *Sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine ejus paenitentiam, et remissionem peccatorum per omnes gentes* (*Luc. xxiv.*, 46). Pauci enim ex plebe Israelitica ipso prædicante crediderunt ; innumerí vero gentium populi viam vite moriente illo secuti sunt. Superbos namque dum adhuc passibili viveret pertulit, \* a passibili vero vita mortuus stravit. Quod bene Samson in semetipso dudum figuraliter expressit (*Judic. xvi.*, 30), qui paucos quidem dum viveret interemit ; destructo autem templo, hostes inumeros cum moreretur occidiit, quia nimis Dominus ab elatione superbis paucos cum viveret, plures vero cum templum **929** sui corporis solvere tur extinxit (*Joan. ii.*, 19) ; atque electos ex gentibus quos vivendo sustinuit, simul omnes moriendo prostravit. Recte itaque postquam inferna penetrasse se docuit, considerandam mox terræ latitudinem subiunxit : *Nunquid considerasti latitudinem terræ ?* Ac si flagellato homini diceret : Perpende quid pertulisti, et pensa quod emi ; nec queraris ipse de verbere ; dum nescis quæ te præmissa maneat in retributione. Inter hæc itaque verba creatoris operæ primum pato, si a bono communi ac publico parumper oculos flectimis, et quid in singulis nobis latenter agat intuemur. Dicit enim :

#### CAPUT XV [Rec. VIII].

VERS. 46. — *Nunquid ingressus es profundum maris?*

27. *Maris profundum Deus ingreditur, cum peccatoris mentem visitat.* — Mare quippe est mens humana, cuius profunda Deus ingreditur quando per cognitio nem suam ad lamenta paenitentiae ab intimis cogitationibus perturbatur, quando prioris vitæ nequitias ad memoriam reducit, et fluctuantem <sup>b</sup> in confusione sua animum conœnit. Profundum maris Deus penetrat, quando etiam desperata corda permutat. \* Ipse enim mare intrat quando cor sacerdotiale humiliat, profundum maris ingreditur quando visitare mentes etiam pressas sceleribus non designatur. Unde et recte percutiando subjungitur : *Et in novissimis abyssi*

\* Ita Vindoc., Corb. Germ., Pratel., Utic. Consentit Laudun., nisi quod pro mortuus mendose legitur mortuos. At Edit., a passibili vero vita multos dum moreretur stravit.

<sup>b</sup> Ebroic. et alii Norm., in confessione sua animum

*deambulasti*? <sup>a</sup> Quæ enim est abyssus, nisi mens humana, quæ dum semetipsam comprehendere non vallet, sese in omne quod est, velat obscura abyssus, latet? Unde bene per prophetam dicitur : *Deus abyssus vocem suam, ab altitudine phantasie sue* (*Hebre. iii.*, 10), quia dum semetipsam mens humana non penetrat, ex comparatione sui, divinae naturæ potentiam quam comprehendere non sufficit humilius laudat.

28. *In novissimis abyssi deambulas, cum nequissimorum corda convertis.* — In novissimis ergo abyssi Deo deambulare est etiam nequissimorum corda hominum convertere, et desperatas mentes visitationis suæ vestigiis tangendo mirabiliter reformatæ. Cum enim post immensa aclera, unusquisque compungitur, quid aliud quam in novissimis abyssi Deus deambulans videtur? Quasi in abysso namque Deus deambulat, cum obscurum cor penetrans, fluctus invisibilis vitiorum calcat. Plerumque enim præterita alii plangimus, et aliis præsentibus urgemur, ut modo superbia, modo ira, modo luxuria, modo avaritia tentante fatigemur. Sed cum cuncta hæc in corde nostro Dominus occultæ visitationis suæ timore reprimit, quid aliud quam in abysso gressus ponit? Quos gressus mente conspicimus, quando contra insurgentia vitia quomodo timoris ejus obvient dona pensamus. Hos namque gressus Propheta consperrat, cum dicebat : *Visi sunt ingressus tui, Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto ipsius* (*Psal. lxvii.*, 25). Qui enim inordinatos motes animi divinorum judiciorum memoria in se reprimi conspercat, quasi deambulantis in se gressus Domini videt. Dicatur ergo beato Job : *Nunquid ingressus es profundum maris, et in novissimis abyssi deambulasti?* Sebaudis ut ego, qui mira misericordia in peccatorum cordibus modo iram, modo luxuriam, modo avaritiam, modo surgentem superbiam calco. **930** Ac tibi aperie diceretur : Si latentia cordis vitia meas solum reprimere conspicis, tu excoli de propria justificatione cessabis. [Vet. VIII.] Et quia cum divinitus visitamur etiam de occultis et illicis motibus mentis ad confessionem ducimur, recte subjungitur :

#### CAPUT XVI.

VERS. 17. — *Nunquid aperies sancti tibi portæ mortis?*

29. *Portæ mortis sunt cogitationes prævar, quas Deo per confessionem pandimus.* — Portæ enim mortis sunt cogitationes prævar, quas Deo pandimus, quando eas in paenitentia flendo constemur. Quas etiam non confessas intuetur, sed confessas ingreditur. Tunc quippe viam sibi in portis mortis aperit, quando, solitus prævis cogitationibus, ad nos post confessionem venit. Quæ portæ mortis idcirco vocantur sunt, quia profecto via ad interitum per initias <sup>c</sup> semper cogitationes aperitur. Quod adhuc replicatur, cum subditur :

*convertit.* In Vindoc. quoque legitur *convertit.*

\* Vindoc., Laud., Pratel., etc., sic enim mare intrat. Corb. Germ., si enim.

<sup>d</sup> Ebroic. et alii, quid enim est.

<sup>e</sup> Abest semper a Pratel. et nonnullis. Sane abi-

Ibid.—*Eſt ostia tenebrosa vidisti?*

30. *Tenebrosa namque ostia sunt latentia mentis mala.* — Tenebrosa namque ostia sunt latentia mentis mala, quæ et haberi intrinsecus possunt, et tamen ab altero videri non possunt. Quæ tamen Dominus cernit, quando ea occulto respectu gratiæ destruit. Scriptum quippe est : *Kēx qui ſedet in ſolio judicū, dissipat omne malum intuitu ſuo* (*Prov. xx, 8*). Et quia omne vitium angustal, omnis vero virtus animum dilatat, post deſtructa vita recie ſubjugitur : *Nunquid conſideraſti latitudinem terra?* Nisi enim virtus animum dilataret, nequaquam Paulus Corinthiis diceret : *Dilatamini et vos, et nolite jugum duſere cum infidelibus* (*II Cor. vi, 13*). Solerter vero intuendum eſt quod dicitur :

### CAPUT XVII.

VERS. 18.—*Conſideraſti latitudinem terra?*

31. *Sancti dum exterius angustias premuntur, intus dilatantur.* — Latitudo namque a bonorum interiorum nequaquam comprebenditur, niſi caute conſideretur. Nam plerumque eos exterius inopia humiliat, poena crucialis angustal; sed tamen inter hæc ſemper interior fortitudo <sup>b</sup> ſe uſque ad ſperanda cœleſtia dilatat. Angustali apostoli exterius fuerant, quando flagella ſuſtinebant; ſed in magna ſtabant intus latitudine liberi, qui apud ſe hæc eadem flagella in gaudium verterant. Scriptum namque eſt : *Ibant apostoli gaudentes a conſpectu conciliī, quoniam digni habitu ſunt pro nomine Iesu contumeliam pati* (*Act. v, 41*). Hanc latitudinem inter angustias Paulus invenerat, qui dicebat : *Scire autem vos volo, fratres, quia quæ circa me ſunt magis ad proſectum uenerunt Evangelii, ita ut vincula mea maniſta fierent in omni prätorio* (*Philip. i, 12*). Hanc latitudinem David inter angustias <sup>c</sup> obtinebat, dicens : *In tribulatione dilatasſi me* (*Psalm. iv, 2*). Tunc itaque hæc terra, id eſt sanctorum conſcientia, dilatatur, cum mundi hujus adverſitatis; extetius premitur. Nam cum a præſentis vita ſecuritate repellitur, intus ad ſe impingitur, ut ad ſperanda ſupererna tendatur. Cumque evagari exterius non permittitur, quaſi in ſinum ſuum revocata dilatatur. Nos autem quæ boni viri adverſa tolent cer nimus, ſed intus quantum gaudeant non videmus. Mentis eorum latitudinem modo in verbis, modo in operibus <sup>d</sup> conſiderando cognoscimus, ſed tamen quanta in eis amplitudō ſit ejusdem latitudinis ignoramus. Audiat ergo **331** humana ſapiencia, et aſſiſipientem <sup>e</sup> dicat : *Nunquid conſideraſti latitudinem terra?* Ac ſi dicat: ut ego, qui flagellis cinetam, oc-

ciendum videretur, niſi de ſolis adutis hic eſſet ſeruus; conſtat enim infantes in originti labore mortales ad interiorum porgere per aliam quam pravrum cogitationum januam.

<sup>a</sup> Ebroic. aliisque Norm., et Laud., bonorum interiorum eſt, et nequaquam. Ipaſi comincit Corb. Germ., in quo p̄terea legitur ante, pro caute.

<sup>b</sup> Deſſit ſe in Corb. Germ., Prateli., Utic. et al., ſieque legitur, fortitudo... dilatas; quemadmodum ſuperius, inopia humiliat, crucialis angustal.

<sup>c</sup> Turon. et Laed., optabat. Sed mediis legitur obſtructus in Corb. Germ., Prateli., Utic. et plerique.

A cultam justorum lœtitiam ſolus <sup>f</sup> plene conſidero, quia ſolus misericorder <sup>g</sup> forma. Vel certe idcirco beatus Job utrum terras latitudinem conſideraverit inquiritur, ut exemplo alienæ latitudinis humilietur. Ac si ei aperte diceretur : Eos quos innumera mala præſentis vita nequeunt anguſtare conſidera, et de ſtatu cordis tui <sup>h</sup> inter verbera gloriari cessa. Sequitur :

### CAPUT XVIII [Vet. et Rec. IX].

VERS. 18-20.—*Indica mihi, ſi nosti omnia, in qua via habitet lux, et tenebrarum quis locus ſit, ut ducas unumquodque ad terminos tuos, et intelligas ſemitas domus ejus.*

32. *Per lucem justitia, per tenebras iniquitas designatur.* Qui in justitia perseveraturi ſint, aut in peccato morituri, nos laetet. — Beatus Job gravi queſtione diſcuntur, ut et de via lucis, et tenebrarum loco requiratur; ut unumquodque ad ſuos terminos ducat, ac ſemitas domus ejus intelligat. Quid enim lucis no mine, niſi justitia accipitur <sup>i</sup> et quid per tenebras, niſi iniquitas designatur? Unde quibusdam conuerſis a peccatorum nequitia dicitur : *Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino* (*Ephes. v, 8*). Et de quibusdam in peccato manentibus memoratur : *Qui dormiunt, nocte dormiunt* (*I Thess. v, 7*). Beato itaque Job dicitur : *Indica mihi ſi nosti omnia, in qua via habitet lux, et tenebrarum quis locus ſit?* Ac ſi dicatur ei : *Si plenam te habere ſcientiam ſuſpicaris, dic vel <sup>k</sup> in cuius cor ea quæ nunc deest, innocentia veniat, vel in cuius corde ea quæ nunc eſt malitia perſeveret.* In qua via habitet lux, id eſt cuius mente veniebſt justitia impletat : *Et tenebrarum quis locus ſit, id eſt, in quo iniquitas cæca perduret:* Ut ducas unumquodque ad terminos tuos, id eſt, ut dijudices ſi vel is qui nunc iniquus cernitur, in iniquitate vitam ſi niat; vel is qui justus cernitur extremitatem vite ſuſe cun justitiæ perfectione concludat : *Et intelligas ſemitas domus ejus, id eſt, conſideres atque diſcernas, vel cui bona actio perſeverans aeternam mansionem präſet in regno, vel quem uſque ad terminum ſum actio prava conſtrigens in aeternum damnet ſuppli- cium. Domus quippe pro mansione ponitur, ſemita pro actione. Semita igitur ad domum ducit, quia actio ad mansionem pertrahit. Sed quis hominuſ ista diſcusses dicat? quis iſta ſalem imperterritus audiat?*

Multos enim videmus quotidie, qui justitiæ luce reſplendent, et tamen ad finem ſuum iniquitatæ obſcuritate tenebrantur; et multos cernimus peccatorum tenebris obvolutos, et tamen juxta vitæ ſue terminos.

<sup>d</sup> Prael., conſiderandum cognoscimus.

<sup>e</sup> Sie Vindoc., Corb. Germ., Laed., Prateli., etc., neconon vet. Ed. In recent. legitus dicit.

<sup>f</sup> Recent. Excusi, plane.

<sup>g</sup> In recent. Vulgatis ſeruus, reluctantibus MSS. Turon., Vindoc., Laud., Corb. Germ. et veteribus Excusis.

<sup>h</sup> Editi, inter verba. Sed sermonis ſeries probat legendum inter rerbera, ut etiam legitur in MSS. Corb. Germ., Anglic., Norm., etc.

<sup>i</sup> Editi cum Corb. Germ., in enijs corde. Melius MSS. Vindoc., Ebroic. aliisque Norm., in enijs cor.

num repente <sup>a</sup> reddi luci justitiae liberos. Multos etiam novimus semel inventam viam justitiae illibatae usque ad mortem tenuisse, et plerosque conspeximus usque ad exitum cœpta semel criminis sine cessatione cumulasse.

**33. Judiciorum Dei nubila, mentis nostræ radiis imperia.** — Quis vero inter ista occultorum judiciorum nubila mentis suæ radium mittat, ut aliqui consideratione discernat, vel quis perduret in malo, vel quis perseveret in bono, vel quis ab insimis **932** convertatur ad summa, vel quis a summis <sup>b</sup> revertatur ad insima? Latent hæc sensus hominum, nec quidquam de eujuslibet fine cognoscitur, quia divinorum judiciorum abyssus humanæ mentis oculo nullatenus penetratur. Videamus namque quod illa adversa Deo gentilitas justitiae luce perfusa est, et Iudea dudum dilecta perfidia est nocte cœcata. Scimus etiam quod latro de patibulo transivit ad regnum (*Luc. xxiii, 43*), Judas de apostolatus gloria est lapsus in tartarum (*Matth. xxvi, 5*). Rursumque quia aliquando sortes quæ cœperint non mutantur, et latronem novimus alium pervenisse ad supplicium, et apostolos scimus perceperisse propositum quod desideraverant regnum. Quis ergo discutiat in qua via habitet lux, et tenebrarum quis locus sit, ut ducat unumquodque ad terminos suos, et intelligat semitas domus ejus? Video Paulum ex illa persecutionis sævitia ad gratiam apostolatus vocatum (*Act. ix, 4, seq.*), et tamen sic inter judicia occulta formidat, ut reprobari se, etiam postquam vocatus est, timeat. Ait enim: *Castigo corpus meum, et in servitatem redigo, ne forte alius prædicans, ipse reprobis efficiar* (*I Cor. xv, 27*). Et iursum: *Ego me non arbitror comprehendisse; unum autem, quæ quidem retro sunt oblitus, ad ea que sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum sequor, ad paternam supernam vocationis Dei, in Christo Iesu. Sequor autem si comprehendam, in quo et comprehensus sum* (*Philip. iii, 13*). Et certe iam de illo voce dominica dictum fuerat: *Vas electionis mihi est* (*Act. ix, 15*); et tamen adhuc castigans corpus suum metuit ne reprobetur.

**34. Spem nostram potius comitetur timor quam securitas.** Væ laudabili etiam vita, si remota pietate judicetur. — Væ miseris nobis, qui de electione nostra nullam adhuc Dei vocem cognovimus, et iam in otio quasi de securitate torpemus. Debet profecto, debet in spe esse non solum securitas, sed etiam timor in conversatione, ut et illa certantes soveat, et iste torpentes pungat. Unde recte per prophetam dicitur: *Qui timent Dominum, sperent in Domino* (*Psal. cxiii, 11*). Ac si aperte diceret: *De spe incassum presumit, qui timere Deum in suis operibus renuit. Sed*

<sup>a</sup> Corb. Germ., Ebroic., etc., reddi luce justitiae. Ita vet. Ed. Paris. et Basil.

<sup>b</sup> Pratel., Laudun. et Al., reverberetur.

<sup>c</sup> Pratel., et servituti redigo. Laud. et Corb. Germ., et serviuti subjicio.

<sup>d</sup> Turon., quod retro oblitus. Corb. Germ., unum autem quæ retro oblitus.

<sup>e</sup> Vindoc., Pratel. et al. Norm., indica mihi si nosti omnia, ut legitur in Vulgata. Relinuimus tamen

A cur beatus Job de tam valida quæstione requiritur, quæ omnino ab hominibus ignoratur, ut justorum iniquorumque terminum comprehendat, nisi ut aliorum finem cognoscere non valens, ad suum recurrit, quia sicut aliorum, sic etiam suum nesciat, et nesciens timeat, timens humilietur, humiliatus jam de operibus suis extolli non debeat, et non elatus in gratiæ arce persistat? Dicatur ergo ei: *Indica mihi, si habes intelligentiam, in qua habitet lux, et tenebrarum quis locus sit; ut ducas unumquodque ad terminos suos.* Ac si diceretur: *Sicut qui de malis convertantur ad bona, vel qui de bonis ad mala redant, nesciis, ita etiam nec de te quid tuis meritis exigebus agatur intelligis.* Et sicut alienum nullatenus comprehendis, ita etiam tuum terminum prænoscere non vales. Jam enim quantum ipse profeceris sis, sed quid adhuc de te ego in occulto sentiam nescis. Jam justitiae tua acta consideras, sed quam districte apud me pensentur ignoras. Væ etiam laudabili vita **933** hominum, si remota pietate judicetur, quia districte discussa inde ante oculos judicis unde se placere suspicatur obruitur. Unde recte Deo per Prophetam dicitur: *Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vices* (*Psal. cxlii, 2*). Unde bene per Salomonem dicitur: *Sunt justi atque sapientes, et opera eorum in manu Dei, et tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta* (*Eccle. 11, 1*). Hinc rursum per eundem Salomonem dicitur: *Quis hominum intelligere poterit viam suam* (*Prov. xi, 24*)? Et nimicum bona malave quis faciens conscientia attestante <sup>f</sup> cognoscitur. Sed idcirco dicitur quod via sua ab hominibus nesciatur, quia etiam si recta se quisque opera agere intelligat, sub districto tamen examine quo tendat, ignorat. [Vet. et Rec. X.] Igite postquam illum de ista finis sui consideratione perterruit, ad examinandum ejus exordium reddit; ac ne conqueratur cur finem suum nesciat, commemoratur etiam quia nec quo buc initio accessit intelligat. Nam sequitur:

#### CAPUT XIX.

**Vers. 21. — Sciebas tunc quod nasciturus eses, et numerum dierum tuorum noveras?**

**35. Nullus hominum suum initium norit aut finem.** — Ac si aperte diceret: *Quid mirum si terminum tuum non intelligis, qui nec initium comprehendis?* Et qui ignoras quo hoc initio veneris, quid mirum si nescias quo fine subtraharis? Si ergo meum fuit te per initium ex occultis ad prompta producere, meum quoque exit etiam te ex promptis ad occulta revocare. Cur de vita tua dispensatione aliquid quereris, qui in manu artificis temetipsum nesciens teneris?

lectionem Corb. Germ. et Excensorum, quod eam a sancto Gregorio usurpatam credamus, neo immerto. Si enim aliam, quæ est Vulgata, secutus fuisset, quid cause fuisset anuanueosibus mutationis faciendo? Contra vero cum observassent verba haec, si habes intelligentiam, dispareare a textu Job, his omissionis, restituerunt si nosti omnia, ut legitur in Job.

<sup>f</sup> Turon., Corb. Germ., Ebroic. aliisque Norm., cognoscit.

Extolli itaque tanto magis non debes in eo quod A agis, quanto intra sinuin aeternitatis clausus, nec quo huc ordine veneris, nec quando vel quoinodo hinc educaris agnoscis.

36. *Ab hac lege Christus eximitur.* — Ilæc tamen intelligi et aliter possunt: *Sciebas tunc quod nasciturus essem, et numerum dierum tuorum noveras?* Sul audis ut ego, qui me nasciturum novi, quia et ante humilitatis ortum in divinitate semper substantialiter vixi. Homines quippe tunc esse incipiunt, cum in matrem suarum ventre nascentur. Nam ipsa quoque conceptione nativitas dicitur, juxta hoc quod scriptum est: *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est* (Matth. i, 20). Et idcirco se nascituros nesciunt, quia nec priusquam creentur existunt. Deus vero qui sine initio semper existit præscivit de se hoc quod in utero Virginis a initium sumpsit; et quia præscivit, disponuit; quia disposuit, nihil profecto in humana forma sine sua voluntate toleravit. Convincatur ergo cur de flagellis suis homo queritur, qui ortum suum præscire non potuit, b si ipse etiam qui ortum suum præsciendo disposuit se inter homines ad flagella præparavit. Sequitur:

#### CAPUT XX [Rec. XI].

VERS. 22, 23. — *Nunquid ingressus es thesauro nivis, aut thesauros grandinis asperasti, quæ præparavi in tempus hostis, in diem pugnæ et bellii?*

37. *Improbi ad justorum probationem servantur.* — Quid aliud nive vel grandine, nisi frigida ac dura intelligenda sunt corda pravorum? Sicut enim fervore charitas, sic solet in sacro eloquio frigore malitia designari. Scriptum namque est: *Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam facit animam malitia sua* (Jerem. vi, 7). Et rursus: *Abundabit iniqutias, et refrigerescet charitas multorum* (Matth. xxiv, 12). In 934 frigore ergo nivis, vel in duritia grandinis, quid accipi aptius potest quam vita pravorum, quæ et per torporem frigescit, d et per duritiae malitiam percutit? Quorum tamen vitam Dominus tolerat, quia eos ad justorum suorum probationem servat. Unde et recte subjunxit: *Quæ præparavi in tempus hostis, in diem pugnæ et bellii.* Ut cum adversarius noster diabolus tentare nos nititur, eorum moribus quasi suis contra nos armis utatur. Per ipsos quippe nos st̄eviens cruciat, sed nesciens purgat. Perceatis namque nostris ipsi flagella flunt, de quorum tali vita dum percutimur, ab æterna morte liberamur. Unde agitur ut electorum vita proficiat etiam perdita vita reproborum, et utilitatæ nostræ dum illorum perditio militat, mira dispensatione fiat quatenus electis Dei non pereat etiam omne quod perit.

[Vet. XI.] 38. *Aliqui ex illis electi sunt, et ad maximam vocati.* — Intelligi hoc quoque aliter potest, ut quia verbis præcedentibus videtur annexum, a superioris versus expositione non discrepet. Nam quia

<sup>a</sup> Ita Vindoc., Laudun., Pratel., etc. At Ediu cum Corp. Germ., per initium sumpsit.

<sup>b</sup> Pratel., cum ipse.

<sup>c</sup> Laudun., Pratel. et Utic., abundavit.

<sup>d</sup> Pratel., per duritiam malitiae.

A indicaverat vel bonos ad malum, vel malos ad bonum posse converti, illico secutus adjunxit: *Nunquid ingressus es thesauro nivis, aut thesauros grandinis asperasti, quæ præparavi in tempus hostis, in diem pugnæ et bellii?* In nive vel grandine frigida, vel dura, ut dictum est, accipimus corda pravorum. Sed quia omnipotens Deus sanctos suos de talibus elegit, et quam multos electos adhuc inter pravorum vitam repositos habeat novit, apte in nive, vel grandine thesauros habere se prohibet. Thesaurus quippe à τέσσερως, id est a positione nominatur. Et plorosque in vita frigida diu latentes respicit, quos ad medium cum jubet producit, et justitiae nitore candidos per supernam gratiam ostendit. Scriptum quippe est: *Lavabis me, et super nivem dealabor* (Psal. L, 9).

B Quos ad diem belli pugnæque præparatos diu intra suæ præscientiæ sinum legit; sed cum repente eos eduxerit, resistentia adversariorum pectora illorum verbis ac redargutionibus quasi quibusdam grandinibus percudit. Unde alias scriptum est: *Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt, grando et carbones ignis* (Psal. xviii, 13). Præ fulgore enim nubes transeunt, quia prædicatores sancti universa mundi spatia miraculorum claritate percurrunt. Qui etiam grando et carbones ignis vocati sunt, quia et per correptionem feriunt, et per flammarum charitatis accidunt. Ipsa quoque libera sanctorum increpatio natura grandinis convenienter exprimitur. Grando enim veniens percutit, liquata rigat. Sancti autem viri corda audientium et terrentes feriunt, et blandientes infundunt. Nam quemadmodum feriant Prophetæ testatur, dicens: *Virtutem terribilium tuorum dicent, et magnitudinem tuam narrabunt* (Psal. cxlii, 6). Et quemadmodum blandientes rigent secutus adjunxit: *Memoriam abundantiarum suavitatis tuæ eructabunt, et justitiam tua exultabunt* (Ibid., 7). In nive ergo vel grandine habentur thesauri, quia plerique iniuitatis torpore frigidi, f ad supernam gratiam assumpti, in sancta Ecclesia justitiae luce fulgescant, et pravam adversariorum scientiam doctrinæ suæ iictibus tundunt. Unde et apte subditum est: *Quæ præparavi in tempus hostis, in diem pugnæ et bellii.* [Vet. XI.] Nix quippe vel grando fuerat Saulus per frigidam insensibilitatem; sed nix et grando contra adversariorum 935 pectora factus est, vel can-dore justitiae, vel districti eloquii correptione. O qualem hunc thesaurum in nive et grandine habuit, quando illum inter pravorum vitam positum jam tunc electum suum Dominus latenter vidit! O ad quanta adversariorum pectora ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentia corda prostravit.

C D 39. *Nemo extollatur, nemo desperet.* — Nemo itaque de suis operibus extollatur, nemo desperet eos quos adhuc frigidos videt, quia thesauros Dei in nive et

<sup>a</sup> Turon. et Laudun., percutiuntur.

<sup>b</sup> Vet. Ed. Paris. et Basil. alioque poster. cum Corp. Germ., a superna gratia assumpti. Sequimur MSS. Turon., Vindoc., Laud., Ebroic. aliosque Norm., qui miro conseguu habent, ad supernam gratiam.

grandine non videt. Quis enim crederet quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille præcederet qui in morte ejus omnium lapidantium vestimenta servavit (*Act. vii, 57*)? Si ergo ad ista dona vel judicia occulta recurrimus, nullus omnino desperantes, nec illis nos in corde nostro præferimus, quibus pro tempore prælati sumus, quia etsi jam videmus quantum præcessimus, nescimus quantum cum currere coeperint præcedamur. Bene ergo ad beatum Job dicitur: *Nanquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis asperasti, quæ præparavi in tempus hostis, in diem pugnae et bellum?* Ac si aperte diceretur: Nulli te de operibus tuis præferas, quia de his quos intueris adhuc per culpam frigidos, • quantos operatores justitiae et defensores recte fidei sim facturus ignoras. Quod quia per adventum Mediatoris agitur, recte subjungitur:

#### CAPUT XXI [Rec. XII].

Vers. 24. — *Per quam viam spargitur lux?*

40. *Per adventum Mediatoris lux sparsa.* — Ipse quippe via est, qui ait: *Ego sum via, veritas et vita* (*Ioan. xiv, 6*). Per hanc ergo viam lux spargitur, quia per eum præsentiam cuncta gentilitas illustratur. *Spargitur* autem convenienter dicit, quia per apostolorum voces non angustata atque coactata, sed late fulgens lux prædicationis emicuit. Quia vero, accepta luce conversionis, inardescit intrinsecus vis amoris, ut vel transacta mala anxie lugantur, vel ventura bona flagrantissime requirantur, competenter adjungitur:

#### CAPUT XXII.

Ibid. — *Dividitur æstus super terram.*

41. *Ex hac luce flagrat ardor charitatis et persecutio- nis æstus.* — Sparsa enim luce æstus super terram dividitur, quia, per apertum justitia prædicata, ad requirendum Deum cordis anxietas in virtutem exercitatione dilatatur, ut iste in sermone sapientiae, ille in sermone scientiae fulgeat; hic in curialionum gratia, ille in virtutum operatione convalescat; et dona sancti Spiritus dum dispariliter singuli accipiunt, necessario sibimet juncti omnes unanimiter accendantur (*I Cor. xii, 8*). [Vet. XIII.] Sed postquam sparsa lux dicitur, potest convenienter intelligi quod per æstum persecutio designatur, • quia ut lux prædicationis inclinavit, mox a perfidorum cordibus ardor persecutionis exarsit. Nam quod per æstum persecutio exprimitur, dominicus sermo testatur, de jactatis seminibus • super petrosam terram dicens: *Sole orto æstuaverunt omnia, et quia non habebant radicem, aruerunt* (*Matth. xiii, 6*). Quod paulo post cum exposuit, æstum persecutionem vocavit. Sparsa igitur luce æstus super terram divisus est, quia clarescente vita fideliū, accensa est crudelitas perfidorum. Divisus namque æstus erat, quando nunc Jerosolyma

<sup>a</sup> Laud., quam per actores justitiae.

<sup>b</sup> Laud., Corb. Germ., Pratel. et alii, quia enim lux... inclinavit, mox.

<sup>c</sup> Vindoc., Corb. Germ., Pratel. et al. Norm., su- per petrosa.

<sup>d</sup> Corb. Germ., Pratel. et Utic., æstuaverunt om-

nis, nunc Damasci, nunc in aliis longe regionibus persecutio sœviebat. Scriptum quippe est: *Facta est in 936 illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Jerosolymis, et omnes dispersi sunt per regiones: Judææ et Samariae* (*Act. viii, 1*). Rursumque scriptum est: *Saulus adhuc spirans minarum et cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, et petiti ab eo epistolas, quas deserret in Damascum ad synagogas, ut si quos invenisset hujus vitæ viros ac mulieres, vincitos deduceret in Jerusalæm* (*Act. ix, 1, seq.*). Quia ergo nunc hic, nunc illic persecutio excreverat, hi qui lucem veritatis agnoverant, quasi sub ardore divisi æstus anhelabant.

42. *Lux est justitia, quæ non nisi successive spargi- tur.* — Sed quia beatum Job de occultis iudiciis re-

B quisitum superioribus dictis audivimus, oportet ut hoc quod de sparsa luce vel diviso æstu dictum est subtilius perscrutemur. Adhuc enim alta interrogatio- nate discutitur, ut saltem quia nesciat doceatur, eique dicatur: *Per quam viam spargitur lux, dividitur æstus super terram?* Quid enim lucis nomine, nisi justitia designatur? De qua scriptum est: *Populus qui sedebat in tenebris, vidi lucem magnam* (*Isai. ix, 2*). Omne autem quod spargitur, non continue, sed sub quadam intermissione jactatur. Et idcirco spargi lux dicitur, quia etsi iam quædam ut sunt perspicci- mus, quædam tamen ita ut videnda sunt non vide- mus. Cor namque Petri lux sparsa tenuerat, qui tanto fidei, tanto miraeorum fulgore claruerat, et tamen conversis gentibus dum circumcisio pondas im-

C ponet, quid rectum diceret nesciebat. Lux ergo in hac vita spargitur, quia ad omnis rei intelligentiam continua non habetur. Dum enim aliud sicut est comprehendimus, et aliud ignoramus, quasi sparsa luce et ex parte cernimus, et in obscuritate ex parte remanemus. Tunc vero lux nobis sparsa jam non erit, quando mens nostra ad Deum funditus rapta fulgescat.

43. *Quibus modis humano cordi insinuetur, ignora- mus.* — Et quia haec eadem lux quibus modis humano cordi insinuetur ignoratur, recte <sup>f</sup> in percunctione dicitur: *Per quam viam spargitur lux?* Ac si aperte diceretur: Die quo ordine fustitiam meam occultis sinibus cordium infuso, cum et <sup>g</sup> per accessum non videor, et tamen visibilis opera hominum invisibiliter immuto, cum unam eamdemque mentem mode- hac, modo illa virtute irradio, et tamen per sparsam lucem adhuc ex parte aliqua eam in tentationis tene- bris remanere permitto. Requiratur homo nesciens per quam viam spargitur lux, ac si patenter dicatur:

D Dum dura corda emollio, dum rigida inflecto, dum aspera mitigo, dum frigida accendo, dum debilia poboro, dum vaga stabilio, dum nutantia confirmo, in- tueor, si valens, incorporeliter veniens quibus ea mea- nes.

<sup>e</sup> Pratel., Utic. et al. Norm., inspirans minas et cædes.

<sup>f</sup> Longip., per interrogacionem dicitur. Laud., recte per cunctionem.

<sup>g</sup> Laud.. per ascensem, vitiōse.

tibus illustris. Hæc quippe omnia nos facta cernimus, nam qualiter intrinsecus efficiantur ignoramus. Hanc viam lucis esse nobis invisibilem, in Evangelio Veritas ostendit, dicens : *Spiritus ubi vult spirat; et rocem ejus audis, ei nescis unde veniat et quo vadat* (Joan. iii. 8).

[Vet. XI V.] 44. *Hac luce crescente, tentationes succrescent.* — Sed quia cum lux spargitur mox ab occulto adversario contra fulgentem mentem tentamenta succrescent, recte subjungitur : *Dividitur æstus super terram.* Hostis namque callidus quos justitiae luce enitescere conspicit, eorum mentes illicitis desideriis inflaminare contendit, ut plerumque plus 937 se urgeri temptationibus sentiant, quam tunc cum luctu internæ radios non videbant. Unde et Israelites postquam vocati sunt, contra Moysen <sup>b</sup> et Aaron de ex crescente labore conqueruntur, dicentes : *Videat Dominus et judicet, quoniam fætore fecisti odorem nostrum coram Pharaone et servis ejus, et præbaistis ei gladium, ut interficeret nos* (Exod. v. 21). Volentibus quippe ex Egypto discedere, Pharo paleas subtraxerat, et tamen ejusdem mensura <sup>c</sup> opera requirebat. Quasi ergo contra legem mens subenmuratur, post ejus cognitionem temptationum stimulus acriores portat ; et cum sibi labores crescere conspicit, in eo quod adversario displiceret, quasi fætore se in oculis Pharaonis delect. Post lucem ergo æstus sequitur, quia post illuminationem divini muneris temptationis certamen augetur.

45. *Pro unius cuiusque indeo hostis ad malum nos sollicitat.* — Recte vero etiam dividi æstus dicitur, quia nimirum non singuli omnibus, sed quibusdam viciniis ac juxta positis vitiis fatigantur. Prius enim consersionem cuiuscumque antiquis adversariis perspicit, et tunc temptationis laqueos apponit. Alius namque latit, alias tristibus, alias timidis, alias elatis moribus existit. Quo ergo occultus adveguarius facile capiat, vicinas <sup>d</sup> consersionibus decptiones parat. Quia etenim latitiae voluptas juxta est, latit moribus luxuriam proponit. Et quia tristitia ipi iram facile habitur, tristibus poculum discordiae porrigit. Quia timidi supplicia formidant, paventibus terribes intentat. Et quia elatos extollit laudibus conspicit, eos ad quæque voluerit blandis favoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitiis convenientibus insidiatur. Neque enim facile captivaret, si aut luxuriosis premia, aut avaris aucta proponeret, si aut voraces de abstinentia gloria, aut abstinentes de gula imbecillitate pulsaret, si mitis per studium certaminis aut irascundos capere <sup>e</sup> per pavorem formidinis quereret. Quia ergo in temptationis ardore callide singulis insidians vicinos moribus laqueos ab-

<sup>a</sup> Vindoc., Laud. et Corb. Germ., sed nescis unde. Ita etiam Prat. ac Utic.

<sup>b</sup> Deest et Aaron in Corb. Germ., Vindoc., Laud., Prat., etc.

<sup>c</sup> Ebroic. aliisque Norm. ac Vindoc., lateres req.

<sup>d</sup> Intellexit corporis et animæ varios habitus. Vide lib. <sup>xxvii</sup> Dialog., c. 6.

<sup>e</sup> In Edit. Basil. 1514, Paris. 1518, Gijot., Vatic., Gussanv., per favorem formidinis ; manifesto errore,

scondit, recte dicitur : *Dividitur æstus super terram.*

46. *Deus tentationes moderatur, ne eis multæ sint, aut nimie.* — Sed cum præmittitur : *Per quem viam spargitur lux.* Statimque subjungitur : *Dividitur æstus super terram.* Nimirum per eamdem viam per quam lux spargitur etiam dividi æstus indicatur. Altera quippe atque incomprehensibilis Spiritus sancti gratia cum luce sua nostras mentes irradiat, etiam temptationes adversariorum dispensando modifical, ut simul multæ non veniant, aut ipsæ tantummodo quæ ferri possunt illustratam jam a Deo apicam tangerint, ut cum tactus sei ardore nos cruciant, perfectionis incendio non exurant ; Paulus attestante qui sit : *Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari* <sup>f</sup> *supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione* <sup>g</sup> *etiam exitum, ut possitis sustinere* (II Cor. x, 13). Hunc ergo æstum aliter dividit callidus <sup>h</sup> supplantator, aliter misericors conditor. Ille dividit ut per illum citius interimat, iste ut eum tolerabilem reddat. Et quia cum temptatione fatigantur, non solum interno Dei spiritu instruimur, sed etiam exterioribus prædicantium verbis adjuvamur, recte post diviaum æstum subditur :

CAPUT XXXIII. [Vet. XV, Rec. XIII].

Vers. 25. — 938 *Quis dedit vehementissimo imbris cursum?*

47. *Crescente persecutione, crevit apostolorum et sanctorum prædicatorum ardor. Prædicatio, cessante gratia, ad cor non transit.* — Si, vero, ut superius diximus (Num. 41), divisi æstus nomine illa in Iudeæ regionibus persecutio designatur, quia ipsa persecutionis asperitas prædicatores sanctos supernæ munere adjutos a prædicationis suæ ministerio nullo timore compescuit, apte subjungit : *Quis dedit vehementissimo imbris cursum?* Ac si diceret : nisi ego. Diviso enim æstu, cursum vehementissimo imbris dedisse est inter ipsas persecutionis angustias prædicationis impetum roborasse, <sup>i</sup> ut tanto magis virtus prædicantium cresceret, quanto magis persecutionum crudelitas obviaret, quatenus premia corda audienciam pluvia guttis infunderent, et siccitatem perdidit uberius irrigarent, ut quamvis contra eos sævitæ æstus cadesceret, per eos tamen vox gratiae non taceret. Hunc persecutionis æstum Paulus et tolerabat et irrigabat, cum diceret : *Laboro usque ad vincula, quasi male operas, sed verbum Dei non est alligatum* (II Tim. ii, 9). De hoc imbre alias dicitur : *Mandabo rubibus ne pluant super eam imbre* (Isai. v, 6). De hoc curso imbris qui in electorum cordibus agitur Psalmista testatur, dicens : *Velociter currit sermo ejus* (Psal. cxlvii, 15). Plerumque vero imber est, et cursum non habet, quia prædicatio ad

quem curavimus emendare ope Mea, Anglic., Norm., Corb. Germ., Laudun., etc., et vgl. Edit. Paris. 1488 et 1495, ac Basil. 1503.

<sup>f</sup> Laudun. et Corb. Germ., supra, quam potestis.

<sup>g</sup> Vindoc., Prat. et al. Norm., etiam provenitum, vel provocum. Græce, ἐκβασιν.

<sup>h</sup> Laudun., tentator.

<sup>i</sup> Laudun., ut quanto magis virtus præd. cresceret, tanto.... crudelitas obviaret.

aures venit, sed, cessante interna gratia, ad corda audientium non pertransit. De cuius prædicationis verbis propter electos dicitur : *Etenim sagittæ tuæ pertransierunt* (*Psal. lxxvi, 19*). Sagittæ quippe Dei pertranseunt quando verba prædicationis ejus ab auribus ad corda descendunt. Quod quia solo divino munere agitur, imbri cursum Dominus se dedisse testatur.

**48. Verbi divini efficacia persuadentis omnia relinquare, omnia tolerare.** — Sed notandum video quod eundem imbre non vehementem, sed vehementissimum vocal. Imber vehementis est vis magna, imber vero vehementissimus vis immensa prædicationis. Vehemens namque imber erat cum prædicatores sancti a credere gaudia æterna suadebant. Imber autem vehementissimus, quando propter spem admonebant rem deseriri, cuncta visibilia propter invisibilita contemni, et propter audita gaudia b præsentis sæculi poenas cruciatusque tolerari. Sed cum, sive cognita, sive adestu persecutionis, tot electi possessa reliquerunt, carnalis affectus oblitus sunt, et præ gaudio spiritus in cruciatibus membra posuerunt, quid aliud Dominus fecit, nisi etiam vehementissimo imbri cursum præbuit, qui usque ad exsequenda summa præcepta per verba corporis invisibilita cordis irrigavit? Ubi et apte salutungitur :

#### CAPUT XXIV [Vet. XVI].

Ibid. — <sup>a</sup> Et viam sonanti tonitru.

**49. Tonitru hinc simile dicitur. Solus Deus corda per gratiam aperit.** — Quid enim per tonitruum, nisi prædictio superni terroris accipitur? Quem terrorem dum percipiunt humana corda quauntur. Aliquando vero in tonitruo ipse incarnatus Dominus figuratur, qui ex antiquorum patrum convenienter prophetia ad notitiam nostram quasi ex nubium concusione prolatus est. Qui inter nos visibiliter apparens, ea quæ super nos erant terribilitet sonuit. Unde et ipsi sancti apostoli de ejus gratia generati, Boanerges, id est filii tonitrui sunt vocati (*Marc. iii, 17*). Aliquando autem, sicut dictum est, tonitruus ipsa ejus prædictio accipitur, **¶¶¶** per quam supernorum judiciorum terror auditur. Sed quia quilibet prædicator verba dare auribus potest, corda vero aperire non potest; et nisi per internam gratianum solus omnipotens Deus prædicantium verbis ad corda audientium invisibiliter aditum præstet, in cassum prædictio aure audientis percipitur, quæ pervenire ad intima corde surdo prohibetur, se Dominus viam sonanti tonitrui dare asserit, qui cum prædicationis verba tribuit, per terrorem corda compungit. Hanc viam Paulus prædicator egregius, dum

<sup>a</sup> Vindoc., Norm. et Corb. Germ., credi.

<sup>b</sup> Corb. Germ., Vindoc., Pratel., etc., præsentes pœnas.

<sup>c</sup> Corb. Germ., Ebroic. et alii Norm., carnales affectus.

<sup>d</sup> In aliis Editis, et viam sonantis; sequimur MSS. Norm., ubi legitur, sonanti; et quidem convenientius ad illa quæ præcedunt: quis dedit.... imbri cursum, et viam sonanti tonitru. Dativus est hic, tonitru.

A superna mysteria terribiliter insonaret, se a se habere non posse conspiciens, discipulos admonebat, dicens : *Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi, ad loquendum mysterium Christi* (*Colos. iv, 3*). Qui ergo loquebatur mysteria, sed in corde audientium eisdem mysteriis a Domine aperiri ostium precabatur, habebat quidem jam tonitruum, sed dari ei desuper viam quererebat. Hanc viam nequaquam se Joannes dare posse cognoverat, qui dicebat : *Non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus* (*I Joan. ii, 27*). Hanc viam rursum Paulus quis daret intimabat, dicens : *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus* (*I Cor. iii, 7*). Accepta igitur via quid iste imber ac tonitruus agat

B audiamus. Sequitur :

#### CAPUT XXV [Rec. XIV].

Vers. 26. — *Ut plueret super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur.*

**50. Gentilitas desertum est, cœlesti gratia tanquam imbre irroratum.** — Super terram absque homine in deserto plueret est verbuni Dei gentilitati prædicare. Quæ dum nullum cultum Divinitatis levavit, nullamque in se speciem boni operis ostendit, videlicet desertum fuit. In qua quia legislator non fuit, et qui rationabiliter Deum quereret non fuit, quasi hominum nullus fuit, et velut solis bestiis occupata, vacua a mortalibus existit. <sup>e</sup> De hac deserti terra alias dicitur : *Posuit in deserto riam* (*Isai. xliii, 19*). De hac prædicatione gentilitati concessa Psalmista lo- C statut, dicens : *Possit flumina in deserto* (*Ps. cxi, 53*). [Vet. XVII.] Notandum vero est quod postquam adestu super terram diritus est, cursum vehementissimus imber accepit, ut in deserto plueret, quia postquam in Iudea asperitas persecutionis horruit, ut non solum fidem minime reciperet, sed etiam eagn gladiis impugnaret, ad Israel missos quisque prædicator ad evocandas gentes deflexit. Unde sancti apostoli Ilebræis persequentibus, quos deserunt, dicunt : *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei;* <sup>f</sup> *sed quia repellitis illud, et indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes* (*Act. xiii, 46*). Diviso igitur adestu, deserta et absque homine terra compluitur, quia dispersa in Iudea regionibus persecutione fidelium, derelicta dudum et quasi ab infusione rationis aliena, prædicationis guttis gentilitas irroratur. Quæ gentilitas quasi adhuc a prædicatoribus sit inventa ostenditur, cum subditur :

Vers. 27. — *Ut impleret inviam et desolatam.*

Quid vero compluta reddidit, monstratur, cum illico adjungitur :

<sup>e</sup> Ebroic., etc., intonaret.

<sup>f</sup> In Pratel., Utic., Vindoc. et Corb. Germ. At Turon. et Laud., sed sicut instructio ejus. Legendum sicut, juxta textum Græcum; abest tamen ab aliis Editis.

<sup>g</sup> Pratel., de hac deserta terra.

<sup>h</sup> Idem Codex cum Corb. Germ., sed quia repulisti.... et judicasti.

## CAPUT XXVI.

**Iust.** — *Et produceret herbas virentes.*

**51.** *Prius invia prophetiae, patuit gratiae.* — Invia namque dudum gentilitas fuit, ad quam via Dei verbo non patuit. Redemptore quippe nostro veniente, sic accepit vocationem gratiae, **940** ut non in ea prius fuerit via prophetiae. Desolata etiam recte vocata est, vel ratione videlicet consilii; vel fructu boni operis destituta. Dedit ergo Dominus vehementissimo imbre cursum, et viam sonanti tonitru, ut in deserto plueret, et impleret inviam et desolatam, et produceret herbas virentes; id est, exteriori prædicationi internam aspirationem contulit, ut corda gentiliumarentia virescerent, clausa patescerent, inania completerentur, infecunda germinarent.

[Vet. XVIII.] **52.** *Aeternæ vitæ opera doctrinamque germinavit.* — In Scriptura enim sacra aliquando herba viror gloria temporalis accipitur, aliquando refectionis diaboli, aliquando sustentatio prædicatorum, aliquando bona operatio, aliquando aeternæ vite scientia atque doctrina. Viror namque gloria temporalis accipitur, sicut Propheta ait: *Mane sicut herba transeat, mane florat et pertranseat* (Psal. LXXXIX, 6). Mane namque sicut herba florere atque transire est in prosperitate hujus sæculi temporalis gloria decus velociter arescere. Herba refectionis diaboli accipitur, sicut de illo a Domino dicitur: *Huic montes herbas ferunt* (Job. XL, 15). Ac si diceret: Superbi ac tumidi dum se illicitis cogitationibus atque actionibus efferrunt, suis illum iniquitatibus passant. Herba sustentatio prædicantium demonstratur, cum dicatur: *Producit in montibus fenum, et herbam servituti hominum* (Psal. CXL, 8). In montibus quippe fenum et servituti hominum herba producitur, cum sublimes hujus sæculi, ad fideli cognitionem vocati, sanctis prædicatoribus in hujus vitæ itinere transitoria alimenta largiuntur. Herba bona operatio ponitur, sicut scriptum est: *Germet terra herbam virentem* (Genes. 1, 11). Quod licet in conditione mundi ita historice factum teneamus, terram tamen Ecclesiam figurasse non inconvenienter accipimus, quæ in eo germinavit herbam virentem, in quo ad verbum Dei secunda misericordia opera protulit. Herbam aliquando scientiam atque doctrinam aeternæ viriditatis accipimus, sicut per Jeremiam dicitur: *Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventos quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba* (Jerem. XIV, 5). Quo dicto superba ac nequissima Iudeorum est persecutio prophetata. Ipsi quippe onagri pro mentis elatione, ipsi dracones pro virulentia cogitatione vocati sunt. Qui steterunt in rupibus, quia non in Deo, sed in summis potestatis.

\* Ita Laudun., Norman., etc. In Corb., Germ. et vet. Edit. legitur *Qui temporalia diligens.* Ubi qui refertur ad pedem. Prius enim, ubi habemus in cœl. MSS. *quia scilicet spes*, iste cum vet. Vu'garis legendum exhibit *quia scilicet pes*. Recent. Editi optimè quidem hoc emendarunt, habentque *quia scilicet spes*; at gravissimo errore retinuerunt *qui temporalia*. Legendum ergo quæ, scilicet spes.

\* Corb. Germ., Pratel. et Utic., *viriditatis internæ*

**A**bus hujus mundi confisi sunt dicentes: *Regem non habemus nisi Cæsarem* (Joan. XIX, 15). Traxerunt ventos quasi dracones, quia spiritu elationis inflati superbia malitiosa tumuerunt. Defecerunt oculi eorum, quia scilicet spes eorum ab eo quod intendebat corruit. \* Quæ temporalia diligens, præstolari æternæ neglexit, et terrena ideo quia Deo præposuit amisit. Dixerunt enim: *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani, et tollent nostrum locum et gentem* (Joan. XI, 48). Timuerunt ne locum non occiso Domino perderent, et tamen occiso perdidérunt. Sed cur ista miseris evenerint, subdit: *Quia non erat herba*; id est, quia eorum cordibus defuit æternitatis scientia, et nullo eos refecit pabulo b viriditatis internæ doctrinæ. Hoc igitur loco

**B**quid aliud virentes herbas nisi sanctæ doctrinæ scientiam vel congruas operationes accipimus? Deserta igitur terra **941** compluitur, ut ab ea virentes herbae producantur, quia dum sanctæ prædicationis imbre gentilitas percepit, et vitæ opera e et doctrinæ herbam germinavit. Ista viriditas voce prophética deserteræ terræ pollicetur, cum dicitur: *In cubilibus in quibus prius dracones habitabant orietur viror calami et junci* (Isai. XXXV, 7). Quid enim per calamum d nisi prædicatores, quid per juuncum qui juxta aquæ humorem semper nascitur nisi pusilli ac teneri auditores sacri eloquii designantur? In draconum ergo cubilibus viror calami et junci oritur, quia in eis populis quos antiqui hostis malitia possidebat, et doctorum scientia, et auditorum obedientia coacervatur.

[Vet. XIX.] **53.** *Singulorum corda sunt velut desertum, antequam imbre gratiae fecundentur.* — Haec tamen quæ generaliter de gentilitate dicta sunt si solerter inspicimus, intra sinum sanctæ Ecclesie agi in singulis videamus. Sunt enim plerique ad verba Dei valde insensibiles, qui fidei quidem nomine censemur, verba vitæ auribus audiunt, sed ea transire usque ad interna cordis minime permittunt. Hi quid aliud quam deserta terra sunt? Quæ scilicet terra hominem non habet, quia eorum mens sensu rationis caret. Et nullus mortalium in hac terra commoratur, quia et si quando in eorum conscientia rationabilium sensuum cogitationes veniunt, non persistunt. Prava enim desideria in eorum cordibus sedem inveniunt, recta vero si quando veuerint, ac si impellantur, decurrunt. Sed cum misericors Deus imbre suo cursum et sonanti tonitru viam dare dignatur, compuncti per internam gratiam verbis vita aures cordis aperiunt. Et impletur terra invia, quia dum præbet f auditum verbo, cumulatur mysterio. Et producit herbas virentes, quia per gratiam comedocrinæ. Laud., interna doctrina.

\* Sic Turon., Ebroic., Pratel. aliique Norm.; sed Laudun., et doctrinæ herba germinavit. In Corb. Germ. et in omnibus Editis, *verba germinavit*.

\* Ebroic. aliique Norm., nisi scriptores.

\* Laudun., destinatur. Corb. Germ., sed misericors Deus... et sonantis tonitru viam dare dignatur.

\* Recent. Ed. cum Corb. Germ., aditum, invitus est. MSS. et vet. Excusia.

punctionis infusa, prædicationis verba non solum libenter recipit, sed etiam ubertim reddit, ut quod audire non poterat jam loqui concupiscat; et quæ non audiendo etiam intrinsicus aruerat, jam loquendo quæ sancta sunt viriditate sua quoslibet esurientes pascat. Unde bene per prophetam dicitur: *Emitte spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem terræ* (*Psal. ciii*, 30). Sic enim sic facies terræ virtute renovationis immutatur, dum sicca dudum mens gratia veniente compluitur, et post ariditatem pristinam, quasi productis herbis, scientiæ viriditate vestitur. Quæ conditoris nostri gratia adhuc nobis altius commendatur, cum subditur:

#### CAPUT XXVII [Vet. XX, Rec. XV].

VERS. 28. — *Quis est pulvis pater? vel quis genuit stellas roris?*

54. *Imber hic voluntarius, non pro nostris meritis datur. Aliquando tanquam ros stillat, aliquando ut pluvia ubertim manat.* — Ac si diceret nisi ego, qui siccum terram humani cordis gemitus scientiæ gratuito aspergo. De hac enim pluviam alias dicitur: *Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hereditati tuae* (*Psal. lxvii*, 10). Voluntariam quippe pluviam hereditati suæ Dominus segregat, quia non eam nobis pro nostris meritis, sed pro quæ munere benignitas præstat. Et idcirco hoc loco pater pluviae dicitur, quia superna nobis prædicatio non de nostro merito, sed de ejus gratia generatur. Stillæ enim roris ipsi sancti prædicatorum sunt, qui arva pectoris nostri inter mala vita presentis, quasi inter tenebras siccas noctis arentia, gratia supernæ largitatis infundunt. De his stillis contumaci Judææ dicitur: *Propterea prohibitorum sunt 942 stillæ pluviarum, et serotinus imber non fuit* (*Jerem. iii*, 3). Ipsæ quippe stellæ roris sunt quæ stillæ pluviarum. Quando enim dispensatione aliqua prædicationem temperant, quasi rorem tenerum aspergunt. Quando vero ea quæ de supernis sentiunt virtute qua prævalent loquuntur, quasi ubertim manantem pluviam fundunt. <sup>4</sup> Rorem aspergebat Paulus, cum Corinthiis diceret: *Non enim judicavi scire me aliquid inter vos, nisi Christum Iesum, et hunc crucifixum* (*I Cor. ii*, 2). Et rursum pluviam manabat, dicens: *Os nostrum patet ad vos, o Corinthiæ, cor nostrum dilatum est* (*II Cor. vi*, 11). Hinc est quod Moyses, qui et valida fortibus, et tenera insirmis dictorum se noverat, dicebat: *Exspectetur sicut pluvia eloquium meum, et descendant sicut ros verba mea* (*Deut. xxxii*, 2).

Sed ecce audivimus quo munere gentilias vocatur; audiamus nunc qua distictione Judæa repellitur. Audivimus quomodo deserta excolat, arentia infun-

**A**dat; audiamus nunc quomodo ea quæ quasi videntur interna projiciantur. Neque enim sic colligit electos, et non etiam judicet reprobos; neque sic quibusdam culpas relaxat, ut non et in quibusdam feriat. Scriptum quippe est: \* *Misericordia enim et ira ab illo* (*Eccli v*, 7). Unde hic quoque postquam tot dona gratiae intulit, etiam iræ sue judicia non abscondit. Nam sequitur:

#### CAPUT XXVIII [Vet. XXI].

VERS. 29. — *De cujus utero egressa est glacies, et gelu de celo quis genuit?*

55. *Judæi reprobati, quasi ex misericordiæ divine utero ejecti, licet a sanctis patriarchis orti.* — Quid enim aliud in gelu vel glacie nisi frigida et perfida torpore constricta accipimus corda Judæorum? Qui quondam per acceptiōnem legis, per custodiā mandatorum, per ministeria sacrificii, per mysteria prophetiæ, sic intra sinum gratiæ, quasi intra uterum creatoris, habebantur. Sed quia, veniente Domino, constricti frigore perfidiæ, servorum fidei et caritatis amiserunt, a secreto gratiæ sinus projecti, quasi glacies, de utero creatoris egressi sunt: *Et gelu de celo quis genuit?* Quid hic aliud cœlum, nisi sublimis debet intelligi vita sanctorum? cui cœlo dicitur: *Attende cœlum, et loquar* (*Deut. xxxii*, 1). Non enim insensibili, sed rationabili creatura loquebatur. De hoc cœlo Dominus ait: *Cœlum mihi sedes est* (*Isai LXVI*, 1). De qua sede alias scriptum est<sup>1</sup>: *Anima justi sedes sapientiæ est.* Quia ergo sapientia est Deus, si sedes Dei cœlum est, et anima justi sedes est sapientia, cœlum est utique anima justi. Cœlum sicut Abraham, cœlum Isaac, cœlum Jacob. Sed quia persecutores Domini pontifices Judæorum perfidiæ torpore frigidæ de illorum patrum progenie processerunt, quasi de cœlo gelu exiit, quia de sublimi prole sanctorum processit frigida plebs infidelium. Cum enim de Abraham natus est Caiphas, quid aliud nisi gelu de cœlo processit? Quod tamen gelu idcirco Dominus genuisse se dicit, quia Judæos, quos naturaliter ipse bonos condidit, justo iudicio per eorum malitiam frigidos a se exire permisit. Dominus enim auctor est naturæ, non culpæ. Genuit ergo creando naturaliter quos iniquos permisit vivere tolerando patienter. Et quia illa quondam tenera ac fidei penetrabilia corda Judæorum, in perfidia postmodum obstinatione durata sunt, recte subjungitur:

#### CAPUT XXIX.

VERS. 30. — *In similitudinem lapidis aquæ durantur.*

56. *Ex filiis Abrahæ facti sunt lapides, ob cordis duritiam; et gentiles prius lapides in filios Abrahæ converti sunt.* — Aquas enim populos accipi

\* Laud., segregabis Deus.

<sup>b</sup> Laud., qui ardua pectoris.

<sup>c</sup> In Gilot., stellæ roris sunt quæ stellæ pluviarum. Manifesto errore, quem ex parte emendavit Gussanv., sed retinuit stella pluviarum. Ubi consuat legendum stella pluviarum, ut etiam extat in MSS. Vindœc., duob. Romig., Ebrioic. allisque Norm., in velutistoribus Edit. In Corb. Germ. tamen legitur supra, hic,

et infra, stellæ roris, et stillæ roris.

<sup>a</sup> Corb. Germ. et Laud., ros aspergebat Paulus.

<sup>b</sup> Prætel., misericordia et ira, rejectio enim.

<sup>c</sup> Forte Prog. XII, 25, ubi sec. LXX legitur: *Vt prudens iheronus est sensus.* Et in vers. Syr.: *Vt caudus sedes est scientiæ.* Alias conjecturas profereamus ad hom. 38 in Evang.

jam saepius edocuisse me memini. <sup>a</sup> In lapide vero pro ipea duritia aliquando gentiles populi designantur. Ipsi quippe lapides coluerunt. Et de his per prophetam dictum est: *Similes illis fiant qui facient ea;* et omnes qui confidunt in eis (Psal. xiii, 8). Unde Joannes Iudeus apliceus <sup>b</sup> se de stemmate generationis extollere, et gentiles prouideas ad Abraham problem fidai enguione transire, ait: *Ne velitis diceret intra nos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitat filios Abraham* (Matth. iii, 9); lapides utique duros perfidias gentiles vocans. Quia ergo primum Iudeus Deo creditit, gentilitate omni in perfidia sua obstinatione romamente, postmodum vero ad fidem gentilium corda mollita sunt, et Iudeorum infidelitas obdurata, bene dictum est: *In similitudinem lapidis aquae durantur.* Ac si dicaret: Illa mollia ac penetrabilia fidei corda Iudeorum in insensibilitatem vertuntur gentium: *Cum euia misericors Deus gentes traxit, iratus Iudeam repolit. Actumque est ut sicut dudum ad percipiendam fidem gentilitas fuerat obdurata, ita postmodum ad fidem gentilitate suscepta, Iudeus populus perfidias torpore duresceret.* Unde Paulus apostolus eisdem gentibus dicit: *Sicut aliquando vos non creditis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propriis illorum incredibiliis; ita et isti non crediderunt in nostra misericordia, ut et ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur* (Rom. xi, 30). Quam sententiam suam primum quidem de vocatione Iudeorum, et repulsione gentium, postmodum vero de vocatione gentium, et repulsione Iudeorum subtiliter pensans, sequa occulta Dei iudicia comprehendere non posse considerans, exclamando subiuxit: *O absitudo divitiarum sapientia et scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, et investigabiles viae ejus* (Ibid., 33)! Unde hic quoque cum de Iudeorum perfidia Dominus diceret: *In similitudinem lapidis aquae durantur, ut de repulsione eorum occulta esse sua iudicia demonstraret*, apte subdidit:

## CAPUT XXX [Vet. XXXII].

IUD. — *Et superficies abyssi constringitur.*

57. *Judicia Dei abyssus multa* — Quia superjecto quedam ignorantia nostris velamine, <sup>c</sup> incomprehensibilitatem divini iudicij humanae mentis oculus nullatenus penetrat. Scriptum quippe est: *Judicia tua abyssus multa* (Psal. xxxv, 7). Nemo ergo per scrutari appetat cur eam aliis repellitur, aliis eligatur; vel eam cum aliis eligitur, aliis repellatur; quia superficies abyssi constringitur, et, attestante Paulo: *Inscrutabilita sunt iudicia ejus, et investigabiles viae ejus* (Rom. xi, 33).

<sup>a</sup> Vindoc., Corb. Germ. et pler. Norm., *lapis... gentilis populi designatur.*

<sup>b</sup> Laud., *se de estimatione.*

<sup>c</sup> Pratel. et Utic., *vocat.*

<sup>d</sup> Corb. Germ., Laud., Pratel. et al. Norm., *in... comprehensibilitate... humanae mentis oculo nullatenus penetratur.*

<sup>e</sup> Miro legi in Gilot., Gussanvil. et allis Ed., dum

58. *Dicta de Iudeorum duritia et reprobatione, de Satana possunt intelligi.* — Per hoc vero quod dictum est: *De cuius utero egressa est glacies, et gelu de caelo quis genuit?* etiam Satan in gelu et glacie nil obstat intelligi. Ipse quippe quasi de Dei utero glacies processit, quia a calore secretorum ejus, malitiæ torpore frigidus, magister iniquitatis exivit. Ipse gelu de caelo est genitus, quia constricturus corda reprobrum, a summis cadere est ad ima permissus. Qui bene in coelestibus conditus, in enpæ frigore mentes sequacium quasi gelu dum cecidit astrinxit. **944.** Qui ad terram veniens, quid in hominibus egerit, expletur cum subditur: *In lapidis similitudinem aquæ durantur.* Per aquas namque populi, per lapidem vero ejusdem Satanae duritia designatur. Illo igitur ad ima veniente, in similitudinem lapidis aquæ duratae sunt, quia ejus malitiam imitati homines, mollia viscera charitatis amiserunt. Cujus fraudulenta consilia quia a seductis hominibus deprehendi non possunt, recte subiungitur: *Et superficies abyssi constringitur.* Aliud quippe ei intrinsecus latet, atque aliud extrinsecus ostendit. Transfigurat enim se velut angelum lucis (II Cor. xi, 14), et callida deceptionis arte plerumque propinquit laudabilia, ut ad illicita pertrahat. Abyssi ergo superficies constringitur, quia dum quasi bona persuasionis ejus species velut solida despera glacies ostenditur, in profundo latens ejus malitia non videtur.

59. *Et de superbis propter accepta dona insolescentibus.* — Cuncta tamen haec intelligere et aliter possumus, si moraliter exquiramus. [Vet. XXXII]. Mentes namque hominum omnipotens Deus dum in suo timore format, quasi concepit, easque ad apertas virtutes, dum provehit, gigavit; sed si de acceptis virtutibus extolluntur, relinquunt. Et sepe quosdam cognovimus malorum suorum consideratione compungi, divini terroris pavore servescere, et per pavoris exordia usque ad virtutum summa pervenire; sed dum de eisdem virtutibus quas accipiunt extolluntur, inanis gloria laqueo astrieti, ad antiquum torporem redeunt. Recte ergo cum tales Dominus projicit dicit: *De cuius utero egressa est glacies?* Quasi enim de Dei utero glacies egreditur, quando hi qui jam intus incaluerant ex virtutum dono frigescunt; et inde exteriorum gloriam torpentes appetunt, unde <sup>f</sup> ad interna diligenda ardentius flagrare debuerunt. Dumque iste signis, illa scientia, iste propheta, ille magnis operibus pollet, atque per haec dona placere hominibus appetit, omne quod prius intimum caluerat, exteriorum laudem diligens, in torporem vertit. Quasi ergo glacies de utero egreditur, dum post donorum beneficia a visceribus pietate

<sup>c</sup> cecinit, quod sensu caret, antecedentibusque ac consequentibus cohædere non potest. Antiquiores Edit. Paris. et Basil. habent cum Ms. dum cecidit, Solo Turon.. Corb. Germ., Euroic. aliasque Norm. lundasse sufficiat.

<sup>f</sup> Pratel., *ad virtutum summam.*

<sup>g</sup> Vindoc., Pratel. et al. Norm., *ad aeterna.*

tis supernæ separatur. An non sunt glacies, qui in virtutibus quas accipiunt laudes ab hominibus querunt? Et tamen venienti judici dona sua ad ejus memoriam revocantes, dicunt: *Domine, Domine, nonne in nomine tua prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus* (*Matth. vii, 22*)? Sed quonodo hanc glaciem Dominus projiciat ostendit, dicens: *Nescio vos unde sitis, discedite a me, omnes operarii iniquitatis* (*Ibid.*). Ille glaciem nunc in utero Dominus portat, quia intra sinum Ecclesie tolerat. Sed tunc aperte ejicit, cum tales a secretis cœlestibus per extreum et publicum Judicium repellit. His itaque verbis quid aperte agitor, nisi ut beatus Job de summis suis virtutibus humilietur, ne in hoc quod bene vivendo caluerat, superbiendo frigescat, et a Divinitatis utero repulsus erat, si intra sinum sui cordis se tumidus extollat?

[*Vet. XXIV.*] 60. *Superbie pœna, induratio. Quo sensu Deus dicatur indurare.* — Et quia justo judicio superbas mentes ad culpam egredi ex accepta virtute permittit, recte adhuc subjungitur: *Et gelu de cœlo quis genuit?* Plerumque enim sacri eloquii scientiam præstat, sed dum de eadem scientia is qui accipit extollitur, 945 ira districti judicis in ipso sacro eloquio cacatur, ut exteriore favores per illam sequens, ejus jam interna non videat; et qui intus manens calere poterat, exeundo frigescat, duratusque in ima corruiat, qui ad cognitionem Dei prius tractabilis in summis liquidus stebat. An sacram eloquium cœlum nou est, quod diem nobis intelligentias aperiens, sole nos justitiae illustrat, quod dum nos vitæ præsentis nox continet, stellis nobis mandatorum fulget? Sed quia oportet esse hæreses, ut probati manifesti sunt (*I Cor. xi, 19*), cum ab intellectu sano mens superba repellitur, ultione districti judicis gelu de cœlo generatur, ut cum ipsa Scriptura sacra in electorum cordibus caleat, eos qui se superbe scire appetunt a se frigidos emittat. Ibi quippe errant ubi corrigere errata debuerant; et dum a superna intelligentia resplendentis eloquii, et obdurati ipsi, et seducturi cœteros, corrunt, ad ima venientes ut gelu, et alios astringunt. Semetipsum tamen Dominus hoc gelu gignere prohibet, non quod pravorum mentes ipse ad culpam formet, sed quod a culpa non liberat, sicut scriptum est: *Ego obdurabo cor Pharaonis* (*Exod. x, 27*). Quod quia misericorditer emolire noluit, profecto districte se obdurasse nuntiavit.

61. *Amissa virtutis, virtute imago sœpe retinetur.* Quia vero cum inchoata divini timoris virtus amittitur, propter humanas laudes virtutis imago retinetur, recte subjungitur: *In similitudinem lapidis*

<sup>a</sup> Turon., et seductores cœteri. Laud., et seductores cœteris corruiant.

<sup>b</sup> In Corb. Germ. et Edit., se obdurare. Melius MSS. Laud., Ebroic. et alii Norm., se obdurasse.

<sup>c</sup> Vindoc., Laud., Ebroic. et al. Norm., virtus omittitur.

<sup>d</sup> Laud., dum mundo minimi judicamur. Corruptionissime; quæ tamen dissimulanda non censuimus, ut ex hoc loco lector agnoscat castigatione indigere

*A aquas durantur, et superficies abyssi constringuntur.* Aquæ enim pér glaciem in superficie durescunt, sed fluidæ in intimis remanent. Et quid pér aquas nisi fluxa accipimus corda reproborum? Quæ cùm ex proposito virtutem deserunt, fortes se in bonis operibus pér hypocrisim ostendunt; dumque in intimis suis ad vicia defluunt, et foris se sanctorum ac fortium imitatores fingunt. *Aqua in similitudinem lapidis durantur, et superficies abyssi constringuntur,* quia pér superductam sanctitatis speciem fluxa ac instabilis eorum conscientia hominibus tegiuntur. Nam cùm sibimetipsis intrinsecus turpes sint, ante alienos tamen oculos quadam vivendi vestitatem videntur.

63. *Præposteros virtutis fractus Deus sapienter permisit.* — Sed ne quis hæc verba Domini in bonam intelligi partem velit, debemus sic etiam querentibus astruere, d' dummodo minime judicemur quæ perscrutanda fuerant neglexisse. Superiori enim versa dicitur: *Quis est pluvia pater vel quis genuit stillas roris?* Statimque additur: *De cuius utero egressa est glacies, et gelu de cœlo quis genuit?* Si ergo dictis præcedentibus sequens sententia non dispari sensu conjungitur, profecto et in bonam partem nobis ejus intelligentia sine obstaculo difficultatis aperitur.

[*Vet. XXV.*] Terra enim cum compluitur, jactata in eam semina feracius ligantur. Sed rursum si illam pluvia immoderatus irrigat, in culmo pinguedinem frumenti virtutemque mutat. Sin vero jactatum item post pluviam gelu premitur, quo foris citius apparere repellitur, eo intus secundius radicatur; et

C quo vetatur progreedi, cogitur multiplicari, quia cum ab immaturo ortu restringitur, & ex conceptionis sue 946 tarditate laxatum ad fructum uberioris impletur. Quid est ergo quod Dominus prius quidem patrem se pluvia insinuat, postmodum vero de suo egredi utero glaciem narrat, seque gelu gignere de cœlo pronuntiat, nisi quod miro modo nostri pectoris terram ad suscipienda verbi semina, et prius per occulæ gratiæ pluviam infundit, et postmodum, ne in conceptis virtutibus immoderatus profluat, disciplina intimæ dispensationis premit, ut quam accepta gratiæ pluvia irrigat, etiam disciplinæ rigor astringat, ne si aut antequam debet, aut plusquam necesse est conceptas virtutes priferat, fruges in herbam vertat? Plerumque enim ab inchoantibus

D opus bonum dum priusquam oportet ostenditur, a grano perfectionis invenit, et plerumque virtutes dum plus quam necesse est exuberant exhalant. Unde et electorum suorum Dominus vel ante tempus desideria renuit, vel rursum in tempore ultra mensuram profectus premit, ne si aut antequam debet, aut plus quam debent, profluant, per profectus sui

Codicem hunc. Membranarum enim nostrarum corruptelas, si quæ sint, palam facimus.  
<sup>e</sup> Ita Vindoc., Laud., Corb. Germ., vet. Edit. Paris. et Basil. In recent., rigantur.  
<sup>f</sup> Editi cum Corb. Germ., in culmi, reluctantibus MSS. Turon., Vindoc., Laud., Ebroic. aliisque Norm., quos sequimur.

<sup>g</sup> Vindoc., Laud., Corb. Germ. et Norm., in conceptionis.

magnitudinem in elationis defectum cadant. Nam cum cor post peccata compungitur, terra quae aruerat infusione pluviae rigatur; et cum relictis iniunctibus bona exsequi opera proponit, quasi post infusionem semen accipit. <sup>a</sup> Et plerique cum desideria sancta concipiunt, in summis jam <sup>b</sup> exerceri virtutibus inardescunt ut non solum culpa operationem non inquiet, sed nec cogitationem pulset. Et adhuc quidem in corpore positi sunt, sed nil Jain perpeti de communione presentis vita volunt; imitari per intentionem <sup>c</sup> internam mentis stabilitatem appetunt, sed interventientibus temptationibus reverberantur, ut videlicet infirmitatis suae meminerint, et elati de virtutibus quas accipiunt non sint. Quod dum mira disciplinæ repressione agitur, quid aliud quam super infusam terram gelu de celo generatur? Quid aliud quam de Dei utero glacies productur, quando de interno secreto dispensatio egreditur, et voluntates nostræ etiam in bonis desideriis frenantur?

63. *Quod exemplo S. Pauli confirmatur.* — Videamus, Paulus, infusa videlicet terra, quanta discipline glacie prematur, dum ait: *Velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio* (Rom. vi, 18). Qui enim velle habere se asserit, jam per infusionem gratiæ, quæ in se lateant semina ostendit. Sed dum perficere bonum non invenit, profecto indicat quanta illum dispensationis supernæ glacies premat. An ista glacies eorum corda non presserat, quibus dicebat, *Ut non quæcumque vultis, illa faciat* (Gal. v, 17)? Ac si aperte diceret: *Occulta cordis vestri semina jam prodire in frugem quarunt, sed superni moderaminis gelu premuntur, ut tanto post secundius exeat, quanto divini judicii prementia pondera patientius portant.*

[V.t. XXVI.] 64. *Inde graves emergunt temptationes, quæ bene vivendi consuetudine superantur.* — Et quia plerumque humana corda quoniam erumpere ad virtutes quas appetunt non valent, eo ipso quo ab intentionis suæ perfectione resilunt, temptationum stimulis fatigantur, sed tamen easdem temptationes cogitationum comprimunt, seque per 947 exercitationis usum in quadam vivendi rigore compount, bene subditur: *In similitudinem lapidis aquæ durantur.* Quia etsi fluxæ cogitationes interius lacessunt, nequaquam tamen usque ad consensum pravi operis trahunt. Sed mens sub inolita bene vivendi consuetudine quasi sub quadam duritia exterioris abscondit quidquid intus ex temptationis pulsatione mollescit. Unde et bene subjungitur: *Et superficies abyssi constringitur.* Quia prava cogitatio et si usque ad suggestionem venit, usque ad consensum non prosilit, quia fluctuantes motus animi superductus rigor sanctæ deliberationis premit.

<sup>a</sup> Al., et plerumque.

<sup>b</sup> Laud., exercere.

<sup>c</sup> Laud., Ebroic. aliquie Norm., æternam mentis stabilitatem. Corb. Germ., per intent. mentis ætern. stab.

<sup>d</sup> Laud., Corb. Germ., Ebroic. aliquie Norm., sub asperitate.

A 63. *Adversitas valentiores efficit sanctos.* — Potest etiam in gelu vel glacie praesentis vita adversitas designari, quæ dum <sup>e</sup> asperitate sua sanctos comprimit, valentiores reddit. Num enim nos omnipotens Deus molestiis exerceri permittit, atque ad melioris vita statum interveniente tristitia provehit, miro consilio super futuram frugem gelu et glaciem gignit, ut electus quisque in hac vita, tanquam in hieme, adversa ventorum et frigorium toleret, et velut in aestiva serenitate postmodum fructus quos hic conceperit demonstret. Unde et sponsi voce unicuique animæ post hujus mundi turbines ad illa æternitatis amœna properanti dicitur: *Surge, prope, amica mea, formosa mea, et veni; jam enim hiems transiit, imber abiit et recessit* (Cant. ii, 10). *Et quia* B *si sola nobis adsunt prospera solvimus, ad virtutes vero melius per adversa solidamur, recte subjungitur:* [Vet. XXVII.] *In similitudinem lapidis aquæ durantur.* Mentes enim quæ per prospera molliter fluxerant constrictæ adversitatibus durescunt; et ad similitudinem lapidis aqua perducitur, quando infirmus quisque per acceptam <sup>f</sup> super tolerantiam passiones sui Redemptionis imitatur. In similitudinem quippe lapidis aqua duruerat, cum ille prius impatiens persecutor postmodum Paulus dicebat: *Imple ea quæ desunt passionum Christi in carne mea* (Coloss. i, 24).

66. *Et ad interna dona custodienda magis sollicitos.* — Et quia cum deprimuntur adversis, solerter in tera dona custodiunt, recte additur: *Et superficies abyssi constringitur.* Solet enim latitia arcana mentis aperire, atque aperiendo amittere; adversa vero cum nos exterius deprimunt, interioris cautiore reddunt. Post gelu itaque vel glaciem superficies abyssi constringitur, quia mens nostra, ad conservanda profunda dona quæ acceperit, adversitatibus minuitur. Abyssi enim suæ superficiem Isaías constrinxerat, cum dicebat: *Secretum meum mihi, secretum meum mihi* (Isai. xxiv, 16). Abyssi suæ superficiem Paulus constrinxerat, qui tot periculis ac adversitatibus insudans, sub praetextu cuiusdam de sémetipso loquitur, dicens: *Audivi arcana verba, quæ non licet homini loqui* (II Cor. xii, 4). Et rursum: *Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit* <sup>g</sup> *aliquid ex me* (Ibid., 6). Qui igitur foris adversa tolerans, ne fortasse in laudibus deflueret, arcana sua aperire metuebat, quid aliud quam secretorum suorum abyssum per constrictam superficiem presserat? Sequitur:

#### CAPUT XXXI [Rec. XVI].

Vers. 31. — *Nunquid conjungere valebis micantes stellas Pleiades, aut gyrum Arcturi poteris dissipare?*

<sup>e</sup> Multa hic desunt in Edit. Gilot. et Vaticana, ubi legitur: *si sola nobis adsunt prospera, solidamur; contra sancti Doctoris mentem, veram pietatem, ac MSS. fidem. In Anglic. enī, Normannis, Turon., Laud., Corb. Germ., etc., lectio nostra invenitur.*

<sup>f</sup> Deest aliquid in Laud.

**948** 67. *Quid Pleiades et Arcturus. Dei omnipotentiam pensantes, infirmitatis nostrae admonemur.* — Pleiades stellæ ἀντὶ τοῦ πλεύστου, id est a pluralitate vocatae sunt. Ita autem vicinæ sibi et divise sunt conditæ, ut et simul sint, et tamen conjungi nequaquam possint, quatenus <sup>a</sup> vicinitate quidem conjunctæ sint, sed tactu disjunctæ. Arcturus vero ita nocturna tempora illustrat, ut in coeli axe positus per diversa se vertat, nec tamen occidat. Neque enim extra <sup>b</sup> se currens volvitur, sed in loco situs, in cunctis mundi partibus nequaquam casurus inclinatur. Quid ergo est quod homo ex terra factus, atque in terra positus (*Genes. II, 7*), de cœlesti administratione discutitur, quia Pleiades conjungere non valet, quas vicinas sibimetipsis conditas et pepero conjunctas videt, quia Arcturi gyrum dissipare non potest, quem tamen cernere ipsa sua vertigine pene dissipatum potest? An ut in istis ministeriis auctoris potentiam pensans, infirmitatis suæ meminerit, et eum quem adhuc in maiestate sua videre non poterat quam sit inæstimabilis in ipsa ministeriorum contestium gubernatione perpendat?

**SENSUS MYSTICUS.** — *Pleiadum nomine sancti designantur.* — 68. Sed cur ista loquimur, qui stimulo rationis urgemur, ut hæc verba mysticis sensibus grava cognoscamus? [*Vet. XXVIII.*] Quid enim micantes Pleiades, quæ et septem sunt, aliud quam sanctos omnes denuntiant, qui inter præsentis vitæ tenebras septiformis Spiritus gratiæ nos lumine illuminant, qui ab ipsa mundi origine usque ad ejus terminum diversis temporibus ad prophetandum missi, et juxta aliquid sibi conjuncti sunt, et juxta aliquid disjuncti? Stellæ enim Pleiades, sicut supra dictum est, viciniate sibi conjunctæ sunt, et tactu disjunctæ. Similiter quidem sitæ sunt, et tamen lucis suæ <sup>a</sup> virilim radios fundunt. Ita omnes sancti alii atque alii ad prædicandum temporibus apparentes, et disjuncti sunt per visionem suæ imaginis, et conjuncti per intentionem mentis. Similiter micant, quia unum predican; sed non semetipsos tangunt, quia in diversis temporibus partuntur.

69. *Omnes, etiam qui Christum præcesserunt, eum prædican, et Trinitatis mysterium.* — Quam diversis temporibus Abel, Isaias, et Joannes apparuerunt! Divisi quidem fuerunt tempore, sed non prædicatione. Nam Abel Redemptoris nostri passionem significans, agnum in sacrificio obtulit (*Genes. IV, 4*), de cuius passione Isaias ait: *Sicut agnus coram tendente se obmutescat, et non aperte os suum* (*Isai. LIII, 7*). De quo Joannes quoque ait: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* (*Joan. I, 29*). Ecce divisus

<sup>a</sup> Male in Edit., *vicinitate quadam.*

<sup>b</sup> Omittitur se in Laud., Corb. Germ. ac Pratel., aliisque Norm.

<sup>c</sup> Sic legendum ex MSS. Corb. Germ., Norm. et aliis, non variatim. *Virilim hie opponitur particulae simil;* supra *Vet. Ed. Paris. et Basil.* habent *maxim;* sed corruptio.

<sup>d</sup> Laud., *ita sancti homines.*

A quidem temporibus missi, et tamen concorditer de Redemptoris nostri innocentia sentientes, eundem agnum Joannes ostendendo, Isaias prævidendo, Abel offerendo locutus est; et quem Joannes in ostensione, quem Isaias in locutione, hunc Abel significando in manibus tenuit.

70. Quia igitur quomodo Pleiades stellæ de humanitate Redemptoris sibi concinat diximus, nunc quomodo in ostendenda unitate Trinitatis concorditer luceant demonstremus. Diversis quippe temporibus huic mundo David, Isaias et Paulus apparuit; sed tamen nullus eorum alteri diversum sensit, quia etiæ semetipsos non reverent facie, unum tamen didicerant ex divina cognitione. David quippe ut auctor omnium <sup>e</sup> Deum in Trinitate ostenderet, dixit: *Benedicat nos Deus, Deus 949 nositer, benedictus nos Deus* (*Psal. LXVI, 8*). Ac ne tertio Deum nominans tres Deos dixisse putaretur, illico unitatem ejusdem Trinitatis insinuans addidit: *Et metuant eum omnes fines terræ* (*Ibid.*). Qui enim non eos, sed eum subdidit, unum tria quæ dixerat intimavit. Isaias quoque cum laudem de unitate Trinitatis aperiret, Seraphim voces exprimens, ait: *Sanctus, sanctus, sanctus* (*Isai. VI, 3*); ac ne tertio sanctum nominans unitatem divinæ substantiæ scindere videretur, adjunxit: *Dominus Deus sabaoth.* Quia ergo non domini dñi, sed Dominus Deus addidit, unum existere quod tertio sanctum vocaverat indicavit. Paulus quoque ut operationem sanctæ Trinitatis ostenderet, ait, *Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia* (*Rom. XI, 36*). Atque ut unitatem ejusdem Trinitatis intimeret, protinus addidit: *Ipsi gloria in sæcula sæculorum, amen* (*Ibid.*). Qui igitur non ipsis, sed ipse subdidit, unum <sup>f</sup> naturaliter, tria secundum personas innotuit, quod superius tertio id ipsum dixit. Quasi ergo et uno in loco Pleiades sitæ sunt, quia de Deo concorditer sentiunt, et tamen semetipsas non tangent, quia sicut dictum est per hujus mundi tempora diversa partuntur.

71. *Sancti omnes fidei ac virtutum unanimitate conjunguntur.* — Quod bene ac breviter Ezechiel propheta describit, qui cum diversi generis animalia videre se diceret, adjunxit: *Junctaque erant penne eorum alterius ad alterum* (*Ezech. I, 9*). Penne quippe animalium alterius ad alterum junctæ sunt, quia etsi dissimilia sunt quæ agunt, uno tamen eodemque sensu sibi sanctorum voces virtutesque sociantur. Et quamvis alius rationabiliter cuncta agendo sit homo, alius in passionibus fortis adversa mundi non timendo sit leo, alius per abstinentiam semetipsum vivam hostiam offerendo sit vitulus, alius se in alta <sup>g</sup> rapiendo contemplatiōnis volatu' sit

<sup>e</sup> Ebroic. aliquæ Norm., Laudun. et Corb. Germ., *Deum Trinitatem ostenderet.*

<sup>f</sup> Turon., tres deos dixisse putaretur, illico unitatem divinæ substantiæ adjunxit.

<sup>g</sup> Id est, secundum naturam, et opponitur alteri membro, secundum personas.

<sup>h</sup> Laud., *suspiendo.*

aquila, pennis se tamen dum volant tangunt, quia et confessione vocum, et virtutum sibi unanimitate junguntur. Quod quia solius divinae virtutis est, et disjunctis temporibus missos in fidei praedicatione conjugere, et dissimilibus virtutibus praeditis subiore intentionis unire, recte dicitur, *Nunquid conjungere valebitis micantes stellas Pleiades?* Ac si dicat ut ego, qui unps omnia ippoleo, atque in unitate sensu electorum mentes implendo coniungo.

72. *Arcturus totam Ecclesiam significat. Docet fidei simili ac bonorum operum necessitatem.* — In Arcturo autem, qui per gyrum suum nocturna spatia non occasurus illustrat, nequaquam particulatum edita vita sanctorum, sed tota simili Ecclesia designatur, que fatigaciones quidem patitur, nec tamen ad defecatum proprii status inclinatur: gyrum laborum tolerat, sed ad occasum eam temporibus non festinat. Neque enim ad ima poli Arcturus cum nocturno tempore declinatur, sed dum ipse volvitur, nox finitur, quia nimis dum sancta Ecclesia innumeris tribulationibus quatitur, presentis vite umbra terminatur; caque stante nox praeferit, quia illa in sua inclemmitate perdurante, mortalitatis hujus vita percurrit. [Vet. XXIX.] Est in Arcturo quod consideratius possimes intueri. In septem quippe stellis volvitur, et modo quidem tres ad summa elevat, atque ad ima quatuor inclinat, modo 950 quatuor superius erigit, et tres inferius premit. Sancta quoque Ecclesia cum modo infidelibus Trinitatis notitiam, modo autem fidelibus virtutes quatuor, id est prudentiam, fortitudinem, temperantiam, justitiam praedicat, quasi rotatu prædicationis status sui, speciem quodammodo immutat. Nam cum quibusdam de operibus suis gloriatisbus confidentiam proprii laboris evocat, et sdem Trinitatis exalat, quid aliud facit nisi tres stellas Arcturus elevat, quatuor inclinat? Et dum quedam bona opera non habentes de sola fide presumere prohibet, sed operari enixius quae præcepta sunt jubet, quid aliud Arcturus facit, nisi quatuor stellas erigit, tres deponat? Videamus quomodo tres elevet, quatuor deponat. Ecce per Paulum contra fidem de opere superbientibus dicitur: *Si Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum (Rom. iv. 2).* Quid enim scriptura dicit? *Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam (Genes. xv, 6).* Videamus quomodo quartor elevet, tres deponat. Ecce per Jacobum<sup>4</sup> de fide contra opera superbientibus dicitur: *Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est (Jac. ii, 26).* Arcturus itaque volvitur, quia sancta Ecclesia juxta auditorum suorum mentes in diverse latere prædicationis arte versatur.

<sup>a</sup> Corrupte in Ghot., Vatic., Gussanv. et aliis Ed. etiam antiqu. de fide sine opere. Nam Anglie., Norm., Turon., Vindoc., Corb., Germ. aliquique Ms. habent, de fide contra opera.

<sup>b</sup> Laud., mundo.

<sup>c</sup> Ita Corb. Germ., Vindoc., Laud., Ebroic. aliquique Norm., necnon plerique Editi. Corrupte vero in Gussanv. legitur Pleiadibus.

<sup>d</sup> Al., quagna autem, ut habes in Corb. Germ.,

A Arcturus volvitur, quia haec in noctis hujus tribulationibus rotatur. Sed hunc Arcturi gyrum quandoque Dominus dissipat, quia labores Ecclesiae ad requiem permuta. Tunc et Pleiades plenius jungit, cum gyrum Arcturi destruit, quia tunc nimis sancti omnes etiam visionis sibi specie copulantur, quando in fine mundi sancta Ecclesia ab his quos nunc sustinet laboribus solvit. Dicat ergo: *Nunquid conjungere valebis micantes stellas Pleiades, aut gyrum Arcturi poteris dissipare?* Subaudis ut ego, qui tunc sanctorum vitam etiam per speciem<sup>b</sup> unio, cum gyrum universalis Ecclesia corporaliter solvo. Et quis hominum solius divinae hoc esse virtutis ignorat? Sed ut cognoscat homo quid ipse sit, memoretur assidue quid solus Dominus possit.

73. *Rursum per Arcturum lex vetus, per Pleiades Novi Testamenti gratia signatur.* — Habetinus adhuc quod de stellis Pleiadibus atque Arcturo aliud sentiamus. <sup>c</sup> Pleiades quippe ab Oriente, Arcturus vero ex parte Aquilonis surgit. <sup>d</sup> Quocumque autem se per gyrum suum Arcturus verterit, Pleiades ostendit; et cum lux diei jam vicina efficitur, stellarum ejus ordo<sup>e</sup> distenditur. Potest igitur per Arcturum, qui a plaga frigoris nascitur, lex; per Pleiades vero, quæ ab Oriente surgunt Testimenti Novi gratia designari. Quasi enim ab Aquilone lex venerat, quæ lanta subditos rigiditatis asperitate terrebat. Nam dum pro culpis suis alios præcipere lapidibus obrui, alios gladii morte muletari, plaga torpens, et velut a sole charitatis aliena, præceptorum suorum seminat plus premebat ex frigore quam ex calore nutriebat. Cujus oppressionis pondus Petrus horruerat, cum dicebat: *Quid tentatis Deum, imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus (Act. xv, 10).* Nec mirum quod per Arcturi septem stellas Testamentum Veteris exprimitur, quia et veneratione legis **Q51** dies septimus exstitit<sup>f</sup> venerabilis, et per heptadam integrum constituti sacrificii vota tendebantur. Pleiades vero quæ ipsæ quoque, sicut superius diximus, septem sunt, Testimenti Novi gratiam tanto apertius indicant, quanto cuncti liquido cernimus, <sup>g</sup> quod per illam fidem suos Spiritus sanctus septiformis munieris lumine illustrat. Quaquæ igitur se Arcturus verit, Pleiades ostendit; quia per omne quod Testamentum Veteris loquitur Testimenti Novi opera nuntiantur. Sub textu enim litteræ legit mysterium prophetiarum. Et quasi inclinat se Arcturus et demonstrat, quia ad dum spiritalem intellectum flectitur, significata per illud lux gratia septiformis aperitur. Et propinquante diei luce, stellarum ejus ordo<sup>h</sup> distenditur, quia postquam<sup>i</sup> per semetipsam nobis Vindoc., Ebroic. aliquisque Norm.

<sup>e</sup> Laud., ostenditur.

<sup>f</sup> Abest venerabilis a Ms. Corp. Germ., Laudum., Pratel. aliquisque Norm.

<sup>g</sup> Idem Cod., quod per illud, nimis testemtum.

<sup>h</sup> Laud., ostenditur.

<sup>i</sup> Vindoc., post semetipsam.

Veritas innotuit, ab obsequiis carnalibus litteræ A pore suo, et vesperum super filios terræ consurgere facie?

[Vet. XXX.] 74. Christus solus omnes sancti Spiritus operationes in se manentes habuit. — Redemptor autem noster in carne veniens Pleiades junxit, quia operationes septiformis Spiritus simul in se <sup>a</sup> et cunctas et manentes habuit. De quo per Isaiam dicitur: Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendet, et requiescat super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, <sup>b</sup> et replebit eum spiritus timoris Domini (Isai. xi, 1). De quo Zacharias ait: Super lapidem unum septem oculi sunt (Zach. iii, 9). Atque iterum: Et in candelabro aureo lucernæ septem (Ibid., iv, 2). Nullus vero hominum operationes sancti Spiritus simul omnes habuit, nisi solus Mediator Dei et hominum, cuius est idem Spiritus, qui de Patre ante sæcula procedit. Bene ergo dicitur: Super lapidem unum septem oculi sunt. Huic enim lapidi septem oculos habere est simul omnem virtutem Spiritus septiformis gratiarum in operatione retinere. Alius namque prophetiam, aliud scientiam, aliud virtutes, aliud genera linguarum, aliud interpretationes sermonum juxta distributionem sancti Spiritus accipit (I Cor. xii, 8); ad habenda vero cuncta ejusdem Spiritus munera nemo pertingit. At vero conditor noster infirma nostra insciens, quia per divinitatis suæ potentiam simul se habere omnes sancti Spiritus virtutes edocuit, micantes procul dubio Pleiades junxit. Dum vero Pleiades jungit, Arcturi gyrum dissipat, quis dum semel ipsum factum hominem habere cunctas sancti Spiritus operationes innotuit, in Testamento Veteri litteræ laborem solvit, ut fideli quisque jam cum libertate spiritus illud intelligat cui prius in formidine inter tot discrimina serviebat. Audiat itaque beatus Job: Nunquid conjungere valebis m̄cantes stellas Pleiades? Ac si aperte diceretur: Habere quidem lumina quarundam virtutum potes, sed nunquid exercere simul omnes operationes sancti Spiritus suffici? Me ergo conjungentem Pleiades in cunctis virtutibus contemplare, et tu de paucis ab elatione compescere. Audi quod dicitur: Aut gyrum Arcturi poteris dissipare? Ac si ei aperte diceretur: Et si ipse jam quæ recta sunt sentis, nunquid virtute tua etiam in alienis cordibus laborem grossioris intelligentiae destruis? 952 Me itaque considera, qui carnalium stulta corrigo, dum me per carnis stultitiam manifesto, ut tanto magis hæc quæ putas virtutum tuarum fortia humiles, quanto nec vestigia meæ infirmitatis apprehendis. Quia vero in ipso dominicæ incarnationis mysterio aliis lux veritatis ostenditur, aliorum vero per scandalum corda tenebrantur, recte subiungitur:

#### CAPUT XXXII [Rec. XVII].

VERS. 32. — Nunquid <sup>c</sup> producis luciferum in tem-

<sup>a</sup> Longip., et conjunctas innotuit et manentes habuit.

<sup>b</sup> Laud., et replevit.

<sup>c</sup> Laud., produces . . . consurgere facies.

75. Christus versus lucifer, maxime in resurrectione, vesper autem Antichristus. Hunc iuste subduntur homines terræ dedisti. — Pater quippe in tempore suo luciferum produxit, quia, sicut scriptum est: Cum venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret (Gal. iv, 4). Qui natus ex Virgine, velut lucifer inter tenebras nostræ noctis apparuit, quia fugata obscuritate peccati, æternum nobis mane nuntiavit. Luciferum vero se innotuit, quia diluculo ex morte surrexit, et fulgore sui lumen mortalitatis nostræ terram caliginem presauit. Cui bene per Joannem dicitur: Ste'la splendida et matutina (Apoc. xxii, 16). Vivus quippe apparet post mortem, matutina nobis stellas facies est, quia dum in semetipso exemplum nobis resurrectionis præbuit, quæ lux sequatur indicavit. Vesperum vero super terra filios Dominus consurgere facit, quia infidelibus Judæorum cordibus dominari Antichristum eorum merito exigente permituit. Qui idecirco a Domino huic vesperi iuste subduntur, quia ipsi sponte sua filii terræ esse voluerunt. Terrena quippe et non coelestia requirent, <sup>d</sup> a perspicienda luciferi nostri claritate excœdati sunt; et dum præcessit sibi vesperum expedit, subsequentis damnationis eterna nocte merguntur. Hinc in Evangelio Dominus dicit: Ego veni in nomine Patris mei, et non accepistis me; aliud veniet in nomine suo, et ipsam recipiatis (Joan. v, 43). Hinc Paulus ait: Eo quod charitatem veritatis non reepperunt, ut salvi fierent, ideo mittit illi Deus operationem erroris, ut credant mendacio, iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati (II Thess. ii, 10). Nequaquam ergo super eos vesper consurgeret, si coeli filii esse voluissent. Sed dum visibilia appetunt, amissi cordis lumine, sub noctis duce tenebrescant.

[Vet. XXXI.] 76. Sermo Dei qui electis lucifer est, reprobis fit vesper. — Quod tamen si moraliter discutimus, quomodo quotidie agatur invenimus, quia nimur et electis lucifer oritur, et reprobis Deo permittente vesper dominatur. Unus enim atque idem sermo Dei est in ore prædicantis. Quem dum isti gaudendo, illi vero invidendo audient, claritatem sibi luciferi in vesperi tenebras vertunt. Dum icti humiliiter vocem sanctæ prædicationis acripiunt, quasi ad stellæ lucem oculos cordis aperiant; dum vero illi benedicenti invident, et non salutis causam, sed elationis gloriam querunt, prorumpente iniquitatis suæ vespere in somnum mortis oculos claudunt. Per occultum ergo judicium is qui electis est lucifer reprobis auditoribus fit vesper, quia exhortatione sancta <sup>e</sup> qua boni ad vitam redeunt pravi deterius in culpa moriuntur. Unde bene per Paulum dicitur:

<sup>d</sup> Laud., ad perspiciemdam . . . claritatem.

<sup>e</sup> Idem Codex, missit.

<sup>f</sup> Vindoc., Ebroic. et al. Norm., quam boni ad vitam audiunt.

Christi **953** bonus odor sumus Deo in his qui salvant; et in his qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vite in vitam (*II Cor. ii, 15*). Verbum itaque suum auditoribus esse luciferum simul et vesperum vident, per quod et alios ab iniuritate suscitar, et e contra alios sopiri in iniuritate conspexit. Quod quia occultis Dei judicis agitur, quae in hac vita ab hominibus comprehendendi non possunt, recto illuc subdidit: *Et ad hanc quis tam idoneus* (*Ibid., 16*)? Ac si diceret: Monei quidem sumus ad hanc consideranda quia flunt, sed idonei non sumus ad hanc investiganda cur flunt. Unde hic quoque Dominus, quia aliis produci luciferum, aliis vero consurgere vesperum dixerat, ne perscrutari homo occulta Dei judiciora audeat, illico subjungit:

CAPUT XXXIII [Vet. XXXII, Rec. XVIII].

Vers. 33. — *Nunquid nosti ordinem cœli, et pones rationem ejus in terra.*

77. *Judiciorum et prædestinationis Dei causas nemo scit; nemo scrutetur.* — Ordinem cœli nosse est supernarum dispositionum occultas prædestinationes videre. Rationem vero ejus in terra ponere, est ante humana corda talium secretorum causas aperire. Rationem videlicet cœli in terra ponere est supernorum judiciorum mysteria vel considerando discutere, vel loquendo manifestare. Quod utique facere in hac vita positus nullus potest. Ut enim a parvis ad majora veniamus, quis intelligat<sup>b</sup> quæ esse ratio secretorum potest, quod saepè vir justus a judicio non solum non vindicatus, sed etiam punitus redeat, et iniqus ejus adversarius non solum non punitus, sed etiam victor abscedat? Quis intelligat cur vivit alias insidians mortibus proximorum, et moritur alius qui profuturus esset vitæ multorum? Alius culmen potestatis assequitur, qui non nisi lædere studet; alius tantummodo lessos defendere concupiscit, et tamen ipse oppres-

<sup>a</sup> In Gilot., Vatic., Gussanv. Ed., etc., legitur quæ sunt. Melius quia flunt, ut habent MSS. Corb. Germ., Anglie., Norm., Laud. et alii, ac vetus Ed. Paris. 1495, ut de ceteris sitemus.

<sup>b</sup> Editi, quæ esse secretorum subtilitas potest. Aliam lectionem præstulimus, quæ est MSS. Corb. Germ., Norm., Laud., Vindoc., annotaturque a Gussany.

<sup>c</sup> Corb. Germ., Ebroic., aliquæ Norm., quo ad perverse prorumpat. Laud., quod ad perverse prorumpat.

<sup>d</sup> Multa hic omissa in Edit. Gussanv. supplevimus ex MSS. Corb. Germ., Norman., etc., necnon ex al.

A sus jacet. Alius vacare appetit, et innumeris negotiis implicatur; aliis negotiis **954** implicari desiderat, et coactus vacat. Alius male inchoans usque ad vitæ suæ terminum ad pejora protrahitur; aliis bene incipiens per longitudinem temporum proicit ad augmenta meritorum. At contra, aliis male vivens diu reservatur ut se corrigat, aliis vero bene quidem vivetur vivere, sed in hac vita eo usque durat<sup>e</sup> quoad in perverse prorumpat. Alius in errore infidelitatis natus in errore deficit,<sup>d</sup> aliis in catholicæ fidei rectitudine genitus in catholicæ fidei rectitudine consummatur. E contra vero aliis catholicæ matris ventre editus juxta vitæ terminum erroris voragine devoratur, aliis autem vitam suam in catholicæ pietate consummat, qui ortus in perfidia cum lacte matris hau-serat virus erroris. Alius celsitudinem<sup>c</sup> bene vivendi appetere et vult, et valet; aliis nec vult, nec valet. Alius vult, et non valet; aliis valet, et non vult. Quis ergo ista judiciorum cœlestium secreta discutiat?<sup>f</sup> Quis intelligat secretam lancem æquitatis occultas? Ad cognoscendos quippe<sup>g</sup> istos judiciorum secretorum sinus nullus ascendit. Dicatur ergo homini, ut se nescire cognoscat; nescientem vero se cognoscat ut timeat; timeat ut humilietur, humilietur ne præsumat in se; non præsumat in se, ut conditoris sui auxilium requirat; et qui in se illdens mortuus est, auctoris sui adjutorium appetens vivat. Audiat itaque vir justus jam quidem se sciens, sed adhuc quæ supra se sunt nesciens: *Nunquid nosti ordinem cœli, et pones rationes ejus in terra?* id est, nunquid occultos ordines judiciorum cœlestium comprehendis, aut aperire humanis auribus suffici? Beatus ligatus Job de judiciorum incomprehensibilium investigatione requiritur, ac si ei aperte diceretur: Cuncta quæ pateris tanto tolerare patientius debes, quanto secretorum cœlestium ignarus cur hanc pateris nescis.

Edit. Attameu veteres Paris. 1488 et 1495 habent tantum, ut Gussanv., aliis in catholicæ fidei rectitudine consummatur. Quæ deerant suppeditavit etiam Edit. Paris. 1518. Nostra lectio melius respondet alteri membro: *aliis in errore infidelitatis natus in errore deficit.*

<sup>e</sup> Vindoc., Pratel. et alii, bene vivendo.

<sup>f</sup> In Edit., quis intelligat discretam. MSS. Anglie. et nostri habent, secretam.

<sup>g</sup> Turon. et Laud., justos.

## LIBER TRIGESIMUS.

*Expositionem octo versuum ultimorum capitilis xxxviii, et totidem capitilis xxxix, complectitur. Ubi de Evangelii prædications præseri plurima pie ac eruditæ sanctus Doctor edidisset.*

**955** [Vet. et Rec. I.] 1. *Cur Job a Deo de tot tan-  
tisque interrogatus.* — Beatus Job talia struunt se-  
cerit, Domino interrogante, requiritor, qualia utique  
facere non potest homo, ut dum se ista facere non  
posse deprehendit, ad eum refugiat quem solum talia  
quia facere possit intelligit, atque ante oculos judicis  
sui magis potens appareat, si sua verius infirma con-  
goscat. Quod ergo mire a Domino fieri non igno-

D ratur, de eo divina Job voce requiritur; dicitur  
que ei:

### CAPUT PRIMUM.

CAP. XXXVIII, VERS. 34.—*Nunquid elevabis in nebula  
vocem tuam, et impetus aquarum operiet te?*

2. *In nebula verbum Dei spargitur, dum infidelibus  
annuntiatur.* — Vocem quippe suam in nebula Domini-  
nus elevat, quando per prædicatorum suorum lin-

guas ad caliginosam corda infidelium exhortationem format; eumque aquarum impetus operit, dum bene agentia membra ejus turba resistentium populorum premit. Hinc est enim quod scriptum est: *Factum est verbum Domini ad Jeremiam dicens: Sta in atrio domus Domini, loquens ad omnes civitates Iuda, de quibus veniunt, ut adorent in domo Domini, universos sermones quos ego mandavi tibi* (*Jerem. xxvi, 2*). Et paulo post: *Ei audierunt sacerdotes et prophetae et omnis populus Jeremiam loquentem verba haec in domo Domini. Cumque complexisset Jeremias loquens, apprehenderunt eum sacerdotes et prophetae et omnis populus, dicens: Morte moriatur, quare prophetavit in nomine Domini* (*Ibid., 7*)? Ecce in nebula Dominus vocem levavit, quia obscuras mentes superbientium directo propheta corripuit. Ecce aquarum impetus eum protinus operuit, quia ab insurgentibus populis, et causa sua correptionis instigatis, ipse in Jeremia cuncta pertulit, qui correptionis verba mandavit. Per semetipsum quoque Dominus in nebula vocem levavit, quando praesentem se etiam assumpto corpore exhibens, multa suis persecutoribus sed figuris etymatum velata predicavit. In nebula vocem levavit, quia veritatem suam non secuturis infidelibus quasi per caliginem sonuit. Unde et bene in libris Regum scriptum est: *Nebula implevit dominum Domini, et non poterant sacerdotes ministrare propter nebulam* (*III Reg. viii, 10, 11*). Exigentibus enim meritis, dum superbi Iudeorum pontifices divinam mysteria per parabolam audiunt, sacerdotes in domo Domini quasi propter nebulam ministrare nequiverunt. Qui et in Testamento Veteri dum sensus mysticos litterae velamine cooperitos inter obscuras allegoriarum caligines investigare despiciunt, debitum fidei suae ministerium propter nebulam perdiderunt. Quibus et nunc in nebula doctrinæ suæ vocem Dominus protulit, cum de se etiam **956** aperta narravit. Quid est enim apertius quam: *Ego et Pater unus sumus* (*Joan. x, 30*)? Quid apertius dicere quam: *Antequam Abraham fieret, ego sum* (*Joan. viii, 58*)? Sed quia auditorum mentes infidelitatis caligo repleverat, quasi emissum solis radium nebula interiacens abscondebat.

[*Vet. II.*] 3. *Verbi divini prædicatores impetus aquarum operit, cum in eos infideles serviant.* — Ad hanc namque elevationem vocis eum protinus aquarum impetus operuit, quia contra illum mox serviens populorum turba surrexit. Scriptum quippe est: *Propterea ergo quererent eum Iudei interficere, quia*

<sup>a</sup> *Mss. Val. Cl. Irigesimum librum Moral. reliquosque continens, ad caligosa corda; sic etiam habet Corb. Germ.*

<sup>b</sup> *Corb. Germ., Vindoc., Pratel., aliisque Norm., Val. Cl. et alter Laud., qui priori deficiente, nobis suppeditat reliquos Moral. libros, et loqueris.*

<sup>c</sup> *Pratel., in nebula attem.*

<sup>d</sup> *Pratel., accidere.*

<sup>e</sup> *Textum hunc mancum ac mutilum in Cilot., Vatic., Gussanv., sed integrum repertum in Mss. Anglic. et nostris perfectius. Nempe in prædictis Edit. tantum legitur, circumdederunt me simul.*

<sup>f</sup> *Val. Cl., quoniam introierunt.*

<sup>A</sup> *non solum solvbat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, et qualem se faciens Deo* (*Joan. v, 18*). De hoc aquarum impetu per Prophetam clamat: *Circumdederunt sicut aqua tota die, circumdederunt me simul* (*Psal. lxxxvii, 18*). Et rursus: *Solem meum sicut Deum, et quoniam intraverunt aqua usque ad animam meam* (*Psal. i.xviii, 2*). Quas prosector aquas in semetipsum ante mortem, in suis autem et post ascensionem perjurit. Hinc est enim quod et de superioribus clamat: *Saule, Saule, quid me persequitur* (*Act. ix, 4*)? Ecce iam cœlum concenderat, et tamen adhuc eum *Saulus aquarum et infidelium impetu persequens, et tumidior ceteris unda langebat*. Ipse quippe est qui per bonos recta loquitur, ipse qui in honorum passione laceratur. Ut ergo mirifica Dominus charitatis unitate, monstraret se esse qui indignis auditoribus per sanctorum suorum ora prædictat, ait: *Nunquid elevabis in nebula vocem tuam?* Ut vero ostendere se esse qui in sanctis suis omnia adversa patretur, subdidit: *Et impetus aquarum operiet te subaudis ut me, quem iniqui omnes neque per prædicantes sanctos loquentem intelligunt, neque per morientes patientem vident. Narrat ergo Dominus quod ab hominibus patitur, ut dolor afficti hominis mitigetur, ac si illi aperte dicat: Mea subtiliter passa, et tua æquanimiter tempora. Multo enim minus est te vulnera quam me humana tolerare.*

4. *Ad arcana inspirationes Dei etiam justorum corda caligant.* — Adhuc tamen verba haec subtilius perscrutari possumus, si inter dona cœlestia nostra sollicitate corda pensamus. Jam quidem in fideles suum, jam quæ audimus superna credimus, jam quæ creditimus amamus. Sed dum quibusdam supervacuis cordis premiuntur, obducta confusione caligamus; et cum nobis etiam talibus mira quedam Dominus de se sentienda insinuat, quasi in nebula vocem levat. Dum in caliginosis nostris mentibus semetipsum loquitur, velut in nebula is qui non cernitur auditur. Summa sunt namque quæ de illo cognoscimus, sed tamen adhuc eum in secreta inspiratione qua instruimus non videmus. Qui igitur **957** cordibus nostris præbet quidem locutionem, sed occulat speciem, velut in nebula format vocem. Sed ecce iam verba Dei intrinsecus in semetipsum loquentis audimus, iamque amori ejus qua continuatione, quo studio inberere debeamus agnoscimus, et tamen ab interna considerationis culmine ad consueta nostra ex ipsa mortalitate hujus mutabilitate relabimur, <sup>1</sup> et imminutum peccatorum male sedula importunitate tenta-

<sup>g</sup> *Deest infideli in Prat.*

<sup>h</sup> *Vindoc., Eborac., et alii Norm., iniqui homines.*

<sup>i</sup> *Vindoc., Pratel., Utic., fide fideles sumus.*  
<sup>j</sup> *Corb. Germ., Val. Cl. et Laud., dum caligatis liden præterea cum Vindoc., Pratel. et al. Norm., habent, mentibus semetipsum loquuntur, expansione persicula per, quæ est in Vulgatis aliis hic et paulo infra.*

<sup>k</sup> *Editi, per semetipsum. Non admittunt per Mss. Vindoc., Corb. Germ., Laud., Val. Cl. et alii superiori laudati.*

<sup>l</sup> *Edit. Rusil. 1514, Paris. 1518 et 1571, Vaticana, Gussanv., et imminentium peccatorum mole sedula*

mur. Cum ergo ex eis nostris mentibus subtilia de semetipsa insinuat, in nebula vocem levat.

[Vet. III.] 5. Tentationibus intellectum de Deo obruentibus, ipse Deus quasi aquis operitur. Deus nos, ne quidem dum respiratur, non relinquit. — Cum vero tentatione vitiorum ipse de Deo noster intellectus opprimitur, quasi aquarum impetu in voce sua Deus operitur. Tot enī super illum aquas mihi sumus, & quia post inspirationem ejus gratiae, cogitationes illicitas in corde versamus. Nec tamen nos vel oppressos deserit, nam illico ad mentem redit, temptationum nebulas discutit, imbre compunctionis infundit, et subtilis intelligentiae solem reducit; atque sic ostendit quantum nos diligit, qui nos nec eum respicitur relinquit, ut saltem sic eruditia humana conscientia ad se temptationes erubescat admittere, quam Redemptor suus et vagantem non cessat amare. Hoc in nobis per semetipsum tolerat, hoc ab infidelibus per suos quotidie prædicatores portat. <sup>a</sup> Ejus enim donum suborta in nobis tentatione repellitur, et tamen ab infundendo intrinsecus munere nequaquam nostra infirmitate revocatur. Ejus publice verba respuuntur, et tamen ab erganda gratiae largitate nulla infidelium iniquitate compescitur. Nam cum pravū homines prædicamenta despiciunt, adjungit etiam miracula quae venerantur. Unde post editam vocem, post inundantium aquarum impetum, apte subjungitur:

### CAPUT II [Rec. II].

Vers. 35. — Nunquid mitis fulgura, et ibunt, et revertentia dicent tibi, Adsumus?

6. A Deo exenti sancti prædicatores et ad eum reveruntur, miracula quibus coruscant, illi soli tribuendo. — Fulgura quippe ex nubibus exenti, sicut mira opera ex sanctis prædictoribus ostenduntur. Qui, ut ex parte diximus, inde circa nubes vycari solent, quia et coruscant miracula, et verbis pluunt. Et quia humana corda, postquam per prædicationem mota non fuerint, ita miraculorum fulgoribus conturbantur. Propheta attestante didicimus, qui ait: Fulgura multiplicabis, et conturbabis eos (Psal. xvii, 15). Ac si diceret: Dumi verba prædicationis tuae non audiunt, per prædicatorum miracula conturbantur. Unde alias scriptum est: In lumine jacula tua ibunt, in splendore fulgoris armorum tuorum (Habac. iii, 11). Jacula Dei in lumine ire est verba ejus aperta veritate resonare. Sed quia saepē homines verba vita etiam intellecta despiciunt, adjungunt etiam miracula. Unde illie subdidit: In splendore fulgoris armorum

<sup>a</sup> Import. Hallucinationem correxius ex MSS. Anglic., Norm., Corb. Germ., Lazi., etc., necnon ex v. Edi. Paris, 1495.

\* Vindoc., Pratel., Utic., suppressum.

<sup>b</sup> Corb. Germ., Turon., Norm., Laud., Val. Cl., Longip., ita habent, non post inseparationem, ut legitur in Edi. recent., corrupassinga.

<sup>c</sup> Val. Cl. vel oppressus, scilicet Dens, qui superius dicitur opertus. Legitur tamen in aliis MSS. vel oppressus. Corb. Germ., habent utr. lect.

<sup>d</sup> Vindoc., Ecce ejus donum.

\* Turon. et Corb. Germ., mitis, quod etiam legitur

A tuorum. Fulgor quippe armorum est claritas mirorum. Armis namque nos tuemur, jaculis adversa destruimus. Arma ergo cum jaculis sunt miracula cum prædicamentis. Sancti enim prædicatores verbis suis quasi quibusdam jaculis adversarios ferunt; **358** armis vero, id est miraculis, semetipsos tuentur, ut et quantum sint audiendi sonent per impetum jactolorum, et quantum sint reverendi clarescant per arma miraculorum. [Vet. IV.] Dicitur ergo ad beatum Job: Nunquid mitis fulgura, et ibunt, et revertentia dicent tibi, Adsumus? subandis ut mihi. Vadunt enim fulgura cum prædicatores miraculis coruscant et superna reverentia auditorum corda transfigunt. Revertentia vero dicunt, Adsumus, cum non sibi, sed Dei viribus tribuant quidquid se fortiter egisse cognoscunt. <sup>e</sup> Quid est ergo Deo dicere, Adsumus? Quoddam namque in hoc verbo obsequium declaratur. Revertentes itaque prædicatores sanctos dicere est, adsumus, illi laudem tribuere gratiae a quo se accepisse sentiunt victoriam pugnae, ne sibi tribuant quod operantur. Et ire quidem fulgura operando possunt, sed reverti superbendo non possunt.

7. Id prestiti Petrus. — Videamus itaque fulgur vadens; claudio cuidam ait Petrus: Argentum et aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc ibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge et ambula. Et apprehensa ejus manu dextera alieavit eum, et pro iuxta consolidata sunt bases ejus et plantæ, et exilians statit, et ambulabat (Act. iii, 6). Sed cum de hoc facto Judaeorum fuisse turba commota, videamus numen fulgur

C rediens, quod ait: Viri Israëlitæ, quid admirantini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Iesum (Ibid., 12). Et paulo post: Cujus testes sumus, et in fide nominis ejus hunc, I quem videlicet et nos, confirmans nomen ejus, et fidem que per eum est & dedit integrum sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Ivi ergo fulgur cum Petrus miraculum fecit, rediit cum non sibi tribuit, sed auctori quod fecit. Vadunt fulgura cum prædicatores sancti mira opera ostendunt, sed reverendo dicunt adsumus, cum in eo quod faciunt ad potentiam auctoris recurrunt.

8. Prædicatores ad publicum operationis missi, ad secretum contemplationis redire carent. — Quod tamen intelligi et aliter potest. Fulgura etenim, sicut superioris dictum est, sancti viri mittuntur et eam cum a secreto contemplationis ad publicum operationis

in nonnullis Edi.

<sup>f</sup> Ita Turon., Corb. Germ., plerique Norm., Laud., Val. Cl. et vet. Vulgati, a quibus deficiente recent. habent, cum mira.

<sup>g</sup> Laud. et Val. Cl., fulgoris, et ita infra.

<sup>h</sup> Pratel., quid est enim.

<sup>i</sup> Corb. Germ., Pratel., et Utic., Videamus numen fulgur rediens. Ait: Viri.

<sup>j</sup> Vindoc. et pler. Norm., quem videlicet.

<sup>k</sup> Vindoc., dedit illi integrum.

<sup>l</sup> Laud., nostrum.

exeunt. Mittuntur et vadunt cum ex abscondito speculacionis intimæ in activæ vite latitudinem diffunduntur. Sed revertentes dicunt Deo, adsumus, quia post opera exteriora quæ peragunt semper ad sinum contemplationis recurrunt, ut illic ardoris sei flammam reficiant, et quasi ex tacitu superne claritatis ignescant. Cœtius enim <sup>a</sup> inter ipsa licet bona exteriora opera frigescerent, nisi intentione sollicita ad contemplationis ignem incessanter redirent. Unde bene per Salomonem dicitur: *Ad locum, de quo exeunt flumina revertantur, ut iterum fluant* (*Eccle.* 1, 7). Ipsa quippe illic flumina qui hic fulgura sunt vocati. <sup>b</sup> Quia enim corda audientium rigant, flumina; quia vero accendunt, fulgura memorantur. De quibus **959** alias scriptum: *Elevaverunt flumina, Domine; elevaverunt flumina voces suas* (*Psal.* xcii, 3). Et rursum: *Illuzerunt fulgura ejus orbi terræ* (*Psal.* xcvi, 4). Ad locum ergo de quo exeunt flumina revertantur, quia sancti viri etiæ a conspectu creatoris sui, cuius claritatem mente concepere conantur, feras propter nos ad activæ vite ministerium veniunt, incessanter tamen ad sanctum contemplationis studium recurrunt, et si in prædicatione sua exterius nostris auribus per corporalia verba se fundunt, mente tamen lacita ad considerandum semper ipsum fontem luminis revertuntur. De quibus et bene dicitur: *Ut iterum fluant*. Nisi enim ad contemplandum Deum sollicita semper mente recurrerent, nimiram <sup>c</sup> interna siccitas etiam exteriora prædicationis eorum verba siccaret. Sed dum videre Deum indesinenter sitiunt, quasi cursura foras flumina intus semper oriuntur, quatenus illic amando sumant unde ad nos prædicando defluant. Dicatur igitur recte: *Nunquid mittes fulgura, et ibunt, et revertentia dicent tibi, Adsumus?* Subaudis ut ego, qui prædicatores meos cum voluero post contemplationis gratiam ad activæ vite ministerium compono; quos tamen semper a bonis exterioribus ad internum culmen contemplationis revoco, ut modo jussi ad exercenda opera exeat, modo revocati ad speculacionis studium apud me familiarius vivant. Revertentes itaque dicunt *Adsumus*, quia quamvis per exteriora acta parum quid contemplationi deesse videantur, per ardorem tamen desiderii, quem in mente sua continue accendent, obsequentes Deo suam præsentiam ostendunt. *Adsumus* namque dicere est præsentes <sup>d</sup> amando monstrare. Sequitur:

### CAPUT III [Rec. III].

**Vers. 36.** — *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?*

**9.** *Prædicatoribus per gallum diem cantu prænuntiantem figuratis, data a Deo intelligentia. Galli hujus cur lumbi succincti.* — Qui hoc loco alii galli nomine

<sup>a</sup> Corb. Germ., Laud., Val. Cl., pler. Norm., in ipso.

<sup>b</sup> Sic MSS. omnes. At Editi: *quia enim.... rigant flumina dicuntur quia vero accendunt fulgura vocantur.*

<sup>c</sup> Al., *vocem tuam, ut leg. in Laud. et Val. Cl.*

<sup>d</sup> Mendose in Corb. Germ., et in omnibus Edit. quos consuluius legitur interna cœcitas. Corruptio

A designantur, nisi modo alio repetiti iidem prædicatores sancti, qui inter tenebras vite præsentis student venturam lucem prædicando, quasi cantando, nuntiare? Dicunt enim: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit* (*Rom.* xiii, 13). Qui vocibus suis <sup>e</sup> somnum nostri torporis excutiunt, clamantes: *Hora est iam nos de somno surgere* (*Rom.* xiii, 11). Et rursum: *Evigilate, justi, nolite peccare* (*I Cor.* xv, 34). [Vet. V.] De hoc gallo rursum scriptum est: *Tria sunt quæ bene gradiuntur, et quartum quod feliciter incedit: leo fortissimus bestiarum, ad nullius parebit occursum; gallus succinctus lumbos, et aries, nec est rex qui resistat ei* (*Prov.* xxx, 29). Ipse quippe hoc loco leo ponitur de quo scriptum est: *Vicit leo de tribu Juda* (*Apoc.* v, 5). Qui fortissimus bestiarum dicitur, quia in illo hoc quod infirmum est Dei, fortius est hominibus (*I Cor.* i, 25). Qui ad nullius pavet occursum. Dicit enim: *Venit princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam* (*Joan.* xiv, 30). Gallus succinctus lumbos, id est prædicatores sancti inter <sup>f</sup> hujus noctis tenebras verum mane nuntiantes. Qui succincti lumbos sunt, quia a membris suis luxuria fluxia restringunt. In lumbis quippe luxuria est. Unde et eisdem a Domino dicitur: *Sunt lumbi vestri prædicti* (*Luc.* xii, 35). Et aries, nec est rex qui resistat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus nisi primum intra Ecclesiam ordinem sacerdotum? De quibus scriptum est: *Afferte Domino filios arietum* (*Psal.* xxviii, 1); qui per exempla sua gradiente **960** populum, quasi subsequenti ovium gregem trahunt. Quibus spiritualiter recteque viventibus nullus rex sufficit omnino resistere, quia quilibet persecutor obviat, intentionem eorum non valet præpeditare. Sciunt enim ad eum quem desiderant, et auxili currere, et moriendo pervenire. Ponitur ergo primus leo, secundus gallus, tertius aries. Apparuit enim Christus, deinde sancti prædicatores apostoli, et tunc deum spiritales patres Ecclesiarum præpositi, videlicet duces gregum, quia doctores sequentium populum.

**10.** *Antichristus elevatus in sublime, stultus apparebit. In hac vita non omne quod bene, feliciter, nec omne quod feliciter, bene.* — Sed hec adhuc melius affirmamus, si ejusdem loci etiam reliqua exponendo subjiciamus. Nam quia post hæc et Antichristus apparebit, hoc illic quartum subdidit, dicens: *Et qui stultus apparuit, postquam elevatus est in sublime. Si enim intellexisset, ori imposuisset manum* (*Prov.* xxx, 32). Ipse quippe in sublime elevabitur, cum Deum se esse mentietur. Sed elevatus in sublime stultus apparebit, quia in ipsa elevatione sua per adventum veri judicis deficit. Quod si intellexisset, ori imposuisset manum; id est,

huius loco medelam attulimus ex MSS. Ebrioic. et aliis Norman.

<sup>e</sup> Vulgat. *somnum.... excidunt.* Omnes MSS. Anglie. Norm., Turon., Windoc., Laud., Val. Cl., Corb., Germ., Longip., habent, *excutunt*. Ita etiam vel. Edit. Paris., et Basileensis.

<sup>f</sup> Turon., *hujus mundi*.

si supplicium suum cum superbire exorsus est prævidisset, bene aliquando conditus <sup>a</sup> in tantæ jactationem superbie non fuisset elatus. De quo nequaquam moveat quod superius dictum est : Quartum quod incedit feliciter (*Ibid.*, 29). Tria quippe incedere bene dixit, et quartum feliciter. Non enim omne quod feliciter, bene; neque in hac vita omne quod bene, feliciter. Nam leo, gallus, et aries bene incedunt, sed non hic feliciter, quia persecutionem bella patiuntur. Quartum vero feliciter, et non bene incedit, quia in fallacia sua Antichristus gradietur, sed juxta breve tempus vita presentis ipsa illi fallacia prosperabitur, sicut de eo sub Antiochi specie per Danielen dictum est : *Robur datum est ei contra iuge sacrificium, propter peccata, et prosteretur veritas in terra, et faciet et prosperabitur* (*Dan.* viii, 12). Quod Salomon ait : Incedit feliciter, hoc Daniel dicit prosperabitur. Juxta hoc itaque testimonium quod per Salomonem dicitur : *Gallus succinctus lumbos* (*Prov.* xxx, 31), apte etiam hoc loco gallum sanctos prædicatores accipimus. Ad se ergo cuncta referens Dominus dicit : *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?* Ac si diceret : In cor hominis humana sapientis supernæ sapientiae gratiam quis infudit? vel ipsis sanctis prædicatoribus quis, nisi ego, <sup>b</sup> intelligentiam dedit, ut sciant quando vel quibus debeant venturum mane nuntiare? Idcirco enim quando et quid agant sentiunt, quia hoc intrinsecus me revelante cognoscunt. Notandum vero est quod sapientia divinitus inspirata in visceribus hominis ponitur, quia nimis quantum ad electorum numerum spectat, non in solis vocibus, sed etiam in sensibus datur, ut juxta quod loquitur lingua vivat conscientia, et lux ejus tanto clarius resplendeat in superficie quanto verius inardescit in corde.

[Rec. IV.] 11. *Quantum animarum restores discretionis indigeant.* — Magni autem laboris est hoc quod additur : *Vel quis dedit gallo intelligentiam, subtiliori adhuc expositione discutere.* Intelligentia quippe doctorum tanto esse subtilior debet, quanto se ad penetranda invisibilia exercet, quanto nil materiale discutit, quanto et per vocem corporis loquens, **961** omne quod est corporis transit. Quæ profectio nullatenus summis congrueret, nisi cantanti eam gallo, id est prædicanti doctori, ipse summorum conditor ministraret. Intelligentiam quoque gallus accepit, ut prius nocturnal temporis horas discutiat, et tunc demum vocem excitationis emittat, quia videlicet sanctus quisque prædicator in auditoribus suis prius qualitatem vita considerat, et tunc demum ad erudiendum congruam vocem prædicationis format. Quasi enim horas noctis discernere <sup>c</sup> est peccatorum merita dijudicare, quasi horas noctis discernere est actionum tenebras apta increpationis voce corripere.

<sup>a</sup> Norm. et Val. Cl., in tanta jactatione superbie.  
<sup>b</sup> Val. Cl., intelligentiam dedit.

<sup>c</sup> Vitois in Gilot., Vatic., Gessanv., etc., legitur, ex prædicatore. Errorem detexerunt MSS. Corb. Germ., Anglie., Norm., Val. Cl., sec non vet. Edit. Paris. et Basil.

<sup>d</sup> Val. Cl. et Corb. Germ., serpe autem.

A Gallo itaque intelligentia desuper tribuitur, quia doctori veritatis, virtus discretionis, ut noverit, quibus, quid, quando, vel quomodo inferat, divinitus ministratur.

[Vet. VI.] 12. *Exhortatio quæ quibusdam prodest, aliis nocet.* — Non enim una eademque cunctis exhortatio convenit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit. <sup>d</sup> Sæpe enim aliis officiunt quæ aliis prorsunt. Nam et plerumque herbeæ quæ hæc animalia reficiunt, alia occidunt; et lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat; et medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires jungit; et panis qui vitam fortium roborat, parvulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, et ad sua singulis congruat, et tamen a communis ædificationis arte nunquam recedat. Quid enim sunt intentæ mentes auditorum, nisi quasi quædam in cithara tensiones stratiæ chordarum? quas tangendi artifex, ut non sibi metapsis dissimile canticum faciant, dissimiliter pulsat. Et idcirco chordæ consonam modulationem reddunt, quia uno quidem plectro, sed non uno impulsu feriuntur. Unde et doctor quisque, ut in una cunctos virtute charitatis ædificet, ex una doctrina, sed non una eademque exhortatione tangere corda audientium debet.

13. *Pro singulorum qualitate, varia monita dentur.* — <sup>e</sup> Aliter namque viri, aliter admonendæ sunt feminæ; aliter juvenes, aliter senes; aliter inopes, aliter locupletes; aliter læti, aliter tristes; aliter subdi, aliter prælati; aliter servi, aliter domini; aliter hujus mundi sapientes, aliter hebetes; aliter impudentes, aliter verecundi; aliter protervi, aliter pusillanimes; aliter impatientes, aliter patientes; aliter benevoli, aliter invidi; aliter simplices, aliter impuri; aliter incolumes, aliter ægri; aliter qui flagella metunt, et propterea innocenter vivunt; aliter qui sic in iniuitate duruerant, ut nec per flagella corriganter; aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes; aliter timidi, aliter audaces; aliter pigri, aliter præcipites; aliter mansueti, aliter iracundi; aliter humiles, aliter elati; aliter pertinaces, aliter inconstantes; aliter gulae dediti, aliter abstinentes; aliter qui sua misericorditer tribuunt, aliter qui aliena rapere contendunt; aliter qui nec aliena rapiunt, nec sua largiuntur, aliter qui et ea qua habent sua tribuunt, et aliena rapere non desistunt; aliter discordes, aliter pacati; aliter seminantes jurgia, aliter pacifici; aliter admonendi sunt qui sacræ legis verba non recte intelligunt, aliter qui recte quidem intelligunt, sed hæc humiliter **962** non loquuntur; aliter qui, cum prædicare digna valeant, præ <sup>f</sup> nimia humilitate formidant, aliter quos a prædicatione imperfectio vel ætas prohibet, et tamen præcipitatio impellit; aliter qui in hoc quod temporaliter appet-

<sup>e</sup> De his fusissime in Pastoralis Regula libro, quem jam tunc meditabatur sanctus Doctor, ut ex sequentibus patet.

<sup>f</sup> Prætel. aliisque Norm. et Val. Cl., aliter iracundi, aliter pertinaces, aliter inconstantes, aliter qui sua jam, etc.

<sup>g</sup> Deest nimis in iisdem Cod.

tunt prosperantur, aliter qui quidem quæ mundi sunt concupiscentiæ, sed tamen adveritatis labore. fatigantur; aliter conjugiis obligati, aliter a conjugii nexibus liberi; aliter commissiōnem carnis experti, aliter ignorantes; aliter qui peccata deplorant operum, aliter qui cogitationum; aliter qui commissa plangunt, nec tamen deserunt; aliter qui deserunt, nec tamen plangunt; aliter qui illicita quæ faciunt etiam laudant, aliter qui accusant prava nec tamen devitant; aliter qui repentina concupiscentia superantur, aliter qui in culpa ex consilio ligantur; aliter qui licet minima, crebro tamen illicita faciunt, atque aliter qui se à parvis custodiunt, sed aliquando in gravibus demerguntur; aliter qui bona nec inchoant, aliter qui inchoata minime consummant; aliter qui mala occulte agunt, et bona publice, aliter qui bona quæ faciunt abscondunt, et tamen quibusdam factis publice mala de se opinari permittunt. Et quidem de singulis quis sit adiutoriū ordo subtiliter insinuare debuimus, sed formidat locutionis proximitate præpedimur. Auctore autem Deo<sup>b</sup> in alio opere id explore appetit animus, si tamen laboriosæ hujus vitæ abducit aliquantulum tempus<sup>d</sup> restaverit.

[Vet. VII.] 14. Iniqui altis et magnis vocibus increpandi, lenibus et blandis admonendi qui ab iniurianter recesserunt. — Habemus vero aliud quod de galli hujus intelligentia considerare debeamus, quia profundioribus horis noctis valentiores ac productiores edere cantus solet, cum vero matutinum jam tempus appropinquat, leniores et minutiōres omnimodo voces format. In quibus galli hujus intelligentia quid nobis innuat considerata prædicatorum discretio demonstrat. Qui cum iniquis adhuc mentibus prædicant, altis et magnis vocibus æterni iudicii terrores intimant, quia videlicet quasi in profundæ noctis tenebris clamant. Cum vero jam auditorum suorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt, clamoris sui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertunt, et non tam illa quæ sunt de pœnis terribilia quam ea quæ sunt blanda de præmis proferunt. Qui etiam minutis tunc vocibus cantant, quia appropinquante mane subtilia quæque de mysteriis prædicant, ut sequaces sui eo minutiōra quæque de cœlestibus audiunt, quo loci veritatis appropinquant, et quos dormientes longus galli clamor excitaverat,<sup>f</sup> succisiō vigiliantes delectet; quatenus correcto cuiilibet de regno cognoscere subtiliter dulcia libeat, & qui prius adversa de iudicio formidabat. Quod bene per Moysem exprimitur, cum ad producendum exercitum tubæ clangere concisius jubentur. Scriptum namque est: *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles* (Num. x,

A 2). Et paulo post: *cum concisus clangor increpauerit, morebuntur castra* (*Ibid.*, 5). Per duas enim tubas exercitus ducitur, quia per diu præcepta charitatis ad prædictum fideli populus vocatur. Quæ idcirco argebuntur fieri præcipiuntur, ut prædicatorum verba lucis nōtore patentes. 963 et auditorum mentem nullā sibi obscuritate confundant. Idcirco autem ductiles, quia nōrēs ē est ut hi qui venturam vitam prædicant tribulationum præsentium tensionibus crescant. Nēd autem dicitur: *Cum concisus clangor increpauerit, morebuntur castra* (Num. x, 5), quia nimis agitans, auditorum corda contra tentationum certamina ardenter excitantur.

15. Qui alios ex officio adhortantur, prius se in bonis operibus exerceant. — Est adhuc aliud in gallo soliter intuendum, quia cum jam edere cantus parat, prius alas excutit, et semetipsum seriens, vigilanter reddit. Quod patenter cernimus, si sanctorum prædicatorum vitam vigilanter videamus. Ipsi quippe cum verba prædicationis<sup>h</sup> movent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce; sed ante se per sublimia facta excutint, et tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt. Prius cogitationum alis semetipsum serunt, quia quidquid in se inutiliter torpet, sollicita investigatione deprehendunt, districta animadversione corrigunt. Prius sua punire fletibus curant, et tunc quæ aliorum sunt punienda denuntiant. Prius ergo alis insouiant quæ cautus emittant, quia antequam verba exhortationis proferant omne quod locuturi sunt operibus clamant; et cum perfecte in semetipsis vigilant, tunc dormientes alios ad vigilias vocant.

16. Ut recte suo munere desurgentur prædicatores et doctores, habent a Deo. — Sed unde tanta hac doctori intelligentia, ut et sibi perfecte vigileat, et dormientes ad vigilias sub quibusdam clamoris provocatis vocet, ut et peccatorum tenebras prius caute discutiat, et discrete postmodum lucem prædicationis ostendat, ut singulis juxta modum et tempora congruat, et simul omnibus quæ illos sequantur ostendat? Unde ad tanta<sup>i</sup> et tam subtiliter tenditur, nisi intrusus ab eo a quo est conditus doceatur? Quia ergo laus tantæ intelligentiae non prædicatoris virtus est, sed auctoris, recte per eundem auctorem dicitur: *Vel quis dedit gallo intelligentiam?* Ac si diceret: Nisi ego, qui doctorum mentes quas mire ex nihilo condidi ad intelligenda quæ occulta sunt mirabilius instruxi. Unde bene ut in dictis prædicantium non solum inspiratorem se intelligentia, sed etiam auctorem locutionis ostendat, adjungit:

<sup>a</sup> Corrupte in Turon., conscientia.

<sup>b</sup> Nimis in libro Regulæ Pastoralis, seu de cura Pastorali planè aureo.

<sup>c</sup> Derit adhuc in pluribus.

<sup>d</sup> Mallem registerit, nisi obstarent MSS. In Edit. Cib., et nonnullis legitur restiterit, non tamen in vetustioribus, quæ MSS. Cod. majori fide represe-

ntare soleant.

<sup>e</sup> Turon. et Corb., Germ., succinctor.

<sup>f</sup> Alii, qui prius adversa iudicii.

<sup>g</sup> Laud. et Val. Cl., monach. Corb. Germ., verbo... monent:

<sup>h</sup> Ebrioic. aliquique Norm., ac Vindoc., et tam subtilia.

VERS. 37. — *Quis ènarrabit cœlorum rationem?* [Rec. V.] Quorum tamen verba quia cum sese nobis per speciem ostenderit subtrahit, protinus subdidit :

## CAPUT IV.

Iust. — *Et concentum cœli quis dormire faciet?*

17. Deo in maiestate sua revelato, prædictio cessabit. *Spiritus sanctus Patris et Filii est, utrique coeterus.* — In hac enim vita infirmitati nostræ Dominus non aperta specie majestatis sue, sed prædiciorum suorum voce locutus est, ut corda adhuc carnalia carnis lingua pulsaret, et tanto facilius insuetu pœciperent, quanto ea per sonitum consuetæ vocis audiarent. At postquam per mortem in pulvrem caro resolvitur, et per resurrectionem pulvis animatur, tunc de Deo audire verba non quærimus, quia unum ipsum quid implet omnia jam per speciem Dei verbum videmus. Quid nobis 964 tanto altius sonat quanto et mentes nostras e' vi intimâ illustrationis penetrat. Sublatâ namque fortis et occidentibus verbis, e' quasi quidam sonus æternæ prædicationis sit ipsa imago internæ visionis. Unde et recensum ad beatum Job Dominus dicit : *Quis enarrabit cœlorum rationem, et concentum cœli quis dormire faciet?* Quid enim cœlorum ratio accipitur, nisi vis superna secretorum? Quid per cœli concentum nisi concors prædicantium sermō signatur? Conditor igitur noster cum cœlorum rationem narrare cœperit, dormire cœli concentum facit, quia cum iam nobis per speciem ostenditur, nimiriū prædicantium verba subtiliuntur. Hinc enim per Jeremiam Dominus dicit : *Nos docebit ultra vir proximum suum, et fratrem suum, dicens : Cognosce Dominum, Omnes enim cognoscet me a minimo eorum usque ad maximum,* dicit Dominus (Jerem. xxxi, 31). Nam Paulus ait : *Sive prophetiae evacubuntur, sive lingue cessabunt, sive scientia destruetur* (1 Cor. xiii, 8). [Vet. VII.] Vel certe cœlorum ratio est ipsa vivificatrix virtus, quæ spiritus format angelorum. Deus enim sicut est causa causarum, sicut vita viventium, ita etiam ratio rationabilium creaturarum. Tunc ergo cœlorum rationem Dominus narrat, cum semetipsum nobis quomodo electis spiritibus præsit insinuat. Tunc cœlorum rationem narrat, cum, detera mentis caligine, clara se visione manifestat. Unde et in Evangelio Dominus dicit : *Venit hora cum jam non e' in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis* (Joan. xvi, 25). Palam quippe de Patre annuntiare se asserit, quia per patesfactam tunc majestatis suæ

<sup>a</sup> Val. Cl., Corb. Germ., ac vet. Ed. Paris. an. 1518, et Barthol. an. 1494, enarravit, et ita semper infra.

<sup>b</sup> Laud. et Val. Cl., caro revertitur.

<sup>c</sup> Plerique MSS. vis.... penetrat. Corb. Germ., quanto mentes nostras sua intima illustratione penetrat.

<sup>d</sup> Ita Pratel. aliisque Norm., Turon., Laud., Corb. Germ. et Val. Cl., neconu vet. Editi, a quibus deficientes recentiores habent, orientibus et occidentibus.

<sup>e</sup> Vindoc. et pl. Norm., quasi quidam nobis sonus.

<sup>f</sup> Laud. et Corb. Germ., in parabolis.

speciem, et quomodo ipsi dignenti non impar oritur, et quomodo utrumque Spiritus utrique coeterus procedat ostendit. Aperte namque tunc videbimus quomodo hoc e' quod oriendo est ei de quo oritur subsequens non est, quomodo is qui per processionem producitur a proferentibus non praeditur. Aperte tunc videbimus quomodo et unum divisibiliter tria sint, et indivisibiliter tria unum. Lingua ergo tunc narrantis Dei est visa claritas sublevans. Et concentus cœli tunc dormiet, quia apparente in judicio retributore operum, exhortationum iam verba ce-sabunt. Unde et aperte ipsum resurrectionis tempus adjungitur, cum illico profertur :

## CAPUT V.

VERS. 38. — *Quando fundabatur pulvis in terram, et glebae compingebantur.*

18. *Resurrectionis tempus a Job prærisum et prænuntiatum.* — More enī suo i quæ adhuc futura sunt quasi jam præterita divinus sermo describit, hoc in se videlicet servans quod per eum dicitur : *Qui fecit qua futura sunt* (Isai. xlv, 11, sec. LXX). Pulvis itaque tunc in terram fundatur, quia in solidâ membra reducitur. Et glebae compinguntur, quia nimirum firma corpora ex pulvère collecta consurgunt. Sed postquam verba hæc dominica quomodo de futuro intelligenda sint diximus, nunc etiam quid de praesenti insinuent indicemus.

[Vet. IX.] 19. *Réprobis absconduntur cœlestia, relelanduntur electis.* — *Quis enarrabit cœlorum rationem, et concentum cœli quis dormire faciet?* Cœlorum rationem Dominus narrat, dum nunc insinuando superna 965 secreta electorum suorum mentes illuminat. Concentum vero cœli dormire facit, dum concordes angelorum hymnos atque illa cœlestium virtutum gaudia reproborum cordibus justo judicio abscondit. Qui concentus cœli, quamvis in se intrusus viglet, in ipsa tamen reproborum ignorantia extrinsecus dormit. Enarratur ergo secreti cœlestis ratio, et tamen concentus cœli dormire permittitur, quia et aliis per inspirationem supernæ retributionis scientia panditur, et aliis quæ sit internæ laudis suavitatis occultatur.

20. *Visibilia reprobos sic morantur, sanctos autem ad meliora compellunt.* — Narratur cœlorum ratio, quia electorum mentibus quæ sit supernorum retributio inde sinenter aperitur, ut nimirum sine cessatione proficiant, et transcurrentes visibilia sese ad invisibilia extendant. Omnes enim visibile quo in hac vita reprobos fit, hoc electos e' ad alia impel-

<sup>a</sup> Sic Vindoc., Laud., Val. Cl., Ebroic., aliqui Norm. Ubi Editi, cum Corb. Germ., ipse genitori.

<sup>b</sup> Recent. Editi corrupte habent quod oriendum est. Melius vet. Ed. Paris. et Basil., quod oriendum est, ut est in MSS. Norm., Laud., Val. Cl., Corb. Germ., etc., q'ibus adhæremus.

<sup>c</sup> Ebroic. et Corb. Germ., tunc dormiunt.

<sup>d</sup> Vindoc., que adhuc ventura.

<sup>e</sup> Pratel., Utic. et alii, ad aliam, scilicet vitam. Corb. Germ., omne en... reprobus fecit (et in margine quasi diversa lectio, reprobus reficit)... ad aliam impellit.

lit, quia dum bona quæ facta sunt respiciunt, in eum a quo facta sunt inardescunt; tantoque eum præstantius amant, quanto illum hoc quod ipse honum condidit prætere considerant. Loquitur quippe hoc eis intrinsecus <sup>a</sup> silenter sonans invisibilis lingua compunctionis. Quam tanto <sup>b</sup> plenius intus audiunt, quanto ab exteriorum desideriorum strepitu perfectius avertuntur. His itaque concentus cœli non dormit, quia eorum mens quæ sit laudis supernæ suavitatis, apposita amoris aure, cognoscit. Intus enim quod appetunt audiunt, et de coelestium bonorum præmiis ipso desiderio Divinitatis instruuntur. Unde et præsentem vitam non solum adversantem, sed etiam faventem graviter tolerant, quia eis onerosum est omnne quod cernitur, dum ab eo quod intus audiunt differuntur. Omne quod sibi præsto est grave aestimant, quia illud non est ad quod anhelant; indesinenter autem eorum mens ipsis temporalitatis labbris fessa in illud cœleste gaudium resumenda suspenditur, dum, in aure cordis intro erumpente concentu cœli, societatem sibi quotidie supernorum civium præstolantur. Iste concentus supernæ laudis in illius aure eruperat, qui dicebat: *Ingregiar in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei in voce exultationis et confessionis, sonus civitatis epulantis* (Psalm. xli, 5). Qui igitur intus vocem exultationis et confessionis ac sonum civitatis epulantis audierat, quid illum aliud nisi cœli concentus excitat?

**21. Concentus cœlorum a pravis non auditur.** — Qui tamen concentus reprobis dormit, quia eorum zordibus nequaquam per vocem compunctionis innotescit. Non enim considerare illam desiderabilem supernorum civium frequentiam student, nullo ardoris radio illa solemnitatis internæ festa conspiciunt, nulla in intimis contemplationis penna sublevantur. Solis namque visilibus serviant, et idcirco nihil supernæ suavitatis intrinsecus audiunt, quia eos, sicut superius diximus, in aure cordis curarum sæcularium surdi tumultus premunt. Quia igitur occulti dispensatione judicii quod aliis aperitur aliis clauditur, quod aliis detegitur aliis occultatur, dicatur recte: *Quis enarrabit cœlorum rationem, et concentum cœli quis dormire faciet?* Quod tamen tunc nobis latius innotuit, cum Redemptor noster per dispensationis **966** mysterium apparet, et indignis misericordiam præbuit, et eos a se qui digni videbantur exclusit. Unde hic quoque apte subjungitur:

#### CAPUT VI [Vet. X, Rec. VI].

**Vers. 58.** — Quando fundabatur pulvis in terram, et glebas compingebantur.

**22. Peccatores pulvi similes, quolibet tentationis statu rapiuntur.** Spiritus sancti gratia solidantur, et

<sup>a</sup> Corb. Germ., Pratel., Utic., Val. Cl., Land., etc., ita habent. Ubi legitur in Editis, *quod silenter sonat*.

<sup>b</sup> Laud. et Val. Cl., *lenius*.

<sup>c</sup> Gilot. et sequentes Ed., in illius voce. Melius veteres Edit. Paris. et Basil., in illius aure; quæ imaginis coherent cum antecedentibus, ac in MSS. leguntur Norm. et aliis.

**A charitate compinguntur.** — Quis in pulvere nisi peccatores accipimus, qui nullo rationis pondere solidati cuiuslibet tentationis statu rapiuntur? De quibus scriptum est: *Non sic impii non sic, sed tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terræ* (Psalm. i, 5). Pulvis ergo in terram fundatus est, cum peccatores vocati in Ecclesia traditæ fidei sunt ratione solidati, <sup>d</sup> ut qui prius inconstantia mobiles tentationis aura levabantur, immobiles postmodum contra tentamenta consistenter, et Deo perseveranter inhærentes, fixum bene vivendi pondus tenerent. Glebae vero ex humore coagulantur et pulvere. In hac itaque terra glebae compactæ sunt, quia vocati peccatores et per Spiritus sancti gratiam infusi in collectione sunt charitatis uniti. Istæ glebae in terra compactæ sunt, quando populi qui prius quasi in dispersione pulveris diversa sentiebant, postmodum, sancti Spiritus gratia accepta, in illa pacatissima unanimitatis concordia convenerunt, ut cum essent tria millia, vel rursum quinque millia, Scriptura testante, diceretur quia erat in eis cor unum et anima una (Act. iv, 32). Has glebas ex uno quidem pulvere, sed quasi diversa mole distinctas quotidie Dominus in terra compingit, quia, servata unitate sacramenti, juxta varietatem morum atque linguarum fideles in Ecclesia populus colligit. Has glebas jam tune Dominus designavit, quando ad esum panis et pisculum quinquagenos discumbere vel centenos jussit (Math. xiv, 19, 20).

**23. In Ecclesia diversi sunt ordines.** — Quas tamen glebas si in Ecclesia ex diversitate meritorum attendimus, fortasse adhuc distinguere subtilius valemus. Namendum alius est ordo prædicantium, alius auditorum; alius regentium, atque alius subditorum; alius conjugum, alius continentium, alius penitentium, alius virginum; quasi ex una terra est diversa glebarum forma distincta, dum in una side, in una charitate dispara demonstrantur bene operantiꝝ merita. Has glebas populus ille significavit, qui ad constructionem tabernaculi sub uno studio diversa donaria obtulit, de quo scriptum est: *Quidquid in cultum tabernaculi et ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas et inaures, annulos et dextralia, omne vas aureum in donaria Domini separatum est. Si quis habuit hyacinthum, purpuram, coccumque bis tintum, byssum et pilos caprarum* (Exodus. xxxv, 22), etc.

**24. Singuli, ad Ecclesiae cultum implendum, dona offerunt.** — In ornamento ergo tabernaculi viri dona cum mulieribus offerunt, quia in explendo cultu sanctæ Ecclesie, et fortium facta sublimia, et infirmorum opera extrema numerantur. Quid autem per armillas quæ lacertos astringunt nisi præpositorum valide laborantium opera demonstrantur? Et quid per inaures nisi subditorum obedientia exprimi

<sup>d</sup> Longip., ut qui prius in conscientia mobiles.

<sup>e</sup> Laud., Corb. Germ. et Val. Cl., compunctæ, a compingo. Ita deinceps legitur semper. In nonnullis Ed., maxime in Vatic., corrupte, compunctæ.

<sup>f</sup> Deest tabernaculi in Corb. Germ., Vindoc., Laud., Val. Cl.

mitur? Quid per annulos nisi signaculum secretorum? Pierumque enim magistri signant quod ab auditoribus capi non posse considerant. Et quid per dextralia nisi primæ operationis ornamenta **987** <sup>a</sup> membrantur? Quid per vas aureum in donaria Domini separatum nisi divinitatis intelligentia accipitur, quæ tanto ab inferiorum amore disjungitur, quanto ad sola quæ sejerna sunt amanda sublevantur? Quid per hyacinthum nisi spes celestium? Quid per purpuram nisi crux ac tolerantia passionum amore regni perpetui exhibita? Et quid per bis tinctum coecum nisi charitas demonstratur, quæ pro perfectione bis tinctitur, quia Dei et proximi dilectione decoratur? Quid per byssum nisi immaculata carnis incorruptio? Et quid per pilos caprarum, ex quibus ciliicorum asperitas texitur, nisi dura penitentium afflictio designatur? Dum igitur alii per armillas et annulos forte magisterium exerceant, alii per inaures et dextralia devotam obedientiam rectamque operationem exhibent, alii per separatum vas aureum præclaram subtiliteremque Dei intelligentiam tenent; alii per hyacinthum, purpuram et coecum, audita coelestia sperare, credere, amare non desinunt, etiam quæ adhuc subtiliori intellectu minime cognoscunt, alii per byssum incorruptionem carnis offerunt; alii per caprarum pilos deplorant aspero quod libenter commiserunt; quasi ex una terra innumere glebae proferuntur, quia ex uno et pari obsequio facta fidelium disparia procedunt. Quæ nimur glebae nequaquam concreta ex pulvere surgerent, nisi aquam prius pulvis acciperet, et concepto se humore solidaret, quia nisi peccatores quosque sancti Spiritus gratia infunderet, constrictos eos ad fidei opera charitatis unitas non teneret. Quando igitur Dominus <sup>b</sup> enarrabit cœlorum rationem, vel concentum cœli dormire faciet, aperiat. Ait enim: *Quando fundabatur pulvis in terram, et glebae compingebantur.* Ac si diceret: Tunc primum vocatione et discretione manifesta, secreta spiritalia et non sine misericordia aliis aperui, et non sine justitia aliis clausi, cum alios respuerem, et alios intra Ecclesiam concordia charitatis adunarem. Quæ sancta Ecclesia quia a perfidia Judæorum repulsa, ad rapiendas gentes se contulit, atque in suo corpore convertendas, quod quidem non suis, sed Domini viribus fecit, apte subjungitur:

## CAPUT VII [Vet. XI, Rec. VII].

VERS. 39.—*Nunquid capies leæna pœdam, et animam catulorum ejus implebis?*

25. Ecclesia leæna est, cujus catuli fuerunt apostoli. — Ista nimur illa leæna est de qua Job dicebat, cum superbientem Judæam cerneret prædicante Ecclesia prætermissam: *Non calcaverunt eam filii institorum, nec pertransivit per eam leæna* (Job. xxviii, 8). Huius ergo leænae Dominus pœdam capit, ut animam catulorum ejus impleat, quia ad augmentum hujus Ecclesia inumeros de gentilitate diripuit, et per-

A animarum lucrum esurientia apostolorum vota salavit. Ipsi quippe catuli pro mensa teneritudine et formidinis infirmitate vocati sunt, quia, passo Domino, clausis foribus residencebant, sicut de illis scriptum est: *Cum esset vero die illo una Sabbathorum, et forent clausæ ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum, venit Jesus, et stetit in medio eorum* (Joan. xx, 19). Unde hic quoque de eisdem catulis apte subjungitur:

## CAPUT VIII.

VERS. 40.—*Quando cubant in antris, et in specubus insidiabantur.*

26. In antris prius cubarunt, unde in mundum prædas acturi exsiliarent. — Cum enim nequaquam sancti apostoli contra membra diaboli in voce liberis prædicationis exsigerent, et necdem post passionem Domini **988** sancti Spiritus effusione solidati Redemptorem suum firma auctoritate prædicarent, adhuc contra adversarios suos quasi in antris insidiabantur. Clausis quippe foribus quasi in quibusdam abditis specubus suis catuli raptori mundum cubabant, ut animarum pœdam postmodum præsentes diriperent, de quibus tunc certum est quod mundi impetum etiam sibimetipsis latendò formidarent. Illis foribus clausis isti catuli mortem mortis nostræ insidiati quassierant, ut culpam nostram interficerent, omnemque in nobis peccati vitam necarent. Horum primo illi esurienti catulo, sed jam valenti, ostensa per linterum gentilitate, quasi monstrata præda, dicitur: *Macta et mendacia* (Act. x, 15). His catulis velut adhuc infirmis ut cubare in antris debeant jubetur, cum eis dominica voce dicitur: *Sedete hic in civitate quoadusque inducimeti virtute ex alto* (Luc. xxiv, 49). An non recte leænae catuli vocantur, qui in Ecclesia editi adversantem mundum ore rapuerunt?

27. Illos imitantur perfecti doctores. Ille scit recte dicere, qui novit ordinata tacere. — Et haec quidem facta a sanctis apostolis novimus, haec nunc etiam fieri a <sup>c</sup> perfectis doctoribus videmus. Ipsi enim etsi subsequentium popolorum patres sunt, tamen sunt præcedentium filii; unde et non immerito catuli dicuntur. Vel certe quia eti quorundam fidelium magistri sunt, universalis tamen Ecclesiæ discipulos se esse gloriantur. Leæna itaque pœdam Dominus capit, quia virtute sum inspirationis ab errore vitam delinquentium diripit; et animas catulorum illius replet, quia conversione multorum piis doctorum desideriis satisfacit. De quibus catalis bene subjungitur: *Quando cubant in antris, et in specubus insidiabantur.* Neque enim cuncta tempora doctrinae sunt congrua. Nam pierumque dictorum virtus perditer, si intempestive proferantur. Sæpe vero et quod lenius dicitur: *conventu temporis congruentis animatur.* Ille ergo scit recte dicere, qui et ordinata novit tacere. Quid enim prodest eo tempore irascentem corripere, quo alienata mente non solum non aliena verba percipi-

fecit.

<sup>d</sup> Vindoc., Ebroic. et al. Norm., monstrantur.  
Laud. et Val. Cl., ab infirmorum.  
Corb. Germ., Pratel. et pl. Norm., enarravit....

pore, sed semetipsum vix valer tolerare? Furentem quippe qui per invectionem corripit, quasi ei qui non sentiat, ploras ebro imponit. Doctrina itaque ut pervenire ad cor audieris valer, quae sibi congrua sunt, temporum momenta perpendat. Bene ergo de his causulis dicitur: *Quando cubant in antris, et in specubus insidiantur.* Doctores enim sancti quando et arguenda consciunt et tamen se per silentium in cogitationibus retinent, quasi in specubus latent, et velut in antris se contengant quia in suis cordibus occultantur. Sed cum opportunum tempus invenerint, repente prosilient, nulla quae dicenda sunt reticent, et cervicem superbientium morsu asperge increpationis tenent. Sive itaque per apostolos, sive per doctores, quos in apostolorum locum subrogavit, huius lezam Dominus quotidie praedam capit, et per eos quos cepit alios etiam capere non desistit. Ad hoc quippe justi hujus mundi peccatores rapinunt, ut per conversos eos etiam alii ex mundo rapiantur. Unde et ipsa gentilitas, quae pio apostolorum ore rapta est, tanta mente fame aliis est: it quanta se ab apostolis concupiscentia suis cognoscit. Proinde et apte subiungitur:

CAPUT IX [Vet. XII, Rec. VIII].

Vers. 41. — *Quis præparat corvo escam suam, quando pulli **969** ejus clamant ad Deum, vagantes so quod non habeant cibos?*

28. *Gentilitas conversa corvus est, cuius pulli sunt sancti prædicatores.* — Quid enim corvi pullorumque ejus nomine nisi peccatis nigra gentilitas designatur? De qua per Prophetam dicitur: *Qui dat jumentis escam iporum, et pullis corvorum invocantibus eum* (Ps. cxlvii, 9). Jumenta quippe escam accipiunt, dum sacra Scripturae pabulo mentes dudum brutaliantur. Pullis vero corvorum, scilicet gentium esca datur, cum eorum desiderium nostra conversatione reficitur. Iste corvus esca fuit dum ipsum sancta Ecclesia quereret. Sed nunc escam accipit, quia ipse ad conversionem alios exquirit.

29. *Hi sua virtute nihil se posse sciunt.* — Cuius videlicet pulli, id est prædicatores ex eo editi, non in se præsumunt, sed in viribus Redemptoris sui. Unde bene dicitur: *Quando pulli ejus clamant ad Deum.* Nihil enim sua virtute posse se sciunt. Et quamvis animarum luera pīs votis esoriant, ab illa tamen qui concia intrinsecas operatur haec fieri exoptant. Vera enim fide comprehendant, quia neque qui plantat est aliiquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus (1 Cor. iii, 7).

30. *Zelo lavorandorum animalium astuant.* — Quod vero dictum est: *vagantes eo quod non habeant cibos,*

<sup>a</sup> Vindoc. et Val. Cl., ore rapta est.

<sup>b</sup> Vindoc., Corb. Germ., Ebroic. aliisque Norm., conversione.

<sup>c</sup> Laud., dum ipsam Ecclesiam quereret, optimo sensu.

<sup>d</sup> Laud., quasi quedam pīa vagatio est.

<sup>e</sup> Nonnulli Ed., dum pro adjuvandis.

<sup>f</sup> Alter in Vindoc., Ebroic. et al. Norm., tam valida charitate flagrat, quam nimia. Corb. Germ., ipsa

A in bac vagatione nihil aliud quam astuantum prædicatorum vota signantur. Qui dum in Ecclesia sīnum recipere populos ambiunt, magno ardore succensi, nunc ad hos, nunc ad illos colligendos desiderium mittunt. <sup>d</sup> Quasi quedam quippe vagatio est ipsa cogitationis astuatio; et velut ad loca varia mutatis nutibus transeunt, <sup>e</sup> dum pro adunandis animabus in modos inumeros ac in partes diversas esurienti mente discurrunt.

[Vet. XIII.] 34. *Pauli pro omnibus pene ecclesiis sollicitudo. Charitas, quae divisa uniuersitate, cor Pauli per multa dividebat.* — Hanc vagationem pulli corvorum, id est filii gentilium, ab ipso gentium magistro didicunt. Ipse quippe <sup>f</sup> quam valida charitate flagrat, tam nimia ex locis ad loca se vagatione permuteat;

B transire ad alia ex aliis appetit, quia ipsa eum quae implet charitas impellit. Longe namque a Romanis positus scribit: *Memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendo ad vos; decidero enim videre vos* (Rom. i, 9, 10). Retenus Ephesi Corinthiis scribit: *Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos* (1 Cor. xii, 14). Rursum Ephesi commorans, Galatis loquitur, dicens: *Vellem modo esse apud vos, et mutare vocem meam* (Gal. iv, 20). Romæ quoque custodia careeris clausus, quia ire ad Philippenses per semetipsum non permittitur, transmittere se discipulum pollicetur, dicens: *Spero in Domino Iesu, Timotheum me cito mittere ad vos, ut et ego bono animo sim, cognitis quae circa vos sunt* (Philip. ii, 10). Constrictus etiam vinculis atque Ephesi retentus, Colossensibus scribit: *Nam si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum* (Coloss. ii, 5). Ecce quomodo sancio desiderio quasi vagatur: hic corpore tenetur, illuc spiritu ducitur; et paterni amoris affectum istis præsentibus exhibet, illis absentibus ostendit; coram positis impendit opera, et audientibus exprimit vota, efficaciter præsens eis cum quibus erat, nec tamen **970** illis absens cum quibus non erat. Cuius vagationem melius cognoscimus, si ejus adhuc ad Corinthios verba pensamus. Ait enim: *Veniam ad vos, cum Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo; apud vos autem forsitan maneto, vel etiam hiemabo* (1 Cor. xvi, 5). Perpendamus, queso, quae sit ista vagatio. Ecce alio interium manet, alio se iturum perhibet, atque alio deflexurum promittit. Quid est quod tam anxie per tota loca <sup>g</sup> partitur, nisi quod circa omnes una charitate constrinatur? Charitas enim quae divisa unire consuevit, unum cor Pauli per multa dividi compellit. Quod tamen tanto arctius in Deo colligit, quanto latius per

quippe quem validam charitatem nādīta, ex locis, etc.

<sup>g</sup> Suspicimur legendum, absentibus exprimit vota; scilicet per epistolam, ut legitur in Laud. Nihil tamen in texis mutandum censurimus, quod MSS. notarii Corb. Germ. et Norm. optimæ note habeant audiencibus, legaturque in omnibus Ed. quod cohæsūtius.

<sup>h</sup> Turon., vagatur.

sancta desideria spargit. Prædicando igitur Paulus vult simul omnia dicere, amando vult simul omnes videre, quia et in carne permanendo vult omnibus vivere, et de carne transeundo per sacrificium fidei vult omnibus prodeesse. Vagentur itaque pulli corvorum, id est magistrum suum imitantur filii gentium, torpore mentis executant, et cum animalium lucrum, id est cibum suum minime reperiunt, non quiescant; ad profectum se ex provectibus extendant, et, aestuentes in utilitate multorum, refectionem suam quasi vagantes esuriant. Quia vero per prædicacionum opera discurrendo, refectione fidei gentilitatem satiare non cessant, dicatur recte: *Quis præparat corso escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos?*

[Vet. XI. V.] 32. *Corvi quoque nomine plebs Iudaica significatur. Visa gentilium conversione, olim resipiscet ac de sua stultitia erubescit.* — Potest etiam corvi nomine nigra per infidelitatis meritum plebs Iudaica designari. Nam pulli ejus ad Deum clamare referuntur, ut eidem corvo a Domino esca præparetur, quia nimis rursum sancti apostoli, plebis Israeliticæ carne generati, dum pro gente sua preces ad Dominum fundarent, quasi pulli corvorum, eum de quo carnaliter editi sunt spirituali intelligentia parentem populum paverunt. Igitur dum pulli ejus clamant, corvo esca præparatur, quia dum apostoli exorant, plebs dudum perfida ad cognitionem fideli ducitur, et ex prædicatione filiorum quasi ex pullorum voce satiatur. Illud tamen in hoc versu debemus solerter intueri, quod huic corvo esca dicitur primum pulli clamantibus et postmodum vagantibus præparari. Clamantibus namque pullis corvo esca præparata est, cum prædicantibus apostolis verbum Dei Iudea audiens, modo in tribus millibus, modo in quinque millibus spirituali est intelligentia satiata. Sed cum per reproborum multitudinem crudelitatem suam contra prædicantes exerceret, et quasi pullorum vitam necaret, idem pulli in universa mundi spatha dispersi sunt. Unde et ei deum carnalibus patribus spirituali prædicationi resistenteribus dicunt: « *Vobis oportebat primum, loqui verbum Dei; sed quia repellitis illud, et indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes* (Act. XIII. 46); scientes profectio quod postquam gentilitas crederet, etiam Iudea ad ille veniret. Unde et scriptum est: *Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvus fieret* (Rom. XI. 25). Quia igitur summopere sancti apostoli et studuerunt prius audientibus prædicare, et postmodum resistenteribus exempla conversæ gentilitatis ostendere, quasi esurientes pulli huic corvo escam suam prius clamando et postmodum vagando quæsierunt. Unde

<sup>a</sup> Omnes Ms. nostri ita habent; at Editi, sed tam reproborum multitudine.

<sup>b</sup> Ehrn. a. iisque Norm., in universam mundi partem. Val. Cl. et Corb. Germ., in universa.... parte.

<sup>c</sup> Vindoc., robis quidem ovoribus.

<sup>d</sup> Vindoc., intrarel.

<sup>e</sup> Gilot., Gussanv., et nonnulli Editi, et prædicantibus parco, contra omnium nostrorum Ms. Ille, in quibus legitur pasco, ut eliam in vet. Ed., sive le-

A enim vagantur pulli, inde escam corvus invenit, quia dum per laborem prædicantium conversam ad Deum gentilitatem Judaicus populus respicit, ad extremum quandoque stultitiam suæ infidelitatis erubescit; et tunc Scripturae sacrae sententias intelligit, cum prius quam sibi eas gentibus innotuisse cognoscit, atque, expleta vagatione pullorum, ad percipienda sacra eloquia de cordis aperit; quia peractis in mundum cursibus apostolorum, sero ea spiritualiter percipit a quibus diu se perfidia astringente j-junavit. Que quia omnia solius divinae potentiae virtus operatur, recte dicitur: *Quis præparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos?* Subaudis nisi ego, qui infidelem populum filii suis et exorantibus tolero, et prædicantibus pasco, B atque ad alia vagantibus convertendum quandoque in fine susineo.

[Vet. XV.] 33. *Periti magistri, discipulis non satis humiliiter de se sentientibus, sublim'oris doctrinæ cibum subtrahunt.* — Est adhuc aliud quod de corvo moraliter possit intelligi. Editis namque pullis, ut fertur, escam plene præbere dissimulat, priusquam plumescendo nigescant, eosque in media astigi patitur, quoadusque in illis per pennarum nigredinem sua similitudo videatur. Qui huic illucque vagantur in nido, et ciborum expelunt aperto ore subsidium. At cum nigrescere coepirint, tanto eis præbenda alimenta ardentius requirit, quanto illos alere diutius distulit. Corvus profecto est doctus quisque præparator, qui magna vota clamat, dum peccatorum suorum memoriā atque cognitionem infirmitatis propriæ quasi quandam coloris nigredinem portat. Cui quidam nascuntur in fide discipuli, sed fortasse adhuc considerare infirmitatem propriam nesciunt, fortasse a peccatis præteritis memoriam avertunt, et per hoc eam quam assumi oportet contra hujus mundi gloriam humilitatis nigredinem non ostendunt. Hi velut ad accipiendo escas os aperiunt, cum doceri de secretis & sublimibus querunt. Sed eis doctor suus alimenta prædicamentorum sublimatum tanto minus tribuit, quanto illos peccata præterita minus dignæ delere cognoscit. Exspectat quippe atque admonet ut a nitore vitæ praesentis prius per prænitentiæ lamenta nigrescant, et tunc demum congrua prædicationis subtilissimæ nutrimenta percipiant. Corvus in pullis ora inhibantia respicit, sed ante in eis pennarum nigredine indui corpora querit. Sic et discretus doctor interna mysteria eorum sensibus non ministrat, quos adhuc ab hoc saeculo nequaquam se abjecisse considerat. Quanto igitur discipuli exterius per culum vite præsentis minus quasi nigri sunt, tanto per cibum verbi interiorius minus replentur; et quo se a

gendum probat locus qui exponitur: *qui præparat corvo escam.*

<sup>f</sup> Recent. Excusi, cum Corb. Germ., considerare nigredinem infirmitatis propriæ, merum glossem q[uo]d carent vet. Edit., abestque a cœl. Ms. Laud., Val. Cl., Vindoc., Fibrocensibus, et al. Norm. Corb. Germ. paulo ante habet: *cui quidem.*

<sup>g</sup> Vindoc., cœlestibus.

<sup>h</sup> Vindoc., Pratel., Utic., conspicuus.

corporali gloria non evanescunt, eo a spirituali refectio-  
nibus ejus sentiuntur.

34. Secus si in confessione peccatorum humilientur.  
— Si vero in confessione vita præterita lamenti sui  
genitus velut nigrescentes plumas proferant, illi  
in contemplatione doctor ad escam de sublimibus  
deserendam, quasi pullorum refectionem cogitans  
corvus, volat, eisque hiantibus in ore **972** cibum  
revocat, dum ex ea intelligentia quam experit esu-  
rientibus discipulis alimenta vita loquendo submi-  
nistret. Quos tanto ardenter de supernis reficit,  
quanto verius a mundi nitore nigrescere ponitentiae  
lamentatione cognoscit.

35. Quo major est humilitas, major etiam spes pro-  
vectus. — Pulli autem dum nigro se pennarum colore  
vestiunt, de se etiam volatum promittunt, quia quo  
magis discipuli abjecta de se sentiunt, quo magis sese  
desipientes affligunt, eo amplius spem provectus sui  
in altiora pollicentur. Unde et curat doctor festinan-  
tius alere quos jam per quedam indicia providet  
posse et aliis prodesse. Hinc enim Timotheum Pau-  
lus admonet, velut plumescentes pullos sollicitius  
nutrire, dum dicit: *Quæ audisti a me per multis tes-  
tes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt  
et alios docere* (*11 Tim. ii, 2*). Quæ doctrinæ discre-  
tio dum caute a prædicatore custoditur, ei divinitus  
largior copia prædicationis datur. Dum enim per  
charitatem compati afflictis discipulis novit, dum per  
discretionem congruum doctrinæ tempus intelligit,  
ipse non solum pro se, sed etiam pro eis, quibus la-  
boris sui studia impendit, majora intelligentiae suæ  
munera percipit. Unde hic quoque apte dicitur: *Qui  
præparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant  
ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos?* Cum  
enim pulli ut satientur clamant, corvo esca præpa-  
ratur, quia dum verbum Dei boni auditores esuriunt,  
pro reficiendis eis majora doctoribus intelligentiae  
dona tribuuntur. Sequitur:

#### CAPUT X [Vet. XVI, Rec. IX].

CAP. XXXIX, VERS. 1. — *Nunquid nosti tempus par-  
tus ibicum in petris, vel parturientes cervas obserasti?*

36. Cur magistri spirituales in ibicibus et cervis si-  
gnati. Ibicum descriptio. Qui cervi flumina transmis-  
tant. Quæ agimus apud Deum eo magis crescunt quo  
apud nos per humilitatem decrescent. — Meridiana  
pars ibices aves vocal, quæ Nili fluentis inhabitant.  
Orientalis vero Occidentalisque plaga parva quadru-  
pedia ibices nominat quibus et moris est in petris pa-  
rere, quia neque sciunt nisi in petris habitare. Quæ  
si quando etiam de aliis saxorum cacuminibus ruunt,  
in suis se cornibus illæsa suscipiunt. Caput quippe  
ruentes feriunt, cujus dum prima cornua <sup>a</sup> opponunt  
fit omne corpus a jactura casus alienum. Cervarum  
vero moris est inventos serpentes extingue, eo-  
rumque membra morsibus dilaniare. Fertur autem  
quia si quando flumina transeunt, capitum suorum

A onera dorsis præcedentium superponunt, sibique in-  
vicem succedentes laborem ponderis omnino non  
sentient. Quid est ergo quod beatus Job de partu  
ibicum cervarumque discutitur, nisi quia in cervis  
vel ibicibus magistrorum spiritualium persona signa-  
tur? Ipsi quippe velut ibices in petris pariunt, quia  
in doctrina patrum, qui petras pro soliditate vocati  
sunt, ad conversionem animas gigant. Ipsi velut  
ibices nullius casus damnata sentiunt, dum in suis cor-  
nibus <sup>b</sup> excipiuntur, quia quidquid eis ruinæ tempo-  
ralis accesserit, in testamentis sacrae Scripturæ se  
suscipiunt, et quasi cornuum exceptione salvantur.  
De his enim testamentis dictum est: *Cornua sunt in  
manibus ejus* (*Habac. iii, 4*). Ad Scripturarum ergo  
consolationem refugiunt, dum aliqua temporalis ca-  
sus jactura feriuntur. An non more ibicum, hujus  
mundi adversitatibus cadens, quasi in suis se cornibus  
excipiebat Paulus, cum diceret: *Quæcumque scrip-  
tura sunt, ad nostram doctrinam* **973** *scripta sunt, ut  
per patientiam et consolationem scripturarum spem ha-  
beamus* (*Rom. xv, 4*)? Ipsi etiam cervæ vocali sunt,  
sicut per Jeremiam <sup>c</sup> de doctoribus genitos filios in-  
caute deserentibus dicitur: *Cerva in agro peperit, et  
relinquit* (*Jerem. 14, 5*). Ipsi, more cervarum, interem-  
ptis vitulis, quasi extinctis serpentinibus vivunt, et de  
ipsa extinctione vitiorum, ad fontem vitæ acrius  
inardescunt. Unde Psalmista ait: *Sicut cervus deside-  
rat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te,  
Deus* (*Psal. xli, 1*). Ipsi etiam dum labentia hujus  
temporalitatis momenta quasi quedam flumina trans-  
eunt, compatientes charitate, onera sua sibi invicem  
superponunt, quia cauta observatione custodiunt id  
quod scriptum est: *Invicem onera vestra portate, et  
sic adimplebitis legem Christi* (*Galat. vi, 2*). Quia vero  
post adventum Domini spiritales magistri per mun-  
dum sparsi sunt, qui auditorum animas <sup>d</sup> in conver-  
sione parere prædicando potuissent, et quia hoc idem  
tempus incarnationis Domini ante prophetarum voces  
cognitum non fuit, quamvis futura ipsa incarnatio  
præcognita omnibus electis fuit, bene beatus Job de  
tempore partus ibicum cervarumque discutitur, eique  
dicitur: *Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris,  
vel parturientes cervas obserasti?* Ac si dicatur ei:  
Idcirco te egisse aliquid sublimitati credis, quia illud  
tempus needum prævides quo spiritales magistri in  
D mundum missi per doctrinam antiquorum patrum  
filios generant, suisque laboribus animarum mibi lu-  
cra comportant. Nam si illorum fructum quasi ibicum  
cervarumque partus aspiceres, valde humiliiter de  
tua virtute sentires. Magna quippe quæ agimus quasi  
minima ducimus, cum hæc per fortiora exempla  
pensamus. Sed tunc apud Deum crescunt per mori-  
tum, cum apud nosmetipso per humilitatem decre-  
scunt.

[Vet. XVII.] 37. *Per cervas, doctores; per ibices,  
audidores possunt intelligi. Exempla sanctorum inspi-*

<sup>a</sup> Pierius Norm. et Vindoc., apponunt.

<sup>b</sup> Laud., excipiunt.

<sup>c</sup> Omititur de in Laud.

<sup>d</sup> Ebroic., Laud., Corb. Germ., Val. Cl., in con-  
versatione.

cienda. Regis David humilitas et patientia. Contumeliosa verba non convicia, sed adjutoria creditur. *Iis gratia magis quam ira debetur.* — Possunt vero certarum significacione doctorés, appellatione autem ibicum, qui anitnalia sunt minima, auditores intelligi. In petris vero ibices pariunt, quia ad exercenda sancta opera per exempla patrum praecedentium secundantur, ut cum fortasse præcepta sublimia audiunt, et, infirmitatis propriez concii, ea se implere posse diffidunt, majorum vitam conspiciant, atque in eorum considerata fortitudine bonorum operum fetus ponant. Ut enim pauca de multis loquar, quatenus studiosus lector multa in paucis intelligat, iste, verborum contumeliis pressus, cum virtutem patientiae servare non sufficit, David factum ad memoriam reducat, quem cum tot Semei convicis urgeret, et armati proceres ulcisci contendenter, ait : *Quid mihi ei vobis filii Sarvia? Dimittite eum ut maledicat; Dominus enim præcepit ei ut malediceret David; et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit (II Reg. xvi, 10)?* Et paulo post : *Dimittite eum ut maledicat iuxta præceptum Domini, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, ei reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna (Ibid., 12).* Quibus profecto verbis indicat quia pro perpetrata Bethsabee scelere, exsurgentem contra se filium fugiens, reduxit ad animum suum quod perpetravit, et equanimiter pertulit quod audivit; et contumeliosa verba non tam convicia quam adjutoria creditur, quibus se **974** purgari sibiique misereri posse judicavit. Tunc enim illata convicia bene toleramus, **C** cum in secreto mentis ad male perpetrata recurredimus. Leve quippe videbitur quod injuria percutimur, dum in actione nostra conspicimus quia peccatum est quod mereremur; sicutque sit ut contumelias gratia magis quam ira debeat, quarum interventu Beo justice poena gravior declinari posse confiditur.

[Vet. XVIII.] **58.** Qua arte Joseph luxuriam viscerit. *Illata gratiam exteriorum Dei munierum, in armo virtutum convertamus. Contra Deum ex ejus beneficiis pugnare nos pudeat.* — Ecce alius dum mundi hujus successibus proficit, lenocinante cordis letitia, tentari se luxuriaz stimulis sentit; **a** sed Joseph factum ad memoriam revocat, et in arce se castitatis servat. Qui dum sibi a domina consiperet **b** pudicitias damna suaderi, ait : *Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est quod non in mea sit potestate,* **c** vel non tradiderit mihi præter te, quæ uxor ejus es; quomodo ergo possum hoc malum facere, et peccare in dominum meum (Genes. xxxix, 8)? Quibus verbis ostenditur quia bona quæ assecutus fuerat repente memorie intulit, et malum quod se pulsabat evicit; et

<sup>a</sup> In Editis, sed si Joseph. Abest si a MSS. Ebroic. aliisque Norm., Vindoc., Laud., Corb. Germ., Val. Cl., etc.

<sup>b</sup> Val. Cl. et Laud., impudicitiam.

<sup>c</sup> Omititur in Pratel. et Ulic., vel non tradiderit mihi.

<sup>d</sup> Al., gratuita bona, ut in Pratel. et Corb. Germ.,

quia percepta gracie meminit, vim culpe immunitio fregit. Cum enim voluntas lubrica tentat in prosperis, haec ipsa sunt prospira aculeo tentationis opponenda, ut eo erubescamus prava committere, quo nos a Deo meminimus <sup>e</sup> gratuito bona perceperisse, et illatam gratiam exteriorum munierum vertamus in arma virtutum, ut sint ante oculos quæ percepimus, et quæ nos allicit subigamus. Quia enim voluntas ipsa ex prosperitate nascitur, ejusdem prosperitatis est consideratione serieuda, quantum hostis noster unde oritur, inde moriatur. Considerandum quippe est ne acceptum muuuus certainus in vitium, ne per favorem vitæ nos absorbeat vorago-nequitie. Iram namque contra nos superni iudicis inextinguibiliter accendimus, si contra beatitudinem illius etiam ex ipsa sua largitate pugnamus.

**59.** Ad contemplationem anhelanti Daniel imitandus. Sapor carnalium reprimendus. Exteriorum evaginacionem cohidenti, recessus interior aperitur. — Alius interna scientia dulcedinem querens, nec tamen secreta ejus contingere prevaleat, Danielis vitam <sup>f</sup> adimitandem conspicit, et desideratum scientiæ calmen apprehendit. Ille quippe qui postmodum voce angelica pro cognitionis internæ concupiscentia vir exteriorum dicitur (Dan. x, 11), prius in aula regia carnis in se desideria edomuisse memoraverat, ut nil ex detectabilibus cibis attingeret, sed lauti ac mollioribus duriora atque asperiora cibaria præferret (Dan. 1, 12), ut dum sibi exterioris cibi blandimenta subtraheret, ad interni pabuli delectamenta perveniret; et tanto avidius gustum sapientia intus acciperet, quanto saporem carnis pro eadem sapientia foris robustius repressisset. Si enim a carne hoc quod libet abscondimus, <sup>g</sup> mox in spiritu quod delectat invenimus. Intentioni quippe animæ, si exterior evagatio clauditur, interior recessus aperitur. Nam quo extra se spargi propter disciplinam mens non potest, <sup>h</sup> et eo super se intendere per profectum potest, quia et in altum crescere arbor cogitur, quæ per ramos diffundi prohibetur; et cum rivos fontis obstruimus, fluenta surgere ad superiora provocamus. Igitur dum studiosi quique sanctorum vitam imitando conspicunt, in petris ibices fetus ponunt. Hinc est quod auditores suos quasi ibices in petris parere Paulus admonebat, **975** cum enumeratis majorem virtutibus diceret : *Habentes tantam impositam nubem letitiam, deponentes omne pondus, et circumdatos nos peccatum, per patientiam <sup>i</sup> curramus ad propositum nobis certamen (Hebr. xii, 1).* Et rursus : *Quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem (Hebr. xii, 7).*

[Vet. XIX.] **40.** Cum divina præcepta concipimus,

in quo paulo ante quos nos.

<sup>e</sup> Pratel., ad imitationem.

<sup>f</sup> Vindoc. et pl. Norm., mox in Christo quod.

<sup>g</sup> Ita MSS. pene omnes, Editi pro intendere habent tendere.

<sup>h</sup> Pratel. et Corb. Germ., curramus propositum.

non statim perfurimus. — Sed cum divina praecepta A concordemus, non statim quasi jam solide cogitata parturimus. Unde et beatus Job nos de partu fructum, sed de tempore partus inquiritur. Quod videlicet tempus si in nobis metopis vix comprehendimus, multo magis in aliena mente nesciuimus. Prius enim superni timoris semina utero cordis suscepta per meditationem studii coagulanter ut maneat, postmodum, stricta intentione cogitationis affixa, dum ad discretionis rationem tendunt, quasi in membra distinctionem forsanter; debilic, seu perverrante b confirmata velut in soliditatem ossium veniunt; ad extreum vero, perfecta auctoritate roburata, quasi in partum procedunt; quae incrementa divinorum seminum nullus in aliena mente considerat, nisi ipse qui crebat. Nam ergo quemlibet jam vim supernae concupiscentiae concepisse quarundam serum attestatione cognoscimus, quando tamen in partu erumpat ignoramus.

41. Quidam fetus abortivi sunt, quia præmaturi. Bona tenera humana laus extinguitur. — Sepe autem concepta mente semina pervenire ad perfectionem nequeunt, quia orieundo tempus partus anteceditur. Et quia needum plene <sup>d</sup> in cogitatione formata ante humanos oculos produnt, velut abortiva moriuntur. Bona quippe adhuc tenera, plerumque humana lingua, dum jam quasi fortia faudat, extinguit. Tanto enim celerius occidunt, quanto ad favoris notitiam intempestive præsumunt. Nonunquam vero imprefecta nostra cogitatio secundum ruborem, dum citius hominibus ostenditur, resistentium adversitate dissipatur; et cum constur ante tempus videtur quia sit, agit ut non sit. Sancti autem vii, quia cuncta quæ bene cogitanti student ut occulue convalescant, et quasi processuros fetus prius intra uterum meatus formant, recte beatus Job de partu tempore discutitur, quod videlicet unicuique quando sit congruum nisi a creatore nescitur. Qui dum <sup>e</sup> generalia cordis aspicit, quando ad humanam notitiam propria nostra congrue nascantur, apprehendit. Non itaque dicitur: Nunquid nosti tempus partus ibicunque in partu? Ac si aperio dicat. Ut ego, qui idcirco electorum fetus vivaces facio, & quia præcilio in tempore produco. Bene autem exploso fetu auditorum subditur; *Vel parturientes caras observasti?* Parturientes enim caras observare est illos labores patrum qui spirituales filios generant causa consideratione pensare.

42. Predicatorum animas parturientium qui dolores, quæ doles. — Solarter quippe inveniendum est quod hic sermo iam vigilanter imprimitur, ut dicatur, observasti, quia utique per paucorum est pensare quis labor sit in predicationibus paucum;

<sup>a</sup> Corb. Germ., Ebroic., Pratel. et Norm., conspiciuntur.

<sup>b</sup> Vindoc., Pratel. et Utic., formata. Ebroic., conformata.

<sup>c</sup> Pier. Norm., in partum.

<sup>d</sup> Ebroic., in cognitione.

<sup>e</sup> Edit. cum Corb. Germ., quasi agitur ut non sit. In quibusdam tamen vet. omittuntur quasi. Expressio-

A quantis doloribus, quasi quibusdam conatibus sanguis in fide et conuersatione parturient; quam capta se observatione circumspiciunt, ut sibi sorores in præceptis, 876 compatientes in infirmis aliis, in minis terribiles, in exhortationibus blandi, in ostendendo magisterio humiles, in rerum temporalium contemptu dominantes, in tolerandis aduersitatibus rigidi, et tamen dum vires suas sibimet non tribuant, infirmi; quantus si eis dolor de cadeuiliis, quantus de stantibus timor; quo servore alia adipisci appetunt, quo pavore alia addepta conservant. Quia igitur per paucorum est ista pena, heu si licitur: *Vel parturientes caras observasti?*

[Val. XX.] 45. Qui per vigorem disciplinae pages auxi, per pietatis viscera sibi matres. — *Nil vero probat quod verba Deus a doctoribus faciens, non cervorum, sed cervarum eos specie designat, quia nimis rura illi veri doctores sunt, qui cum per vigorem disciplinae patres sunt, per pietatis viscera esse matres poverunt. Qui labores sanctæ conceptionis tolerant, et proferendos Deo filios intra uterum charitatis portant. In edendo enim prole amplius matres laborant, quæ crescentem intra uterum conceptionem, longo mensu tempore sustinent, et quæ ex utero procedentem non sine magnis doloribus deponunt. Unde et hic apta consideratione subjungitur:*

#### CAPUT XI [Rec. X].

Vers. 2. — *Dinumerasti menses conceptus earum?*

43. Per congruum tempus concepta soboles in cordis <sup>f</sup> utero gerenda ut vivat. — Sancti enim viri cum de profectu auditorum cogitant, quasi jam in utero conceptionem portant. Sed cum nonnulla que dicenda sunt differunt, et apud suis exhortationibus tempus querunt, velut a partu quem beri appellant in mensu prolixitate dilatantur. Et sepe dum quædam quæ sentiunt, intempestive dicere audientibus nolunt, in ipsa tarditate proferendæ sententia, sive ad hæc quæ suadenda sunt, seu ad illa quæ increpanda, consilio altiori firmantur. Et dum cogitatur vita filiorum, nec tamen ante tempus lingua consilium mentis ejicit, quasi jam concepta soboles intra uterum crescit, ut ad auditorum notitiam tunc sententia cordis exeat, quando prolata utiliter quasi per congruum tempus partus vivat. Et quia hæc homines in magistrorum mente quando vel quomodo agantur ignorant, Deus vero ad retributionis gloriae non solum effectum considerat, sed etiam momenta cogitationum signat, recte ad hec ut Job dicitur: *Dinumerasti menses conceptus earum?* Subaudis ut ego, qui in sanctis predicatoribus non solum fructus exteriorum operum, sed ipsas diuinis co-

mus Mss. Turon., Vindoc., Norm., Laud., Val. Cl.

<sup>f</sup> Pratel. et Corb. Germ., penetrabilitas cordis. Consentit. et Edit. Paris. 1495 et Basil. 1514.

<sup>g</sup> Ebroic., præscita. Ia. vet. Ed. Basili.

<sup>h</sup> Laud. et Val. Cl., illi vero doctores.

<sup>i</sup> Vindoc., Norm., Laud., Val. Cl., quasi per congruum partum.

gitationes numero, <sup>a</sup> qui et eas ad retributionem servo.

[Vet. XXI.] 45. Qui se ad prædicandum parant, prius se interius virtutibus innocent. — Possunt per menses, quia congesti dies sunt, etiam multiplicatae virtutes intelligi. In mensibus quoque luna renascitur; nisquid obstat si per menses <sup>b</sup> nova regeneratio- nis creatura signatur. De qua Paulus apostolus dicit: *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura* (Galat. v, 6; vi, 15). Sancti igitur viri, cum se ad prædicandum parant, prius se interius virtutibus innovant, ut ad hoc quod loquendo docent, vivendo concordent. Prius sua interna considerant, aique a cunctis se vitiorum cordibus emundant, curantes summopere ut contra iram patientiae luce resplendeant, contra carnis luxuriam etiam cordis munditia fulgescant, <sup>c</sup> 977 contra torporem zelo candeant, contra confusos præcipitationis motus serena gravitate rutilent, contra superbiam vera humilitate luceant, contra timorem radiis auctoritatis clarescant. Quia ergo tanta in se prius studia congerunt, quasi in conceptu sanctæ prædicationis menses virtutum sunt. Quos menses Dominus solus dñmnum, quia eadem bona in eorum cordibus non nisi qui dedit pensat. Et quia iuxta mensuram virtutum effectus etiam subsequitur fructuum, recte subjungitur:

#### CAPUT XII.

Iud. — *Et scisti tempus partus eorum?*

46. *Virtutum mensuram fructus ratio sequitur.* — Subaudi, Ut ego, qui dum in cogitatione virtutum menses dñmnum, quando hoc quod implere appetunt parere valeant scio, quia nimis dum cordis occulta conspicio, futurum fortis effectum operis in- tuis in pondere cogitationis penso. Sequitur:

#### CAPUT XIII.

Vers. 5. — *Incurvantur ad fetum, et parvum, et rugitus emittunt.*

47. *Prædicatores nisi flendo spiritualiter gignere non possint.* — Rungunt quippe, dum per incurvationem saeum in conversatione lucis auditorum animas gignant, quia ab aeternis nos suppliciis removere nisi flendo et dolendo non possint. Prædicatores enim sancti nunc in lacrymis seminant, ut segetem postmodum gaudiorum metant. Nunc quasi cervæ in dolore partus sunt, ut spirituali prole postmodum sint secundi. Ut enim unum de multis loquar, video Paulum quasi quamdam cervam in parte suo magni doloris rugitus emitentem. Ait enim: *Filioli mei, quos tenuerat partu, donec formetur Christus in vobis, vellem esse apud vos modo, et mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis* (Galat. iv, 19). Ecce mutare vult vocem in parte suo, ut prædicationis sermo in rugitus ventur doloris. Vnde mutare vocem suam, quia quos jam prædicando peperat, reformato genere iterum parturiebat. Qualem rugitum hæc

A cerva pariens emittebat, quando eiadē post se reduntibus exclamare cogebatur, dicens: *O insensati Galate, quis vos fascinavit; et sic stulti estis, ut cum spiritu corporis, nunc carne consummemini* (Galat. iii, 4)? vel certe: *Currebatis bene, qui vos impeditis veritati non obedire* (Galat. v, 7)? Qualis in hujus cerva partu rugitus fuit, quæ diu conceptos filios cum tot difficultatibus peperit, et quandoque partos ad malitiae uterum redisse cognovit? Consideremus quid doloris habuerit, quid laboris, quæ et postquam potuit concepta edere, rursum compulsa est extincta suscitare.

[Vet. XXII.] 48. *Nisi ad infirmitatem nostram descendenter et incurvantur, filios in fide non procreant. Sapere ad sobrietatem debent.* — Notandum vero summopere est quod iste cervæ incurvantur ut pariant, quia nimis si erectæ starent, parere non valerent. Nisi enim prædicatores sancti ab illa immensitate contemplationis internæ quam capiunt, ad infirmitatem nostram humiliata prædicatione quasi quadam incurvatione descenderent, nunquam utique in fide filios procrearent. Nobis quippe prædixisse non possent, si in suæ altitudinis erectione persisterent. Sed videamus cervam sese ut pariantur incurvantur: *Ego, inquit, non posui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, languam parvulæ in Christo luc vobis potum dedi, non escam* (I Cor. iii, 4). Aique mox ejusdem incurvationis causes exsequitur, dicens: *Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis* (Ibid., 2). Sed hanc cervam, que prepter nos incurvat, quando videamus <sup>c</sup> 978 erectam. Ait: *Sapieniam tequum inter perfectos* (I Cor. ii, 6). Et rursum: *Sive mente excidimus, Deo* (II Cor. v, 15). Cum vero mente excedit Deo, excessum ejus nos omnino non capimus. Ut ergo nos fuerint, incurvatur ad nos. Unde illæ apte subjungit: *Sive sobrii eximes vobis* (Ibid.). Si enim sancti viri ea nobis prædicare vellent quæ capiunt, cum in superna contemplatione debriantur, et non magis scientiam suam quodam moderamine et sobrietate temperarent, adhuc angusto intelligentia sibi illæ superni fontis fluentia quis caperet? Incurvata autem istæ cervæ, alias eccl. vocata sunt, de quibus dicuntur: *Domine, inclina cœlos tuos, et descendere* (Psal. cxxii, 6). Cum enim inclinantur cœsi, descendit Dominus, quis cum se in prædicatione sua sancti doctores attrahunt, divinitatis notitiam nostris cordibus infundunt. Nequaquam quippe ad nos Dominus descendet, si prædicatores ejus in contemplationis rigore inflexibilis permanenter. Inclinantur ergo cœsi ut descendat Dominus, incurvantur cervæ ut nos in nova luce nascamur. Istæ incurvatae cervæ in Cantoris cantorum <sup>d</sup> sponsæ ubera sunt vocatae, sicut scriptum est: *Meliora sunt ubera tua nino* (Cant. 4, 1). Istæ enim sunt ubera quæ in area pectoris fixa lacio nos polant, quia ipsi arcana suntum contemplatio-

sunt.

<sup>e</sup> Prætel. et Corb. Germ., sponsæ ubera.

<sup>a</sup> Al., quia et eas.

<sup>b</sup> Prætel., nomine regenerationis creatura.

<sup>c</sup> Corb. Germ., Laud., Val. Cl., Prætel., vocati

nis inherentes, subtili nos prædicatione nutrunt. Et igitur ab æterno genitu et dolore nos retrahant, nunc incurvantur cervæ, atque in partu rugitus emittunt. Quia vero ipsi, qui sancta Patrum prædicatione nascuntur, aliquando doctores suos patiendo præveniunt, ut eis adhuc in hac vita durantibus ipsi jam martyrio consummetur, apto sequitur:

## CAPUT XIV [Rec. XI].

Vers. 4. — Separantur filii earum, et pergunt ad pastum; egrediuntur, et non revertuntur ad eas.

49. Eorum filii ad sacra Scriptura pastum pergunt. Eos Verbum ex natura divinitatis illustrat. — Pastum Scriptura sacra illud viriditatis æternæ pabulum vocat, ubi jam nostra refectio nullius defectus ariditate marcescat. De quo pastu per Psalmistam dicitur: *Dominus regit me, et nihil mihi deserit, in loco pascue ibi me collocavit* (Psalm. xxii, 2). Et rursum: *Nos autem a populo ejus, et oves pascue ejus* (Psalm. xciv, 7). De quibus nimiram pascuis Veritas per semetipam dicit: *Per me si quis introierit, salvabitur; et ingredietur, et egredietur, et pascua inueniet* (John. x, 9). Pergunt ergo ad pastum, quia de corporibus exentes illa pabula internæ viriditatis inveniunt. Egrediuntur, et non revertuntur ad eas, quia in illa suscepit contemplatione gaudiorum, jam nullatenus indigent verba audire docentium. Egreasi itaque ad eas jam non redeunt, quia angustias vite presentis evadentes, ultra a doctoribus prædicatione vite accipere non requirunt. Tunc quippe impletur quod scriptum est: *Non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum; omnes enim cognoscunt me a minimo eorum usque ad maximum*, dicit Dominus (Jerem. xxxi, 34). Tunc impletur quod in Evangelio Veritas dicit: *Palam de Patre meo annuntiabo vobis* (John. xvi, 25). Filius quippe de Patre palam annuntiat, quia sicut superius diximus, per hoc quod Verbum est, ex natura nos divinitatis illustrat. Verba enim tunc doceantur quasi quosdam humanae lingue rivulos non quadrunt, quando de ipso jam veritatis fonte derivantur.

Igitur postquam figurata inervatione cervarum, multa de magistrorum virtute narrata sunt, **979** nunc ad eorum vitam, qui remotæ conversationis secreta appetunt, verba vertuntur: qui et ipsa cœsandi eis, quis divino adjutorio et non suis viribus assequuntur, de eis a Domino dicitur:

## CAPUT XV [Vet. XXIII, Rec. XII].

Vers. 5. — Quis dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis solvit?

50. Onagri liberi nomine intelliguntur, qui a servitate secularium rerum expediti, soliditudini vacant. — Subaudis nisi ego. Onager enim, qui in soliditudine commoratur, non incongrue vitam eorum significat,

<sup>a</sup> Pratel. et Utic., populus tuus et oves pascue tuæ.

<sup>b</sup> Laud. et Corb. Germ., non habent meo.

<sup>c</sup> Hic sequimur MSS. Ebroic. alioque Norm., tres Anglic., Vindoc. Editi cum Corb. Germ.: pro deri-

rentur, habent debiantur.

<sup>d</sup> Editi, cœsandi, reluctantibus MSS. Vindoc., Corb.

Germ., Laud., Val. Cl., Norm., etc.

<sup>e</sup> Additur in nouuallis Ed. in soliditudinem.

A qui remoti a turbis <sup>f</sup> popularibus conversantur. Qui apte etiam liber dicitur: quia magna est servitus secularium negotiorum, quibus mens vehementer attenit, quamvis in eis spoote <sup>g</sup> desudet. Cujus servitutis conditione carere est in mundo jam nil concupiscere. Quasi enim quodam <sup>h</sup> jugo servitutis premunt prospera dum appetuntur, premunt adversa dum formidantur. At si quis semel a dominatione desideriorum temporalium colla mentis excesserit, quadam jam etiam in hac vita libertate perficitur, dum nullo desiderio felicitatis afficitur, nullo adversitatis terrore coartatur. Hoc grave servitutis jugum Dominus vidit secularium cervicibus impressum, cum diceret: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia misericordia mea est, et humiliis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve* (Math. xi, 28). Asperum quippe jugum, et duræ, sicut diximus, servitutis pondus est, subesse temporalibus, ambire terrena, retinere labentia, vele stare in non stantibus, appetere quidem transeuntia, sed cum transeuntibus nolle transire. Dum enim contra votum cuncta fugiant, quia prius mentem ex desiderio adoptionis afflixerant, post ex pavore amissionis premunt. Liber ergo dimittitur qui, calcatis terrenis desideriis, ab appetitione rerum temporalium securitate mentis exoneratur. *Ei vincula ejus, quis solvit?* Subaudis nisi ego.

51. Divino adjutorio desideriorum carnalium retinacula rumpuntur. — Solvuntur vero uniuscujusque vincula, dum divino adjutorio interna desideriorum carnalium retinacula dirumpuntur. Cum enim pia intentio ad conversationem vocat, sed adhuc ab hac intentione carnis infirmitas revocat, quasi quibusdam vinculis anima ligata præpeditur. Multos enim saepe videamus <sup>i</sup> vitam quidem sancte conversationis appetere; sed ne hanc assequi valeant, modo irruentes casus, modo futura adversa formidare. Qui in certa mala dum quasi cauti prospiciunt, in peccatorum suorum vinculis incerti retinentur. Multa enim ante oculos ponunt, quæ si eis in conversatione eveniant, subsistere se non posse formidant. De quibus bene Salomon ait: *Iter pigrorum, quasi sepes spinarum* (Prov. xv, 19). Nam cum viam Dei appetant, eos velut spine obstantium sepium sic formidinum suarum opposita suspiciones puangunt. Quod quia electos præpedire non solet, bene illic securus adjungit: *Via juxtorum abaque offendiculo* (Ibid.). I Justi quippe in conversatione sua quodlibet eis adversitatis obviaverit, non impingant, quia temporalis adversitatis <sup>k</sup> obstacula æternæ spei et internæ contemplationis saltu transecedunt. Solvit itaque

<sup>f</sup> Ed., secularibus. Sequimur laudatos MSS. et Turon.

<sup>g</sup> Val. Cl., desudetur. Corb. Germ. habet utramque lect.

<sup>h</sup> Laud., Corb. Germ. et plur., jugo servitii.

<sup>i</sup> Val. Cl., etiam quidem.

<sup>j</sup> Laud., isti quippe.

<sup>k</sup> Pratel. et Corb. Germ., objectacula.

**980** Deus onagri vincula, quando ab electi unius-  
cujsusque animo infirmarum cogitationum nodos  
rumpit, et propitiis dissipat omne quod illectam  
mentem ligabat. Sequitur :

## CAPUT XVI.

VERS. 6. — *Cui dedi in solitudine domum, et tabernacula ejus in terra salsuginis.*

52. *Duplex solitudo, cordis et corporis. Hæc sine alia non prodest.* — Hoc loco solitudinem debemus intelligere corporis, an solitudinem cordis? Sed quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis? Qui enim corpore remotus vivit, sed tumultibus conversationis humanæ terrenorum desideriorum cogitationibus se ingerit, non est in solitudine. Si vero prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, et tamen nullos curarum-sæcularium tumultus in corde patiatur, non est in urbe. Itaque bene conversantibus primum solitudo mentis tribuitur, ut exsurgentem intrinsecus strepitum terrenorum desideriorum premant, ut ebulientes <sup>a</sup> ab infimis euras cordis per superni gratiam restringant amoris, omnesque motus importune se offerentium levium cogitationum, quasi quadam circumvolantes muscas ab oculis mentis abigant manu gravitatis, et quoddam sibi cum Domino intra se secretum querant, ubi cum illo exteriori cessante strepitu per interna desideria silenter loquantur.

[Vet. XXIV.] 53. *Silentium contemplationis, hac in vita non potest esse perfectum.* — De hoc secreto cordis alias dictum est : *Factum est silentium in celo, quasi dimidia hora* (Apoc. viii, 1). Cœlum quippe ecclesia vocatur electorum, quæ ad æternæ et sublimia dum per sublevationem contemplationis intendit, surgentes ab infimis cogitationum tumultus premit, atque intra se Deo quoddam silentium facit. Quod quidem silentium contemplationis, quia in hac vita non potest esse perfectum, factum dimidia hora dicitur. <sup>b</sup> Nolenti quippe animo duni cogitationum tumultuosi se strepitum ingerunt, etiam sublimibus intendenter, rursum ad respicienda terrena cordis oculum violenter trahunt. Unde scriptum est : *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem* (Sap. ix, 15). Bene ergo factum hoc silentium non integra, sed dimidia hora describitur, quia hic contemplatio nequaquam perficitur, quamvis ardenter inchoetur. Quod etiam per Ezechiem prophetam congruenter exprimitur (Ezech. xl, 5), qui pro mensura civitatis in monte conditæ, in manu viri calatum sex cubitorum <sup>c</sup> et palmi, se vidisse testatur. In monte quippe electorum ecclesia sita est, quia fundata in infimis desideriis non est. Quid autem per cubitum, nisi operatio; quid per senarium numerum, nisi perfectio operationis ostenditur, quia et sexto die cuncta opera Dominus explesse memoratur? Quid

<sup>a</sup> Turon. et Val. Cl., ad infima. Corb. Germ., ad infirma.

<sup>b</sup> Pl. Norin., nolenti quippe animo cogitationum tumultuosi se strepitum ingerunt, et jam sublimibus.

<sup>c</sup> Pratol., Utic., Laud., Val. Cl., et palmo.

## PATAOL. LXXVI.

A ergo <sup>d</sup> super sex cubitos palmus insinuat (Genes. ii, 1), nisi contemplationis vim, quæ jam initia æternæ et septimæ quietis demonstrat? Quia enim æternorum contemplatio hic minime perficitur, mensura septimi cubiti non expletur. Electorum itaque ecclesia, <sup>e</sup> quia cuncta quæ operanda sunt perficit, in sex cubitis sese in monte posita civitas ostendit. Quia vero hic adiuc sola initia contemplationis **981** inspicit, de septimo cubito non nisi palnum tangit.

54. *Culmen contemplationis non attingitur, nisi ab exteriorum curarum oppressione liberemur.* — Sciendum vero est quia nequaquam culmen contemplationis attingimus, si non ab exterioris curæ oppressione cessemus. Nequaquam nosmetipso intuemur, ut sciamus aliud in nobis esse rationale quod regit, aliud animale quod regitur, nisi ad secretum hujus silentii recurrentes, ab omni exterius perturbatione sopiamur. Quod silentium nostrum bene etiam Adam dormiens figuravit (*Ibid.*), de cuius mox latere mulier processit, quia quisquis ad interiora intelligenda rapitur, a rebus visibilibus oculos claudit; et tunc in semetipso vel quæ præesse viriliter debeant, vel quæ subesse possint infirma distinguit, ut aliud in illo sit quod regere valeat tanquam vir, aliud tanquam femina quod regatur. In hoc itaque silentio cordis, dum per contemplationem interius vigilamus, exterius quasi obdormiscimus. Quia ergo remoti viri, id est a desideriis carnalibus alieni, hoc silentium mentis inhabitant, huic onagro Dominus in solitudine domum dedit, ut turba desideriorum temporalium non prematur.

[Vet. XXV.] 55. *Santæ quandiu vivunt, desiderio supernæ patricæ æstuant.* — Sequitur : *Et tabernacula ejus in terra salsuginis.* Salsugo accendere sicut solet. Et quia sancti viri quandiu in hujus vita tabernaculis degunt, ad supernam patriam desiderii sui quotidianis æstibus ascenduntur, in terra salsuginis tabernacula habere peribentur. Incessanter quippe ascenduntur ut sificant, sitiunt ut satientur; sicut scriptum est : *Beati qui esuriant et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (Matth. v, 6). Sequitur :

## CAPUT XVII.

VERS. 7. — *Contemnit multitudinem civitatis.*

56. *Terrenorum hominum multitudinem sequi dignantur.* — Multitudinem civitatis contemnere est humanæ conversationis prava studia devitare, ut jam non libeat terrenorum hominum, qui præ abundantia iniquitatis multi sunt, perditos mores imitari. Cum paucis namque ingredi angustum portam desiderant, et non cum multis lata itinera ingredi appetant, quæ ad interitum docunt (Matth. vii, 13). Solerter quippe a quo et ad quid sunt creati conspiciunt, et recta consideratione acceptæ imaginis sequi vulgi multitudinem dedignantur. Unde et sponsi voce sponsæ in

<sup>d</sup> Laud. et Val. Cl., super cubitum.

<sup>e</sup> Vindoc. quia ad cuncta quæ operanda sunt proficit, in sex cubitos sese in monte posita extendit. Ebroic. et al. Norm., quia ad cuncta.... proficit.

Canticis canticorum dicitur: *Nisi cognoveris te, o A pulchra inter mulieres, egressere, et abi post vestigia gregum, et pasce hædos tuos* (Cant. 1, 7). Semetipsam namque ea quæ est pulchra inter mulieres cognoscit, quando electa quæque anima etiam inter peccantes posita quia ad auctoris sui imaginem ac similitudinem sit condita meminit (Genes. 1, 26), et juxta perceptæ similitudinibus ordinem incedit. Quæ si se non cognoscit, egreditur, quia a secretis sui cordis expulsa, in exterioribus concupiscentiis dissipatur. Egressa vero abit post vestigia gregum, <sup>a</sup> quia sua interna deserens, ad latam videlicet viam ducitur, et sequitur exempla populi. Nec jam agnos, sed hædos pascit, quia non innoxias cogitationes mentis, sed nutritre pravos motus carnis intendit. Quia ergo electus quisque ac continens abire post gregum vestigia despicit, dicatur recte: *Contemnit multitudinem civitatis. Ubi et apie subjungitur*:

## CAPUT XVIII [Rec. XIII]

Ibid.—Clamorem exactoris non audit.

**57. Vehementioribus diaboli tentationibus aures claudunt, et ventris clamoribus.**—Quis intelligi exactori aliis, nisi diabolus potest, **982** qui semel in paradiso homini malæ persuasionis nummum contulit (Genes. iii, 6, seq.), et quotidie ab eo hujus debiti exigere reatum querit? Hujus exactoris sermo est malæ suggestionis inchoatio. Hujus exactoris clamor est jam <sup>b</sup> non lenis, sed violenta tentatio. <sup>c</sup> Hic exactor clamat, cum fortiter tentat. Clamorem ergo exactoris non audire est violentis temptationum motibus minime consentire. Audiret enim si ea quæ suggerit ficeret. Sed cum perversa agere despicit, recte dicitur: *Clamores exactoris non audit.*

[*Vet. XXVI.*] **58.** Nonnulli vero hoc loco per exactorem intelligi ventrem volunt. Ipse namque a nobis quoddam debitum exigit, quia quotidianum fructum sibi homini laboris impendi etiam per naturam querit. Abstinentes igitur viri, qui hoc loco onagri vocabulo figurantur, <sup>d</sup> dum violenter gula desideria reprimunt, quasi clamantis exactoris verba contemnunt. Sed cum continentis viro contra itanumera vitia multa virtutum certamina suspetant, cur sub exactoris clamore contemptu, de solo hic ventre dicitur quod ejus impatum impudicamente restringat, nisi quod nullus palmarum spiritualis certaminis apprehendit, qui non in semetipso prius per afflictam ventris concupiscentiam carnis incentiva devicerit?

Neque enim ad conflictum spiritualis agonis assurgitur, si non prius intra nosmetipsum hostis positus, gula videlicet appetitus, edomatur, quia si non ea quæ nobis sunt viciniora prosternimus, nimis iruinanter ad ea quæ longius sunt impugnanda transi-

<sup>a</sup> Laud., quia sua in æternum deserens.

<sup>b</sup> Recent. Ed., invitis MSS., non levis. Melius lenis, opponitur violentæ temptationi.

<sup>c</sup> Corb. Germ., et Pratel., hic exactor loquitur, cum leniter suggerit, hic exactor clamat, etc.

<sup>d</sup> Corb. Germ., Pratel. et Uic., dum violenta.

<sup>e</sup> IV Reg. xxv, 8; Jerem. lii, 14, sec. text. Hebr. et LXX, ubi appellatur princeps exerc. ; Chal.,

mus. Incassum namque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ipsa urbis moenia ci-vis insidians habetur. Mens quoque ipsa certantis sub gravi confusionis dedecore a spiritualis certaminis congressione repellitur, quando infirma in carnis prælio gula gladiis confossa superatur. Nam cum separvis prosterni conspicit, configere majoribus erubescit.

**59. Qui gula edomare non curant, incante ad spiritualia bella consurgunt.**—Nonnulli vero ordinem certaminis ignorantes, edomare gula negligunt, et jam ad spiritualia bella consurgunt. Qui aliquando multa etiam quæ magnæ sunt fortitudinis faciunt, sed, dominante gula vitio, per carnis illecebram omne quod fortiter egerint perdunt; et dum venter non restringitur, per carnis concupiscentiam simul cunctæ virtutes obruuntur. Unde et de Nabuchodonosor vincente scribitur <sup>f</sup>: *Princeps coquorum destruxit muros Jerusalem.* Quid enim per muros Jerusalem significans Scriptura exprimit, nisi virtutes animæ, quæ ad pacis visionem tendit? Aut quis coquorum princeps, nisi venter accipitur, cui diligenter a coquentibus cura servitur? Muros igitur Jerusalem princeps coquorum destruit, quia virtutes animæ dum non restringitur venter, perdit. Hinc est quod Paulus contra Jerusalem moenia decertanti vires coquorum principi subtrahebat, cum diceret: *Castigo corpus meum, et servituti subiectio, ne forte alius prædicens, ipse reprobus efficiar* (*I Cor. ix, 27*). Hinc etiam præmisit, dicens: *Sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aerem verberans* (*Ibid., 26*). Quia cum carnem restringimus, <sup>g</sup> ipsis abstinentiæ nostræ ictibus non aerem, sed immunidos spiritus verberamus; et cum hoc quod est intra nos subjecimus; extra positis adversariis <sup>h</sup> pugnas damus. Hinc est **983** quod cum rex Babylonis succendi fornacem jubet (*Dan. iii*), naphthæ, stupæ, pīcis et malleoli ministrari congeriem præcepit; sed tamen abstinentes pueros hoc igne minime consumit, quia antiquus hostis licet innumeræ ciborum concupiscentias nostris obtutibus opponat, quibus libidinis ignis crescat, bonis tamen mentibus superni Spiritus gratia insibilat, ut a carnalis concupiscentiæ ictibus illæsæ perdurent, ut etsi usque ad temptationem cor-dis flamma ardeat, usque ad consensum tamen tentatio non exurat.

[*Vet. XXVII.*] **60. Quinque modis gula nos tentat.** Non cibis, sed appetitus in vitio est.—Sciendum præterea est quia quinque nos modis gula vitium tentat (*De consecr., d. 5, c. Quinque modis*). Aliquando namque indigentia tempora prævenit; aliquando vero tempus non prævenit, sed cibos laudes querit;

princeps coquorum.

<sup>f</sup> Turon., Laud., Corb. Germ., Val. Cl. Pratel., etc., ipsis continentiae.

<sup>g</sup> Recent. Excusi, pugnas damus. Inhaesimus MSS. Corb. Germ., Norm., Laud., Val. Cl. et al., necnom vet. Ed. Paris., Basil. Favet huic lect. textus Græcus; ubi enim legimus in Vulgata sic pugno, proprio significatur: sic pugilem ago, πολεμῶ.

aliquando quælibet quæ sumenda sint præparari ac- A curatius expedit, aliquando autem et qualitatibz cibo- rum et temporis congruit, sed in ipsa quantitate su- mendi mensuram moderatae refectionis excedit. Non nunquam vero et abjectius est quod desiderat, et ta- men ipso æstu immensi desiderii deterius peccat. Mortis quippe sententiam patris ore Jonathas meruit, quia in gustu mellis constitutum edendi tempus antecessit (*I Reg. xiv*, 27). Et ex Ägypto populus eductus, in eremo occubuit, quia, despicio manna, ci- bos carnium petiit, quos laudiores putavit (*Num. xxii*, 5). Et prima filiorum Heli culpa suborta est, quod ex eorum voto sacerdotis puer, non antiquo more coctas vellet de sacrificio carnes accipere, sed cru- das quereret, quas accuratius exhiberet (*I Reg. ii*, 12, seq.). Et cum ad Jerusalem dicitur : *Hæc fuit iniqüitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas pa- nis, et abundantia* (*Ezech. xvi*, 49), aperte ostenditur quod idcirco salutem perdidit, quia cum superbia vitiis mensuram moderatae refectionis excessit. Et pri- mogenitorum gloriam Esau amisit, quia magno æstu desiderii vitem cibum, scilicet lenticulam, concupivit (*Genes. xxv*, 33); quam dum vendendis etiam primogenitis prætulit, quo in illam appetitu anhelaret in- dicavit. Neque enim cibus, sed appetitus in vito est. Unde et laudiores cibos plerumque sine culpa sumim- suns, et abjectiores non sine reatu conscientiae degu- stamus. Hic quippe quem diximus, Esau, primatum per lenticulam perdidit, et Elias<sup>a</sup> in eremo virtutem corporis carnes edendo servavit (*III Reg. xvii*, 6). Unde et antiquus hostis quia non cibum, sed cibi con- cupiscentiam esse causam damnationis intelligit, et primum sibi hominem non carne, sed pomo subdidit (*Genes. iii*, 6), et secundum non carne, sed pane ten- tavit (*Math. iv*, 3). Hinc est quod plerumque Adam culpa committitur, etiam cum abjecta et vilia su- muntur. Neque enim Adam solus ut a vetito se pomo suspenderet præceptum prohibitionis accepit. Nam cum alimenta quædam saluti nostræ Deus con- traria indicat, ab his nos quasi per sententiam ve- tat. Et dum concupiscentes noxia attingimus, profe- cto quid aliud quam verita degustamus?

61. Edenda quæ necessitas querit, non quæ libido suggerit. Quanta ad hoc discretio necessaria. — Ea itaque sumenda sunt quæ naturæ necessitas querit, et non quæ edendi libido suggestit. Sed magnus dis- crectionis labor est huic exactori ei aliquid impendere, et aliquid denegare; et non dando gulam restringere, et dando naturam nutrire. [*Rec. XIV.*] Quæ fortasse discretio subinfertur, cum dicitur : *Clamorem ex- actoris non audit.* Sermo namque **984** hujus exactoris est necessaria postulatio naturæ. Clamor vero ejus est mensuram necessitatis transiens appetitus gulæ. Hic

<sup>a</sup> Ed. recent., in eremo per virtutem spiritus. Vet. Edit. Paris. et Basil., in eremo virtutem spiritus, etc. Quia lectionem ut potiorem libenter amplectere possum, nisi obstat consensus MSS. Anglie., Norm., Corb. Geru., Turon., Laud., Val. Cl. et Longip., in quibus legitur, virtutem corporis. Porro per virtutem corpo- ris, hic intelligi potest continentia et castitas illibata carnis.

itaque onager exactoris hujus sermonem audit, clæ- morem non audit, quia discretus vir ac continens et usque ad temperandam necessitatem ventrem reficit, et a voluptate restringit.

[*Vet. XXVIII.*] 62. *Voluptas sub necessitatis specie se palliat.* — Sciendum vero est quia sic voluptas sub necessitate se palliat, ut vix eam perfectius quisque discernat. Nam dum solvi debitum necessitas petit, voluptas expleri desiderium suppetit; <sup>b</sup> et tanto gu- lam securius in præceps rapit, quanto sub honesto nomine necessitatis explenda se contigit. Sæpe au- tem in ipsa edendi via furtive adjuncta voluptas sub- sequitur; nonnunquam vero impudenter libera etiam præire conatur. Facile autem est deprehendere cum voluptas ejus necessitatem prævenit, sed valde est B difficile discernere cum in ipso esu necessario se oc- culta subjungit. Nam quia præeuntem naturæ appeti- tum sequitur, quasi a tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore quo necessitati debitum solvit, quia per esum voluptas necessitati miscetur, quid necessitas petat, et quid, sicut dictum est, voluptas suppeditat, ignoratur. Sæpe vero et discernimus; et quia utramque sibi conjunctam novimus, in hoc quod extra metas rapimur, <sup>c</sup> libert ut sciendo fallimur; et dum sibi mens ex necessitate blanditur, ex vo- luptate decipitur. Scriptum quippe est : *Carnis curam ne seceritis in desideriis* (*Rom. xiii*, 14). Quæ igitur fieri in desiderio prohibetur, in necessitate conceditur.

63. *Carnis desideria, non caro occidenda. Cavendum ne, dum hostem insequimur, civem quem diligimus, trucidemus.* — Sed sæpe dum incaute necessitati con- descendimus, desideriis deservimus. Nonnunquam vero dum desideriis immoderatus obviare nitimur, necessitatis miseriae augemus. Sic enim necesse est <sup>d</sup> ut arcem quisque continentia teneat, quatenus non carnem, sed vitia carnis occidat. Nam plerumque dum plus justo caro restringitur, etiam ab exerci- tatione boni operis enervatur, ut ad orationem quoque vel prædicationem non sufficiat, dum in- centiva vitorum in se funditus suffocare festinat. Adjutorem quippe habemus intentionis internæ hunc bominem quem exterius gestamus, et ipsi insunt motus lasciviae, ipsi effectus suppetunt operationis bonæ. Sæpe vero dum in illo hostem insequimur, etiam civem quem diligimus trucidamus; et sæpe dum quasi concivi parciamus, ad prælium hostem nu- trimus. Eisdem namque alimentis vitia superbiunt, quibus nutritæ virtutes vivunt. Et cum virtus alitur, plerumque vires vitiiis augmentur. Cum vero immensa continentia vitiorum vires extenuat, etiam virtus deficiens anhelat. Unde necesse est ut interior homo, noster æquus quidam arbitrè præsideat inter se, et eum quem exterius gestat, quatenus ei homo suus

<sup>b</sup> Ed., et tanto gula. Nostri MSS. habent gulanam

<sup>c</sup> Gussanv., cum recent. aliis, libere reficiendo fal- timur..... ex voluntate decipitur. Sequimur MSS. An- glie., Norm., Longip., Corb. Germ., Laud., Turon., Vindoc., etc., necnon vet. Edit. Paris. et Basil.

<sup>d</sup> Recent. Vulgati, ut artem. Vet. Edit. Paris. et Basil. consentiant MSS. Norm., Corb. Germ. Laud. etc., quos sequimur

exterior et semper ad debitum ministerium servire sufficiat, et nunquam superbe libera cervice contradicat; nec moveat si quid suggerendo submurmurata, dummodo eum semper superposita calce dominationis premat. Sicque fit ut dum repressa vitia reniti quidem nobis patimur, et tamen haec nobiscum congregati ex aequo prohibemus, nec vitia contra virtutem prævaleant, nec rursum virtus cum vitiorum **985** omnimoda extinctione succumbat. Quia in re sola elatio <sup>a</sup> funditus extinguitur, quia quamvis victoriae serviat, ad edomandam tamen cogitationum superbiam continua nobis pugna servatur. Unde bene hic, quia unusquisque vir continens et debite necessitati congruit, et violentia voluptati contradicit, voce dominica dicitur: *Clamorem exactoris non audit.* Quia autem discretus vir eo ad intelligenda superiora se elevat, quo in se carnis incitativa castigat, recte post contemptum exactoris clamorem subditur.

## CAPUT XIX [Rec. XV].

**Vers. 8.** — *Circumspicit montes pascue suæ.*

**64.** Ad intelligenda sublimia valet ascendere, qui carnis incitativa castigavit. — Montes pascue sunt altæ contemplationes internæ refectionis. Sancti enim viri quanto magis se exterius despiciendo dejiciunt, tanto amplius interius revelationum contemplatione pascuntur. Unde scriptum est: *Ascensus in corde ejus dispositus in convalle lacrymarum* (Psalm. LXXXIII, 6, 7), quia quos exterius in fletu continent convallis humilitatis, eos interius sublevat ascensus contemplationis. [Vet. XXIX.] Montes etiam pascue sunt sublimes virtutes angelorum. Quæ idcirco hic nos ministrando et adjuvando resciunt, quia illuc interno contemplationis rore pinguescant. Quæ quia largiente Deo in omni nos certamine protegunt, recte circumspici dicuntur. Undique enim nobis adesse circumspicimus, quorum defensione contra adversarios ex omni latere munimur. Possunt adhuc montes pascue accipi altæ sententiae Scripturæ sacræ, de quibus per Psalmistam dicitur: *Montes excelsi cervis* (Psalm. ciii, 18), quia hi qui jam dare contemplationis saltus neverunt, altos sententiarum divinarum vertices quasi cacumina inmontium ascendunt, ad quæ profecto cacumina quia insirmi pervenire non valent, recte illic subditur: *Petra refugium erinaciis* (*Ibid.*), quia videlicet invalidos non sublimiter intelligentia exercet, sed sola in Christo fides humiliiter continet. Sequitur:

## CAPUT XX.

**Ibid.** — *Virentia quæque perquirit.*

**65.** *Despectis transitoriis, in æternum mansura desiderantur.* — Arentia quippe sunt omnia quæ tem-

<sup>a</sup> *Gussav.* cum plur. Ed. legit *funditus non extinguitur.* Repugnant MSS. omnes ac vet. Edit. Paris. 1488, 1495, 1518, 1571, Basil. 1514, etc., in quibus deest negatio. Ea sane sublata, optimus manet sensus, nimurum, solum elevationis peccatum extingui, non vero sopori penitus tentationes, surrecentibus assidue cogitationibus vitiosis, bellumque moventibus. <sup>b</sup> Corb. Germ., pro sola elatio.... extinguitur, legitur sollicitio *funditus extinguitur.*

A poraliter condita venturo fine a jucunditate vita praesentis quasi æstivo sole siccantur. Virentia autem sunt vocata, quæ nulla temporalitate marcescant. Huic ergo onagro virentia perquirere, est sancto unicuique viro, despectis rebus transitoriis, in æternum mansura desiderare.

Cuncta vero haec quæ de onagro dicta sunt intellegi etiam et aliter possunt. Quæ repetito superiori versu exponimus, ut lectoris judicio quod eligendum crediderit relinquamus. Igitur postquam prædicatorum dispensatio sub cervarum prætextu descripta est, ut ostenderetur per quem haec eadem virtus prædicationis datur, illoco commemoratione de dominica incarnatione subiectiur, ut dicatur:

## CAPUT XXI.

**Vers. 5.** — *Quis dimisit onagrum liberum?*

**ALLEGORICUS SENSUS.** — **66.** *Christus onagro merito comparatur.* — Nec indignum quis judicet per tale animal incarnatum Dominum posse figurari, dum constat omnibus quia per significationem quamdam in Scriptura sacra et vermis et scarabæus ponatur, sicut scriptum est: *Ego autem sum vermis, et non homo* (Psalm. xxi, 7). Et sicut apud Septuaginta interpres per **986** prophetam dicitur: *Scarabæus de ligno clamavit* (*Habac. ii, 8*). Cum ergo nominatis rebus tam abjectis et vilibus figuratur, quid de illo contumeliose dicitur, de quo constat quod proprie nihil dicatur? Vocatur etenim agnus, sed propter innocentiam. Vocatur leo, sed propter potentiam. Ali quando etiam serpenti comparatur, <sup>c</sup> sed propter mortem vel sapientiam. Atque ideo per haec omnia dici figuraliter potest, quia de his omnibus credi ali quid essentialiter non potest. Si enim unum horum quodlibet essentialiter existaret, alterum jam dici non posset. Nam si agnus proprie diceretur, leo jam vocari non poterat. Si leo proprie diceretur, per serpentem signari non posset. Sed haec in illo omnia dicimus tanto latius in figura, quanto longius ab essentia. Potest ergo onager incarnatum Dominum designare. <sup>d</sup> Agreste quippe animal est onager. Et quia incarnatus Dominus gentilitati magis, quam Judæi profuit, animale corpus assumens, quasi non in dominum, sed potius in agrum venit. De quo agro gentilitatis per Psalmistam dicitur: *Species agri mecum est* (Psalm. xlix, 11). Incarnatus itaque Dominus qui in forma Dei sequalis est Patri, in forma servi minor est Patre, qua minor est etiam seipso (*Philip. ii*). [Vet. XXX.] Dicatur ergo a Patre de Filio secundum formam servi: *Quis dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis solvit?* Omnis quippe qui peccat, servus est peccati (*Joan. viii, 35*). Et quia incarnatus

<sup>b</sup> *Laud.* addit in loco quem posuit.

<sup>c</sup> In Ed. etiam veterioribus tantum legitur, sed propter sapientiam. Cætera suppliavit ex MSS. Anglic., Normi., Laud., Corb. Germ., Val. Cl. et al. Optime dicitur Christum comparari serpenti propter mortem; sublatum enim in crux preannuntiavit serpens in deserto exaltatus.

<sup>d</sup> Pler. MSS., *agri quippe animal*

Dominus particeps nostræ factus est naturæ, non A culpæ, liber dimissus dicitur, quia sub peccati dominio non tenetur. De quo alias scriptum est: *\* Inter mortuos liber* (Psal. xxxvii, 5). Liber dimissus dicitur, quia naturam nostram suscipiens, iniquitatis jugo nullo modo tenetur. Quem quamvis macula culpæ nostræ non attigit, passio tamen mortalitatis astrinxit. Unde et postquam liber dimissus dicitur, recte de illo adjungitur:

## CAPUT XXIII.

*Ibid.* — *Et vincula ejus quis solvit?*

67. *Hujus onagri vincula soluta sunt, cum infirmitates passionis, in resurrectionis gloriam sunt commutatae.* — Vincula quippe ejus tunc soluta sunt cum infirmitates passionis illius in resurrectionis sunt gloriam commutatae. Quasi quedam vincula Dominus habuit ea quæ nos nequitias merito patimur, nostræ mortalitatis infirma, quibus et usque ad mortem sponte ligari se voluit, et quæ per resurrectionem mirabiliter solvit. Esortire enim, sitire, lassescere, teneri, flagellari, crucifigi, nostræ mortalitatis vinculum fuit. Sed cum expleta morte velum templi rumperetur, scinderentur petræ, monumenta pandarentur, inferni claustra patescerent; quid aliud tot argumentis tantæ virtutis ostenditor, nisi quod illa infirmitatis nostræ vincula solvebantur, ut is qui ad suscipiendum servi formam venerat, in ipsa servi forma ab inferni vinculis absolutus, ad cœlum etiam cum membris liber rediret? De quibus ejus vineulis Petrus apostolus attestatur dicens: *Quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni, justa quod impossibile erat illum teneri ab eo* (Act. ii, 24). Et quia post mortem suam atque resurrectionem ad gratiam fidei gentilitatem vocare dignatus est, postquam dicta sunt soluta ejus vincula, apte subjungitur:

## CAPUT XXIII.

**987 VERS. 6.** — *Cui dedi in solitudine domum, et tabernaculum ejus in terra salsuginis.*

68. *Cui datus in solitudine locus et in terra salsuginis, cum gentilitate eum recepit.* — In gentilitate enim in qua patriarcha non fuit, b propheta non fuit; ad intelligendum Deum, qui ratione uteretur, homo pene non fuit. De hac solitudine per Isaiam dicitur: *Lætabitur deserta et invia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilyum* (Isai. xxxv, 1). Et rursum de Ecclesia dicitur: *Ponet desertum ejus quasi delicias, et solitudinem ejus quasi hortum Domini* (Isai. li, 3). Terra vero salsuginis hæc eadem solitudo repetita est, quæ priusquam veram Dei sapientiam cognoscere, salsuginem protulerat, quia nullam viriditatem boni intellectus proferens, perversa sapiebat. Do-

<sup>a</sup> In Corb. Germ., in pler. Ed. et in novissima Ed. semel legitur, *Liber*; et postea, *dimissus* dicitur. Repetitur in MSS. Anglic., Norm., Vindoc., etc. In Edit. Basil. 1514, Paris. 1495, 1518; prolati psalmi textu, *inter mortuos liber*, subditur: *inter mortuos liber dimissus*.

<sup>b</sup> Recent., reluctantibus MSS. et vet. Excusis habent: *propheta non fuit, quia ad intelligendum Deum qui ratione uteretur, pene homo non fuit.* Conclit Editis recent. Corb. Germ., nisi quod in ipso non legi-

A mum ergo in solitudine et tabernaculum in terra salsuginis accepit, c quia incarnatus pro hominibus Deus, derelicta Judæa, gentilitatis corda possedit. Unde ei Patris voce per prophetam dicitur: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* (Psal. ii, 8). Qui juxta hoc vero quod Deus est, cum Pater dat omnia, juxta hoc vero quod homo est, a Patre d accipit inter omnia, sicut scriptum est: *Potestatem dedit ei et iudicium facere, quia filius hominis est* (Joan. v, 27). Et rursum scriptum est: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus* (Joan. xiii, 1). Vel sicut ipse dicit: *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet* (Joan. vi, 37). Jam vero si queritur quid inter domum ac tabernaculum distet, domus in habitatione est, tabernaculum in itinere. Corda itaque gentilium quasi quedam tabernacula habuit veniendo, sed ea per justitiam firmans, domum fecit habitando. Et quia eorum vitam ad quos venerat imitari desponit, recte subjungitur:

## CAPUT XXIV.

**VERS. 7.** — *Contemnit multitudinem civitatis.*

69. *Multitudinis exempla non est secutus, sed sua sequenda proposuit.* Vita præsens non propter se amanda est, sed propter futuram toleranda. — Id est, mores despiciunt humanae conversationis. Homo quippe inter homines factus, usum tenere hominum moluit. Idcirco namque inter nos homo factus est, ut non solum nos sanguine fuso redimeret, sed etiam ostendo exemplo commutaret. In conversatione igitur nostra et veniendo alia invenit, et vivendo alia docuit. Studabant enim omnes superba Adam stirpe progeniti, prospera vita præsentis appetere, adversa devitare, opprobria fugere, gloriam sequi. Venit inter eos Dominus incarnatus aduersa appetens, prospera spernens, opprobria amplectens, gloriam fugiens. Nam cum Judei illum regem sibi constituere voluissent, fieri rex refugit (Joan. vi, 15). Cum vero eum interficeremolirentur, sponte ad crucis patibulum venit (Ibid., xviii, 4). Fugit ergo \* quod omnes appetunt, appetit quod omnes fugiunt. Sed cum fugit quod omnes appetunt, appetit quod omnes fugiunt, fecit quod omnes mirarentur, ut et mortuus ipse resurgeret, et morte sua alios de morte resuscitaret. [Vet. XXXI.] Duæ quippe vitæ sunt hominis in corpore consistentis, una ante mortem, alia post resurrectionem: quarum unam omnes agendo noverant, alteram nesciebant; et humanum genus soli hœc quam noverat intendebat. Venit per carnem Dominus, et dum suscepit unam; alteram demonstravit. Dum hanc nobis cognitam suscepit, illam quæ nobis est incognita ostendit. Moriendo quippe vitam exercitur, propheta non fuit.

<sup>c</sup> Corb. Germ., Prateli., Utic., Val. Cl., quia incarnatus pro hominibus, derelicta (Val. Cl. derelictæ) gentilitatis corda possedit.

<sup>d</sup> Sic MSS. Editi vero, accepit omnia. Melius, inter omnia, ut habent MSS. Modus est loquendi Gregorio nostro familiaris. Vide lib. xv, num. 20, et lib. xvi, n. 36, maxime vero lib. ii, n. 60.

<sup>e</sup> Laud. et Val. Cl., quod homines; et ita in consequentibus.

cuit quam tenemus, resurgo aperuit quam quæ ramus, **988** exemplo suo nos docens quod hæc vita quam ante mortem ducimus non propter se amanda sit, sed propter alteram toleranda. Quia ergo nova conversatione usus inter homines, mores Babyloniaz secutus non est, bene de eo scriptum est : *Contemnit multitudinem civitatis.*

**70.** *Christus multitudinem per spatio vagantem deseruit.* — Vel certe quod multos per spatiostam viam vagantes deseruit, <sup>a</sup> et per angusta gradientes paucos elegit. Multitudinem namque civitatis contemnere est humani generis partem quæ latam viam ingreditur (*Matth. vii, 13*), quæ et pro abundantia iniquitatis multa est, a regni sti sorte reprobare. Sequitur :

#### CAPUT XXV.

*Ibid. — Clamorem exactoris non audit.*

**71.** *Exactoris, scilicet diaboli clamorem non audit.* — Sicut supra dictum est, quis hoc loco exactor accipi nisi diabolus potest? Qui male suadendo spem contulit immortalitatis, sed decipiendo exigit tributum mortis; qui suadendo intulit culpam, <sup>b</sup> savenido exigit peccatum. Hujus exactoris sermo est ante mortem hominis astuta persuasio, clamor vero ejus est violenta jam rapina post mortem. Quos enim ante mortem latenter intercepit, hos ad supplicium sui consortium post mortem violenter rapiit. Sed quis ad mortem veniens Dominus, hujus exactoris violentos impetus non expavit, sicut ipse ait : *Venit enim princeps hujus mundi et in me non habet quidquam* (*Joan. xiv, 30*), bene dicitur : *Clamorem exactoris non audit.* Venit quippe ad eum exactor humani generis, quia illum hominem vidit. Sed quem iniuritate despectum hominem credidit, virtute supra hominem sensit.

[*Rec. XVI.*] **72.** *Hujus exactoria typus, Laban; Christi, Jacob; Ecclesiae, Rachel fuit.* — Hujus mirum exactoria typum Laban tenuit, quando cum furore veniens sua apud Jacob idola requisivit (*Genes. xxxi, 1, seq.*). Laban quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio autem non inconvenienter diabolus accipitur; qui cum sit tegebrosus ex merito, <sup>c</sup> transfigurat se in angelum lucis (*II Cor. xi, 14*). Illic servivit Jacob, id est ex parte reproborum Iudeicus populus, cuius ex carne incarnatus Dominus venit. Potest etiam per Laban mundus hic exprimi, qui cum furore Jacob persecutur, quia electos quoque qui Redemptoris nostri membra sunt, persecutando opprimere conatur. <sup>d</sup> Hujus filiam, id est sive mundi, sive diaboli, Jacob abstulit, cum sibi Christus Ecclesiam ex gentilitate conjunxit. Quam et de domo patris abstrahit, quia ei per Prophetam dicit : *Obliviscere populum tuum, et domum patris tui* (*Psal. xliv, 11*). Quid vero in idolis, nisi avaritia designa-

<sup>a</sup> Corb. Germ., Ebrolc., aliquique Norm., et per angustam, sc. viam.

<sup>b</sup> Laud., serviendo intulit peccatum.

<sup>c</sup> Nonnull. Ed., transfigurat se velut in angelum.

<sup>d</sup> Laud. et Val. Cl., hujus filiam, id est mundi, Jacob abstulit.

**A** tur? Unde per Paulum dicitur : *Et avaritia, quæ est idolorum servitus* (*Coloss. iii, 5*). Laban ergo veniens apud Jacob idola non inventat, quia ostensis mundi thesauris, diabolus in Redemptore nostro vestigia concupiscentiae terrenæ non reperit. Sed quæ Jacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe, quæ et ovis dicitur, Ecclesia figuratur. Sedere autem, est humilitatem paenitentiam appetere, sicut scriptum est : *Surgite postquam sedentilis* (*Psal. cxxvi, 2*). Rachel ergo idola sedendo operuit, quia sancta Ecclesia Christum sequens terrenæ concupiscentiæ vitia paenitendo texit. De hac coopertione vñiorum • per Psalmistam dicitur : *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum lecta sunt peccata* (*Psal. xxxi, 1*). Nos igitur Rachel illa **989** signavit, qui idola sedendo premimus, si culpas avaritiae paenitendum damnamus. Quæ utique avaritia illis non solet evenire, qui in via Domini viriliter currunt, quibus dicitur : *Viriliter agite, et confortetur cor vestrum* (*Psal. xxx, 25*), sed his maxime qui quasi effeminato gressu gradientes per blandimenta seculi resolvuntur. Unde et illic ejusdem Rachelis hæc verba sunt : *Juxta consuetudinem seminarum nunc accidit mihi* (*Genes. xxxi, 35*). Apud Jacob ergo idola Labau non reperit, quia exactor calidius quid in Redemptore nostro reprehenderet, non invenit. De quo exactore Redemptori nostro gentilitatem ab ejus dominio liberanti per prophetam dicitur : *Jugum enim oneris ejus, et virginem humeri ejus, et sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in die Madian* (*Ipsi. ix, 4*). Eripiens quippe gentilitatem Dominus, superavit jugum oneris ejus, cum eam adventu suq ab illa demoniacæ tyrannidis servitute liberavit. Superavit virginem humeri ejus, <sup>e</sup> cum persecutionem illius, quæ ex perverso opere graviter deprimebat, ab humano genere & redempto compescuit. Superavit sceptrum exactoris ejus, cum regnum ejusdem diaboli, qui pro pestifera perpetratione vñiorum exigere consueverat debita tributa posnarum, de fidelium corde destruxit.

[*Vet. XXXII, Rec. XVII.*] **73.** *Gedeonis contra Madianitas insq[ue]ns pugna, Christi certamen præsignavit.* — Sed quomodo hæc acta sunt audiamus. Subjugatum est illico : *Sicut in die Madian.* Non abs arbitrio si hoc Madianitarum bellum quod in comparatione adventus Dominici a propheta vigilanter illatum est aliquando latius disseramus. In libro quippe *Judicum* (*Judic. viii, 1 seq.*), Gedeon contra Madianitas dimicasse describitur. Is cum exercitus multitudinem ad bella produceret, divina illi admonitione præceptum est ut ad fluvium veniens, omnes quos flexis genibus aquas haurire conspiceret, a bellorum conflitu removeret. <sup>f</sup> Actumque est ut trecenti viri tantummodo, qui stantes manibus aquas hauserant, remanerent. Cum his ad prælium pergit, eosque non

<sup>e</sup> Vindoc. et Corb. Germ., per prophetam.

<sup>f</sup> Quidam Ed., cum persecutionem.

<sup>g</sup> Gilot. et al. Ed., Redemptor.

<sup>h</sup> Norm., Val. Cl. et nonnulli, actumque est, et treceni... remanserunt,

armis, sed tubis, lampadibus et lagenis eranvit (*Ibid.*, 19, seq.). Nam, sicut illuc scriptum est, accessas lampades minorant intra lagunculas, et tubas in dextra, lagenas autem in sinistra tenuerunt; et ad hostes suos continuo venientes, cecinerunt tubis, confreguerunt lagunculas, et lampades apparuerunt; et hinc tubarum sonitu, illuc lampadum coruscatione territi hostes, sunt in fugam conversi. Quid hoc est, quod tale bellum per prophetam ad medium adducitur, et advenit Redemptoris nostri iustus pugnae victoria comparatur? Ab indicare propheta nobis studuit, quod adversarius Redemptoris nostri contra diabolum illa sub Gedeon duce pugnae victoria designauit? Tali illuc nimur aetia sunt, que quanto magis usum pugnandi trahunt, tanto amplius a prophetandi mysterio non recedunt. Quis enim unquam cum lagenis et lampadibus ad praelium venit? Quia contra arma veniens, arma deseruit? Ridicula nobis haec profecto fuerant, si terribilia hostibus non fuissent. Sed Victoria ipsa testante didicimus, ne parvi bac que facta sunt perpendamus. Gedeon itaque ad praetium veniens, Redemptoris nostri signat advenitum, **990** de quo scriptum est: *Tollite portas et principes restras, et elevamini portae aeternales, et introibit rex gloria. Quis existimet gloria? Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio* (*Psal. xxiii*, 7). Hic Redemptorem nostrum non solum opere, sed etiam nomine prophetavit. Gedeon namque interpretatur, circumiens in utero. Dominus enim noster per maiestatis potentiam omnia complectitur, et tamen per dispensationis gratiam intra uterum Virginis et humanitatem sumens venit. Quis est ergo circumiens in utero, nisi omnipotens Deus sua dispensatione nos redimens, divinitate cuncta complectens, et humanitatem intra uterum sumens? In quo utero et incarnatus est, et clausus non est, quia et intra uterum fuit per infinitam substantiam, et extra mundum per potentiam maiestatis. Median vero interpretatur, de judicio. Ut enim hostes ejus repellendi destruendique essent, non de vitio repellentis, sed de judicio juste iudicantis fuit. Et idcirco de judicio vocantur, quia alieni a gratia Redemptoris, justæ damnationis meritum etiam in vocabulo nominis trahunt.

[Vet. XXXIII.] 74. Quid significant trecenti milites cum Gedeone pugnantes. — Contra hos Gedeon cum trecentis pergit ad praelium. Solet in centenario numero plenitudo perfectionis intelligi. Quid ergo per ter dictum centenarium numerum designatur, nisi perfecta cognitio Trinitatis? Cum his quippe Domi-

<sup>a</sup> Corb. Germ., Gilot., Guisanv. et plur. Ed., lampades operuerunt; cast. MSS. et vet. Edit. Paris. et Basil., apparuerunt; quam lectionem anteponendum duximus.

<sup>b</sup> Editi, cum Corb. Germ., ne parva haec; melius, ne parvi; quod legitur in MSS. Norm., Vindoc., Laud., Val. Cl., etc.

<sup>c</sup> Val. Cl.; principis vestri.

<sup>d</sup> Al., hunc Redemptorem. Interpretationis nominis Gedeon que subjicitur ratio nos latet; certe locum non habet in fonte Hebr. Attamen in I. de Nomin. Hebr. sancti Hieronymi, Edit. Paria. 1546, etc., le-

nos poster adversarios fidei et destruit, cum his ad predicationis bella descendit, qui possunt divina cognoscere, qui scium de Trinitate, quæ Deus est, perfecta sentire. Notandum vero est quia iste trecentorum numerus in tau littera continetur, quæ crucis speciem tenet. Cui si super transversam linneam id quod in cruce eminet adderetur, non jam crucis species, sed ipsa crux esset. Quia ergo iste trecentorum numerus in tau littera continetur, et per tau litteram, sicut diximus, species crucis ostenditur, non immerito in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designati sunt, quibus dictum est: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me (*Luc. ix*, 23). Qui sequentes Dominum tanto verius crucem tollunt, quanto acris et se edomant, et erga proximos suos charitatis compassione cruciantur. Unde et per Ezechiel prophetam dicitur: *Signa tau super frontes virorum gementium et dolentium* (*Ezech. ix*, 4). Vel certa in his trecentis, qui in tau littera continentur, hoc exprimitur, quod ferrum hostium crucis ligno supereretur. Ductique sunt ad fluvium, ut aquas biberent, et quicunque aquas flexis genibus hauserunt, a bellicosa intentione remoti sunt. Aquis namque, doctrina sapientie; stante autem genu, recta operatio designatur. Qui ergo dum aquas bibunt, genuflexisse prohibentur, a bellorum certamine prohibiti recesserunt, quia cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad praelium, qui cum doctrina fluente hauriunt, rectitudinem operum non inflectunt. Omnes quippe **C**uius bibisse aquam, sed non omnes recto genu stetisse narrati sunt. Reprobataque sunt, qui genua, dum aquas biberent, inflexerunt; quia attestante Apostolo: *Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed 991 factores legis justificabuntur* (*Rom. ii*, 13). Quia enim, ut diximus, dissolutio operum in ipsa genuum incurvatione signatur, recte rursum per Paulum dicitur: *Remissas manus et dissoluta genua erigitte, et gressus rectos facite pedibus vestris* (*Hebr. xi*, 12). Hi ergo Christo duce ad bellum procedunt, qui hoc quod ore annuntiant opere ostendunt, qui fluente doctrinæ spiritualiter hauriunt, nec tamen in pravis operibus inflectuntur carnaliter, quia sicut scriptum est: *Non est speciosa laus in ore peccatoris* (*Ecli. xv*, 9).

D 75. Quid tubæ, lampades et lagenæ, cum quibus ad praelium perreixerunt, et hostes debellarunt. — Itum ergo est ad praelium cum tubis, cum lampadibus, cum lagenis. <sup>e</sup> Inusitatus iste, ut diximus, fuit ordo

gitor: *Gedeon circumiens in utero, vel inutile, sive tentatio iniquitatis eorum; verba autem in utero vel inutile, sive tentatio iniquitatis eorum; verba autem in utero vel inutile in nov. Edit. non comparent.*

<sup>f</sup> Deest humanitatem sumens, in Norm., Vindoc., Val. Cl. et Corb. Germ.

<sup>g</sup> Ebrioic. et Vindoc., extra uterum.

<sup>h</sup> Pratel. et Vindoc., stravit.

<sup>i</sup> Corb. Germ., Vindoc., Norm., Laud., etc., procedunt.

<sup>j</sup> Idem Cod., Atque iste, ut diximus, fuit ordo praelandi.

præliandi. Cecinerunt tubis, et sinistris lagenæ te- nebanter: intra lagenas autem sunt missæ lampades; confractis vero lagenis lampades ostense sunt, qua- ruim coruscante luce, hostes territi in fugam vertun- tur. Designatur itaque in tubis clamor prædicantium, in lampadibus, claritas miraculorum, in lagenis fra- gilitas corporum. Tales quippe secum dux noster ad prædicationis prælium duxit, qui despacta salute corporum, hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladios non armis, non gladiis, sed patientia supera- rent. Armati enim venerunt sub duce suo ad prælium martyres nostri; sed tubis, sed lagenis, sed lampadibus. Qui sonuerunt tubis, dum prædicant; confre- runt lagenas, dum solvenda in passione sua corpora hostilibus gladiis <sup>a</sup> opponunt; resplenduerunt lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis co- ruscaverunt. Moxque hostes in fugam conversi sunt; quia dum mortuorum martyrum corpora miraculis coruscare conspiciunt, luce veritatis fracti, quod im- pugnaverunt, crediderunt. Cecinerunt ergo tubis, ut lagenæ frangerentur; lagenæ fractæ sunt, ut lampades apparerent; apparuerunt lampades, ut hostes in fugam verterentur; id est, prædicaverunt martyres, donec eorum corpora in morte solverentur; corpora eorum in morte soluta sunt, ut miraculis corusca- rent; coruscaverunt miraculis, ut hostes suos ex di- vina luce prosternerent, quatenus nequaquam Deo erecti resisterent, sed eum subditi formidarent.

76. *Fidei prædicatores plus morte sua, quam prædicatione profecerunt.* — Et notandum quod steterunt hostes ante lagenas, fugerunt ante lampades, quia nimirum persecutores sanctæ Ecclesiæ, fidei prædi- catoribus adhuc in corpore positis resisterunt; post solutionem vero corporum apparentibus miraculis in fugam versi sunt, quia, pavore conterriti, a persecu- tione fidelium cessaverunt. Prædicatione scilicet tu- barum, fractis lagenis corporum, visis timuerunt lampadibus miraculorum.

[Vet. XXXIV.] 77. *Cui major est cura corporis quam prædicationis, metuenda reprobatio.* — Intuen- dum est etiam id quod illuc scriptum est, quia in dextera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerunt. Pro dextero enim habere dicimus quidquid pro magno pensamus; pro sinistro vero quod pro nihilo ducimus. Bene ergo illuc scriptum est quod in dex- tera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerunt, quia Christi martyres pro magno habent prædicationis gratiam, corporum vero utilitatem pro minimo. Quis- quis enim plus facit utilitatem corporis, quam gra- tiam prædicationis, in sinistra tubam, atque in dex- tera lagenam tenet. Si enim priori loco gratia prædicationis attenditur, **992** et posteriori utilitas corporis, certum est <sup>b</sup> quia in dextris tubæ, et si- nistris lagenæ teneantur. Hinc Dominus in Evangelio ait: *Neque accendent lucernam, et ponunt eam sub*

<sup>a</sup> Ita Turon., Vindoc., Laudun., Corb. Germ., Val. Cl. et vet. Edit. Recentioribus magis placuit suppo- nunt.

<sup>b</sup> Vindoc., Pratel., Val. Cl., quia a dextris... et a sinistris.

modo, sed super candelabrum (*Math. v. 15*). In mo- dio enim commodum temporale, in lucerna autem lux prædicationis accipitur. Lucernam ergo sub mo- dio <sup>c</sup> ponere est propter temporale commodum, gratiam prædicationis abscondere, quod nemo uti- que electorum facit. Et bene illic additur: <sup>d</sup> *Sed super candelabrum.* In candelabro enim status corpo- ris designatur, cui lucerna superponitur, dum eidem corpori cura prædicationis antefertur. Bene itaque per Prophetam dictum est: *Sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in die Madian* (*Isai. ix. 4*). Sed quia exponendi propheticæ testimonii gratia longe digressi sumus, ad operis nostri ordinem revertamur. Igitur postquam dictum est: *Clamorem exactoris non eridiq;* quia videlicet antiqui hostis insidias Dominus in carne manifestatus desperit, quid etiam de electis suis fecerit recte subjungit, dicens:

#### CAPUT XXVI.

VERA. 8. — *Circumspicit montes pascue sue.*

78. *Etiam superbos in sua membra transformavit Christus. Convertit eos quos aspicit.* — Montes accipi- mus omnes elatos hujus saeculi, qui in corde suo alti- tudine terrena tumuerunt. Sed quia etiam tales Do- minus Ecclesiæ sua corpori conversos inviserat, eosque a priori elatione commutans, in sua membra transformat, isti montes pascue ejus sunt, quia mi- mirum de conversione errantium, et de superborum humilitate saliatur, sicut ipse ait: *Mens cibis est, ut faciam voluntatem ejus qui me misit* (*Joan. iv. 34*). Et sicut apostolis ad prædicationem missis præcepit, di- cens: *Operamini non cibum qui perit, sed qui perma- net in vitam æternam* (*Joan. vi. 27*). De his montibus per Prophetam dicitur: *Non repellet Dominus plebem suam, quoniam in manu eius sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipse conspicit* (*Psal. xciv. 4*). Altitudines enim montium elationes sunt utique su- perborum. Quas Dominus conspicere dicitur, id est ab iniuitate sua in melius commutare. Convertit namque Dominus eum quem conspicit. Unde scri- ptum est: *Conversus Dominus respexit Petrum, et re- cordatus est Petrus verbi Domini sicut dixerat: Quis priusquam gallus cantet, ter me negabis; et egressus fo- ras flevit amare* (*Luc. xxii. 61*). Et sicut Salomon ait: *Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum in- tuitu suo* (*Prov. xx. 8*). De hoc respectu montium rursus per prophetam dicitur: *Montes sicut cere fluxerunt a facie Domini* (*Psal. xcvi. 5*), quia post perversitatis sue duritiam, divina formidine lique- facti, ab illo prius rigido tumore <sup>e</sup> substrati sunt.

79. *Bonis operibus conversorum pascitur. Magnum Christo convivium fecit Matthæus, ino fuit.* — Intuen- dum etiam quod non ait inspicit, sed circumspicit montes pascue sue. In Judæa quippe incarnatus est Dominus, quæ posita in medio gentium fuit. <sup>f</sup> Atque ideo circumspexit montes, quia elatus hujus saeculi

<sup>c</sup> Val. Cl., tenere.

<sup>d</sup> Vindoc., *Sed supra candelabrum.*

<sup>e</sup> Recent. Vulgati, *subtracti sunt; contemptus Mae-* et vet. *Editis.*

<sup>f</sup> *Sic laud., Val. Cl., Vindoc., Norm., nec nom*

circumquaque positos ex gentilitatis universitate colligit. In his itaque montibus pascitur, quia bonis operibus conversorum quasi herbis virentibus satiat. Hinc est quod ei sponsæ voce in Canticis cantorum dicitur: *Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie* (*Cant. i, 6*). Pascitur quippe Dominus, cum bonis nostris actibus delectatur. Cubat vero in meridie, cum ex desideriis carnalibus ardenti corde reproborum apud **993** electorum suorum pectora refrigerium invenit cogitationis bona. Mons enim quidam Matthæus fuerat, quando in telonii lucis tuncibat; de quo et scriptum est quia postquam credidit, invitato in domum suam Domino, convivium magnum fecit (*Luc. v, 29*). Mons itaque iste huic onagro <sup>a</sup> virentis pascuae herbas protulit, quia et foris eum convivio, et intus epulis virtutum pavit. Quod adhuc plenissime expletur, cum subditur:

## CAPUT XXVII.

*lamb. — b Virentia quæque perquirit.*

80. *Arentia corda Christus deserit; fide ac sperventia requirit.* — Arentia enim deserit, et virentia quæque perquirit. <sup>c</sup> Arentia namque corda sunt hominum, quæ in hujus æculi spe peritura plantata, æternitatis fiduciam non habent.<sup>d</sup> Virent autem quæ illi hæreditati inhærent, de qua Petrus apostolus dicit: *In hæreditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem* (*I Pet. i, 4*). Tanto enim verius quique virentes sunt, quanto in hæreditatis immarcescibilis sorte cogitationis radicem figunt. Quisquis itaque intrinsecus arere formidat, arenitia extrinsecus mundi hujus desideria fugiat. Quisquis a Domino perquiri desiderat, æternam patriam appetens, in interna cordis plantatione viridescat.

81. *S. Gregorii modestia et humilitas.* — Hæc autem de onagro exposita sub dupli intellexu <sup>e</sup> sufficiant. Lectoris vero judicio relinquendum est quid magis duxerit eligendum. Et si utriusque expositionis intelligentiam fortasse despexerit, libenter ipse lectorum meum subtilius veriusque sentientem, velut magistrum discipulus <sup>f</sup> sequar, quia mibi proprie donatum credo, quidquid illum me melius sentire cognosco. [*Vet. XXXV.*] Omnes enim qui fide pleni de Deo aliquid sonare nitimus, organa veritatis sumus; et in ejusdem veritatis potestate est, utrum per me sonet alteri, an per alterum mihi. Ipsa quippe in medio nostri, etiam non æque viventibus omnibus <sup>g</sup> aqua est, et sæpe aliud tangit, ut bene audiat quod per aliud ipsa sonuerit; sæpe vero aliud tangit, ut bene quod ab aliis audiatur sonet.

82. *Sæpe doctori verbum aut propter auditoris meriti.*

*vet. Edit. In recent. cum Corb. Germ., Atque inde.*

<sup>a</sup> *Laud. et Val. Cl., virentes.*

<sup>b</sup> *Pratel. ac Vindoc., Et virentia.*

<sup>c</sup> *Laud. et Val. Cl., aren. .... corde..*

<sup>d</sup> *Ebroic. aliisque Norm., Vindoc. et Corb. Germ., virentia autem.*

<sup>e</sup> *Al., incorruptibilis.*

<sup>f</sup> *Val. Cl. proficiant.*

<sup>g</sup> *Corb. Germ., Laud. et Val. Cl., sequor.* — *A* tum tribuitur, aut propter cuiam subtrahitur. — Sæpe doctori verbum pro gratia tribuitur auditoris, et sæpe propter auditoris culpam subtrahitur sermo doctori. In his ergo quæ ubertim prædicat doctor, nulla elatione se effusat, ne fortasse **994** non pro sua, sed pro auditoris reprobatione torpescat. <sup>i</sup> Pro auditoris namque gratia boni, datur etiam malis sermo doctoribus, sicut potuerunt Pharisæi suppetero verba prædicationis, de quibus scriptum est: *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate et facite; secundum vero opera eorum nolite facere* (*Math. xxiii, 3*). Propter auditorum vero reprobationem bonis etiam doctoribus sermo subtrahitur, sicut ad Ezechielem contra Israel dicitur: *Linguam tuam adhædere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans, quia domus exasperans est* (*Ezech. iii, 26*).

83. *Aliquando pro doctoris et auditorum merito vel culpa, datur aut negatur. De accepto nemo extollatur. Spem comitetur timor.* — Aliquando autem sermo prædicationis propter utrosque datur, aliquando propter utrosque subtrahitur. Propter utrosque enim datur, sicut divina voce Paulo apud Corinthios dicitur: *Noli timere, sed loquere* (*Act. xviii, 9*). Et paulo post: *Quia populus multus est mihi in hac civitate* (*Ibid. 10*). Propter utrosque vero subtrahitur, sicut Heli sacerdos et pravam filiorum cognovit actionem, et dignam increpationis non exercuit vocem; <sup>C</sup> cum profecto futurum esset ut in mortis supplicio et istos reatus flagitii, et illum silentii pena multaret (*I Reg. iii, 12, seq.*). Inter hæc igitur cum vel pro quo sermo detur, vel propter quem subtrahatur, ignoramus, unum est salubre remedium, nec de his <sup>i</sup> quæ alii magis accepimus, nosmetipso extollere, nec de eo alterum quod minus acceperit irridere; sed fixo humilitatis pede, graviter et constanter incedere, quia in hæ vita tanto veracius docti sumus, quanto doctrinam nobis a nobismetipso suppetero nou posse cognoscimus. Cur ergo quilibet de doctrina superbiat, qui occulto judicio vel cui quando detur, vel quando cui subtrahatur ignorat? Quamvis enim securitati timor semper longe videatur abesse, nobis tamen nihil est securius quam sub spe semper timere, ne incauta mens aut desperando se <sup>k</sup> in vitiis dejiciat, aut extollendo de donis ruat. Ante districti enim ac pii judicis oculos quanto de se sub spe humilius trepidat, tanto in illo robustius stat.

<sup>h</sup> *Corb. Germ., Laud. et Val. Cl., sequor.*

<sup>i</sup> *Pratel. et Val. Cl., æque est.*

<sup>j</sup> *Sic Vindoc., Ebroic. et al. Norm., cæterique passim Msa. licet in Editis et in Corb. Germ. legatur, pro auditoris namque gratia, datur bonus.*

<sup>k</sup> *Pratel., quæ illis.*

<sup>l</sup> *Vindoc. et Norm., in vitiis.*

# LIBER TRIGESIMUS PRIMUS.

*Explicatur versus nonus cum reliquis capitilis XXXIX, omissis tantum tribus ultimis; et divina gratia, in Evangelii prædicatione peccatorumque conversione, efficacia præsertim demonstratur.*

## CAPUT PRIMUM.

**995** *1. Infictum homini a superbo diabolo vulnus, Dei humilitate sanatum — In paradiſo sano homini diabolus invidens superbis vulnus infixit, ut qui mortem non acceperat conditus, a meretur elatio (Genes. iii). Sed quia divinæ potentiae suppetit, non solum bona de nîbilo facere, sed ea etiam ex malis quæ diabolus perpetraverat, reformare, contra hoc infictum vulnus superbientis diaboli medicina apparuit inter homines humilitas Dei, ut auctoris exemplo humiliati surgerent, qui imitatique hostis elati ceciderant. Contra ergo superbientem diabolum apparuit inter homines homo factus humilius Deus. Hunc potentes hujus sæculi, id est membra diaboli superbientis, eo despicabilem crediderunt, quo humilem conspexerunt. Vulnus enim cordis eorum quanto magis tumuit, tanto amplius b medicamentum mite despexit. Repulsa igitur a vulnere superborum medicina nostra pervenit ad vulnus humiliū : Infirma quippe mundi elegit Deus, ut confundat fortia (I Cor. i, 27); actumque est cum pauperibus quod post etiam divites etiā mirarentur. Nam dum novas in illis virtutes aspiciunt, eorum quorum prius contempsero vitam postmodum obstupuere miracula. Unde mox pavidi ad sua corda redeuntes, extumperunt sanctitatem in miraculis, quam despexerant in præceptis. Per infirma ergo confusa sunt fortia, quia dum in venerationem vita surgit humiliū, elatio cecidit superborum. Igitur quia beatus Job sanctæ Ecclesiæ typum tenet, et omnipotens Deus prævidit quod in primordiis nascentis Ecclesiæ, potentes hujus sæculi leve ejus jugum suscipere crassa cordis cervice recusarent, dicat :*

## CAPUT IX.

**CAP. XXXIX, vers. 9. — Numquid volest rhinoceros servire tibi?**

*2. Per rhinocerotem intelligendi elati et potentes a Christo domiti, et Ecclesiæ servire coacti. Eorum superbiam miraculis fregit. — Rhinoceros enim indomita omnino natura est; ita ut si quando captus fuerit, teneri nullatenus possit. Impatiens quippe, ut fertur, illico moritur. Ejus vero nomen Latina lingua interpretatum sonat, in nare cornu. Et quid aliud in nare nisi fatuas, quid in eorum nisi*

*\* Recent. Editi cum Germ., moreretur. Ita quoque Codex Laud. At melius Corb. Germ., Vindoc., Ebroic. aliquie Norm., mereretur, quod etiam legitur in vet. Edit. Paris. et Basil.*

*b Editi, medicamentum vitae. Secuti sumus MSS. Anglic. Norm., Vindoc., duos Germ. et Laud. In Turon. et Val. Cl. legitur, medicamentum mente despexit, mutato procul dubio per hallucinationem τῷ mite in mente.*

*c Laud. et Val. Cl., rhinocerus; et ita postea.*

*d Corb. Germ., Vindoc., Ebroic., Pratel. aliquie Norm., et circumplexa.*

**A** elatio designatur? Nam quia in nare fatuas solet intelligi, Salomone attestante didicimus, qui ait: *Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua* (Prov. xi, 22). Hæreticam namque doctrinam nitore vidit eloquii resplendere, nec tamen sapientiae apto intellectu congruere, et ait: *Circulus aureus in naribus suis, id est pulchra et circumflexa locutio in sensibus mentis stultæ, cui ex eloquio aurum pendet, sed tamen ex terrenæ intentionis pondere, more suis, ad superiora non respicit. Quod securus exposuit, dicens: Mutier pulchra et fatua; id est, doctrina hæretica: pulchra per verbum, fatua per intellectum. In cornu vero, quia elatio frequenter accipitur,*

**B** Propheta attestante didicimus, qui ait: *Dixi iniquis, nolite inique agere, et delinquentibus, nolite exaltare cornu* (Psal. LXXIV, 5). Quid ergo in rhinocerote hoc nisi potentes hujus sæculi designantur, vel spse in eo summæ principatum potestates, qui typho fatuæ jactationis elati, dom falsis exterius instantur honoribus, veris miseriis inutis inanescunt? Quibus bene dicitur: *Quid superbis, terra et cinsi* (Ecli. x, 9)? In ipsis vero initii nascentis Ecclesiæ, dum contra illam divitum se potestas extolleret, atque in ejus necem immensitate tantæ crudelitatis anhelaret, dum tot cruciatibus anxia, tot persecutionibus pressa succumberet, quis tunc credere potuit quod illa recta et aspera superborum colla sibi subjiceret, et jugo sancti timoris edomita, mitibus fidei loris ligaret? Diu quippe in exordiis suis rhinocerotis hujus cornu venitata, et quasi funditus interimenda percussa est. Sed divina gratia dispensante, et illa moriendo vivificata convuluit, et cornu suum rhinoceros iste feriendo honestus inclinavit; quodque impossibile hominibus fuit, Deo difficile non fuit, qui potestates hujus mundi rigidas non verbis, sed miraculis fregit. Ecce enim quotidie servire rhinocerotes agnoscimus, dum potentes mundi hujus, qui in virtibus suis fatu duduſ fuerant elatione confisi, Deo subditos jam videmus. Quasi de quodam indolento rhinocerote Dominus loquebatur, cum diceret: *Dives difficile intrabit in regnum cœlorum* (Math. xix, 23). Cui cum responsum esset: *Et quis poterit salvus fieri?* Illic adjunxit: *Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.* (Ibid., 26). Ac si

*\* Val. Cl., sed . . . intentionis pondere, sus ad superiora non resp.*

*† Germ. Vindoc., plér. Norm., Laud., Corb. Germ., Val. Cl., quia frequenter superbis.*

*‡ Germ., Vindoc., Laud., Val. Cl., et Corb. Germ., quid superbis.*

*§ Germ., Corb. Germ., Ebroic., aliquie Norm., quod illa erecta.*

*¶ Val. Cl., vivificata cornu convuluit.*

*|| Al., rhinocerotas, ut est in Germ., Vindoc. et Laud.*

diceret : Rhinoceros iste humanis viribus mansuetus non potest, sed tamen divinis subdi miraculis potest. Unde hic quoque apostoli beato Job sanctae Ecclesiae typum tenenti dicitur : *Nunquid volet rhinoceros servire tibi?* [Rec. II.] Subaudis : Ut mihi, qui eum prædicamentis quidem hominum diu resistere pertuli, sed tamen repente, cum volui, miraculis stravi. Ac si apertius dicat : Nunquid bi qui fatus elatione superbiant sine mea adjutoriis tua prædicationi subduntur? Per quem itaque prævales considera, et in omne quod prævales elationis sensum inclina. Vel certe ad beati Job notitiam pro humilia da ejus virtute deducitur, quam mira quandoque per apostolos agantur, qui mundum Deo subjiciunt, eique edomitam potentiam hujus sæculi superbiam flectunt, ut tanto de se beatus Job minus estimet, quanto aggregari Deo tam difficiles animas per alios videt. Dicat ergo : *Nunquid volet rhinoceros tibi?* Subaudis : Sicut per eos quos migrerо serviet mibi. Sequitur :

## CAPUT III [Vet. II].

**997** Iap. — *Aus morabitur ad præsepe tuum?*

3. Scripturæ sanctæ paulo Christus hos rhinoceros nutrit. — Præsepe hoc loco ipsa Scriptura sacra non inconvenienter accipitur, in qua verbi paulo animalia sancta satiantur, de quibus per Prophetam dicitur : *Animalia tua habebunt in ea* (Psal. lxvii, 11). Hinc etiam paulus Dominus a pastoribus in præsepi reperitur (Luc. ii, 16), quia ejus incarnatione in ea quæ nos fecit Prophetarum, scriptura cognoscitur. Rhinoceros itaque iste, videlicet omnis elatus in primordiis pascentis Ecclesiae, cum patriarcharum dicta, cum prophetarum mysteria, cum Evangelii arcana audiret, irridebat, quia tanto in prædicatorum præsepi claudi satiarique contempserat, quanto in voluptatibus propriis dimissus, desperationis suæ campum tenebat. Quem superhorum campum bene Paulus insinuat, dicens : *Qui desperantes semelipsos tradiderunt impudicitiae in operationem immunditiae omnis, in avariam* (Ephes. iv, 19). Tanto enim se quisque in malis præsentibus latius relaxat, quanto post hanc vitam se assequi bona aeterna desperat. Sed omnipotens Deus diu quidem rhinocerotem hunc per prava voluntatis campum vagantem pertulit, et tamen cum voluit, repente ad suum præsepe religavit, ut vita paulum bene clausus accipiat, ne vitam funditus male liber amittat. Ecce enim iam cernimus quod potentes hujus sæculi, ejusque principes prædicamenta dominica libenter audiunt, constanter legunt, <sup>4</sup> passimque a præsepi non exiunt, quis præcepta Dei, quæ aut legendo, aut audiendo cogoscunt, nequaquam vivendo transcendent; sed ad verbi paulum quasi clausi stare sequuntur tolerant, ut edendo et permanendo pingueuant. Quod cum Deo agente conspicimus, quid aliud quam rhinocerotem hunc ad præsepe moran-

tem videmus? Quia vero post acceptum peccatum prædicationis rhinocerotem iste fructum debet ostendere operis, recte subjugatur :

## CAPUT IV [Vet. et Rec. III].

VERS. 10. — *Nunquid alligabis rhinocerotem ad arandum lora tua?*

4. Sæculi principes divina præcepta quibus alligantur, prædican et servari carant. — Lora sunt Ecclesiae præcepta disciplinae. Arare vero est per prædicationis studium humani pectoris, terram vovere linguae proscindere. Illic igitur rhinocerots quondam superbus ac rigidus jam nunc loris fidei tenetur ligatus; atque a præsepi ad arandum ducitur, quia eam prædicationem qua ipse refectus est innovescere et aliis conatur. Scimus enim rhinoceros iste, terrenus videlicet princeps, quanta prius contra Dominum crudelitate sacerdotierit, et punc agente Domine cernimus quanta se ei humilitate substernit. Illic rhinoceros non solum ligatus, sed etiam ad arandum ligatus est, quia videlicet disciplinae loris astrictus, non solum se a pravis operibus retinet, sed etiam in sanctæ fidei prædicationibus exercet. Ecce enim, sicut superius dictum est, ipsos humana rerum rectores ac principes dum metuere Deum in suis actionibus cernimus, quid aliud quam loris ligatos videmus? Cum vero eam fidem, quam dum persequendo impugnaverant, nunc protalis legibus prædicare non cessant, quid aliud faciunt, nisi aratri laboribus insudant?

5. Sæcularis potestatis et humilitatis christiana missus consensus. — Libet videre hunc rhinocerotem, id est terræ principem fidei loris ligatum, quem admodum **998** et cornu portat per potentiam sæculi, et jugum fidei sustinet per amorem Dei. Timeri iste rhinoceros valde poterat, nisi ligatus esset. Cornu quippe habet, sed ligatus est. Habent ergo in loris ejus quod humiles diligent, habent in cornu ejus quod elati pertir escant. Striclus enim loris, servat pietatem mansuetudinis, sed fultus cornu terræ gloriae exercet dominium potestatis. Plerumque autem cum exigente ira ad ferendum rapitur, divino timore revocatur. Et quidem per exasperatam potentiam in furem se elevat; sed quia aeterni iudicis reminiscitur, cornu ligatus se inclinat. Sæpe ipse vidisse me memini, quod eum se ad ferendum graviter hic rhinoceros accenderet, et quasi elevato cornu bestiolis minimis mortes, exsilia, damnationesque subjectis immensis terroribus intentaret, repente fronti signo crucis impresso, omne in se incendium furoris extinxit, conversus pinas depositavit; et quis ad deliberata progreedi non posset, ligatus agnovit. Et non solum in se iras edomat, sed in subjectorum etiam sensibus omne quod rectum est inserere festinat, ut quia omnes sanctam Ecclesiam ex intima cogitatione venerantur, exemplo ipse

<sup>a</sup> Pratel., atque Norm., in eis quibus nos fecit prophetarum scriptis recognoscitur.

<sup>b</sup> Vindoc., in voluntatis.

<sup>c</sup> Pratel., et Val. Cl., voluntatis.

<sup>d</sup> Sic Turon., duo Germ., Vindoc., Laudun., Val. Cl., Norman., etc., eti in Editis legatur, pastique.

<sup>e</sup> Nonnulli Edit., mendose, impinguaverant.

**sæcæ humilitatis demonstret.** Dicatur igitur beato Job : *Nunquid alligabis rhinocerotem ad arandum loru tuo?* Ac si aperte dicat : Nunquid potentes hujus seculi in sua fatua elatione confidentes, ad laborem prædicationis dirigis, et a sub disciplina vincula restringis ? Subaudis : Ut ego, qui id egi cum volui, qui persecutores meos, quos prius hostes pertuli, ipsos postmodum rectæ fidei defensores feci. Sequitur :

#### CAPUT V [Vet. IV].

Ibid. — *Aut confringet glebas vallium post te?*

6. Qui prius fidei persecutores, postmodum prædictores et assertores facti. — Solent exultæ terræ superjacentes glebae jacata semina premere, et nascientia suffocare. Quibus glebis hoc loco illi signantur, qui per duritiam suam atque pestiferam vitam, nec ipsi semina verbi recipiunt, nec receptorum seminum fructus alios ferre permittunt. Sanctus enim quisque prædictor in mundum venieus, evangeliando pauperibus, quasi molles vallium terras araverat ; sed quorumdam duritiam <sup>b</sup> elatorum Ecclesia rumpere non valens, eos quasi superjectas labori suo glebas oppressa tolerabat. Multi enim perversæ mentis ipsa terrenorum principum infidelitate confisi, surgentem Ecclesiam male vivendi pondere premebant, <sup>c</sup> cum diu quos possent modo damnableibus exemplis, modo minis, modo blandimentis destruerent, ne terra cordis auditorum ad spiritualis semi-nis fructum exulta perveniret. At cum omnipotens Deus hunc rhinocerotem <sup>d</sup> loris suis subdidit, per eum illæ glebarum duritiam fregit. Mox quippe terrenum principatum suæ fidei subjugavit, dura persequentium corda contrivit, ut quasi confractæ glebae non jam obduratae premerent, sed ad percepta verbi semina resolute germinarent. Unde recte nunc ait : *Aut confringet glebas vallium post te?* Ac si diceret sicut post me, qui postquam mentem cuiuslibet elatae potestatis ingredior, non solum eam mihi subditam reddo, sed etiam ad conterendos fidei hostes <sup>e</sup> exerceo, ut potentes hujus sæculi meas formidinis loris ligati, non solum in me credentes permaneant, sed et pro me <sup>f</sup> 999 alieni cordis duritiam zelantes frangant.

7. In suo sinu multos hostes habet Ecclesia, contra quos terrenorum principum opem querit. — Hoc autem quod de infidelibus diximus, in plerisque estiam qui fidei nomine censentur videmus. Multi namque in medio humilium fratrum positi fidem verbo tenus tenent, sed dum elationis typhum non deserunt, dum quos possunt illatis violentiis premunt, dum fructificantibus aliis ipsi nequaquam semina verbi recipiunt, sed ab exhortantis voce aurem cordis avertunt, isti quid aliud, quam obduratae glebae in

<sup>a</sup> Pratel. et Utic., sub disciplina vinculis.

<sup>b</sup> Ebroic., Pratel., duo Germanenses, quos sequuntur veteres Edit. Paris. et Basil., electorum, quod vitiosum esse non dubitamus.

<sup>c</sup> Val. Cl. et Laud., cum diu quo possunt moao.

<sup>d</sup> Val. Cl., *hunc rhinocerota...subdidit*, dura perseq. corda, omissis omnibus aliis. Corb. Germ., rhinocerota. Germ.; rhinocerotam.

**A** exaratis vallis jacent ? Qui eo nequiores sunt, quoniam nec ipsi humilitatis fructum proferunt, et quod est deteriorius, proferentes humiles premunt. Ad horum duritiam dissolvendam nonnunquam sancta Ecclesia, quia propria virtute non sufficit, rhinocerotis hujus, id est terreni principis opitulationem querit, ut ipse superjacentes glebas conterat, quas Ecclesiarum humilitas quasi planities vallium portat. Has itaque glebas rhinoceros pede premit ac communivit, quia prævorum potentiumque duritiam, cui ecclesiastica humilitas resistere non valet, principalis religio ex potestate dissolvit. Quod quia sola divina virtute agitur, ut terreni regni culmina <sup>f</sup> ad proiectum regni coelestis inclinentur, recte nunc dicitur : *Aut confringet glebas vallium post te?* Ut vero de suis virtutibus beatus Job humilia sentiat, et adhuc de hujus mundi potestatibus sub rhinocerotis nomine sublimia cognoscat, sequitur :

#### CAPUT VI.

Vers. 11. — *& Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus, et derelinques ei labores tuos?*

8. Temporalis principis potestatem sibi servire cogit Christus, eique suam Ecclesiam creditit ac commendavit. — In rhinocerotis fortitudine fiduciam Dominus habere se asserit, quia vires quas temporaliter terreno principi contulit, ad cultum suæ venerationis inclinavit, ut ex accepta potestate, per quam dudum contra Deum tumuerat, religiosum nunc Deo obsequium impendat. Quo enim in mundum plus potest, eo pro mundi auctore plus prævaleat. Nam quia a C subjectis ipse metuitur, tanto facilius persuadet, quanto et eum potestate indicat qui vere metuatur. Dicatur ergo : *Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus?* Ac si diceretur : Ut ego, qui vires terrenorum principum meo cultui servituras aspicio. Tanto <sup>b</sup> enim ea quæ nunc agis, minora aestimo, quanto jam prævideo, quia et majores hujus mundi mihi potestates inclinabo. Bene autem subditur : *& derelinques ei labores tuos?* Labores enim suos huic rhinoceroli Dominus reliquit, quia converso terreno principi eam quam sua morte mercatus est, Ecclesiam creditit : quia videlicet in ejus manu quanta sollicitudine pax fidei sit tuenda commisit. Sequitur :

#### CAPUT VII [Vet. V, Res. IV].

Vers. 12. — *Nunquid credes ei quod reddat rem tibi, et aream tuam congreget?*

9. Pro Ecclesia leges promulgat; qui dudum contra eam sciebat. — Qui aliud semen, nisi verbum prædicationis accipitur ? sicut in Evangelio Veritas dicit : *Exiit qui seminat, seminare* (Matth. XIII, 3); et sicut propheta ait : *Beati qui seminatis super omnes aquas* (Isai. xxxii, 20). Quid aliud area nisi Ecclesia

<sup>a</sup> Val. Cl., exero.

<sup>b</sup> Gilot., Vatic., Gussany. et al., cum MSS. Ed. Germ., ad proiectum; MSS. Corb. Germ., Anglie., Norm., etc., ad proiectum.

<sup>c</sup> Laudun.: *Nunquid habebis fiduciam magnam in fort.* Val. Cl.: *Nunquid habebis fidem in forti magnitudine.*

<sup>d</sup> Duo Germ., Laud. et pl. Norm., tanlo ergo.

debet intelligi? de qua Præcursoris voce dicitur: *Et a permundabis aream suam* (Matth. iii, 12). Quis ergo in initio nascentis Ecclesiæ crederet, dum contra eam ille indomitus principatus terræ tot minis et cruciatus sœviret, quia rhinoceros iste Deo sententem redderet, id est acceptum prædicationis verbum operibus repensaret? Quis **1000** posset tunc infirmorum credere quod ejus aream congregaret? Ecce enim modo pro Ecclesia leges promulgat, qui dudum contra eam per varia tormenta sœviebat. Ecce quaslibet gentes capere potuerit ad fidei illas gratiam suadendo perducit; eiusque aeternam vitam indicat, quibus captis præsentem servat. Car hoc? Quia videlicet aream nunc congregat, quam aliquando superbo cornu dispergendo ventilabit. Audiat igitur beatus Job quid gentilitatis principes faciant, et nequaquam se apud semetipsum de gloria tantæ sua virtutis extollat. Audiat et rex potens, potentiores hujus mundi reges quanta Deo devotione samulentur, et virtutem suam quasi pro singularitate non trahat in elationis vitium, qui habet in aliis exemplum, quia etsi tunc ei similem Dominus non vidit, multos tamen per quos ejus gloriam re-tunderet prævidit.

**10.** Qui terrenorum principum metu, Ecclesiam speria vi vexare non audent, ad varia fraudis argumenta convertuntur. Sine hoste esse non potest Ecclesia. — Igitur quia terreni principes magna se Deo humilitate substernunt, pravi homines qui dudum contra Ecclesiam in infidelitate positi aperta adversitate sœvabant, nunc ad alia fraudis argumenta vertuntur. Quia enim illos religionem venerari conspiciunt, ipsi cultum religionis assumunt, et bonorum vitam sub despactis vestibus iniquis moribus presumunt. Mundi quippe dilectores sunt, hocque in se quod homines venerantur ostendunt, atque eis qui vere semetipsos despiciunt, non mente, sed veste copulantur. Quia enim præsentem gloriam amantes assequi non possunt, quasi despicientes sequuntur. Qui quid sentiunt contra bonos ostenderent, si aptum nequitate tempus invenirent. [Vet. VI.] Sed hæc etiam argumenta prævorum ad electorum purgamenta proficiunt. Sancta enim Ecclesia transire sine labore temptationis non potest tempora peregrinationis, quæ etsi foris apertos hostes non habet, intus tamen tolerat factos fratres. Nam contra vitia semper in acie est, et habet etiam pacis tempore bellum suum; et fortasse gravius affligitur cum non extraneorum ictibus, sed suorum moribus impugnatur. Sive itaque illo, seu isto tempore, et tamen semper in labore. Nam et in persecutione

A principum timet ne amittant boni quod sunt, et in conversione principum tolerat, quia mali simulant bonos se esse, quod non sunt. Unde omnipotens Deus, quia rhinocerotem hunc loris ligatum <sup>b</sup> dixit, illico prævorum hypocrism subdidit, dicens:

#### CAPUT VIII [Rec. V].

VERS. 13. — *Penna struthionis similis est pennis herodii et accipitris.*

**11.** Struthioni pennas habenti, sed non volatum, similes sunt hypocritæ. — Quis herodium et accipitrem nesciat aves reliquias quanta volatus sui velocitate transcendat? Struthio vero pennæ eorum similitudinem habet, sed volatus eorum celeritatem non habet. A terra quippe elevari non valet, et alas quasi ad volatum specie tenus erigit, sed tamen nunquam se a terra volando suspendit. Ita sunt nimurum omnes hypocritæ, qui dum bonorum vitam simulant, imitationem sanctæ visionis habent, sed veritatem sanctæ actionis non habent. Habent quippe volandi pennas per speciem, sed in terra repunt per actionem, quia alas per figuram sanctitatis extendent, sed curarum sæcularium pondere prægravati, nullatenus a terra sublevantur. Speciem namque Pharisæorum reprobans Dominus, quasi struthionis pennam **1001** redarguit, quæ in opere aliud exercent, et in colore aliud ostendit, dicens: *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ foris quidem apparent hominibus speciosa, intus vero sunt plena ossibus mortuorum; ita et vos foris apparelis hominibus justi, intus vero pleni estis avaritia et iniquitate* (Matth. xxiii, 27). Ac si diceret: Sublevare vos videtur species pennæ, sed in infimis vos deprimit pondus vitae. De hoc pondere per Prophetam dicitur: *Fili ò hominum, usquequo graves corde* (Psal. iv, 3)? Hujus struthionis conversuri se hypocrism Dominus pollicetur, cum per prophetam dicit: <sup>c</sup> *Glorificabunt me bestie agri, dracones et struthiones* (Isai. xliii, 20). Quid enim draconum nomine, nisi in aperto malitiosæ mentes exprimuntur, quæ per terram semper in infimis cogitationibus repunt? Quid vero per struthionum vocabulum nisi hi qui se bonos simulant designantur, qui sanctitatis vitam quasi volatus pennam per speciem retinent, sed per opera non exercent? Glorificari itaque se Dominus a dracone vel struthione asserit, quia et aperte malos, et ficti bonos plerumque ad sua obsequia ex intima cogitatione convertit. Vel certe agri bestiae, id est dracones struthionesque Dominum glorificant, cum sicut quæ in illo est ea quæ in hoc mundo dudum membrum diabolii fuerat gentilitas exaltat. Quam et propter mali-

<sup>a</sup> Longip., Laud., duo Germ., Val. Cl., ad elect. augmenta. Turon., ad electorum argumenta. Secuti sumbus Ebroic., aliquo Norm. et Vindoc. Editi habent, ad elect. salutem.

<sup>b</sup> Laudun., duxit.

<sup>c</sup> Ita Ebroic. aliquo Norm. Vind., duo Germ., Laud., Longip., Val. Cl. et vetus Edit. Paris. Aliæ habent conversationis, meliori, ut videtur, sensu. Quanquam rito hic significare possit speciem, appa-

rentiam, ut infra, u. 26, hypocrita... religionis visione vestitur.

<sup>d</sup> Vindoc., ostendunt.

<sup>e</sup> Ita Laud., Val. Cl., Pratel. ac pler., pro gravi corde, quod legitur in duob. Germ. et in omnibus Edit.

<sup>f</sup> Vindoc., duo Germ. et Val. Cl., Glorificabit nra bestia, et infra, vel certe agri bestia,

tiam draconum nomine et probrat, et propter hypo-  
crisim \* vocabulo struthionum notat. Quasi enim  
pennas accepit gentilitas, sed volare non potuit,  
quae et naturam rationis habuit, et actionem ratio-  
nis ignoravit.

**12. Electi pauca habent hic quae eos deprimant,**  
multa quae sursum tollant; secus reprobri. — Habemus  
adhuc quod in consideratione struthionis hujus de-  
accipitre et herodio attentius perpendamus. Accipi-  
tris quippe et herodii parva sunt corpora, sed pennis  
densioribus fulta, et idcirco cum celeritate transvo-  
iant, quia eis <sup>b</sup> parum inest quod aggravat, multum  
quod levat. At contra struthio raris pennis induitur,  
et immanni corpore gravatur, ut etsi volare appetat,  
ipsa pennarum paucitas molem tanti corporis in aera  
non suspendat. Bene ergo in herodio et accipitre  
electorum persona signatur, qui quando in hac vita  
sunt, sine quantulocunque culpæ contagio esse non  
possunt. Sed cum eis patrum quid inest quod deprimat,  
multa virtus bonæ actionis suppetit quæ illos in su-  
perna sustollit. At contra hypocrita, etsi facit pauca  
quæ elevent, perpetrat multa quæ gravent. Neque  
enim nulla bona agit hypocrita, sed quibus ea ipsa  
deprimat, multa perversa committit. Paucæ igitur  
pennæ corpus struthionis non sublevant, quia par-  
vum bonum hypocritæ multitudine pravæ actionis gra-  
vat. Hæ quoque ipsa struthionis penna ad pennas  
herodii et accipitris similitudinem coloris habet, vir-  
tutis vero similitudinem non habet. Illorum namque  
conclusæ et firmiores sunt, et volatu aerem premere  
virtute sua soliditatis possunt. At contra struthionis C  
pennæ dissolutæ, eo volatum sumere nequeant, quo  
ab ipso quem premere debuerant aere transcendun-  
tur. Quid ergo in his aspicimus nisi quod electorum  
virtutes solidæ evolant, ut ventos humani favoris  
premant? Hypocitarum vero actio quamlibet recta  
videatur, volare non sufficit, quia videlicet fluxæ vir-  
tutis pennam humahæ laudis aura pertransit.

**1002 [Vet. VII.] 13. Veri Christiani a falsis, ex  
fructibus discernendi.** — Sed ecce cum unum eum-  
demque bonorum malorumque <sup>c</sup> habitum cernimus,  
cum ipsam in electis ac reprobis professionis specie-  
mem videmus, unde nostræ intelligentiæ suppetat ut  
electos a reprobis, a falsis veros comprehendendo  
discernat? Quod tamen citius agnoscimus, si inti-  
mata in memoriam præceptoris nostri verba signa-  
mus, qui ait: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* (Matth. vii., 20). Neque enim pénanda sunt quæ  
ostendunt in imagine, sed quæ servant in actione.  
Unde hic postquam spaciem struthionis hujus intulit,  
mixta facta subjungit, dicens:

#### CAPUT IX.

Vers. 14. — Qua derelinquit in terra ova sua.

14. Hypocritæ quos gignunt, bonis exemplis fore

\* Pler. vulg., vocabulo... vocat. Vet. Ed. Paris. et  
Basil. cuius MSS., nota.

<sup>b</sup> In Pratell. aliisque Norm., hic et alibi, sæpe leg.  
parvum, pro parum.

<sup>c</sup> Laudum., obitum

<sup>d</sup> Vinduc., Ebroic. aliquaque Norm. hic sequimur.

A et nutritre negligunt. — Quid enim per ova, <sup>e</sup> nisi  
tenera adhuc præoles exprimitur, quæ diu foventur,  
ut ad vivum volatiliter perducatur? Ova quippe insen-  
sibilia in semelipsis sunt, sed tamē calefacta, in  
viva volatilia convertuntur. Ita cunctum parvum au-  
ditores at illi certum est, quod frigidi insensibili-  
tesque remaneant, nisi doctoris sui sollicita exhorta-  
tione calefiant. Ne igitur derelicti in sue insensibilitate  
torpescant, assida doctorum voce foventur sunt,  
quoque valeant et per intelligentiam vivere, et per  
contemplationem volare. Quia vero hypocrita qua-  
vis perversa semper operentur, loqui tamen recta  
non desinunt; bene autem loquendo in fide vel con-  
versatione filios parvunt, sed eos bene vivendo nu-  
trire non possunt, recte de hac struthione dicitur:  
**B Quæ derelinquit in terra ova sua.** Curam namque  
filiorum hypocrita negligit, quia ex amore intimo  
rebus se exterioribus subdit, in quibus quanto ma-  
gis extollitur, tanto minus de prolis suis defectu cre-  
scatur. Ova ergo in terra dereliquisse est natus per  
conversionem filios nequaquam a terrenis actibus  
interposito exhortationis nido suspendere. Ova in  
terra dereliquisse est nullum cœlestis vitæ filiis exem-  
plum præbere. Quia enim hypocrita per charitatis  
viscera non calent, de torpore prolis editæ, id est de  
ovorum suorum frigore nequaquam dolent; et quanto  
se libentius terrenis actibus inserunt, tanto negligen-  
tius eos quos <sup>f</sup> generant agere terrena permittunt.  
Sed quia derelictos hypocriuarum filios superna cura  
non deserit, nonnullos namque etiam ex talibus inti-  
ma electione præscitos, largitæ gratia respectu cale-  
facit, recte subjungitur :

#### CAPUT X (Rec. VI).

In. — Tu forsitan in pulvere calefacies ea?

**15. Pratorum et bonorum doctorum filios Dei grati-  
tia calefacit.** — Ac si dicat: Ut ego, qui illa in pulvere  
calefacio, quia scilicet parvorum animas, et in me-  
dio peccantium sitas, amoris mei igne succendo. Quid  
pulvis, nisi peccator accipitur? Unde et ille hostis  
hujus peccatoris perditione satiatur, de quo per pro-  
phetam dicitur: *Serpenti pulvis panis ejus* (Isai. lxv.,  
25). Quid per pulverem, nisi ipsa iniquorum instabi-  
litas demonstratur? De qua David ait: *Non sic impit  
non sic, sed tanquam pulvis quem præjicit ventus a facie  
terre* (Psal. i., 4). Ova ergo Dominus in pulvere dere-  
licta calefacit, quia parvorum animas prædicatorum  
suorum sollicitudine destitutas, etiam in medio pec-  
cantium positæ amoris sui igne succendit. Hinc est  
quod plerosque cernimus et in medio populorum vi-  
vere, et tamen vitam torpantis populi non tenere.  
Hinc est quod plerosque cernimus, et malorum tur-  
bas non fugere, et tamen superno ardore flagrare.  
Hinc est quod plerosque cernimus, **1003** ut ita  
dixerim, in frigore calere. Unde eniū nonnulli in  
Accidunt Turon., ubi legitissim sicut intima, et Corb.  
Germ., qui habet intima in memoria. Editi etiam ve-  
tustiores cum Germ. habent si intemperata:

\* MSS. Anglic. et Norm. cum Germ., nisi ter-  
rena.

<sup>f</sup> Germ., Pratell. et alii, generant.

terrenorum hominum corpore positi saperne<sup>a</sup> spei A desideriis inardescant, unde et inter frigida corda successi sunt, nisi quia omnipotens Deus derelicta ova scit etiam in pulvere calefacere, et frigoris pris- tini insensibilitate discussa, per sensum spiritus vita- lis animare, ut nequaquam jacentia in infimis tor- peant; sed in viva volatilia versa sese ad celestia contemplando, id est volando, suspendant? Notandum vero est quod in his verbis non solum hypocri- tarum actio perversa reprobatur, sed bonorum etiam magistrorum, si qua fortasse subrepserit elatio pre- mitur. Nam cum de se Dominus dicit quod derelicta ova in pulvere ipse calefaciat, profecto aperte indicat quia ipse operatur intrinsecus per verba doctoris, qui et sine verbis ullius hominis calefacit quos voluerit in frigore pulveris. Ac si aperte doctoribus dicat: Ut sciatis quia ego sum qui per vos loquentes operor, ecce cum volvendo cordibus hominum etiam sine vobis loquor. [Vet. VIII.] Humiliata igitur cogitatione doctorum, ad exprimendum hypocritam sermo con- vertitur; et qua fatuitate torpeat, adhuc sub struthio- nis facto plenitas indicatur. Nam sequitur:

## CAPUT XI [Rec. VII].

VERS. 15. — Obliviscitur quod pes conculceret ea, aut bestia agri conterat.

16. *Pravi doctores de sua prole non sunt solliciti, secus boni.* — Quid in pede, nisi transitus operationis accipitur? Quid in agro, nisi mundus iste signator? De quo in Evangelio Dominus dicit: *Ager autem<sup>b</sup> est mundus* (Matth. XIII, 38). Quid iti bestia nisi antiquus hostis exprimitur, qui hujus mundi rapienis in- sidians, humana quotidie morte satiatur? De qua per Prophetam, pollicente Domino, dicitur: *Et mala bestia non transbit per eam* (Isai. XXXV, 9). Struthio itaque ova sua deserens obliviousetur quod pes con- culceret ea, quia videlicet hypocritæ eos quos<sup>c</sup> in con- versatione filios generant derelinquent, et omnino non curant, ne aut exhortationis sollicitudine, aut disciplinae custodia destitutos, pravorum operum exempla pervertant. Si enim ova quæ gignunt diligenter, nimirum metuerent ne quis ea, perversa opera demonstrando, calcaret. Hunc Paulus pedem infirmis discipulis, quasi ovis quæ posuerat, metuebat, cum diceret: *Multi ambulant, quos sope dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi* (Phil. III, 18). Et rursum: *Videate canes, videate malos ope- rarios* (Ibid., 2). Et rursum: *Denuntiamus vobis, fra- tres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subtra- hatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum traditionem quam accepertunt a nobis* (II Thess. III, 6). Hunc pedem Joannes Caio formidabat, qui cum multa<sup>d</sup> Diotrephis mala vœmisisset,

<sup>a</sup> Vindoc., Norm. et plerique, est hic mundus.

<sup>b</sup> Ebroic. aliquique Norm., Vindoc. et Val. Cl., in conversionem, vel in conversione.

<sup>c</sup> Duo Germ. et Val. Cl., Diotrepis.

<sup>d</sup> Vindoc., Ebroic. ac Norm., in bona parte conver- sationis. Plur. Editi, in bona conversatione.

<sup>e</sup> Duo Germ. et Val. Cl., a castitate.

<sup>f</sup> Val. Cl., ut extraneum

adjunxit: *Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est* (III Joan. 11). Hunc ipse Synagoge dux infirmo suo gregi metuebat, dicens: *Quando ingressus fueris terram quam Dominus Deus dabit tibi, cave ne imitari vetis abominationes illarum gentium* (Deut. XVIII, 9). Obliviscitor etiam quod besila agri conterat, quia timirum si diabolus in hoc mundo sæviens editio<sup>g</sup> in bona conversatione filios rapiat, hypocrita omnino non curat. Hanc autem agri bestiam Paulus ovis quæ posuerat metuebat dicens: *Timeo, ne sicut serpens Evans seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri<sup>h</sup> a charitate, quæ est 100<sup>i</sup> in Christo Iesu* (II Cor. XI, 3). Hanc agri bestiam discipulis metuebat Petrus, cum diceret: *Adversarius vester diabolus, quasi leo rugiens circuit, querens quem devoret, cui resistite fortes in fide* (I Pet. v, 8). Habent ergo vera- ces magistri super discipulos suos timoris viscera ex virtute charitatis: hypocritæ autem tanto minus com- missis sibi metuunt, quanto nec sibi meti ipsi quid timere debeat deprehendunt. Et quia obduratis cor- dibus vivunt, ipsos etiam quos generant filios nulla pietate debiti amoris agnoscunt. Unde adhuc sub struthionis specie subditur:

## CAPUT XII.

VERS. 16. — Duratur ad filios suos, quasi non sint sui.

17. *Hic charitate flagrant erga filios, non illi.* — Quem enim charitatis gratia non infundit, proximum suum etiam si ipse hunc Deo genuit,<sup>j</sup> extraneum respicit, ut profecto sunt omnes hypocritæ, quorum videlicet mentes dum semper exteriora appetunt, intus insen- sibilis flunt; et in cunctis quæ agunt, dum sua semper expetunt, erga affectum proximi nulla charitatis compassionem mollescant. O quam mollia viscera gestabat Paulus, quando circa filios suos tanto æste amori- sis inhiciabat, dicens: *Nos vivimus, si vobis statis in Domino* (I Thess. III, 8). Et, *Testis mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Christi Iesu* (Phil. 1, 8). Romanis quoque ait: *Testis est mihi Deus, cui servio in spiritu meo, in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri semper facio in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem ali- quando prosperum iter habeam in voluntate Dei ve- niendi ad vos; desidero enim videre vos* (Rom. 1, 9, seq.). Timotheo quoque ait: *Gratias ago Deo meo, cui servio a progenitoribus meis in conscientia pura,* <sup>k</sup> quia sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre (II Tim. 1, 3). Thessalonicensibus quoque amorem suum indicans, dicit: *Nos autem, fratres, desolati a vobis<sup>l</sup> ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundan- tissimè festinavimus faciem vestram videre cum multo de-*

<sup>g</sup> Corb. Germ., Vindoc., Norm. ac plur. nunc vi- vimus, quod legitur tum in textu Graeco, tum in Vulg.

<sup>h</sup> Duo Germ. et Pratell., quam sine intermissione.

<sup>i</sup> Laud., duo Germ. et Val. Cl., ad tempus, ore, aspectu.

<sup>j</sup> Laud., Corb. Germ., Pratell. et alii Norman. festinamus.

siderio (*I Thess.* II, 17). Qui duris persecutionibus A pressus, et tamen de filiorum salute sollicitus, ad junxit: *Misimus Timotheum fratrem nostrum, et ministrum Dei in Evangelio Christi, ad confortandos vos; et exhortandos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus* (*I Thess.* III, 2). Ephesii quoque ait: *Petone deficitatio in tribulationibus meis pro vobis quae est gloria vestra* (*Ephes.* III, 13). Ecce in tribulatione positus alios exhortatur, et in hoc quod ipse sustinet alios roborat. Non enim filiorum suorum fuerat more struthionis oblitus, sed metuebat nimis ne ejus discipuli in prædicatore suo tot persecutionum probra cernentes, fidem in eo despicerent, contra quam innumeræ passionum contumelie prævalerent. Et idcirco minus dolebat in tormentis, sed magis filiis de tormentorum suorum tentatione metuebat. Parvus pendebat in se plagas corporis, dum formidaret in filiis plagas cordis. Ipse patiebat suscipiebat vulnera tormentorum, sed filios consolando, curabat vulnera cordium. Pensemus ergo cuius charitatis fuerit, inter dolores proprios aliis timuisse, pensemus cuius charitatis fuerit, filiorum salutem inter sua detimenta requiri, et statum mentis in proximis etiam ex sua dejectione custodiare.

**1005** [*Vet. IX.*] 18. *Quia per concupiscentiam in exteriora bona seruntur. Quæ apud se tota non est mens, cogitare se non potest.* — Sed haec hypocrite charitatis viscera nesciunt, quia eorum mens quanto per mundi concupiscentiam in exteriora resolvitur, tanto per inaffectionem suam interiori obdurate; et C torpore insensibili frigescit intrinsecus, quia amore damnabilis mollescit foris; seque ipsam considerare non valet, quia cogitare se minime studet. Cogitare vero se mens non potest, quia tota apud semetipsam non est. Tota vero esse apud semetipsam non sufficit, quia per quot concupiscentias rapitur, per tot a semetipsa species dissipatur, et sparsa in infimis jacet, quæ collecta, si vellet, ad summa consurget.

**19.** *Mira justorum intra se collectorum perspicacia.* — Unde justorum mens, quia per custodiam disciplina a cunctorum visibilium fluxo appetitu constringitur, collecta apud semetipsam intrinsecus integratur; qualisque Deo vel proximo esse beat, plene conspicit, quia nihil suum exteriori derelinquit; et quanto ab exterioribus abstracta compescitur, tanto aucta in intimis inflammatur; et quo magis ardet, eo ad comprehendenda vita amplius lucet. Hinc est enim quod sancti viri dum se intra semetipsos colligunt, mira ac penetrabili acie occulta etiam aliena delicta comprehendunt. Unde bene per Ezechielem prophetam dicitur: *Emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitilis mei, et ele-*

\* Recent. Vulgati, *per quot concupiscentia*. Ms. duo Germ., Ebroic, aliquique Norm., Laud., Longip., Val. Cl. et al., *concupiscentias*, ut etiam legitur in vet. Ed. Paris. et Basil. et quidem melius; nam ut intra habetur, *per tot.... species*, ita supra legendum, *per quot concupiscentias*.

*A vavit me spiritus inter terram et cœlum, et adduxit me in Jerusalēm in visione Dei juxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem, ubi erat statutum idolum zeli, ad provocandam emulationem* (*Ezech. VIII, 3*). Quid est enim cincinnus capitilis, nisi collecta cogitationes mentis, ut non sparsa diffluant, sed per disciplinam constrictæ subsistant? Manus ergo desuper mittitur, et propheta per cincinnum capitilis elevatur, quia cum nostra mens sese per custodiam colligit, vis superna sursum nos ab infimis trahit. Bene vero inter terram et cœlum sublatum se asserit, quia quilibet sanctus in carne mortali positus, plene quidem adhuc ad superna non pervenit, sed jam tamen imaverelinquit. In visione vero Dei in Jerusalēm ducitur, quia videlicet unusquisque proficiens per charitatis zelum, qualis esse Ecclesia debet contemplatur. Bene quoque additur. *Juxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem*, quia nimurum sancti viri dum per aditum internæ contemplationis aspiciunt, plus prava intra Ecclesiam fieri quam recta reprehendunt; et quasi in Aquilonis parte oculos, id est ad solis sinistram flectunt, quia contra viorum frigora charitatis se stimulis accendant. Ubi et recte subjungitur: *Quia illic erat statutum idulum zeli ad provocandam emulationem*. Dum enim intra sanctam Ecclesiam a nonnullis specie sola fidelibus, rapinas et vitia perpetrari considerant, quid aliud quam in Jerusalēm idulum vident? Quod idulum zeli dicitur, quia per hoc contra nos emulatione superna provocatur: et tanto districtius delinquentes ferit, quanto nos charius Redemptor amat.

[*Vet. X.*] 20. *Hypocitarum ad cœlestia torpor, ardor ad terrena.* — Hypocrita igitur, quia cogitationes mentis non colligunt, per cincinnum capitilis minime tenentur. Et qui sua nesciunt, commissorum sibi quando delicta comprehendunt? Hi itaque torpent **1006** a cœlestibus, ad quæ flagrare debuerant; et flagrant terrenis rebus anxie, a quibus laudabiliter torpuissent. Postposita quippe filiorum cura, sœpe eos videas se contra pericula immensi laboris accingere, maria transmeare, adire judicia, pulsare principatus, palatia irrumpere, jurgantibus populorum cuneis interesse, et terrena patrimonia laboriosa observatione defendere. Quibus si fortasse dicatur: Cur ista vos agitis, qui sæculum reliquistis? respondent illi ego Deum se metuere, et sde circa tanto studio defendendis patrimonii insudare. Unde bene adhuc de struthionis hujus stulto labore subjungitur:

CAPUT XIII [Rec. VIII].  
VERS. 16. — *Frustra laboravit, nullo timore cognente.*

**21.** *Neglecta filiorum custodia, temporalia damna vel leviora juriis propulsat. Erga ea quæ possidemus qua mente simus, nisi cum amittuntur, ignoramus.* —

<sup>a</sup> Laud. et Val. Cl., conspicitur.

<sup>b</sup> Vindoc. Ebroic. et al. Norm., amplius videt.

<sup>c</sup> Idem cum Corb. Germ. et Val. Cl., sublevatum.

<sup>d</sup> Ed. cum duob. Germ., quia juxta ostium interius ductus est, quod respiciebat.

<sup>e</sup> Turon., carnis redemptor.

*Illi namque trepidaverunt timore, ubi non erat timor (Psal. XIII, 5).* Ecce enim divina voce præcipitur : *Si quis tibi tulerit tunicam, et voluerit tecum judicio contendere, dimitte illi et pallium (Math. v, 40).* Et rursum : *Si quis quod tuum est tulerit, ne repelas (Luc. vi, 30).* Paulus quoque apostolus discipulos suos cupiens exteriora despiceret, ut valeant interna servare, admonet, dicens : *Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod judicis habetis inter vos, quare non magis injuriæ accipiatis, quare non magis fraudem patimini (I Cor. vi, 7)*? Et tamen hypocrita, assumpto sanctæ conversationis habitu, fliorum custodiam deserit, et temporalia quæque defendere etiam iuris quærit. Exemplo suo eorum perdere corda non trepidat, et quasi per negligentiam amittere patrimonia terrena formidat. In errorem discipulus labitur, et tamen cor hypocrite nullo dolore sauciatur. Ire in iniurias voraginem commissos sibi conspicit, et hæc quasi inaudita pertransit ; at si quod sibi leviter inferri temporale damnum senserit, in ultiōnis iram repente ab intimis inardescit. Mox patientia rumpitur, mox dolor cordis in vocibus effrenatur, quia dum animarum damna sequanimitate tolerat, jacturam vero rerum temporalium repellere etiam cum spiritus commotione festinat, cunctis veraciter indicat teste mentis perturbatione quid amat. Ibi quippe est grande studium defensionis, ubi et gravior via amoris. Nam quanto magis terrena diligit, tanto privari eis vehementius pertimescit. Qua enim mente aliquid in hoc mundo possidemus, non docemur, nisi cum amittimus. Sine dolore namque amittitur, quidquid sine amore possidetur. Quæ vero ardenter diligimus habita, graviter suspiramus abiata. Quis autem neasiat quia nostris usibus res terrenas Dominus condidit, suis autem animas hominum creavit? Plus ergo Deo se amare convincitur, qui, neglectis his quæ ejus sunt, propria luetur. Perdere namque hypocrita ea quæ Dei sunt, id est animas hominum, non timent, et quæ sua sunt amittere, videlicet res cum mundo transeuntes, quasi districto judicii posituri rationes timent, ac si placatum inveniant, cui, desideratis rebus, id est rationabilibus, perditis, insensibilia et non quæsita conservant. Possidere aliquid in hoc mundo volumus, et ecce Veritas clamat : *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus (Luc. xiv, 33).*

22. *Quo animo, cum necessitas et charitas cogunt litigandum.* — Perfectus igitur Christianus quomodo debet res terrenas jurgando defendere, quas non præcipitur **1007** poscidere? Itaque cum res proprias amittimus, si perfecte Deum sequimur, in hujus vita itinere a magno onere levigati sumus. Cum vero curam rerum ejusdem nobis itineris neces-

<sup>a</sup> Deest conjunctiva particula et in Laud. ac nonnulli.

<sup>b</sup> Ms. Germ. ac Ed. Gilot., Vatic. et Gussany., quas nunc præcipitur non possidere, contrario sensu et repugnantibus cæst. Ms. veteribusque Ed.

<sup>c</sup> Laud. et Val. Cl., liberati.

A sitas imponit, quidam dum eas rapiunt, solummodo tolerandi sunt ; quidam vero conservata charitate prohibendi, non tamen sola cura ne nostra subtrahant, sed ne rapientes non sua, semelipsos perdant. Plus quippe ipsis raptoribus debemus metuere, quam rebus irrationalibus defendendis inhibere. Ista namque etiam non rapta morientes amittimus, cum ipsis vero et nunc conditionis ordine, etsi corrigi studeant, post perceptionem munieris, uerum sumus. Quis autem nesciat quia minus ea quibus utimur, et plus debemus amare quod sumus? Si ergo et pro sua utilitate raptoribus loquimur, non jam solum nobis quæ temporalia, sed ipsis etiam quæ sunt æterna vindicamus.

23. *Qua moderatione litigandum.* — Qua in re illud est solerter intuendum, ne per necessitatis metum cupiditas subrepatur rerum, et zelo succensa prohibito, <sup>d</sup> impetus immoderatione distensa, usque ad odiosæ turpitudinem contentionis erumpat. Dumque pro terrena re pax a corde cum proximo scinditur, liquido appareat quia plus res quam proximus amatur. Si enim charitatis viscera etiam circa raptorem proximum non habemus, nosmetipsos pejus ipso raptole persecutus, graviusque nos quam alter poterat devastamus, quia dilectionis bonum sponte deserentes, a nobis ipsis intus est quod amittimus, qui ab illo sola exteriora perdebamus. Sed hanc hypocrita formam charitatis ignorat, quia plus terrena quam coelestia diligens, contra eum qui temporalia diripit sese in intimis immuni odio inflamat.

C [Vet. XI.] 24. *Qui discrepent ab hypocritis non nulli acris bona temporalia tuentes. Hi qua cauila reprehendendi.* — Sciendum vero est quia sunt nonnulli quos charitatis gremio nutriens mater Ecclesia tolerat, quousque ad spiritualis etatis incrementa perducat, qui nonnunquam et sanctitatis habitum tenent, et perfectionis meritum exsequi non valent. Ad dona namque spiritualia minime assurgunt, et idcirco his qui sibi conjuncti sunt ad tuenda ea quæ terrena sunt serviunt, et nonnunquam in defensionis ejusdem iracondia excedunt. Hos nequaquam credendum est in hypocitarum numerum incurrire, quia aliud est infirmitate, aliud malitia peccare. Hoc itaque inter hos et hypocritas distat, quod isti infirmitatis suæ conscië malunt a cunctis de culpa sua redargui, quam de facta

D sanctitate laudari ; illi vero et iniqua se agere certi sunt, et tamen apud humana judicia de nomine sanctitatis intumescunt. Iste non metuunt pravis hominibus etiam de bona actione displicere, dum superius tantummodo judiciis placeant ; illi vero nonquam quid agant, sed quomodo de actione qualibet hominibus possint placere considerant. Iste juxta modum suæ intelligentiae etiam in rebus sæculi militant cau-

<sup>d</sup> Germ., Turon. et pler. Norni., impetu immoderatore. Ita quoque vet. Ed.

<sup>e</sup> Gilot., Vatic., Gussany., post Ms. Germ., usque ad odiosa verba, et turpitudinem. Lectionem nostram exhibent Turon., Corb. Germ. Norm., Laud., Val. Cl. et vet. Ed.

causis Dei ; <sup>a</sup> illi vero per causas Dei intentioni de-serviunt sicuti, <sup>b</sup> quia inter ipsa quoque quae se agere sancta opera ostendunt, non conversionem 1000 querunt bonum, sed auras favorum.

25. Igiter dum quosdam non despectae conversationis viros iraeunde vel nimis defendere terrena conspicimus, debemus hoc in illis per charitatem reprehendere, nec tamen eos reprehendendo desperare, quia plerumque unius eidemque homini et insunt quedam iudicabilia quae apparent, et magna quae latent. In nobis autem semper magna in facie prodeant, et nonnunquam quae reprobenda sunt occultantur. Hinc ergo <sup>c</sup> humilianda est nostra mentis etatio, quod et illorum infirma sunt publica, et nostra secreta ; et rursum fortia illorum secreta sunt, et in publico nostra vulgarantur. Quos ergo de aperta infirmitate reprehendimus, superest ut de occultis fortitudinis assumptis veneremur ; et si de aperta se infirmitate nostra mens elevat, occulta sua infirma considerans, sese in humilitate premat. Sape enim hominii multis preceptis obsequuntur, et quedam pauca prætereant, et nos multa prætermittimus cum pauca servamus. Unde fit plerumque ut quia quod servare nos novimus, hoc præterire alios videmus, illis nostro se in elatione mens elevet, obliviscens quam multa prætererant, cum valde sint pauca quae servat. Necesse est igitur ut in quibus alios reprehendimus, elationem sollicitam nostræ cogitationis inclinemus, quia si sublimiorum se ceteris noster animus conspicit, quasi in præcipita singularitatis ductus, <sup>d</sup> a pejus ruit. Sed cur hypocrita ecclesia lucra deserens terrenis elaborat, sub struthionis adhuc nomina subjungit, dicens :

#### CAPUT XIV [Rec. IX].

Vers. 47. Privavit eam Deus sapientiam, nec dedit illi intelligentiam.

26. Deus obtulerat eam, non quia duritiam conservat, sed quia exigentibus peccatis, non emollit. — Quamvis aliud sit privare, aliud non dare, hoc tamen repetit subdendo. Non dedit, quod præmisit, Privavit. Ac si diceres : <sup>e</sup> Quod dixi, Privavit, non injuste sapientiam absterit, sed juste non dedit. Unde et Pharaonis cor Dominus obtulasse describitur, non quod ipse duritiam contulit, sed quod, exigentibus ejus meritis, nulla illud desuper infusi <sup>f</sup> timoris sensibilitate mollevit. Sed nunc hypocrita (Exod. vii, 5), quod sanctum Dicte simulat, quod sub imagine boni operis occultat, sancte Ecclesie pace premitur, et idcirco ante noscros <sup>g</sup> dulces religionis visione vestitur. Si qua vero tentatio fidei erumpat, statim lupi mens rabida habitu

Male in duob. Germ. et in recent. Editis, illi vero pro causa Dei. Emendavimus ex MSS. Norm., Vindoc., Laud., etc., non ex vet. Ed.

<sup>b</sup> In Vindoc., Laud., Val. Cl., quia in ipsis quoque Duo Germ., in ipsa.

<sup>c</sup> Vindoc., Prat. ac pler. Norm., despicer.

<sup>d</sup> Vindoc. et Norm., reprehendenda est.

<sup>e</sup> Turon., Vindoc., Norm., heu pejus.

<sup>f</sup> Corrupte in Ms. Corb. Germ. et in omnibus fere Ed., quod dixit. Mendum hoc in Edit. Basil. 1814 invenio in ceteris postea retentum. Edit. Paris. 1495

A se ovine pelles expoliat; quantumque contra bonos sicut, persecutus demonstrat. Unde et recte subditur:

#### CAPUT XV.

Vers. 48. — Cum tempus fuerit, in alium aligat erit; deridet equitem et ascensem ejus.

27. Hypocrita non solum sanctos deridet, sed Deum ipsum. — Quid enim alias bojas struthionis accipiunt, nisi pressas hoc tempore quasi complicatas hypocrites cogitationes ? Quas cum tempus fecerit, in alium elevat ? quia opportunitate comperta, eas superbiendo manifestat. Alias in alium erigere est per effrenatam superbiam cogitationes operire. Nunc autem quia sanctum se simulat, quia in somnacipe strigit quae cogitat, quasi alias in corpore 1000 per humilitatem plicat. [Vet. XII.] Notandum vero est quod non ait : Deridet equum et ascensem, sed equitem et ascensem ejus. Equus quippe est unicuique sanctae animae corpus suum, quod videlicet novit et ab illicitis continentis freno restringere, et rursum charitatis impulsu in exercitatione hani operis relaxare. Equus ergo nomine anima sancti viri exprimitur, quae jumentum corporis bene subditum regit. Unde et Joannes apostolus in Apocalypsi Dominum contemplatus ait : Et exercitus qui sunt in celo, sequentes eum in equis albis (Apoc. xix, 14). Multitudinem quippe sanctorum <sup>h</sup> quae in hoc martyrii bello sudorata, recte exercitum vocat : qui idcirco in equis albis sedere resoruntur, quia mirum eorum corpora et tue justitiae et castigationes candore claruerunt. Deridet ergo hypocrita equitem, quia cum ipse in aporto iniuriantis eriperit, electorem despicit sanctitatem, et clausi fatigati appellat, quos, pace processus fidei, catolla arte simulabat. Quis vero altius bojas ascensor est equitis, nisi Omnipotens Deus, qui et ea quae non erant prævidens condidit, et ea quae sunt possidens regit ? Ascendit quippe equitem, quia justi uniuscujusque viri animum possidet, sua bene membra possidentem. Huic ergo hypocrita deridere equitem est sanctos despicere ; deridere vero ascensem equitis est posuisse usque ad injuriam creatoris.

28. In lapibus a minimo incipitur, et ad graviora pervenit. Multos malos occidit Ecclesia tolerat. Cur in Ecclesia mati bonis immisi. Rhinocerotis aut unicornis nomine judaicus populus intelligendus. Rhinoceros qua arte mitigetur. — Quia enim in unoquoque lapi a minimis semper incipitur, et successentibus defectibus ad graviora pervenit, recte hypocrites bojas iniurias per supposita detrimenta <sup>i</sup> dicunt MSS. habet optime : quod dixi. Reliqua quae obscuritate laborant sic intellige : quod dixi, privavit, non eo sensu capiendum, quod Deus sapientiam absterit (id enim juste non fieret), sed quod sapientiam non dederit. In MSS. Prat. Utic., Corb., Germ. Vindoc., legitur : non juste sapientiam absterit. Quod etiam optimo sensu potest ita intelligi : non dico <sup>j</sup> Dicte abstulisse sapientiam, sed juste denegasse.

<sup>k</sup> Norm. et Vindoc., munieris.

<sup>l</sup> Longip., quae in hoc mundo, martyrii bello.

<sup>m</sup> Laud., distinguitur.

tinguitur, ut dicatur prius bonum se quod non sit A phantis quando certamen aggreditur, eo cornu quod ostendere, postmodum vero bonos aperie despiceret, ad extremum quoque usque ad injuriam conditoris exilire. Nunquam quippe illuc anima que ceciderit jacet, quia voluntarie semel lapsa, et ad pejora pondere sua iniquitate impelliatur, ut in profundum corruiens, semper adhuc profundius obryatur. Est ergo hypocrita, et nunc suas laudes appetat; postmodum ultam proximorum premat, et quandoque b se in irrisione sui conditoris exerceat, ut quo eleborum semper excogitas, eo se suppliciis atrocioribus immersat. O quam multos tales nunc sancta Ecclesia universalis, quos cum tempus eruperit, tentatio sparta manifestat. Qui voluntates suas, quia contra eam modo non exerunt, quasi complicatas interim alas cogitationum pregaunt. Quia enim a bonis misere hac vita communiter ducitor, nunc Ecclesia ex utrorumque numero visibiliter congregatur, sed Deo invisibiliter judicante discernitur, atque in exitu suo a reproborum societate separatur. Modo vero esse in ea nec boni sine malis, nec mali sine bonis possunt. Hoc enim tempore coniuncta utraque pars sibi necessario congruit, ut et mali mutantur per exempla bonorum, et boni purgantur per tentamenta malorum. Atque ideo Dominus postquam sub struthionis specie multa de hypocitarum reprobatione intulit, mox ad electorum sortem verba convertit, ut qui in illis apdierant quod fugientes tolerent, iusti audiant quod imitantes ament. Sequitur [Rec. X]. *Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum?*

29. Sed fortasse prius quād hujus equi fortitudinem **1010** hinnitumque disseramus, ab aliquibus queritur ut aliter etiam moralitate postposita, et rhinocerotis virtus, et struthionis hujus fatuas exponatur. Manu quippe est verbum Dei, et quidquid bene voluntas suscipientis appetit, hoc profecto in ore comedentis sapit. (*Exod. xvi.*) Terra est verbum Dei, quam quanto labor inquietantis exigit, tanto largius fructum reddit. Debet ergo intellectus sacri eloquii multiplici inquisitione ventilari, quia et terra, quae sepius arando vertitur, ad frugem uberrimus astatatur. Quae igitur et aliter de rhinocerote ac struthio septimus, sub brevitate perstringimus, quia apud ea quae obligatoria sunt, enodanda properamus [*Vet. XI/II*]. Rhinoceros iste, qui etiam monceros in Graecijs exemplaribus nominatur, tantæ e se fortitudinis dicitur, ut nulla venantium virtute capiatur; sed sic ut hi asserunt, qui describendis naturis animalium laboriose investigatione sudaverunt, virgo ei puer proponitur, quæ ad se venienti sinum aperit, in quo ille omni ferocitate postpositus caput deponit, sicque ab eis a quibus capi queritur, repente velut inermis [*Al., epervus*] invenitur. Buxei quoque coloris esse describitur, qui etiam cum ele-

<sup>a</sup> Germ., Land. et Val. Cl., ad pejora pondera. Corb. Germ. utramque lect. admissit.

<sup>b</sup> Val. Cl., se in irritationem. Germ., se in irrisiōnem.

in A phantis quando certamen aggreditur, eo cornu quod singulariter gestat, ventrem adversantium ferire perhibetur, ut cum ea quæ molliora sunt vulnera, impugnantes se facile sternat. Potest ergo per hunc rhinocerotem, vel certe monocerotem, sciatis unicorū, ille populus intellegi qui dum de accepta lege non opera, sed solam inter cunctos homines elationem sumpset, quasi inter ceteras bestias cornu singulare gestavit. Unde passionem suam Dominus, Propheta canente, pronuntians, ait: *Liber me de ore leonis, et de cornibus unicornium humiliatam meam* (*Psal. xxi, 22*). Tot quippe in illa gente unicorns, vel certe rhinocerotes existiterunt, quod contra prædicamenta veritatis de legis operibus, singulari et satua elatione consensi sunt. Beato B igitur Job sanctæ Ecclesiæ typum tenenti dicitur:

#### CAPUT XVI.

Cap. xxxix, Vers. 9. — *Nunquid volet rhinoceros servire tibi?*

30. *Ex Judæis fero, Saulus a Christo dominus.* — Ac si apertius dicatur: Nunquid illum populum, quem superbire in nece fidelium stulta sua elatione consideras, sub jure tuae prædicationis inclinas? subaudis ut ego, qui et contra me illum singulari cornu extollit conspicio, et tamen mibi cum voluero protinus subdo. Sed hoc melius ostendimus, si de genere ad speciem transeamus. Ille ergo ex hoc populo et prius in superbia, et postmodum præcipuus testis in humilitate nobis ad medium Paulus ducatur, qui dum contra Deum se quasi de custodia legis nesciens extulit, cornu in nare gestavit. Unde et hoc ipsum naris cornu per humilitatem postmodum inclinans, dicit: *Qui prius fui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci* (*I Tim. 1, 13*). In nare cornu gestabat, qui placitum se Deo de crudelitate confidebat, sicut ipse postmodum semetipsum redargens dicit: *Et proficiebam in Judaismo supra multis coetaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum* (*Galat. 1, 14*). Hujus autem rhinocerotis fortitudinem omnis venator extimuit, quia Saulis saevitiam unusquisque prædicator expavit. Scriptum namque est: *Saulus adhuc spirans minarum **1011** et cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, et petit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, ut si quos invenisset hujus vie viros ac mulieres, vincitos perduceret in Jerusalem* (*Act. ix, 4*). Cum flatus nare reddendus trahitur, spiratio vocatur, et illud sæpe per odorem nare deprehendimus, quod oculis non videmus. Rhinoceros ergo iste nare gestabat cornu quo percuteret, quia minarum et cædis in Domini discipulos spirans, postquam præsentes interficerat, absentes quærebat. Sed ecce omnis ante illum venator ab-

<sup>a</sup> Ed., obligatoria, male; hic obligatoria intellige magis ligata et implicata.

<sup>b</sup> Prætel. ac Utic., spirans minas et cædes.

sconditur, id est omnis homo rationale sapiens opione timoris ejus effugatur. Ut ergo hunc rhinocerotem capiat, sinunt suum virgo, id est secretum suum ipsa per se <sup>a</sup> inviolata in carne Dei sapientia expandat. Scriptum quippe est quod cum Damascum pergeret, subito circumfuisit illum die media lux de celo, et vox facta est, dicens : Saulo, Saulo, quid me persequeris? Qui prostratus in terra respondit : Quis es, Domine? Cui illico dicitur : Ego sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris (*Act. ix, 4, 5, seq.*). Virgo nimis rhinoceroti sinum suum aperuit, cum Saulo incorrupta Dei sapientia incarnationis suæ mysterium de celo loquendo patefecit; et fortitudinem suam rhinoceros perdidit, quia prostratus humi, omne quod superbum tunebat amisit. Qui dum, sublato oculorum lumine, manu ad Ananiam ducitur, patet jam rhinoceros iste, quibus Dei loris astringitur, quia videlicet uno in tempore cæcitate, prædicatione, baptismate ligatur. Qui etiam ad Dei præsepe moratus est, quia ruminare verba Evangelii deditus non est. Ait enim : Ascendi Jerosolymam cum Barnaba, assumpto et Tito. Ascendi autem secundum revelationem, et contuli cum illis Evangelium (*Galat. ii, 1, 2*). Et qui prius jejunus audierat : *Duximus tibi contra stimulum calcitrare* (*Act. ix, 9, 5*): mira postmodum virtute præsidentis pressus, ex verbi pabulo vires obtinuit, et calcem superbiam amisit.

**31. Iste rhinoceros ad agrum dominicum arandum ligatus.** — Loris quoque Dei non tantum a feritate restringitur, sed quod magis sit mirabile, ad arandum ligatur, ut non solum homines crudelitatis cornu non impetat, sed eorum etiam refectioni serviens, aratrum prædicationis trahat. Ipse quippe de evangelizantibus quasi de arantibus dicit : *Debet enim in spe qui arat arare; et qui tritural, in spe fructus percipiendi* (*I Cor. ix, 10*). Qui igitur tormenta prius fidelibus irrogaverat, et pro fide postmodum flagella libenter portat, qui scriptis etiam epistolis <sup>b</sup> humili ac despectus prædicat, quod dudum terribilis impugnabat; profecto bene ligatus sub aratro desudat ad segetem, qui vivebat in campo male liber a timore. De quo recte dicitur :

#### CAPUT XVII [Vet. XIV].

**Vers. 10.** — *Axt confringet glebas vallium post te?*

**32. Glebas hoc est mentium duritiam fregit.** — Jam scilicet Dominus quorundam mentes intraverat, qui illum veraciter humani generis redemptorem credebant. Qui tamen cum nequaquam a pristina observatione recederent, cum dura litteræ prædicamenta custodirent, eis præparator egregius dicit : *Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit* (*Gal. v, 2*). Qui ergo in humili mente fidelium legis duritiam redarguendo contrivit, quid aliud quam in valle post Dominum glebas fregit? ne videlicet grana seminum

<sup>a</sup> Longip., involuta in carne. Quam lectionem libenter amplectemur, nisi obstante Ms. et Editio omnes quos consuluerimus. Hic dicitur inviolata Dei sapientia, et inferius, incorrupta.

A qua excisus aratro fidei sulcus cordis exciperet per custodiam litteras **1012** pressa deperirent. De quo bene adhuc subditur :

#### CAPUT XVIII.

**Vers. 11. Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus, et derelinques ei labores tuos?**

**33. In ejus fortitudine quam Deus fiduciam habuerit.** — In rhinocerotis bujus fortitudine fiduciam Deus habuit, quia quanto illum crudelius sibi dura inferentem pertulit, tanto pro se constantius tollerantem adversa præscivit. Cui labores etiam quos ipse in carne pertulerat dereliquit, quia conversum illum usque ad imitationem propriæ passionis traxit. Unde et per eundem rhinocerotem dicitur : *Supplex ea quæ desunt passionum Christi in carne mea* (*Coloss. i, 24*). De quo adhuc subditur :

#### CAPUT XIX.

**Vers. 12. — Nunquid credes illi quod reddat segmentum tibi, et aream tuam congreget?**

**34. Arcam Dei prius ventilavit, postea congregavit.** — Consideremus Saulum quis fuerit, cum ab ipsa adolescentia lapidantium adjutor existaret, cum alia Ecclesiæ loca vastaret, et acceptis epistolis vastanda alia peteret, cum mors ei fidelium nulla sufficeret, sed semper ad aliorum interitum aliis extinctis anhelaret (*Act. vii*); et profecto cognoscimus quia nullus tunc fidelium crederet, quod ad jugum Deus suæ formidinis vim tantæ elationis inclinaret. Unde et Ananias voce dominica hunc et postquam conversum audivit, extimuit, dicens : *Domine, audivi a multis de viro hoc quanta mala sanctis tuis fecerit in Jerusalem* (*Act. ix, 13*). Qui tamen repente commutatus, ab hoste præparator efficitur, et in cunctis mundi partibus Redemptoris sui nomen insinuat, supplicia pro veritate tolerat, pati se quæ irrogaverat exultat; alios blandimentis vocat, alios ad fidem terroribus revocat. Iatis regnum pollicetur coelestis patriæ, illis minatur ignem gehennæ. Hos per auctoritatem corrigit, illos ad viam rectitudinis per humiliatatem trahit, atque in omni latere ad manum sui rectoris inclinat, et tanta arte Dei aream congregat, quanta illam prius elatione ventilabat.

[*Vet. XV.*] **35. Paulus abstinentia corpus castigans, ventri deditos ferit.** — Sed neque hoc abhorret a Paulo, quod rhinoceros buxei coloris dicitur, et elephanticorum ventres cornu ferire prohibetur. Quia enim vivere sub rigore legis assuevit, <sup>c</sup> arctius cæteris in illo custodia uniuscujusque virtutis inolevit. Quid enim per colorem buxeum, nisi abstinentie pallor exprimitur? Qui ipse se tenaciter adhærcere testatur, dicens : *Castigo corpus meum, et servituti subjicio, ne forte alius prædicans ipse reprobus efficiat* (*I Cor. ix, 27*). Qui divinitate legis eruditio præditus, dum aliorum ingluviem redarguit, cornu elephantes in ventrem ferit. In ventrem quippe elephantes per-

<sup>b</sup> Pratell. et pl. Norin., humili ac despectus.

<sup>c</sup> Corb. Germ. et Turon., arctius illum cæteris... involvit.

cusserat, cum dicebat : *Multi ambulant, quos sœpe dicebam vobis; nunc autem et fiens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est, et gloria<sup>a</sup> in confusione ipsorum (Philip. iii, 18).* Et rursum : *Hujusmodi Christo Domino non serviantur, sed sub ventri (Rom. xvi, 18).* Cornu suo igitur rhinoceros iste non jam homines, sed bestias percutit, quando illa Paulus doctrinæ suæ fortitudine nequam perimendos humiles impedit, sed superbos ventris cultores occidit. Quæ ergo in Paulo scripta cognovimus, superest ut facta et in aliis credamus. Multi quippe ad humiliatis gratiam ex illius populi elatione conversi sunt, quorum sœvitiam Dominus dum sub jugo inspirati timoris edomuit, nimirum rhinocerotis sibi fortitudinem subegit. Sed quia mira Dei **1013** potentia<sup>b</sup> quid de electis egerit audivimus, nunc mira ejus patientia in his quos reprobavit quid toleraverit audiamus :

## CAPUT XX.

**VERS. 13.** — *Penna struthionis similis est pennis herodii et accipitris.*

**36.** *Synagoga struthioni similis, alas habens humi repit.* — Quid struthionis nomine, nisi synagoga signatur ? quæ alas Legis habuit, sed corde in insimis repens, nunquam se a terra sublevavit. Quid vero per herodium et accipitrem, nisi antiqui patres exprimuntur, qui ad ea quæ potuerunt intelligendo perspicere, valuerunt etiam vivendo pervolare ? Penna igitur struthionis, herodii et accipitris pennis est similis, quia Synagogæ vox priorum doctrinam loquendo tenuit, sed vivendo nescivit. Unde et ejusdem Synagogæ populos de Pharisæis atque Scribis Veritas admonet, dicens : *Super cathedram Moysi sederant Scribæ et Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dicerint vobis, servate et facite, secundum opera vero eorum nolite facere (Math. xxiii, 2).* Multa autem dicere de herodii vita potuimus ; sed quia penna ejus tantummodo ad memoriam deducitur, de vita loqui prohibemur.

## CAPUT XXI [Vet. XVI].

**VERS. 14.** — *Quando derelinquit in terra ova sua, tu forsitan in pulvere calefacies ea?*

**37.** *Quos genuit apostolos dereliquit, Christi gratia postea vivificatos.* — In ovis aliud est quod cernitur, aliud quod speratur ; et videri spes non potest, Paulo attestante qui ait : *Quod enim videt quis, quid sperat (Rom. viii, 24)?* Quid ergo per struthionis ova nisi de Synagogæ carne editi apostoli designantur, qui dum se in mundo despctos atque humiles exhibent, sperare gloriam in supernis docent ? Abjecti namque et quasi nullius momenti apud elatos habiti, in terra velut ova jacuerunt ; sed intus in eis latebat

<sup>a</sup> Prat., in confusionem.

<sup>b</sup> Melius videtur, quid in electis, ut respondeat alteri membro, in his quos reprobavit. Ita etiam habent Prat. et Utic., sed non cæteri. Neque vero semper occurrit sanctis Patribus quod melius et elegantius scriberent.

<sup>c</sup> Pl. Norm. et Germ.; quæ derelinquit. Corb. Germ., sui. .

A unde viverent, et sublevati spei pennis ad cœlestia volarent. Quæ ova struthio in terra derelinquit, quia eos quos carne generat Synagoga apostolos audire contemnens, vocandæ gentilitati deseruit. Mira autem potentia Dominus hæc eadem in pulvere ova calefacit, quia vivos apostolorum fetus in illa abjecta dum gentilitate suscitavit ; et quos synagoga velut insensatos invivificatosque despexerat, ipsi nunc in veneratione gentium per doctrinæ magisterium viventes volant. Ova sua struthio in pulvere derelinquit, quia omnes quos prædicando Synagoga genuit, a terrenis desideriis minime suspendit. Quæ nimirum desideria quia antiquus hostis concepta in corde inventit, obsessas mentes etiam in scelera rapit. Unde et subditur :

## CAPUT XXII.

**VERS. 15.** — *Obliviscitur quod pes conculces ea, et bestia agri conterat.*

**38.** *Humana corda, dum terrena cogitant et appetunt, diabolo conterenda se sternunt.* — Tunc ova pes calcat, et bestia agri conterit, cum in terra deseruntur, quia videlicet humana corda dum semper terréna cogitare, semper quæ ima sunt agere appetunt, ad conterendum se agri bestiæ, id est diabolo, sternunt. ut cum diu in infima cogitatione abjecta sunt, quandoque etiam majorum criminum perpetratione frangantur. Synagoga ergo ova quæ genuit, a terra suspendere bene vivendo neglexit. Sed omnipotens Deus multos ejus filios, quamvis in terrenis desideriis mortuos ac frigidos reperit, calore tamen sui amoris animavit. Sed vitam, quam filii synagoga non dedit, **1014** hanc postmodum invidit, dum moliretur persequendo extinguere quos se ad bona opera non meminerat sovendo genuisse. Unde et apte de hoc struthione subditur :

**VERS. 16.** — *Duratur ad filios suos quasi non sint nisi.*

**39.** *Synagogæ in filios crudelitas.* — Quasi non suos<sup>d</sup> despicit quos aliter vivere quam docuit ipsa deprehendit, et durescente sœvitia terrores admovet, seque in eorum cruciatibus exercet, atque invidiæ facibus inflammata, in quibus non laboravit ut possint vivere, laborat ut debeant interire ; et cum Domini membra persequitur, placere se per hoc Dominino suspicatur. Unde et eisdem struthionis ovis Veritas dicit : *Venit hora ut omnis qui interficit eos arbitretur obsequium se præstare Deo (Joan. xvi, 2).* Quia ergo dum crudelitate ad persecendum Synagoga ducitur, hoc se agere impulsu divini timoris arbitratur, recte subjungitur :

**Ibid.** — *Frustra laboravit, nullo timore cogente.*

**40.** *Sic sœvians obsequium præstare Deo credit.* —

<sup>a</sup> Vindoc., Pratel. et al., sperari.

<sup>b</sup> Idem et duo Germ., respicere.

<sup>c</sup> Vet. Edit. post MSS. Corb. Germ., Land., Val. Cl., Turon., placare se per hoc Dominum. Sequimur MSS. Germ., Norm. et recent. Edit., quorum lectio magis hic congruit cum his verbis arbitretur obsequium se præstare Deo.

In labore quippe illam persecutionis anhelare non timor, sed crudelitas coagit. Sed quia plerumque vitia, colore virtutum tincta, tanto nequiora sunt, quanto et esse vitia minime cognoscuntur, eo in persecuzione synagoga durior exstitit, quo religiosorem se fieri fidelium mortibus aestimavit; et idcirco quæ ageret discernere omnino non potuit, quia lumen sibi intelligentiae per superbiam objectionem clausit. Unde et bene subditur :

Vers. 17. — *Privavit eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.*

42. *Intelligentiae lumen per superbiam amisit.* Distinctum quippe est occulta retributionis etamen, et quid etiens humilitatem perdidit, etiam veritatis intelligentiam nesciens amisit. Valde autem minora sunt vulnera quæ in Redemptoris adventu fidelibus futuri, quam ea quibus sanctam Ecclesiam adhuc per aduentum Antichristi ferire contendit. Ad illud namque se tempus præparat, ut vitam fidelium coacervatis viribus premat. Unde et apte subditur :

#### CAPUT XXIII [Vet. XVII].

Vers. 18. — *Cum tempus fuerit, in altum alas erigit; deridet equitem et ascensorem ejus.*

42. *Synagoga prius contra Deum clam, postea palam erecta.* — In altum struthio alas erigit, quando suo conditori Synagoga non ut antea formidando, sed aperte jam repugnando contradicit. In membra quippe diaboli transiens, et mendacii hominem Deum credens, contra fideles tanto in altum extollitur, quanto et Dei corpus se esse gloriatur. Quæ quia non solum humanitatem Domini, sed ipsam etiam divinitatem despiciit, non tantum equitem, sed ascensorem etiam equitis irridet. Nam custodita unitate personæ valet intelligi, quia Verbum Dei tunc equitem ascendit, quando animatam carnem sibi intra uterum Virginis condidit. Tunc equitem ascendit, quando humanam animam propriæ carni præsidentem, divino cultui semelipsum creando subjugavit. Carnem quippe divinitas anima mediale suscepit, et per hoc totum simul equitem levavit, quia in semelipso hōi solum illam quæ regebatur, sed hanc etiam quæ regebat astrinxit. Iudea igitur per adhuc superbientis Antichristi laqueo seductionis capta, quia Redemptorem nostrum humilem fuisse inter homines despicit, 1015 deridet equitem, quia vero ejus in omnibus divinitati conitadicit, deridet nihilominus et ascensorem. Sed Redemptor hōstet unus idemque et eques, et equis est ascensor; et cum in mundum venit, fortis contra mundum prædicatores exhibuit; et cum in intudi termino Antichristi fallaciā tolerat, virtutem pro se certantibus subministrat; ut curi antiquis hostis in illa sua cito finienda libertate laxatur, fideles nostri tanto maiores vires accipiant, quanto contra adversarium solutum pugnant. Unde hic cum struthio alas elevare, ascensorem et equitem derideré describitur, illico fortium prædicatorum metuoria subrogatur, et dicitur :

#### CAPUT XXIV [Vet. XVIII].

Vers. 1. — *Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnum?*

43. *Equi nomine multa in Scriptura sacra significantur : lubrici; dignitas temporalis; præsens sæculum; cuius extrema premit coluber Antichristus. Præparatio rectæ intentionis; sancti prædicatores.* — In Scriptura sacra equi nomine aliquando lubrica vita pravorum, aliquando dignitas temporalis, aliquando hoc ipsum præsens sæculum, aliquando præparatio rectæ intentionis, aliquando sanctus prædicator exprimitur.

Equi enim nomine lubrica pravorum vita signatur, sicut scriptum est : *Nolite fieri sicut equus et mulus* (Psal. xxxi, 9). Et sicut per prophetam alium dicitur : *Equi amatores, et emissarii facti sunt, unresquisque ad uxorem proximi sui hiniebat* (Jerem. v, 8).

Equi nomine dignitas temporalis accipitur, Salomonē attestante, qui ait : *Vidi servos in equis, et principes ambulantes quasi servos super terram* (Eccle. x, 7). Omnis quippe qui peccat servus est peccati, et servi in equis sunt cum peccatores præsentis vita dignitatibus efficeruntur. Principes vero quasi servi ambulant, cum multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit, sed summa hic adversitas velut indignos deorsum premit. Hinc rursum dicitur : *Dormitaverunt qui ascenderunt equos* (Psal. lxxv, 7); id est, in morte animæ mentis oculos a veritatis luce clauerunt, qui in præsenti vita honore confisi sunt.

Equi nomine hoc ipsum præsens sæculum designatur, sicut Jacob voce dicitur : *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens unguis eius, ut cadat ascensor ejus retro* (Genes. xl ix, 17). Quo in testimonio quid equus significet melius ostendimus, si et ea quæ circumstant paulo subtilius exponamus. Nonnulli enim de tribu Dan venire Antichristum ferunt, pro eo quod hoc loco Dan et coluber asseritur et mordens. Unde et non immerito dum Israeliticus populus terras in castrorum partitione susciperet, primus Dan ad Aquilonem castramatus est (Num. ii, 25); illum scilicet signans, qui in corde suo dixerat : *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis; ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo* (Isai. xiv, 13). De quo et per prophetam dicitur : *A Dan auditus est fremitus equorum ejus* (Jerem. viii, 16). Qui non solum coluber, sed etiam cerastes vocatur.

Képæta enim Græce cornua Latine dicuntur, serpentesque hic cornutus esse perhibetur, per quem digne Antichristi adventus asseritur, quia contra fidelium vitam cum morsu pestiferæ prædicationis atmatur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat semitam angustiorem esse quam viam? Fit ergo Dan coluber in via, quia in præsenti vita latitudine eos ambulare provocat, quibus quasi parcendo blanditur; 1016 sed in via mordet, quia eos quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno consumit. Fit cerastes in semita, quia quos fideles reperit, et sese ad præceptū cœlestis angusta itinera constringentes, non solum nequitia callidae persuasionis impedit, sed etiam terrorē po-

testatis premis, et in persecutionis angore, post beneficia fictæ dulcedinis, exercet cornua potestatis. Quo in loco equus bene mundum insinuat, qui per stationem suam in cursu lebantum tempora spumat. Et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nescit, coraeat iste equi unguis mordere prohibetur. Unguis quippe equi mordere est extrema sceluli feriendo contingere. Ut cadat ascensor ejus retro (*Genes. xliii, 17*). Ascensor equi est quia quis extollitur in dignitatibus mundi. Qui retro cadere dicitur, et non in faciem, sicut Seulus cecidisse memoratur (*Act. ix, 4*). In faciem enim cadere est in hac vita suas unumquemque culpas agnoscere, easque penitendo deflere. Retro vero quo non videtur, cadere, est ex hac vita repente doceodere, et ad quæ supplicia dueatur ignorare. Et quia Iudea erroris sui laqueis capta, pro Christo Antichristum expedit, bene Jacob eodem loco repente in electorum voce converitus est, dicens: *Salutare tuum expeditabo, Domine* (*Genes. xliii, 18*); id est, non sicut infideles Antichristum, sed cum qui in redemptionem nostram venturus est, <sup>d</sup> verum erode fideler Christum.

Equi nomine præparatio rectæ intentionis accipiatur, sicut scriptum est: *Equis paratur in diem belli, sed Dominus salutem tribabit* (*Prov. xxi, 31*), quis contra tentationem quidem se animus præparat, sed nisi adjuvetur, salubriter non doceat.

Equi nomine sanctus quisque prædicator accipitur, propheta attestante, qui ait: *Misisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas* (*Heboc. iii, 15*). Quicquid equi quippe aquas jacuerunt, quia humanæ mentes diu vitiiorum suorum torpore sepietæ sunt. Sed equus Dei mare turbatum est, quia missis sanctis prædicatoribus, omne sor quod pestilera securitate torpuit, impulsu salutiferi timoris expavit. Hoc itaque loco equi nomine sanctus prædicator accipitur, cum beato Job dicitur: [Vet. XIX, Rec. XI.] *Nunquid præbebis equi fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum?*

44. *Prædicator tanquam equus habeat a Deo fortitudinem, ut recte agat; et hinnitum, ut optimè doceat.* — Sed quid est quod hinc equo Dominus se prius dare fortitudinem, et postmodum collo ejus hinnitum circumdate asserit? Hinnitum enim vox prædicationis exprimitur. Verus autem quisque prædicator ante fortitudinem, et postmodum hinnitum decipit, quia cum in se prius vita extinxerit, tunc pro erudientiis aliis ad vocem prædicationis venit. Equus iste habet fortitudinem; quis aduersa constanter tolerat. Habet hinnitum, quia ad superbia blandiens vocat. Huius equo Dominus et fortitudinem et hinnitum se dare testatur, quia illi prædicatore ejus nisi et vita et

<sup>a</sup> Ed., in persecutionis languore. Quibus prævulimus Mss. nostros Ebroic. aliquaque Norm., duos Germ., Vindoc., Vnl. Cl., etc. Sane furoris Antichristo non languebit, sed feruebit potius persecutio.

<sup>b</sup> Mss. Anglic. et Norm., feriendo constringere. Melius videtur, contingere, quod in omnibus Editis etiam vel. habetur.

<sup>c</sup> Val. Cl. et duo Germ., decidere.

<sup>d</sup> Vet. Ed. Paris. et Basil., aliquæ deinceps, ve-

A sermo convenerint, nequaquam virtus perfectionis apparebit. Non enim multum prodest si sublimis vita operatione suffultus sit, si tamen loquendo non vallet ad hoc alios excitare quod sentit. Vel quid prodest bene loquendo alios accendere, si semetipsum indicat male vivendo torpuisse? Quia ergo in prædicatore necesse est ut ad perfectionem **1017** utraque conveniant, equo suo Dominus et cum actionis fortitudine hinnitum vocis et cum hinnitu voeis fortitudinem ministrat actionis. Et notandum cur hinnitus, qui interius nimurum per guttur ducitur, equi collo circumdari, id est quasi per gyrum trahi exterius, dicatur, quia videlicet prædicationis vox de internis emanat, sed extra circumdat. Nam quo alios ad hene vivendum suscitat, eo ad bene agendum et opera prædicatoris ligat, ne extra sermonem actio transeat, ne voci vita contradicat. Collo ergo equi hinnitus circumducitur, quia ne ad perversa opera prodeat, suis vocibus etiam vita prædicantis obsidetur. Hinc est enim quod potenter dimicantibus in munere torqueatur, ut quia signa virtutum gestant, majora semper exerceant, et debilitatis crimen incurrire metuant, dum in semetipsis jam fortitudinis est præmium, quod ostentant. Unde recte in laude sapientie auditori cuiilibet per Salomonem dicitur: *Coronam gloriæ accipies capiti tuo, et torqueam auream collo tuo* (*Prov. i, 9*). Sequitur:

#### CAPUT XXV [Rec. XII].

VERS. 20.—*Nunquid suscittabis eum quasi locustas?*  
45. *Per locustas que debeant intelligi. Judæus populus. Salua quosdam dedit, et in terram statim ecclasi.* — Locustarum nomine aliquando Judæus populus; aliquando conversa gentilitas, aliquando adulantium Hungaria; aliquando vero per comparationem resurrectio dominica; vel prædicatorum vita signator.

Quia enim Judæorum populum locustas exprimant, vita Johannis signat, de quo scriptum est: *Locusta et mel silvestre edebat* (*Math. iii, 4*). Joannes quippe eum quem prophete auctoritate pronuntiat, etiam specie ciborum clamat. In semetipsa enim designavit Dominum, quem prævenit. Qui misericordia in redemtionem nostram veniens, quia infelixculos gentilitatis dulcedinem tempsit, et mel silvestre edit. Quia vero Judæorum plebem la suo corpore ex parte convertit, in cibo locustas accepit. Ipsorum namque locustæ significant stabilos saltus dantes, sed pretinos ad terram cedentes. Saltus enim debant eum prædicta Domini se impiere promitterent; sed citius ad terram eadebant. Cith per præs operæ hanc se audire denegarent. Videamus in eis quasi quendam locu-

rum credendop. Lectio nostra est *Mss. Norm., Laud., Val. Cl. et duor. Germ.*

<sup>a</sup> Turon., pro eruendis.

<sup>b</sup> Germ., Vindoc., Ebroic. aliisque Norm., quod ostendant. Sic etiam Corb. Germ., antequam emendaretur et scriberetur, ostendebat.

<sup>c</sup> Turon., Germ., Val. Cl., Ebroic. aliisque Norm., edidit pro edit. Corb. Germ. sic etiam habebat antequam delerent syllabam di.

starum saltum : *Omnia verba quæ locutus est Dominus, et faciemus et audiemus* (*Exod. xxiv, 3*). Videamus autem quomodo citius ad terram ruunt : *Utinam mortui essemus in Ægypto, et non in hac vasta solitudine. Utinam pereamus, et non inducat nos Dominus in terram istam* (*Num. xiv, 3*). Locustæ ergo erant, quia habebant saltum per vocem, et casum per actionem.

[*Vet. XX.*] 46. *Gentiles locustis significati, et adulantium linguae quæ bonorum operum fructus devastant.* — Locustarum quoque nomine gentilitas designatur, Salomone attestante, qui ait : *Floreat amygdalus, impinguabit locusta, dissipabit capparis* (*Eccle. xii, 5*). Amygdalus quippe florem prius cunctis arboribus ostendit. Et quid in flore amygdali nisi sanctæ Ecclesiæ primordia designantur ? quæ in prædicatoribus suis primitivos virtutum flores aperuit, et ad inferenda poma bonorum operum, venturos sanctos, quasi arbusta sequentia prævenit. In qua mox locusta impinguata est, quia sicca gentilitatis sterilitas pinguedine est gratiæ cœlestis infusa. Capparis dissipatur, quia cum gratiam fidei vocata gentilitas attigit, Iudæa, in sua sterilitate remanens, bene vivendi ordinem amisit. Hinc rursum per eumdem Salomonem dicitur : *Regem 1018 locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas* (*Prov. xxx, 27*), quia videbilec derelicta gentilitas aliena dudum a divino regimine exstitit, sed tamen ordinata postmodum contra adversantes spiritus ad fidei bellum processit.

47. Locustæ vocabulo lingua adulantis exprimitur : quod exhibitæ cœlitus Ægyptiæ plágæ testantur, quæ exigentibus meritis corporaliter semel illatae sunt ; sed quæ mala pravæ mentes quotidie feriant, spiritualiter signaverunt. Scriptum namque est : *Venit urens b levabat locustas, quæ ascenderunt super universam terram Ægypti, operueruntque universam faciem terræ, rastantes omnia. Devorata est igitur herba terræ, et quidquid pomorum in arboribus fuit* (*Exod. x, 13, 14*). His enim Ægyptus plagi affecta est, in quibus , exteriori percussione commota, dolensque, perpenderet quæ devastationis damna interiorius negligens toleraret, ut dum foris perire minima, sed amplius dilecta cerneret, per eorum speciem quæ intus pertulerat graviora sentiret. Quid autem per significationem locustæ portendunt, que plus quam cætera minima quæque animantia humanis frugibus nocent, nisi linguas adulantium, quæ terrenorum hominum mentes, si quando bona aliqua proferre conspiciunt, hæc immoderatus laudando corrumpunt ? Fructus quippe Ægyptiorum est operatio cœnodoxorum ; quam locustæ exterminant, dum adulantes linguae ad appetendas laudes transitorias eorū operantis inclinant. Herbam vero locustæ comedunt, quando adulatores quicunque verba loquentium favoribus extollunt. Poma quoque arborum devo-

A rant, quando vanis laudibus quoramdam jam quasi sortium et opera enervant.

48. *Locusta significat etiam Christi resurrectionem, et prædicatores, qui modo ad contemplationem vitam saliant, modo resilunt.* — Locustæ nomine per comparationem Redemptoris nostri resurrectione designantur. [ *Vet. XI.* ] Unde et voce ejus per Prophetam dicitur : *Excusus sum sicut locusta* (*Psal. cviii, 23*). Teneri enim se a persecutoribus usque ad mortem pertulit ; sed sicut locusta excusus est, quia ab eorum manibus salto subite resurrectionis evolavit.

49. Quod referri quoque ad prædicatorum numerum potest. In ipsis quippe sicut locusta excusus est, quia Iudæa in sua persecutione sacerdote, <sup>a</sup> dum per diversa fugient, quasi quosdam recessione saltus dederunt. Quia vero ille præparator ad perfectionis culmen erigitur, qui non activa solummodo, sed etiam contemplativa vita solidatur, recte ipsa prædicatorum perfectio locustis exprimitur, quæ quoties se in aera astollere conantur, primum se cruribus impellentes sublevant, et postmodum alis volant. Ita nimis sunt sancti viri, qui dum superna appetunt, primum quidem activæ vitae bonis operibus innituntur, et tunc demum se ad sublimia per contemplationis saltum volando suspendunt. Crura sicut, et alas exerunt, <sup>b</sup> quia recte agendo se stabilunt, et ad alta vivendo sublevantur. Qui in hac vita positi, diu in divina contemplatione manere non possunt, sed, quasi locustarum more, a saltu quem derant in pedibus suis se excipiunt, dum post contemplationum sublimia ad necessaria activa vita opera revertuntur, nec tamen in eadem vita activa remanere contenti sunt. Sed dum ad contemplationem desideranter exsiliunt, quasi rursus aera volantes **1019** petunt; vitamque suam quasi locustæ ascendentibus descendentesque peragunt, dum sine cessatione semper et summa <sup>c</sup> videre ambiunt, et ad semetipsos naturæ corruptibilis pondere revoluti.

50. *In pace Ecclesiæ humiles, in persecutione fortis et erecti.* — Est adhuc aliud quod locustæ simile sanctis prædicatoribus gerunt. Matutinis namque horis, id est teporis tempore vix a terra se sublevant; cum vero æstus exarserit, tanto altius, quanto alacrius volant. Sanctus autem quisque præparator dum quieta fidei tempora conspicit, humiliis ac despctus aspicitur, et locustæ more quasi vix a terra sublevatur. Si autem persecutionis ardor & incalcat, corde cœlestibus inherens, mox quantæ sit sublimitas ostendit; et pulsatus alis in altum raptur, qui quietus in inuis torpuisse videbatur. De hoc ergo equo, id est prædicatore suo, beato Job Dominus dicit : *Nunquid suscitabis eum quasi locustas ? Subaudis ut ego, qui eo illum ad altiora excitando sublevo, quo graviore persecutionis æstu excruciarí permitto, ut*

<sup>a</sup> Edit., quia recte agendo stabiliuntur.

<sup>b</sup> Editi, videre appetunt. MSS. summa consensione, videre ambiunt.

<sup>c</sup> Editi cum Corb. Germ., nullo ex cæst. nostris MSS. consentiente, incandeat.

<sup>a</sup> Pratet et al., et dissipabitur.

<sup>b</sup> Duo Germ., Vindoc. et Val. Cl., levavit.

<sup>c</sup> Id est, inanis gloriæ cupidorum, a græca voce composita κνόδησος.

<sup>d</sup> Laud., dum perversa.

tunc in illo robustior virtus evigilet, cum se ei ardenter infidelium crudelitas illidit.

Sed cum multa exterius sanctus prædicator patitur, cum dira consequentium vexatione cruciatur, quis intueri valet quid est quod intus conspicit, qui tot sua exterius damna non sentit? Nisi enim essent mira quæ salubriter intus pascerent, ea procul dubio quæ admoventur exterius usque ad cor tormenta pervenirent. Sed in arce spei se animus sublevat, et idcirco <sup>a</sup> objectæ obsidionis jacula minime formidat. Unde et hoc loco Dominus, ut ostendat equus iste quam suavia jam de internis odoretur, cum tot adversa in exterioribus patitur, recte subjungit:

#### CAPUT XXVI.

Ibid. — Gloria narium ejus terror.

51. Cum tot exterius adversa patiuntur, mira interioris de eterna beatitudine odorantur. — In Scriptura sacra vocabulo narium aliquando satuitas, aliquando antiqui hostis instigatio, aliquando vero præscientia solet intelligi. Naribus namque satuitas designatur, sicut <sup>b</sup> jam superius Salomon attestante docuimus qui ait: *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra et satua* (*Prov. xi, 22*). Narium nomine exhalantes insidiæ atque instigatio antiqui hostis accipitur, quod in hoc eodem libro de illo Dominus attestatur, dicens: *De naribus ejus procedit fumus* (*Job. xli, 11*). Ac si dicat: De perversa instigatione illius in humanis cordibus caligo nequissimæ cogitationis surgit, per quam videntium oculi tenebrescent. Naribus quoque præscientia designatur, sicut per prophetam dicitur: *Quiescite ab homine, cuius spiritus est in naribus ejus, quia excelsus reputatus est ipse* (*Isai. ii, 22*). Sæpe enim id quod non videntes odore comprehendimus, ita ut nonnullæ res etiam cum longe jaceant <sup>c</sup> fragrantia nobis suæ qualitatis innotescant, dumque per nares spiritum ducimus, plerumque aliqua et invisa præscimus. Redemptoris ergo nostri spiritus esse in ejus naribus dicitur, ut videlicet scientia illius esse in præscientia designetur, quia quæcumque se scire in natura humanitatis innotuit, hæc nimirum ante sæcula ex divinitate præscivit. Qui unde spiritum in naribus **1020** habuerit, mox per prophetam subjunxit, dicens: *Quia excelsus reputatus est ipse* (*Isai. ii, 22*). Ac si diceret: In inferioribus ventura desuper præscivit, quia ad ima de cœlestibus venit. Sancti etiam viri, quia ab illo audita crediderunt, ipsi quoque jam ventura præscient; dumque ejus fideleriter præceptis inserviunt, adventum illius spe certa præstolantur. Unde et hoc loco equi hujus naribus, prædicatoris sancti præscientia ac præstolatio designatur. Dum enim venire extremum judicium, ostendi cœlestem

<sup>a</sup> Excusi, objectæ seditionis. Emendavimus ex MSS. duob. Germ., Norm., Vindoc., Turon., Laud., etc.

<sup>b</sup> Scilicet hujus libri c. 2, n. 2. Vulgati autem, pro documentis, habent didicimus, repugnantibus MSS. nostris Corb. Germ., diximus.

<sup>c</sup> Germ. et pl. Norm., fragrantiam... innotescant, modo loquendi plane Gregoriano.

<sup>d</sup> In duob. Germ., in Cilic., Vatic. et nonnullis

A patriam, persolvi justis præmia appetit, quasi per nares spiritum de futuris trahit.

52. Unde gloriatur justus, terretur peccator. — Sed gloria narium ejus terror est, quia visionem districti judicis, quam justus vehementer exspectat, injustus venire formidat. Iste namque labores suos considerans, mercedem retributionis querit; et causæ suæ meritum sciens, præsentiam judicis expetit, eumque ut veniat in flamma ignis, dans vindictam impiis, et contemplationis suæ speciem <sup>e</sup> in retributionem deferens piis, summo ardore concupiscit. Ille vero qui injustitiæ suæ meminit, venire in judicium perhorrescit, actusque suos examinari metuit, quia damnari se, si examinatur, novit. Gloria ergo narium ejus terror est, quia justus inde gloriatur, unde peccator addicatur. Videamus equum quomodo de his quæ adhuc non videt jam per nares spiritum trahit, videamus quanta gloria attollitur cum jam ventura præstolatur. Ecce labores suos intuens prædicator egregius dicit: *Ego jam delibor, et tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De reliquo reposita est mihi corona justitiae quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex* (*II Tim. iv, 6, 7, 8*). Ubi et apte subjungit: *Non solum autem mihi, sed et his qui diligunt adventum ejus* (*Ibid., 8*). Ac si dicat: Sed et omnibus qui sibi de bona operatione sunt consciū. Adventum enim judicis non diligunt, nisi qui in causa sua se habere justitiæ meritum scilunt. Quia igitur inde gloriatur justus, inde terretur injustus, dicatur recte **C** Gloria narium ejus terror. Sed sanctus iste prædicator, dum venturam gloriam præstolatur, dum venire ante faciem judicis nititur, dumque a laboris sui adhuc mercede differtur, in hac vita interim positus quid agat audiamus. Sequitur:

#### CAPUT XXVII [Rec. XIII].

Vers. 21. — Terram ungula fodit.

53. Prædicatoris officium est, in auditoribus et in scripto terrenas cogitationes effodere. — Solet in equi ungula laboris fortitudo cognosci. Quid ergo per ungulam nisi in prædicatore sancto virtutum perfectio <sup>f</sup> designatur? Qua videlicet ungula terram fodit, cum de corde audientium exemplo suorum operum terrenas cogitationes ejicit. Ungula terram fodit, quia auditorum corda a sæcularibus curis evacuat, cum doctor bonus contemni sæculum opere ostentat. Videamus Paulum terram cordis audientium qua ostensæ virtutis ungula fodiat. Ipse namque discipulis dicit: *Hæc cogitate, quæ et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me, hæc agite, et Deus pacis erit vobis* (*Philip. iv, 8, 9, 10*). Et rursum: *Imitatores mei estote, fratres, sicut et ego Christi* (*Ibid., iii, 17*).

aliis Ed., corruptissime legitur retributionem deterrens, piissimo ardore concupiscit. Restitutus est hic locus ex MSS. Anglie., Norm. et al. In Laud. legitur, piissimo ardore conspicit.

<sup>e</sup> Editi, pœnæ addicuntur. Redundat pœnæ, nec est in MSS. De verbo addicatur ejusque sensu iam dictum est. I. II. II. 15, in notis.

<sup>f</sup> Aliqui MSS., demonstrantur.

Qui igitur exemplo sui operis alios corrigit, nimirum ungula **1021** terram fudit. [Vet. XXII.] Habemus aliud quod adhuc subtilius de hujus ungula effosione tractemus. Sancti enim viri quavis intento mentis oculo in superna evigilant, quamvis cuncta quae in ima præterfluent pede rigidi contemptus calcent; ex corruptione tamen terrena carnis, cui adhuc illigati sunt, plerumque cogitationum pulverem in corde patiuntur. Cumque foris aliis ad appetenda cœlestia persuadent, semetipsos semper intrinsecus subili inquisitione discutunt, ne qua immorante in ea diu infima cogitatione polluantur. Equis ergo iste ungula terram fudit cum prædictor quisque inquisitione forti terrenas in se cogitationes discutit. Equis ungula terram fudit quando is cui jam Dominus præsidet quæ sibi moles congeritur ex velutina cogitatione considerat, seque ab illa flendo evacuare non cessat. Unde bene et Isaac apud alienam gentem piteos fuisse describitur (*Genes. xxvi*). Quo videlicet exemplo discimus ut in hac peregrinationis æcumna positi, cogitationum nostrarum profunda penetremus; et quounque nobis veræ intelligentiæ aqua respondeat, nequaquam nostræ inquisitionis manus ab exhaustienda cordis terra torpescat. Quos tamen puto eos allophyli insidiantes replent (*Ibid.*), quia nimirum immundi spiritus cum nos studiose cor fodere conspiciunt, congestas nobis tentationum cogitationes ingerunt. Unde semper mens evacuanda est, incessanterque fodienda: ne si indiscussa relinquatur, usque ad tumorem perversorum operum, cogitationum super nos terra cùmuletur. Hinc ad Ezechielem dicitur: *Fili hominis, fode parietem* (*Ezch. viii, 8*); id est, cordis duritiam crebris perscrutationum ictibus rumpit. Hinc ad Isaiaum Dominus dicit: *Ingradere in petram, abscondere fessa humo, a facie timoris Domini, et a gloria majestatis ejus* (*Isai. ii, 10*). Petram quippe ingrediuntur, cum <sup>b</sup> cordis nostri duritiam penetramus; atque a facie timoris Domini fossa humo abscondimur, et terrenas cogitationes egentes ab invicti judicis in humilitate nostræ mentis calamur. Quo enim plus terra fodiendo projectur, et pavimentum semper inferius demonstratur. Unde et nos si a noble studiose terrena cogitationes ejicimus, quæ apud nosmetipsos abscondimur, humilius inventurus.

**54. De imminentे judicii die.** *S. Gregorii sententia.* — Ecce enim quæ divini judicii dies imminet, quasi ipsa jam timoris ejus facies apparet; tantoque magis necesse est ut unusquisque illum terribilis timeat, quanto jam gloria majestatis ejus appropinquat. Quid ergo agendum est, quæ fugiendum? Quo enim quis latere potest cum quæ ubique est? Sed ecce petram ingredi, fossa humo occultari præcipimus, ut videlicet cordis nostri duritiam dirumpentes, eo iram invisibilium <sup>c</sup> tollimus, quæ ab amore rerum visibilium apud nosmetipsos in corde subtrahimus, ut cum præve cogitationis terra ejiciatur, mens apud

<sup>a</sup> Non pauci MSS., emerunt. Laud. et Germ., mergunt. Corb. Germ., immergunt.

A semetipsam tanto tutius quanto et humilius abscondatur (*Deut. xxiii, 12*). Hinc Israëlitico populo per Moysen a Domino jubetur, ut cum egreditur ad requisita naturæ, militat Paxillum in balteo, et fessa humo abscondat quæ egesta fuerint. Naturæ enim corruptibilis pondere gravata, a mentis nostræ eterno quædam cogitationum superflua quasi ventris gravamina erumpunt. Sed portare Paxillum sub balteo debemus, ut videlicet ad reprehendendos inimicos semper accirent, **1022** sciatque civitas nos stimulatum compunctionis habemus, qui incessanter terram mentis nostræ plenitatem dolore confundit, et hoc quod a nobis solidam erupit abscondat. Ventris quippe egestio fessa humo per Paxillum legitur, cum mentis nostræ superficies subili redargutione discussa, ante Dei oculos, per compunctionis sue stimulatum esset. Quia igitur sancti virtus queantque inutilia cogitant reprehendere ac dijudicare non cessant, de equo suo Dominus dicit: *Terram ungula fudit*, id est quidquid in mente sua terrenam versari conspicit, hoc nimis superducoe plenitatis deris percussionibus rompit. Cum vero se interius distracta subtilitate dijudicant, jam nihil est quod exterius pertimescant. Tanto enim nimis ad mala præsentia trepidant, quanto semetipsos plenius bonis venturis parant. Unde et subditur:

#### CAPUT XXVIIH [Vet. XXXIII, Res. XIV].

*Ibid.* — *Exsultat audacter, in occursum pergit armatio.*

**55. Sanctum virum nec adversa dejiciunt;** nec prospera corrumpunt. Apostolorum inter flagella exsultatio, in primis Pauli. *Hæretici potestatum secularium patrocinium ambunt. Infractæ virtutis est rerum terrenarum contemptus.* — Exsultat audacter, quia nō adversis non frangitur, sicut nec prosperis elevatur. Adversa namque non dejiciunt, quem prospera nūlla corrumpunt. Equus itaque iste et fortis et sub freno est. Ne ergo prematur adversis, habet vim fortitudinis; ne elevetur prosperis, habet pondus desuper incidentis. Decurrunt quippe tempora, sed idcirco justiori trabere non valent, quia levare non possunt. Illos nimis trahent, quos levant; itata dejiciunt; quos blanda sustollunt. Vir autem bene Deo subditus seit inter transiuntia stare, seit inter lapsus decurrentium temporum mentis gressum agere, seit nec ad subjecta se erigere, nec ad objecta trahilare. Plerumque autem quia exerceri se utilius contritionis sue laboribus novit, in adversis hilarescit, quæ dum constanter pro veritate patitur, augeri sibi virtutis meritum iustatur. Hinc est quod iunc apostolos exultasse legimus, cum pro Christo illos contigit flagella tolerasse, sicut scriptum est: *Ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati* (*Act. v, 41*). Hinc Paulus cum duris in Macedonia fuisset persecutionibus pressus, in eo quod sè afflictum insistat, triam jacundatim démonstrat, dicens: *Nam cum ténacissimis Macedoniam, nullam requiō habuit caro nostra*

<sup>b</sup> Turon., duo Germ. ac Notth., torpōtis nosti.

<sup>c</sup> Turon., nero, plenitatem dolere, quællant.

(*II Cor. viii. 5*). *Ac si aperte diceret quia spiritus requietus habuit dum per profectum animæ persecutionum supplicia caro toleravit.* Contra hunc itaque equum ab adversariis sanctæ Ecclesiæ parantur gladii de dolore peccatorum, parantur arma de patrocinii secularium potestatum. Solent namque haeretici potentem mundi defensionibus, quasi quibusdam armis, se tegere; solent omnes infideles prædicationem fiduci excitatis etiam saeculi potestatibus impugnare. Sed equeus Dei exultat audacter, et exteriora tormenta non metuit, quia internam delectationem querit, potestatum mundi iracundiam non formidat, quia ipsius quoque vitæ præsentis desiderium per mentis excessum calcat. Hinc per Salomonem dicitur: *Non contristabit justum quidquid ei acciderit* (*Prov. xii. 21*). Hinc in eo rursum scriptum est: *Justus quasi leo confidens absque terrore erit* (*Prov. xxviii. 1*). In occurso bestiarum idcirco leo non trepidat, quia prævalere se omnibus non ignorat. Unde justi viri securitas recte leoni comparatur, quia contra se cum quælibet insurgere consipicit, ad mentis sue confidentiam reddit; **1023** et scit quia cunctos adversantes superat, quia illum solum diligit, quem invitus nullo modo amittat. Quisquis enim exteriora, quæ et dolenti subtrahuntur, appetit sua se sponte extraneo timori substernit. Infraacta autem virtus <sup>a</sup> est concupiscentiæ terrenæ contemptus, quia et in alto mens ponitur, cum a rebus infimis spei sua judicio sublevatur, atque à cunctis adversantibus tanto minus attingitur quanto in supernis sita tutius munitur.

**56. Justus adversantibus intrepidus occurrit.** — Equus itaque iste non solum <sup>b</sup> contra se venientes minime metuit, sed eis etiam in occursum pergit. Unde bene hic additur: *In occursum pergit armatis.* Plerumque enim quieti atque inconcussi relinquimus, si obviare pravis <sup>c</sup> pro justitia non curamus. Sed si ad æternæ vitæ desiderium animus exarsit, si jam verum lumen intrinsecus respicit, si in se flammarum sancti fervoris accendit, in quantum locus admittit, in quantum causa exigit, debemus pro defensione justitiæ nosmetipsos objicere, et perversis ad injusta erumpentibus, etiam cum ab eis non querimur, obviare. Nam cum justitiam, quam nos amamus, in aliis feriunt, nos nihilominus sua <sup>d</sup> percussione confidunt, etiam si venerari videantur. Quia ergo vir sanctus pravis ac male agentibus sese etiam cum non queritur opponit, recte de equo Dei dicitur: *In occursum pergit armatis.*

**57. S. Pauli exemplum.** — Intuéri libet illum sessoris sui calcaribus excitatum contra armatos hostes, quantus Paulum fervor accenderat, quando eum Ephesi ad irrumpendas theatri turbas zeli flammis rapebat. Scriptum quippe est: *Repletæ sunt ira, et*

<sup>a</sup> Gussanv. et plur. Ed. cum Ms. Germ., *est concupiscentia ritæ æternæ, terrenæ contemptus.* Vet. Ed. Paris. et Basil. consentiunt Ms. Anglie., Norm.; Vindoc., Corb. Germ., Turon., Laud., etc., quos sequimur.

<sup>b</sup> Vindoc., Ebroic. aliique Norm., *contra saevientes.*

<sup>c</sup> Vulgati, *per justitiam. Nostram lect. deprompsimus ex Ms. Longip., Laud., Turon., Val. Cl., duob.*

**A** *exclamaverunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum; et implæta est civitas confusione, et impètum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Caio et Aristarcho Macedonibus, comitibus Paust (Act. xix, 28, 29).* Atque mox subditur: *Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli. Quidam autem et de Asia principibus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum (Ibid., 30, 31).* In quibus profecto verbis agnoscimus quo impetu contra cuncos adversantes irrueret, nisi eum per amicos et discipulos charitatis frena tenuissent.

**58. Declinandum tamen aliquando prudenter periculum,** si ex illo periculo modicus tantum fructus speratur. *Hoc Paulus exemplo docuit.* — Sed si obviare hostibus, si ultiro pugnam petere, si nosmetipsos semper relinquere in cursu nostri fervoris debemus, quid est quod idem prædictor egregius de semetipso faretur, dicens: *Damasci præpositus gentiæ Areæ regis custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet, et per fenestræ in sporta demissui sum per murum, et sic effugi manus ejus (II Cor. xi, 32, 33).* Quid est quod equus iste modo sponte armaturum cuseos impedit, et modo se ab armatis hostibus quasi trepidus abscondit, nisi hoc, quod necesse est ut in ejus artificiose virtute discamus adversariorum pugnam et constanter aliquando appetere, et prudenter aliquando declinare? [*Vet. XXIV.*] Necesse quippe est ut per omne quod agimus in mentis tritina positum hinc pondus, illuc fructum nostri laboris aestimemus; et cum pondus fructum superat, laborem quisque innoxie declinet, dummodo se in aliis exerceat, in quibus lucro fructuum pondus laboris vincat. Cum vero sub **1024** sequenti quantitate fructuum mensura laboris aut æquatur, aut vincitur, <sup>e</sup> labor non sine gravi culpa declinatur. Unde prædictor sanctus, cum Damasci valde obstinatas thetites persequentium certineret, eorum holuit adversitati conligere, quia et semetipsum, quem profoturum multis noverat, vidit posse desiceré, et aut nullis se ibi aut paucis prodesse. Secessum ergo a certaminè perfici, et pugnaturum feliciter ad alia se bella servavit. Non enim loco virtus, sed locus virtuti defuit; et idcirco fortissimus miles ab obdictionis angustia certaminis campum quæsivit. Ubi autem subjuganda regi proprio multa adversariorum colla conspexit, subire bellum vel cum morte non timuit; stetit ipse cum Jerosolymam pergeret, eumque discipuli, passio illius per prophetiam præscita, prohiberent, subimelipsi attestatur, dicens: *Ego non solum alligari, sed ei mori in Jerusalem patulus sum pro nomine Domini Jesu (Act. xxi, 13).* Nequæ enim facta animata meam protiosiorem quam me (Ibid., xx, 24). Qui igitur hic hostiles cuneos etiam præscita passione sua

Germ. et pler. Norm.

<sup>d</sup> Excusi, persecutio. Postea lectio Ms. Vindoc., Turon., duor. Germ., Norm., Val. Cl.; quam sequitur.

<sup>e</sup> Turon., duo Germ. et Val. Cl. rapto Caio.

<sup>f</sup> Vindoc., labor in fine gravi culpa declinatur. Turon., labor sine gravi culpa declinatur.

imperterritus petit, illic de dispensatione fuisse edocuit, non de timore quod fugit.

**59. Cavendum ne timore potius quam causa dispensatione fugiamus.** — Quia in re pensandum est quia ille labores quosdani per dispensationis judicium laudabiliter declinat, qui pro Deo majores alios fortiter tolerat. Nam saepe ab hominibus timor debilis causa dispensatio vocatur; et quasi prudenter impetum declinasce asserunt, cum fugientes turpiter in terga feriuntur. Unde necesse est ut in causa Dei, cum res dispensationis agitur, metus cordis subtilissima libratione pensetur, ne per insurmitatem timor subrepatur, et sese per dispensationis imaginem rationem configat, ne culpa se prudentiam nominet; jamque nec ad poenitentiam animus redeat, quando hoc quod inique perpetrat virtutem vocat. Restat igitur ut in dubiis quisque deprehensus, cum qualibet sibi adversitas imminet, prius intra semetipsum contra formidinem et præcipitationem pugnet, quatenus nec formidolose se subtrahat, nec præcipitanter opponat. Valde enim præceps est qui semper se adversis objicit, et valde pavidus qui semper abscondit.

**60. Peritus dux hosti exercitum nec semper admovet, nec semper subducit.** — Sed huc melius in bellis spiritualibus discimus, si formam exercitii a corporalibus bellis trahamus. Non enim ille dux sapiens est, qui semper contra hostiles cuneos exercitum præceps admovet; neque ille dux fortis, qui semper hunc ab hosti facie cavendo subducit. Scire namque dux debet modo ab hostili impetu exercitum caute subtrahere, modo hostem circumfusis cornibus coarctare. Quod nimis sollicite perfecti prædicatores exhibent, cum modo persecutionis rabiem declinantes, noverunt sapienter sed non enerviter cedere; modo autem persecutionis impetum contemnentes, noverunt ei fortiter, sed non præcipitanter obviare. Quia autem sanctus vir, cum congruum cernit, ictibus percutius objicit, et venientia jacula vel moriens retundit, recte dicitur: *In occursum pergit armatis.* De quo adhuc bene subditur:

### CAPUT XXIX.

**VERS. 22. — Contemnit pavorem, nec cedit gladio.**

**1025 61. Paulus pavorem omnem, omnem hostilem impetum despexit.** — Videamus quomodo pavorem despiciat, qui ipsos adversariorum gladios enumerans calcat. Ait enim: *Quis nos separabit a charitate Dei? tribulatio an angustia, an fames, an persecutio* (*Rom. viii, 35*)? In pavore autem ventura poena metuitur, in gladio vero jam dolor de præsenti percussione sentitur. Quia ergo vir sanctus ventura adversa non metuit, pavorem despicit; quia vero nec superveniente percussione vincitur, nequaquam gladiis cedit. Contra hunc itaque equum tot sunt gladii hostium, quot genera persecutionum; quæ cuncta obvians superat, quia amore vite sese ad interitum

<sup>a</sup> Laud., judicium. Et infra, ex occulto judicio.

<sup>b</sup> Corb. Germ., Vindoc., Ebroic. ac Norm., quæ saltem:

A parat. Sed quia tam robustissimum pectus quomodo se jaculis opponat audivimus, nunc quid ab adversariis agatur audiamus. Sequitur:

### CAPUT XXX.

**VERS. 23. — Super ipsum sonabit pharetra.**

**62. Victi hostes ad dolos, sed incassum consurgunt.** — In Scriptura sacra pharetræ nomine aliquando justum Dei occultumque <sup>a</sup> consilium, aliquando vero clandestina prævorum machinatio designatur. Per pharetram justum Dei occultumque consilium exprimitur, sicut idem beatus Job superiori parte testatur, dicens: *Pharetram enim suam aperuit, et affixit me* (*Job. xix, 14*). Id est, occultum suum consilium detexit, et publica me percussione vulneravit. Sicut enim in pharetra sagittæ, sic in occulto Dei consilio latent sententiae; et quasi ex pharetra sagitta educitur, quando ex occulto consilio apertam Deus sententiam jaculatur. Pharetræ quoque nomine prævorum machinatio designatur, sicut per prophetam dicitur: *Paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde* (*Psal. x, 3*). [Vt. XXV.] Iniqui enim cum dolos quos bonis excogitant secretis machinationibus occultant, quasi in pharetra sagittas parant, et in hac præsentis vitæ caligine, velut in obscuro, rectos corde feriunt, quia malitiosa eorum jacula et sentiri per vulnus possunt, et tamen venientia deprehendi non possunt. Igitur quia equus Dei nulla adversitate terretur, eique quo magis obviatur, eo vi intentionis suæ super armatos hostes serventior ducitur, persecutores ejus, qui se etiam ferientes vinci sentiunt, turbati ad consilium revertuntur, dolos præparant, et velut ex longinquò mittendo vulnera occultant. Unde nunc recte dicitur: (*Rec. XV.*) *Super ipsum sonabit pharetra;* ut eum ex absconsa machinatione longe feriant, cui aperitis congressionibus inaniter appropinquant. Hæc tunc super equum Dei pharetra sonuerat, cum quadraginta viri qui in ejus mortem conjuraverant educi de carcere Paulum quererant (*Act. xxiii, 16*), ut consiliorum suorum ictibus <sup>b</sup> quasi clam sagittarum dolo interficerent quem congressione persecutionis publice superare nequaquam possent. Pharetra ergo sonuit, quia occultæ machinationis ad Paulum causa pervenit.

**D 63. Artes suas aliquando occultant, aliquando, ut incutiant terrorem, ostentant.** — Quamvis si vigilanter quærimus, adhuc in pharetræ sonitu aliiquid subtilius invenimus. Sæpe enim adversarii consilia contra bonos ineunt, pravis inventionibus innituntur, ad excogitandos dolos se conserunt, sed tamen qui eosdem dolos prodere bonis debeant, ipsi instituant, latenter ipsi transmittunt, ut credulis suppliciorum præparatio dum quasi furtim innotescitur, amplius timeatur, et audientis animum plus suspecta vulnera quam percepta perturbent. In pharetra enim sagittæ **1026** dum latent et sonant mortem etiam uoa visu denuntiant. Pharetra ergo contra equum sonitum

reddit, cum contra prædicatorem sanctum occulta prævorum machinatio consilium suum, quod fraudulenter operit, fraudulentius innotescit, ut præmissis minis quasi ex sonitu pharetræ terreat, cum prædictor Dei apertas contumelias velut minus ferientia jacula non formidat. Cum vero eisdem minis minime terretur, mox persecutorum crudelitas ad supplicia manifesta perducitur. Unde bene postquam dictum est : *Super ipsum sonabit pharetra; illico additur :*

## CAPUT XXXI.

*Ibid. — a Vibrabit hasta.*

64. *A minis ad aperta supplicia prorumpunt.* — Contra prædicatorem Dei post pharetræ sonitum hasta vibratur, quando post terrores exhibitos et vicino jam feriens aperta poena producitur. Prædicatores autem sancti, cum pro defensione fidei supplicia subeunt, ad eamdem fidem, quos valent, rapere et inter verbera non desistunt; et cum patienter vulnera suscipiunt, prudenter contra corda infidelium sagittas prædicationis reddunt. Unde nonnunquam agitur ut ipsi qui in persecutione saeviunt non tam doleant quod cor prædicatoris non emolliunt quam quod per ejus verba etiam alios amittant. Quia igitur eum feriendo non superant, ne fortasse et alii qui illum audiunt<sup>b</sup> se derelinquant, mox contra loquentis verba scutum responsionis parant. Unde cum dicteret : *c Vibrabit hasta, recte subjungit :*

*Ibid. — Et clypeus.*

65. *Rationes quas opponant, etiam querunt.* — Persecutor enim saeviens postquam prædicatoris corpus suppicio percudit, <sup>a</sup> auditorum cor quasi clypeo verbis sua disputationis munit. Vir igitur sanctus ut feriri debeat, hasta vibratur; sed ne audiri possit, clypeus opponitur. Illudent namque defensores Dei in prælio sagittas suas quas eo citius in auditorum corda injiciunt, quo illas de spirituali arcu, id est de intima cordis tensione distringunt. His quippe se in bello fidei Paulus armaverat, cum dicebat : *Laboro usque ad vincula quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum (II Tim. ii, 9).* Ac si dicceret : Hasta quidem suppliciorum senior, sed tamen verborum sagittas emittere non desisto. Vulnera crudelitatis accipio, sed cor infidelium vera loquendo transfigo. Dicatur ergo : *Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta et clypeus.* Contra equum quippe Dei, quia prævorum consilia perstrepunt, pharetra sonat, quia aperta poena exquiritur, hasta vibratur; quia vero ei etiam disputatione resistitur, clypeus antefertur. Sed nunquid a fervore suo per ista compescitur? Vir enim sanctus quo majore persecutione premitur, eo ad prædicandam veritatem acrius insitgatur; et cum patienter persecutores tolerat, arden-

<sup>a</sup> Val. Cl., *Vibrabit hasta.* Et sic inferius. Confirmatur hæc lectio ex sequentibus : *post pharetræ sonitum hasta vibratur.* Laud., *Vibrabit hastam.*

<sup>b</sup> Vindoc., Pratell. et plur. Normi., delinquent.

<sup>c</sup> Laud., *Vibrabit hastam... et clypeum.*

<sup>d</sup> Laudun., *Auditorum cor quasi clypeo vibratur,*

<sup>A</sup> ter ad se <sup>a</sup> auditores trahere festinat. Unde et bene adhuc de equo Dei subditur :

## CAPUT XXXII.

*Vers. 24. — Fervens et fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem.*

66. *Despectis illorum conatibus, pius prædictor peccatorum conversioni semper insudat.* — Primo namque peccanti homini dictum est : *Terra es, et in terram ibis (Genes. iii, 19).* Tubæ autem clangunt, cum hujus sæculi potestates loqui sanctos terribiliter prohibent. Quia igitur prædictor zelo sancti Spiritus inflammatus, vel inter supplicia positus, quoslibet peccatores ad se trahere non desistit, fervens <sup>B</sup> 1027 procul dubio terram sorbet, quia vero persecutorum minas minime formidat, clangorem tubæ sonare non reputat. Tuba enim, quæ discrimin bellum denuntiat, quid est aliud quam vox sæcularium potestatum, quæ contempta resistantibus mortis certamen parat?

67. *Exemplum Apostolorum, præsertim S. Pauli.* — Hæc a principibus sacerdotum tuba sonuerat, cum flagellatos apostolos de Deo loqui prohibebant, sicut scriptum est : *Cæsis denuntiaverunt, ne loquerentur in nomine Jesu (Act. v, 40).* Sed videamus quomodo equum Dei clangor tubæ non terreat. Ait Petrus : *Obedire oportet Deo magis quam hominibus (Ibid., 29).* Qui aliis quoque persecutibus dicit : *Non enim possumus quæ vidimus et audivimus, non loqui (Act. iv, 20).* <sup>c</sup> Equus ergo Dei clangorem tubæ non metuit, quia prædictor egregius despœctis potestatibus sæculi, nullos minarum sonitus pertimescit.

68. Videamus alium equum Dei quomodo terram sorbeat, quomodo nullus eum tubæ terror attingat (Act. xiv, 18, 19, 20, 21). Scriptum est : *Supervenierunt quidam ab Antiochia et Iconio Judæi, et persuaserunt turbis, lapidantes Paulum traxerunt extra civitatem, cestimantes eum mortuum esse. Circumstantibus autem eum discipulis, surgens intravit civitatem, et postero die profectus est cum Barnaba in Derben. Cumque evangelizassent civitati illi, et docuissent multos, reversi sunt Lystrum et Iconium et Antiochiam, confirmantes animas discipulorum.* Perpendamus ergo quæ hunc possent equum minæ compescere, quando eum ab intentione sua non valet mors ipsa prohibere. <sup>D</sup> Ecce lapidibus obruitur, nec tamen a veritatis sermone removetur. Occidi potest, superari non potest; velut existitus extra urbem projectur, sed intra urbem die alio illæsus prædictor inventur. O quam fortis huic viro inest infirmitas! o quam victrix poena! o quam dominatrix patientia! <sup>e</sup> Ad agendum repulsione provocatur, ad prædicandam salutem plagiis erigitur, ad propellendam laboris lassitudinem

<sup>a</sup> sed ne audiri possit, clypeus opponitur, mendose.

<sup>b</sup> Laud. et Val. Cl., adjutores.

<sup>c</sup> Ita plerique MSS.

<sup>d</sup> Vet. Edit. ac recentiores, *ad arguendum.* Placet magis, *ad agendum*, ut babent MSS. Ebrouie. Aliisque Norman., duo Germ., Vindoc., Val. Cl., etc.

pona refixeretur. Quis ergo hunc adversitas supererit, quem poena sovet? Sed equus iste Dei ei pharaoque sagittas despicit, <sup>a</sup> quia ipsius consilia contemnit; vibratam hastam supererat, quia et contra aperte persecutionis vulnera pectus firmatus; oppositum clypeum rumpit, quia disputationem resistentium ratiocinando subigit; terram sorbet, quia peccatores in suum corpus exhortando convertit; clangorem buccinae sonare non reputat, quia vocem quantilibet terribilis prohibitionis carcat. Minus est autem quod dicitur, quia fortis perseverat in laboribus, adhuc, quod manus est, exultat in adversis. Unde sequitur:

### CAPUT XXXIII [Rec. XVI].

Vers. 25. — *Ubi audierit buccinam, dicit Vah.*

69. Sancti, imminentie certamine, licet mortis metu concutiantur, de futuro tamen premio gaudent. — Quibus profecto verbis et illud ostenditur, quod hoc loco a Domino de equo irrationalitati nil datur. Nique enim vah dicere brutum animal potest; sed dum assentitur dicere quod omnino dicere non valet, innuitur quem designet. Vah quippe sermo exultationis est. Equis ergo, audita buccina, vah dicit, quia fortis quisque prædicator cum certamen passionis sibi propinquare <sup>b</sup> considerat, de exercitio virtutis exultat; nec terretur pugnae periculo, quia victoria fætatur triumpho. 1028 Equo itaque est vah dicere, <sup>c</sup> prædicatorem sanctorum de ventura passione gaudere. [Vet. XXVI.] Sed si prædicator fortis gloriam passionis appetit, si discrimen mortis subire pro Domino laetus querit, quid est quod ipsi fortissimo prædicatori, qui ex robusto corde virtutem traxit in nomine, Petro Veritas dixit: *Cum sexueris, extendas manus tuas, et alius te cingat, et ducet quoniam sis* (Joan. xxi, 13). Quomodo de passione gaudet, qui, cinctus ab alio, ire quo ducitur non volet? Sed si pensamus qualiter animus appropinquante passione et mortis metu qualiter, et tamen de vegetu regni premio laetatur, intelligimus quomodo glorijs certaminis subire periculum volens nolit, quia et in morte considerat quod tolerans paveat, et in levitate mortis aspicit quod appetens querat.

70. *Paulus amat quod refugit, fugere videtur quod amat.* — Videamus Paulum quomodo amet quod refugit, quomodo refugiat quod amat. Ait enim: *Desiderium habens dissoluti, et cum Christo esse* (Philip. i, 23). Et, *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum* (Ibid., 21). Et tandem dicit: *Qui sumus in hoc habitaculo, ingemiscimus gravati, eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita* (I Cor. v, 4). Ecce et mori desiderat, et tamen garre expoliari formidat. Cur hoc? Quia etiam Victoria ipse perpetuus letificat, ipsa nihilominus ad presens poena perturbat; et quamvis vincat amor

<sup>a</sup> Laudum, quia mala vita consilia contemnit. Duo Germ., paulo ante sic habebut: sed equus Dei est et phar.

<sup>b</sup> Laud., desiderat.

<sup>c</sup> Turon., pter. Norm., Laud., Val. Cl., Germ. duo, *Prædicatori sangue de.*

<sup>d</sup> Ita Mas. Corb. Germ., Norm., Turon., Vindoc.

A subsequentis muneras, tangit tempore non sine macero animum pulsus doloris. Sicut enim vir fortis, cum vicino jam beli certamine armis accingitur, et palpitat et festinat, tremet et seget, quasi pavore per pallorem cernitur, sed per iram vehementer uregetur; ita vir sanctus, cum passioni se propinquare conspirat, et naturæ sue infirmitate concutitur, et aperi soliditate roboratur; et de vicina morte trepidat, et tamen quod moriendo verius vivat, exultat. Ad regnum quippe non potest nisi interposita morte transire; et idcirco confidendo quasi ambigit, et quasi ambigendo confidit; et gaudens metuit, et metuens gaudet, quia scit quod ad bravium quietis non perveniat, nisi hoc quod interjectet cum labore transcendet. Sic nos, cum morbos a corpore repellere cupimus, triates quidem amarum purgationis poculum sumimus, certi autem de subsequenti salute gaudemus. Quia enim pervenire corpus aliud ad salutem non valet, in potu libet etiam quod tzedot. Cumque amaritudini inesse vitam animus conspicit, moerore turbatus bilarescit. Dicatur ergo: *Ubi audierit buccinam, dicit Vah*, quia prædicator fortis cognito certaminis mortuio, et si ut homo <sup>e</sup> ad vim persecutionis trepidat, per spei tamen certitudinem ad premium remuneracionis exultat. Sed neququam ad hoc passionis bellum inconcussus existeret, nisi eamdem passionem intenta cogitatione meditando præveniret. Malum namque quod consilio prævenitur, decertanti contra se animo ex ratione subjiciunt, quia tanto quisque minus adversitate vincitur, quanto contra illam præsciendo paratus invenitur. Sæpe enim grave timoris pondus usu levigatur, sæpe prius ipsa sicut inopinata perturbat, ita deliberatione præventa latifundat. Unde et recte de hoc equo subiungitur:

Ibid. — 1029 *Procul odoratur bellum.*

71. *Ad reportandam victoriam certamen prævidetur.* — Ac si apertius dicatur: Idcirco <sup>f</sup> quodlibet certamen exsuperat, quia mentem certamini ante certamen parat. Bellum quippe procul odorari est adversa queque longe adiuvio posita cogitando prænoscere, ne fortasse valeant improvisa superare. Hoc bellum procul odorari discipulos Paulus admonebat, cum diceret: *Vosmetipos tentate si estis in fidè, ipsi vos probate* (I Cor. xiii, 5). Ac si aperte præciparet, dicens: *Persecutionum certamina ad mentem reducite, et cordis vestri intima atque occulta pensantes, quales inter supplicia existere valeatis invente.* Hoc bellum sancti viri procul odorantur, quando et in pace universalis Ecclesie positi, vel hæreditorum bella, vel imminentia ab infidelibus persecutionum tormenta conspiciunt. Qui dum recte vivunt, sæpe pro bouis mala recipiunt, detractionum contumelias æquanimiter ferunt, ut si persecutionis occasio sup-

et Laud. Germ. habet *traxit, nomine*, etc. Editi vero, *traxit nominis*

<sup>g</sup> Editi tum vet. tum recept. cum duob. Germ., ad vim *persecutionis*, melius, *persecutionis*, in Fibroic. aliisque Norv., Vindoc., Laud., etc.

<sup>h</sup> Vindoc., *quodlibet bellum.*

petat, tanto illos fortiores aperti hostes inveniant, A quanto eos et intra Ecclesiam falsorum fratrum jacula non expugnant. Nam qui a statu patientiae ante linguarum vulnera corruerunt, ipse sibi testis est quia contra manifestae persecutionis gladios non subsistit. Quia ergo vir Dei exercitatus presentibus contra venientia, et exercitatus minimis contra majora nititur, recte de equo Dei dictum est, quod bellum procul odoratur. Sequitur :

## CAPUT XXXIV.

Ibid. — Exhortationem ducum, et ululatum exercitus.

**72. Subodorandum quid autores errorum, quid turba ipsius subdita possint insanire.** — Duces adversae partis sunt erroris autores, de quibus per Psalmistam dicuntur : *Effusa est b contentio super principes eorum, et seduxerunt eos vana eorum, et errare fecit eos in invio, et non in via (Psal. cxvi, 40).* De quibus per se metipsam Veritas dicit : *Cæcus si cæco ducatum d præbet, ambo in foveam cadunt (Math. xv, 14).* Hos autem duces exercitus sequitur pravorum scilicet turba, quæ infquis eorum præceptionibus simulatur. Notandum quoque quod duces exhortari, exercitum vero dicit ululare, quia videlicet hi qui infidelibus vel haereticis præsunt prava quæ teneri præcipiunt quasi ex ratione persuadent. Turba vero eis subdita, quia sine judicio eorum voces sequitur, dum per confusionis insaniam perstrepit, bestiali mente ululare prohibetur. Lupis quippe proprie ululatus convenit. Et quia catervæ reproborum contra vitam mores fidelium sola rapacitate inhant, quasi per ululatum clamant. [Vet. XXVII.] Equus ergo Dei exhortationem ducum et ululatum exercitus procul odoratur, dum sanctus quisque prædicator longe ante considerat quid vel autores errorum contra electos valeant præcipere, vel turba eis subdita quam possit immaniter insanire. Hanc exhortationem ducum odorabatur Paulus, cum diceret : *Per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium (Rom. xvi, 18).* Hunc ululatum exercitus odorabatur, dicens : *Intrabunt post discessionem meam lupi grates in nos (Act. xx, 29).* Exhortationem ducum odoratus est Petrus, cum de quibusdam discipulis admoneret, dicens : *In avaritia factis verbis de nobis negotiabantur (II Pet. ii, 5).* Ululatum quoque exercitus odorabatur, cum premitteret, dicens : **1030** Et multi sequuntur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphematur (Ibid., 2).

[Rec. XVII.] 73. Pidetibus accommodantur, quæ de prædicatoribus et doctoribus sunt dicta. — Igitur quia sanctus quisque prædicator atque in persecutionis bello

\* Ita MSS. Norm. Regii, duo Germ. Editii vero etiam vetustiores, manifestæ percussionis. Lectionem nostram optimam esse persuadent superiora : *Ut si persecutionis accessio suppedit, etc.*

\* Ex Hebreo, hebreo et Graeca transl. legendum fore, contempnit. Sed propter manimem, tum Excusorum, tum manu exaratorum (si Corb, Germ. excipias in quo secunda manu legitur contempnit) Codicem conservans, priorem lectionem reliquimus, quam aliunde a nonnullis usurpatam scimus in Psalmorum

dux fidei, qualiter se possit exhibere narravimus, nunc sub duabus equi specie unumquemque Christi militem describamus, ut et qui ad prædicationis epiphys regendum se pervenisse considerat, hac tamquam yugo dominica, si jam hene vivere coepit, expressum se esse cognoscat, quatenus hinc colligat quantum Propterea sit, si ad majora pervenerit, quem signanter Deus eloqui nec in minimis prætermittit. Singula itaque quæ de equo dicta sunt repentes, intemperatus quonodo miles Dei a proprio conversatione proficiat, quonodo a minimis ad majora succrescat, vel quibus gradibus ab insimis ad superem perveniat. Dicitur ergo :

## CAPUT XXXV.

VERS. 19. — *Nunquid præbebis equo fortitudinem, B aut circumdabis collo ejus hinnitum?*

74. Militem Dei primum armet fides. — Unicuique animæ, cui Dominus misericorditer praesidet, ante omnia fidei fortitudinem præbet, de qua Petrus ait : *Adversarius vester diabolus, sicut leo rugiens, circuit querens quem devoret; cuiresistite fortis in fide (I Pet. v, 8).* Huic autem fortitudini hinnitus jungitur, dum sit quod scriptum est : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem (Rom. x, 10).* Sequitur :

## CAPUT XXXVI [Vet. XXVII].

VERS. 20. — *Nunquid suscitabis eum quasi locutas?*

75. Dei erga incipientes indulgentia. — Unusquisque qui Deum sequitur, in ipso suo exordio ut locusta suscitatur, quia etsi in quibusdam actionibus locistarum more flexis poplitibus terræ inhæret, in quibusdam tamen expansis alis sese in æra suspendit. Conversionum quippe initia, bonis moribus magnisque permista sunt, dum et nova jam per intentionem agitur, et vetus adhuc vita ex usu retinetur. Tanto autem minus permisisti interim malis iudicium, quanto contra illa quotidie sine cessatione pugnamus. Nec suos nos jam culpa vindicat, cuius pravo usui nostra sollicite mens resultat. Minus itaque nobis inchoantibus terrena opera officiunt, quia in nobis diutius demorari prohibentur. Proinde quoniam in ipso nostræ conversionis initio infirma quædam ple de nobis Dominus tolerat, ut nos quandoque ad celestia ex perfectione perducat, quasi locustas nos in exordio suscitat, quia etsi in volatu virtutis sublevat, non tamen de terreni operis casu desperat. Sequitur :

## CAPUT XXXVII.

Ibid. — *Gloria narium ejus terror.*

76. Inchoantes inter spem et metum positi, propter certamina carnis, quam idcirco fortiter edomant. —

expositione.

\* Vindoc., Laud., Corb, Germ., Val. Cl., Prætel., Utic., seduxerunt eos in invio, etc.

\* Laud. et duo Germ., præstet.

\* Duo Germ. et Val. Cl., cadent.

\* Vindoc., misericorditer Dominus præsidens.

\* Prætel., permisisti interim malis.

\* Al., nostra sollicita mens. Priorem tacit. habent Turon., Laud. et Corb. Germ.

Pro eo quod non visa res odore deprehenditur, non A  
immerito narium nomine spei nostrae cogitationes  
exprimuntur, quibus venturum judicium, quod etsi  
oculis adhuc non cernimus, jam tamen sperando  
prævidemus. Omnis autem qui bene vivere incipit,  
audiens quod per extremum judicium justi ad re-  
gnum vocentur, hilarescit; sed quia quædam mala  
adhuc <sup>a</sup> ex reliquis sibi inesse considerat, hoc ipsum  
judicium, de quo exultare inchoat, appropinquare  
formidat. Vitam quippe suam bonis malisque per-  
missam conspicit, et cogitationes suas aliquo modo  
spe et timore **1031** confundit. Nam cum audit quæ  
sint regni gaudia, mox mentem lætitia sublevat; et  
rursum cum respicit quæ sint gehennæ tormenta,  
mox mentem formido perturbat. Bene ergo gloria  
narium ejus terror dicitur, quia inter spem et metum  
positus, dum futurum judicium mente conspicit, hoc  
ipsum timet unde gloriat. Ipsa ei sua gloria terror  
est, quia inchoatis jam bonis, spe de judicio lætus est;  
et necdum finitis omnibus malis, perfecte securus  
non est. Sed inter hæc sollicite ad mentem reverti-  
tur, et procellas tantæ formidinis renuens, seque  
in solius pacis tranquillitate disponens, totis viribus  
a districto judice inveniri liber conatur. Servile  
quippe <sup>b</sup> estimat dominicam præsentiam formidare;  
ac ne conspectum patris metuat, illa agit per quæ  
se filium recognoscet. Discit ergo judicem tota  
exspectatione diligere, atque, ut ita dixerim, ti-  
mendo renuit timere. Oriri autem cordi formidinem  
pro carnali actione considerat, et idcirco ante  
omnia carnem <sup>c</sup> forti edomatione castigat. Unde  
postquam dictum est: *Gloria narium ejus; terror, recte  
subjungitur:*

#### CAPUT XXXVIII.

Vers. 21.—*Terram ungula fodit.*

77. Ungula namque terram fodere est districta  
abstinentia carnem edomare. Quo autem plus caro  
premitur, eo de cœlesti spe animus securius lætatur.  
Unde effossa terra apte subnectitur: *Exsultat au-  
dacter.* Quia enim valenter reprimit quod impugnat,  
audacter exsultat de his quæ in æterna pace deside-  
rat; tantoque mens melius ad superna appetenda  
componitur, quanto ab illicitis arctius corpus edoma-  
tur. Unde recte per Salomonem dicitur: *Diligenter  
exerce agrum tuum, ut postea ædifices domum tuam* (Prov. xxiv, 27). Ille quippe bene mentis domum D  
ædificat, qui prius agrum corporis a spinis vitiorum  
purgat, ne si desideriorum sentes in carnis agro  
proficiant, intus tota virtutum fabrica fame boni  
operis crescente destruatur. In ipso autem quisque  
belli certamine positus, tanto subtilius fraudem  
hostium conspicit, quanto et districtius corpus pro-  
prium quasi quemdam hostium adjutorem premit.  
Unde et post contritionem corporis, post lætitiam  
cordis recte subjungitur:

<sup>a</sup> Fortasse melius in Pratel., *ex reliquis*, et in  
Germ., *ex reliquo*. Verum cum in aliis legatur, *ex  
reliquis*, quod etiam habent Editi omnes, nihil mutan-  
dum in textu judicavimus.

#### CAPUT XXXIX.

Ibid. — *In occursum pergit armatis.*

78. *Hostis insidias et dolos explorant inchoantes, et  
in alienis etiam cordibus præveniunt.* — Hostes armati  
sunt immundi spiritus, innumeris contra nos fraudi-  
bus accincti. Qui cum suadere nobis iniqua ne-  
queunt, ea sub virtutum specie nostris obtutibus  
opponunt, et quasi sub quibusdam armis se conte-  
gunt, ne in sua malitia a nobis nudi videantur.  
Quibus armatis hostibus in occursum perginus,  
quando eorum insidias longe prævidemus. Effossa  
igitur terra, armatis hostibus in occursum pergere,  
est, edomita carnis superbis, dolos inmundorum spi-  
rituum mirabiliter explorare. Effossa terra armatis  
hostibus in occursum pergere, est devicta carnali  
B nequitia contra spiritualia vitia certame subire. Nam  
qui adhuc secum enerviter pugnat, frustra contra  
se bella extra positæ suscitat. Qui enim semetipsum  
carnalibus subjugat, quomodo spiritualibus vitiis re-  
sultat? Aut quomodo de labore externi certaminis  
triumphare appetit, qui adhuc apud semetipsum  
domesticò libidinis bello succumbit

[Vet. XXIX.] 79. Vel certe armatis hostibus in  
occursum perginus, quando per exhortationis stu-  
dium eorum insidias et in alieno corde prævenimus.  
Quasi enim **1032** ex loco in quo fuimus ad locum  
alium obviam hostibus venimus, quando, nostra  
cura ordinate postposita, accessum immundorum  
spirituum a proximi mente prohibemus. Unde fit  
plerumque ut hostes callidi militem Dei jam de in-  
testino bello victorem tanto de semetipso terribilis  
tentis tentent, quanto illum contra se et in alieno corde  
prævalere fortiter vident; ut dum illum ad se tuen-  
dum revocant, aliena corda liberius quæ exhorta-  
tione ejus protegebantur invadant. Cumque eum su-  
perare non possint, saltem occupare conantur; qua-  
tenus dum miles Dei de semetipso concutitur, non  
ipse, sed is quem defendere consueverat perfimatur.  
Sed mens in Deum immobilem fixa <sup>d</sup> temptationum  
spicula despicit, nec cuiuslibet terroris jacula per-  
timescit. Supernæ enim gratiæ fretus auxilio, sic  
vulnera infirmitatis sua curat, ut aliena non de-  
serat. Unde et bene de hoc equo subjungitur:

#### CAPUT XL.

Vers. 22.—*Contemnit pavorem, nec cedit gladio.*

80. *Minas hostis contemnunt inchoantes.* — Con-  
temnit pavorem, quia nullus temptationis formidine  
ad hoc usque terretur ut taceat. Nec cedit gladio,  
quia etsi violenta illum tentatio percudit, a cura ta-  
men proximi non repellit. Unde et Paulus exemplum  
nobis invictæ conversationis insinuans, et quos ab  
hoste gladiis suscipiat dicit, et quomodo eisdem  
gladiis non cedat ostendit. Omni enim jam carnis  
operis pugna superata, carnis temptationis gladium  
ab hoste susceperebat, qui dicebat: *Video aliam legem*

<sup>b</sup> Val. Cl. et Laud., *foris dominatione.*

<sup>c</sup> Editi recent. cum Germ., *temptationum impetum.*  
Cessimus MSS: *milititudini spicula, non impetum, ha-  
bentum.*

*in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis (Rom. vii, 23). Sed eidem gladio quem in se vicerat etiam in aliis non cedebat, cum profecto proximis diceret: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obedientium desideriis ejus (Rom. vi, 12). Et rursum: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam (Coloss. iii, 5). Gravis illum tentationum gladius seriebat, de quibus ipso ait: In laboribus plurimis, in carcerebus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Judæis quinque quadragenas una minus accepi; ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui (II Cor. xi, 23), et cetera, quæ ipse tolerare potuit, et nos enun- rare lassamor. Sed quomodo eidem gladio in proximi dilectione non cedat, post multa ipse subjungit: Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum (Ibid., 28). Equus ergo Dei gladio percuditur, nec tamen percus- sione eadem a cursu prohibetur, dum fortis spirita- lis certaminis miles et ipse vulnera ab hoste susci- pit, et tamen ad salutem alios stringit. Sed erga tam durum coelestis militis pectus antiquus hostis tanto acutiora spicula perquirit, quanto se despici robustius conspicit. Unde et sequitur:*

#### CAPUT XLI [Vet. XXX].

VERS. 23. — *Saper ipsum sunabit pharetra, vibrabit hasta et clypeus.*

81. Sæpe qui aliis regendis præsunt, gravioribus a diabolo tentationibus exercentur: modo aperta vi, modo fraude et dolo, aliquando vi simul et dolo. — Quia enim videt sanctæ mentis studium contra se et aliis prodesse, multiplicata hanc satagit tentatione & confondere. Unde sæpe contingit ut hi qui regen- dis aliis præsunt tentationum certamina fortiora patiantur, quatenus corporalium more bellorum dum dux ipse ad fugam vertitur, resistentis exercitus constipata unanimitas sine labore **1033** dissipetur. Hostis itaque callidus contra coelestem militem di- versa percussionum vulnera exquires, modo ex pharetra per insidias eum sagitta vulnerat, modo ante ejus faciem hastam vibrat, quia videlicet virtus et alia sub virtutum specie contegit, et alia ut sunt aperta ejus oculis opponit. Ubi enim infirmari Dei militem conspicit, illic fraudis velamina non requirit. Ubi autem sibi resistere fortem considerat, illic con- tra vires procul dubio dolos parat. Nam cum infir- mum quempiam in carnis illecebra videt, aperte spe- ciem corporis quæ concupisci valeat ejus obtutibus objicit. Si autem fortasse validum contra avaritiam cernit, importune ejus cogitationibus domesticorum suorum inopiam suggestit, ut dum mens ad provisio- nis curam quasi pie flectitur, seducta furtim in re- rum ambitu inique rapiatur. Equum ergo Dei sagitta

\* Vindoc., Laud., Val. Cl., duo Germ., et capti- ventem me.

† Duo Germ. et Turon., confundere.

PATROL. LXXVI.

A per insidias impedit, quando ei hostis callidus sub virtute vitium abscondit. Hasta autem cominus vulnerat, cum manifesta nequitia etiam scientem tentat.

82. Sæpe vero coelesti militi uno eodemque tem- pore utrumque ab hoste objicitur, ut in qualibet una percusione perimatur. Dolosus namque adversarius simul ferire nititur, et aperte sæviens, et in insidiis latens, ut dum de occulto sagitta metuitur, minus ante faciem hasta timeatur; vel dum ante faciem hastæ resistitur, nequaquam ex occulo veniens sa- gitta videatur. Sæpe enim tentationem proponit li- bidinis, et subito fraudulentius cessans, elationem suggestit de servata castitate. Et sunt nonnulli qui dum multos ex castitatis arce in elationis foveam B cecidisse consciunt, virtus suæ custodiam negligentes, in immunditiam libidinis demerguntur. Sunt vero e diverso nonnulli qui dum libidinis immun- ditiam fugiunt, per castitatis culmen in voraginem elationis rount. Quasi ergo aperte feriens hasta est culpa de virtu, et quasi ex occulto vulnerans de phe- retra sagitta est culpa de virtute. Sed equus Dei et ante faciem hastam superat cum libidinem calcat, et a latere sagittam circumspicit cum in castitatis mun- ditia se ab elatione custodit. Unde et bene inter ultraque certanti per Salomonem dicitur: Dominus erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capi- ris (Prov. iii, 26). Pes namque in anteriora tendit. Anteriora autem non videt, qui ea quæ sunt a latere conspicit. Rursumque qui pedis custodiam prævidens anteriora cernit, circumspectionem lateris deserit. Dum vero ante faciem positæ virtutis aliquid agimus, quasi quo pes debeat poni prævidemus; sed dum in anteriora respicitur, ad sagittam latus nudatur. Sæpe vero dum suborientem culpam metuimus, virtutem quæ agenda est declinamus; et quasi dum latus cir- cumpspicitur, nequaquam cernitur, pes in anteriora quomodo ponatur. Bene ergo dicitur: Dominus erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capiari, quia miles Dei divinae gratiae clypeo protectus, et quæ ex latere possint a prodire circumspiendo con- siderat, et grossum ante faciem ferre prolixiendo non cessat. Cui fraudulentus hostis invidens, quia per pharetram et hastam nequaquam se prævalere D conspicit, clypeum opponit, ut si resistentis pe- cetus feriendo non perforat, saltem quibusdam obje- ctionibus proflcientis iter intercludat. **1034** Quod namque difficultates ipsis ejus conatibus objicit; et cum superare non valet, vel resistit. Sed quid contra tot argumenta bellorum equus Dei agat au- diamus:

#### CAPUT XLII.

VERS. 24. — *Fervens et fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem.*

83. Utrique, per sanctum fervorem et proficiendi curam resistitur. — Contra equum clangor tubæ in-

\* Laud. et Val. Cl., militatur.

† Germ. et Val. Cl., prodere.

• Turon., ut qui resistentis.

sepat, quando electi mentem in eo quod agit fortiter et vicino quedam passa culpa terribiliter tentat. Sed servens et tremens sorbet terram, quia nimis ardore semetipsum discutit; et quidquid in se terrum reperit, quolibet proficiendo consumit. Et clangorem tubae separare non repeat, quia considerationes fortis omnes viuum quod de virtutis gloria nascitur sollicitus declinat. Sonare enim clangorem tubae repularet, si fortasse propter aliud quod prave subvertitur alia agere recia metueret. Quia ergo ad agenda fortia ante insonitentia tendentia non trepidat, in servore suo positus clangorem tubae minime formidat. Sepe autem dura prosperari se virtutibus conspicit, ne ipsa illum virtutum prosperitas elevet, pulsari se temptationibus gaudet. Unde et apte subiungitur:

## CAPUT XLIII.

Vtr. 25. — *Ubi audierit buccinam, dicit Vah.*

84. *Quia multos diurna pax inertes reddit, sancti temporari gaudent.* — Multos enim pejus sua felicies superavit, multos diurna pax inertes reddidit; eoque illos inopinatus hostis gravius perculit, quo longe quietis seu negligentes invenit. Unde sancti viri cum multis se proficere virtutum prosperitate considerant, quadam dispensationis supernae moderamine exercari se etiam temptationibus exsultant, quia tanto robustius acceptam virtutem gloriam custodiunt, quanto temptationis impulsu concussi infirmitatem suam hugiilius agnoscent. Equus ergo, audita buccina, vah dicit, quia videlicet prelator Dei, cum vim temptationis incumbere conspicit, utilitatem superius dispensationis considerans, ex ipsa validissima adversitate confidit. Cujus adversitatis certamen idoneos illum non superant, quia nunquam improvise tentant. Longe quippe praenotat ex unaquaque ratione, cuius vitii pugna successat. Unde et sequitur:

## CAPUT XLIV.

Iam. — *Procul odoratur bellum.*

85. *Nulla es improvisa tentans; unde nec superant.* — Bellum namque procul odorari est ex causis praecedentibus que vitiorum pugnae subsequanter agnoscere. Quia enim, sicut iam saepe dictum est, odore res non visa cognoscitur, bellum procul odorari est, sicut fata narium, sic provisione cogitationum, nequissimas latentes iadagare. De quo odoratu Dominus recte in Ecclesie sue laudibus dicit: *Nasus tuus D*icitur turris, *qua est in Libano* (Cant. vii, 4). Per namnam quoque odores fetoresque discernimus. Et quid per nasum, nisi sanctorum provide discrecio designatur? Turris vero speculationis in altum ponitur, ut honesti venient longe videantur. Recte ergo nomen Ecclesiae turri in Libano similis dicitur, quia sanctorum provida discretio dum sollicite circumquaque conspicit in altum posita, priusquam veniat culpa reprehendit, tamque quo vigilanter prehensat, eo

<sup>a</sup> Laud., illatos inopinatus hostis.

<sup>b</sup> Laud., quia quanto robustius ... tanto temptationis.

<sup>c</sup> Al., sibique electa mens.

<sup>d</sup> Norm. et Vindoc., subigere.

A fortiter declinat. Hinc Habacuc ait: *Super ostiadium meum stabo* (Habac. ii, 1). [Vid. XXXI.] Hinc uniuersiusque electi animauit Jeremias agnoscere, dicit: *Statue tibi speculam, pone ubi amprincipes* (Jerem. xxxi, 21). Speculam quippe sibi statuere est ventura vitiorum certamina ex alta consideratione praenoscere. Sibique electi mens amaritudines ponit, quando **1035** et in virtutum pace constituta, dum mala insidiaria conspicit, secura quiesceret non consentit.

86. *Primo curandum ne mala facias ne, secundo ne bona incavias.* Plerunque ex bonis mala nascuntur. — Primo autem ne mala quilibet, secundo vero loco considerat ne bona incavias facias; et postquam prava subegerit, ipsa etiam sibi subiugere recia contendit, ne si mentis dominium trahant, in elevationis culpam vertantur. Quia enim, sicut superius dictum est, plerunque ex bonis per incuriam vitium mala nascuntur, vigilans studio contemplatur quomodo ex doctrina arrogans, ex justitia crudelitas, ex pietate remissio, ex zelo ira, ex mansuetudine corporis oritur. Cumque bona lux agit, quod h[ic] contra se hostes per haec exsurgere valeant conspiciat. Nam cum adipiscendis doctrine studiis elaborat, mentem solliciti contra certamen arrogantiae preparat. Cum culpas delinquentium juste uelisci desiderat, sagacissime evitat ne modum iustitiae crudelitas vindictae transcendat. Cum pietate frenare se nititur, solerter prospicit ne qua disciplina dissolutione vincatur. Cum se recti zeli stimulis excitat, summopere providet ne plus quam necesse est irae se flamma succendat. Cum magna mansuetudinis tranquillitate se temperat, vigilanter observat ne torpore frigescat. Quia ergo spiritualis militis cogitatione omnem vitium prius quam subrepere possit aspicitur, recte de equo Dei dicitur: *Procul odoratur bellum.* Perpetrat etiam quae turba iniuratum prouiat, si mala ad se ingredi vel pauca permittat. Unde et sequitur:

## CAPUT XLV.

Ibid. — *Exhortationem ducum, et uulatum exercitus.*

87. *Exercitus diaboli dux superbia, cuius robores, septem principalia vita.* — Tentantia quippe vita, que invisibili contra nos praetilio regnanti super haec superbiae militant, alia more ducum præveniunt, alia more exercitus subsequuntur. Neque enim culpæ omnes pari accessu cor occupant. Sed dum maiores et paucæ neglectam mentem præveniunt, minores et innumere ad illam se catervatim fundunt. Ipsa namque vitiorum regina superbia cum devictum plene cor ceperit, mox illud septem principalibus vitis, quasi quibusdam suis ducibus devastandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis procul dubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur. Quod melius ostendimus, si ipsos ducēs atque

<sup>a</sup> Laud., quae dic contra se. Vid. Cl., quae sic contra se. Colb. Gefin., qui hinc contra se.

<sup>b</sup> Eborac., recti aeli stimulus.

<sup>c</sup> Al., surripere, ut in pl. MSS.

exercitum specialiter, ut possumus, enumerando A proferemus. Radix quippe eunci mati superbia est, de qua, Scriptura attestante, dicitur: *Initium omnis peccati est superbia* (Eccl. x, 18). Primae autem ejus soboles, septem nimis principia vita, de hac virilenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, invidia, ira, tristitia, avaritia, ventris ingluvies, luxuria. Nam quia his septem superbiae vitissim captes doluit, idcirco Redemptor noster ad spirituale liberationis praefatum spirituiformis gratia plenus venit.

B. 88. Singula vita capitata sum habent exercitum. — Sed habent contra nos haec singula exercitum suum. Nam de inani gloria inobedientia, factitia, hypocrisia, contentiones, pertinacia, discordie, et nequitum presumptiones oriuntur. De invidia, odio, susuratio, detracatio, exsultatio in adverso proximi, afflictio autem in prosperis nascitur. De ira, rixa, tumor mentis, contumelie, clamor, indignatio, blasphemie profertur. De tristitia, malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa precepta, vagatio mentis **1036** erga misericordia nascitur. De avaritia, proditio, frau, fallacia, perfidia, inquietudo, violentia, et contra misericordiam obdurations cordis oriuntur. De ventris ingluvio, impetu lastitia, securritas, immunditia, multiloquaciam, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. De luxuria, cœcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, precipitatio, amor sui, odium Dei, effectus presentis sæculi, horror autem vel despectatio futuri generantur. Quis ergo septem principalia vita tantam de se vitorum multititudinem profert, cum ad cor veniant, quasi subsequens exercitus calervas trahant. Ex quibus videlicet septem quinque spiritalia, quoque carnalia sunt.

89. Unumquodque vitium oritur ex altero. — Sed unumquodque eorum tanta sibi cognitione jungitur, ut non nisi unum de altero proferatur. Prima namque superbiae soboles inanis est gloria, quæ domum oppressam mentem corruperit, mox invidiam gignit, quia nimis dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc altius adipisci valent tabescit. Invidia quoque iram general, quia quanto in erno livoris vulnere animas associat, tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amillitat; et quia quasi detons membra languit, idcirco oppositæ actionis manus vedet gravius pressa sentitur. Ex ira quoque tristitia oritur, quia turbata mens quo se inordinate concutit, eo addicendo confundit: et cum detractionem tranquillitatis amiserit, nihil hanc nisi ex portaboratione subsequens dolor pascit. Tristitia quoque ad avaritiam devivat, quia dum confessum cor bonum laetius in somniis dulius amiserit, unde consolari debet fortis querit; et tanto magis exteriora bona

A adipisci desiderat, quanto gaudium non habet ad quidq; infinitus revertat. Post haec vero duo carnalia vita, id est ventris ingluvies et luxuria, transperant. Sed sanctis dignet quod de ventris ingluvie luxuria nascitur, dum in ipsa distributione membrorum ventri genitalia b subretra videantur. Unde dum unum inordinata reficitur, aliud præcatum dubio ad contumelias excitatur.

[Vel. XXXII.] 90. Fallacia argumenta, quibus capitalia vita mentem decipere moluntur. — Bene autem duces exhortari dicti sunt, exercitus ululare, quia prima vita deceptæ menti quasi sub quadam ratione se inserunt, sed innumera quæ sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam portrabunt, quasi bestiali clamore confundunt. Inanis namque gloria devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Debes majora appetere, ut quo potestate valueris multos excedere, eo etiam valeas et multis prodesse.* Invidia quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *In quo illo vel filio minor es? cur ergo eis vel aequalis, vel superior non es?* Quanta vides quæ illi non valent? Non ergo tibi aut superiores esse, aut etiam aequales debent. Ira etiam devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Quæ erga te aguntur sequanimitate ferri non possunt, imo haec patienter tolerare peccatum est, quia etsi non eis eum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulanatur.* Tristitia quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Quid habes unde gaudias, cum tanta mala de proximis portas?* Perpende cum quo interiore omnes intuendi sunt qui in tanto contra te amaritudinis **1037** felle c vertantur. Avaritia quoque devictum animum quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Valde sine culpa est, quod quedam habenda concupiscis, quia non multiplicari appetis sed c egere pertimescis; et quod male alius retinet, ipse melius expendis.* Ventris quoque ingluvies devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Ad eum Deus omnia munda condidit, et qui satiari cibo respuit, quid alius quam muneri concessò contradicit?* Luxuria quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cum quid te sequatur ignoras?* Acreptum tempus in desideriis perdere non debes, quia quam ceteris pertinaciter nescis. Si enim nesciri Deus hominem in voluptate coitus nollet, in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset (Genes. 1, 27). Haec est ducum exhortatio, quæ dum incaute ad secretum cordis admittitur, familiarius iniqua persuadet. Quam videlicet c exercitus ululans sequitur, quia infelix anima semel a principalibus vitis capta, dum

<sup>a</sup> Vitiose in Cmor. Vatic. et al., sed agere. Corriguntur ex MSS. Anglic. Norm., Germ., etc., immo etiam ex vel. Vulg.

<sup>b</sup> Ita MSS. Vindoc., Land., Norm., duo Germ., etc. Editi, exercitus ululatus.

\* Val. Cl., interni.

† Germ., Laud. et Val. Cl., submissa.

‡ Teron., fari.

¶ Praet. et Utic., nec inepte, versantur.

• Ms. Roberti Grootebeadi episcopi Lincoln., vade, sive cuique est.

multiplicatis iniquitatibus in insaniam veritur, sicut ad volatum tanto leviorem quanto noviorem reddit.

**91. Quid, ne vitia noceant, agendum.** — Sed miles Dei, quia solerter prævidere vitiorum certamina nittitur, bellum procul odoratur, quia mala præeuntia, quid menti persuadere valeant, dum cogitatione sollicita respicit, exhortationem ducum naris sagacitatem deprehendit. Et quia a longe præsciendo subsequentiū iniquitatum confusionem conspicit, quasi ululatum exercitus odorando cognoscit.

Igitur quia vel prædicatorem Dei, vel quemlibet viritalis certaminis militem descriptum equi narracione cognovimus, nunc eundem iterum in avis significacione videamus, ut qui per equum didicimus ejus fortitudinem, etiam per avem discamus illius contemplationem. Quia enim per descriptam equi magnitudinem audivimus quantum contra certamina vitiorum vir sanctus per patientiam tolerat, nunc per avium speciem cognoscamus quantum per contemplationem volat. Sequitur :

#### CAPUT XLVI [Rec. XVIII].

**Vers. 26. — Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter & expandens alas suas ad Austrum?**

**92. Gratia Dei veterem hominem expoliamus.** *De accipitre quædam notatu digna.* — Quia per annos singulos pennam veterem accipiter nova nascente projiciat, ac sine intermissione plumescat, pene nullus ignorat. Non autem hic illud pluma tempus dicitur, quo in nido vestitur, quia tunc nimirum adhuc videlicet pullus ad Austrum alas expandere non valet, sed illa annua pluma describitur, quæ laxata veteri penna renovatur. Et quidem domesticis accipitribus quo melius plumescere debeant humida ac tepentia loca requiruntur. Agrestibus vero moris est ut flante Austro alas expandant, quatenus eorum membra ad laxandam pennam veterem venti tempore concalescant. Cum vero ventus deest, alis contra radios solis extensis atque percussis, tepentem sibi auram faciunt, sicque apertis poris vel veteres exsilient, vel novæ succrescent. Quid est ergo accipitrem in Austro plumescere, nisi quod unusquisque **1038** sanctorum tactus flatu sancti Spiritus concalescit, et, usum vetustæ conversationis abiciens, novi hominis formam sumit? Quod Paulus admonet, dicens : *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum* (Coloss. iii, 9). Et rursum : *Licet is qui foris est noster homo & corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem* (II Cor. iv, 16). Veteram autem pennam projicere est inveterata studia dolosæ actionis amittere, et novam pennam sumere est mitem ac simplicem bene & vivendo sensum tenere. Penna namque veteris conversationis gravat, et pluma novæ immutationis sublevat, ut

<sup>a</sup> Laud., expandit. Sic effertur infra hic textus : expandit alas suas ad austrum. Alas quippe, etc.

<sup>b</sup> Turon., duo Germ., Vindoc., Laud., Pratel., munita; quibus obsequeremur, nisi ridiculum videatur dicere munita loca præstare ut aves melius plumescant.

ad volatum tanto leviorem quanto noviorem reddit.

[Vet. XXXIII.] **93. Ad hanc renovationem necessaria confessio.** — Et bene ait : *Expandit alas suas ad Austrum.* Alas quippe nostras ad Austrum expandere est per adventum sancti Spiritus nostras contendo cogitationes aperire, ut jam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit, cum ad Austrum alas expandet, quia tunc unusquisque se virtutum penitus induit, cum sancto Spiritui cogitationes suas contendo substernit. Qui enim vetera satendo non detegit, novæ vita opera minime producit, qui nescit lugere quod gravat, non valet proferre quod sublevat. Ipsa namque compunctionis vis poros cordis aperit, et plumas virtutum fundit; cumque se studiouse mensa de pigra vetustate redarguit, alaci motujuvenescit. Dicatur ergo beato Job : *Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum?* id est, Nunquid cuilibet electu intelligentiam contulisti, ut flante sancto Spiritu, cogitationum alas expandat, quatenus pondera vetustæ conversationis abiciat, et virtutum plumas in usum novi volatus sumat? Ut hinc videlicet colligat quia vigilantiam sensus in semelipso ex se non habet, qui hanc ex se conferre aliis nequaquam valet. Potest etiam per hunc accipitrem renovata gentilias designari, ac si beato Job aperte diceretur : *Futuras virtutum plumas in gentilitate respice, et vetustas superbiæ pendas amitte.* Sequitur :

#### CAPUT XLVII [Rec. XIX].

**Vers. 27. — Nunquid ad præceptum tuum & elebit aquila, et in arduis ponet nidum sibi?**

**94. Quid aquilæ nomine Scriptura sacra significet.** *Insidiatores spiritus, potestatem terrenam, subtilem sanctorum intelligentiam, vel Christi ascensionem.* — In Scriptura sacra vocabulo aquilæ aliquando maligni spiritus raptore animarum, aliquando præsentis sæculi potestates, aliquando vero vel subtilissima sanctorum intelligentia, vel incarnatus Dominus imacteriter transvolans, et mox summa repetens designatur.

Aquilarum nomine insidiatores spiritus exprimuntur, Jeremia attestante, qui ait : *Velociores sunt persecutores nostri aquilis cœli* (Thren. iv, 19). Persecutores enim nostri aquilis cœli velociores sunt, cum tanta contra nos maligni homines faciunt, ut ipsas etiam aereas potestates inventionibus malitiæ præire videantur.

Aquilæ etiam vocabulo potestas terrena figuratur. Unde per Ezechielem prophetam dicitur : *Aquila grandis, magnarum alarum, longo membrorum ductu plena plumis et varietate, venit ad Libanum, et tulit medullam cedri, et summitem **1039** frondium ejus*

<sup>a</sup> Turon., convalescit.

<sup>b</sup> Pratel., duo Germ. et Val. Cl., corruptor.

<sup>c</sup> Corb. Germ., Laud., Val. Cl. et Norm., vivendi.

<sup>d</sup> Vindoc. et Norm., studioea.

<sup>e</sup> Laud. et Val. Cl., elevatur.... ponit; et sic deinceps.

*evulsit (Ezech. xvii, 3). Qua videlicet aquila quis alius quam Nabuchodonosor rex Babylonie designatur?*  
 • *Quæ pro immensitate exercitus magnarum alarum, pro diurnitate temporum longo membrorum ductu, pro multis vero divitiis plena plumis, pro innumeris autem terrenæ gloriæ compositione plena varietate describitur. Qui venit ad Libanum, et tulit medullam cedri, et summitem frondium ejus evulsit, quia Judææ celsitudinem petens, nobilitatem regni ejus, quasi medullam cedri abstulit; et dum tenerimam regum prolem a regni sui culmine captivando sustulit, quasi summitem frondium ejus evulsit.*

*Subtilem sanctorum intelligentiam, vel Christi ascensionem. Aquila fixis oculis solem intuetur. — Aquilæ vocabulo vel subtilis sanctorum intelligentia, vel volatus dominicæ ascensionis exprimitur. Unde idem propheta dum sub animalium specie evangelistas quatuor se vidisse describeret (Ezech. x, 1), in eis sibi hominis, leonis, bovis, et aquilæ faciem apparet. Ruisse testatur, quartum procul dubio animal Joannem per aquilam designans, qui volando terram deseruit, quia per subtilem intelligentiam interna mysteria <sup>b</sup> Verbum videndo penetravit. Cui nimurum propheticæ sententiae ipse quoque Joannes in revelatione sua de semetipso non dissonat, dicens: Animal primum simile leoni, secundum animal simile vitulo, tertium animal habens faciem quasi hominis, quartum animal simile aquilæ volanti (Apoc. iv, 7). Et quamvis singula ad unumquemque evangelistam recte convenient, dum alius humanæ nativitatis ordinem, alius per mundi sacrificii mactationem, quasi rituli mortem, alius potestatis fortitudinem quasi leonis clamorem insinuat, alius nativitatem Verbi intuens, quasi ortum solem aquila aspectat, possunt tamen hæc quatuor animalia ipsum suum caput, cuius sunt membra, signare. Ipse namque et homo est, quia naturam nostram veraciter suscepit, et vitulus, quia pro nobis patienter occubuit; et leo, quia per divinitatis fortitudinem susceptæ mortis vineulum rupit; et ad extremum aquila, quia ad celum, de quo venerat, rediit. Homo ergo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ad celos ascendendo vocatus est. [Vet. XXXIV.] Sed hoc loco aquilæ nomine subtilis sanctorum intelligentia et sublimis eorum contemplatio figuratur. Cunctarum quippe avium visum acies aquilæ superat, ita ut solis radius fixos in se ejus oculos nulla lucis suæ coruscatione reverberans claudat. Ad præceptum ergo Dei elevatur aquila, dum jussionibus divinis obtemperans, in supernis suspenditur fidelium vita. Quæ et in arduis nidum ponere dicitur, quia desideria terrena despiciens, spe jam de cœlestibus nutritur. In arduis nidum ponit, quia habitationem*

\* *Excusi, qui pro immensitate.... plenus plumis.... plenus varietate. Quam lectionem mutare coagit MSS. multiudo. Nostram enim exhibent omnes Norm., Vindoc., Laudun., etc. Duo Germ., habent cum Excusis, qui pro immens., et cum cæt. MSS., plena, etc.*

<sup>b</sup> *Ita Turon., Vindoc., duo Germ., Ebroic., ali-*

*A mentis suæ in abjecta et infima conversatione non construit. Hinc est quod Cinæus Balasam prophetante dicitur: Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum (Num. xxiv, 21). Cinæus namque possessor interpretatur. Et qui sunt qui præsentia possident, nisi hi qui ingenio sapientiae sæcularis callent? Qui in hoc veraciter robustum sibi habitaculum construunt, si per humilitatem parvuli apud semetipos facti, in Christi sublimitate <sup>c</sup> nutrientur; 1040 si semetipos infirmos sentiant, et in excelsa humilitate cogniti <sup>d</sup> Redemptoris fovendam mentis fiduciam ponant; si imma non appetant, si omne quod præterit cordis volatu transcedant.*

95. *Paulus aquilæ similis. — Videamus aquilam nidum spei sibi in arduis construenter. Ait: Nostra conversatio in cœlis est (Philip. iii, 20). Et rursum: Qui conresuscitavit et consedere nos fecit in cœlestibus (Ephes. ii, 6). In arduis habet nidum, quia profecto in supernis sicut consilium. Non vult mentem in ima dejicare, non vult per abjectionem conversationis humanæ in infimis habitat. Tunc Paulus fortasse in carcere tenebatur, cum se consedere Christo in cœlestibus testaretur. Sed ibi erat, ubi ardenter jam mentem fixerat, non illic ubi illum necessario pigræ adhuc caro retinebat.*

96. *Electi terrena omnia despiciunt. — Hoc namque esse speciale specimen electorum solet, quod sic sciunt præsentis vita iter carpere, ut per spei certitudinem noverint jam se ad alta pervenisse, quatenus cuncta quæ præterfluent sub se esse videant, atque omne quod in hoc mundo eminet amore æternitatis calcent. Hinc est enim quod sequenti se animæ per prophetam Dominus dicit: Sustollam te super altitudines terræ (Isai. lvm, 14). Quasi quædam namque inferiora terræ sunt, damna, contumeliae, egestas, abjectio, quæ ipsi quoque amatores sæculi dum per latæ viæ planitiem ambulant, vitando calcare non cessant. Altitudines autem terræ sunt, lucra rerum, blandimenta subditorum<sup>e</sup>, divitiarum abundantia, honor, et sublimitas dignitatum; quæ quisquis per ima adhuc desideria incedit, eo ipso alta æstimat, quo magna putat. At si semel cor in cœlestibus figitur, mox quam abjecta sint cernitur quæ alta videbantur. Nam <sup>f</sup> sicut qui in montem concendit eo paulisper cetera subterjacentia despicit, quo ad altiora gressum amplius tendit, ita qui in summis intentionem figere nititur, dum annisu ipso nullam præsentis vita gloriæ esse deprehendit, super terræ altitudines elevatur; et quod prius in imis desideriis positus super se credidit, post ascendendo proficiens sibi subbesse cognoscit. Quæ ergo illic Dominus facturum se esse pollicetur, dicens: Sustollam te super altitu-*

*que Norm., ac Val. Cl. ubi in Editis legitur verbi.*

<sup>c</sup> *Laud., gloriantur.*

<sup>d</sup> *Gilot., Gussanv. et al. cum Ms. Germ., cogniti, redemptori fovendam, sed corrupte. Medelam attulimus ex omnibus aliis MSS. nostris et vet. Edit.*

<sup>e</sup> *Vindoc. ac Norm., sicut cum in montem quisque. Duo Germ., cum montem quisque.*

dines tristae (*Ibid.*), hæc apud beatum Job unum sese facere posse testatur, dicens : *Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, et ponet in arduis nidum sibi?* Ac si diceret : *Ut ad meum, qui quod exterius præcipio hoc intrinsecus gratia occultæ largitatis inspiro.* Sequitur :

### CAPUT XLVIII.

*Vers. 28. — In petris manat.*

97. *In petris, hoc est in sanctorum patrum celsitudine et constantia nidum ponunt.* — In sacro eloquio cum singulari numero petra nominatur quis alius quam Christus accipitur? Paulo attestante, qui ait : *Petra autem erat Christus* (*I Cor. x, 4*). Cum vero petra pluraliter appellantur, membra ejus, videlicet sancti viri, qui illius robore solidati sunt exprimuntur. Quos nimis Petrus apostolus lapides vocat, dicens : *Vos tanquam lapides vivi, coædificamini dominum spiritales* (*I Pet. ii, 5*). Ista itaque aquila, quæ ad veri solis radios cordis oculos a erexit, in petris manere dicitur, quia in dictis antiquorum et fortium patrum mentis statione collocatur. Eorum quippe vitam quæ in **1041** via Dei præesse conspicit ad memoriam reducit, atque in celsitudine illorum fortitudinis studendo nidum sibi construit sanctæ meditationis. Cumque eorum acta dictaque tacite cogitat, cum præsentis vita gloriam in comparatione æternæ excellentiæ quam sit abjecta considerat, quasi sub se esse ima terrarum in petris residens observat.

[*Vet. XXXV.*] 98. *Petrarum nomine cœli potestates designantur.* — Possunt etiam petræ sublimes virtutum cœlestium potestates intelligi, quas non jam quasi more arborum huc atque illuc ventus nostræ mutabilitatis inclinat, quia velut petras in arduis sitæ ab omni motu inutabilitatis alienæ sunt, et ad soliditatem fixæ celsitudinis ipsa cui inherētate æternitate duruerunt. Vir itaque sanctus, cum terrena despicit, more se aquilæ ab altiora suspendit, et per contemplationis spiritum sublevatus perennem angelorum gloria in præstolatur, atque in hoc mundo hospes, illâ appetendo quæ aspicit, jam in sublimibus agitur. Recte ergo dicitur : *In petris manet*, id est intentione cordis inter illas cœlestes virtutes residet, quæ et per æternitatis suæ fortitudinem tanta jam soliditate fixæ sunt, ut in nullo culpæ latere mutabilitatis varietate fluctuantur. Unde et apte sequitur :

### CAPUT XLIX.

*Insp. — Et in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus,*

99. *In Christo restaurata sunt omnia, quæ in cœlis et quæ in terris.* — Qui enim sunt allii prærupti silices, nisi illi fortissimi angelorum chori, qui quamvis non integri, sed tamen in proprio statu fixi, cadente cum suis angelis diabolo remanserunt? Prærupti enim

\* *Ita Ms. Norðr et vet. Edit. Paris. ac Basil. Alio plurim⁹, exerit.*

† *Sic post Ms. veteres habent Edit. In Gilot., Vatic., Cusanus., atque in celsitudine illorum fortitudinis studendo.*

‡ *Vindoc., ab omni modo.*

A sunt, quia pars eorum cecidit, pars remansit. Qui integræ quidem stant per quæ itatem meriti, sed per numeri quantitatem prærupti. Hanc præruptionem a restituere Mediator venit ut redemptio humano genere illa angelica damna sarciret, et mensuram cœlestis patriæ locupletius fortasse cimularet. Proprie præruptionem de Patre dicitur : *Proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt in ipso* (*Ephes. i, 9, 10*). In ipso quippe restaurantur ea quæ in terra sunt, dum peccatores ad justitiam convertuntur. In ipso restaurantur ea quæ in cœlis sunt, dum illuc humiliati homines redeunt unde apostolus angelis superbiendo ceciderunt. Quod vero alt : *Inaccessis rupibus, nimisrum qui prærupti silices, ipsi sunt inaccessæ rupes.* Cordi enim peccatorum hominum valde inaccessa est claritas angelorum, quia quo ad pulchra corporalia cecidit, eo a spirituali specie oculos clausit. Sed quisquis ita contemplatione rapitur, ut per divinam gloriam sublevatus, intentionem suam jam angelorum choris interserat, et fluxus in sublimibus, ab omni se in finita actione suspendat, non ei sufficit gloriam angelicæ claritatis aspicere, nisi eum etiam qui est super angelos valeat videre. Sola namque ejus visio vera mentis nostræ refectionis est. Unde cum dixisset bane aquilam in petris manere, et in præruptis silicibus atque inaccessis rupibus commorari, illud subdidit :

### CAPUT L [Rec. XX].

*Vers. 29. — Inde contemplantur easam.*

100. *Dei visio mentis nostræ cibus.* — Id est, ex illis chorus angelicis tendit oculum mentis ad contemplandam gloriam supernæ majestatis, **1042** quæ non visa adhuc esurit, quia tandem visa satiatur. Scriptum quippe est : *Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit et saturabitur* (*Isai. 53, 11*). Et rursum : *Beati qui confidunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi satiabantur* (*Math. v, 6*). Quis vero mentis nostræ cibus sit, indicatur aperte cum dicitur : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbant* (*Ibid., 8*). Et quia, interpolatione corruptibilis carnis gravati, Deum sicut est videre non possunt, recte subiungit :

### CAPUT LI.

*Ibid. — Oculi ejus de longe prospiciunt.*

101. *Deum hic, non nisi de longe prospiciunt.* — Quantumlibet enim in hac vita positus quisque proficerit, nequid Deum per speciem, sed per seūgum et speculum videt. E vicino autem cum respicimus, versus cernimus; cum vero longius aciem tendimus, sub incerto visu galigamus. Quia igitur sancti viri in altam se contemplationem erigunt, et tamen Deum, sicut est, videre non possunt, bene de hac aquila dicunt : *Oculi ejus de longe prospiciunt.* Ac si diceret :

• *Vulgat⁹ cum duob. Germ., utque fructus mundo.*

• *Vindoc., Ebroic. aliisque Noric., quæ perennitatis sunt fortitudine.*

† *Ibidem Cod., sunt.*

‡ *Laud., agitur.*

§ *Duo Germ., Laud., Norm. ac pl., infirme.*

Intentionis aciem fortiter tendunt, sed nequidem <sup>a</sup> propinquum aspiciunt, cuius claritatis magnitudinem penetrare nequaquam possunt. A luce enim <sup>b</sup> incorruptibili caligo nos nostræ corruptionis obscurat; eumque et rideri aliquatenus potest, et tamen videri lux ipsa, sicut est, non potest, quam longe sit indeat. Quam si mens utcurque non cerneret, nec quia longe esset videret. Si autem perfecte jam cerneret, profecto hanc quasi per caliginem non videret. Igter quia nec omnino cernitur, nec rursum omnino non cernitur, recte dictum est, quia a longe Deus videtur.

**102.** *Isaiæ hac de te testimonium.* Actras vitæ gradibus ad contemplationis culmen ascenditur. — Libet ad medium Isaiæ verba deducere, atque hæc et illa e quia uno spiritu proferantur indicare. Qui cum acivæ vite virtutes exprimeret, dicens: *Qui ambulas in justitie, et loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calunia, et excutit manus suas ab omni mure, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos ne videat malum* (*Isat. xxxiii, 15*), illico ab ejusdem acivæ vite gradibus ad quæ contemplationis culmina ascendatur adjunxit, dicens: *Iste in excelsis habitabit, <sup>d</sup> munimenta saxorum sublimitas ejus, panis ei datus est, aquæ ejus fideles sunt. Regem in decoro suo videbunt oculi ejus, cernent terram de longe* (*Ibid., 16*). In excelsis namque habitare est cor in cœlestibus ponere. Et munimenta saxorum sublimitas nostra est, cum fortium patrum præcepta et exempla respicimus atque ab infima cogitatione separamur. Munimenta saxorum sublimitas nostra est, cum mente choris castrisque cœlestibus jungimur, et insidiantes malignos spiritus stantes in arce cordis quasi subterpositos expugnamus. Tunc nobis etiam panis datur, quia in supernis erecta intentio, æternitatis contemplatione reficitur. Aquæ enim nostræ fideles sunt, quia doctrina Dei quod hic per spem promiuit, hoc illuc in munere exhibet. Sapientia namque hujus mundi infidelis est, quia mansura post mortem non est. Aquæ nostræ fideles sunt, quia verba vitæ quod ante mortem insinuant, hoc etiam post mortem demonstrant. Regem in decoro suo oculi nostri conspiciunt, quia Redemptor noster in judicio et a reprobis **1043** homo videbitur, sed ad divinitatis ejus intuendum celsitudinei soli qui electi sunt sublevantur. Quasi enim quanidam fœditatem Regis videre est solam servilem formam in qua ab inquis despectus est cernere. Sed ab electis in decoro suo Rex cernitur, quia ultra semetipsos rapti, in ipso divinitatis fulgore oculos cordis agunt. Et quia quanidam in hac vita sunt, itam viventium patriam, sicut est, videre non possunt, recte adjungitur: *Cernent terram de longe* (*Ibid., 17*). Quod ergo hic ait: *Elevabitur aquila, et in ardis ponet nidum sibi, hoc illuc*

<sup>a</sup> Vindoc., Germ. ac pler. Norm., propinquum, Land., ad propinquum.

<sup>b</sup> Pratol., corruptibili. Val. Cl., caligo nostræ corruptionis obscuratur.

<sup>c</sup> Edili, quia uno spiritu. Plurimi etiam Excusi habent indagare, pro indicare.

dicitur: *In excelsis habitabit.* Quod hic dicitur: *In patrie manet, et in præcipuis silvib[us] conservatur, atque <sup>e</sup> inaccessis rupibus, hoc illic subjicitur: Munimenta saxorum sublimitas ejus.* Quod rursus hic subl[er]vatur: *Inde contemplatur escam, hoc illic quoque subditus: Panis ei datus est, aquæ ejus fideles sunt, Regem in decoro suo videbunt oculi ejus.* Et quod hic subjungitur: *Oculi ejus de longe prospiciunt, hoc illic apte subjicitur: Cernent terram de longe.*

[*Vet. XXXVI.*] 103. *Paulus quam sublimis aquila.* — Consideremus quam sublimis aquila fuerit Paulus, qui usque ad tertium cœlum volavit (*II Cor. xii, 2*), sed tamen in hac vita positus e longinquo adhuc Deum prospicit, qui ait: *Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem* (*I Cor. xiii, 12*). Et rursum: *Ego me non arbitror <sup>f</sup> comprehendisse* (*Phil. iii, 13*). Sed quamvis æterna valde minus quam sunt ipse conspiciat, quamvis ea se cognoscere perfecte non posse cognoscat, infirmis tamen auditoribus ea ipsa infundere prædicando non potest, quæ videre saltem per speculum et imaginem potest. De semetipso quippe tanquam de alio loquitur, dicens: *Audavit arcana verba, quæ non licet homini loqui* (*II Cor. xii, 4*). Interna ergo quamvis minima et extrema videantur, fortibus tamen prædicatoribus summa sunt, infirmis vero auditoribus incapabilia. Unde et prædicatores sancti, cum auditores suos divinitatis verbum capere non posse conspiciunt, ad sola incarnationis dominice verba descendunt. Unde bene hic, dum sublevata in ardis aquila <sup>g</sup> longe videre dicitur, illico subl[er]vatur:

#### CAPUT LII [Rec. XXI].

Vers. 30. — *Pulti ejus lambunt sanguinem.*

**104.** *Passionis Christi meditatione pasci debemus.* — Ac si aperte diceretur: Ipsa quidem divinitatis contemplatione pascitur, sed quia auditores ejus divinitatis percipere arcana nequaquam possunt, cognito crucifixi Domini cruore satiantur. Sanguinem namque lambere est passionis Dominicæ infirma venerari. Hinc est quod idem Paulus, qui, sicut paulo ante jam diximus, ad tertii cœli secreta volaverat, discipulis dicebat: *Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum* (*I Cor. xi, 2*). Ac si aperte hæc aquila diceret: Ego quidem escam meanu[m] divinitatis ejus potentiam de longe prospicio, sed vobis adhuc parvulis incarnationis ejus tantummodo lambendum sanguinem trado. Nam qui per prædicationem suam tucta divinitatis celsitudine, infirmos auditores de solo cruore crucis edocet, quid aliud quam sanguinem pullis præbet? Quia vero unioscuiusque sancti prædicatoris anima corruptione carnis exuta ad eum mox ducitur, qui pro nobis sponte sua in mortem cecidit, et de morte surrexit, apte de hac aquila subditur:

<sup>d</sup> Laud., monumenta, quod semper repetitum infiriunt. Ita etiam in Germ. ante emendationem.

<sup>e</sup> Laud., in excelsis rupibus.

<sup>f</sup> Val. Cl., apprehendisse.

<sup>g</sup> Vindoc., et Pratol. et pl. Norm., de longe.

## CAPUT LIII.

**Init.** — *Et ubicumque cadaver fuerit, statim adest.*

105. *Christus in caelis regnans electos ad se colligit.* — Cadaver quippe a casu dicitur. Et non immerito **1044** corpus Domini propter casum mortis cadaver vocatur. [Rec. XXII.] Quod autem hic de hac aquila dicitur : *Ubicunque cadaver fuerit, statim adest* (*Math. xxiv, 28*), hoc de egredientibus animabus fieri *Veritas* spopondit, dicens : *Ubicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilæ.* Ac si aperie dicat : Qui cœlesti sedi incarnatus Redemptor vester præsideo, electorum quoque animas cum carne solvero, ad cœlestia sublevabo.

[*Vet. XXXVII.*] 106. *Omnis peccator cadaver ; ad quod advolant aquilæ, pii videlicet prædicatores peccatorum salutem esurientes.* *Hæc volatus Pauli orbem peragrantis causa.* — Sed hoc quod de hac aquila dicitur : *Ubicunque fuerit cadaver statim adest*, intelligi et aliter potest. Omnis enim qui in peccati mortem cederit, non inconvenienter poterit cadaver vocari. Quasi exanimis namque jacet, qui justitiæ vivificantem spiritum non habet. Quia ergo sanctus quisque prædicator ubi peccatores esse considerat, illuc anxie pervolat, ut in peccati morte jacentibus lucem vivificationis ostendat, bene de hac aquila dicitur : *Ubicunque cadaver fuerit, statim adest.* Id est, \* illic tendit, ubi utilitatem prædicationis prospicit, ut ex eo quod jam spiritualiter vivit, aliis in morte sua jacentibus prosit, quos corripiendo quasi edit, sed ab iniqitate ad innocentiam permutando in sua membra quasi edendo convertit. Ecce ipse, quem ad testimonium jam sæpe deduximus, Paulus cum nunc Iudæam, nunc Corinthum, nunc Ephesum, nunc Romanum, nunc Hispanias peteret, ut in peccati morte jacentibus, æternæ vitæ gratiam nuntiaret, quid se aliud quam esse aquilam demonstrabat ; quæ velociter omnia transvolans, ubicumque jacens cadaver quærebat, ut dum voluntatem Dei lucratis peccatoribus ficeret, quasi escam suam in cadavere reperiret ? Esca quippe justorum est conversio perversorum, de qua dicitur : *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam* (*Joan. vi, 27*). Auditis itaque tot sanctorum virtutibus, beatus Job obstu-

\* Laud., Val. Cl., Germ. et Vindoc., illo tendit.

A puisse intelligitar, et sub admirationis terrore siluisse.  
Nam sequitur :

## CAPUT LIV [Rec. XXIII].

VERS. 31, 52. — *Adjectis Dominus, et locutus est ad Job : Nunquid qui contendit cum Deo tam facile conquiescit ? Utique qui arguit Deum debet et respondere illi.*

107. *Pia et moderata Dei ad Job increpatio.* — Vir sanctus tanta hac districione flagelli non æstimavit augeri sibi merita, sed vitia resecari. Quæ quia in se nulla cognovit, percutsum injuste se credidit, et percutientem prorsus arguere est de percussione murmurare. Considerans autem Dominus quod ea quæ protulit non ex tumore superbiæ, sed ex qualitate collegat vita, pie illum increpat dicens : *Nunquid qui contendit cum Deo tam facile conquiescit ? Utique qui arguit Deum debet et respondere illi.* Ac si apertius diceret : Qui tanta de tua actione locutus es, cur audita sanctorum vita siluisti ? Me enim fuit arguere, de percussione mea an fuerit justa dubitare. Et bona quidem tua veraciter protulisti, sed hæc quo tenderent flagella nescisti, quia etsi non habes jam quod corrigas, habes adhuc tamen quo crescas. In quantum vero virtutis arcem quam plurimos sublevem, me ecce narrante cognovisti. Ipse considerabas tuam, sed aliorum celsitudinem nesciebas. Auditis igitur aliorum virtutibus, si quid vales, responde de tuis. Scimus autem quod cordis sui oculum per elationis tenebras extinguit, qui, cum recta agit, considerare meliorum merita negligit. **1045** At contra magno humiliatis radio sua opera illustrat, qui aliorum bona subtiliter pensat, quia dum ea quæ ipse fecerit facta foris et ab aliis conspicit, eum qui de singularitate intus erumpere nititur superbiæ tumorem premit. Hinc est quod vox Dei ad Eliam solum se æstimantem dicitur : *Reliqui mihi septem milia ritorum qui* **1046** *non curraverunt genua ante Baal* (*III Reg. XIX, 18*), ut dum non solum se remansisse cognosceret, elationis gloriam, quæ ci de singularitate surgere poterat, evitare posset. Beatus itaque Job nihil perverse egisse <sup>b</sup> reprehenditur, sed de aliorum etiam bene gestis docetur, ut dum se æquales et alios habere considerat, ei qui singulariter summus est, se humiliiter subdat.

<sup>b</sup> Laud., Germ. et Val. Cl., deprehenditur.

## LIBER TRIGESIMUS SECUNDUS.

*Duobus ultimis versiculis capituli xxxix explicatis, quatuor supra decem priores cap. xl exponuntur ; multaque tum de infinita Dei potentia, tum de Satanae noxiis in homines consiliis docentur.*

## CAPUT PRIMUM.

1. *Sancti, unde digniores efficiuntur, inde sibi magis videntur indigni.* — Sancti viri quo apud Deum altius virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius in-

\* *Editi tam vet. quam recentiores, quanto minus pulchrum.* Errore gravissimo, quo textum purgavimus, attendendo ad Mas, maxime Norm., Turon.,

dignos se esse deprehendunt, quia dum proximi luci flunt, quidquid eos in seipsis latebat inveniunt ; et tanto magis foris sibi deformes apparent, \* quanto nimis pulchrum est quod intus vident. Unusquisque

Laud., duos Germ., et ad sensum a sancto Doctore intentum. Loquitur enim de divina luce, qua quid pulchritus ?

enim sibi, dum tactu veri luminis illustratur, ostenditur; et unde agnoscit quid est justitia, inde eruditur, ut videat quid est culpa. Hinc est quod a se mens nostra quamvis frigida in conversationis humanae actione torpescat, quamvis in quibusdam delinquit et nesciat, quamvis peccata quedam quasi nulla perpendat; cum tamen ad appetenda sublimia orationis compunctione se erigit, ipso sua compunctionis oculo excitata ad circumspiciendum se post fletum vigilantior redit. Nam cum neglectam se deserit, et noxio tempore torpescit, vel otiosa verba, vel inutiles cogitationes minoris esse reatus omnimodo credit. At si, igne compunctionis incalescens, a tempore suo, tacta subito afflata contemplationis, evigilet, illa qua levia paulo ante creditit mox ut gravia ac mortisera perhorrescit. Cuncta enim vel in minimis noxia, quasi atrocissima refugit, quia videbit <sup>b</sup> per conceptionem spiritus gravida, introire ad se jam inania nulla permittit. Ex eo enim quod intus conspicit, quam sint horrenda haec qua extreius perspiciunt sentit; et quanto amplius sublevata profecerit, tanto magis refugit infirma, in quibus prostrata defecit. Nihil quippe eam nisi id quod interiorius viderat pascit; atque eo gravins tolerat quidquid se ei extrinsecus ingerit, quo illud non est quod intrinsecus vidit, sed ex his interioribus qua rapta videre potuit, ad exteriora qua tolerat judicandi regulam sumit. Super se enim rapitur dum sublimia contemplatur; et semetipsam jam liberius <sup>c</sup> excendendo conspiciens, quidquid ei ex seipsa sub seipsa remanet, subtilius comprehendit. Ex qua re miro modo agitur, ut, sicut superius dictum est, unde dignior efficitur, inde sibimet indigna videatur, et tunc rectitudini se longe esse sentiat, cum appropinquat. Unde Salomon ait: *Cuncta tentavi in sapientia, et dixi: Sapiens efficiar, et ipsa longius recessit a me* (Eccle. vii, 24). Quæsita enim sapientia longe recedere dicitur, quia appropinquanti altior videtur. Qui vero hanc nequaquam querunt, tanto se ei propinquos aestimant, quanto et ejus rectitudinis regulam ignorant, quia siti in tenebris mirari lucis claritatem nesciunt, quam nunquam viderunt; cumque in formam ejus pulchritudinis non tenduntur, in semetipsis libenter quotidie deformiores flunt. Nam quisquis ejus radiis tangitur, sua illi manifestius tortuosity monstratur; et eo verius invenit quantum fluctuat in virtute, quo sagacius summa considerans, conspicit quantum distat a recto. Unde beatus Job humanum genus virtutibus transiens, amicos loquendo superavit; sed loquente Deo, sublimius eruditus, semetipsum cognoscendo reticuit. Illos namque inuste loquentes subdidit, sed ad verba locutionis intimæ reum se juste cognovit. Et quidem cur flagellatus sit nescit, sed tamen cur flagella veneratus non sit, silendo redarguit. Divina enim judicia cum ne-

<sup>a</sup> Ita MSS. Anglic. et Norm. Vulgati, cum duobus Germ., a corpore.

<sup>b</sup> Corb. Germ. et Gemeticensis Cod. vetustissimus quatuor ultimos Moral. libros complectens, per contemplationem.

A sciuntur, non audaci sermone discutienda sunt, sed formidoloso silentio veneranda, quia et cum causas rerum conditor in flagello non aperit, eo justas indicat, quo se eas facere qui somme justus est demonstrat. Vir ergo sanctus, et prius de locutione, et post de silentio reprehensus, quid de semetipsa sentiat innotescat. Ait enim:

## CAPUT II.

CAP. XXXIX, VERS. 34. — *Qui leviter locutus sum, respondere quid possum?*

2. *De verbo otioso ne sancti quidem excusari possunt. Sed linguae culpas vitae meritis tegere curant.* — Ac si dicat: Sermonem meum defendarem, si hunc cum rationis pondere protulisse. At postquam lingua levitate usa convincitur, quid restat nisi ut contineat do refrenetur? Sequitur:

Ibid. — *Manum meam ponam super os meum.*

Usu sacri eloquii in manu operatio, in ore locutio solet intelligi. Manum ergo super os ponere est virtute boni operis <sup>d</sup> culpas tegere in causa locutionis. Quis vero inveniri potest qui, quamlibet perfectus sit, de otioso tamen sermone non peccet? Jacobo attestante, qui ait: *Nolite plures magistri fieri, in multis enim offendimus omnes* (Jacob. iii, 1). Et rursum: *Linguam nullus hominum domare potest* (Ibid. 8). Cujus culpas redarguens per semetipsam Veritas, dicit: *Dico autem vobis quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo 1047 rationem in die iudicii* (Math. xii, 36). Sed sancti viri ante Dei oculos student culpas linguae meritis vita, student bonorum operum pondere premere immoderata verborum. Unde in sancta Ecclesia manus super os ponitur, dum in electis ejus quotidie otiosae locutionis vitium bonum actionis virtute operatur. Scriptum namque est: *Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum lecta sunt peccata* (Psal. xxxi, 1). Sed rursum cum scriptum sit: *Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus* (Hebr. iv, 13), quomodo tegi possunt qua ejus oculis cui cuncta nuda sunt abscondi nequaquam possunt? Sed quia hoc quod tegimus, inferius ponimus, atque hoc unde tegimus nimis superducimus, ut quod est subterpositum tegamus, tegere peccata dicimus qua quasi subterponianus dum abdicamus, eisque aliud superducimus, dum bona actionis opus ad hoc post eligimus ut præferamus. Qui ergo priora mala deserit, et bona posterius facit, per hoc quod addit, transactam nequitiam legit, cui boni operis merita superducit. Beatus igitur Job sanctæ Ecclesiae typum tenens, et in verbis suis sua <sup>e</sup> allegans, nostra designans, dicat ex se, dicat ex nobis: *Manum meam ponam super os meum;* id est, hoc quod districto judici de sermone meo in me displicuisse considero, ante ejus oculos sub velamine recti operis abscondo. Sequitur:

<sup>c</sup> Gemet. et Corb. Germ., *ascendendo.*

<sup>d</sup> Laud., *culpas tergere.*

<sup>e</sup> Gemet., Germ. ac Laud., *alligans.* Ita quoque Corb. Germ. ante correctionem.

## CAPUT III.

Vera. 35. — *Unum locutus sum, quod ultimam non dixisse; et alterum, quibus ultra non addam.*

3. Job *Increpauit humiliiter se peccato confitentes.* — Si transacta beati Job verba dicentur, nihil cum nequiter dixi se reparamus. Si vero dicta ejus, que cum veritate ac libertate prolatata sunt, in aliquo superbia vitium fecimus, duo jam solumente non erunt, quia multa eruunt. Sed quia loqui loquum est hominibus occultum sensum verbis appetire, loqui vero nostrum ad divinas aures est motum mentis etiam expessione actionis ostendere, beatus Job ad libram se subtilissimi examinis pensans, locutione sua secundo se deliquisse constetur. Unum enim loqui illicite est res flagello dignas agere, aliud loqui est etiam de flagello murmurare. Qui ergo ante increpationem dominicam in omni opere hominibus pralatus fuit ipsa in altum increpatione proficiens, et minus se rectum prius in opere, et minus se passionem post in verbera agnovit. Unde semetipsum redarguit, dicens: *Unum locutus sum, quod ultimam non dixisse; et alterum, quibus ultra non addam.* Ac si dicat: Rectum me quidem inter homines credidi: sed, te loquenti, et ante flagella pravum, et post flagella me rigidum ioveni. Quibus ultra non addam, quia iam quanto nunc te loquenti subilius intelligo, tatio meipsum humilius investigo.

[Vet. II, Rec. IV.] 4. *Penitentias objectum sunt bona neglecta, et mala perpetrata. Activa vita multorum est, contemplativa paucorum.* — Et quia beatus Job sancta Ecclesia typum tenet, possunt electis omnibus hoc etijs verba congruere, qui cognoscentes Dominum, in uno et alio deliquit et sentiunt, quia se intelligunt vel in cogitatione et labore, vel in Dei ac proximi neglecta dilectione peccasse. Quibus se promittunt ultra nil addere, quia per conversionis gratiam curant penitendo quotidie etiam transacta purgare. Per hos tamen quod beatus Job de duabus se penitendo redarguit, liquido ostendit quod 1049 peccator omnis in penitentia duplitem habere gemitus debet, nimirum quia ei bonum quod operuit non fecit, et malum quod non oportuit fecit. Hinc est enim quod per Moysem de eo qui juramentum pratulit, ut vel male quid vel beneficeret, et hoc ipsum oblivione transcendent, dicitur: *Offerat agnam de gregibus nisi capram, orabique pro eo sacerdos, et pro peccato ejus.* Sin autem non potueris offerre pena, offerat duos tortures, vel duos pullos columbarum, unum pro peccato, et alterum in holocaustum (Levij. v. 6, 7, 8). Juramentum namque proferre est votum nos divina servitutis alligare. Et cum bona opera promittimus, bene nos facere spondemus. Cum vero abominatione cruciatumque carnis nostra rovemus, male ad praesens nos nobis facere juramus. Sed quia

• Cemet. et Germ., non addo.

▷ Cemet., cursum penitendo.

• Val. Cl. et Cemet., divina servitutis alligare.

• Ed. rec., quantumcumque, quod melius videtur, si ad pia vota, non vero si ad non peccet referatur. At in MSS. et vet. Ed. legimus quantumcumque.

• Laud., agnam... offerre non sufficit.

A nullus in hac vita ita perfectus est, ut quantumlibet Deo devotus sit, inter ipsa quantumcumque plia vota non peccet, pro peccato agna offerri de gregibus sive capra precipitor. Quid enim per agnem nisi activa vita innocentis, quid per capram, quae id summis sepe extremisque rupibus pendens pascitur, nisi contemplativa vita signatur? Qui ergo se conspicit promissa ac proposita non implesse, ad sacrificium Dei sese studiosius debet vel innocentia boni operis, vel sublimi pastu contemplationis accingere. Et bene agna de gregibus, capra vero offerri de gregibus non jubetur, quia activa vita multorum est, contemplativa paucorum. Et cum haec agimus quae multos agere et egisse conspicimus, quasi agnam de gregibus damus. Sed cum offerentis virtus ad agnam capramque non sufficit, in remedium poenitentis adjungitur, ut duo pulli columbarum, vel duo tortures offerantur. Scimus quia columbarum pulli vel tortures pro canto gemitus habent. Quid ergo per duos columbarum pullos, vel duos tortures, nisi duplex poenitentiae nostrae gemitus designatur, ut cum ad offerenda bona opera non assurgimus, nosmetipsos duplicitate defleamus, quia et recta non fecimus, et prava operati sumus? Unde et unus tortur pro peccato, alter vero offerri in holocaustum jubetur. Holocaustum namque totum incensum dicitur. Unum ergo torturam pro peccato offerimus, cum pro culpa gemitum damos; de altero vero holocaustum facimus, cum pro eo quod bona negligimus, nosmetipsos funditus succidentes, igne doloris ardemus. Quia igitur duplex in penitentia gemitus debetur, beatus Job divinitus vocis increpatione proficiens, atque in sua reprehensione suocrescens, dixisse se unum et alterum poenitens faretur, ac si aperte dicat: Et erga bona per negligentiam torpui, et ad mala per audaciam proponi:

CAP. XL. VERS. 1, 2.—*Respondens autem Dominus Job de turbine, dixit: Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, et indica mihi.*

[Vet. III, Rec. V.] Quid sit Dominum de turbine respondere, quid beatum Job lumbos accingere, quid interrogare Dei, quid hominis indicare, primo jam Domini sermone tractatum est (Sup. lib. xxviii, n. 1 et seq.). Quia ergo lectoris tedium parcimus, curamus suminopere ne dicta replicemus. Sequitur:

## CAPUT IV.

Vers. 3. — *Nunquid irritum facies judicium meum, et condemnabis me, ut tu justificeris?*

1049 5. *Job juste correptus, ut occultis Dei iudiciis etiam nesciens subderetur.* — Quisquis contra Domini flagella semetipsum defendere nititur, flagellantis iudicium evanescere conatur. Nam cum culpa sua feriri se denegat, quid aliud quam iniquitatem

• Ali., accidentes.

• Vindic., Ebroic. aliique Norm., eodem sensu, nam cum non sua culpa feriri se dicat.

• Sic Mss. Turon., Land., Val. Cl. At cum duob. Germ., Pratel. et Ute., Edit etiam ver. quam justiam.

serientia accusat? Beatum itaque Job non idcirco flagella coelestia percusserunt, ut in eo culpas extinguerent, sed potius ut merita augerent, quatenus qui tranquillitatis tempore in tanta sanctitate claruerat, et ex percussione patesceret quae in eo etiam patientiae virtus latebat. Qui quidem culpam suam inter flagella non inveniens, nec tam flagella eadem causam sibi esse augendi meriti deprebendens, injuste se feriri credidit, cum quid in se debuisse corrigi non iuvaret. Sed ne ipsa innocentia in tuinorem elevationis infletur, divina voce corripitur, et mens ejus ab iniquitate libera, sed verberibus pressa, ad judicia occulta revocatur, ut superna sententia, etsi non est cognita, non tam credatur iusta; sed eo saltem justum credit omne quod patitur, quo nimurum constat quia Deo auctore patiatur. Magna enim satisfactio percussionis est voluntas justa conditoris. Quae cum injustum facere nihil solet, justa agnoscitur etiam si latet. Nam cum pro injustitia peccato percutimur, si in percussione nostra divinæ voluntati conjungimur, mox a nostra injustitia ipsa conjunctione liberamur. Quisquis enim jam percussionem tolerat, sed adhuc causas percussionis ignorat, si justum credens hoc ipsum contra se judicium amplectitur, eo ipso ab injustitia sua jam correctus est, quo percussum se iuste gratulatur. In vindicta enim sua Deo se socians, sese contra se erigit; et magna est jam justitia, quod voluntati judicis concordat in poena, cui discrepavit in culpa. Vir igitur sanctus, quia in nulla Deo culpa discrepaverat, quasi cum difficultate ei inter supplicia concordabat. Neque enim credit quod flagella quae solent via exstinguere in illo sola merita augerent, Unde nunc iuste corripitur, ut occultis judiciis et nesciencia subderetur, eique dicitur: *Nunquid irritum facies judicium meum, et condemnabis me ut in justificaria?* Ac si aperte diceretur: *Tua quidem bene acta considerera, sed mea occulta judicia ignoras.* Si ergo ex iuri meritis contra mea flagella disputas, quid aliud quam ipse de injustitia addicere te justificando festinas? Sequitur:

## CAPUT V [Vet. IV, Rec. VI].

VERS. 4. — *Si habes brachium sicut Deus, et si voce simili tonas.*

6. *Contemplata Dei sanctitate, ad humilitatem provocant etiam sanctiores.* — Quia humanum genus beatus Job meritis transcendebat, eum prius conditor et eruditus ad considerandam similitudinem sue magnitudinis provocat, ut cognita tanta dissimilitudine, in humilitate se premat.

7. *Deus, eti corporis expers, cum rebus corporeis comparatur. Anthropomorphitarum haeresis. Deo cur oculi et scapulae tribuantur. Recordari quo sensu dicitur. Quid Dei alae.* — Sed cum in Deo vox et brachium dicitur, cœendum summopere est, ne quid in

\* Gemet. et Corb. Germ., in nulla a Deo culpa.

† Vel ex hoc solo loco sensus habatur verbi addere, de quo I. II. n. 15, disservitius, et alibi.

‡ Val. Cl., miserans adolescentem Ius.

¶ Frigide cum duob. Germ. Vulgati etiam antiquiores, memoria essentialiter concordat, Gregorii

A eo mens corporeum suspicetur, in Anthropomorphitarum namque haeresim cadere est, eum qui incircumscripe implet et circumplexit omnia intra corporalia lineamenta concludere. Sed omnipotens Deus ad sua nos trahens, usque ad nostra se humiliat, atque ut alta insinuet, humilius descendit, quantum parvorum animus rebus cognitis enutritus, ad inquirenda exsurgat incognita, atque 1050 ab eo qui longe super ipsum est quædam juxta se audiens, quasi quibusdam ad illum passibus moteatur. Unde fit ut per Scripturam suam aliquando a corporibus hominum, aliquando a mentibus, aliquando vero ab avibus, aliquando etiam ab insensatis rebus quasdam longe dissimiles in se similitudines trahat. Plerumque enim a corporibus hominum in se similitudinem trahit, sicut de eo propheta ad Israelitas dicit: *Qui telligit vos, tangit pupillam oculi ejus* (Zach. II, 8). Et sicut de eo rursus sperant homini per Prophetam dicitur: *In scapulis suis obumbrabit tibi* (Psal. XC, 4). Constat nimurum quod in natura sua nec oculum Deus, nec scapulas habeat, sed quia nos per oculum cernimus, in scapulis vero onera sustinemus. Deus quod omnia videt, oculum habere perhibetur; quod vero nos tolerat, atque eo ipso quo tolerat servat, obumbrare nobis in scapulis dicitur. Ait enim: *In scapulis suis obumbrabit tibi.* Ac si diceret peccatorum homini, et post peccatum veniam deprecanti: *Ea pietate Dominus te protegit, qua te pietate toleravit, Obumbrat enim in scapulis suis, quia dum portat, defendit.* [Vet. V.] Aliquando vero a mentibus in se similitudinem trahit, sicut per prophetam ad Israel dicit: *Recordatus sum tui, et miserans adolescentiam tuam* (Jerem. II, 2). Et rursum per sponsa comparationem loquens ait: *Et si illa oblitus fuerit, ego tamen non obliviscar tui* (Isai. XLIX, 45). Quis enim nesciat quia Dei memoria nec oblivione rumpitur, nec recordatione sancitur? Sed dum aliqua deserens pretermittit, more mentium obliisci dicitur; et cum post longum tempus quae voluerit visitat, nostra mutabilitatis consuetudine recordatus vocatur. Quod enim pactio divinitatis ejus vim oblitio dissipat, cui ipsa quoque laudabilis memoria essentialiter non concordat? Nulla namque nisi sit præterita, aut absentia recordantur. Quomodo ergo Deus præteritorum reminiscitur, cum ipsa quæ in semelipsis prætereantur? Eius nupti semper præsentia assistunt? Aut quomodo absentium recordatur, dum omni quod est per hoc illi præsto est, quod in ipso est? Quod si ei præsto non esset, omnino non esset; nam non existentia videndo creat, existentia videndo continet. Quidquid ergo creator non videt, existentia subsistendi caret. Aliquando autem ab avibus in Nom similitudo trahitur, sicut per Moysen dicitur: *Expendit alas suas, et assumpsit eos* (Dent. XXXII, 11). Et propheta ait:

mens est, Deo neque oblivionis neque memorie nomine propriæ conuenire. Proindeque legendum, non concordat, ut seruit omnes Anglic., Norm., Vindoc., Land., etc.

\* Land., Val. Cl., duo Germ. et pler. Norm., et accepit eos.

*Sub umbra alarum tuorum protege me (Psal. xvi, 9).*  
 Quia enim nos parvulos dum protegit nutrit, et non gravi atque onerosa, sed levi et blanda protectione nos resovet, dum suas in nos misericordias exerit, quasi more avium super nos alas tendit. Aliquando etiam insensatis rebus, propter infirmitatem nostram alta condescensione se comparat, sicut per prophetam dicit : *Ecce ego stridebo super vos, sicut strides plastrum onustum feno (Amos. ii, 13).* Quia enim fenum est vita carnalium, sicut scriptum est : *Omnis caro fenum (Isai. xl, 6),* in eo quod Dominus vitam carnalium patitur, more plastrum fenum se portare testatur. Cui sub feni onere stridere est pondera et iniquitates peccantium cum querela tolerare. Cum ergo longe dissimiles in se similitudines trahat, solerter intuendum est quod quædam talia aliquando dicantur in Deo propter **1051** effectum operis, aliquando autem ad indicandam ejus substantiam maiestatis. Nam cum in Deo oculus, scapulae, pes atque alæ nominantur, effectus quidem operationis ostenditur. Cum vero manus, brachium, dextera vel vox in Deo dicitur, per hæc vocabula consubstantialis ei Filius demonstratur. Ipse quippe est et manus et dextera, de cuius ascensione per Moysen Pater loquitur, dicens : *Tollam in cælum manum meam, et jurabo per dexteram meam (Deut. xxxii, 40).* Ipse brachium, de quo propheta ait : *Et brachium Domini cui revelatum est (Isai. liii, 1).* Ipse vox, quia eum Pater gignendo dixit : *Filius meus es tu, ego hodie genui te (Psal. ii, 7).* Et de quo scriptum est : *In principio erat. Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. i, 1).* Per hoc Verbum fecisse Patrem omnia David asserit, dicens : *Dixit, et facta sunt (Psal. xxxii, 9).* Deum ergo brachiuni babere est operantem Filium gignere, voce tonare est consubstantiale sibi Filium mundo terribiliter demonstrare. Beato igitur Job cum dicit Dominus : *Si habes brachium sicut Deus, et si voce simili tonas, mira dispensatione pietatis eum dum increpat exaltat, quia eum quem sua comparatione superat superiorum cunctis demonstrat.* Cui in hac propositione subjungit :

#### CAPUT VI [Rec. VII].

**VERS. 5.** — *Circumda tibi decorum, et in sublime erige, et esto gloriosus, et speciosis induere vestibus.*

**8. Angeli et Ecclesia, Dei decor et ornamentum sunt.** — Subaudis, ut ego. Ipse enim sibi circumdat decorum, de quo scriptum est : *Dominus regnavit, decorum induit (Psal. xcii, 1).* Ipse apud nos in sublime erigitur, cum nostris mentibus in natura sua esse impenetrabilis demonstratur. Ipse vero gloriosus est, qui dum seipso perficitur, acredentis laudis indigens non est. Ipse speciosis induitor vestibus, quia sanctorum angelorum choros, quos condidit, in usum

<sup>a</sup> Deest alta in Laud. et Val. Cl.

<sup>b</sup> Omittunt pes in Ed. Supplevimus ex MSS. Vindoc., Norm. et al. In Corb. Germ. pro et aliae legitur et alia.

A sui decoris assumpsit, et velut quamdam vestem gloriosam sibi Ecclesiam exhibet non habentem rugam, aut maculam (*Ephes. v, 27*). Unde ei per prophetam dicitur : *Confessionem et decorum induit, amictus lumine sicut vestimento (Psal. cxi, 2).* Ille quippe confessionem induit, illic decorum, quia quos hic per paenitentiam consilentes fecerit, illic fulgentes per decorem justitiae ostendet. Luce ergo sicut vestimento amictus est, quia sanctis omnibus, quibus dictum est : *Vos estis lux mundi (Matth. v, 14),* in illa æterna gloria vestietur. Unde et per Evangelium dicitur, quia, transfigurato in monte Domino vestimenta ejus facta sunt candida sicut nix (*Matth. xvii, 2*). In qua transfiguratione quid aliud quam resurrectionis ultimæ gloria nuntiatur? In monte enim vestimenta ejus sicut nix facta sunt, quia in superna claritatis culmine sancti omnes ei luce justitiae fulgentes adhærebunt. [Vet. VI.] Sed quia speciosarum vestium nomine justos sibi quomodo adjungat insinuat, injustos etiam quomodo a se disjungat ostendit. Sequitur :

#### CAPUT VII.

**VERS. 6.—Disperge superbos in furore tuo.**

**9. Deus tranquille irascitur.** — Subaudis ut ego, quos et tranquillitatis tempore unitos contra me tollero, et districtus quandoque veniens, in meo eos furore dispergo. Sed inter hæc solerter intuendum est quod gravis perfidiæ error admittitur, si fortasse quis æstimet quod in illa divinitatis substantia furor et tranquillitas varietur. Creator namque omnium summe immortalis est, quo creaturæ more mutabilis **1052** non est. Hinc de illo per Jacobum dicitur : *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio (Jac. i, 17).* Hinc rursum scriptum est : *Tu autem, Domine, cum tranquillitate iudicas (Sap. xi, 18).* Hinc propheta ait : *Deserta facta est terra a facie træ columbae, a facie furoris Domini (Jerem. xxv, 38).* Quod enim iram columbae prædixerat, hoc furorem Domini subjunxit. Columba namque valde simplex est animal; et quia in Deum nulla furoris inæqualitas serpit, furorem Domini iram columbae nominavit. Ut enim divinæ distinctionis vim imperturbabilem demonstraret, et iram dixit, et columbae, ac si apertius diceret : *Districtum judicium inconcessus exerit, qui permanens mansuetus <sup>d</sup> injustos punit.* Unde et in extremo judicio, in semetipso incommutabilis manens, nulla vicissitudine ac mutabilitate variatur, sed tamen electis ac reprobis nequaquam sub specie ejusdem incommutabilitatis ostenditur, quia et tranquillus justis, et iratus apparebit injustis. Teste enim conscientia intra semetipso deserunt, unde eorum mentes æque unum respiciant, sed non æqualiter modificantur, quia et istis eum benignum ostendit anteacta justitia, et illis terribilem culpa. Quorum pavorem quis explicit, cum contigerit miseria et in-

<sup>c</sup> Addidimus etiam enim, ex Vindoc., Gemel., Corb. Germ. et pl. Norm.

<sup>d</sup> Deest injustos in duob. Germ., Turon., Laud. et pl. Norm.

tra se culpas cernere, et ante se judicem justum videre? Hoc nimur quotdie in usu vita præsentis agitur, ut de qualitate venturi judicis mortalium corda doceantur. Nam cum duo ad judicium pergunta, alius innocentia sibi conscientia, alius culpæ, ante prolatam sententiam adhuc tacentem judicem utrique conspiciunt, et tamen culpæ debitor gravem contra se iram hoc ipsum judicis silentium suspicatur. Quam iram sibi non denuntiat perturbatio judicis, sed recordatio prævictatis, quia etsi adhuc foris reum sententia non clamat, intus tamen graviter conscientia accusat. At contra justitiae amicus decernentis vulnus conspicit, sed intus de testimonio bonæ recordationis hilarescit, et quo apud se quod meluat non habet, eo omne quod erga semetipsum est blandum videt. Hoc itaque loco furor Domini dicitur non perturbatio divinae substantiæ, sed super peccatores male sibi conscientia examinatio justæ vindictæ. Quamvis enim eum tranquillum in judicio videant, tamen quia feriendos se ab illo non dubitant, eum in suis motibus perturbatum putant. Sequitur :

#### CAPUT VIII.

Ibid. — *Et respiciens omnem arrogantem humilia.*

10. *Omnis arrogans aut pœnitendo cognoscit culpam, aut pereundo percipit poenam.* — Ac si dicat ut ego. Apte autem ad vindictæ ordinem arrogantiibus superborum culpa præponitur, quia nimurum non superbia de arrogancia, sed generatur arrogancia de superbia. Duobus autem modis a Domino peccator unusquisque respicitur, cum aut a peccato convertitur, aut ex peccato punitur. De respectu enim conversionis dicitur : *Quia respexit Dominus Petrum, et recordatus Petrus verbi Iesu flevit amare* (Luc. xxii; 61). De respectu ultionis rursus dicitur : *Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum* (Psal. xxxiii, 17). Utrisque autem modis in humilitate arrogans sternitur, quia aut pœnitendo cognoscit culpam, aut pereundo percipit poenam :

#### • CAPUT IX [Vet. VII].

Vers. 7. — *Respicere cunctos superbos, et confunde eos, et contere impios in loco suo.*

**1053** 11. *Superbi dum elevatur dejectio.* — Subaudis ut ego. Superbi enim ex respectu Domini confunduntur, aut hic de pietate cognoscentes et damnantes crimina, aut illic supplicia de justitia sentientes. Impiorum vero locus ipsa superbia est, quia cum scriptum sit : *Initium omnis peccati superbia* (Eccli. x, 15), unde oritur impietas, ibi continetur, quamvis nec quidquam a superbia distat impietas. Valde enim superbire est impia de auctore sentire. Impius ergo in loco suo conteritur, quia ipsa superbia qua elevatur opprimitur; cumque, efferendo se in cogitationibus erigit, lumen sibi justitiae quod in-

\* Editi cum Germ., suis moribus, vel in suis moribus. Corb. Germ., in suis mortibus. Nostram lect. ministrarunt Turon., Vindoc., Val. Cl., Prateli. ac pl. Norm.

† In duob. Germ. et in Gemet. omittitur verbi

A venire debuisset abscondit. Sæpe autem dum contra Deum falsa gloria exterius proficit, vera miseria interioris inanescit. Unde Propheta ait : *Dejecisti eos dum e allevarentur* (Psal. lxxii, 18). Non enim ait : Dejecisti eos postquam elevati sunt, sed dum allevarentur, quia hoc ipsum sit superbis interioris dejici, quod eis falsa contingit gloria exterius elevari. Ordinante enim divino judicio, non eis hic aliud culpa est, atque aliud poena, sed sua illis in poenam veritatemculpa, ut elatis fastu superbis hoc ipsum sit vere intus cadere quod foris ostenditur prosecuisse. Sequitur :

#### CAPUT X.

Vers. 8. — *Absconde eos in pulvere, simul et facies eorum demerge in foveam.*

B 12. *Deus corda superborum, terrenis negotiis et desideriis opprimi permittit.* — Ac si dicat ut ego. Superbos enim atque impios justo judicio Dominus in pulvere abscondit, quia eorum corda ipsis quæ, despecto amore creatoris, eligunt terrenis opprimi negotiis permittit. Unde et illorum vitam cum in extremo judicio discutit, tanquam sibi absconditam non agnoscit, dicens : *Nescio qui es tu* (Luc. xiiii, 27). Vita pravorum sub pulvere absconditur, quia abjectis et infirmis desideriis gravatur. Quisquis enim adhuc ea quæ mundi sunt appetit, quasi ante faciem veri luminis non appetit, quia nimurum sub pulvere terrenæ cogitationis latet. Hunc pravarum cogitationum pulverem oppressa mens tolerat, quem venitus nequissimæ temptationis aportat. [Vet. VIII.] Hinc est C enim quod de unaquaque anima terrenis desideriis aggravata sub Ephraim specie per prophetam dicitur : *Factus est Ephraim panis subcinericus, qui non reversatur* (Osee. vii, 8). Ex natura quippe bene condita est nobis intentio, quæ surgat in Deum; sed ex conversatione nequier assueta d' inest volupias, quæ præsens premat in sæculum. Panis autem subcinericus ex ea parte est mundior, quam inferius occultat, atque ex ea parte sordidior, qua desuper cinerem tolerat. Quisquis ergo intentionem qua Deum debuisset querere negligit, quasi more panis subcinerici mundiorem partem inferius premit, et cum curas sæculi libenter tolerat, quasi congestum cinerem superius portat. Reversaretur autem panis subcinericus, si desideriorum carnalium cinerem repellere, et intentionem bonam, quam in se dudum despiciendo oppresserat, superius ostentaret. Sed reversari renuit, cum mens, amore curarum sæculiarum pressa, molem superpositi cineris abjiceret negligit, dumque assurgere in intentionem bonam non appetit, quasi mundiorem faciem subter premit.

D 13. *Dum superbiendo altiora petunt, ad inferiora retruduntur.* — Apte autem subjungitur : *Simul et facies eorum demerge in foveam.* Ac si dicat, Ut ego.

Jesu.

• Ebroic. aliquæ Norm., elevarentur.

† Vindoc., Germ., Ebroic. et alii Norm., inest voluntas. Corb. Germ. sequimur et alios.

**A**justo namque iudicio superborum facies Dominus in soveam mergit, quia intentionem cordis eorum sese ultra homines erigentem inferius dejicit, Ista enim **1054**, respicit, cuius facies soveam attendit. Et bene de superbis dicitur quod eorum facies in soveam demerguntur, quia ima petunt, dum superbiendo altiora appetunt; et quo magis extollendo se erigunt, eo magis ruendo inferius tendunt. Terranam quippe gloriam querunt, et insima sunt quae prospiciunt, dum superbiendo alta sectantur. Unde miro et diverso modo res agitur, ut humiles cœlum petant, dum se inferius dejicunt; superbi iusta appetant, dum despiciendo ceteros quasi in altioribus extolluntur. Isti se, dum despiciunt, cœlestibus junguntur; illi, dum se erigunt, a superioribus dividuntur, atque, ut Ita dixerim, illi se elevantes depriment, isti deprimentes elevant. Et bene de superbientibus per Psalmistam dicitur: *Humiliat autem peccatores usque ad terram* (Psalm. cxlvii, 6), quia ea quae infra sunt ambientes, dum extollendo se erigunt, amissio cœlo quid aliud quam terram petunt? Quibus hoc ipsum <sup>a</sup> jam in innis cecidisse est relictis superioribus ima quæsisse. Recite ergo eorum facies in soveam demergi prohibentur, quia sequentes insima, ad inferni barathrum tendunt. Justo enim iudicio agitur, ut quos hic voluntaria aversio excusat, illic ab intuitu veri luminis digna supplicii sovea abscondat. Igitor quia vir sanctus tanto divinæ potentiae terrore discussus est, ut ei dicereatur: *Si habes brachium ut Deus, et si roce simili zonas, disperge superbos in furore tuo, et respiciens omnem arrogantem humilia, et cetera quae Deus quidem facere, sed homo vix sufficit audire, b* cuncta haec qua Dominus intentione præmisserit, illue subditæ conclusionis ostendit, dicens:

#### CAPUT XI [Vet. IX, Rec. VIII].

Vers. 9. — *Et ego confitebor quod salvare te possit dextera tua.*

**14.** *Pelagianorum error suis viribus salvari posse confidentium.* — Ac si aperte diceret: Si potes terribilia haec facere, ipse quæ protuli, tibi et non mihi deputo bona omnia quæ fecisti. Si vero peccantes alios respiciendo non potes perdere, liquet quod a reato nequitia tua te non vales virtute liberare. Ecce divina voce ad beatum Job dicitur quod <sup>a</sup> sua dextera non salvetur, et tamen nonnulli hominum, qui ab hujus viri viribus longe sunt, despectu Dei adjutorio, sua se fortitudine salvari posse confidunt. Pro quibus quid deprecari aliud debemus, nisi ut si jam dona bonorum operum percepere, hoc quoque donum accipiant, ut a quo haec acceperint discant? Quia autem præmissis verbis Dominus potentiam suæ magnitudinis intulit, nunc in subsequentibus nequitiam antiqui hostis ostendit, ut bonus famulus ei, auditis prius virtutibus Domini, sciret quantum

<sup>a</sup> Ebroic., Germ. et cœt. Norm., Germ., Laud. et Val. Cl., jum nimis.

<sup>b</sup> Corb. Germ. et Gemot., cum qua haec Dominus intendamus.

**A**utem quod callicitate diaboli, discernit quantum timeret. Unde bene per prophetam dicitur: *Leo rugiet, quis non timebit?* Dominus Reges impetu est, quis non prophetabit (Amos vii, 8)? Prosternit ratio virtus ei sui conditoris innoluti, a quaquam illum vires adversarii latere debueunt, ut en magis defensori suo se humilius subderet quo hostis sui nequitas subtilius agnoscisset, protectoremque suum tanto ardenterius quereret, quanto terribiliorum hostem enguisceret quem vitaret. Certum quippe est quia minus diligit erexit orem suum qui minus intelligit periculum quod evasit, et vile solatum deputat defensoris qui virtutem adversarii debilem potat. Unde bene expressionem suam Dominus tribuens prophetam dicebat: *Diligam te, Domine, virtus mea* (Psalm. xvii, 1), aperte videlicet dicens: *Eo te magis diligo, quo insursum tem 1055 propriam sentiens, virtutem meam te esse cognosco.* Hinc rursum ait: *Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te* (Psalm. xvi, 7), quia tunc nimis misericordia Domini mira apud nosmetipso qui eripimus sunt, cum per easdem misericordias quam gravia fuerint pericula quæ erimus, agnoscentur.

**B** 15. *Vires fraudesque horris nostri describantur.* — Et quia sermones præcedenti Dominus beato Job mira opera sanctorum sequentium patefecit, ut his auditis disceret de virtutum suarum culmine quam humilia sentire debuisset, nunc ei cum quæ hoste bellum gerat ostenditur, et vires fraudesque illius subtilius indicantur, ut qui ad colloquium auctoris sui perductus est, argumenta adversarii aperte cognoscat. Verbis enim sequentibus fidelis famulo Dominus cunctas hostis callidi machinationes insinuat, omne quod opprimendo rapit, omne quod insidiando circumvolat, omne quod minando terret, omne quod suadendo blanditur, omne quod desperando frangit, omne quod promisendo deripit. Tunc ergo tergiversations ejus certamina exordit, dicens:

#### CAPUT XII [Vet. X, Rec. IX].

Vers. 10. — *Ecce <sup>a</sup> Behemoth, quem feci tecum.*

**16.** *Omnia creata sunt simul secundum substantiam, non secundum speciem.* — Quem sub Behemoth nomine nisi antiquum hostem insinuat, qui interpretatus ex Hebreo voce, in Latina lingua animal sonat? Cujus inferius, dum malitia subdit, patenter persona monstratur. Sed cum de Deo scriptum sit quia fecit omnia simul (Ecclesi. xviii, 1), cur hoc animal cum homine fecisse se indicat, dum cuncta quæ simul fecerit constat? Rursum querendum est, quomodo Deus cuncta simul condidit, dum Moyses sex diuum mutatione variante distincte creata describat (Genes. 1, 32). Quod tamen citius agnoscamus, si ipsas causas originum subtiliter <sup>b</sup> indagamus. Rerum quippe substantia simul creata est, sed simul species formata non est, et quod simul existit per substantiam

<sup>a</sup> Vindoc. et Norm., sua virtute.

<sup>b</sup> In Val. Cl. et Jacob. Germ. ubique scribitur, *Behemoth. Ita etiam in Genes.*

<sup>c</sup> Gemot., indicamus.

materia non simul apparuit per speciem formæ. Cum enim simul factum cœlum terraque describitur, simul spiritualia atque corporalia, simul quidquid de cœlo oritur, simul factum quidquid de terra producitur indicatur. Sol quippe, luna et sidera quarto die in cœlo facta perhibentur, sed quod quarto die processat in specie primo die in cœli substantia exstitit per conditionem. Primo die creata terra dicitur, et tertio arbusta condita, et cuncta terræ virentia describuntur; sed hoc quod die tertio se in specie protulit, nimirum primo die in ipsa de qua ortum est terra substantia conditum fuit. Hinc est quod Moyses distincte per dies singulos condita omnia retulit, et tamen simul omnia creata subjunxit, dicens: *Ista sunt generationes cœli et terræ, quando creatæ sunt in die quo fecit Dominus cœlum et terram, et omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis* (Genes. ii, 4, 5). Qui enim diversis diebus cœtum cœlum et terram, virgultum, herbamque narraverat, nunc uno die facta manifestat, ut liquido ostenderet quod creatura omnis simul per substantiam exstitit, quamvis non simul per speciem processit. Ille illuc quoque scriptum est: *Creavis Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum, masculum et feminam fecit eos* (Genes. i, 27). Necdum enim Eva facta describitur, et jam homo masculus et semina perhibetur. Sed quia ex Adie latere 1056 procul dubio semina erat processura, in illo iam computatur per substantiam, a quo fuerat producenda per formam. Considerare tamen haec et in minimis possumus, ut ex minimis magna pensemus. Herba namque cum creatur, necdum in illa fructus, nequitur fructus cui semen ostenditur. Inest vero ei etiam cum non appareat fructus et semen, quia nimirum simul sunt in radicis substantia quæ non simul prodeunt per temporis incrementa.

17. *Quo sensu angelus et homo simul creati. Angelus desertor peccando dona grata amissit, non naturæ. Duo Manichæorum principia rejiciuntur.* — Sed quia haec simul cœta per substantiam dicimus, quæ prodire alia ex alia invenimus, quo pacto cum beato Job Behemoth cœtus asseritur, cum neque una sit substantia angeli et hominis, neque homo ex angelo, neque angelus ex homine proferatur? Si vero propter hoc factus Behemoth cum beato Job dicitur, quod creatura omnis ab auctore, qui in actione sua nequam temporis protelatione distenditur, simul condita non dubitatur, cur de Behemoth specialiter dicitur quod commune cum cœtis omnibus generaliter habetur? Sed si rerum causas subtili discussione pensamus, simul angelum factum hominemque cognoscimus, simul videlicet non unitate temporis, sed cognitione rationis; simul per acceptam

<sup>a</sup> Vindoc., Gemet., Laud. et duo Germ., pulentes.  
<sup>b</sup> Prætel. naturæ.  
<sup>c</sup> Corb. Germ. et Gemet., Manis. Laud., Germ. et Turon., Manes.  
<sup>d</sup> Corb. Germ., Vindoc., Gemet. et Laud., conditam.  
<sup>e</sup> Laud., Corb. Germ. et Val. Cl. comedit.

A imaginem sapientiae, et non simul per conjunctionem substantiam formæ. Scriptum namque de homine est: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Genes. i, 26). Et per Ezechielem ad Samm dicitur: *Tu signaculum similitudinis, plenus et pientia et perfectus decoro in deliciis paradisi Dei fristi* (Ezech. xxviii, 12). In cuncta igitur cœtura, homo et angelus simul conditus exstitit quia ab omni <sup>b</sup> cœtura irrationali distinctus processit. Quia ergo in cuncta conditione rerum nullum rationale animal nisi angelus et homo est, quidquid ratione uti non potest, cum homine factum non est. Dicatur itaque homini, dicitur de angelo, qui est potentiam sublimitatis perdidit, subtilitatem tamen naturæ rationalis non amisit: *Ecce Behemoth, quem feci tecum. Ut dum homo eum qui in ratione secum factus est, periisse considerat, vicinum sibi casum superbiæ ex ipsa propinquï sui perditione pertimescat.* In his autem verbis solerter intuendum est quod aperte voce dominica nefarium <sup>c</sup> Manichæi dogma reprehenditur, qui dum duo principia loquitur, tenebrarum genitern factam asserere conatur. Quomodo enim nostra facta gens nequissima dicitur, dum Behemoth istum, videlicet auctorem nequitur per naturam <sup>d</sup> bene conditum se Dominus fecisse testatur? Sed quia Behemoth iste, cum quo sit factus audivimus, perditus quid agat audiamus. Sequitur:

### CAPUT XIII [Rec. X].

Ibid. — *Fenum sicut bos comedet.*

18. *Diabolus mundam spiritualium vitam labefactans potissimum cupit.* — Si prophetarum sollicite verba discutimus, haec et illa uno spiritu prolata reperiimur. Isaïas namque cum rerneret vitam peccantium ab antiquo et insatiabile hoste devorari, ait: *Leo sicut bos comedet paleas* (Isai. xi, 7). Quid autem feni palearumque nomine nisi carnalium vita signatur? De qua per prophetam dicitur: *Omnis caro secum* (Isai. xl, 6). Qui ergo hic Behemoth, illuc leo; qui hic fenum, illuc paleæ nominantur. Sed perscrutari mens nititur cur iste vel apud Isaïam leo, vel hic dominica vox Behemoth, <sup>e</sup> in comeditione feni vel paleæ, utroque 1057 loco, non equo, sed bovi comparetur. Quod tamen citius agnoscimus, si in virisque animalibus quæ sit nutrimentorum distantia perpendamus. Equi namque fenum quamlibet sordidum comedunt, aquam vero non nisi mundam bibunt. Boves autem aquam quamlibet sordidam bibunt, sed feno non nisi mundo vescuntur. Quid est ergo quod bovi, qui mundo pabulo pascitur, Behemoth iste comparatur, nisi hoc quod de isto antiquo hoste per prophetam aliud dicitur: <sup>f</sup> *Esca ejus electa* (Habac. i, 16)? Neque enim se eos gaudet rapere, quos pravis ac sordidis actionibus implicans

<sup>f</sup> Laud., Corb. Germ., Val. Cl. et Gemet., comedit paleas.

<sup>g</sup> Videin Cod. cum Germ., in comeditione.

<sup>h</sup> Gemet. prius, *esca ejus electa*. Sed postea, *esca quoque electa*. Hic codex innueneris nensis scatet, quæ sequitur manus ex parte expungavit.

In imis secum respicit voluntarie jacerem. Fenum A ergo comedere sicut bos appetit, quia suggestionis suæ dente conterere mundam vitam spiritualium querit.

19. *Multi videntur electi, et non sunt.* — Sed quærendum video quomodo Behemoth iste, fenum sicut bos comedens, vitam spiritualium consumere dicitur, <sup>a</sup> cum, sicut supra dictum est, feni nomine vita carnalium designatur. Esca quoque ejus electa jam non erit, si fenum comedens carnalem rapit. Sed ad hæc citius occurrit, quia nonnulli hominum et apud Deum fenum sunt, et apud homines sanctitatis nomine censentur, cum et ante humanos oculos aliud ostendit vita, et ante divina judicia aliud intendit conscientia. Ii itaque apud humana judicia electi sunt, sed apud subtile Domini examen fenum. An ante di-vinos oculos Saul fenum non erat, de quo Samuel propheta populo dicebat : *Certe videtis quem elegit Dominus* (*I Reg. x, 24*); et de quo paulo superius dicitur : *Electus et bonus?* Quem enim peccans populus meruit, et apud Deum reprobus exstitit, et tamen causarum ordine electus et bonus fuit. [Vet. XI.] Quia multi fenum sunt, et electos se ex humana testimoniæ suspicantur, bene per Salomonem dicitur : *Vidi impios sepultos, qui etiam dum adhuc vive-rent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum* (*Eccle. viii, 10*). Quia multi fenum sunt, sed tamen sanctitatis favore vallantur, bene quidam sapiens indicat, dicens : *Transi, hospes, et orna mensam* (*Eccle. xxix, 33*). Transeundo namque hospes ornare mensam dicitur, quia si ad altare Dei quis positus, per bona opera gloriam propriam quærerit, et de ostentatione sanctitatis ejus laus altaris extenditur, et ipse tamen apud Deum in numero ci-vium non habetur. Aliis ejus opinio proficit, et tamen a Deo extraneus ipse pertransit. Mensam itaque transeundo decoravit, quia stare ad sacra noluit qui per omne quod agere studuit ad humanas laudes mente decurrit. Quia ergo nonnulli mundam quidem vitam per studium ducunt, sed ex illa intus placere non appetunt, recte et esca ejus electa dicitur, et tamen fenum sicut bos comedere Behemoth iste prohibetur. Quasi enim ante os Behemoth istius mundum fenum in terra atque in infimis jacet, cum et vita quasi innocens per mandatorum custodiæ agitur, et tamen inter actionem quæ bona ostenditur cor ad appetenda sublimia non elevatur. Quid itaque utilitas agit qui in se munditiam vitæ custodit, si per intentionem infimam in ore Behemoth hujus inventum se in terra derelinquit? Quia igitur omnipotens Deus quid hostis noster agat insinuat, nunc quomodo prævaleat innotescat, ut calliditatis ejus nequilia quo aperiens cognoscitur, eo facilius 1058 supereretur. Sequitur :

<sup>a</sup> Pratel., Val. Cl., Vindoc. et Corb. Germ., si sicut.

<sup>b</sup> Gemet., Val. Cl. et Corb. Germ., ostenditur.

<sup>c</sup> Laud. et Val. Cl., sacrificium.

#### CAPUT XIV [Rec. XI].

Vers. 11. — *Fortitudo ejus in lumbis ejus, et vir-tus illius in umbilico ventris ejus.*

20. *Diabolus per luxuriam utriusque hominum sexu plerumque dominatur.* — Seminaria coitus viris in lumbis esse, inesse autem feminis in umbilico prohibetur. Hinc est enim quod Veritas disciplalis dicit: *Sint lumbi vestri præcincti* (*Luc. xii, 35*). Hinc Petrus, cum luxuriam a corde restringeret, admonebat, dicens : *Succincti lumbos mentis vestrae* (*I Pet. i, 13*). Hinc Paulus cum per Abrabæ sacrificium Melchis-dech tempore Levi e sacerdotium diceret decimatum, ubi tunc in Abrabæ corpore Levi lateret ostendens, ait : *Adhuc enim in lumbis patris erat* (*Hebr. vii, 10*). Quia vero seminarium luxuriaz feminis in umbilico continetur propheta testatur, qui, sub specie feminæ prostitutæ, Judææ petulantiam increpans, ait : *In die ortus tui non est præcious umbilicus tuus* (*Ezech. xvi, 4*). In die quippe ortus umbilicum præcidere est conversionis tempore carnis luxuriam resecare. Quia enim difficile est male inchoata corrigeret, et semel formata deformiter in melius reformare, de ortu suo Judæa reprehenditur, quæ dum in Deo nata est, im-præcium umbilicum retinuit, quia fluxa luxuriaz non abscedit. Quia igitur potestate diaboli utriusque generis sexus valde ex luxuriaz infirmitate subster-nit, et fortitudo ejus in lumbis contra masculos, et virtus illius contra feminas in umbilico prohibe-tur.

[Vet. XII.] 21. *Spiritus superbiam sequi solet car-nis corruptio.* — Sed cur cum Behemoth istum fenum comedere intulit, prima deceptionis ejus argumen-ta luxuriaz damna subjunxit, nisi quod liquido omnibus patet quia postquam semel hominis spiri-tum <sup>d</sup> superbiam ceperit, mox se ad corruptionem carnis extendit? Quod in ipsis quoque hominibus primis agnoscimus, qui, dum post perpetratam superbiæ pudenda membra contegunt, patenter indi-carunt quia postquam apud semetipsos intus arripare alta conati sunt, mox in carne foris erubescenda pertulerunt (*Genes. iii, 7*). Behemoth itaque iste in-satiabiliter sæviens, et devorare totum simul hominem quærens, modo in superbiam mentem erigit, modo carnem luxuriaz voluptate corrumpit. Bene autem nequaquam fortitudo ejus in lumbis vel um-bilico eorum dicitur qui prosternuntur, sed, *fortitudo ejus in lumbis ejus, et virtus illius in umbilico ventris ejus.* Ac si aperte diceretur : Fortitudo ejus in lum-bis suis, et virtus illius in umbilico ventris sui, quia nimurum ejus proprio corpus flunt, qui, suggestio-num turpium blandimentis decepti, ei per luxuriaz fluxa succumbunt. Sequitur :

#### CAPUT XV [Rec. XII].

Vers. 12. — *Stringit caudam suam quasi cedrum.*

22. *Diabolus divina potestate ligatus, olim solvetur,*

<sup>d</sup> Deest superbia in Laud., duob. Germ., Ebroic. aliusque Norman., et sic ad Behemoth referunt quod hic dicitur de superbia. Ebroic. aliquique Norm., pro ad corruptionem, habent ad obrationem.

*et per Antichristum multa signa faciet.* — Multa in his suppetunt, quæ instruendis moribus proferantur; sed prius Behemoth istius violenta discutimus, ut post subtilius astuta detegamus. In Scriptura sacra coeli nomine aliquando alta excellentia gloriæ celestis exprimitur, aliquando autem pravorum rigida elatio designatur. Cedri nomine celestis gloriæ celitudo exprimitur, sicut Psalmista testatur: *Justus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur* (*Psal. xci, 13*). Cedri rursus nomine superba pravorum potentia designatur, sicut per eundem Prophetam dicitur: *Vox Domini confringentis cedros* (*Psal. xxviii, 5*). Quid autem cauda Behemoth istius, nisi illa antiqui hostis extremitas dicitur; cum nimirum vas proprium illum perditum hominem **1059** ingreditur, qui specialiter Antichristus nuncupatur? Qui quoniam modo honoribus sæculi, modo signis et prodigiis fletæ sanctitatis in tumorem potentiae elevari permittitur, recte voce Dominica cauda illius cedro comparatur. Sicut enim cedrus arbusta cætera in altum crescendo deserit, ita tunc Antichristus mundi gloriam temporaliter obtinens, mensuras hominum et honoris culmine, et signorum potestate transcedet. Spiritus quippe in illo est qui, in sublimibus conditus, potentiam naturæ suæ non perdidit vel dejectus. Cujus idecirco virtus nunc minime ostenditur, quia dispensatione <sup>b</sup> divinæ fortitudinis ligatur. Unde per Joannem dicitur: *Vidi angelum descendente de cælo, habentem clavem abyssi, et catenam magnam in manu sua; et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanæ, et ligavit eum per annos mille, et misit eum in abyssum, et clausit et signavit super eum* (*Apoc. xx, 1, 2, 3*). Ligatus quippe <sup>c</sup> missus in abyssum perhibetur, quia retrusus in pravorum cordibus, potentia divinæ dispensationis astringitur, ne in quantum nocere valet effrenetur, ut quamvis per eos occulte sœviat, ad violentas tamen rapinas <sup>d</sup> superbie non erumpat. Sed illic quomodo in mundi fine sit solvendus intimatur, cum dicitur: *Et postquam consummati fuerint mille anni, solvetur satan de carcere suo, et exibit, et seducet gentes* (*Ibid., 7*). Millenario namque numero universum pro perfectione sua hoc quantumlibet sit Ecclesiæ sanctæ tempus exprimitur. Quo peracto, antiquus hostis suis viribus traditus, paucò quidem in tempore, sed in multa contra nos virtute, laxatur.

**23. Sœviet, sed ad breve tempus.** — Quem quamvis sœvita ad crudelitatem dilatet, superna tamen misericordia dierum brevitate coangustat. Hinc enim Veritas per semetipsam dicit: *Erit tunc tribulatio*

<sup>a</sup> In Val. Cl. additur suppetunt de insidiis Antichristi, quæ, etc.

<sup>b</sup> Edili, divinæ potentiae, quod minime mutassemus nisi omnes Mss. nostri coegissent.

<sup>c</sup> Omititur missus, in Laud. et Val. Cl.

<sup>d</sup> Male in pier. Editis, superbie non erupet, neque enim hic de superbie vitio, sed de diabolo agitur. Correctioni prælixerunt Mss. duo Germ., Norm., Laud., Val. Cl. et vet. Edit. Paris. ac Basil.

<sup>e</sup> Gemet. et Corb. Germ., et exiit.

PATROL. LXXVI.

A magna, qualis <sup>f</sup> non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet (*Matth. xxiv, 21*). Hinc rursum ait: *Nisi breviti fuisse dies illi, non fieret salva omnis caro* (*Ibid., 22*). Quia enim et superbos nos et infirmos Dominus conspicit, dies quos singulariter malos intulit misericorditer brevios dicit, profecto et ut superbiā terreat de adversitate temporis, et infirmitatem resoveat de brevitate <sup>g</sup> dierum.

[*Vet. XIII.*] 24. *Ex signis quæ faciet plus metuendus, quam ex pœnis quas martyribus intulit.* — Sed considerandum valde est, cum Behemoth iste caudam suam sicut cedrum sublevat, in quo tunc atrocior quam nunc se exercit surgat. Quæ enim pœnarum genera <sup>h</sup> novimus, quæ non jam vires martyrum exercuisse gaudemus? Alios namque improviso ictu immersus jugulo gladius stravit, alios crucis patibulum affixit, in quo et mors provocata repellitur, et repulsa provocatur. Alios birsutis serra dentibus attrivit, alios armata ferro insulcans ungula <sup>i</sup> carpsit, alios belluina rabies morsibus detruncando comminuit, alios ab intimis viscerum per cutem pressa via verberum rupit, alios effossa terra viventes operuit, alios in altum demersos in mortem præcipitum fregit, alios in se projectos aqua replendo absorbut, alios edax flamma usque ad cineres depasta consumpsit. Cum igitur Behemoth iste caudam suam in fine mundi nequius dilatat, quid est quod in his tormentis **1060** tunc atrocius crescat, nisi hoc quod in Evangelio Veritas per semetipsam dicit: *Surgent pseudochristi et pseudoprophetæ, et dabunt signa magna et prodigia; ita ut in errorem mittantur, si fieri potest, etiam electi* (*Matth. xxiv, 24*)? Nunc enim fidèles nostri mira faciunt, cum perversa patiuntur; tunc autem Behemoth bojos satellites, etiam cum perversa inferunt, mira facturi sunt. Pensemus ergo quæ erit humanæ mentis illa tentatio, quando pius martyr et corpus tormentis subjicit, et tamen ante ejus oculos tortor miracula facit. Cujus tunc virtus non ab ipso cogitationum fundo quaeratur, quando is qui flagris cruciat signis coruscet? Dicatur igitur recte: *Stringit caudam suam quasi cedrum, quia nimis altus tunc erit veneratione prodigi, et duras crudelitatem tormenti*

[*Vet. XIV.*] 25. *Antichristus alios mentitis virtutibus decipiet, alios vi superabit.* — Non enim sola tunc potestate erigitur, sed etiam signorum ostensione fulcitur. Unde et per David dicitur: *Insidiatur in occulto, quasi leo in cubili suo* (*Psal. ix, 30, vel Psal. x, 9*). Ad apertam namque potentiam sufficiasset ut leo esset, etiamsi insidians non fuisset; rursumque ad occultas versutias sufficiasset, ut insidians sub-

<sup>f</sup> Gemet. et Corb. Germ., nunquam fuit.

<sup>g</sup> Deest dierum in duoh. Germ., Pratell. et Utsc.

<sup>h</sup> Edili etiam antiquiores cum Germ. Ms., non novimus. Negationem quæ sensum tollebat expunximus, suadentibus Mss. Anglic., Norm., Laud., Val. Cl., Corb. Germ. et aliis.

<sup>i</sup> Ebroic. aliqui Norm., Turon., Laud., Val. Cl. et Corb. Germ., sparsit.

<sup>j</sup> Corb. German., Pratell. et noegulli, alios actiones præcipitum fregit.

riperet, etiam si leo non esset. Sed quia hic anti-  
guus hostis in cunctis suis viribus effreatur, savire  
per utraque permittunt, ut contra electos in certa-  
mine et fraude et virtute laxetur, virtute per poten-  
tiam, fraude per signa. Recte ergo et leo et insidians  
dicitur: *insidians per miraculorum speciem, leo per*  
*fortitudinem saecularem.* Ut enim eos qui aperte ini-  
qui sunt pertrahat, saecularem potentiam ostentat;  
ut vero justos etiam fallat, signis sanctitatem simu-  
lat. Illis enim suaderet elationem magnitudinis, istos  
decipit ostensione saeculitatis. De hac cauda Behe-  
moth istius sub draconis specie per Joannem dicitur:  
*Et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cœli,*  
*et misit eas in terram* (Apoc. xii, 4). Cœlum namque  
est Ecclesia quæ in hac nocte vite praesentis, dum  
in se innumeras sanctorum virtutes continet, radian-  
tibus desuper sideribus fulget. Sed draconis cauda  
in terram stellas dejeicit, quia illa Satanae extremitas,  
per audaciam assumpti bonitatis erecta, quosdam quos  
velut electos Dei in Ecclesia invenit obituendo re-  
probos ostendit. Stellas itaque de cœlo in terram  
cadere est relicta nonnullos speciem cœlestium, illo duce,  
ad ambitum gloriae saecularis inhibere.

28. *Per Antiochum præsignatus est.* — Hinc Daniel  
sub Antiochi specie contra hanc draconis caudam  
loquitur, dicens: *Dejecit de fortitudine, et de stellis,*  
*et conculcavit eas, et usque ad principem fortitudinis*  
*magnificatus est, et ab eo absulit juge sacrificium,* et  
*dejecit locum sanctificationis ejus.* Rursum autem datum  
est ei contra juge sacrificium, propter peccata; et pro-  
sternetur veritas in terra, et faciet, et prosperabitur  
(Dan. viii, 10-12). De fortitudine quippe et de stel-  
lis dejeicit, cum nonnullos et luce justitiae resplen-  
dentes, et virtute operis robustos frangit. Qui usque  
ad principem fortitudinis magnificatur, quia contra  
ipsam amorem virtutis extollitur. Juge sacrificium  
tellit, quia studium conversionis Ecclesie in eis  
quos ceperit interrumpit. Rober vero ei propter pe-  
ccata contra juge sacrificium datur, quia nisi perera-  
tum merita **1061** exigent, eos qui recte creden-  
t, obtinere adversarius nequaquam possit. Ve-  
ritas in terra prosteratur, quia fides tunc rerum  
celestium ad desiderium vitæ temporalis inclinatur.  
Et faciet, et prosperabitur, quia tunc non solum in  
reproborum mentibus, sed etiam in electorum cor-  
poribus crudelitate inestimabili, sine qualibet objec-  
tione grassabitur. Hinc rursus per Danielum dici-  
tur: *Conserget rex impudens facie, et intelligens pre-  
positiones, et roboretur fortitudo ejus, sed non in*  
*suis viribus* (Dan. viii, 23). Illius namque hominis  
fortitudo non suis viribus robatur, quia Satanae  
virtute in gloriam perditionis attollitur. Hinc rursus  
ait: *Interficiet robustos et populum sanctorum secun-  
dum voluntatem suam, et dirigetur dolus in manus ejus* (Ibid., 24, 25). Robustos namque interficit; cum eos

\* Laud., quia studium conversionis, studium Eccle-  
sia.

\* Vindoc., qui recte credebant.

\* Additur in Germ., Laud., Val., Cl., duoh.  
Germ., et denuo illustratione adventus sui.

A qui mente invicti sunt corporaliter vincit. Vel certe  
robustos et populum sanctorum secundum volunta-  
tem suam interficit, cum eos qui robusti ac sancti  
credebarunt ad nutum sue voluntatis trahit. In eisque  
manu dolus dirigitur, quia in illo fraudem per opus  
adjuvatur. Quod enim fallendo dicit, hoc mira fa-  
ciendo asserit; nam quidquid mendax lingua simu-  
lat, hoc quasi verum esse manus operis ostentat.

27. *Daniel et Paulus de Antichristo eadem decent.*  
— Hinc rursus dicit: *Contra principem principalem*  
*consurget, et sine manu conteretur* (Ibid., 2). Hinc Paulus ait: *Ita ut in templo Dei sedeat ostendens se*  
*tanquam sit Deus* (II Thess. ii, 4). Hinc rursus ait.  
Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et  
destruet illustratione adventus sui. Quod enim per  
B Daniel dicitur est: *Contra Principem principalem*  
*consurgat* (Dan. viii, 25), hoc per Paulum dicitur: *Ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam ab*  
*Deo.* Et quod per Danielum subiungitur: *Sine mano*  
*conteretur* (Ibid., 25), hoc per Iovum exprimitur: *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui et* (II Thess. ii, 8). *Sine manu* quippe conteretur, quis  
non angelorum habeo, non sanctorum certamine, sed  
per adventum iudicis solo oris spiritu æternæ morte  
serietur. De hujus Behemoth elatione item per Pa-  
ulum dicitur: *Qui adverzatur et extollitur supra omnes*  
*quod dicitur Deus, aut quod colitur* (Ibid., 4). Ita quo  
Daniel cum quartam bestiam diceret deum cornibus  
fultam, protinus adjuvit: *Considerabam corna, et*  
*ecce cornu aliud parvulum oritur et de medio eorum,*  
C *et tria de cornibus primis erubet sunt et facie ejus;* et  
*ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu iato, et ea*  
*loquens ingentia* (Dan. vii, 8). Undeclivium quippe  
hujus bestiæ cornu eas deorsum habuit, quia regi ejus  
potentia iniquitate robatur. [Vet. X V.] Omne enim  
peccatum undeclarum est, quia diuin perversa agit,  
et præcepta decalogi transt. Et quia in cilicio pec-  
catum plungitur, hinc est quid in tabernaculo vela  
cilicina undecima sunt (Exod. xxvi, 7). Hinc per un-  
decimum Psalmum dicitur: *Saluum me fac, Domine,*  
*quoniam defecisti sanctos* (Psal. xi, 1). Hinc in unde-  
claro numero \* renauero Apostolos Petrus inueniens,  
Matthiam duodecimum, serie missa, requisiuit (Act. i,  
26). Nisi enim signari calpam per undeclarum  
cerneret, impleri apostolorum numerum tam sessime  
D duodenario non ehararet. Quia ergo per undeclarum  
transgressio exprimitur, hujus bestiæ cornu unde-  
claro ipse auctor transgressionis indicatur. Quod  
videlicet parvulum oritur, quia **1062** purus homo  
generatur: sed immantiter crescit, quia usque ad  
conjunctionem sibi vim angelicæ fortitudinis proficit.  
Quod tria cornua quæ ei ante faciem sunt evelli, quia  
ditioni suæ regna totidem quæ sibi viceps sumi  
subigit. Cujus sculi sunt ut ecclæ hominis, sed os  
ingentia loquitur, quia in illo humana quidem formæ

\* Duo Germ., Laud., Pratel. et nouuilli, præcepti  
decalogum.

\* Gussav., mendo fortasse typographicò, remanere  
apostolus Petrus mutauit.

cernitur, sed verbis suis ultra homines elevatur. Quod ergo per Paulum dicitur: *Exaltans se super omne quod dicitur Bonum, nisi quod collitur, hoc Daniel propheta testatur, dicens: Os loquens ingentia (II Thess. 11, 6).* Quid vero illum vel Daniel ingentia loqui, vel Paulus perhibet supra cunctum Deitatis extollit, hoc est quod apud beatum Job divino eloquio cedro comparatur. More enim edendi ab alta nititur, dum in omni fastu fallacia, et virtutis robore et culmine elatione prosperatur. Bonae autem stringere causam dicitur, quia tota ejus virtus in uno ille dominato homine congesta deneatur, ut tanto per illum fortia ac mira faciat, quanto illius collectis suis viribus instigat. Sed quia quale sit iniquorum caput sodivitum, nunc hinc capitum quae membrum adhaerent agnoscamus. Sequitur:

## CAPUT XVI [Rec. XIII].

Vers. 19. — *Nervi testiculorum ejus perplexi sunt.*

28. *Prædicatorum diaboli argumenta perplexa. Antichristi testes multi jam sunt.* — Tot iste Behemoth testes habet quot iniurias suæ prædicatores possidit. An ejus testes non sunt, qui pravis persuasib; corda hominum, virulentis erroris sui sensib; fundendo, corrumptunt? Aptè autem dicitur quod testiculorum ejus nervi perplexi sunt, quia videlicet prædicatorum illius argumenta dotosis assertionibus innodantur, ut recta esse simulent quæ perversa studient, ut allegationum implicatio, quasi nervorum perplexitas, eis videri possit; solvi non posse. Nervos ejus testiculi perplexos habent, quia acuminata prædicatorum illius sub argumentis duplicitibus levent. Plerumque autem eis veris corda infundunt, in opere innocentiam ostendunt. Neque enim ad se bonos persuasione sua trahent, si se et in actionibus perversos exhibent. Sed quia testes sunt huius bellum, et perplexis nervis illigantur, et rectos se ostentant et latent, et prætors prædicant et corruptunt, ipsum nimis summa caput imitantur, qui quasi leo in insidiis et scvit per potentiam terreri culminis, et blanditur per speciem sanctitatis. Sed haec bellum ultimam tunc solum talia ageret, et nunc quoque ad corruptenda utilium visceras a his horrib; testiculis non haberet! Neque enim malum sola locatione eris infunditur, sed peccatum et a pluribus operis exemplo propinquatur. Quam multi enim Antichristum non viderunt, sed tamen testiculi ejus sunt, quia corda innocentium actionis sue exemplis corrumperunt. Quisquis namque in superbia extollerit, quisquis avaritia desiderio cruciatur, quisquis luxuriam voluptatibus solvit, quisquis iuste atque humerata ira flagris igniter, quid ait quoniam Antichristi testis es? Qui dum se libenter ejus usibus impluit, exemplis sue aliis erroris<sup>a</sup> fetes ministrat.

<sup>a</sup> Turon., nos luxurie.

<sup>b</sup> Prætel., erroris sedes, addita tamen alia varia lect. fatus.

<sup>c</sup> Val. Cl., testimonium parat. Edili vero, perhibet, quod in nullo ms. Cod. reperimus.

<sup>d</sup> Omittitur conjunctio et in doobi. Germ., Gmet.,

strat. Iste prava agit, ille prava agentibus adhaeret, et non solum non obviet, sed etiam faveat. Quid ergo aliud quam Antichristi testis est, qui perdita auctoritate promissæ Deo fidei, et testimonium prestat errori? Quos tamen si quis redarguat, mox se 1063 sub quodam rebum defensionis occident, quia vobis errorum norvi perplexi sunt et male impliciti, corruptione solvi nequam poscent. Sequitur:

## CAPUT XVII [Vet. XVI, Rec. XIV].

Vers. 13. — *Ossa ejus rotulas fractiles eris.*

29. *Qui sint Antichristi ossa.* — In corpore ossa sunt quip continent membra, et quia continentur. Habet ergo carnes tuco bellua, habet et ossa, quia et iniqui sunt alii, qui tam ab aliis in errore rotinentur, et nequiores alii, qui in errore et alio, rotinent. Quid itaque aliud ossa Antichristi quam quolibet in ejus corpore valentiores accipimus? in eorum corde iniquitas dum vehementer induxit, per eis tota ejus corporis compago subiicit. Multi namque in hoc mundo divites videntur, qui dum rebus opibusque submixi sunt, quasi ex fortitudine solidantur; sed largiendo haec ipsa quibus fulti sunt, ad suum alios errantes trahunt. Modo nonnullos ut pravi flant deus illicient, modo nonnullos ut pravi permaneant munieribus astringunt. Quid itaque nisi Antichristi ossa sunt, qui dum malos contendo multiplicant, et in ejus corpore carnes pertulant? Hi nonnunquam in vocie suis auditoribus exhibent lingue dulcedinem, quia et spissæ preferunt flores; et apparel quidem in eis quod oculi, sed latet quod pungat. Amaris dulcia, noxiis blanda permiscent, et potestate quidem adstrandi videri appetunt, sed falendi arte per remissam colloquia quasi baniuntur, et per sermonecum de se insinuant quod per exhibitionem negant.

30. *Cum fastidio eris comparanter.* — Unde et recte ossa Behemoth istius seris fistula comparantur, quia nimis, more metalli incensibilit, sonum bene loquendi habent, sed sonum bene vivendi non habent. Hoc namque quasi humilitas loquendo reseruant, quod etate vivendo conseruant. Unde bene per Paulum dicitur: *Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem vestrem non habeam, factus sum talius esse sonans aut cymbalum timidos (I Cor. XIII, 1).* Dic bona quippe loquens, sed per amorem eadem non sequens, et velut as sonans cymbalum sonum reddit, quia ipso non sentit verba que ipso fecit. {Vet. XVI.} Sunt vero nonnulli in brachio belluae corpore non homines clavari, non divitiae futili, non virtutum specie deorsum, non scientia calliditatis positi, sed tamen videri quales non sunt ambiant, et idcirco contra bonorum vitam nequiores sunt, de quibus et sequitur:

Prætel., Val. Cl., illarso sensu.

<sup>a</sup> Abest in amiss. Gmet. aliquaque Norm., Laud., Val. Cl.

<sup>b</sup> Val. Cl., arte præmissa, colloquia, etc.

<sup>c</sup> In Gmet., ante correctionem, velut as sonans cymbalum sonum reddit.

## CAPUT XVIII [Rec. XV]

IBID. — *Cartilago illius, quasi laminae ferreae.*

31. Qui in Antichristi corpore debiliores sunt, ad perpetrandam mala nequiores existunt. — Cartilago namque ossis quidem speciem habet, sed ossis fortitudinem non habet. Quid est ergo quod cartilago ejus laminis ferreis comparatur, nisi quod hi qui in illo debiliores sunt, ad perpetrandam mala nequiores existunt? Ferro quippe cætera metalla conciduntur, et cartilago ejus ferro similis dicitur, quia hi qui in ejus corpore ad ostensionem virtutum non sufficiunt contra necem fidelium acrius accendentur. Quia enim cum eo se facere signa et prodigia non posse considerant, fidèles se illi per crudelitatem probant; et pro eo quod innocentium corda corrumpere persuadendo non possunt, multiplicius cæteris bonorum corpora se exstinguere glorianter. Bene ergo dicitur: **1064** *Cartilago ejus ut laminae ferreas, quia in ejus corpore quod infirmius quisque crediderit, hoc est quod nequius incidit. Qui recte non ferro tantummodo, sed laminis ferreis comparantur, quia dum se circumquaque in crudelitate dilatare ambiunt, quasi in ferri se laminas extendunt.*

[Rec. XVI.] 32. Libet arctiori inquisitionis manus eadem verba conditoris, quæ jam videntur discussa, distingue, atque ubiores intelligentiae fructus instruendis moribus apportare. Nam quia antiquus hostis quid per assumptum hominem contra homines agat audivimus, superest ut nunc quid in hominibus etiam per semetipsum sine homine moliantur exploremus. Ecce enim dicitur:

## CAPUT XIX.

VERE. 12. — *Stringit caudam suam quasi cedrum.*

33. Prima diaboli suggestio tenera est et farilo conteritur. Sed postea robur ejus fit intolerabile. Peccatum tribus modis admittitur. — Prima quidem serpentis suggestio mollis ac tenera est, et facile virtutis pede conterenda, sed si hæc invalescere negligenter admittitur, eique ad cor aditus licenter præbetur, tanta se virtute exaggerat, ut captam mentem deprimens, usque ad intolerabile robur excrescat. Caudam itaque quasi cedrum stringere dicitur, quia semel ejus in corde recepta tentatio, in cunctis quæ subsequenter intulerit velut ex jure dominatur. Hujus ergo Behemoth caput herba est, cauda cedrus, quia ex prima quidem suggestione blandiens substernit, sed per usum vehementer invalescens, succrescente tentationis sine, roboratur. Superabile namque est omne quod initio suggerit, sed inde sequitur, quod vinci vix possit. Prius enim quasi consulens blanda ad animum loquitur; sed cum semel dentem delectationis fixerit, violenta post consuetudine pene insolubiliter innodatur. Unde et bene stringere caudam dicitur. Dente enim vulnerat,

<sup>a</sup> Ed., eo nequius incidit. Expressimus MSS. lectio-  
nem, sc. Ebroic. aliorumque Norm., Turon., Vin-  
doc., Germ., Laud., Val. Cl. et Corb. Germ., in  
quo legitur *infirmus quisque, pro infirmius.*

<sup>b</sup> Germ., Vindoc., Ebroic. aliquæ Norm., di-  
stringere.

A cauda ligat, quia suggestione prima percutit, sed percussam mentem, ne evadere valeat, invalescente sine tentationis, astringit. Quia enim peccatum tribus modis admittitur, cum videlicet serpentis suggestione, carnis delectatione, spiritus consensione perpetratur, Behemoth iste, prius illicita sugerens, linguam exerit; post, ad delectationem pertrahens, dentem fligit; ad extremum vero, per consensionem possidens, caudam stringit. Hinc est enim quod nonnulli peccata longo usu perpetrata in semetipsis ipsi reprehendunt, atque hæc ex judicio fugiunt, sed vitare opere nec decertantes possunt, quia dum Behemoth istius caput non conterunt, plerumque cauda et nolentes ligantur. Quæ contra eos cedri more induruit, quia a blanda voluptate exordii usque ad violentiam retentionis excrevit. Dicatur ergo: *Stringit caudam suam quasi cedrum, ut tanto quisque debeat initia tentationis fugere, quanto finem ejus intelligit citius solvi non posse.*

[Vet. XVIII.] 34. *Diabolus cum vita finis imminet, tunc graviores tentationes suggestit.* — Sciendum quoque est quod plerumque eis quos ceperit tunc graviores culpas ingerit, cum presentis vita termino illos propinquare cognoscit; et quo se consummaturum temptationem considerat, eo eis iniquitatum pondera graviora coacervat. Behemoth igitur caudam suam quasi cedrum stringit, quia quos per prava initia ceperit, ad finem deteriores reddit, ut tentamenta ejus quo cito cessatura sunt, eo valentius compleantur. Quia enim suis penitentia satis-

Citat æquare supplicium, **1065** in eis ardenter ante mortem nititur omne exaggerare peccatum. Plerumque vero Behemoth iste jam cor male subditum possidet, sed tamen divina illum gratia repellit, et manus misericordia ejicit, quem ad se captiva voluntas introduxit. Cumque a corde expellitur, acriores infligere iniquitatum stimulos conatur, ut eos temptationum fluctus mens ab illo impugnata sentiat, quos etiam possessa nesciebat. Qund bene in Evangelio exprimitur, cum exire ab homine immundus spiritus Domino jubente narratur. Nam cum daemonicus puer fuisse oblatus, scriptum est: *Comminatus est Jesus spiritui immundo, dicens: Surde et mule spiritus, ego tibi præcipio, exi ab eo, et amplius ne introcas in eum. Et exclamans, et multum discerpens eum,* D exiit ab eo (Marc. ix, 24). Ecce eum non discerpserat cum tenebat, exiens discerpserat, quia nimis tunc pejus cogitationes mentis dilaniat, <sup>d</sup> cum jam egressui divina virtute compulsa appropinquit. Et quem mutus possederat, cum clamoribus desorebat, quia plerumque cum possidet, minora tentamenta irrogat; cum vero de corde pellitur, acriori infestatione perturbat. Bene itaque dicitur: *Stringit caudam suam quasi cedrum, quia et cor possidens*

<sup>c</sup> Pratet. et duo Germ., quippe.

<sup>d</sup> Duo Germ., cum jam egressus sui. Editi, cum jam termino egressus sui divina. Secuti sumus MSS. Turon., Vindoc., Laud., Ebroic. aliosque Norm.

<sup>e</sup> Laud., Corb. Germ. ac Val. Cl., corpus posse-  
dens.

semper in malitia ex posterioribus crescit, et cor deserens vehementioribus cogitationum stimulus percudit. [Rec. XVII.] Adhuc autem Behemoth istius mira pietate conditoris astutiora argumenta panduntur, cum subditur :

## CAPUT XX.

IBID.—*Nervi testiculorum ejus perplexi sunt.*

36. *Peccata ita implicata sunt, ut dum unum visitatur, sere semper labamur in aliud. Tribus ordinibus constat Ecclesia.*—Nervi testiculorum ejus sunt pestifera argumenta machinationum (*Dist. 13, can. 2.*). Per ipsa quippe calliditatis suæ vires erigit, et fluxa mortalium corda corrumpit<sup>b</sup>. Testiculi ejus sunt suggestiones pravæ, quibus in mentis corruptione fervescit, atque in construprata anima iniqui operis problem gignit. Sed horum testiculorum nervi perplexi sunt, quia suggestionum illius argumenta implicatis inventionibus illigantur, ut plerosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse peccatum fugere appetant, hoc e sine alio peccati laqueo non evadant; et culpam faciant dum vitant, ac nequam se ab una valeant solvere, nisi in alia consentiant<sup>d</sup> ligari. [Vet. XIX.] Quod melius ostendimus, si qua ex conversatione hominum illigationis hujus exempla proferamus. Quia vero in tribus ordinibus sancta Ecclesia constat, conjugatorum videlicet, continentium, atque rectorum; unde et Ezechiel tres viros liberatos vidit, videlicet Noe, Daniel, et Job (*Ezech. xiv, 14, seq.*); et in Evangelio Dominus dum alias in agro, alias in lecto, atque esse in molendino alias perhibet (*Luc. xvii, 34, 35*), tres procul dubio in Ecclesia ordines ostendit; liquido satisfacimus, si singula ex singulis exquiramus.

36. *Tentationes sæculo militantium.*—Ecce enim quidam dum mundi bujus amicitias appetit, cuiuslibet alteri similem sibi vitam duecenti quod secreta illius omni silentio conteget se jurejurando constringit; sed is cui juratum est adulterium perpetrare cognoscitur, ita ut etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is autem qui jusjurandum præbuit ad mentem revertitur, et **1066** diversis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silendo, adulterii simul et homicidii particeps fiat; et prodere trepidat, ne reatu se perjurii obstringat. Perplexis ergo testiculorum nervis ligatus est, quia in quamlibet partem declinet, metuit ne a transgressioni<sup>e</sup> contagio liber non sit.

37. *Deo servire per obedientiam ambientium, prælatorum.*—Alius cuncta quæ mundi sunt deserens, atque per omnia frangere proprias voluntates querens, alieno se subdere regimini appetit, sed eum qui sibi apud Deum præses debeat minus cauta inquisitione

<sup>a</sup> Ita MSS. Germ., Turon., Vindoc., Laud., Norm., etc. Corb. Germ., *egerit.* Edi i vero, *vires exerit.*

<sup>b</sup> Duo Germ., Laud. et Vindoc., *Testes ejus sunt.*

<sup>c</sup> Gratianus, loco indicato, *sine aliquo.*

<sup>d</sup> Grat., ibid., *se ligari.*

<sup>e</sup> Ibid., *Gratianus, contagione.*

<sup>f</sup> Idem, ibid., *agere.*

<sup>g</sup> Gilot., Gussany. et alii, *ex ipsa fructus difficultate. Quem locum restituimus ex MSS. Norm., Vin-*

A discernit. Cui fortasse is qui sine judicio eligitur, cum præses jam cooperit, agi quæ Dei sunt prohibet, quæ mundi sunt jubet. Pensans itaque subditus vel quæ sit culpa inobedientiæ, vel quod contagium sæcularis vitæ, et obedire trepidat, et non obedire formidat, ne aut obediens Deum in suis preceptis deserat, aut rursum non obediens Deum in electio priore contemnat; et aut, illicitis obtemperans, hoc quod pro Deo appetit contra Deum exerceat, aut rursum, non obtemperans, eum quem suum Judicem quæsierat suo judicio supponat. Aperie ergo iste per indiscretions suæ vitium perplexis testiculorum nervis astringitur, quia aut obtemperans, aut certe non obtemperans, in culpa transgressionis ligatur. Studebat proprias voluntates frangere, et curat eas B etiam contempto priore solidare. Decrevit mundum funditus relinquere, et ad mundi curas vel ex aliena voluntate compellitur redire. Perplexi itaque nervi sunt, cum sic nos argumenta hostis illigant, ut culparum nodi quo queruntur solvi, durius astringant.

38. Alius pensare pondus honoris ecclesiastici negligens, ad locum regiminis præmiis ascendit. Sed quia omne quod hic eminet plus mœroribus afficitur quam honoribus gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa revocatur, doleque se ad laborem cum culpa pervenias, et quam sit iniquum quod admiserit<sup>h</sup> ex ipsa fructus difficultate agnoscit. Reum igitur se cum impensis præmiis agnoscens, vult adeptæ sublimitatis locum deserere, sed timet ne gravius delictum sit suscepti gregis custodiam reliquisse; vult suscepti gregis curam gerere, sed formidat ne deterior culpa sit regimina pastoris gratiæ empta possidere. Per honoris ergo ambitum ligatum culpa hinc inde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrum videt, si aut susceptus semel gressus relinquitur, aut rursum sacra actio sæculariter empta teneatur. Undique metuit, et suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empio regimine non digne lugeat,<sup>i</sup> quod non etiam deserens emendat; aut certe regimen deserens, dum aliud flere nititur, rursus aliud de ipsa gregis destinatione committat. Quia ergo Behemoth iste ita inexplicabilibus nodis ligat, ut plerumque meos in dubium adducta, unde se a culpa solvere nititur, inde in culpa arctius astringatur, recte dicitur: **D Nervi testiculorum ejus perplexi sunt.** Argumenta namque machinationum ejus quasi quo laxantur **1067** ut relinquant, eo magis implicantur ut tenent.

[Vet. XX.] 39. *Ubi nullus evadendi sine peccato patet aditus, quid agendum. Conjugatorum concubitus pro explenda libidine culpe non expes.*—Est tamen doc., Laud., duob. Germ., etc., atque ex vet. Edit.

<sup>h</sup> Locum hunc obscurum sic intellige, ac si dicere: quod etiam regimen deserens, culpam non emendat. In Gilot. et aliquibus ita legitur: quod non etiam deserens, dum aliud emendat, aut certe regimen deserens flere nititur. Quibus nihil obscurius. Lectioni nostræ suffragantur MSS. Turon., Vindoc., duo Germ., Norm., etc.

quod ad destruendas ejus versutias utiliter fiat, ut dum mens inter minora et maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur, quia et qui murorum undique ambitu ne fugiat clauditur, i.e. si se in fogam praecepit, ubi brevior unus invenitur. Et Paulus dum quasdam in Ecclesia incontinentes aspicere, concessit minima, ut maiora declinarent, dicens: *Propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat* (*I Cor. vii, 2*). Et quia iunc solum conjuges in admisitione sine culpa sunt cum non pro explenda libidine, sed pro suspicienda prole miscentur, ut hoc etiam quod concesserat sine culpa, quamvis minima, non esse monstraret, illico adjunxit: *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium* (*Ibid., 6*). Non enim est sine vitio quod ignoratur, et non praecepit. Peccatum profecto videt, quod posse indulgere praevidit. Sed cum in dubiis constringimur, ut iuxta minimis subdimur, ne in magnis sine veraia peccamus. Itaque plerumque nervorum Behemoth istius perplexitas solvit dum ad virtutes maximas per commissa minora transiunt. Sequitur:

#### CAPUT XXI.

*Vera. 13. — Ossa ejus sicut fistulas aeris.*

40. *Quantum ex astutis diaboli consilia periculum invincit. — Quid per ossa Behemoth istius, nisi consilia designantur? Nam sicut in ossibus positio corporis roburque subsistit, ita in fraudulenta consiliis tota se ejus malitia erigit. Neque enim vi quempiam premit, sed caliditate pestiferre persuasionis interficit. Et rursum, sicut ossa quae irrigant medullas confortant, ita ejus consilia per spiritualis nature potensiam infusa ingenui subtilitas roborat. Hoc vero testiculi ejus ab ossibus, id est suggestiones a consilio, distant, quod per illas aperte noxia inserit, per hanc autem quasi ex bene consulens ad culpam trahit, per illas pugnando superat, per hanc velut consulendo supplantat. Unde et bene ejus ossa, id est huc eadem consilia, aeris fistulis comparantur. Aeris quippe fistulas sonoris apicari canibus soleant, quae ad motu auribus dum blandum carmen subtiliter concinunt, interiora mentis in exteriora delectationis trahunt; et dum dulce est quod auribus sonant, virilitatem cordis in voluptatis fluxu debilitant. Cumque auditus ad delectationem trahitur, sensus a statu sive fortitudinis enervatur. Ita quoque astuta ejus consilia dum quasi <sup>b</sup> blanda provisione consulunt, cor a forte intentione invertunt; et dum dulcia resonant, ad noxia inclinant. Quasi ergo aeris fistulas sunt, quae dum libenter audientur, ab interna intentione animum in exterioris vitae delectationem dejiciunt. Hoc enim Behemoth iste magnopere ad exsequendam deceptionem satagit, ut dum perversitatis sue consilium quasi utile ostendit, suaviter valeat sonare*

<sup>a</sup> Pratet. et Corb. Germ., indulgeri.

<sup>b</sup> Ebroic. aliquie No. m., blanda persuasione. Vetus Ed. Basil., blanda promissione.

<sup>c</sup> Duo Germ. et Ebroic. cum al. Norm.. quae sunt.

A quod dicit, quatenus et ostensa utilitate mentem mulcet, et ab eo consa iniquitate corruptat.

[*Vet. XXI.*] 41. *Exemplis palam fit. Quae apertis in cunctis ostendimus, si pauca breviter consiliorum ejus argumenta pandainus. Ecce enim quidam rebus contentus propriis, decrevit nullis mundi hujus occupationibus implicari, valde formidans quietis suae commoda perdere, et valde despiciens cum peccatis lucra cumulare.* 1068 *Ad hunc hostis callidus veniens, ut intentionem bonae devotionis subruit, quasi utilitatis consilium subministrat, dicens: Ea quidem que habes, in praesenti sufficiunt, sed his deficien- tibus quid acturus es? Si enim post haec nulla providentur, adiunt quae ad presens impendenda sunt filii, sed tamen paranda sunt quae serventur. Deesse potest citius etiam quod adest, si sollicitudo pro- vida ccesset parare quod deest. An non et terrena potest actio peragi, et tamen in actione culpa decli- nari, quatenus et exteriora stipendia prebeat, et tamen internam rectitudinem non inflectat? Haec in- terim blandiens insinuat, et seorsum iam in negotio terreno quod providet peccati laqueos occulat. Ossa itaque ejus sicut fistulas aeris sunt, quia perni- ciosa ejus consilia auditori suo consulentis vocis sua- vitate blandiuntur.*

42. *Et mundo nuntium remittere meditantem aver- tat. — Alius quoque non solum decrevit terrena commoda non querere, sed etiam cunctis quae pos- sident renunciare ut in discipulatu celestis magisterii tanto se liberior exerceat, quanto et expeditior red- ditus, ea quae possidentem premere poterant deserens calcat. Illejus cor hostis insidians occulta suggestione alloquitur, dicens: Unde haec temeritatis tantæ sur- rexit apud te, ut credere audies quod omnia relin- quendo subsistas? Alter te creator condidit, atque alter tu teipsum disponis; valentiores te robustio- ramque faceret, si sequi te sua vestigia cum inopice necessitate voluisset. At non plerique et terrena pa- triumonia nequamquam deserunt, et tamen ex his per misericordiae opera supernæ sortis bona aeterna mer- cantur? Haec blandiens suggestio, seorsum vero in eiusdem rebus quas religio admonet ante retinentis oculos delectationes pestiferas decipiens apponit, quatenus seductum cor <sup>d</sup> ad blandimenta exteriora pertrahat, et intima perfectionis vota pervertat. Ossa itaque ejus sicut fistulas aeris sunt, quia dolosa ejus consilia dum blandum ex exterioribus sonum red- dunt, perniciosum dispendium de interioribus in- gerunt.*

43. *Masime si ad monasticae perfectionis culmen tendat. — Alius, relictis omnibus quae exteriorus pos- sederat, et ordinem sublimioris discipulatus appre- hendat, etiam intimas frangere voluntates parat, ut interioribus se alterius voluntatibus subdens, non*

<sup>d</sup> Laud., Turon. et duo Germ. ad blanda este- riora.

<sup>e</sup> Laud., rejectio.

solum pravis destinetis, sed ad perfectionis cumulum etiam in bonis vobis sibimetipsi tenuntur, et cuncta que sibi agenda sunt ex alieno arbitrio observet. Hunc hostis callidus tablo mollius affloquitur, quantum ab excellenti loco defecere ardenter conatur, voxque virulenta suggestione blandiens, dicit: O quanta per temeritatem miranda agere poteris; si hec quaque tam iudicio alterius subdit! Cur prosectorum sub studio maledictionis immotus? Cur intentionis tuae bonum, dum ultra quam necesse est extendere niteris, frangis? Quis enim dum voluntatis propria natus es, perversa perpetrasti? Qui ergo tibi plene ad bene vivendum suffici, alienum super te iudicium cur requiris? Hoc blandiens intimat; secundum vero in voluntatibus ejus propriis exercenda superbice causas parat; et dum laudat eum de intentione rectitudine, investigat callide ubi subruat in pravitate. Osse itaque ejus sicut fistula aeris sunt, quia clandestina tamen consulta unde quasi ab humum blanda detectant. **1039** inde perniciosa a recta intentione dissipant.

**44. Quomodo ad officia charitatis avocare student.** — Alius fractis plene voluntatibus suis, multa jam vetusti hominis vita et mutationes vitae, et lamentatione paupertate correxit; et tanto majori zelo contra aliena peccata ascenditur, quanto sibimetipsi fonsdatus mortuus, iniquitatibus propriis non teneratur. Hunc hostis callidus; quia zelo justitiae etiam ceteris prodeesse cognoscit; quasi prospera consulentibus vernis impedit, dicens: Quid te ad aliena curanda dilatas? Utinam tua considerare convalescas. An non perpendis quia cum ad aliena extendaris, erga ea curanda quae tua sunt minor inventiris? Et quid prodest alieni vulneris cuorem tergere, et pulchritudinem proprii negligendo dilatare? Hoc dum quasi consulens dicit, zelum charitatis adimit. et omne bonum quod prodire ex charitate poterat, gladio subintroducti torporis extinguit. Si enim proximos sicut nosmetipos diligere præcipimus (*Math. xix, 19; xxii, 39*), dignam est ut sic eorum zelo contra vitia, sicut et nostro, flagremus. Quia igitur dum suaviter consulit, mentem ab intentione propria alienam reddit, recte dicitur: *Osse ejus sicut fistula aeris.* Quando enim per fraudulentia consilla audientis animo blandum sonat; quasi cum fistula aeris cantat, ut unde mulceret, inde decipiatur [*Vet. XXII*]. Sed Beheimoth iste valde mollius certamen mouet, quando se in insculpi sub praetexta infirmitatis exercet. Tunc autem duriores tentationes excitat, quando ante tentari oculos iniquitatis laqueos sub specie virtutis occultat. Unde et recte subiungitur:

#### CAPUT XXII.

**VERS. 45. — Cartilagō ejus quasi lamina ferrea.**

**45. Duriores tentationes excitat cum laqueos sub specie virtutis occultat. — Quid enim per cartilagi-**

**• Sic MSS. nostri. Editi vero, ab excellenti loco;**

**• Duo Angl., gene.**

**• Ebroic. atque Norm., Laud., duo Germ. et al.; excoxit.**

**• Ebroic., amictu.**

**A**nem; nisi simulatio eius accipitur? Cartilago namque ossis ostendit speciem; sed ossis non habet numeritatem. Et sunt nonnulla vita que ostendunt in se rectitudinis speciem, sed ex pravitatis prodeunt infirmitate. Hostis enim nostri matuta tanta se arte palliat, ut plerumque ante deceptae mentis oculos empas virtutes fingat, ut inde quisque quasi experietur præmia, unde dignus est aeterna Invenire tormenta. Plerumque enim in ulciscendis viuis crudelitas agitur, et Justitia potatur, atque immoderata ira justi zeli meriti creditur; et cum a distortis moxibus peccantes dirigi causa debent, violenta inflexione franguntur. Plerumque dissoluta remissio quasi mansuetudo ac pietas habetur; et dum plus quam decet delinquentibus temporaliter parcitur, ad aeterna supplicia crudeliter reservantur. Nonnunquam effusio misericordia creditur, et dum male verrare culpa sit, pejus spargi quod acceptum est non timetur. Nonnunquam tenacia parcitas putatur, et cum grave sit viuum non tribuere, virtus creditur accepta retinere. Sepe malorum pertinacia constanta dicitur, et dum mens a pravitate sua fleti non patitur, quasi ex tecti defensione gloriat. Sepe inconstantia quasi tractabilitas habetur; et quo quisque fidem integrum nulli servat, eo amicum se hominibus aestimat. Aliquando timor incompetens humilitas creditur, et cum temporali formidine pressus quisque a defensione veritatis facit, arbitratur quid iusta Dei ordinem hominem se a posterioribus exhibeat. **1070** Aliquando vocis superbia veri libertas aestimatur, et cum per elationem veritati contradicatur, loquendi procacitas veritatis defensione putatur: Plerumque pigritia quasi continentia quietis attenditur, et cum gravis culpa sit recta studiorum non agere, magnæ virtutis meritum creditur a prava tantum actione cessare. Plerumque inquietudo spiritus, vigilans sollicitudo nominatur; et cum quietem quisque non tolerat, agendo quae appetit, virtutem debite implere se exercitum putat. Sepe ad ea quae agenda sunt incauta præcipitatio hædandi stolidi servor creditur; et cum desideratum bonum intempestiva actione corrumperit, eo agi melius quæ celeritis aestimatur. Sepe accelerandi boni tarditas consilium putatur; et cum exspectatur ut ex retractione proficiat, hoc insidiante mora supplantat [*Vet. XXIII*]. Igitur cum culpa velut virtus aspicitur, necessario pensandum est quia tanto tardius mens vitium suum deserit, quanto hoc quod perpetravit, non erubescit; et tanto mens tardius vitium deserit, quanto per virtutis speciem decepta, præmiorum etiam de eo retributionem querit. Facile autem culpa corrigitur qua et erubescitur quia esse culpa sentitur: Quia itaque error cum virtus creditur difficultus emenatur, recte dicitur: *Cartilagō ejus quasi lamina ferrea.* Beheimoth enim iste que

• Editi, ad defensionem. Melius in Vindoc., Laud., Norm., duob. Germ., quos sequimur, a defensione.

† Turon., poterioribus.

• Pra. 1., Laud., duo Germ., Val. Cl., tractatione. Vet. Ed. Paris. et Basil., ex tractione.

sub praetextu boni calliditatem suam fraudulentius exhibet, eo in culpa mentem durius tenet.

46. Qui viam sanctitatis appetunt, aliquando in errorem lapsi, tardius emendantur. Frigidis mentibus frigidiores sunt. — Hinc est quod nonnunquam hi qui viam sanctitatis appetunt in errorem lapsi tardius emendantur. Rectum quippe aestimant esse quod agunt, et sicut excolendae virtuti, sic vitio perseverantiam jungunt. Rectum existimant quod agunt, et idcirco suo judicio enixi serviunt. Unde bene remias cum diceret: *Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores; denigrata est super carbones facies eorum, et non sunt cogniti in plateis, illico adjunxit: Adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, et facta est quasi lignum* (*Thren. iv, 7*). Quid enim Nazaræorum nomine, nisi abstinentium et continentium vita signatur, quæ nive et lacte nitidior dicitur? Nix enim ex aqua congelascit quæ desperat venit, lac autem ex carne exprimitur quæ in inferioribus nutritur. Quid ergo per nivem nisi candor vitae cœlestis, quid per lac nisi temporalis dispensationis administratio demonstratur? Et quia plerumque continentis viri in Ecclesia tam mira opera faciunt, ut ab eis multi qui cœlestem vitam tenuerunt, multi qui terrena bene dispensaverunt, superari videantur, et candidiores nive, et nitidores lacte referuntur. Qui etiam, quia per servorem spiritus, antiquorum ac fortium patrum nonnunquam vincere vitam videntur, recte subjungitur: *Rubicundiores ebore antiquo*. Dum enim ruboris nomen imprimitur, sancti desiderii flamma signatur. Ebur vero esse os magnorum animalium non ignoramus. Ebore itaque antiquo rubicundiores sunt, quia sœpe ante humanos oculos nonnullis præcedentibus patribus<sup>b</sup> studii ferventioris existunt. De quibus ut totum simul ostendatur, adjungitur: *Sapphiro pulchriores*. Atherei quippe coloris est sapphirus. Et quia præcedentes multos, atque ad superna tendentes per cœlestem conversationem **1071** videntur vincere, narrantur sapphiro pulchriores existisse. Sed plerumque dum virtutum copia etiam plus quam expedit prosperatur, in quamdam sui fiduciam mens adducitur, et decepta præsumptione propria, repente peccato subripiente fuscatur; unde recte subjungitur: *Denigrata est super carbones facies eorum*. Nigri enim post candorem sunt, quia, amissa Dei justitia, cum de se præsumunt, in ea etiam quæ non intelligunt, peccata dilabuntur; et quia post amoris ignem ad frigus torporis veniunt, extinctis carbonibus ex comparatione, præseruntur. Nonnunquam enim dum timorem Dei per sui fiduciam deserunt, etiam frigidis mentibus frigidiores sunt. De quibus recte subjungitur: *Non sunt cogniti in plateis*. Platea quippe sermonis Græci ratione

<sup>a</sup> Laud., eboris.

<sup>b</sup> Vindoc., Ebroic. aliisque Norm. studii ferventiores.

<sup>c</sup> Laud., voluntibus.

<sup>d</sup> Corb. Germ. et Vindoc., proprias voluntates sequuntur.

A pro latitudine dicitur. Quid vero est humanae menti angustius quam voluntates proprias frangere? De qua fractione Veritas dicit: *Intrete per angustum portam* (*Math. vii, 13*). Quid autem latius quam nullis propriis voluntatibus reluctari, et quaqua-versum impulsus arbitrii duxerit se sine retractione diffundere? Qui ergo per fiduciam sanctitatis postposito meliorum judicio<sup>a</sup> se sequuntur, quasi per plateas pergunt. Sed non sunt cogniti in plateis, quia de vita sua aliud ostenderant quando frangendo voluntates proprias in angusto se calle retinebant. Et bene additur: *Adhæsit cutis eorum ossibus*. Quid in osse nisi duritia fortitudinis, quid in cute nisi molles exprimitur infirmitatis? Cutis ergo eorum adhærere ossibus dicitur, quia ab eis prava sentientibus infirmitas vitii duritia virtutis putatur. Infirma enim sunt quæ faciunt, sed, elationis fiducia decepti, fortibus ex suspicionibus jungunt, et quo de se magna sentiunt, eo de sua nequitia emendari contemnunt. Unde et recte adjungitur: *Aruit et facta est quasi lignum*. Culpa quippe eorum tanto insensibilior redditur, quanto apud eos etiam laudabilis habetur. Quam recte aridam asserit, quia nulla sui cogitatione viridescit. Quod ergo apud Jeremiam per infirmitatem cutis, hoc apud beatum Job per fragilitatem dicitur cartilago; et quod illuc ossa per duritiam, hoc hic laminæ ferreas esse memorantur. [*Vet. XXIV.*] Sed Behemoth iste, qui per membra sua extremo tempore contra electos Dei tanta se arte iniurit exercet, qui etiam per semetipsum ad decipiendas mentes in tanta insidiarum tergiversatione se exhibet, cuius naturæ, cuius sit conditionis audiamus. Neque enim tam mira vel in maligna operatione posset, si non ex magna conditione subsisteret. Unde et mox mira pietate Dominus, ac si causas tantæ astutiae tantæque fortitudinis rediret, adiunxit, dicens:

#### CAPUT XXIII [Rec. XVIII].

VERS. 14. — *Ipsæ est principium viarum Dei*.

47. *Prima et nobilior creatura fuit angelus qui cedidit*. — Velut si aperte diceret: Idcirco ad tam multa fortius sufficit, quia in natura rerum hunc creando per substantiam conditor primum fecit. Quid enim vias Dei, nisi ejus actiones accipimus! De quibus per prophetam dicit: *Non enim sunt viæ meæ sicut viæ vestræ* (*Isai. lv, 8*). Et principium viarum Dei Behemoth dicitur (*De patin., dist. 2, c. 44*), quia nimis cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Ilujus primatus eminentiam conspicit propheta cum dicit: *Cedri 1072 non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei; abiētes non adæquaverunt summitatem ejus; platani non fuerunt & æquæ frondibus illius; omne lignum paradiſi Dei non est assimilatum illi et*

<sup>a</sup> Duo Germ., Turon., Ebroic., cæterique Norm., cognitione.

<sup>b</sup> Ita duo Germ., Turon., Vindoc., Norm., Laud. et Val. Cl. Vulgati vero, magna vel operari posset.

<sup>c</sup> Apud Gratian., loco assignato, æquales.

pulchritudini ejus, quoniam speciosum fecit eum in multis condensisque frondibus (*Ezech. xxxi, 8, 9.*)  
 • Qui namque accipi in cedris, abietibus et platani possunt, nisi illa virtutum caelestium proceræ celsitudinis agmina in æternæ lœtitiae viriditate plantata? Quæ quamvis excelsa sint condita, huic tamen nec prælata sunt, nec sequata. Qui speciosus factus in multis condensisque frondibus esse dicitur, quia prælatum cæteris legionibus, tanta illum species pulchriorem reddidit, <sup>b</sup> quanta et supposita angelorum multitudine decoravit. Ista arbor in paradiſo Dei tot quasi condensas frondes habuit, quo sub se positas supernorum spirituum legiones attendit. Qui idcirco peccans sine venia damnatus est, quia magnus sine comparatione fuerat creatus. Hinc ei rursum per eundem prophetam dicitur: *Tu signaculum similitudinis Dei, plenus sapientia et perfectus deore, in deliciis paradisi Del fuisti* (*Ezech. xxviii, 12, 13.*). Multa enim de ejus magnitudine locuturus, primo verbo cuncta complexus est. Quid namque boni non habuit, si signaculum Dei similitudinis fuit? De sigillo quippe annuli talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habebatur. Et licet homo ad similitudinem Dei creatus sit (*Genes. i, 27,*) angelo tamen quasi magis aliquid tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculum Dei similitudinis dicit, ut quo subtilior est in natura, eo in illo similitudo Dei plenius credatur expressa.

[Vet. XXV]. 48. *Ejus primatus in novem angelorum ordines. Cherub quid significet.* — Hinc est quod primatus ejus potentiam adhuc insinuans idem propheta, subjungit: *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius et topazius et jaspis, chrysolithus, onyx, et berillus, sapphirus, carbunculus et smaragdus* (*Ezech. xxviii, 13.*) Novem dixit <sup>c</sup> genera lapidum, quia nimirum novem sunt ordines angelorum. Nam cum per ipsa sacra eloquia angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, potestates, cherubim, et seraphim, aperta narratione memorantur, quante sint supernorum civium distinctiones ostenditur. Quibus tamen Behemoth iste opertus fuisse describitur, quia eos quasi vestem ad ornatum suum habuit, quorum dum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit. De eujus illic adhuc descriptione subjungit: *Aurum opus decoris tui et foramina tua in die qua conditus es, preparata sunt* (*Ibid., 13.*) Aurum opus decoris ejus existit, quia sapientia claritate canduit, quam bene creatus accepit. Foramina vero idcirco in lapidibus sunt, ut vinculati auro in ornamenti compositione jungantur, et nequaquam a se dissideant, quos interfusum aurum repletis foraminibus ligat. Hujus ergo lapidis in die conditionis suæ foramina præparata sunt, quia videlicet capax charitatis est conditus. Quia si repleri volueret, stantibus angelis tanquam positis in regis ornamento lapidibus potuisset inhæ-

rere. Si enim charitatis auro sese penetrabilem præbuisset, sanctis angelis sociatus, in ornamento, ut diximus, regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina, **1073** sed per superbias vitium charitatis auro non sunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro ne cadant, idcirco iste cecidit, quia etiam perforatus manu artificis, amoris vinculis ligari contempsit. Nunc autem cæteri lapides, qui huic similiter fuerant perforati, penetrante se invicem charitate ligati sunt, atque hoc in munere, isto cadente, meruerunt ut nequaquam jam de ornamento regio cadendo solvantur. <sup>d</sup> Hujus principatus celsitudinem adhuc idem propheta intuens, adjungit: *Tu cherub extensus et protegens in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti* (*Ezech. xxviii, 14.*) Cherub quippe plenitudo scientiæ interpretatur; et idcirco iste Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos scientia non dubitatur. Qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulavit, quia inter angelorum corda charitatis igne succensa, clarus gloria conditionis exstitit. Quem bene extensus ac protegentem dicit. Omne enim quod extensi protegiuntur, obumbramus. Et quia comparatione claritatis suæ cæterorum claritatem obumbrasse creditur, ipse extensus et protegens fuisse perhibetur. Reliquos enim quasi obumbrando operari, qui eorum magnitudinem excellentia majore transcedit. Quod ergo illic speciosus in multis frondibus, quod illic signaculum similitudinis, quod illic cherub, quod illic protegens dicitur, hoc hic voce dominica Behemoth iste viarum Dei principium vocatur.

[Vet. XXVI.] 49. *Ex angeli casu discat homo non superbire.* — De quo idcirco tam mira in quibus fuit et quæ amisit insinuat ut territo homini ostendat quid ipse si superbiat de elationis suæ culpa passurus sit, si feriendo illi parcere noluit quem creando in gloriam tantæ claritatis elevavit. Consideret ergo homo quid elatus in terra mereatur, si et prælatus angelis angelus in cœlo prosternitur. Unde et bene per prophetam dicitur: *Inebriatus est in cœlo gladius meus* (*Isai. xxxiv, 5.*) Ac si aperte diceret: Qua ira feriam superbos terra percpendite, si ipsos etiam quos in cœlo juxta me condidi pro elationis vitio percutere non pepercis? Tot itaque hostis antiqui virtutibus auditus, tanta conditionis ejus magnitudine cognita, quis non immensa formidine corrut? quis non desperationis percussione succumbat? Sed quia elationem nostram ostensa hostis nostri potentia reprimit, etiam infirmitatem nostram Dominus patefacta gratiæ suæ dispensatione sovet. Unde cum eum principiu[m] viarum suarum diceret, illico adjuxit:

#### CAPUT XXIV [Rec. XIX].

**Iud.** — *Qui fecit eum, applicavit gladium ejus.*

**Sol:** *Angeli apostolæ potentiam Deus coeret.* — Gladius quippe Behemoth istius ipsa nocendi malitia est. Sed ab eo a quo bonus per naturam factus est, ejus

<sup>a</sup> Vindoc., quid namque accipi... potest.

<sup>b</sup> Gratian., quanta ei supp

<sup>c</sup> Vindoc., nomina lapidum.

<sup>d</sup> Vindoc., Pratel., aliisque Norm., magis primatus.

gladius applicatur, quia ejus malitia divina dispensatione restringitur, ne ferire tantum mentes hominum quantum appetit permittatur. Quia ergo hostis noster et multum potest, et nihil percutit, ejus gladium pietas conditoris astringit, ut replicatus intra ejus conscientiam lateat, et ultra quam desuper juste disponitur, sese in mortes hominum ejus malitia non extendat. Quid igitur ad multa fortiter prævalet, hoc de principio magne conditionis potest, quod vero a quibusdam vincitur, ejus nimirum gladius ab auctore replicatur. **1074** Iste namque Behemoth, qui principium viarum Dei est, cum contra sanctum virum licentiam temptationis accepit, gentes movit, greges abstulit, ignem de celo depositum, perturbato aere venios excitavit, domum concutens subrulit, conuictantes filios extinxit, uxoris mentem in dolo pravae suasionis exercuit, mariti carnem inflictis tumultibus confudit (*Job. i, 13, seq.*) ; sed ejus gladius a conditore replicatur, cum dicatur : *Animam illius serrata* (*Ibid., ii, 6*). Qui replicato gladio quantæ sit infirmiatis, evangelista testante describitur, quia nec manere in obpresso homine potuit, nec rursus invadere bruta animalia nisi jussus præsumpsit, dicens : *Si eis nos, mitte nos in gregem pororum* (*Matth. viii, 31*). Malitiae quippe ejus gladius quam sit replicatus ostenditur, cui si potestas summa licentiam non præberet, nec grassari in pororum gregem valeret. Quando ergo iste sua sponte vocare factis ad Dei imaginem hominibus audeat, de quo nimirum constat quod non jussus contingere nec porcos præsumat?

**51. Aris hæresis confutatur.** — Notandum quoque est quod dum viarum Dei principium Behemoth dicitur, verum dogma Arii aperta ratione dissipatur. Facturam quippe Dei Filium fatetur, et ecce Behemoth in figura rerum primus creatus ostenditur. Su-

<sup>a</sup> Val. Cl., etacuit.

<sup>b</sup> Laud., Pratel., al. Norm. et duo Germ., grassari nec in poros valeat,

<sup>c</sup> In Gussahv., gravi errore, aut factum: Germ., ut Aris filium prædicet

per est ergo ut Arius <sup>d</sup> aut non factum Filium prædicet, aut enim post Behemoth conditum stultus putet. Quia vero omne quod applicatur in semelipsum reducitur, recte applicatus Behemoth gladius dicitur. In semelipsam namque se ejus malitia decoquit, cum ad voluntum suum sesé contraria electorum vitam prohibita non exerceat. Multos autem exigentias metitis ferire <sup>e</sup> permittitur, ut cum Deum deserunt, damnato hosti famulentur. Ab electis vero et valetius vincitur, quod soli auctori omnium humilius substernuntur. Quia igitur per hoc quod via fum Dei principium dicitur, <sup>f</sup> per hoc quod permittente Domino valde intolerabilis demonstratur, aperte cognoscimus cum quanto hoste pugnemus. Superest igitur ut unusquisque nostrum tanto se plenius auctori subjiciat, quanto contra se verius violentias adversarii vires pensat. Quid namque nos nisi pulvis sumus? Quid vero ille, nisi unus ex coelestibus spiritibus, et, quod adhuc majus est, summus? Quid ergo de propria virtute audeat, quando contra angelorum principem pulvis pugnat? Sed quia supernorum spirituum conditor terrenum corpus assumpsit, recte jam superbientem angelum humilis pulvis vincit. Inhaerendo quippe veræ fortitudini vires accipit, quas transfigura spiritus, cum semelipsum sequitur, amissit. Et dignum est ut vincatur a pulvere, qui fortem se credit deserto creatore; ut superatus inveniat, quia deserit elatus. Valde autem anhelat saeviens, quod cum ipsum imam eruant, homo ad summae condescendat; quod in illa celitudine subiecta caro permanet, a qua tantus ipso spiritus sine fine projectus jacet. Sed loca mentium mutavit ordinem meritorum. Sic sic superbia meruit dignificari, sic humilitas exaltari, quatenus et coelestis spiritus erigendo se tatarum toleraret, et terra humiliis sine termino super celos <sup>g</sup> regnet.

<sup>d</sup> Laud., nititur.

<sup>e</sup> Laud., quod per hoc militante Deo.

<sup>f</sup> Additur in Taron. per omnia sancta seculorum. Amen.

## LIBER TRIGESIMUS TERTIUS.

*Expositionem versus decimi quinti et reliquorum capituli XL, nec non duodecim priorum cap. XLI exhibet, ubi rariæ demonis artes deteguntur, doceturque prædestinatio gratuita, et cum libero arbitrio concilitatur.*

**1075** [Vet. et Rec. I.] 1. *Superbi diabolo familiarius serviunt.* — Antiquo hosti, qui sub Behemoth nomine dominica voce describitur, superbi quique tanto familiarius serviunt, quanto bujus vita successibus apud semelipsos aliud intumescunt. His namque cum gloria augetur etatio, cum etatione vero additur cura, tunc itaque animus tendit, quia et desideria cum rebus crescunt. Cumque cogitationes intumeras quasi agri sensu proferunt, eidem cogitationibus velut desiderato pabulo Behemoth istius famem pascunt. Unde nunc recte dicitur :

### CAPUT PRIMUM.

Vers. 15. — *Hic montes herbas serupi*

2. *Quid mons, quidre mones in sacra Scriptura significant.* — In Scriptura sacra cum numero singulari mons ponitur, aliquando incarnatus Dominus, aliquando sancta Ecclesia, aliquando testamentum Dei, aliquando apostola angelus, aliquando quilibet hæreticus designatur. Cum vero montes plurimi numero nominantur, aliquando celsitudine apostolorum aliquo prophetarum, aliquando vero secularium potestatum tumor exprimitur. Mons namque Dominum designat,

sicut scriptum est : *Et erit in novissimis diebus prae-  
paratio mons domini in vertice montium* (Isai. ii, 2). Mons quippe est in vertice montium incarnatus Dominus, transcendens celustudinem prophetarum. Rursum per montem sanctam designatur Ierusalem, sicut et scriptum est : *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion* (Psalm. cxlv, 1). Sion namque speculatio dicitur, per quam scilicet speculationem contemplans Deum Ecclesia figuratur. Rursum per montem testamentum Dei exprimitur, sicut Habacuc ait : *Deus a Libano veniet, et sanctus de monte umbroso et condensus* (Habac. iii, 5). Qui enim venturum se per testamentum sui paginas apondit, quasi inde venit, unde velut sub promissione se tenuit. Quod videlicet testinatio bene mons umbrosus et condensus dicitur, quia spissis allegoriarum obscuritatibus opacatur. Rursum per montem angelus apostoli designatur, sicut sub Babylonis regis specie de antiquo hoste praedicatoribus dicitur : *Super montem et caliginosum levare signum* (Isai. xliii, 9). Praedicatores quippe sancti super caliginosum montem signum elevant, quando contra Satanam superbiam, qui semper sub nebula simulationis absconditur, virtutem crucis exaltant. Rursum per montem haereticus quilibet exprimitur, sicut ex voce Ecclesiae Psalmista ait : *In Domino confido, quonodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem sicut posse* (Psalm. x, 1)? Cum enim fidei animæ unitate relicta, in tumenti doctrina confidere haeretici praedicatoris dicitur, deserto Domino quasi in montem transmigrare suadetur. Rursum per montes apostolorum atque prophetarum celumq[ue] designatur, sicut scriptum est : *Justitia tua sicut montes Dei* (Psalm. lxxv, 7). Et vox Pauli dicitur : *Ut nos efficeremur justitia Dei in ipso* (II Cor. v, 24). Vel sicut iterum vox sperantis Ecclesiae Psalmista ait : *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi* (Psalm. exx, 1). Rursum per montes saecularium potestatum tumor exprimitur, de quibus Psalmista ait : *Montes sicut cera fluuerunt a facie Domini* (Psalm. xcvi, 5); quia multi qui prius alta rigiditate tumuerant, Deo in caru[m] apparebant, magno sunt per pugnaciam timore liquefacti. Vel sicut idem Propheta iterum dicit : *Ascendunt montes, et descendunt campi* (Psalm. cxii, 8). Plerique enim persecutores Domini superbis contra eum veniunt, sed ab eo humiles revertuntur. Qui montes ascendunt per tumorem potentissim, sed campi descendunt, plani videlicet faciliter cognitio nem culpa.

[Vgl. II.] 5. Elati male operando demones alunt. — Sed quia nonnulli in elationis suæ aëtitudine remanent, et ad divina obsequia Dei humiliiter designantur, eo quod juxta desiderium antiqui hostis prava cogitare ac perpetrare non desinunt, recte hoc loco de Behemoth dicitur : *Huic montes ferunt herbas. Elati namque sæculi huic Behemoth herbas ferunt,*

A quia ex eo illum reficiunt, quod nequiter operantur. Huic Behemoth herbas ferunt; quia stans illi offerunt floras et lubricas voluptates. Eius enim, ait Apostolus, *homines scipios amantes* (II Tim. iii, 2). Quotum descriplionem complectus est, dicens : *Voluptatum amatores magis quam Dei* (Ibid., 4). Quid est ergo herba montium, nisi voluptas flua, quæ ex corde gignitur superborum? Qui nisi Deum superbiendo contemnerent, nequaquam tot lubrica lascivie perpetrarent. Quibus nimur herbis iste Behemoth pastitur, quia in eis posham æternæ mortis esuriens, eorum perditis moribus satiatur. Superbi enim hujus sæculi, eti quando supernæ dispensationis ordine præpediti, ab expletione pravorum operum cessant, prava tamen in cogitatione multiplicant, modo ut se potentiores ceteris, rebus et honoribus ostendant, modo ut eamdem suam potentiam in studio alienæ illusionis exerceant, modo ut, lubricis motibus ducti, per levia se facta voluptatesque dissolvant. Qui dum rebus divinitus acceptis nequaquam recta, sed prava semper agere cogitant, quid aliud faciant, nisi suis contra Deum donis pugnant? Quid igitur Behemoth iste in superborum mentibus sua semper desideria recognoscit, quas herbas in montibus invenit, quibus refectum stœ malitiae ventred tendit. Bene autem subditur :

## CAPUT II [Rec. II].

B.S. — Omnes bestiæ agri a ludent ibi.

4. Ludus demonum est humanas mentes de vitio in vitium rotare. — Quid per bestias nisi immundi spiritus, quid per agrum nisi præsens sæculum designantur? Unde de ipso malignorum spirituum principe contra Ephraim dicitur : *Bestia agri scindet eos* (Osee xiii, 8). Vel sicut Isaia ait : *Et mala bestia non ascendet per eam* (Isai. xxxv, 9). Quia autem agri nomine mundus accipiatur, dominicus per Evangelium sermo testatur, qui ait : *Ager autem est mundus* (Matth. xiii, 38). Agri ergo bestiæ in herbis montium ludunt, 1077 quia projecta de superioribus in hoc mundo diabolizis pravis superbiorum operibus deculantur. Bestiæ in herbis ludunt cum reprobis spiritus humana cords in illicitas cogitationes pertrahunt. An non immundis spiritibus ludere est mentes hominum ad imaginem Dei conditas, modo sieta promissionē decipere, modo vacuis terroribus irridere, modo eis transitoria gaudia quasi mensura imprimere, modo mansuras poenæ quasi transitorias levigate? Harum procul dubio bestiarum illusionem pertinuerat, qui dicebat : *Deus meus, in te confido, non erubescam; neque irrideant me inimici mei* (Psalm. xxiv, 8). Quia igitur superborum cor ad omne vitium sternitur, ut enilibet maligno spiritui irruenti prava cogitatione preparetur, recte de herbis montium dicitur : *Omnes bestiæ agri ludent ibi*. Pro eo enim quod superbis qui que nullum malum cogitando prætererunt, nulla est

\* Laud., esuries.

† Prætel., ac Utic., ludunt.

‡ Val. Cl., et duo Germ., non transibit.

§ Ali. in hanc mundum.

\* Germ., duo Germ., Val. Cl. et pl., caligosum;  
et infra, super caligosum.

† Germ., Laudun., Ebroie. aliisque Norm., pen-  
etrarent.

agri bestia, que non horum montium herbis satietur. Nam etsi quando carnis luxuriam fugiunt, interioris luxuriae vitium de ipsa castitate gloriaudo committunt. Si quando nil avare exterius rapiunt, nequam ab illecebra avaritiae mundi sunt, quia etsi res nullas ambiunt, favore tamen hominum laudem de continentia rapere conantur. Hic ergo Behemoth montes herbas ferunt, et omnes bestiae agri ludunt ibi, quia in superborum corde quilibet malignus spiritus tanto latius pascitur, quanto et omne vitium de superbia generatur. [Vet. III.] Sed quia audivimus quid iste Behemoth comedat, nunc audiamus necesse est ubi interim per pravum suum desiderium requiescat. Sequitur :

### CAPUT III [Rec. III].

VERS. 16. — *Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus.*

5. *Quid per umbram Scriptura intelligat.* — Obumbratio in sacro eloquio aliquando incarnatio Domini ponitur, vel mentis refrigerium a fervore carnalium cogitationum, unde appellatione umbræ ex superna protectione hoc ipsum refrigerium cordis insinuari solet. Aliquando vero umbra, recedente charitate, torpor frigidæ mentis accipitur. Nam quod dominica incarnatio servata veritate historiæ, obumbrationis appellatione signetur, angelicus sermo testatur, qui ad Mariam ait : *Virtus Altissimi obumbrabit tibi* (Luc. I, 35). Quia enim umbra non aliter exprimitur, nisi per lumen et corpus, virtus ei Altissimi obumbravit, quia in ejus utero lux incorporeia corporis sumpsit. Ex qua videlicet obumbratione omne in se refrigerium mentis accepit. Rursum per umbram ex superna protectione refrigerium cordis exprimitur, sicut Psalmista ait : *Sub umbra alarum tuarum protege me* (Psalm. XVI, 9). Vel sicut sponsa in Canticis cantico rum adventum sponsi præstolata prænuntiat, dicens : *Sub umbra illius quem desideraveram sedi* (Cant. II, 3). Ac si dicat : Ab æstu desideriorum carnalium sub adventus illius protectione requievi. Rursum per umbram recedente charitate, torpor frigidæ mentis exprimitur, sicut de peccante homine scriptum est, quia secutus est umbram (Genes. III). Calorem enim charitatis fugiens, veritatis solem homo deseruit, et sub umbra se interni frigoris abscondit. Unde et voce ejusdem Veritatis dicitur : <sup>b</sup> *Abundabit iniquitas, et refrigerescet charitas multorum* (Math. XXIV, 12). Unde 1078 primus homo post culpam inter arbores paradisi ad auram post meridiem absconsus invenitur (Genes. III, 8). Quia enim meridianum charitatis calorem perdidera, jam sub peccati umbra quasi sub frigore aura torpebat.

6. *Satanas in his quos frigidos facit, facile quasi sub umbra requiescit. In illis securus jacet.* — Iste igitur

<sup>a</sup> Pratel., quem desiderabam. Laud., quam deside ravi. Val. Cl., quem desideravi.

<sup>b</sup> Laud. et Val. Cl., abundavit... refrigerescit.

<sup>c</sup> Editi etiam vet. cum duob. MSS. Gerin., opprimit.

Et inferius : *umbra eos mortis opprimit.* Legendum esse operit persuadetur tum ex sacra Script. textu adducto, et cooperuit nos; tum ex MSS. Anglicis,

A Behemoth quia in illis quasi quandam requiem inventit, quos a veri solis ardore subtrahendo frigidos facit, sub umbra dormire prohibetur. Nonnequam vero per umbram, si tamen cum adjectione mortis ponatur, vel mors carnis exprimitur, vel quilibet reprobii, qui antiqui hostis tenebras studio pravae operationis imitantur. Unde voce martyrum per Psalmistam dicitur : *Humiliasti nos in loco afflictionis, et coopernit nos umbra mortis* (Psalm. XLIII, 20). Umbra enim mortis electos Dei <sup>a</sup> operit, cum mors carnis, quæ imago mortis æternæ est, ab hac eos vita dis jungit, quia sicut illa animam a Deo, ita hæc ab anima separat corpus. Vel certe umbra eos mortis operit, quia de antiquo boste scriptum est : <sup>d</sup> *Nomen illi mors* (Apoc. VI, 8). Umbra ergo mortis sunt omnes reprobi, quia illius nequitiam elationis imitantur; ejusque imaginem quasi umbram exprimunt, dum ejus in se malitia similitudinem trahunt. Qui electos Dei operiunt, dum contra illos in atrocitate persecutionis temporaliter convalescant. Hoc autem loco umbra nequitiae torpor accipitur, in qua iste Behemoth dormit, quia contra corda charitate carentia et sollicitus vigilat, in frigidis autem mentibus securus jacet. Dormire enim in sanctorum mentibus non potest, quia et si quando se in eis ad breve momentum collocat, ipse eum desideriorum celestium æstus fatigat, et quasi toties ut recedat pungitur, quoties ab eis amore intimo ad æterna suspiratur. Tantæ eum voces excitant, quantæ ex illorum mentibus sanctæ cogitationes ad coxiū clament.

<sup>C</sup> Unde fit ut bonarum actionum armis territus, ac suspiorum spiculis percussus fugiat, et ad corda reproborum frigida rediens, eam quam securus possideat malitia umbram querat. Quæ ubi ab illo inveniatur ostenditur, cum protinus subinfertur : *In secreto calami.*

[Vet. IV.] 7. *Calami et arundinis variae significations in sacra Scriptura.* — In sacro eloquio calami vel arundinis appellatione aliquando verbum manens, aliquando doctorum peritia, aliquando molilitas mentis, aliquando nitor glorie temporalis accipitur. Per calatum quippe Verbi æternitatis designatur, cum voce Patria per Psalmistam dicitur : *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis* (Psalm. XLIV, 2). Quia enim quod loquimur transit, quod scribimus permanet, lingua Patris scribæ calamus dicitur, quia ab eo est Verbum <sup>e</sup> illi coeternum, ac sine transitu generatum. Rursum per calamum scriptorum doctrina exprimitur, sicut de sancta Ecclesia propheta politetur, dicens : *In cubilibus in quibus dracones prius habitabant, orientur viror calami et junci* (Isai. XXXV, 7). Qua nimur sententia, sicut in hoc opere longe superius diximus (Sup. lib. XXIX, n. 51), per cala-

Norm., Vindoc., etc.

<sup>d</sup> Laud. et Val. Cl., nomen illius.

<sup>e</sup> Ebroic. aliisque Norm., sollicitus... securius jacet.

<sup>f</sup> Turon., Laud., Norm. et Gerin., illius. Corb. Germ., quia ab eo verbum illius... generatur.

mum exprimitur doctrina scribentium, per juncum viriditas auditorum. Rursum per calamum, seu certe arundinem, mentis mobilitas designatur, sicut Judæorum turbis in Joannis laude a Domino dicitur: *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam* (*Matth. xi, 7*)? ut videlicet **1079** \* subintelligatur non. Joannes quippe arundo vento agitata non erat, quia ejus mentem Spiritu sancto solidam per diversas partes nullus linguarum fatus inclinabat. Rursum per calamum vel arundinem nitor glorie temporalis exprimitur, sicut de justis per Sapientiam dicitur: *Fulgebunt justi, et tanquam scintilla in arundinetu discurrent* (*Sap. iii, 7*). Arundinetum namque vitam sacerularium appellat, qui more arundinum per temporalem gloriam foris quasi ad alta proficiunt, sed intus a soliditate veritatis inanescunt. Unde et Judæorum regnum calamo comparatur, cum per prophetam apparente in veritate carnis Domino dicitur: *Calatum quassatum non confringet, et linum sumigans non extinguet* (*Isai. xlii, 3*). Quid enim calami nomine, nisi Judaici populi temporale regnum denuntiat, \* nitens quidem exterius, sed interius vacuum? Et quia in eodem populo genus jam regale defecrat, et regnum ejus alienigena possidebat, apte hoc idem regnum calamum quassatum vocat. Quid vero per linum, nisi ejus sacerdotium exprimitur, quod lineis nimirum vestibus utebatur? Quod quia in adventu Domini charitatis ardorem perdidit, quasi amissio jam igne fidei, non ardens, sed sumigans fuit. Incarnatus autem Dominus calamum quassatum non confregit, et linum sumigans non extinxit, quia Judæ regnum, quod pene destructum jam fuerat, ejusque sacerdotium quod ignem fidei non tenebat, non potestate judicii perculit, sed cum patientia longanimitate toleravit.

**8. Mentes sacerularium gloriae temporali deditæ, arundini similes.** — Illoc ergo loco quid aliud appellatione calami, nisi mentes sacerularium temporali gloriae deditæ designantur? Qui tanto apud semetipsos intus inanescunt, quanto alti et nitidi exterius ostenduntur, quia dum ad exteriorem gloriam per superficiem defluunt, nulla intus firmitate solidantur. More quippe calami intus sunt quidem per facilitatem vacui, sed foris per speciem et ostentationem pulchri; sed quanto ab eis exterior gloria studiosius queritur, tanto eorum corda gravioribus cogitationum stimulis agitantur. Unde recte nunc Behemoth iste in secreto calami dormire perhibetur, quia quorum studia ad appetitum temporalis nitoris atque altitudinis commovet, <sup>4</sup> eorum corda tacitus tenet; et quasi ipse ibi quietus dormit, ubi eos quos possidet quiescere non permittit. Dum enim excedere ceteros \* bonorum altitudine ambient, dum

\* Germ., Laud. et Val. Cl., subintelligatur; Joannes quippe arundo, etc.

<sup>b</sup> lidein et Corp. Germ., non conteret.

<sup>c</sup> Al., vires, ut legitur in Ed. etiam antiquioribus, non autem in Ms. nostris.

<sup>d</sup> Ita Ms., duo Germ., Anglic., Norm., Vindoc., Laud., Val. Cl., Longip. Editi vero, eorum corda te-

more calami per nitorem exterioris munditiae justorum speciem, quasi solidarum arborum corticem, vincunt, in hoc quod ipsi interius vacui remanent, locum Behemoth isti, ubi apud se requiescere debat, præbent. [Vet. V.] Unde et in Evangelio Dominus dicit quod spiritus exiens qui in locis aridis et in aquosis requiem non invenit, quia domum quam reliquerat vacuum scopisque mundatam reperit, hanc multiplicitate intravit (*Matth. xii, 43, seq.*). Quia enim fluxa sit terra quæ infunditur, loca arentia atque inaquosa sunt corda justorum, quæ per disciplinæ fortitudinem ab omni carnalis concupiscentia humore siccantur. Unde hic quoque adhuc ubi Behemoth iste dormiat, demonstratur, cum protinus subditur: *In locis humentibus.*

**B 1080** 9. *Carnales homines locis humidis similes. Diabolus hominibus per elationem vel per luxuriam dominatur.* — Loca enim humentia sunt terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis concupiscentiae, quia replet, fluidas facit. In quibus Behemoth iste iniquitatis suæ vestigia tanto altius imprimit, quanto in eisdem mentibus <sup>c</sup> pertransitus illius quasi in fluxa terra descendit. Loca quippe humentia sunt opera voluptuosa. Pes quippe in arida terra non labitur, fixus vero in lubrica vix tenetur. In locis ergo humentibus iter vitæ præsentis faciunt, qui in hac ad justitiam recti stare non possunt. In his itaque locis humentibus Behemoth dormit, quis in reproborum hominum lubrica operatione requiescit. Nonnulli vero loca humentia, membra genitalia suplicantur. Quod si ita est, quid aperte aliud locis humentibus nisi luxuria designatur, ut et per calamum gloria superbiæ, et per loca humentia luxuria corporis exprimatur? Duo quippe hæc sunt vicia, quæ humano generi immaniter dominantur, unum videlicet spiritus, atque aliud carnis. Elatio namque spiritum erigit, luxuria carnem corrumpit. Antiquus itaque hostis humanum genus vel per elationem præcipue, vel per luxuriam premens, in secreto calami atque in locis humentibus dormit, quia hominem damnatum sub ditione suæ dominationis aut per elationem spiritus, aut per carnis corruptionem tenet. Quosdam vero in utroque possidet, quia cum eos superbiæ spiritus elevat, a tumore suæ altitudinis nec verecundia corruptionis inclinat. Sed nunquid contra hos intra sanctam Ecclesiam incessanter quotidie virtutum magistri non vigilant? Nunquid redarguere <sup>e</sup> voluptates infirmas, et suadere gaudia patriæ celestis cessant? Sed pravorum mentes tanto obstinatius summa non audiunt, quanto arctius infirmis inhæserunt. Quibus neque hoc sufficit, ut ipsi pereant, sed adhuc, quod est deterius, cum quoslibet argui emendarique conspiciunt, justorum increpationibus ob-

**C** spicantur. Quod si ita est, quid aperte aliud locis humentibus nisi luxuria designatur, ut et per calamum gloria superbiæ, et per loca humentia luxuria corporis exprimatur? Duo quippe hæc sunt vicia, quæ humano generi immaniter dominantur, unum videlicet spiritus, atque aliud carnis. Elatio namque spiritum erigit, luxuria carnem corrumpit. Antiquus itaque hostis humanum genus vel per elationem præcipue, vel per luxuriam premens, in secreto calami atque in locis humentibus dormit, quia hominem damnatum sub ditione suæ dominationis aut per elationem spiritus, aut per carnis corruptionem tenet. Quosdam vero in utroque possidet, quia cum eos superbiæ spiritus elevat, a tumore suæ altitudinis nec verecundia corruptionis inclinat. Sed nunquid contra hos intra sanctam Ecclesiam incessanter quotidie virtutum magistri non vigilant? Nunquid redarguere <sup>e</sup> voluptates infirmas, et suadere gaudia patriæ celestis cessant? Sed pravorum mentes tanto obstinatius summa non audiunt, quanto arctius infirmis inhæserunt. Quibus neque hoc sufficit, ut ipsi pereant, sed adhuc, quod est deterius, cum quoslibet argui emendarique conspiciunt, justorum increpationibus ob-

nacius tenet.

\* Laud., duo Germ. et Val. Cl., honorum.

<sup>f</sup> Longip., pes transitus. Quam diversam lectionem annotavit Gussanv. Huic sequentia: pes quippe, etc.

<sup>g</sup> Turon., voluptates infirmas. Unus Ebroie., v. /xv-  
tates infirmas.

stant, ne saltem alii corriganter. Unde et hec sub A  
dicitur :

#### CAPUT IV [Rec. IV].

VERS. 17. — *Protegunt umbras umbras ejus.*

10. *Umbras sunt diaboli peccatores qui se irricent protalgunt. Crimen dum defenditur, augetur. — Umbras quippe sunt diaboli, omnes iniqui : qui dum imitatione iniquitatis ejus inserviunt, quasi ab ejus corpore imaginis speciem trahunt. Sicut autem umbras ejus sunt pluraliter reprobi, ita singulariter umbra ejus est unusquisque peccator. Sed dum doctrinae jugitorum mali contradicunt, dum ab eis iugum quemlibet corrigi non permittunt, umbras Behemoth istius umbram ejus protegunt, quia peccatores quique in quo sibi male sunt consci, in eo et aliis peccantem defendunt. Umbras umbram ejus protegunt, dum unusquisorum facta nequiores perversa patrocinis tueruntur. Quod hoc nimis studio faciunt, ne dum culpa in qua et ipsi obligati sunt, in aliis corrigitur, ad ipsos quandoque veniatur. Se igitur tegunt dum alios protegunt, quia suam vitam inde praevident impeti, unde alios considerant libera correptione confundi. Sicque sit ut summa crux cum dum defenditur augetur, et uniuscujusque nequitia eo sit ad perpetrandum facilis, quo difficilis ad puniendum. Scelerata quippe peccantium tanto majora incrementa percipiunt, quanto per defensionem potentium diu inulta tolerantur. Sed 1031 tales quique seu extra, seu intra sanctam Ecclesiam esse videantur, tanto se apertiores Dei hostes exhibent, quanto majores sunt patroni vitoriui. Contra illum quippe suis defensio nibus pugnant, cui ea displicant, quae defendendo multiplicant. Quod factum bene per prophetam Dominus sub Babylonis specie redarguit, dicens : *Oriuntur in domibus ejus spinæ et uricæ, et paliurus in munitionibus ejus* (*Isa. xxxiv, 13*). Quid namque per uricas nisi cogitationum prurigines, quid vero per spinas nisi vitoriui punctiones accipimus? In domibus igitur Babylonis uricæ et spinæ pullulant, quia in confusione mentis reprobæ et desideria cogitationum surgunt quæ exasperant, et operum peccata quæ pangunt. Sed hæc agentes habent etiam nequiores alios defensores suos. Unde illuc apte protinus subdidit : *Et paliurus in munitionibus ejus*. Paliurus quippe tanta spinarum circumdatione densescit, ut præ asperitate tangi vix possit. Intus igitur urytca et spina nascitur, sed utrumque hoc exterius per palmarum inunitur, quia videlicet minores iniqui mala qualibet faciunt, sed ea nequissimi majores tueruntur. Unde bene et hic dicitur : *Protegunt umbras umbras ejus*. Dum enim malum pejor vindicat, quasi umbra umbram, ne a veritatis lumine irradietur, obscurat. Sequitur :*

<sup>a</sup> Val. Cl., paratores.

<sup>b</sup> Vulgati cum duob. MSS. Germ., cui ea quæ displicant, defendendo multiplicant; quod senz. carere nobis videtur. Huic loco restituendum qibibuumus MSS. Vindoc., Pratel. et Ute.

<sup>c</sup> Turon., duo Germ., Pratel. ac piur., arbores sa-

#### CAPUT V [Vet. VI, Rec. V].

Inq. — Circumdabunt eum salices torrentis.

11. *Nali salicibus similes : virient quidem, sed fructum non ferunt, — Infructuosæ quidem et griseæ sunt salices; sed tamen tantæ viriditatis sunt, ut araceæ vel abscessæ radicibus et projectæ vix possint. Unde in sacro eloquio salicu[m] nomine aliquando pro viriditate boni, aliquando pro sterilitate, reprobi designantur. Nisi enim electorum viam<sup>d</sup> per constantiam suæ viriditatis exprimerent, nequaquam de sancte Ecclesiæ filii propheta dixisset : *Germi ambunt iner herbas, sicut salices juxta praterfluentes aquas* (*Isa. xliv, 4*). Sanctæ enim Ecclesiæ filii in inter herbas sicut salices germinant, dum iner arecentem vitam carnalium hominum, et multiplici numerositate, et perpetua mentis viriditate perdurant. Qui bene juxta praterfluentes aquas germinare perlubentur, quia unusquisque eorum ubertatem ad fructum percipit ex doctrina sacri eloquii, quæ temporaliter percurrunt. Et rursus nisi per sterilitatem salicu[m] vita peccantium signaretur, nequaquam ex voce prædicantium contra Babyloniam Psalmista dixisset : *In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra* (*Psal. cxxvi, 2*). Babylonis quippe medio messe salice describuntur, quia nimis infructuosæ quaque, atque ab amore patris coelestis alieni, totis visceribus cordis in hac sæculi confusione radicantur. Unde et predicatores sancti in istis salicibus non exercent organa, sed suspendunt, quia cum infructuosas ac reprobas mentes aspiciunt, vim suæ prædicationis non exhibent, sed C potius lugentes silent. Quid etiam per torrentem, nisi hujus mortalis vita cursus exprimitur? De quo rursus per Prophetam dicitur : *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput* (*Psal. cix, 7*), quia videlicet Redemptor noster mortalis vita pœnam in quadam transitu attigit, et Idecirco diu eidem morti cui sponte succubuit non inhaesit. Unde die tertia hoc quod moriendo posuerat resurgendo caput elevavit. 1032 Quid est ergo quod de Behemoth isto dicitur : *Circumdabunt eum salices torrentis*, nisi quod latentes vitæ mortalis a bonis artibus quasi a fructibus alieni, tanto illi arctius inhærent, quanto eos largius delectatio transitoriae voluptatis infundit? Hos enim quasi in radicibus torrens rigat, dum in suis cogitationibus amor vitæ carnalis inebriat. Qui scilicet more D salicu[m] fructus non ferunt, sed in foliis viridescant, quia ea quæ gravia ad dicendum non sunt, aliquando honestatis verba proferunt, sed nullum vitæ pondus ex bonis operibus ostendunt. Bene igitur dicitur : *Circumdabunt eum salices torrentis*, quia infructuosæ quaque dum amori vitæ temporalis inserviunt, antiquo hosti perversis moribus familiariter obsequuntur. [Vet. VII.] Sed quia quid ei a suis essentibus impen-*

ticum, sed

<sup>a</sup> Ebrois, aliisque Norm. et Vindoc., per continentiam.

<sup>b</sup> Pratel. et duo Germ., bibit... exaltat. Laud. quoque, exaltat.

<sup>c</sup> Laud., dilectio.

datur audiens, non quia quid in illis agat ipse A longe est a me (Marc. vii, 6, et Ies. xxii, 13). Hinc etiam Psalmista ait: *Dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua inquit ei* (Psalm. lxxvii, 36). Sed minime mirum fuit quod Behemoth iste ante lavaci undam, ante sacramenta coelestia, ante corpoream praesentiam Redemptoris, humani generis fluvium hiatu profundae persuasionis absorbuit; sed hoc vaide mirum, hoc vaide terrible est, quia multos aperto ore etiam post cognitionem Redemptoris suscipit, post lavaci undam polluit, post sacramenta coelestia ad inferni profundum rapit. Dicatur ergo, dicatur terribiliter voce Veritatis: *Absorbet ilium, et non mirabitur, et habet fiduciam quod inficiat Jordanis in os ejus.*

VERS. 18. Absorbet fluvium, et non mirabitur, et habet fiduciam quod inficiat Jordanis in os ejus.

18. Saluas homines pene omnes absorbut ante Redemptorem; et post, non paucos degrediuntur. — Quid enim hoc loco Iuvii nomine nisi humani generis decursio degrediatur, quae velut a fontis sui origine nascendo surget, sed quasi ad imum deliques moriendo pertransit? Qui autem signantur appellatione Jordanis, nisi qui iam imbuti sunt sacramento baptismatis? Quia enim Redemptor noster in hoc flumine baptizari dignatus est, ejus nomina debent omnes baptizati exprimi, in quo hoc ipsum contigit sacramentum baptismatis inchoari. Quia igitur Behemoth iste a mundi origine exortum, vix paucis electis evadentibus, humanum genus in ipsa deliques usque ad redēptionis tempora quasi quemdam in se fluvium traxit, bene nunc dicitur: *Absorbet fluvium, et non mirabitur.* Quia vero et post Mediatoris adventum quosdam qui recte vivere negligunt etiam fideles rapit, recte subjungitur: *Et habet fiduciam quod inficiat Jordanis in os ejus.* Ac si aperte diceretur: Ante Redemptorem mundi mundum pop miratus absorbuit, sed, quod est <sup>a</sup> gravius, etiam post Redemptoriꝝ adventum quosdam qui baptismatis sacramento signatis sunt deglutire se posse confidunt. Alios namque sub Christianitatis nomine positos devorat, quia in ipsis eos fidei errore supplicant. Alios a rectitudine fidei nequaquam deviat, sed ad usum pravae operationis inclinat. Alios quantum vult in operatione immundis, inflectere non valeat, sed apud semelipso intus in studio intentionis intorquet, ut dum a charitate mentem dividunt, rectum non sit quidquid extrinsecus operentur. Et fidem tenent, sed vitam fidei non tenent, quia aut aperie illicita faciunt, aut ex perverso corde quae agniti pravae sunt, etiam si sancta videantur. Quia enim nonnulli confitendo fideles sunt, non vivendo, hinc et quod voce Veritatis dicitur: *Nor omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabis in regnum celorum* (Math. vii, 21). Hinc rursum ait: *Quid autem vocatis me, Domine, Domine, et non facitis que dico* (Luc. vi, 46)? Hinc Paulus ait: *Confidentur se posse Deum, factis autem neganti* (Tit. i, 16). Hinc Johannes dicit: *Qui dicit se Deum nosse, et mandata ejus non custodit, mendax est* (1 Joan. ii, 4). Hinc est quod de ipsa sua prima plebe Dominus conqueritur, dicens: *Populus hiobii honorat, cib autem orum*

<sup>a</sup> Turon., Germ. et plur. al. M. & acrius.

<sup>b</sup> Land., Germ. et Val. Cl., agendo.

<sup>c</sup> Laud. et Germ., se nosse eum.

<sup>d</sup> Turo., Vindoc., Land., Pratz., Utic. et dno Germ., otiosa est. Graecus textus, excepto loco, lectio nem haec repudiandam surdet. Fortasse pro otio a legendis, occisa, ut est in vet. Edit. Paris. 1518.

<sup>e</sup> A verbo *Jarad*, descendit; unde *Jordan*, Hebraice *Jordanis*. In Lexico Graeco nominum Hebraeorum, apud Hieronymum, loco II Editionis novas, legitur ὸρδάνη καταβατις αὐτῶν, *Jordanes descensio eorum*. Quia idcirco obseruanda duximus, quia in indicibus bibliis nostris Hebraicorum, etc., legitur tantum.

A longe est a me (Marc. vii, 6, et Ies. xxii, 13). Hinc etiam Psalmista ait: *Dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua inquit ei* (Psalm. lxxvii, 36). Sed minime mirum fuit quod Behemoth iste ante lavaci undam, ante sacramenta coelestia, ante corpoream praesentiam Redemptoris, humani generis fluvium hiatu profundae persuasionis absorbuit; sed hoc vaide mirum, hoc vaide terrible est, quia multos aperto ore etiam post cognitionem Redemptoris suscipit, post lavaci undam polluit, post sacramenta coelestia ad inferni profundum rapit. Dicatur ergo, dicatur terribiliter voce Veritatis: *Absorbet fluvium, et non mirabitur, et habet fiduciam quod inficiat Jordanis in os ejus.* Neque enim pro magno diabolus habuit, quod infideles tulit; sed toto nunc annisu in illorum mortem se erigit, quos contra se regeneratos talescit. Nemo igitur sibi sibi sine operibus sufficere possa confidat, cum scimus quod scriptum sit: *Fides sine operibus mortua est* (Jac. ii, 20). Nullus Behemoth mortuum ex sola confessione fidei plene evasisse se existimet, quia jam quidem fluvium absorbuit, sed adhuc Jordanem sicut; et toties in os illius Jordanis fluit, quoties Christianus quisque ad iniquitatem defuit. Os quidem ejus jam sive nos sublevante fugimus, sed magno studio curandum est, ne in hoc lubrica operatione dilabamus. Si ambulandi cautela negligitur, incassum credendo rectum iter tenetur, quia via quidem fidei ad coelestem patriam proficit, sed offendentes minime perducit.

[Vet. VIII.] 13. *Iis praesertim qui sanitatem praestant, insidiatur. Qui nisi summam vigiliam adhibeant, pejus de alto resunt.* — Habemus adhuc quod hac in re subtilius perpendamus. Hi enim quos per Jordanem diximus exprimi, possunt per fluvium designari. Qui enim fidem jam veritatis agnoverunt, sed vivere fideliter negligunt, recte fluvius dici possunt, quia videlicet dorsum fluunt. <sup>e</sup> Jordanis vero Hebreo vocabulo descensio eorum dicitur. Et sunt nonnulli qui viam veritatis appetentes semelipso abiciunt, atque a vita veteris elatione descendunt; cumque aeterna cupiunt, valde se ab hoc mundo alienos redundunt, dum non solum aliena non appetunt, sed etiam sua derelinquent, et non solum in eo gloriam non querunt, sed hanc cum se obtulerit, etiam conteinnunt. Hinc est enim quod voce Veritatis dicitur: *Si quis vult venire post me, abneget se semelipsum* (Luc. ix, 23). Semelipsum enim abnegat, qui, calcato <sup>f</sup> typho superbiz, ante Dei oculos esse se a se alienum demonstrat. Hinc Psalmista ait: *Memor Jordanis fluvius iudicii, haud dubie ab ior, Hebreo rivus, fluvius, et dan iudicium.*

<sup>f</sup> Germ., Land. et Val. Cl., semelipsum sibi.

<sup>g</sup> Val. Cl., typho. Observat Mabillon, ad epist. 247. sancti Bernardi, in nonpenitentia vponit barbararum, scilicet legi typum pro typho. In MSS. Codic. sancti Gregorii idem observavimus. In reg. S. P. Benedicti, cap. 31, ubi legitur *absque typo vel mera, per typum intelligendum censemus typhum*. Hildemarus eo loci legit non *typum*, sed *typho*, quo significatur superbiz: Augustinus in Ps. lv, 6: *hominem superbium typhos arrogantissemus.*

*ero cui de terra Jordanis et Hermonium* (*Psalm. xli, 7*), *Jordanis quippe, ut dixi, descensio, Hermonium autem anathema, id est alienatio, interpretatur.* De terra igitur Jordanis et Hermonium Dei reminiscitur, qui in eo quod semetipsum dejicit, atque a se alienus existit, ad conditoris sui memoriam revocatur. Sed antiquus hostis hoc pro magno non habet, quod sub iure suae tyrannidis terrena querentes tenet. Propheta quippe attestante cognovimus quia *esca ejus electa* (*Habac. i, 16*). Neque enim **1084** mirum depulat, si eos absorbeat, quos superbia erigit, avaritia labefacit, voluptas dilatat, malitia angustat, ira inflammat, discordia separat, invidia exulcerat, luxuria inquinans necat. Absorbebit ergo fluvium, et non mirabitur, quia pro magno non aestimat cum eis devorat, qui per ipsa suæ vitæ studia deorsum currunt; sed illos magnopere rapere nittitur, quos, despexit terreni studiis, jungi jam coelestibus contemplatur. [*Vet. IX.*] Unde absorbit fluvio recte subjungitur: *Et habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus*, quia illos insidiando rapere appetit, quos pro amore supernæ patriæ a præsentis vitæ gloria semetipsos dejicere agnoscit. Nonnulli quippe mundum deserunt, honorum transeuntium vana derelinquent, et, imo humilitatis appetentes, humanæ conversationis morem bene vivendo transcendent; atque in tanta studiorum <sup>b</sup> arce proficiunt, ut signorum jam virtutes operentur; sed quia semetipsos circumspiciendo tegere negligunt, inanis gloria telo percussi, pejus de alto ruunt. Hinc est enim quod aeternus iudex, qui occulta cordis examinat, ejusdem ruinæ easum prænuntians intentat, cum dicit: *Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemona ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis quia nunquam novi vos, discedite a me* <sup>a</sup> *qui operamini iniquitatem, nescio qui estis* (*Math. vii, 22, 23*). Hinc eliani per prophetam dicitur: *Vocavit Dominus iudicium ad ignem et devoravit abyssum multum, et comedet partem domus Domini* (*Amos. vii, 4*). Iudicium quippe ad ignem vocatur, cum iustitiae sententia ad poenam jam aeternæ concremationis ostenditur. Et multam abyssum devorat, quia iniquas atque incomprehensibiles hominum mentes concremat, quæ nunc se hominibus etiam sub signorum miraculis occultant. Pars autem domus Domini comeditur, quia illos quoque gehenna devorat, qui nunc quasi in sanctis actibus de electorum numero se esse gloriantur. Qui ergo hic Jordanis, ipsi illis pars domus Domini vocantur. Antiquus ergo hostis habet fiduciam quod in os ejus et Jordanis influat, quia nonnunquam calliditatis suæ insidiis eos etiam qui jam electi putantur necat. [*Vet. X.*] Sed cuius cordis iuritiam non ista Domini verba perturbent? cuius

<sup>a</sup> Val. Cl. *delectat.*

<sup>b</sup> Vindoc., Ebroic. sliique Norm., arte. Ita quoque vet. Ed. Paris.

<sup>c</sup> In Laud. verba hæc, et in nomine tuo.... fecimus, omittuntur.

<sup>d</sup> Vindoc., omnes qm.

A mentis constantia non ab intimis cogitationum radibus quaeratur, cum hostis noster tantæ esse contra nos fortitudinis demonstratur? Nullumne erit consolacionis adjutorium? Erit certe, nam subditar:

#### CAPUT VII [Rec. VII].

Vers. 19. — *In oculis ejus quasi hamo capiet eum.*

**14. Diabolus Christum deglutiire cupiens, quasi hamo capitus est.** — Notandum valde est quod Scripturæ suæ verba misericorditer temperans Deus, modo nos asperis incitationibus terret, modo blandis consolationibus resovet, et terrorem fomentis miscet, et fomenta terrori, ut dum circa nos utrumque mira magisterii arte temperatur, nec desperate inveniamur territi, nec incaute securi. Nam cum Behemoth astutas insidias, **1085** atque effrenatas vires multiplicibus sententiis indicasset, protinus unigeniti Filii sui Redemptoris nostri commendat adventum, et quo ab illo ordine Behemoth iste sit perimendus insinuat, ut quia cor nostrum narrata illius virtute perecularet, mœrorem nostrum citius indicata ejus perditione relevaret. Igitur postquam dixit: *Absorbebit fluvium, et non mirabitur, et habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus*, ipsum illico dominicæ incarnationis adventum annuntiat, dicens: *In oculis ejus quasi hamo capiet eum.* Quis nesciat quod in hamo esca ostenditur, aculeus occultatur? Esca enim provocat, ut aculeus pungat. Dominus itaque noster ad humani generis redemptionem veniens, velut quemdam de se in necem diaboli hamum fecit. Assumpsit enim corpus, ut in eo Behemoth iste quasi escam suam mortem carnis appeteret. Quam mortem dum in illo inuste appetit, et nos quos quasi juste tenebat amisit. In hamo ergo ejus incarnationis captus est, quia dum in illo appetit escam corporis, transfixus est aculeo divinitatis. Ibi quippe inherat humanitas quæ ad se devoratorem duceret, ibi divinitas quæ perforaret, ibi aperta infirmitas quæ provocaret, ibi occulta virtus quæ raptoris saucem transfigeret. In hamo igitur captus est, quia inde interiit unde devoravit. Et quidem Behemoth iste Filium Dei incarnationum noverat, sed redemptionis nostræ ordinem nesciebat. Sciebat enim quod pro redēptione nostra incarnatus Dei Filius fuerat, sed omnino quod idem Redemptor noster illum moriendo transfigeret nesciebat. Unde et bene dicitur: *In oculis ejus quasi hamo capiet eum.* In oculis quippe habere dicimus quod coram nobis positum videmus. Antiquus vero hostis humani generis Redemptorem ante se positum vidit, quem, cognoscendo confessus, confitendo pertinuit, dicens: *Quid nobis et tibi, Fili Dei? venisti ante tempus torquere nos* (*Math. viii, 29*). In oculis itaque suis <sup>b</sup> hamo captus est, quia et novit, et momordit; et cognovit prius quem perimesceret, et tamen post non timuit, cum in illo quasi escam propriam, mor-

• Duo Germ., Laud. et Val. Cl., et comedit.

<sup>f</sup> Deest Domini hic et infra in Vindoc., Germ., Turon. ac plerisque.

<sup>g</sup> Ebroic. aliique Norm., nos quoque quos juste.

<sup>h</sup> Vindoc., Ebroic. et alii Norm., quasi hamo.

tem carnis esuriret. [Vet. XI.] Igitur quia caput nostrum per se quid fecit audivimus, nunc per membra sua quid faciat audiamus. Sequitur :

## CAPUT VIII [Rec. VII].

Ibid. — Et in sudibus <sup>a</sup> perforabit nares ejus.

15. *Sagacissimas ejus insidias delegendo, sancti veluti sude nares ipsius perforant.* — Quid aliud sudes, id est palos accipimus, qui videlicet exacuantur ut fligantur, nisi acuta sanctorum consilia? Quae hujus Behemoth nares perforant, dum sagacissimas ejus insidias et vigilando circumspiciunt, et superando transfigunt. Per nares vero odor trahitur, et deducto flatu hoc agitur, ut res etiam quæ longe est possita cognoscatur. Naribus ergo Behemoth callidas ejus insidiae designantur, per quas sagacissime nituntur et occulta cordis nostri bona cognoscere et haec pessima persuasionem dissipare. In sudibus itaque Dominus nares ejus perforat, quia callidas ejus insidias acutis sanctorum sensibus penetrans enervat. Sæpe autem bonorum vias tanta insidians arte circumvolat, ut per ea quæ ab eis bene gesta cognoverit, ad malitiam aditum querat. Nam unde alium largiri quid conspicit, inde alium in discordiæ flamma succedit; et cum hunc respicit misereri, illi persuadet irasci, ut dum bonum quasi non communiter **1086** factum insinuat, concordes animos a bono gratiæ communis abscindat. Quia enim justorum mentes ad mala suadent non valet frangere, bonis satagit actibus inter eas mala seminare. Sed sancti viri has ejus insidias tanto celerius vincunt, quanto et subtilius deprehendunt. Quod melius ostendimus, si unum c multis assertoribus veritatis in testimonium Papulum vocemus, sub quo quidam Corinthius dum incesti facinus perpetrasset, cum doctor egregius in carnis interitum ad satisfactionem poenitentiae Satanae tradidit, et in diem Domini salvum ejus spiritum reservavit (*I Cor. v, 5*). Magna quippe arte magisterii ipsi est traditus coactus in poenam cui sponte est substratus in culpa, ut qui auctor fuerat ad vitium nequitiae, ipse flagellum fieret disciplinae. Qua tamen bene gesta poenitentia, dum cognovisset Corinthios super eum jam misericorditer motos, ait : <sup>b</sup> Cui aliquid donasti, et ego; nam et ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi (*II Cor. iii, 10*). Communionis vero gratiam cogitans ait : Cui aliquid donasti, et ego. Ac si diceret : A bono vestro non dissentio, meum sit quidquid ipsi fecistis. Atque mox subdidit : Et ego si quid donavi, propter vos. Ac si diceret : Vestris actibus bonum addidi, quidquid propter vos misericorditer feci. Vestra ergo est utilitas bonitas mea, mea est utilitas bonitas vestra. Qui ipsam mox compagem cordium, in qua sic tenetur, adjungens subdidit : In persona Christi. <sup>c</sup> Cui velut si dicere presumamus : Quare te ita caute discipulis copulas? quare vel te illorum, vel illos tuis actionibus tam sollicita mente conformas?

<sup>a</sup> Val. Cl., ‘perforavit’.

<sup>b</sup> In Laud. et Corb. Germ. tantum legitur, cui aliquid donasti et ego. Ac si diceret.

<sup>c</sup> Vindoc., Pratel., Utic., Cui videlicet si dicere.

## PATROL. LXXVI.

A illico subjunxit : Ut non circumveniamur a satana (*Ibid.*, 41). Cujus sagaces insidias quam acuto sensu transfigat insinuat subdens : Non enim ignoramus cogitationes ejus. Ac si verbis aliis dicat : <sup>d</sup> Acutæ auctore Domino sudes sumus, et nares Behemoth istius subtiliter circumspiciendo penetramus, ne hoc quod bene mens inchoat, ipse in malitia finem veritat.

[Vet. XII.] 16. *Christi divinitatem explorans, ejus verbis in naso confixus est et captus.* — Possunt per sudes acuta ipsius per carnem <sup>e</sup> manifestatæ sapientiae verba signari, ut quia naribus odor trahitur, per Behemoth nares illa antiqui hostis exploratio figuretur. Qui cum Deum incarnatum esse dubitaret, hoc expertis miraculis voluit tentando cognoscere, dicens : Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant (*Matth. iv, 3*). Quia ergo signorum indicis odorem divinitatis ejus cognoscere concupivit, quasi flatum naribus traxit. Sed dum ei protinus respondet : Non in pane solo vivit Homo. Et : Non tangabis Dominum Deum tuum (*Ibid.*, 4, 7), quia sententiarum suarum acuminibus indagationem antiqui hostis veritas percudit, quasi nares ejus sudibus perforavit. Sed quia Behemoth iste per varia fraudum argumenta distenditur, adhuc adjuncto et alio nomine notatur : nam subditur :

## CAPUT IX [Rec. IX].

VERS. 20. — An extrahere poteris Leviathan hamo?

17. *Divinitas in carne velut hamus in esca satanam transfixit.* — Leviathan quippe additamentum eorum dicitur. Quorum videlicet, nisi hominum? quibus semel culpam prævaricationis intulit, et hanc usque ad æternam mortem quotidie pessimis suggestionibus extendit. Quibus dum reatum senore peccati multiplicat, poenas procul dubio sine cessatione coacervat. Potest quoque Leviathan etiam per irrationem vocari. Primo quippe homini persuasione callida **1087** divinitatem additurum se perhibuit, sed immortalitatem tulit (*Genes. iii, 5*). Additamentum ergo hominum per irrationem dici potest, <sup>f</sup> quibus dum hoc quod non erant se addere sponpondit, etiam hoc quod erant fallendo subtraxit. Sed Leviathan iste hamo captus est, quia in Redemptore nostro dum per satellites suos escam corporis momordit, divinitatis illum aculeus perforavit. Quasi hamus quippe fruges glutientis tenuit, dum in illo et esca carnis patuit, quam devorator appeteret, et divinitas passionis tempore latuit, quæ necaret. In hac quippe aquarum abyso, id est in hac immensitate generis humani, ad omnium mortem inhalans, vitam pene omnium vorans, hic illucque aperto ore cetus iste ferchatur, sed ad mortem ceti istius hamus in hac aquarum profunditate caliginosa mira est dispositione suspensus. Hujus hami linea illa est per Evangelium antiquorum patrum propago memorata. Nam cum dicitur :

<sup>d</sup> In duob. Germ., in Edit. Vatic. Parisiis recusa, et in Gussany., acuti.

<sup>e</sup> Vindoc., manifesta.

<sup>f</sup> Pratel., quia dum hoc.

*Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Jacob (Math. 1, 2); cumque cæteri successores interposito Joseph nomine usque ad Mariam virginem deponsatam describuntur, quasi quædam linea torquetur, in cuius extremo incarnatus Dominus, id est hamus iste ligaretur, quem in his aquis humani generis dependentem aperto ore iste cetus appeteret, sed eo per satellitum suorum saevitiam morso, mordendi vîres ultiæ non haberet. Ne ergo iste humanæ mortibus cetus invidians quos vellet ultra devoraret, hunc hic raptoris fæces tenet, et aces mordentes mordit. Incarnationem igitur unigeniti Filii fideli famulo indicans Deus, ait: An extrahere poteris Leviathan a me? Subaudis ut ego, qui ad raptoris mortem incarnationem unigenitum Filium emitte, in quo dom mortalitatis caro conspicitur, et immortalitatis potentia non videtur, quasi hamus quidam inde devorantem periculi unde acutæ potestis quo transfigat osculet. Sequitur:*

#### CAPUT X.

Ibid. — *Ei fune ligabis linguam ejus.*

18. *Eius linguam Dominus ligavit, dum oïles eocgit errores.* — Subaudis ut ego. Scriptura enim sacra fane aliquando dimensionum sortes, aliquando peccata, aliquando fidem designare conceperit. Nam propter hereditarias dimensiones sortes dicuntur: Funes cediderunt mihi in præclaris; atenim haereditas mea præclara est mihi (Psal. xv, 6). Funes quippe in præclaris cadunt, dum per humilitatem vita sortes nos patris & metioris excipiunt. Rursum quia fane peccata signantur, per prophetam dicuntur: Væ qui trahitis iniqüitatem in funiculis vanitatis (Isai. v, 18). Iniquitas namque in funiculis vanitatis trahitur, dum per vaginam capa protelatur. Unde et per Psalmistam dicuntur: Funes peccatorum circumplexi sunt me (Psal. cxlviii, 61). Quia enī fatus addendo torquenter ut crescat, non immerito peccatum in fane ageneratur, quod perverso corde sœpe, dum defenditur, multiplicatur. Rursum fane fides exprimitur, Salomonem attestante, qui ait: Funiculus triplex difficille ruptus (Ezech. iv, 12), quia fides videatur, quæ de cognitione Trinitatis ab ore prædicantium texitur, fortis in electis permanens, in soldo reprobotum corde dissipatur. Hoc itaque loco fatus nondime sit peccatum, siue fides nūl obstat intelligi. [Vet. XII.] Incarnationis etenim \* Dominus noster fene Leviathan linguam ligavit, 1088 quia in similitudine carnis peccati apparuit, et onus errorum ejus præstabilitatem diminuavit (Rom. viii, 3). Unde Paulus auferente dicitur: Si de peccato diminuavit peccatum (Rom. 5). Fune linguam ligavit, quia per similitudinem carnis peccati ad electorum suorum cordebus evanescere ejus affectus argumenta destruxit. Ecce contra apparet in terra Domino, Leviathan lingua

ligata est, quia ejus veritate cognita, & illæ fabulæ doctrinæ tacuerunt:

19. *Academicæ & Mathematicæ refutatio.* — **U**nus enim nunc est Academicorum error, qui certe co-nantur astruere certum nil esse, qui impudenti fronte assertionibus suis fidem ab auditoribus exigunt, cum vera esse nulla testantur? **U**m Mathematicorum supersticio qui, dum signorum cursus suspiciunt, vices hominum in siderum momenta suspendunt? **Q**uorum aperte doctrinam sœpe geminorum nativitas dissipat, qui cum uno eodemque momento hora prodeant, non in una conversationis qualitate perdurant. Ubi tot prædicamenta falsitatis, quæ enumerare fugimus, ne ab exponendi ordine longe recedamus? Sed cuncta jam erroris doctrina conticuh, quia Leviathan linguam Dominus incarnationis sua fane constrinxit. Unde bene etiam per prophetam dicitur: Et desolabit Dominus linguam maris. *Ægypti* (Isai. xi, 15). Lingua quippe maris est scientia doctrinæ secularis. Bene autem mare *Ægyptum* dicitur, quia peccati obscuritate fuscatur. Linguam ergo maris *Ægypti* Dominus desolavit, quia hujus mundi sapientiam per carnem se ostendendo destruxit. Fune ergo Leviathan lingua constringitur, quia per similitudinem carnis peccati ligata est prædicatio vetusti peccatoris.

20. *Disseminata sanctissima Trinitatis fide scientie secularis ructit.* — **S**i autem fides fane signatur, idem nobis iterum intellectus & innuitur, quia dum per prædicatores sanctos in mundo fides Trinitatis simotul, contra electorum mentes erumpere inundu doctrina cessavit. Unde bene Domino per prophetam dicitur: Tu diripiisti fontes et torrentes, tu siccast stœvios Ethan (Psal. lxxin, 1). Ethan quippe interpretatur fortis. Et quis est hic fortis, nisi de quo per Evangelium Dominus dicit: Nemo potest rusa fortis ingressus domum diripere, ni i prius fortem affiger (Marc. iii, 27)? Fontes itaque et torrentes Dominus dirupt, dum in apostolorum suorum cordibus fluens veritatis aperuit. De quibus rursum per prophetam alium dicitur: Haurietis aquas in gatuo de fontibus Salvatoris (Isai. xii, 3). Ad eorum quippe doctrinam silentes pertigimus, & ut veritatis plenas cordum nostrorum lagunculas reportemus. Sed emanantibus suis fontibus Ethan fluvios exscavavit, dum doctrinam fortis & maligni spiritus ostendo radio sœciæ veritatis arescit. Leviathan ergo lingua fane stringitur, quia, extensa tide Trinitatis, errorum prædicamenta siluerunt. Sed quia iam se extollere non valet, huc illicque circumiens per insidias mordet. [Vet. XIV.] Mira autem misericordia contra hunc pro nobis Dominus vigilat, atque cum et in hoc quod fraudibus mollitur expagnat. Unde subditur:

que in consequentiibus.

\* Laud., *Ægyptus* dicitur.

† Ebroic. aliisque Norman., invaserit.

‡ Cœsus., Laud., Prætel. ac pl., ei veritate plena..... reportamus.

\* Vindoc., Prætel. et alii, filium meum unigenitum.  
† Laudum. et Gerif., meliores.  
‡ Alli, Redemptio.  
† Vindoc., Corb. Germ. ac pl. Norm., illius falso-sitatis.  
\* Corb. Germ., Vindoc. ac Laud., *Ægypti*; sic-

## CAPUT XI [Loc. X].

**V**erum 24. — *Nunquid pones circulum in naribus ejus?*  
 25. *Covales in naribus diebali diuina virtus omni-  
 potentia. — Sicut per aures insidet, ita per circu-  
 lus divisa virtutis omnipotentia designatur. Quae  
 cum apprehendit nos tentationibus prohibet, miris  
 ordinibus 1000 antiqui hostis insidias circumple-  
 tans tenet. Circulus ergo ei in naribus ponitur, dum  
 maxilla potentia superna fortitudine, et ejus  
 sagacitas retinetur, ne contra insinuatem hamatum  
 amittere possit, quantum perditionis argumenta  
 latenter explorat. Potest etiam circulus nomine oc-  
 culti judiciorum designari, quod in hujus  
 Bohemach naribus ponitur, cum a calida sua crude-  
 litate responsterit. Unde bene per prophetam, cum  
 ab Israelitarum lesionis prohibetur, regi Babyloniae dicitur: *Ponam circulum in naribus tuis* (Isai. xxxvii, 29). Ac si aperte diceretur: Cogitando, insidias  
 suspiras; sed explorare quod appetit non valendo  
 omnipotentia tua circulum in naribus portas, ut  
 cum honore mortis ardentius anhelas, ab eorum  
 vita vacua redreas. Quod vero hoc loco circulum,  
 hoc ei Scriptura sacra per Joannem in Apocalysi  
 saeculare vocat. At enim: *Vidi, et ecce nubes candi-  
 das, et super nubes sedentem similem Filio hominis,  
 habentem in capite suo coronam auream, et in manu  
 sua falx acutam* (Apoc. xiv, 14). Potest enim  
 divisi judicium, quia undique stringit, circulus dicitur;  
 et quia intra se operia incidente amplectitur, falcis  
 appellatione signatur. In falso enim quidquid inci-  
 ditur, quaqua versa; declinatur, intus cedat. Et quia  
 potest superni judicij nullatenus evitator, intra  
 ipsam quippe spissam, quo libet fugere cōpemur, re-  
 gula cum venturus index ostenditur, falcam tenere  
 prohibetur, quia cum potenter ad omnia obviat, in-  
 cidentia circumdat. Esse se intra a judicij falcam  
 Propheta vidit, cum diceret: *Si ascendero in celum,  
 tu illuc es; si descendero ad infernum ades. Si sum-  
 psero penas meas ante lucem, et habitavero in extre-  
 mis maris, etenim illus manus tua deducet me, et  
 tenet me de dextera tua* (Psal. cxxxviii, 8, 9, 10). Intra  
 quamdam falcam se vidi, cum ex nullo sibi loco  
 patere fugae aditum posse cognovit, dicens: *Quia ne-  
 que ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis  
 montibus* (Psal. lxix, 7); subaudis patet via fugien-  
 di, alique mox ipsam superna potentiae omnimodam  
 comprehensionem subdens, ait: *Quoniam Deus iudex  
 es.* Ac si diceret: Fugiendi via undique deest, quia  
 illle iudicat qui ubique est. Divina itaque judicia si-  
 cui signantur falso, quia circumvallantia incident, ita  
 exprimuntur circulo, quia undique stringunt. In  
 Leviathan itaque naribus a Domino circulus ponitur,  
 quia iudicium ejus potentia in insidiis suis ne quantum  
 nulli prævaleat cōciliatur. Dicatur ergo: *Nunquid  
 pones circulum in naribus ejus?* Subaudis ut ego, qui*

\* *Duo Germ., Laud. ac Val. Cl., ejus sagacia.*  
*Turon., ejus sagitta retinetur.*

<sup>b</sup> *Laud., duo Germ. ac Val. Cl., et ecce nubes  
 cunctae.*

\* *Vindoc., Ebroic., Pratel., iudicis.*

A astutas ejus insidias omnipotenti judicio constringo,  
 ut nec tantum tentet quantum appetit, nec tantum  
 capiat quantum tentat. Sequitur:

## CAPUT XII.

Ibid. — *Aut armilla perforabis maxillam ejus?*

22. *Hæc plurimos quos devoravit, ab ejus fauibus  
 extrahit.* — Ab intellectu circuli armilla non discre-  
 pat, quia ipso hoc quoque ubi ponitur ambiendo  
 constringit. Sed quia armilla latius tendit, per ar-  
 millam occulti ejus judicij erga nos protectio impensior  
 designatur. Armilla ergo Dominus maxillam Leviathan istius perforat, quia ineffabili misericordia sue potentia sic malitia antiqui hostis obviat,  
 ut aliquando eos etiam quos jam cepit amittat; et  
 quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetratas cul-  
 pas ad innocentiam redeunt. Quis enim ore illius  
 semel raptus maxillam ejus evaderet, 1090 si per-  
 forata non esset? An non in ore Petrum tenuit, cum  
 negavit (Matth. xxvi, 71)? Ap non in ore David te-  
 nuit, cum in tantam se luxuriam voraginem mersit  
 (II Reg. xi, 4)? Sed cum ad vitam uterque per po-  
 nitentiam redit, Leviathan iste eos aliquo modo  
 quasi per maxillæ sue foramina amisit. Per for-  
 men ergo maxillæ ab ejus ore subtracti sunt qui  
 post perpetrationem tantæ uequitatis puniendo re-  
 dierunt. Quis autem hominum Leviathan istius eva-  
 dat, ut nulla illicita committat? Sed hinc cognoscimus  
 quantum redemptioi humani generis debito-  
 res sumus, qui non solum nos in os Leviathan ire  
 prohibuit, sed ab ore etiam redire concessit; qui  
 spem peccatori non abstulit, quia maxillam ejus, ut  
 evadendi viam tribueret, perforavit, ut saltem post  
 morsum fugiat, qui incautus prius mordeti nequaquam metuebat. Ubique ergo nobis occurrit superna  
 medicina, quia et dedit homini præcepta ne peccet,  
 et tamen peccandi dedit remedia, ne desperet. Unde  
 cavendum summopere est ne quis delectatione pec-  
 cati Leviathan istius ore rapiatur, et tamen, si rapi-  
 tus fuerit, non desperet, quia si peccatum perfecte  
 lugeat, adhuc foramen in maxilla ejus invenit, per  
 quod evadat. Jam dentibus teritur, sed adhuc si  
 evadendi via queritur, in maxilla ejus foramen in-  
 venitur. Habet etiam captus quo exeat, qui prævi-  
 dere noluit ne caperetur. Quisquis ergo nondum  
 captus est, maxillam ejus fugiat; quisquis vero iam  
 captus est, in maxilla foramen querat. Pius enim  
 ac justus est conditor noster.

[Vet. XV.] 23. *Ante culpam justitia Det metuenda;*  
*post culpam speranda misericordia. Ruina majorum sit cautela minorum.* — Sed nemo dicat: Quia  
 pius est, veniamiter peccato. Et nemo qui peccaverit  
 dicat: Quia justus est, de peccati remissione des-  
 pero. Relaxat enim Deus facinus quod defletur, sed  
 perpetrare quisque timeat quod si digne deflere pos-  
 sit ignorat. Ante culpam ergo justitiam metuat, post

<sup>a</sup> *Laudum., Vindoe., Pratel., diuculo. Val. Cl.,  
 ante lucem diuculo.*

<sup>b</sup> *Corb. Germ., Laud. ac Germel., in postremo  
 mari.*

\* *Laud. et Val. Cl., remissionem despero.*

culpam tamen de pietate præsumat; neque ita justitia timet, ut nulla spei consolatione convalescat; neque ita confidat de misericordia, ut adhibere vulneribus suis dignæ pœnitentie negligat medicinam; sed quem præsumit sibi pie parcere, semper etiam cogitet et districte judicare. Sub pietate itaque ejus spes peccatoris gaudeat, sed sub districtione illius pœnitentis correctio contremiscat. Spes igitur præsumptionis nostræ habent etiam morsum timoris, ut ad corrigenda peccata justitia judicantis terreat, quem ad fiduciam venie grata parcentis invitat. Hinc enim per quendam sapientem dicitur: *Ne dixeris, Miserationes Domini multæ sunt, peccatorum meorum non memorabuntur (Eccli. v., 6).* Pietatem namque ejus protinus, et justitiam subdit, dicens: *Misericordia enim et ira ab illo (Ibid., 7).* Divina itaque clementia maxillam Behemoth istius personans, ubique humano generi et misericorditer et potenter occurrit, quia nec libero admonitionem præcavendi tacuit, nec capto remedium fugiendi subtraxit. Ad hoc quippe in Scriptura sacra virorum talium, id est David et Petri, peccata sunt indita, ut cautela minorum sit ruina majorum. Ad hoc vero utrorumque illic et pœnitentia insinuatur et venia, ut spes pereuntium sit recuperatio perditorum. De statu ergo suo David cadente, nemo superbiat. De lapsu etiam suo David surgente, **1091** nemo desperet. Ecce quam <sup>a</sup> mirabiliter Scriptura sacra eodem verbo superbos premit, quo humiles levat. Unam namque rem gestam retulit, et diverso modo superbos quidem ad humilitatis formidinem, humiles vero ad spei fiduciam revocavit. O inestimabile novi generis medicamentum, quod uno eodemque ordine positum, et premendo tumentia exsiccat, et sublevando arentia infundit! De majorum nos lapsu terruit, sed de reparatione roboravit.

**24. Incassum sperat misericordiam, qui justitiam non timet.** — Sic quippe semper, sic nos divinae dispensationis misericordia et superbientes reprimit, et ne ad desperationem corruiamus fulcit. [Vet. XVI, Rec. XI.] Unde etiam per Moysen admonet, dicens: *Non accipies loco pignoris superiorum, aut inferiorem molam (Deut. xxiv, 6).* Accipere namque aliquando dicimus auferre. Unde et aves illæ <sup>c</sup> quæ sunt rapiendis avibus avidæ, accipites vocantur. Unde Paulus apostolus dicit: *Sustinetis enim si quis devorat, si quis accipit (II Cor., xi, 20).* Ac si diceret, Si quis rapit. Pignus vero <sup>d</sup> debitoris est confessio peccatoris. A debitore enim pignus accipitur, cum a peccatore jam peccati confessio tenetur. Superior autem et inferior mola est spes et timor. Spes quippe ad alta subvehit, timor autem cor inferius premit. Sed mola superior et inferior ita sibi necessario <sup>e</sup> junguntur, ut una sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris itaque pectore incessanter debet spes et formido conjungi, quia incassum mis-

A ricordiam sperat, si non etiam iustitiam timeat; incassum jostitiam metuit, si non etiam de misericordia confidat. Loco igitur pignoris mola superior aut inferior tolli prohibetur, quia qui peccatori prædicat, tanta dispensatione componere prædicationem dehet, ut nec derelicta spe timorem subtrahat, nec subtracta spe, in solo eum timore derelinquit. Mola enim superior aut inferior tollitur, si per prædicantis linguam in peccatoris pectore aut timor a spe, aut spes a timore dividatur.

**25. Cur Deus electos a carnalibus vitiis illatos non custodit.** Superbia magis peccatum quam luxuria. Homo de medicamento vulnera facit, Deus de vulnera medicamentum. — Sed quia, exigente causa, David ad medium deducit, tanti facinoris memoriam fecimus, lectoris fortasse animus movetur, cur eos omnipotens Deus, quos in perpetuum elegit, quos ad donorum quoque spiritualium culmen assumpsit, illatos a corporalibus vitiis non custodit. Unde quia satisfieri citius credimus, breviter respondemus. Nonnulli enim per accepta dona virtutum, per impensam gratiam bonorum operum in superbis vitium cadunt, sed tamen quo ceciderint, non cognoscunt. Proinde contra eos hostis antiquus, quia jam interius dominatur, etiam extortas sevire permittitur, ut qui in cogitatione elati sunt, per carnis luxuriam prosterantur. Scimus autem quia aliquando minus est in corporis corruptionem cadere quam cogitatione tacita ex deliberata elatione peccare; sed cum minus turpis superbìa creditur, minus vitatur. Luxuriam vero eo magis erubescunt homines, quo simul omnes turpem noverunt. Unde fit plerumque ut nonnulli post superbiam in luxuriam corrueant, ex aperto casu malum culpe latens erubescant; et tunc etiam majora corrugant, cum prostrati in minimis gravius confunduntur. Reos enim se inter minora conspiciunt, qui se liberos inter graviora crediderunt. Pia ergo Domini dispensatione laxatus nonnunquam Behemoth iste de culpa ad culpam trahit, et **1092** dum plus percutit, inde eum quem ceperat amittit, atque unde vici se cernitur, inde superatur. Considerare libet intra monitum gratiae sinum quanto Deus favore misericordia nos continet. Ecce qui de virtute se extollit per vitium ad humilitatem redit. [Vet. XVI.] Qui vero acceptis virtutibus extollitur, non gladio, sed, ut ita dixerim, medicamento vulneratur. Quid est enim virtus, nisi medicamentum? et quid est vitium, nisi vulnerum? Quia ergo nos de medicamento vulnera facimus, facit ille de vulnera medicamentum, ut qui virtute percutimur, vitio curemur. Nos namque virtutum dona retrorquemus in usum vitiorum, ille vitiorum illecebros assumit in artem virtutum, et salutis status percutit ut servet, ut qui humilitatem currentes fugimus, ei saltem cadentes hæreamus. Sed inter haec sciendum est quod plerique hominum, quo in multis

<sup>a</sup> Laudun., utrumque.

<sup>b</sup> Ebroicenses, terribiliter.

<sup>c</sup> Gussanv., quæ rapiendi sunt avides.

<sup>d</sup> Laud. et al., debitori.

<sup>e</sup> Gemet., duo Germ., Turon., Laud., jungitur.

<sup>f</sup> Laud., laxatos... trahit.

corrunt, arcuus ligantur; cumque eos Behemoth iste ex uno vitio percutit ut concidant, ex alio quoque illigat ne resurgent. Consideret itaque homo cum quo a hoste bellum gerat; et si jam se in aliquo delinquisse perpendit, saltem ad culpam pertribuit ex culpa pertimescat, ut studiose vitentur vulnera, quibus frequenter interficit, quia valde rarum est, quod hostis noster electorum salutem etiam vulneribus servit.

**26.** Tentatio aliquando meritorum est custodia. Diabolus tentando sanctos ad regnum servat invitus. — Maxilla tamen Behemoth istius perforata intelligi et aliter potest, ut in ore tenere dicatur non quos jam perfecte peccato implicavit, sed quos adhuc peccati persuasionibus tentat, quatenus ei quemlibet mandere sit de peccati eum cum delectatione tentare. Mandendum quidem, sed non deglutiendum acceperat Paulum, quando illum post tot revelationum sublimia stigmatis carnis agitabat (*II Cor. xii, 7*). Tunc ergo *cum* contra illum licentiam temptationis accepit, in maxilla eum tenuit, sed perforata. Qui vero elatus perire poterat, tentatus est ne periret. Tentatio ergo illa non vorago vitorum, sed custodia meritorum fuit, quis Leviathan iste fatigando eum in afflictione contrivit, sed non in culpa capiendo devoravit. Elatos autem in sanctitate viros non amitteret, nisi tentaret. Sancti quippe non essent, qui de sanctitatis gloria superbirent, et tanto sub ejus jure caderent, quanto se in suis virtutibus elevarent. Sed miro dispensationis ordine dum tentantur humiliantur, dum humiliantur ejus esse jam desinunt. Bene ergo maxilla Behemoth istius perforata dicitur, quia electos Dei unde conterit, inde amittit; unde tentat ut perdat, agit inde ne pereant. Antiquus itaque hostis, occultis Dei dispensationibus serviens, sanctorum animas ad interitum tentat volens, sed ad regnum tentando servat invitus. Maxilla ergo ejus perforata est, quia eos quos tentando, id est mandendo conterit, quasi cum deglutiit amittit. Quod quia non humana sed divina providentia agitur, ut utilitati justorum ipsa veluti adversarii astutia suffragetur, quatenus cum electos tentat, eos magis tentando custodiat, bene ad beatum Job dicitur: *Aut armilla perforabis maxillam ejus?* Subaudis ut ego, qui provide cuncta disponens, electos meos inde robustius in integritate custodio, unde eos per maxillam Leviathan istius labefactari aliquo modo ab integritate permitto. Sequitur:

#### CAPUT XIII [Vet. XVIII, Rec. XII].

**Vers. 22.** — Nunquid multiplicabit ad te preces, et loquetur tibi mollia?

**1093** 27. Satanus sive per se, sive per membra sua, ministrum reprobos, Christo preces adhibuit. — Subaudis ut milii. Si enim ad personam Filii haec verba referantur, incarnato ei mollia loquebatur cum diceret: *Scio quis sis sanctus Dei* (*Luc. iv, 34*). Ad

\* Duo Germ., Laud., Gemet. ac pl. Norm., aduersario.

\* Land. et Germ., scio quis es. Val. Cl. scio quis es. Germ. Germ., qui sis.

A quem Leviathan iste multiplicavit preces, cum per subditam sibi legiōnē dixit: *Si ejicis nos, mitte nos in gregem porcorum* (*Math. viii, 31*). Quamvis intelligi potest \* apertius, quia ad Dominum preces multiplicat, cum extremi die judicii iniqui qui ejus corpus sunt sibi parci deprecantur, cum membra ejus, videlicet reprobi, sero clamantes dicunt: *Domine, Domine, aperi nobis* (*Luc. xiii, 28*). Quibus protinus dicitur: *Nescio vos unde sitis.* Tunc etiam Domino per membra sua mollia loquetur, quando multi ex ejus corpore dicturi sunt: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus* (*Math. vn, 22*)? Mollia quidem deprecantes dicunt, cum ejus nomine <sup>d</sup> replicant quae fecerunt, B sed duro corde illa cum facerent, in suam laudem rapuerunt. Unde mox audiunt: *Nescio qui esis* (*Ibid., 23*). Sequitur:

#### CAPUT XIV [Rec. XIII].

**Vers. 23.** — Nunquid feriel tecum pactum? Subaudis ut mecum: *Et accipies eum servum sempiternum.*

**28.** Sanctos tentans eorum utilitati servit, ac Dei voluntati. — Subaudis ut ego. Sed valde solerter intuendum est quod pactum cum Domino Leviathan iste feriat, ut sempiternus ab eo servus habeatur. In pacto enim, discordantium partium voluntas impletur, ut ad votum suum quæque perveniat, et Jurgia desiderato fine concindat. Antiquus itaque hostis in sinceritate divinae innocentiae malitia sue face succensus discordat, sed ab ejus iudicio etiam discordando non discrepat; nam viros justos semper malevoles tentare appetit, sed tamen hoc Dominus vel misericorditer fieri, vel juste permittit. Haec ipsa ergo temptationis licentia pactum vocatur, in qua et desiderium \* tentatoris agitur, et tamen per eam miro modo voluntas justi dispensatoris impletur. Erudiendos enim, sicut nuper diximus, electos suos Dominus saepè tentatori subjecit, sicut post paradisi claustra, post tertii coeli secretaria, ne revelationum magnitudine Paulus extollit potuisse, ei Satanae angelus datus est (*II Cor. xii, 7*). Sed, ut præfati sumus, ipsa hac temptatione disponitur, ut qui elati perire poterant, humiliati a perdite serventur. Secreto ergo dispensationis ordine, unde sc̄evre permittitur iniquitas diaboli, inde pie perficitur benignitas Dei. Et bene ex hoc pacto quod cum Domino ferire dicitur, servus accipi perhibetur, quia inde obtemperat nutibus supernæ gratiæ, unde exercet iram nequissimæ voluntatis suæ. [Vet. XIX.]

Servus ergo ex pacto est, qui dum voluntatem suam implere permittitur, a superni consilii voluntate ligatur, ut electos Dei, sicut dictum est, volens tentet, et tentando nesciens probet.

**29.** Reproborum poena Dei electorumque glorie simulatur. — Sed quia tandem in hac vita electorum usibus servit, quandiu malitia sue nequitiam temptationibus exercere potuerit, hoc autem in loco a Do-

\* Pier., aptius.

\* Ebroic. alter, multiplicanti.

\* Pratel. et Germ., temptationis.

mino non solum ex pecto servus, sed semperius servus accipi dicitur, investigare competitum quomodo et post presulatus vita terminorum servire cum in perpetuum Domino demonstremus. Neque enim tunc iustos celesti felicitate pallentes adhuc tenere permittitur, cum ante aeram oculos interius gehennae ignibus mancipatur, quia nequaquam **1034** in illa superna patria tentationibus erudiendi sunt, in qua jam pro temptationum laboribus remunerantur. Sed tunc Leviathan iste cum suo corpore, reprobus vide licet omnibus, flammis ultricibus traditur, quibus sine fine crucietur. Quos scilicet cruciatu dico iusti conspiciunt, in Dei laudibus crescent, quia et in se cernunt bonum quo remunerati sunt, et in illis inspiciunt supplicium quod evaserunt. Ita enim tunc pulchra erit universitas, dum et gubernia iuste cruciat impios, et aeterna felicitas justi remunerat pios. Sicut enim niger color in pictura substeretur, ut superjectus albus vel rubens pulchrior ostendatur, ita tunc etiam malos bene ordinans Deus, feliora exhibet gaudia beatorum, ostensis ante eorum oculis suppliciis reproborum. Et quamvis illud ex visione dominica eorum gaudium non sit <sup>b</sup> quod crescat, magis tamen auctori suo esse se debitores sentiunt, quando et bonum cernunt quod iuste remunerati percipiunt, et malum quod misericorditer adjuti vice runt. [Rec. XIV] Igitur si utilitati justorum et hic tentatio Leviathan istius, et illic damnatio proficit, semperius servus est dum Dei laudibus nasciens servit, et illic poma ejus justa, et hic voluntas iusta. Sequitur :

#### CAPUT XV [Vet. XX].

Vera. 24. — Nunquid illudes ei quasi avi?

30. *Diabolus animal quadrupes per actionis immundæ fatuitatem; draco per nocendi malitiam; avis per elationem.* — Quid est quod adversarius noster prius Behemoth, postmodum Leviathan dicitur, nupc vero avi in perditiis suis illusione comparatur? Behemoth, quippe, ut diximus, bellua interpretatur, que quadrupes ostenditur, dum sicut bos fenum comedere prohibetur. Leviathan vero, quia hauno capit, procul dubio serpens in aquis intolleratur. Nunc vero ad avis similitudinem ducitur, cum dicitur : *Nunquid illudes ei quasi avi?* Cur ergo bellua, vel jumentum, cur draco, cur avis appellatur, indagemus. Citius enim nomina ejus agnoscimus, si tergiversationis illius astutiam subtiliter exploremus. De celo quippe ad terram venit, et ad spem coelstium nulla iam respiratione se erigit. Irrationale ergo et quadrupes animal est per actionis immundæ fatuitatem, draco per nocendi malitiam, avis per subtilis naturæ levitatem. Quia enim hoc quod copia se agit ignorat, bruto sensu bellua est; quia malitia e nobis nocere appetit, draco est; quia vero de naturæ suis subtilitate superbe extollitur, avis est. Rursum, quia

<sup>a</sup> Laud et Val. Cl. malum.

<sup>b</sup> Corp. Germ., Ebroic. aliisque Norm., quo crescat..... quod iuste remunerati.

<sup>c</sup> Laudun. et Germ., quadrupede. Gilot. et Vatic., et quadruplex. Emendantur ex MSS. Anglic. et nustris,

A. In hoc quod inique agit ad utilitatem nostram divina virtus praedita, jumentum est; quia vero latenter asperget, serpens est; quia autem non asperget, per indeomitata superbiem se etiam hinc segregum ostendit, avis est. Numerum etenim genia quatuor transpirabili iniurie arte facessat, tribus tamen virtutis valida tentat, ut videlicet alios sibi per luxuriam, alios per malitiam, alios per superbiae superbem,

31. Secundum varias illas formas, varie tentat. Satanas enim ostendit Christum, laqueum abscindit, — Non ergo immerito in eo quod agere militat ex ipso evarum actionum nomine vocatur, cum jumentum, draco, vel avis dicitur. In eis quippe quos ad utilitatem luxurias excitat, jumentum est; in eis quos ad nocendi malitiam inflammat, draco est; in eis autem

B. quos in factum superbiae quasi alta sapientes elevat, avis est; in illis vero quos pariter in luxuria et superbia et malitia polluit, jumentum. **1035** draco, simul et avis existit. Per totum namque <sup>d</sup> ad deceptorum cor se species ipsius, in quod eos nequias implicavit. Multarum igitur rerum nominis vocatur, quia ante deceptorum mentes in varias formarum species vertitur. Cum enim hunc per carnis luxuriam tentat, et tamen principi superiori, mutata suggestione cor illius in malitiam inflammat. Quia ergo ad eum venire bellua non valuit, draco venit. Illum veneno malitiae corrumpere non valet, sed tamen bona sua ejus oculis opponit, et cor illius in superbiam extollit. Hunc ergo ut draco <sup>e</sup> subrepere non valuit, sed tamen adducto phantasma inanis gloriam, coram cogitationis ejus obliquibus quasi avis volavit. Quae nimis avis tanto contra nos impavidus extollitur, quanto nulla naturæ sua infirmitate praepeditur. Quia enim carnis morte non premitur, et Redemptorem nostrum carnis mortalitatem vidit, altius fastu elationis ipsupauit; sed ubi contra auctorem suum penitus se superbiae extulit, ibi laqueum sue mortis inventit. Nam ea ejus carnis morte prostratus est, quam expeditum elatus; et inde pertulit laqueum, unde quasi escam suis malitiae mortem iusti concipivit. [Vet. XXI.] Dicatur ergo : *Nunquid illudes ei quasi avi?* Quasi avi quippe Dominus illusit, dum ei in passione upigeniti Filii sui ostendit escam, sed laqueum abscondit. Videlicet enim quod ore persiperet, sed non vidit <sup>f</sup> quod gutture lenaret. Nam quamvis

D. eum fuerat ipse confessus Filium Dei, velut purum tamen illum hominem mori ereditat, ad cuius mortem Iudeorum persecutum animos concitatavit (Matth. VIII, 28). Sed in ipso traditionis ejus tempore terde jam cognovisse intelligitur, quod ipse illa ejus morte puniretur. Unde et Pilati conjugem sompniis terret, ut vir illius a iusti persecutio cesseret (Matth. xxvii, 19). Sed res iustae dispensatione disposita nulla valuit machinatione refragari. Expediebat neunque ut peccatorum mortem iuste mo-

<sup>d</sup> canon et vet. Edit.

<sup>e</sup> Genet. et duo Germ., ad eorum cor.

<sup>f</sup> Ali., subripere, ut legitur in Mat.

<sup>g</sup> Pilat. Mat., quod guttur.

— rientum aduerserat duxit iusta iugissa mortis. Quid A quia Leviathan iste paucis ad tempus passionis illius ignorabat ; quasi nra ex auctoritate, divinitatis ejus laetitiam portabat, dum humilitatem ejus causa merordit. Sequitur :

## CAPUT XVI [Rec. XV].

Iust. — Ante a ligatio sum ancilla tuis.

32. Carpon de fratre menti eligens, diploci fortitudinem debellavit. Duxit sapientiam Christi corporis, et Ecclesie. Ad prædicandum Evangelium scilicet omnibus annis qui per se non erant idonei. — Subducit ut ego. In servis enim despectu est nropitudo, virilitas vigor; in ancilla autem eam conditione pariter sexus habet. Non ergo Dominus Leviathan inter nos servio, sed ancilla sua ligato se asecrit, quia ad nos annis redemptionem veniens, et suos contra mundi superbiam prædictores mittens, relicta sapientibus insipidatos, relictis fortibus dabis, relicta divisibus paupers elegit. Ancilla ergo suis Leviathan duxit fortitudinem Dominus ligavit, quia stuporante Paulus: *Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortis* (1 Cor. 1, 27). Unde bone per Salomonem dicitur : *Sapientia difficilest alii domum, excidit ciliumna serpentem, immotavit vescinam, miscuit vitrum, proposuit osmanum, misit ancillas suas ut vocarent ad arcum et exantra civitatis* (Prov. ix, 1, 2, 3). Sapientia quippe dominum sibi condidit, etiam utrigenitus Dei filius in annos tres inter uterum Virginis, mediante anima, suscipit. sibi corpus creavit. Sic quippe corpus Unigeniti dominus Dei dicitur, sicut aliis templis receptus; ita vero, ut uero idemque Dei aliquis hominis filius ipse sit qui 1003 inhabitat, ipse qui inhabitat. Quod temen resto et aliter accipitur, si dominus sapientia Ecclesie vocatur. Quo sepius alii ciliumna excidit, quia ab aliis pressentia amissi disperguntur ad postmodum ejusdem Ecclesie fabricam intentes predicationem erexit. Quoniam pro eo quod perfectionis virile subtilitas sunt, sophomore numero designantur. Immolavit victimas, quia vitium prædictum mundum mortali in persecutio permisit. Vindictam misericordiam, quia discriminatio et humilitatis cum nobis perire aeterna prædisserit. Mensecum quoque preparauit, quia Scriptura aeternam nobis probatio aperiendo preparavit. Ancillas etiamp; annis misit, quia ad arcum nos aliquis civitatis nostra vacarent, quia prædictatrices instruere abjectaque habere studuit, qui fidelis populus ad spiritualia patris sedis superbia colliguntur. Unde in Evangelio Domineum Nostrum alem laudet (John. 5, 47), nec tam in sorte prædicantium numeris, quia ad prædicandum cum talis require debuerat, qui de laude propria nihil habebat, ut tanto est editissima veritatis esse cognoscetur quod agerent, quanto et opere merueretur quia ad hoc agendum per se idonei non fuissent. Ut ergo misera potuisse per prædicandum linguis elatesceret, prius mirabilius actum est ut eorumdem prædictantium me-

ritum nullum esset. Ancillas ergo Dominus misit, et Leviathan huius fortitudine ligavit, quia infirmos prædicatores mundo exhibuit, et potentes quosque, qui ejus corpus fuerant, sub terroris sui vinculo restrinxiv. Et in aemotipso Leviathan iste ancillis ligatur, cum infirmis prædictantibus, veritatis clarescente lumine, contra electorum mentes antiquos hostis non quaptum vult savire permittitur; sed ne sub infidelitatis captivitate cupidos quos appetit teat, signis et virtutibus exercitatur. Ipse ergo per se hoc fortiter facit, qui contra contra illum vires non fortibus tribuit. Sed quia quos contra eum Dominus misit ipsinuat, nunc etiam quid ipsi agant qui mituntur, adjungit. Sequitur :

## CAPUT XVII [Vet. XXII, Rec. XVI].

Vers. 25. — Concedit sum amici, dividunt illum negotiatores.

33. Diaboli membra conciduntur, cum ab ejus corpore peccatores separantur Christo sociandi. Prædictores sunt negotiatores. — Leviathan iste toties conciditur, quoties divini verbi gladio sua ab illo membra separantur. Iniqui enim cum verbum veritatis audiunt, et sancto timore percipi, ab antiqui se hostis imitatione suspendunt, ipse in corpore suo dividitur, cui hi qui prave inhaberant subtrahuntur. Ipsos vero amicos nominat, quos superius ancillas vocat; ipsos etiam negotiatores appellat, quos amicos dixerat. Sancti etenim prædictores prius ancillæ sunt per formidinem, post amici per fidem, at extreum quoque negotiatores per actionem. Ipsos quippe affirmantibus dicitur : *Nolite timere, pusilli greci, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum* (Luc. xii, 32). Ipsos rursum convalescentibus dicitur : *Vos enim dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis* (John. xv, 15). Ipsos ad extremum in negotii operationem pertinentibus jubetur: *Euntes in munitionem universum, prædicate Evangelium omni creature* (Marc. xvi, 15). In prædicatione quippe Iudei quasi quoddam negotium geritur, dum verbum datur, et fides ab auditib; sumitur; Quasi quoddam negotium faciunt, qui prædicationem prærogant, et a populis fidem reportant. Fidem impartiunt, et eorum sanctum protinus vitam sumunt. Si enim iustorum 1097 prædicatio negotium non fuisset, profectio Psalmista non diceret : *Sume psalmum, et date tympanum* (Psalm. lxxx, 2), in tympano etenim corium siccatur ut sonet. Quid est ergo dicere : *Sume psalmum, et date tympanum, nisi accipite spiritus canticum cordis, et reddit tempore mace- rationem corporis?* Si superna prædicatione negotium non fuisset, nequaquam sub tipo fortis coulieris Salomon de sancta Ecclesia diceret; *Sindonem fecit et segdidit, et cingulum tradidit Chrysopæz* (Prov. xxxi, 24). Quid enim signatur per linenum sindonis, nisi subtilis implexio sapientia prædicationis? In qua molitur quiescit, quia mens in illa fideliup; spe sur-

\* Vindicta Laud. Norm., alligatis.

• Val. Cl. ad confundend.

• Corb. Germ., Broic., Gospel. aliquo Norm., ac

Val. Cl., solius veritatis. Ita etiam vet. Edit.

• Prætell., postmodum.

• Clem. et Corb. Germ., Indoph.

perna resovetur. Unde et Petro animalia in linteo demonstrantur (*Act. x, 11*), quia peccatorum animæ misericorditer aggregatae, in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo sindonem Ecclesia fecit, et vendidit, quia fidem quam credendo texuerat loquendo dedit, et ab infidelibus vitam rectam conversationis accepit. Quæ et Chananeo cingulum tradidit, quia per <sup>a</sup> vigorem demonstratae justitiae, fluxa opera gentilitatis astrinxit, ut hoc quod præcipitur vivendo teneatur : *Sint lumbi vestri praecincti* (*Luc. xii, 35*). Prædicatores ergo suos Dominus querendo ancillas invenit, permutoando amicos facit, ditando negotatores exhibet. Qui enim mundi prius minas infirmi timerunt, post ad cognoscenda divina consilia ascendunt. Ditati autem virtutibus, usque ad exercendum fidei negotium perducuntur, ut Leviathan istius membra increpando atque suadendo tanto severius incident, quanto et amici facti <sup>b</sup> amori veritatis semetipsos verius copulant, atque ab eo peccantium animas tanto celerius subtrahant, quanto negotatores idonei effecti in semetipsis amplissimas apostolicas virtutum monstrant. Quia enim per prædicatores Dei valde laudabiliter a Leviathan isto res possessa dividitur, veritatis vox per prophetam pollicetur, dicens : *Et si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris* (*Jerem. xv, 19*). Pretiosum quippe a vili separat, qui humanas mentes a reproba antiqui hostis imitatione disjungit. Recte os Dei dicitur, quia per eum procul dubio eloquia divina formantur. Sequitur :

## CAPUT XVIII [Rec. XVII].

Vers. 26. *Nunquid implebis sagenas pelle ejus, et gurgustium piscium capite illius?*

34. *In Ecclesiæ sagena prius capti piscatores, deinde per eos rhetores et philosophi.* — Quid per sagenas vel gurgustium piscium nisi ecclesiæ fidelium, quæ unam <sup>c</sup> Ecclesiæ catholicam faciunt, designatur? Unde in Evangelio scriptum est : *Simile est regnum cœlorum sagene missæ in mare, et ex omni genere piscium congreganti* (*Math. xiii, 47*). Regnum cœlorum scilicet vocatur Ecclesia, cuius dum mores Dominus ad superna sublevat, jam hæc ipsa in Domino per cœlestem conversationem regnat. Quæ recte etiam sagene missæ in mare comparatur, ex omni genere piscium congreganti, quia missa in hoc gentilitatis æculum, nullum respuit; sed malos cum bonis, superbos cum humilibus, iracundos cum mitibus, et saturos cum sapientibus cepit. In pelle vero Leviathan istius, stultos ejus corporis, in capite autem prudentes accipimus. Vel certe pelle, quæ est exteriorius, subdit ad hæc extrema servientes, capite autem præpositi, designantur. Et bene Dominus, servato ordine, has sagenas vel gurgustium piscium, id est **1093** Ecclesiæ suam, et vota fidelium prius <sup>d</sup> se pelle ejus et postmodum capite asserit impleturum, quia, sicut superius diximus (*Svp., c. 16 hujus lib.*,

<sup>a</sup> Val. Cl., virgrem.

<sup>b</sup> Laud., amore.

• Gemit. et duo Germ., simpliciter, catholicam. Quo nomine vera Ecclesia non raro in scriptoribus sacris intelligitur.

<sup>A</sup> n. 32), prius elegit infirma, ut post consumderet fortia. Elegit quippe stulta mundi, ut consumderet sapientes (*I Cor. i, 27*). Prius namque collegit indoctos, et postmodum philosophos; et non per oratores decuit piscatores, sed mira potentia per piscatores subegit oratores. Dicit ergo : *Nanquid implebis sagenas pelle ejus, aut gurgustium piscium capite illius.* Subaddis, ut ego, qui intra Ecclesiam fidelium prius quasi pelle diaboli extremos <sup>e</sup> atque infimos colligo, et postmodum caput illius, id est prudentes mihi adversarios, subdo. Sequitur : *Pones super eum manum tuam?* Id est ut ego, qui forti illum potentia reprimens, non plus quam expedita sevire permitto, ejusque sævitiam quantum permisero in electorum meorum utilitatem retrordeo. Vel certe manum super eum ponere est virtutis potestate superare. Beato igitur Job per interrogationem dicitur :

Vers. 27. — *Pones super eum manum tuam?*

[Vat. XXIII.] Ac si aperte diceretur? Nunquid virtute illum propria <sup>f</sup> reprimes? Unde et apte mox subditur :

## CAPUT XIX.

Iust. — *Memento belli, nec ultra addas loqui.*

35. *Quam alta dispensatione Deus famulos suos vel minis, vel etiam flagellis premat.* — Alta dispensatio judiciorum Dei idcirco sepe bene merentes famulos vel minis impedit, vel flagellis premit, vel quibusdam superimpositis oneribus gravat, vel laboriosis occupationibus implicat, quia mira potentia prævidet quod si quieti ac liberi in tranquillitate persistarent, <sup>g</sup> tentationes ferre adversarii non valentes, mentis prostrati vulneribus jacerent. Dum ergo eos foris tolerandis flagellis vel oneribus <sup>h</sup> occupat, a suscipiendo intus tentationum jaculis occultat. Moris quippe medicinalis est, ut sepe fervorem viscerum in præriginem cutis trahat, et plerumque inde interies carat, unde exterius sauciat. Ita nonnunquam divisa dispensationis medicamine agitur ut exterioribus doleribus internum valitus admittatur, et flagellarum sectionibus repellatur ea quæ occupare mentem poterat interior putredo vitiorum; et tamen sepe dom patentis calpes sibi homines consciæ non sunt, et aut doloribus cruciantur, aut laboribus deprimentur, contra justum atque omnipotentem judicem in quærelam prosiliunt, scilicet minus intuentes contra quam fortè adversarium bellum gerunt. Cujus si intollerabiles vires sollicito attenderent, nequaquam de his quæ exterius tolerant murmurarent.

36. *Hæc gravis non videntur, si bella occulti adversarii graviora ponderemus. Non patria flagellum sed hostis gladium formidemus.* — Sed ideo videntur nobis hæc gravis, quia bella occulti adversarii nolumus pensare graviora. A quibus plerumque belis, ut diximus, dum flagellamur, defendimur, dum affligimur, occultamur. Caro enim nostra prius quam resurrec-

<sup>d</sup> Val. Cl., sub pelle.

<sup>e</sup> Laud., Prateli., Vindoc., infirmos.

<sup>f</sup> Ita Mss., non, reprimis, ut Excusi ferant.

<sup>g</sup> Vindoc. ac Prateli., tentantes... adversarios.

<sup>h</sup> Ebrio. aliique Norm., cum Vindoc., implicit.

tionis incorruptione solidetur, si nullo mōrōre afficitur, in tentationibus effronatur. Quis autem nesciat quod multo melius sit ardere flamma sebrium quam igne vitiorum? Et tamen cum febre corripimur, quia vitiorum zēstnm qui occupare nos poterat considerare negligimus, de perersione murmuramus. Quis nesciat quod multo melius sit duris in servitio hominibus subjici, quam blandientibus **1099** dæmoniacis spiritibus subdi? Et tamen cum alto Dei iudicio jugo humanæ conditionis atterimur, in querelam prosiliimus, nimirum quia minus attendimus quod si nos nulla conditio servitutis opprimeret, fortasse mens nostra multis iniuitatibus pejus libera deservire! Ideo ergo hæc quæ toleramus, gravia credimus, quia bella hostis callidi, quam sint contra nos dura atque intolerabilia non videmus. Menti enim nostræ omne pondus vilesceret, si ea quæ se opprimere poterant, occulti adversarii bella pensaret. Quid enim si omnipotens Deus onera quæ patimur sublebet, sed tamen sea nobis adjutoria subtrahat, et inter Leviathan istius nos tentamenta derelinquit? Sæviente tanto hoste quo ibimus, si nullis auctoris nostri protectiōnibus defendamur? Quia ergo beatus Job culpe sibi concius non erat, et dura tamen flagella tolerabat, ne fortasse in vitio murmurationis <sup>a</sup> excedat, memoretur quod timeat, et dicatur ei: *Memento belli, nec ultra addes loqui.* [Rec. XVIII.] Ac si ei aperte diceretur: Si occulti hostis contra te bellum consideras, quidquid a me pateris, non accusas. Si impotentem te adversarii gladium prospicis, flagellum patris nullatenus perborrescis. Vides enim quali flagello te ferio, sed intueri negligis a quanto te hoste flagellando liberum servo. *Memento ergo belli, nec ultra addas loqui,* id est, tanto te ad disciplinam patris exhibe tacitum, quanto te prospicis ad bella hostis infirmum. Dum ergo me corripiente percuteris, ut æquanimiter feras, hostem tuum ad memoriam revoca, et durum non zēstimes omne quod pateris, dum externis cruciatibus ab interna passione liberaris. Quia autem Leviathan iste de divina misericordia falsa sibi promissione blanditer, postquam terrorrem fortitudinis ejus intulit, et beati Job animum in ejus circumspectione commovit, dicens: *Memento belli, nec ultra addas loqui;* ut irremissibilem reatum ejus ostenderet, illico adjunxit:

## CAPUT XX [Vet. XXIV, Rec. XIX].

VERS. 28. — <sup>c</sup> Ecce spes ejus frustrabitur eum.

37. *Diaboli et reproborum omnium æterna damnatio, præsentibus omnibus electis publicanda.* — Quod sic de eo debet intelligi, ut referri etiam ad illius corpus possit, quia iniqui omnes qui distinctionem justitiae divina non metuent, incessum sibi de misericordia blandiuntur. Moxque ad consolationem nostram rediens, extremi iudicij futurum ejus interitum prænuntiat, dicens:

*Et videntibus cunctis præcipitabitur.*

Cunctis enim videntibus præcipitabitur, quia æter-

A no tunc judice terribiliter apparente, astantibus legionibus angelorum, assistente cuncto ministerio celestium potestatum, atque electis omnibus ad hoc spectaculum deductis, ista bellua crudelis et fortis in medium captiva deducitur, et cum suo corpore, id est cum reprobis omnibus, æternis gehennæ incendiis mancipatur, cum dicitur: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus* (Matth. xx, 41). O quale erit illud spectaculum, quando hæc immanissima bestia electorum oculis ostendetur, quæ hoc belli tempore nimis illos terrere potuerat, si videretur! Sed occulto ac miro Dei consilio agitur, ut et nunc per ejus gratiam a pugnantibus non visa vineatur, et tunc a lætis victoribus jam captiva videatur. **1100** Tunc autem justi di-vino adjutorio quantum debitores sunt plenius recognoscunt, quando tam fortem bestiam viderint quam nunc infirmi vicerunt, et in hostis sui immanitatem conspiciunt quantum debeant gratiae defensoris sui. Redeunt enim de hoc prælio tunc milites nostri virtutum trophyæ referentes; et receptis corporibus, cum jam in illo iudicio colestis regni introitum sortiuntur, prius immanissimas vires hujus antiqui serpentis aspiciunt, ne vile zēstiment quod evaserunt. Bene ergo dicitur: *Et videntibus cunctis præcipitabitur,* quia visa mors ejus tunc gaudium exhibet; cuius tolerata vita nunc justis quotidie in cruciatibus bellum movet. Sed audientes ista, ac si protinus quere-remur, Domino dicentes: Domine, qui Leviathan istum tantæ esse fortitudinis non ignoras, eum in certamine infirmitatis nostræ cur suscitas? illico adjunxit :

CAP. XL, VERS. 1. — *Non quasi crudelis suscito eum.*

[Vet. XXV, Rec. XX.] Et velut si inox a nobis causa rationis quæreretur. Quomodo non eum quasi crudelis suscitas, quem scimus quia tantos invadere et devorare permittis? statim subdidit, dicens:

## CAPUT XXI.

VERS. 1, 2. — *Quis enim resistere potest vultui meo?* et quis ante dedit mihi, ut reddam ei?

38. *Gratia Dei gratuita.* — Quibus duobus versibus et virtutein sua potentiae, et omne pondus rationis explevit. Nam propter potentiam dixit: *Quis enim resistere potest vultui meo?* Et propter rationem subdidit: *Quis ante dedit mihi, ut reddam ei?* Ac si diceret: Non eum quasi crudelis suscito, quia de ejus fortitudine et electos meos potenter eripio, et rursum reprobos non injuste, sed rationabiliter danno; id est, et eos quos benigne eligo eripere mirabiliter possum, et eos quos respuo non injuste derelinquo. Nemo quippe ut divina illum gratia subsequatur prius aliquid contulit Deo. Nam si nos Deum bene operando prævenimus, ubi est quod Propheta ait: *Misericordia ejus præveniet me* (Psal. LVIII, 11). Si quid nos bona operationis dedimus, ut ejus gratiam mereremur, ubi est quod Apostolus dicit: *Gratia <sup>d</sup> salutis*

<sup>a</sup> Laud. et Val. Cl., excidat.

<sup>b</sup> Duo Germ. et Pratel., addas.

<sup>c</sup> Pratel., et spes.

<sup>d</sup> Duo Germ., Laud., Val. Cl. et Gemet., salvi faci estis:

*estis per fidem; et hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus (Ephes. ii, 8)? Si nostra dilectio Deum prævenit, ubi est quod Joannes apostolus dicit: Non quia nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos (I Joan. iv, 10)? Ubi est quod per Osee Dominus dicit: Diligam eos sponte (Osee xiv, 5)? Si sine ejus munere nostra virtute Deum sequimur, ubi est quod per Evangelium Veritas protestatur, dicens: Sine me nihil potest facere (Joan. xv, 5)? Ubi est quod ait: Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum (Ibid. vi, 43)? Ubi est quod iterum dicit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos (Ibid. xv, 16)? Si saltem dona honorum operum virtute nostra bene cogitando prævenimus, ubi est quod rursum per Paulum tam salubriter dicitur, ut omnis de se humanæ mentis fiducia ab ipsa cordis radice succidatur, cum dicit: Non quia sufficiemus simus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est (II Cor. iii, 5)? Nemo ergo Deum meritis prævenit, ut tenere eum quasi debitorem possit; sed mero modo æquus omnibus conditor, et quosdam preelegit, et quosdam in suis pravis moribus juste derelinquit.*

**1101** 39. *Nec electis pietas sine justitia, nec reprobis justitia sine misericordia exhibetur. — Nec tamen electis suis pietatem sine justitia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus premit; nec rursum reprobis justitiam sine misericordia exercet, quia hic æquanimiter tolerat quos quandoque in perpetuum damnat. Si ergo et electi prævenientem se gratiam sc̄iuntur, et reprobri juxta quod merentur accipiunt, ei de misericordia inveniunt electi quod laudent, et de justitia non habent reprobri quod secundent. Bene itaque dicitur: Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? Ac si aperte diceretur: Ad parendum reprobis nullatione compellor, quia eis debitor ex sua actione non tenor. Idcirco enim nequaquam cœlestis patria præmia æterna percipiunt, quia ea nunc dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt. Quod videlicet liberum arbitrium in bono formatur electis, cum eorum mens a terrenis desideriis gratia aspirante suspenditur.*

[Vet. XXVI.] 40. *Bonum quod agimus et Dei est, et nostrum. — Bonum quippe quod agimus, et Dei est, et nostrum: Dei per prævenientem gratiam, nostrum per obsequientem liberam voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei gratias in æternum agimus? Rursum si nostrum non est, unde nobis retribui præmia speramus? Quia ergo non immitterit gratias agimus, scimus quod ejus munera prævenimus; et rursum, quia non immitterit retributionem quæremus, scimus quod subsequenti liberis arbitrio bona ele-*

<sup>a</sup> Vindoc., Dei enim... donum est.

<sup>b</sup> Vindoc., Pratel., etc., non quasi nos dilexerimus.

<sup>c</sup> Laud., Vindoc., Pratel., Utic., tam substituer.

<sup>d</sup> Censet Jamesius legendum, in suis reprobis, propter Anglic. MSS. auctoritatem, quibus consentiunt Vindoc., Val. Cl., duo Germ. et plerique ex nostris.

<sup>e</sup> Al., in bonum.

gimus quæ ageremus. Sequitur: Omnia quæ sub caelo sunt mea sunt. Omnibus liquet quod non solum ea quæ sub caelo sunt, sed ipsa quoque quæ super caelos condita cœlestia vocantur ejus voluntati serviant a quo se creata esse meminerunt. Cur ergo tantummodo de inferioribus loquens ait.

#### CAPUT XXII.

Ibid. — *Omnia quæ sub caelo sunt, mea sunt?*

**41.** *Omnia Deo serviantur. — Sed quia de Leviathan loquitur, qui jam non in ætherei cœli sede continetur, cuncta quæ sub caelo sunt asserit sua esse, ut eum quoque qui de cœlo cecidit, suæ doceat potestati servire, ac si diceret: Leviathan iste beatitudinem quidem meam perdidit, sed dominum non evasit, quia et ipse mihi potestates inserviunt quæ mihi pravis actionibus adversantur. Sequitur:*

**Vers. 3.** — *Non parcam ei in verbis potentibus, et ad deprecandum compositione.*

[Res. XXI.] **42.** *Qua ratione diabolus dicitur Deum deprecari. — Quis hoc, quod legisse se nequaquam novit, existimat, quia culparum sharum diabolus sit veniam petitorum? Sed ille fortasse homo, quem Leviathan iste in mundi termino vas sibi proprium fecit <sup>b</sup>, quem, attestante Paulo, Dominus Jesus interfici spiritu oris sui, et destruci illustratione adventus sui (II Thess. ii, 8), territus tantæ majestatis præsencia, quia exercere vires suas non valet, ad precies inclinatur. Quod tamen de ejus corpore, id est inquis <sup>c</sup> omnibus intelligi aptius potest, qui zero ad petitionum verbis veniunt, quia nuac exequi facta contemnunt. Unde per Evangelium Veritas dicit: Novissime veniunt ei reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis (Math. xxv, 11). Quibus illico respondetur: Aman dico vobis, nescio vos (Ibid., 12). Sed cum verba potentia ad deprecandum componere dicitur, urgat magis ut quod de ejus corpore in futuro diximus in hoc tempore sentiamus.*

[Ver. XXVII.] **1102** 43. *Irritare sunt precies quæ pia vita non sequitur. Nonnullis in usum negotiorum vertitur oratio. Veram orationem efficiunt amari gemellos, non verba conposita. — Sunt namque intra sanctam Ecclesiæ nonnulli, qui præfixas ad Dominum precies habent, sed vitam deprecantium non habent; nam promises celestia petitionibus sequuntur, operibus fugiunt. Hi communiquam etiam lacrymas in oratione percipiunt, sed cum post orationis tempora eorum mentem superbia pulsaverit, illuc in festu elationis intupescunt; cum avaritia instigat, mox per incendia avidæ cogitationis extinguit; cum luxuria tentaverit, illiciis protinus desideriis ambulant; cum ira suscitat, mox mansuetudinem mentis flammam insenit. Ut ergo diximus, et dictus in*

<sup>a</sup> Ebroic., Gemet., al. Norm. et duo Germ., quod subsecutente. Sic legitur in vet. Edit. Basil. et alia.

<sup>b</sup> Duo Germ., Gemet., Pratel., Utic., et verbis potentibus ad deprecandum. Sicque deinceps.

<sup>c</sup> Vide lib. XXII, n. 22.

<sup>d</sup> Laud., hominibus. Val. Cl., hominibus intelligi altius.

prece percipiunt, et tamen, explicitis precibus, cum ultiorum suggestione pulsantur, nequaquam pro steri regni desiderio ne flexisse meminerunt. Quod aperte de eo Redemptor impinguuit, qui justorum tabernacula conspiciens, ait : *Mortalius anima mea morte jugorum, et fons novissima mea horum similia* (*Num. xvi, 10*). Sed cum compunctionis tempus abscessit, contra eorum vitam quibus se similem fieri etiam merito poposcerat, copitium præbuit; et cum occasione de avaritia reperit, illico oblitus est quidquid tibi de innocencia optavit. Virtus igitur pudentia etatio non habet, quam nequaquam perseverentia continuo amoris tenet. Quo contra bene de Anna flosca prohibetur : *Vultusque ejus non sunt amictus in diversa mutari* (*I Reg. i, 18*), quia videlicet mens ejus nequaquam post preces inepta laetitia lasciviendo perdidit, quod orationis sua tempore gemitum et rigore exquisivit. Nonnullis vero in usum negotiationis vertitur labor orationis. De quibus in Evangelio Veritas dicit : *Devorant domos viduarum sub obliqua prolixia orationis. Hi accipient prolixius judicium* (*Marc. xv, 40*). Quia ergo iniquorum petitionibus qui Leviathan istius corpus sunt nullo modo parcitur, cum eorum preces opere destruuntur, recte nunc dicitur : *Non parcam ei verbis potentibus et ad deprecandum compositis.*<sup>a</sup> Quamvis et per hoc quod verba potentia et ad deprecandum composita referuntur, aperte inanitas orationis ostenditur. Veraciter namque orare, est amaros in compunctione gemitus, et non composita verba resonare. [Vet. XXVIII.] Sed quia antiquus hostis quo districtus frangitur, eo nequius per multiplicia argumenta dilatatur, cuius factum in insidias Dominus quanto subtilius occutari considerat, tanto nobis misericordius manifestat, recte subjungitur :

## CAPUT XXIV [Rec. XXII].

Vers. 14. — *Quis revelabit faciem indumenti?*

44. *Satan aliter religiosas mentes, aliter mundo deditas tentat.* — Leviathan iste aliter religiosas hominum mentes, aliter vero hunc mundo deditas tentat; nam pravis mala que desiderant aperte objicit, bonis autem latenter insidians, sub specie sanctitatis illudit. Illis velut familiaribus suis iniquum se et manifestius insinuat; ipsis vero velut estraneis cojudam quasi honestatis praetextu se palliat, ut mala que eis publice non valet, lecta bona actionis refamine subintromittat. Unde et membra ejus stipe cum aperta nequitia nocere non possint, bona actionis habitum sumunt; et prava quidem se opere exhibent, sed sancta specie mentiuntur. Inquit enim si aperto mali essent, a bonis recipi omnia non posse; sed suunt aliquid de visione honorum, 1103 ut dum

<sup>a</sup> Laud., Val. Cl., Prat., et duo Germ., riger exquisivit.

<sup>b</sup> Ita ex omnibus nostris Mss. restituendum duximus, cum prius legeretur, quia et per hos.

<sup>c</sup> Laud. et Carp. Germ., manifestus.

<sup>d</sup> Ebroic. aliisque Norm., et probos... et sanctos. Val. Cl., et prava quidem opere, omnino se,

<sup>e</sup> Laud., speciem beatitudinis induunt, quemadmo-

A boni viri in eis recipiunt speciem quam amant, permissum sumant etiam virus quod vitant. Unde quodam Paulus apostolus intuens sub prædicationis velamine ventris studio servientes, ait : *Ipsa enim Scientias transfigurat se in angelum lucis* (*II Cor. xi, 14*). Quid ergo mirum si ministri ejus transfigurantur velut ministri justitiae? Hanc transfigurationem Ioseph invenit, quando videns angelum, cuius esset pars inquisivit, dicens : *Noster es, an adversariorum* (*Ioseph v, 13*)? ut videlicet si adversare virtutis esset, eo ipso quo se suspectum cognosceret, ab illusione resiliret. Quia ergo Leviathan iste in eo quod iniquitatis opus molitur, saepè et specie sanctitatis induitur; et quia nisi per divinam gratiam simulationis ejus detegi indumenta non possunt, bene dicitur : *Quis revelabit faciem indumenti ejus?* Subaudis nisi ego, qui servorum meorum mentibus gratiam subtilissimas discretionis inspiro, ut revelata malitia faciem ejus nodam videant, quam cooperant ille sub habito sanctitatis occultat. Et quia aliquando fidellum mentes corrumpere ostensione sua, aliquando suggestione conatur (agit enim modo opere, modo persuasione), mente subjungitur :

## CAPUT XXV.

Ibid. — *Et in medium oris ejus quis intrabat?*

45. *Deus electis calliditatem ejus revelat.* — Subaudis nisi ego, qui per discretas electorum mentes suggestioni ejus verba discutio, et non ita haec esse et sonuerunt manifesto. Bonum namque videntur promittere, sed ad perditum finem trahent. In medium igitur oris ejus intrare est calliditatis ejus verba penetrare, ut nequaquam pensetur quid remuant, sed quo intendant. Intrare Adam in medium oris ejus non luit, quando intentionem persuasionis Huius caute pensare neglexit; divinitatem quippe et se per illum acciper credidit, et immortallitatem amicuit (*Genes. ii*). Unde ergo ab intellectu verborum ejus inculta exteriori stetit, inde se ori illius devorandum suadens præbuit. Sequitur :

## CAPUT XXVI. [Rec. XXIII].

Vers. 5. — *Portas vultus ejus quis aperiet?*

46. *Portæ Leviathan pseudoprädicatores appellantur. Has Dominus aperit, magistros errorum manifestando.* — Portæ vultus ejus sunt iniqui doctores, qui idcirco portæ vultus ejus vocali sunt, quia per ipsos quisque ingreditur, ut Leviathan iste quasi in potestate sua principatu videatur. Sicut enim Scriptura sacra sanctos vires portas Sion vocare conuexit (Sion quippe speculatio interpretatur, et non immortaliter prædicatores sanctos portas Sion dicentes, quia per eorum vitam aliquae doctrinam abscondita superba contemplatione intravera), ita etiam portæ Levi-

D dum in Psal. zev. 4, docorem induitus es. Quam constructionem probant optimi scriptores.

<sup>a</sup> Male in Edit. vet. et recent., volunt. Gussany. tamen hunc errorem emendavit.

<sup>b</sup> Gomet, super illum.

<sup>c</sup> Vindoc., Laud., duo Germ., Norm., etc., et immortalitatem gratiam.

than istius errorum magistri signantur, quorum dum prædicatio perversa recipitur, miseris auditoribus via perditionis aperitur. Sed portæ istæ ante oculos hominum plerumque ad introducendum quidem aperiæ sunt, sed tamen ad deprehendendum clausæ, quia recta in specie exhibent, sed opere prava persuadent. Ad deprehendendum ergo clausæ sunt, quia ne intrinsecus cognosci valeant, exteriori simulatione muniuntur. Quas tamen mira potentia Dominus aperit, quia electis suis hypocritarum mentes comprehensibiles facit. Portæ ergo vultus ejus quis <sup>a</sup> aperiet? Subaudis nisi ego, qui electis meis magistros errorum sub specie sanctitatis absconditos **1104** perspicua cognitione manifesto. Et quia Antichristus veniens ipsas etiam summas hujus sæculi potestates obtinebit, qui duplici errore sæviens conatur ad se corda hominum et missis prædicatoribus trahere, et commotis potestatibus inclinare, bene de Leviathan isto Dominus subdidit, dicens :

#### CAPUT XXVII [Vet. XXIX].

Ibid. — *Per gyrum dentium ejus formido.*

**47. Dentes Leviathan** *idem falsi doctores.* — Mutato namque nomine, hos ejus dentes insinuare aliter voluit, quos superius portas vocavit. Perversi enim prædicatores portæ ejus sunt, quia ingressum perditionis aperiunt. Dentes ejus sunt, quia eos quos <sup>b</sup> in errore capiunt, a veritatis soliditate confringunt. Sicut enim sanctæ Ecclesiæ dentes accipimus eos qui prædicationibus suis peccantium duritiam conterunt, unde ei per Salomonem dicitur : *Dentes tui <sup>c</sup> sicut greges detonsorum ascendentum de lavacro* (Cant. iv, 2); qui non immerito detonsis ac lotis ovibus comparantur, quia innocuam vitam sumentes, in lavacro baptismatis conversationis pristinæ vellera velutina posuerunt; ita etiam dentibus Leviathan istius errorum magistri figurantur, quia reproborum vitam mordendo dilaniant, et eos a veritatis integritate subductos <sup>d</sup> in sacrificio falsitatis mactant. Quorum quidem prædicatio facile despici ab auditoribus poterat, sed hanc ante humana judicia adjunctus sæcularium potestatum terror exaltat.

**48. Muniunt illos sæculi potestates.** *Alii verbis, aliis gladiis sæviunt.* *Insidie Antichristi ex falsis miraculis.* — Recite ergo dicitur : *Per gyrum dentium ejus formido*, id est, iniquos prædicatores Antichristi perverse hujus sæculi protegunt potestates. Nam quos illi appellant loquendo seducere, multi potentium student sæviendo terrere. Per gyrum ergo dentium ejus formido est, ac si aperte diceretur : Idcirco <sup>e</sup> isti perversi prædicatores aliquos suadentes conterunt, quia circa ipsos sunt alii qui infirmorum mentes terrentes affligunt. Quale itaque illud tempus persecutionis apparebit, quando ad perversandam fidelium pietatem alii verbis sæpiunt, alii gladiis? Quis enim

<sup>a</sup> Laud., aperit.

<sup>b</sup> Gemet., in terrore.

<sup>c</sup> Laud. et Gemet., sicut grec.

<sup>d</sup> Ebroic. et pler. Norm., in sacrificium.

<sup>e</sup> Gemet. et Corb. Germ., isti per se.

<sup>f</sup> Val. Cl., imperatur.

A etiam infirmos Leviathan istius dentes non despiceret, si non eos per circuitum potestatum sæcularium terror muniret? Sed duplice contra eos calliditate agitur, quia quod eis ab aliis verbis blandientibus dicitur, hoc ab aliis gladiis ferentibus <sup>g</sup> imperatur. Quæ utrorumque actio, id est potestatum aique <sup>h</sup> ledquantum, in Joannis Apocalypsi brevi est sententia comprehensa, qua dicitur : *Potestas eorum in ore et in caudis eorum erat* (Apoc. ix, 19). In ore namque doctorum, scientia; in cauda vero, sæcularium potentia figuratur. Per caudam quippe, quæ retro est, hujus sæculi postponenda temporalitas designatur, de qua Paulus apostolus dicit : *Unum autem, quæ retro sunt oblitus, ad eu quæ ante sunt extensus* (Psal. iii, 13). Retro enim est omne quod transit, ante vero **B** est omne quod veniens permanet. Iстis ergo equis, id est <sup>i</sup> nequissimis prædicatoribus, ubique carnali impulso currentibus, in ore et in cauda potestas est, quia ipsi quidem perversa suadendo prædicant, sed temporalibus potestatibus fulti, per ea se quæ retro sunt exaltant. Et quia ipsi apparere despicibilis possunt, ab iniquis auditoribus suis per eos sibi reverentiam exigunt, quorum patrocinii fulciantur. Unde hic quoque **1105** non immerito *Per gyrum dentium ejus formido* inesse describitur, quia multis terroribus agitur, ut in perversis eorum prædicationibus etsi non veritatis sententia, certe temporalis potentia timeatur. Unde bene eundem Antichristum Psalmista descripsit, dicens : *Sub lingua ejus labor et dolor, <sup>j</sup> sedet in insidiis cum divitibus in occultis* (Psal. ix, 28). Propter enim perversa dogmata sub lingua ejus labor et dolor est; propter miraculorum vero speciem sedet in insidiis; propter sæcularis autem potestatis gloriam, cum divitibus in occultis. Quia enim simul et miraculorum fraude et terrena potestate utilitur, et in occultis et cum divitibus sedere perhibetur :

#### CAPUT XXVIII [Rec. XXIV].

Vers. 6. — *Corpus illius quasi scuta fusilia.*

**49. Mali corripientibus scutum excusationis opprimit.** — Sacra Scriptura scuti nomine aliquando uti in parte prospera, aliquando in adversa consuevit. Nam sæpe scuti defensio pro divina protectione ponitur, nonnunquam vero pro humana repugnatione memoratur. <sup>k</sup> Pro divina enim protectione ponitur, sicut per Psalmistam dicitur : *Scuto bona voluntatis tuæ coronasti nos* (Psal. v, 13). Scuto nos Dominus coronare perhibetur, quia quos protegens adjuvat, remunerans coronat. Rursum pro humana repugnatione per eundem Prophetam scutum ponitur sicut alibi ait : *Ibi confregit cornua, arcum, scutum, gladium et bellum* (Psal. lxxv, 4). In cornibus quippe elatior superborum, in arcu vero insidie longe ferientium, in scuto autem obstinata duritia defensionum, in gladio vi-

<sup>g</sup> Duo Germ., Laud., Vindoc., Gemet., / aquacium.

<sup>h</sup> Deest nequissimis in Laud. et Val. Cl.

<sup>i</sup> Gemet., sedet.

<sup>j</sup> Gemet., Pratel., Laud., duo Germ.: et pl., pro divina enim protectione per Psalmistam dicitur.

cina percussio, in bello vero ipsa contra Dominum men-  
tis motio designatur. Quod nimis totum in sancta Ecclesia confringitur, dum mentes Deo resistantium, superposito jugo humilitatis, edomantur. Hinc rursum per eundem Psalmistam dicitur : *Arcum contenter, et confringet arma, et scuta combure signi* (*Psalm. xlvi, 10*). Arcum enim Dominus contenterit, cum occulta insidiatum machinamenta dissolvit. Arma confringit, cum ea quae contra se erecta fuerant patrocinia humana comminuit. Scuta igni comburit, cum peccantium mentes obstinata se duritia defendantes, ad poenitentiae et confessionis ardorem sancti Spiritus calore succedit. [Vet. XXX.] Quod vero in hoc loco corpus Leviathan istius scutis fusilibus comparatur, perscrutandum nobis impoiter, quis durum quidem, sed tamen cum labitur, fragile solet esse vas omne quod fusile est. Scuta ergo si sunt fusilia, in suscipienda sagittarum percussione robusta sunt, sed casu fragilia. Iota quidem ferientium minime penetrantur, sed suo se lapsu per fragmenta dissolvunt. Corpus ergo Leviathan istius, id est omnes iniqui, quia per obstinationem duri sunt, sed per vitam fragiles, scutis fusilibus comparantur. Cum enim verba prædicationis audiant, nulla correptionis jacula se penetrare permittunt, quia in omni peccato quod faciunt, scutum superbæ defensionis opponunt. Nam cum talium quisque de reatu sue iniuritatis arguitur, non mox cogitat quomodo culpam corrigit, sed quid in adjutorio sua defensionis opponat. Nulla igitur veritatis sagitta penetratur, quia verba sanctæ correptionis in scuto excipit superbæ defensionis. Unde bene de Judæis contra præcepta Domini superbæ se defensione inuentibus per Jeremiam dicitur : *Reddeis eis vicem, Domine, juxta opera manuum suarum* (*Thren. iii, 64*). **1106** Moxque eamdem vicem expressius subdidit dicens : *Dabis eis scutum cordis laborem tuum* (*Ibid., 65*). Labor quippe Domini apparet inter homines passibilis ejus humanitas fuit, quam Judæi superbæ sapientes dum cernerent, despexerunt; cumque immortalem credere dignati sunt, quem natura passibili mortalem viderunt. Cumque ejus humilitatem conspicerent, superbæ fastibus obdurati, summa cura moliti sunt, ne eorum mentes sancta prædicantium verba penetrarent. Dum ergo eis Dominus vicem malorum operum redderet, dedit illis scutum cordis laborem suum, quia recte iudicio inde illos contra se superbæ obstinatos exhibuit, unde ipse pro nobis infirmitate laboravit. Repulerunt quippe a se verba prædicantium, quia dignati sunt in Domino infirma passionum. Laborem igitur Domini contra eundem Dominum scutum cordis habuerunt, quia superbæ sapientibus eo despectus apparuit, quo propter eos humili fuit.

[Vet. XXXI.] 50. *Hoc scuto nisi Adam et Eva.* — Illoc scutum, sicut jam superius diximus, primus ille peccator tenuit, qui, requirente Domino cur lignum

\* Corb. Germ. et Gemet., ad paenitentias confessio-  
nem ardore.

† Val. Cl., humanitatem.

A vestitura contigisset, non ad se culpam retulit, sed a muliere quam Dominus dederat se accepisse respon-  
dit (*Genes. iii, 12*); ut quasi reatum suum oblique  
in auctorem relideret, qui ei mulierem dederat quæ  
talia persuaderet. Hoc scutum etiam requisita mu-  
lier tenuit, quando neque ipsa ad se culpam retulit,  
sed serpentis illud persuasionibus replicavit, dicens :  
*Serpens decepit me, et comedi* (*Ibid., 13*), ut ipsa quo-  
que reatum suum oblique in creatorem reduceret,  
qui illuc intrare serpente persuasorum talia per-  
misisset. Serpens vero jam non requiritur, quia nec  
ejus penitentia quærebatur. Hi autem quorum pa-  
nitentia quæsita est, scutum nequissimæ defensionis  
contra justissimæ correptionis verba protulerunt  
(*Genes. iii*). Unde nunc usque in usum peccantium  
trahitur, ut culpa cum arguitur defendatur; et unde  
finiri reatus debuit, inde cumuletur. Bene ergo di-  
citur : *Corpus illius quasi scuta fusilia*, quia omnes  
iniqui, ne ad se corripiantur verba perveniant,  
quasi contra adversariorum jacula scuta defensionum  
parant. Quod videlicet ejus corpus adhuc nobis ex-  
pressus de legit, dum subiungit :

#### CAPUT XXIX.

*Ibid. — Compactum squamis se prementibus.*

51. *Squamis tecli reprobi jaculis veritatis resistunt.* — Fertur quia dracopis corpus squamis tegitur, ne  
citius jaculatione penetretur. Ita corpus omne dia-  
boli, id est multitudo reproborum, cum de iniuritate  
sua corripitur, quibus valet tergiversationibus se  
excuse conatur, et quasi quasdam defensionis  
squamam objicit, ne transfigi sagitta veritatis possit.  
Quisquis enim dum corripitur, peccatum suum ma-  
gis excusare appetit quam deflere, quasi squamis te-  
gitur, dum a sanctis prædictoribus gladio verbi  
jaculator. Squamas habet, et idcirco ad ejus præ-  
cordia transeundi viam verbi sagitta non habet. Du-  
ritia enim carnali repellitur, ne spiritalis ei gladius  
inflegatur.

52. *His squamis obduratum cor Sauli, gracie sa-  
gittis patuit.* — Carnali sapientia contra Deum Saulus  
obduruerat, quando cor ejus nulla prædicationis,  
Evangelica sagitta nulla penetrabat. Sed postquam  
forti coitius increpatione jaculatus, et superno re-  
spectu cæcatus est (lumen quippe ut acciperet ami-  
sit), ad Ananiam veniens illuminatur. In qua **1107**  
illuminatione quia defensionum suarum duritia ca-  
ruuit, bene de eo scriptum est : *Ceciderunt quasi squa-  
mæ ab oculis ejus* (*Act. ix, 18*). Carnalis videlicet te-  
gumenti illam duritiam presserat, et idcirco radios  
veri luminis non videbat. Sed postquam superbæ re-  
pugnationes ejus viciæ sunt, defensionum ejus squa-  
mæ ceciderunt. Quæ quidem sub Ananise manibus  
ab oculis ceciderunt corporis, sed ante jam sub do-  
minica increpatione ceciderant ab oculis cordis.  
Cum enim altae invectionis jaculo confossum jaceret,  
humili jam et penetrato corde requirebat, dicens :

\* Gemet., duo Germ. et Val. Cl., qui illuc.

† Val. Cl., fiducie.

*Domine, quid me sis facies (Act. xi, 8)? Repete videlicet squamis, jam ad cordis viscera veritatis cogita pervenerat, quando, deposita elatione superbiae, cum quem impugnauerat, Dominum confitens, et quid ageret nesciens, requirebat. Intacti libet ubi est versus ille persecutor, ubi lupus rapax. [Vet. XXXII.] Ecce in ovem jam versus est, qui persecutorum pastoris semitam quam sequatur. Et notandum quod cum diceret: *Quis es, Domine (Act. xxi, 8)?* non ei a Domino respondet: *Ego sum unigenitus Patris, ego principium, ego Verbum aucto saecula. Quia enim Saulus incarnatum Dominum credere contemnebat;* et ejus humanitatis infirma desperaverat, de cunctis hunc quod contempserat audiret: *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequor (Ibid., 8).* Ac si diceret: *Hoc a me audi de superioribus, quod in me de inferioribus despiciens.* \* Auctorem cuius venisse desperatus in terram, ex terra erga hominem cognoscere de cunctis, ut tanto in me amplius sacramenta infirmitatis metus, quanto et hoc producia in ecclesiis ad excellentiam potestatis prebas. Prosternens igitur te, nequam tibi hoc astre quod ante misericordia Deum sum; sed illud a me audis quod de me credere dignaris. Postquam enim dixit Iesus, adhuc in expressionem terrae inhabitationis subdidit Nazarenum; velut si apertius diceretur: *Humilitatis mea infirma suscipe, et tuus superbiae squamas capilla.**

53. In hypocritis deriores illas squamas. Malitiosas mentes hereticis similes. — Scindunt tamen est quod ista defensionum squamas, quoniam pone omnia huminum genus coelant, hypocritarum tamen specie illitter et callidorei huminum mentes preueniunt. Ipsi etiam calcas suas tantu vehementius confitentis refugiunt, & quanto se statius videri ab hominibus peccatores erubescunt. Correpta itaque sonitatis simulatio, et malitia oculua reprehensa, squamas objecti defensionis, et veritas a gladio repellit. Unde bene per Prophetam contra Iudeam dicitur: *Ibi evanesis lamia, et invicti sibi requiem, ibi habuit foream hereticus (Isai. xxiv, 14, 15).* Per lamias igitur hypocritas, per hereticum vero malitiosos quippe, qui diversis se defensionibus evanescunt, designantur. Lamia etenim humanae habere dicuntur faciem, sed corpus bestiale. Sic et omnes hypocrites in prima facie quod ostendunt quoniam ex ratione sonitatis est; sed bestiale est corpus quod sequitur, quia valde iniqua sunt quae sub boni specie molentur. Heretici autem nomine malitiosorum maxime defensione designantur, quia violenter hereticus cum apprehendit eum et caput carniter, 110 et pedes evidenter, et corpus embo compicunt; sed maxime pro apprehensione fuerit, semitipoum in spharam colligunt,

\* Val. Cl., ut auctorem egi discas venisse in terram. Laud., Ebroic., Gemet., Prate!, et duo Germ., pro despensus, habent desperas, vel desperas.

† Ita prator. Germ. omnes Mas. nostri et vel. Edis. At Gilot., Utic., Gussany., cum jam dicto Gerini., loco stultus, habent egius.

\* Al., caligosis, ut legitur in dyob, Germ...Gemet. illisque vetustiorib. Cod.

A pedes intromissa subtrahit, caput abscondit; et intra tenentis manus totum simile amictum, quod totum simile ante videbatur. Sic nimisque sic multitudines mentes sunt, cum in suis excusibus comprehenduntur. Caput enim hereticorum curvatur, quia quo initio peccator ad culpam accesserit videtur. Pedes hereticorum conspicuntur, quia quibus vestigis noctis sit perpetrata cognoscitur; et latentes, adductio repeate excusationibus, multitudo mens intromissa pedes colligit, quia curvata iniquitatis cum vestigia abscondit. Caput subtrahit, quia maris defensionibus nec fluctuantes ea pravum quicquid ostendit; et quamvis sphera in mandatorum remaneat, quia is qui corripit, omnia que juxta cognoverat subito amittens, invictum ipsa conscientiam peccatores tenet, et qui totum juxta reprehendendo videbat, tergiversatione pravae defensionis illucus, talum perire ignatur. Poco ergo hereticis in reprobis habet, quia multitudo mens esse intra se colligens in tembris defensionis abscondit. Sed in hoc quod se peccator excessat, in hoc quod a caligosis defensionibus fixa in se oculum corripientis obstat, divisa nobis sermo etiam quoniam a similibus factiatur ostendit. Sequitur:

#### CAPUT XXX [Vet. XXXIII].

Vera. 7. — Una uni conjugatur, et ne spiracula quidem incedit per eas.

54. Iniqui alterna se invicem defensione trahunt. — Iste separans peccatores, ne ab ore predicationis aliquo vitio spiraculo penetrante, et obdurata senti et conjungatur. \* Quos enim similes reatus socialis, concordi pertinacia etiam defensione perverba constipat, ut de scinderibus suis alterna se invicem defensione trahantur. Sibi enim quisque metuit, dum admonescit vel corrigi alterum cornuit; et ideo contra corripientium verba unanimiter assurgit, quia se in altero protegit. Bene ergo dicitur: *Una uni conjugatur, et ne spiracula quidem incedit per eas, quia in iniquitatibus suis, dum visusim superba se defensione protegunt, sanctas exhortationis spiracula ad se multo inter se permittunt. Quorum posteriorum concordiam adhuc aportina subdidit, dicens:*

#### CAPUT XXXI.

Vera. 8. — Una alteri fiduciarum, et tenentes se nequitanter separabuntur.

55. Qui divisi via corrigi poterant, quoniam omnes debuerunt uniti? — Qui enim divisi corrigi poterant, in iniuriam suam pertinacia uniti perdurauit, et tanto magis quotidie & a cognitione justitiae separabiliores sunt, quanto a se invicem nulla incipiuntur separari. Nam sicut esse noxiuni solet si unitas debet bonis, ita perniciosem actum si non debet malis.

d Gemet., inspiraculum, et ita semper postea.

\* Gemet., alio sensu, quos enim similes reatus sunt.

\* In Vulgata, ad hereticis. At in Hebreico forte plor. usurpatur, legiturque ad litteram: vir fratri suo adherebut.

\* Gemet., a cognitione... sunt. Habent etiam sunt. plerique Mas. Corb. Germ., a cognitione... sunt.

Perverces quippe unitas correborat, dum concordat; et tanta magis incorrigibles, quanto unanimis faciunt. De hac unitate reproborum per Sapientem dicitur: *Stupra collecta, synegata peccantum (Ecclesiastes, 10).* De hoc Nequam propheta ait: *Sicut spinis impicem se complicitus, sic consimilis sororu pariter perversum (Ecclesiastes, 1, 10).* Conspicuum namque reproborum est deterretio temporalium velupitata, in quo nimurum certius pariter poterit qui delectationis suae illecebribus 1110 se concorditer debet. Igmar quia membra Leviathan intitul, id est iniqus manus, quos Dei sermo equum amissionebus comparat, ad defensionem suam per os ipsa recordat, henc dicitur: *Qui ait: adiutor meus, et tenet me se superquam aperit ostendens. Tementes enim se separari nequerunt, quia eo ad defensionem suam vicissim consiliariuntur, quo se sibi per omnia similes esse reciperentur.* Descriptio itaque ejus corpore, ad caput sermo reducitur, et quid per sensuipm extrema persecutiois tempore antiquae hostis exercitat angustiarum. Nam subiicit:

## CAPUT XXXIV [Vat. XXXIV, Rec. XXV].

Vers. 9. — *Scirnitatio ejus apud eum agnis.*

56. Quaeconque communio ex Antichristi signis et partibus dividenda. — Quid melius exponamus, si prius sternutatio quomodo agitur indagamus. In sternutacione quippe indicatio a parte exorsus, que cum expostis ad emundandum pores non intermit, cerebrum tangit, et congesta per narres exire, totum caput proutum concutit. In hoc itaque Leviathan corpora, ut mihi sive in malignis spiritibus, sive in reprobis hominibus, qui illi per similitudinem iniuriantis infunduntur, quasi indutio surgit a postero, dum clavis se erigit ex sensu scendi potestate. Quia quasi ad emundandum pores non invanit, quia in hoc quod exortus est ex excellitur, disponente Deo, quantum apparet prouidere prohibetur. Exsurgens autem ceterum tangit et concutit, quia collecta galea Satanae sensum in fine mundi b arctius percepit, et caput turbat, dicta ipsius auctoriter malignorum spirituum per summa qui Antichristus dicitur, in persecutioe fidelium vehementius exercitat. Tunc congesta indutio per ejus narres agreditur, quia tota superbicie ejus iniqutes aperit malitia scutibus demonstratur. Quia ergo sternutatio caput maxime concutit, Leviathan fatus sternutatio vocatur illa ejus extrema commotio qua damnatum hominem ingreditur, et per eum reprehens principatur. Qui sapientia Iudee virtute se communio, ut membra Domini, si potest fieri, etiam electa penitentia; dentis signum et prodigiis utitur, ut miraculorum potentia quasi quedam iugis impunita respicientes nideantur. Quia ergo communio caput illius animalis obsecrare astitit, recte ejus sternutatio

A tali splendor ignis vocatur. In eo enim quod se ad persequendos justos commovet, ante reproborum oculos signorum virtutibus invicit. Et quia ejus tyrannidi sapientes mundi adherent, eorumque consilii omne quod primum molitur exercet, recte subjungitur:

## CAPUT XXXIII [Vat. XXXV].

Iste. — *Ei oculi ejus ut palpebras diluculi.*

57. Oculi ejus, id est consiliarii, cur palpebris diluculi comparantur. — Per oculos quippe, qui, inherentes capiti, utilitati visionis inserviant, non immortali ejus consiliarii designantur, qui dum perversis machinationibus quae quæstus agenda sunt, prævident, malignis ejus operaritis quasi ostensem pedibus fieri præbent. Qui recte palpebris diluculi comparantur. Palpebras namque diluculi, extremas noctis horas accipimus, in quibus quasi nox oculos aperit, dum ventura lucis Jam initia ostendit. Prudentes igitur sæculi, malitia Antichristi perversis consiliis inherentes, quasi palpebrae sunt diluculi, quia idem quam in Christo inveniunt quasi erroris noctem assentient, et venerationem Antichristi verum esse manu pollicentur. Spondent enim se tenebras repellere et veritatis lucem signis clarescentibus 1110 nuntiare, quia nec persuadere que volent possunt, nisi exhibere se meliora fateantur. Unde Mc ipse colubet in paradiiso primis hominibus loquens (Genes. iii, 5), in eo quod se melius aliquid providere simulavit, quasi diluculi palpebras aperuit, quando in innocenteribus mentibus humanitatis ignorantiam reprehendit, et scientiam divinitatis promisit. Quasi ignorantie enim tenebras repellet, et aeternam scientiam divinum mane nuntiabat, dicens: Aperiunt oculi vestri, et eritis sicut dei, scientes bonum et malum (Ibid.). Ita in illo tunc damnato homino ventris, ejus oculi palpebris diluculi comparantur, quia sapientes illius simplicitatem veræ fiduciæ quasi transactæ noctis tenebras respuunt, et ejus signa mendacia quasi exsurgentis solis radios ostendunt. Sed quia Leviathan iste non solum habet oculos qui malignis consilia perversa provideant, sed os quoque ad pervertendas mentes hominum aperit, quoniam per predicatorum pravos ad diligendam erroris fallaciam auditorum corda succedit, apte subjungitur:

## CAPUT XXXIV [Rec. XXVI].

Vers. 10. — *De ore ejus lampades procedunt.*

58. Os Antichristi sunt ejus predicatores. — Qui enim provident oculi, qui autem prædicant os vocantur. Sed de hoc ore lampades exeunt, quia mentes audientium ad amorem perfidiae accidunt; et unde quasi per sapientiam lucent, inde procul dubio per nequitiam concremant. Sed qualis d ipsa sapien-

taecon l. xxxiii, n. 23. Non aliter laudat sanctus Doctor scriptorem Itri Sapientem, ut videre licet lib. xix, n. 26.

b Pratell., acris.

c Gemell., et ejus ignis.

d Duo Germ., Ebroic., Comet. et al., ipsa sapientia.

<sup>a</sup> Comet., Pratell., Uri., Vindac., Val. Cl., duo Germ. et pler. Mss., per Salomonem. Quod observatione dignum, quia sive conspicere licet Gregorium Salomonis librum Ecclesiastici tribuisse. Sepe tamen ab aliis librum Iudac, dissimulato Salomonis nomine. Ita l. xx Moral., n. 51: *Recte quaque per quemdam sapientem dicitur. Vide l. xvii, n. 37 et 33,*

tia eorum lux sit ostenditur, cum protinus subinseratur :

#### CAPUT XXXV [Vet. XXXVI].

*Ibid. — Sicut tæda ignis accensæ.*

**59. Ardent per malitiam, lucent per virtutis simulationem.** — Ecce jam hypocrisia eorum aperte describitur quorum prædicatio tædarum lampadibus comparatur. Tæda enim cum accenditur odorem quidem suavem habet, sed lumen obscurum. Ita isti prædicatores Antichristi, quia sanctitatis sibi speciem arrogant, sed tamen opera iniquitatis exercent, quasi blandum quidem est quod redolent, sed nigrum quod lucent. Oalent enim per simulationem justitiae, sed obscurum ardent per nequitiae perpetrationem. Quorum simulationis malitiam Joannes in Apocalypsi brevi descriptione comprehendit, dicens : *Vidi aliam bestiam ascendente de terra, habentem duo cornua similia agni, et loquebatur ut draco* (Apoc. XIII, 14). Priorem quippe bestiam, id est Antichristum superiore jam descriptione narraverat; post quem etiam hæc alia bestia ascendisse dicitur, quia post eum multitudo prædicatorum illius ex terrena potestate gloriatur. De terra quippe ascendere est de terrena gloria superbire. Quæ habet duo cornua agni similia, quia per hypocrismum sanctitatis eam quam <sup>a</sup> in se veraciter Dominus habuit <sup>b</sup> singularem sibi iuvesse et sapientiam mentitur et vitam. Sed quia sub agni specie auditoribus reprobis serpentium virus <sup>c</sup> infundit, recte illic subditur : *Et loquebatur ut draco.* Ista ergo bestia, id est prædicantium multitudo, si aperte ut draco loqueretur, agno similis non appareret; sed assumit agni speciem, ut draconis exerceat operationem. Quod hic utrumque per tædarum lampades exprimitur, quia et obscurum ardent per effectum malitiae, et quasi suave redolent per simulationem vite.

**60. Multi jam exstant Antichristi prædicatores. Eorum vita exploranda ut moneta. Antiquorum patrum institutis concordet.** — Sed nequaquam estimandum est quod tunc solum Antichristi prædicatores apparebunt, et nunc ab humanis deceptionibus desunt. Modo **111** namque priusquam per semetipsum appareat, nounulli illum vocibus, <sup>d</sup> plerique autem moribus prædicant. An prædicatores simulationis illius non sunt, qui cum sacros Dei ordines obtinent, fugientem totis desideriis mundum tenent; qui <sup>e</sup> virtutes esse ostendunt quæ faciunt, sed vitium est omne quod agunt? [Vet. XXXVII.] Sed electorum mens quanto magis internæ luci inhæret, tanto subtilius quo modo virtutes a vitiis discernere debeat videt. Quid autem mirum est hoc nos spiritualiter agere quod quotidie corporaliter cernimus nummularios implere? Qui cum numisma percipiunt, prius quali-

<sup>a</sup> Laud., ipse. Corb. Germ., paulo ante, qui *habet*, pro *quæ*.

<sup>b</sup> Ebrioic., singulariter.

<sup>c</sup> Turon., duo Germ. et pl., infunditur.

<sup>d</sup> Gemet. et Corb., Germ., plerique autem moribus prædicatores illius simulationis sunt, qui.

<sup>e</sup> Val. Cl. et Germ., qui *virtutis esse*.

A tatem illius, post figuram, ad extreum vero pondus examinant, ne aut sub auri specie æs lateat, aut hoc quod veraciter aurum est monete reprobare figura dehonestet; aut quod et aurum, et recta figura est, hoc non integrum pondus legivet. Cum igitur mira ignororum hominum facta conspicimus, residere ad mentis nostræ trutinam quasi solentes nummulari debemus, ut prius discretio aurum examinet, ne sub virtute se vitium occultet, et quod præva intentione agitur, recti visione pallietur. Cujus si intentionis qualitas approbatur, <sup>f</sup> impressæ mox formulæ figura querenda est, si a probatis monetariis, id est ab antiquis patribus ducitur, et ab eorum vita similitudine nullo errore vitiatur. Cum vero et per intentionem qualitas, et recta per exemplum figura cognoscitur, restat ut integrum ejus pondus exquiratur. Bonum quippe quod per signa et miracula coruscat, si perfectionis summam non habet, pensari sollicite per cautelam circumspectionis debet, ne dum imperfecta res <sup>g</sup> quasi pro perfecta accipitur, in accipientis damnum vertatur. Prædicatores itaque Antichristi quomodo veram numismatis qualitatem tenent, qui in his quæ agunt intentionis rectas vim nesciunt, quia per hæc non coelestem patriam, sed calmen gloria temporalis exquirunt? Quomodo a monetæ figura non discrepant, qui ab omni pietate justorum justos persequendo discordant? Quomodo in se integratatis pondus ostendunt, qui non solum humilitatis perfectionem nequaquam assecuti sunt, sed neque ipsam primam ejus januam contigerunt? Hinc ergo, hinc electi cognoscant quomodo eorum signa despiciant, quorum profectio actio omne quod a piis patribus gestum memoratur impagnat. Sed ipsi quoque electi dum tot signa conspiciunt, dum contemnentes vitam tanta ejus miracula perhorrescant, quoddam dubietatis nubilum in corde patiantur, quia dum se per prodigia illius malitia elevat, in istis aliquatenus visus certior caligat. Unde recte subditur :

#### CAPUT XXXVI [Rec. XXVII].

*Vers. 11. — De naribus ejus procedit fumus.*

**61. Visis Antichristi prodigiis, electi turbabuntur et titubabunt. Ut in errore plene capiantur fieri non possint.** — Oculorum quippe acies sumo sauciatur. Fumus ergo de ejus naribus procedere dicitur, quia de miraculorum ejus insidiis ad momentum caliginosa dubietas etiam in electorum corde generatur. De Leviathan naribus fumus exit, quia ex ejus prodigiis mendacibus etiam bonarum mentium oculos trepidationis caligo confundit. Tunc namque in electorum cordibus conspectis terrilibus signis, obscura cogitatio congregatur. Unde **112** hoc quod jam supra protalus veritatis ore per Evangelium dicitur :

<sup>f</sup> Turon., Laud., Val. Cl., Gemet. et Corb. Germ., recta.

<sup>g</sup> Germ., Turon., Laud. et al., impressæ mox formulae figuræ.

<sup>h</sup> Val. Cl., quasi perfecta. Turon. et duo Germ., quasi pro perfectio.

Surgent pseudochristi et pseudoprophetae, et dabunt signa<sup>a</sup> et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi (Marc. xiii, 22). Quia in re valde querendum est quomodo aut hi qui electi sunt induci in errorem possunt, aut cur Si fieri potest quasi ex dubietate subditur, cum quid<sup>b</sup> faciendum sit Dominus omnia praesciens præstolatur. Sed quia electorum cor et trepida cogitatione concutitur, et tamen eorum constantia non movetur, una hac sententia Dominus utrumque complexus est, dicens: *Ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.* Quasi enim iam errare est in cogitatione titubare; sed protinus Si fieri potest subjungitur, quia procul dubio fieri non potest ut in errore<sup>c</sup> plene electi cipientur. Bene autem in hac sumi caligine ipse etiam animorum fervor exprimitur cum protinus subinfertur:

## CAPUT XXXVII.

Ibid. — Sicut olla successæ atque ferventis.

62. Quanto tunc zelo æstuabunt. Quid diabolus sumo pestiferi halitus, in humanis cordibus operetur. Deus nisi a tranquillo corde cognosci non potest. — Velut enim olla servens est unaquaque tunc anima, cogitationum suarum impetus quasi spumas ardantium undarum sustinens, quas et ignis zeli commovet, et ipsa temporalis oppressio more ollæ intrinsecus clausas tenet. Unde Joannes quoque cum hujus bestiæ signa narraret, adjunxit: *Ita ut ignem faciat de celo descendere* (Apoc. xiii, 13). Ignem quippe de celo descendere est de coæstibüs electorum animis sancti zeli flamas emanare. [Vet. XXXVIII.] Quia vero Leviathan iste alias non solum serpens, sed etiam regulus dicitur, pro eo quod immundis spiritibus, vel reprobis hominibus principatur, sicut Isaías ait: *De radice colubri egredietur regulus* (Isai. xiv, 29), inspicendum nobis summopere est qualiter regulus perimat, ut, ex operatione regali, hujus nobis malitia apertius innescat. Regulus namque non morsu perimit, sed flatu consumit. Sæpe quoque aërem flatu afficit, et quidquid vel positum longe contigerit sola narium inspiratione tafefacit.

63. Hinc, ergo, hinc pensare compellimur, per hoc quod de naribus ejus fumus procedere dicitur, etiam priusquam apertus appareat, quid quotidie in humanis cordibus sumo pestiferæ exhalationis operetur. Quia enim, sicut et superius diximus, sumo oculorum acies infirmatur, non immerito de ejus naribus fumus procedere asseritur, cuius noxiis inspirationibus prava in humanis cordibus cogitatio nascitur, per quam acies mentis obtunditur, ne lux interna videatur. Quasi enim flatu narium caliginem emittit, quia in reproborum cordibus insidiarum suarum aspirationibus ex amore vite temporalis æstum congerit multiplicium cogitationum. Et velut sumi globos multiplicat, quia inanissimas praesentis vitæ curas

<sup>a</sup> Editi cum MSS. duo Germ., signa magna, quæ ultima vox absit a MSS. Vindoc., Norm., etc., nec legitur aut in Vulgata, aut in texu Græco.

<sup>b</sup> Vindoc., Ebroic, et al., quid futurum sit, Corb. Germ., quid fiendum sit.

<sup>c</sup> Al., plane, ut in Laud. legitur.

## PATROL. LXXVI.

in terrenorum hominum mente coacervat. Iste fumus ex ejus naribus prodiens aliquando ad tempus etiam electorum oculos tangit. Hunc namque intrinsecus sumum patiebatur Propheta, cum dixit: *Turbatus est præ ira oculus meus* (Psal. vi, 8). Hujus inundatione premebatur, dicens: *Cor meum confutatum est in me, et lumen oculorum meorum non est mecum* (Psal. xxxvii, 11). Fumus quippe iste obtundit aciem cordis, quia caligini, suæ nubilo serenitatem intimæ turbat quietis. **113** Cognosci vero nisi tranquillo corde non potest Deus. Unde per eumdem prophetam rursus dicitur: *Vacate et videte quoniam ego sum<sup>d</sup> Deus* (Psal. xlvi, 11). Vacare autem mens non potest quæ hujus sumi inundationibus premitur, quia in ea terrenarum cogitationum voluntaria ex praesentis vitæ amore glomerantur. Lumen ergo quietis<sup>e</sup> internæ hoc fumo aminitur, quia curarum prurigine cordis oculus dum confunditur tenetratur.

64. Iste fumus aliter electorum mentes turbat, aliter reproborum oculos excœcat. — Sed fumus iste aliter electorum animos turbat, aliter reproborum oculos excœcat. A bonorum quippe oculis spiritualium desideriorum flatu respergitur, ne prævalente misera cogitatione densetur. In<sup>f</sup> reproborum vero mentibus quo se licentius per tetras cogitationes colligit, eo ab eis funditus veritatis lumen tollit. Fumus iste reproborum cordibus quot illicita desideria ingerit, quasi per tot ante illos globos intumescit.

[Vet. XXXIX.] 65. In carnali anima, alii sumi concupiscentiae globi superius inanescunt, alii inferius surgunt. Vitia vitiis succidunt. — Et certe sumi globos novimus, quia cum alii superius inanescunt, alii inferius surgunt; sic et in cogitatione carnali, etsi alia pravitatis desideria transeunt, alia succidunt. Sæpe autem mens misera quid jam transierit videt, sed ubi adhuc retineatur non videt. Gaudet de quibusdam vitiis quod eis subjecta jam non sit, et præcavere ac gemere negligit, quia eorum vice successerunt alia, quibus fortasse nequius succumbit; sieque fit ut dum alia vicia transeunt, et semper alia succidunt, ab hoc serpente cor reproborum sine intermissione teneatur. Unde bene per Joel prophetam dicitur: *Residuum erucæ comedit locusta, et residuum locustæ comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo. Expercicimi erubet, et flet* (Joel. 1, 4, 5). Quid enim per erucam, quæ loto corpore in terra repit, nisi luxuria designatur? quæ cor, quod tenet, ita polluit, ut in superioris munditiae surgere amorem non possit. Quid per locustam quæ saltibus evolat, nisi inanis gloria exprimitur, quæ se vanis præsumptionibus exaltat? Quid per bruchum, cuius pene totum corpus in ventrem colligitur, nisi edendi inguvies figuratur? Quid per rubiginem, quæ damp

<sup>d</sup> Gemet. et Corb. Germ., Dominus.

<sup>e</sup> Norm., Vindoc., Laud., Val. Cl. et duo Germ., æternæ.

<sup>f</sup> Gemet., Pratel., Val. Cl. et duo Germ., præsum.

git incendit, nisi ira innuitur? Residuum ergo erucæ locusta comedit, quia sæpe cum luxuriæ vitium a mente recesserit, inanis gloria succedit. Nam quia jam per amorem cordis non sternitur, quasi sanctam se ex castitate gloriatur. Et residuum locustæ bruchi comedit, quia sæpe cum inani gloriæ, quæ quasi ex sanctitate veniebat, resistitur, vel ventri vel qui-buslibet ambitionis desideriis immoderatus indulgetur. Mens enim Dei nescia, tanto atrocius ad quemlibet ambitum ducitur, quanto nullo vel humanæ laudis amore refrenatur. Residuum bruchi rubigo consumit, quia sæpe dum ventris ingluvies per abstinentiam restringitur, \* iræ impatientia acrius dominatur; quæ more rubiginis quasi exurendo messem comedit, quia virtutum fructus impatientiæ <sup>b</sup> flamma tabefacit. Cum ergo vitia vitiis succedunt, agrum mentis alia pestis devorat, dum alia relinquit.

[Vet. XL.] 65. Ebrii sunt qui mundi hujus amore turbati, mala quæ patiuntur non sentiunt. — Bene autem illuc subditur: *Experciscimini ebrii, et flete* (*Ibid.*). Ebrii quippe vocati sunt qui, mundi hujus amore confusi, mala non sentiunt quæ patiuntur. Quid est ergo dicere: *Experciscimini, ebrii, 1114 et flete* (*Joel. 1, 5*), nisi somnum vestre insensibilitatis excutire, et, in devastatione cordis tui sibi succedentibus vitiorum pestibus, vigilantibus lamentis obviare? Per tot iglior globos de Leviathan naribus sumus surgit, per quot nimirum pestes frugem cordis reprobi occulta aspiratione consumit. Cujus adhuc sumi vim sollicite Dominus exprimit, cum illico sub-jungit: *Sicut ollæ succensæ atque ferventis.* Olla enim succendorum cum mens humana maligni hostis suastomibus instigatur. Olla autem servet cum jam eliam per consensum in desideriis pravæ persuasionis accenditur. Et tot undas quasi fervendo projicit, per quot se nequitas usque ad exteriora opera extendit. Hunc namque carnis conscientiæ, id est ollæ fervorem, ex Leviathan sumo venientem propheta conspexerat, cum dicebat: *Ollam succensam ego video, et faciem ejus a facie Aquilonis* (*Jerem. 1, 13*). Ab Aquilonis namque facie humani cordis olla succenditur, dum instigatione adversarii spiritus illicitis desideriis inflammatur. Ille namque qui ait: \* *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis* (*Isai. xiv, 13*), mente quam semel ceperit malignis persuasionsis suarum flatibus, quasi suppositis ignibus, accendit, quatenus, non contenta præsentibus, indesinenter per desideria sustinet, ut alia contemnenda appetat, alia adepta contemnat: ut modo suis compensatis inhibet, modo alienis commodis etiam cum proprio detrimento contradicat, modo carnis illecebris satisfaciat, modo quasi in quadam culmine per cogitationis superbiam raptâ, carnali cura postposita,

\* *Gemet. et Corb. Germ., ira impatientia.*

<sup>b</sup> *Gilot., Vatic., Gussauv., labescit; repugnantibus MSS. et vet. Edit.*

<sup>c</sup> *Germ., Laud. et Val. Cl., ponam sedem meam ad aquilonem, ero similis Altissimo.*

\* *Turon., facibus.*

<sup>c</sup> *Turon., Gemet., Vindoc., Germ., typo. De hac*

A totam se in \* typho elationis attollat: Quia ergo cor per varia desideria abducitur, quod in stationibus Leviathan istius inflammatur, recte ejus sumus succensæ et serventi olle similis esse prohibetur, quia per tot se servores <sup>f</sup> afflata ejus translationibus conscientia erigit, per quod intra se cogitationes intumescit. Quod verbis aliis adhuc veritas apertius exsequitur, dum subjungitur:

#### CAPUT XXXVIII [Rec. XXVIII].

VERS. 12. — *Halitus ejus prunas ardore facit.*

67. *Carnalis mens, tanquam pruna flatu diaboli inflammata.* — Quid enim prunas nisi succensas in terrenis concupiscentiis reproborum hominum mentes appellat? Ardent enim cum quodlibet tempore appetunt, quia nimirum urunt desideria quæ quietum

B ac integrum esse animum non permittunt. Toties igitur Leviathan <sup>e</sup> halitus prunas accendit, quoties ejus occulta suggestio humanas mentes ad delectationes illicitas pertrahit. \* Alias namque superbæ, alias invidiæ, alias luxuriæ, alias avaritiae facibus inflammatis Superbia quippe <sup>b</sup> faciem menti Evei supposuit, cum hanc ad contemnenda verba dominica jussionis instigavit (*Genes. iii, 5*). Invidiæ quoque flamma Cain animum succendit, cum de accepto fratris sacrificio doluit, et per hoc usque ad fratricidii facinus pervenit (*Genes. iv, 8*). Luxuriæ facibus eoz Salomonis exussit, quem tanto mulieribus amore subdidit, ut, usque ad idolorum venerationem deductus, dum carnis delectationem sequeretur, conditoris reverentia oblisceretur (*III Reg. xi, 4*). Avaricie quoque igne Achab animum concrenavit, cum eum ad appetendam alienam vineam impatientibus desideriis impulit, et per hoc usque ad reatum homicidii pertraxit (*III Reg. xi*). Tanto igitur Leviathan iste halitu in prunis flat, **1115** quanto anni si suggestionis occultæ humanas mentes ad illicita inflammant. Unde et bene mox subditur:

#### CAPUT XXXIX [Vet. XL]

IBID. — *Et flamma de ore ejus egreditur.*

68. *Per Antichristum ardentius sævit. Non comburit nisi lignum, senum, stipulam. Ejusflammam extingunt lacryme.* — Flamma quippe oris ejus est ipsa instigatio occultæ locationis. Pravæ enim suasionis verba ad uniusenclusus animu[m] facit, sed flamma est quod de ejus ore egreditur, quia ardet in desideriis animos cum ejus suggestionibus instigator. Hæc quotidie suggerit, hæc usque ad præsentia vitæ terminum suggerere non desisit; sed tunc se nequius dilatat, cum <sup>i</sup> per illum damnatum hominem veniens, in hujus mundi se gloria apertius ostentat. Tunc ab ejus naribus vastior sumus procedit, quia humana corda signorum ejus admirationibus territa amplior instigatio percudit. Tunc ejus halitus vehe-

voce vide notam g ad cap. 6 hujus libri, num. 43, et l. xxxiiii, n. 25.

<sup>f</sup> *Gemet. et Corb. Germ., afflatu.*

<sup>g</sup> *Laud. altius.*

<sup>h</sup> *In Gilot. et Vatic., faciem; manifesto errore.*

<sup>i</sup> *Sc. Antchristum. Vide supra, l. xxxiiii, n. 22 et infra, l. xxxiv, n. 1, 29, et passim*

mentius prunas ardere facit, quia reproborum mentes, quas jam calentes amore gloriæ temporalis invenerit. **1116** suggestionis suæ flatibus usque ad nequitiam exercendæ crudelitatis incendit. Tunc de ore ejus flammæ egreditur, quia quidquid per se, quidquid per predicatores suos loquitur, ignis est quo instructuosa ligna concremantur. Igne autem terrenæ concupiscentia eorum iureta tangitur, qui nequam fieri pretiosæ metallæ concupiscunt. Qui ergo oris ejus non vult flammam astuci, juxta doctricis

A veri sententiam, non lignum, fenum, stipula, sed aurum, argentum, et pretiosus lapis eures invenerit (*J. Cap. vii, 12*), quia tanto ignis suasionis illius amplius incendit, quanto se ei ad consentiendum negligenter quisque prebuerit. Sed quia nulla ratione conceditur ut manus in hac corruptibili cache posita nequaquam suasionis illius ardore tangatur, restat ut malignis flatibus adjusta, ad gratianis operi se siue cessatione converterat. Flammam quippe suggestionum illius extinguit citius unda lacrymarum.

## LIBER TRIGESIMUS QUARTUS.

*Exponitur capitilis xli versus 13 cum reliquis, de diaboli præsertim superbia et savissimis in sanctos Antichristi persecutionibus.*

### CAPUT PRIMUM.

**A** 1. Senescente mundo, tribulationes cum temporibus crescunt. Diabolus tanto acris erit, quanto paucæ consummationi est riciplior. — Quia ex hoc mundo corpus gerimus, universitas termiaum ex ea quæ nos sumus parte pensamus. Citius quippe qualis sit mundi diuis agnoscimus, si sollicite appetimus hoc quod de mundo gestamus. Astas etenim nostra per juveniles annos robustus vigeat, in senili autem tempore crebresecutib; morbis excoquitor; et dum diutius discedit ut subsistat, moriendo viræ quotidie deficit per momenta vivendi. Ita etiam iuncti letopis dumq; yenientibus annis augetur, b; crebro-scientibus malis afficitur; et unde etatis augmentum percipit, inde salutis dispendium sentit. Tribulaciones namque illi cum temporibus crescunt, et eq; dehinenda vita debilior tolerat, quo quasi ad vitam proiecti durat. Totis enim contra illum hostis antiquis variis solvit, qui quamvis iam nunc interit pro eo quod supernæ conditionis beatitudinem amavit, tunc tamq; plenius existinguatur, quando, et a tentandi licentia abstractus, aeternis incendiis religatur. Unde et extrema mundi atrocies tentaturus aggreditur, quia tanto sit servitio per seæviam, quanto se viciniorum septit ad pœnam. Considerat quippe quod iusta sit ut licentiam nequissimæ libertatis amittat, et quantum brevitate temporis angustatur, tamq; multiplicitate crudelitatis expanditur, sicut de illo voce angelica ad Joannem dicitur: *Vae terreni et mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet* (*Apoc. xii, 12*). Tunc ergo in magna ira ferrorem se dilatat, ne qui in beatitudine stare non potuit, in damnationis suæ soveam cum paucis ruat. Tunc quidquid nequiter va'uerit, c; callidius exquirit; tunc cervicem superbiae altius erigit, et per damnatum illum quem gestat hominem omne quod temporaliter prævaleret nequiter ostendit. Unde et divina voce recte nunc dicitur:

\* Duo Germ., Laud., Gemet. et plur., ex ea quæ nos.

<sup>b</sup> Val. Cl., crescentibus matis.

<sup>c</sup> Idem Codex cum Germ., callidus.

<sup>d</sup> Ita Laud., Vindoe., duo Germ., Gemet., aliique

### CAPUT II [Rec. II].

**B** VERS. 13. — *In collo ejus morabitur fortitudo.*  
2. Superbia Antichristi accedit explendæ nequitia potestas. — Quid enim collo Leviathan istius, d; nisi elationis extensio designatur? qua. contra Deum se erigens, cum simulatione sanctitatis etiam tempore potestatis extollitur. Quin enim per collum superbia exprimitur, Isaías propheta testatur, qui Jerusalem alias redarguit, dicens: *Ambulaverunt extento collo* (*Ies. iii, 16*). In collo ergo Leviathan istius fortitudo demorari dicitur, quia elationi illius etiam subjuncta potentia suffragatur. Nam quidquid tunc superbe extollitur, quidquid callide machinatur, etiam cum virtute potentiæ sæcularis exequitur. Quod Daniel propheta intuens, ait: *Dolus in manu ejus dirigitur* (*Dan. viii, 25*). Dolus quippe in manu ejus est fraus in virtute, quia omne quod nequiter vult, hoc ad tempus exequi etiam fortiter potest. **C** Dolus vero ejus dirigit dicitur, quia fraudis ejus malitia nulla difficultate præpeditur. Hoc enim Leviathan iste vel vasa ejus habere crebro proprium splent, quod ad iniquitatis suscepsum cumulup ea quæ nequiter appetunt explore nequius poseunt.

**D** 3. Divini munieris est erga electos, quod cogitatum malum perpetrare nequeant. — Nam cum fortasse iniuriantur electi, atque in desideriis illicitis ruunt, in hoc plerumque divini munieris manu retinentur, quod voluntatis miseræ nullos effectus inveniunt. Cumque eorum votis validæ contrarietas nascitur, plerumque ex ipsa impossibilitate corriguntur, et mira interna dispositionis ordine, per conversationem mutatione malæ voluntatis sequitur, dum per infirmatem perfecti denegatur. Hinc est enim quod, sub specie uniuscuiusque animæ, de infirmante Iudea, atque in pravis itineribus gradiente, per prophetam Dominus dicit: *Ecco ego sepiam viam tuam* **1117** *spinis, et sepiam eam maceria, et semitas suas non inveniet, et sequetur amatores suos, et non apprehenderet eos, et queret eos, et non inveniens dicet: Vadam et*

Norm. In Editis veteribus et recentioribus, ostensio.

\* In Laud., post hæc verba, dolus vero, ad marg. legitur: *in manu ejus*. Alii MSS., *dolus ergo ejus*.

<sup>a</sup> Laud., duo Germ., Vindoe., Gemet., aliique

Norm., et non inveniet, et dicet.

*revertar ad virum meum priorem, quia mihi bene erat tunc magis quam nunc* (*Osee. ii, 6*). Spinis enim electorum viae sepuntur, dum \* dolorem punctionis inveniunt in hoc quod temporaliter concupiscunt. Quasi interposita maceria b viis eorum obvia, quorum nimirum desideria c perfectionis difficultas impugnat. Horum prolecto anime amatores suis querunt, et non inveniunt, dum sequendo malignos spiritus, nequaquam eas quas appetunt huius saeculi voluptates apprehendunt. Bene autem subditur quod ex ipsa difficultate mox dicat: *Vadami et revertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc* (*Matth. xii, 41*). Prior quippe vir Dominus est, qui castam sibi animam sancti Spiritus interposito amore conjunxit. Quem tunc mens uniuscujusque desiderat, cum multiplices anaritudines velut quasdam spinas invenit in iis delectationibus quas temporaliter concupiscit. Nam dum adversitatibus mundi quem diligit mordeti anima coepit, tunc plenius intelligit quanto illi cum priore viro melius fuit.

4. *Quos voluntas prava pervertit, saepe corrigit adversitas.* — Eos ergo quos voluntas prava pervertit, plerumque adversitas corrigit. Unde et nimis timendum est ne sequantur prospera cum desiderantur inusta, quia difficilius malum corrigitur, quod perfectionis etiam prosperitate fulcitur. Leviathan itaque iste qui cum membris suis aeternis est cruciatibus deputatus, et dolus in manu ejus dirigitur, et in collo ejus fortitudo demoratur, quia hoc quod temporaliter perversa contra bonos voluntate desiderat, perversiore facultate consummat, ut tanto ei de adversitate in praesenti nil obstet, quanto ei in posterum de prosperitate nihil remanet. Et quia omnis qui per versis moribus amicitias ejus innotescit prius veras aentis divitias amittit, apte subjungitur:

### CAPUT III [Vet. II, Rec. III].

IBID. — *Et faciem ejus praecedet egestas.*

5. *Electorum paupertas est caelestes divitias amittere.* — Per faciem quippe solet notitia designari. Unde scriptum est: *Et facies mea praecedet te* (*Exod. xxxiii, 14*), id est notitia ducatum praebet. Scendum vero est quod egestas in sacro eloquio aliter electorum ponitur, atque aliter reproborum. Egestas namque electorum est, cum verae divitiae caelestis patrise ad eorum animum redeunt, et in hoc ærumeno presentis vita exilio positi, pauperes se esse meminerunt. d Illas quippe divitias sine cessatione suspirant, de quibus Paulus dicit: *Ut sciat quis sit spes vocationis ejus, et quae divitiae gloriae hereditatis ejus in sanctis* (*Ephes. 1, 18*). Et quia adhuc eas nequaquam conspiciunt, studiose interim in ærumnastiis paupertatis genunt. Hanc procul dubio paupertatem Jeremias inspexerat, cum dicebat: *Ego*

\* Al., dolorum punctiones.

b Sic legendum persuadent MSS. tum Angl., tum nostri, veteres Ed. et praesertim ratio. Unde non parum miramur irrepuisse vis, pro viis, in Gilot., Vatic., Gussani. Edit. et tam crassum mendum tot in illis Excusis suis propagatum.

A vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus (*Thren. iii, 1*). Virga enim indignationis Dei est percussio distinctionis. Quam indignationem tunc homo pertulit, cum ex paradiso pulsus, veras interni gaudii divitias amisit (*Genes. iii, 24*). Sed quia electi quique incessanter conspiciunt quod in praesentis vita penuriam ab illa potestatis ingenitæ facultate ceciderunt, bene dicitur: *Ego vir videns paupertatem meam* (*Thren. iii, 1*). Quisquis enim haec adhuc visibilia appetit, peregrinationis suæ malum

**1118** non intelligit, et hoc ipsum quod patitur videre nescit. Hanc paupertatem David propheta intuens, ait: *Infirmata est in paupertate virtus mea* (*Psal. xxx, 14*). In paupertate etenim virtus infirmari dicitur, quia lapsus in hac peregrinatione animus, et corruptionis suæ molestiis reverberatus, hoc quod perdidit contemplari præpeditur.

6. *Hanc paupertatem reprobi nesciunt. Virtutum divitias vacuantur, nec intelligunt.* — Sed haec paupertatem reprobi considerare nesciunt, quia dico sequuntur ea quæ conspiciunt, cogitare invisibilitia negligunt quæ perdidierunt. Unde et egestas eorum proprie dicitur, quia dum replentur vitiis, virtutum divitias vacuantur. Quibus saepe evenit ut per elationis dementiam sublevati, dum nequaquam reuinæ suæ damnæ considerant, esse se etiam a bonis actionibus inopes non cognoscant. Unde voce angelica prædicatori Laodiceæ dicitur: *Dicte quod dives sum, et locupletatus, et nullius ego, et nescis quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus* (*Apoc. iii, 17*). Quasi divitem se asserit, qui per arrogatiæ sanctitatis extollitur, sed pauper, cæcusque et nudus arguitur. Pauper utique, quia virtutum divitias non habet; cæcus, quia nec paupertatem quam patitur videt; nudus, quia primam stolam perdidit, sed pejus, quia nec se perdidisse cognoscit. Quia ergo, ut diximus, egestas reproborum est defraudatio meritorum, recte de Leviathan dicitur: *Faciem ejus praecedet egestas.* Nemo quippe cognitioni ejus jungitur, nisi prius virtutum divitias denudetur. Prius enim bonas cogitationes subtrahit, et tunc eis aperte notitiam suæ iniquitatis infundit. Egestas ergo faciem illius præcedere dicitur, quia prius facultas virium f perditur, ut quasi per familiaritatem postmodum ejus notitia cognoscatur. Vel certe quia multis ita fraudulenter subrepit, ut ab eis comprehendendi nequaquam possit, et sic eorum virtutes evanescunt, quatenus astutia suæ malitiam non ostendat, faciem ejus egestas præire perhibetur, ac si aperte diceretur, quia cum insidians tentat, priusquam videatur expoliari. Hinc est enim quod de Ephraim per prophetam dicitur: *Comederunt alieni robur ejus, et ipse ignoravit* (*Osee vii, 9*). Alieni quippe intelligi apostolæ angeli solent, qui robur comedunt, dum

c Id est, difficultas perficiendi et opere complendi desideria.

d Longip., ad illas quippe. In Corb. Germ., post meminerunt, legitur de quibus; cetera omittuntur.

e Ebroic., cogitationi.

f Laud., præpeditur.

virtutem mentis pervertendo consumunt. Quod Ephraim et pertulit, et nescivit, quia in temptatione malignorum spirituum et robur animæ perdidit, et hoc ipsum quia perdiderit non intellexit. Leviathan ergo faciem egestas antecedit, quia negligentium mentes ante tentando spoliat, quam ejus insidias is qui tentatur agnoscat. Per hoc ergo quod dictum est : *In collo ejus morabitur fortitudo, virtus violentiae ostenditur.* Per hoc vero quod subditur : *Et faciem ejus præcedet egestas; fraudis subtilitas designatur.*

7. *Ante adventum Antichristi, virtutum signa Ecclesiae subtrahentur, aut pauca supererunt.* — Quamvis de eo quod ejus faciem egestatem præire cognoscimus, suspectis aliud quod tamen tristius exponamus. Terribili quippe ordine dispositionis occultæ, priusquam Leviathan iste in illo damnato homine quem assumit appareat, a sancta Ecclesia virtutum signa subtrahuntur. Nam prophetia absconditur, curationum gratia aufertur, prolixioris abstinentiae virtus immunitur, doctrinæ verba conticescunt, miraculorum prodigia tolluntur. Quæ quidem nequaquam superna dispensatio **1119** funditus subtrahit, sed non hæc sicut prioribus temporibus aperte ac multipliciter ostendit. Quod tamen mira dispensatione agitur, ut una ex re divina simul pietas et justitia compleatur. Dum enim subtractis signorum virtutibus sancta Ecclesia velut abjectior appareat, et bonorum præmium crescit, qui illam pro spe cœlestium, et non propter præsentia signa venerantur, et malorum mens contra illam citius ostenditur, qui sequi quæ promittit invisibilia negligunt, dum signis **C** visibilibus non tenentur. Dum igitur humilitas fidelium multitudine et manifestatione signorum quasi destituitur, terribili occultæ dispositionis examine inde bonis misericordia largior, unde malis justa ira cumulatur. Quia ergo Leviathan iste priusquam manifestus et conspicuus veniat ex magna parte in sancta Ecclesia signa virtutum cessant, recte nunc dicitur : *Faciem ejus præcedet egestas.* Ante enim a fidelibus miraculorum divitiae subtrahuntur, et tunc contra eos antiquus ille hostis per aperta prodigia ostenditur, ut quo ipse per signa extollitur, eo a fidelibus sine signis robustius laudabiliusque vincatur. Quanvis etiam fidelibus in ejus certamine signa non deerunt, sed tanta erunt illius, ut nostrorum aut pauca, aut nulla videantur. Quorum nimurum virtus omnibus signis sit potior, cum omne quod ab illo terribiliter fieri conspicit, per internæ constantie calcem premit. Sed malignus hostis tanto contra eos acriori immanitate se exhibet, quanto se despici etiam clarescentibus miraculis dolet. Totum ergo se in eorum interitum colligit, cunctosque reprobos in

\* Ita duo Germ., Vindoc., Longip., Ebroic. aliquie Norm., ubi Editi habent *misericordia largitur.* In Paris. tamen 1495 legitur *largior*, quod mutatum est in Paris. 1518, aliis consentientibus.

† Hic sequimur duos Germ., Laud., Turon., Gemet., etc., nec non veteres Edit. At in recentioribus legitur, fieri conspicitur.... calcem premunt.

‡ Idem Editi, exercitat, invitis MSS. duob. Germ.,

A necem fidelium unanimi crudelitate conjungit, ut sævitiam suam tanto robustius exerat, quanto et in eis quæ perverse agere appetit, nulla sibi sui corporis membra discordant. Unde et recte dicitur :

#### CAPUT IV [Rec. IV].

VERS. 14. — *Membra carnium ejus cohærentia sibi.*

8. *Reproborum cum Satana et inter se noscia concordia.* — Carnes vero Leviathan istius sunt omnes reprobi, qui ad intellectum spiritualis patriæ per desiderium non assurgunt. Membra vero sunt carnibus qui eisdem perverse agentibus, et sese ad iniuriam precedentibus junguntur, sicut e contra per Paulum <sup>d</sup> dominico corpori dicitur : *Vos estis corpus Christi, et membra de membro* (*I Cor. xii, 27*). Aliud quippe est membrum corporis, aliud membrum membra. Membrum quippe corporis pars ad totum, membrum vero membra est particula ad partem. Membrum namque membra est digitus ad manum, manus ad brachium; membrum vero est corporis totum hoc simul ad corpus universum. Sicut ergo in spirituali dominico corpore membra de membro dicimus eos qui in ejus Ecclesia ab aliis reguntur, ita in illa Leviathan istius reproba congregatione membra sunt carnium qui iniquo opere quibusdam se nequioribus junguntur. Sed quia hostis malignus sibi in perverso opero a primis usque ad extrema concordat, divinus sermo in eo membra carnium sibimet cohærentia memorat. Sic namque perversa unanimiter sentiunt, ut nulla contra se vicissim disputatione dividantur. Nulla eos diversitatis altercatio tunc scindit, et idcirco contra bonos vehementer prævalent, quia in malo se concorditer tenent. [*Vet. III.*] Sicut enim jam superius diximus (*Lib. xxxiii, num. 55*), **1120** ut perniciosum est si unitas desit bonis, ita perniciosus est si non desit malis. Reproborum quippe unitas bonorum <sup>e</sup> viam tanto durius præpedit quanto ei se per collectionem <sup>f</sup> durior opponit.

9. *Hanc unitatem dissolvere licet, exemplo Pauli.* — Hanc unitatem reproborum perniciosa sibi Paulus conspexerat, cum in medio Sadducæorum Pharisæorumque deprehensus dicebat : *De spe et resurrectione mortuorum ego judicor* (*Act. xxiii, 6*). Qua nimurum voce percussa, protinus contra se vicissim audientium turba dissipavit. Cumque in duas partes tumultuantum multitudine dividitur, Paulo via erexitis aperitur, quia quem turba persequentium unita constrinxerat, divisa laxabat. Eripuntur ergo justi dum dividuntur injusti, et electorum vota ad perfectum pervenient dum reproborum agmina per discordiam confunduntur. Quod bene etiam maris Rubri

Turon., Vindoc., Laud., Val. Cl., Norm. et aliis.

<sup>d</sup> Sic Turon., Pratel., Gemet., etc., nec non antiquiores Vulgati. Recentioribus Editoribus cum Germ. magis placuit de dominico corpore.

• Laud., carnarium.

<sup>f</sup> Recent. Vulgati, vitam; quibus suffragantur Germ., Pratel. et alii Norman.

§ Corp. Germ., Ebroic. et pl. Norm., durius.

scissione designatur (*Exod. xiv. 21, seq.*). Dum enim in duas partes unda dividitur, ab electo populo ad terram reprobationis tenditur, quia dum malorum unitas scinditur, bonae mentes ad hoc quod appetunt perducuntur. Si malorum unitas noxia non fuisset, nequaquam divina providentia superbientium linguas in tanta diversitate dissipasset (*Genes. xi. 8*). Si malorum unitas noxia non fuisset, de sancte Ecclesie hostibus Propheta non diceret: *Principita, Domine; et divide linguas eorum* (*Psal. lxxv. 19*). Quia ergo Leviathan i-te tune contra electos Dei in suis viribus effrenatur, ad augmentum sue malitiae unitatem quoque in reprobis habere permittitur, ut tanto contra nos robustius vires suas exerat, quanto non solum nos ictu fortitudinis, sed etiam mole adulationis impugnat. Sed quis contra ista sufficiat? **B** Quae mens ad tantæ elationis et compagis pondera non ab ipsa cogitationum radice contremiscat? Unde quia trepidare nos per infirmitatem conspicit, protinus divina clementia quid per semelipsam faciat? adjungit. Nam sequitur:

## CAPUT V [Rec. V].

Ibid. — *Milles contra eum fulmina, et ad locum alium non ferentur.*

**16.** *Fulmine conterentur in iudicio, justis illæsis et gaudentibus.* — Quid appellatione fulminum nisi tremenda illæ extremi iudicij sententiæ designantur? Quæ idcirco fulmina vocantur, quia nimur eos quos ferunt in perpetuum incendunt. Fulmina namque super eum Paulus venire conspercerat, cum dicebat: *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui* (*II Thess. ii. 8*). Illæ autem quæ in eum mittuntur fulmina, ad locum alium non feruntur, quia justis gaudentibus, solos tune reprobos ferunt. Nam post trituram vitæ præsentis, in qua nunc triticum sub paleis gemit, illa illo extremi iudicij ventilabro inter triticum paleasque discernitur, ut nec in tritici horreum paleas transeant, nec in palearum ignem horrei grana delabantur. Illa ergo fulmina locum alium nequaquam tangunt, quia videlicet igne suo non grana, sed paleas incendunt. Sed quia Leviathan istum poena non corrigit, insinuat dum subjugit:

## CAPUT VI [Rec. VI].

**Vers. 15.** — *Cor ejus indurabitur quasi lapis.*

**11.** *Satanæ impænitentia. Incidi similis optime dicitur.* — Cor enim antiqui hostis ut lapis indurabitur, quia nulla unquam conversionis pœnitentia mollietur. Qui quia solis ictibus æternæ ultionis aptabitur, recte protinus subiungit:

Ibid. — *Et stringetur quasi malleatoris incus.*

**1121** Incideat quippe malleator solis aptam percussionibus figit. Ad hoc namque incus statuitur, ut crebris ictibus feriatur. Leviathan ergo ut malleatoris incus stringitur, quia inferni vinculis coarctabitur, ut æterni supplicii continua percussione

tundatur. Qui modo quoque percuditur, dum justi quique, illo in insidiis vigilante, sed doloribus labente, salvantur. In incide autem alia vasa formantur, <sup>a</sup> ipsa vero tot percussionibus in vas aliud non transfertur. Recte ergo Leviathan iste incidi comparatus est, quia nō illo persequente componiuntur, Ipse autem et semper percuditur, et in vas utile nunquam mutatur. *Æternæ illæm* percussioni relinquimus, et nos, superni artificis manu in ejus tentatione peredissi, per illum quasi vascula formata transimus. In ipso enim tundimur, sed ut ad u-um domini supernæ veniamus. Ipse verb quasi incus stringitur, quia etsi nunc testando mundum circuit, in inferno tamen positus, <sup>b</sup> jam sub ictu sententias non vagatur. Sequitur:

## CAPUT VII [Rec. VII].

**VERS. 16.** — *Cum sublatus fuerit, timebunt angelii, et territi purgabuntur.*

**12.** *Reprobis angelis cadentibus, territi sunt doni, et timore solidati.* — Scriptura sacra ita nonnunquam tempus praeteritum futurumque permiscat, ut aliquando futuro pro praeterito, aliquando vero utatur praeterito pro futuro. Futuro namque pro praeterito utilit cum Joannini mulier partura masculum, qui regat gentes in virtute ferret, demonstratur (*Apoc. xii. 5*). Quod quia incarnato Domino veniente jam tunc factum fuerat, res gestæ nontrahatur. Rersum praeterito utitur pro futuro, sicut per Psalmistam Dominus loquitur, dicens: *Foderant manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea* (*Psal. xxii. 18*). Quibus videlicet verbis species dominicae passionis quasi jam transacta describitur, sed tamen adhuc longe post futura nuntiatur. Hoc ergo loco quo dicitur: *Cum sublatus fuerit, timebunt angelii, nil obstat intelligi quia sub futuri temporis modo praeterita describuntur.* Nec recte intelligi sensum relinquimus, si credamus Leviathan isto ab arce beatitudinis eadente, in ruina ejus etiam electos angelos expavisse, ut cum istum et illorum numero superbis lapsus ejiceret, illos ad robustius standum timor ipse solidaret. [*Vet. IV.*] Unde et sequitur: *Et territi purgabuntur.*

**13.** *Qua ratione tune purgati. Aliis cadentibus, certevis datum ut cadere non possent.* — Purgati vero sunt, quia nimur isto cum reprobis legionibus exeunte, soli in cœlestibus seculis qui beate in æternum vivent remanserunt. Hujus itaque lapsus eos terruit et purgavit: terruit, ne conditorem suum = superbe despicerent; purgavit vero, quia, exentibus reprobis, actum est ut electi soli remanerent. Et quia cunctorum opifex Deus seit ad bonorum custodiæ etiam bene uti mala actione reproborum; lapsus cadentium vertit in profectum manens; et unde punta est culpa superbientium, inde humiliibus angelis et inventa et solidata sunt augmenta meritorum. Iстis namque cadentibus, illis in munere datum

Corb. Germ., qui si nunc . . . jam subjectu non agetur.

<sup>a</sup> Val. Cl., superbi

<sup>a</sup> Scilicet, incus; legitur tamen ipse in omnibus Editis, sed vitijs.

<sup>b</sup> Vindoc., Pratel. ac pl. Norm., jam subjectus.

est ut cadere omnia non possent. Sancti enim angelorum, dum in istis naturæ suæ daminae conspiciunt, in seipsis jam cautius robustiusque consistunt. Unde fit, auctore omnium rerum Domine cuncta mirabiliter ordinante, ut illi electoram spiritum pati etiam ruinae suæ damnae proficiant, dum inde **1122** firmius constructa sit unde fuerat ex parte destruta.

14. Sancti prædicatores angelos dicuntur. — Sed quia sæpe Scriptura sacra prædicatores Ecclesie, pro eo quod gloria patriæ ecclesiæ annuntiant, angelorum solet nomine designare, possumus hoc loco angelos sanctos prædicatores accipere. Hinc est enim quod Joannes in Apocalypsi, septem Ecclesiæ scribens, angelos Ecclesiærum loquitur, id est prædicatoribus populorum (Apoc. 1, 4). Hinc propheta ait: *Et angeli pacis amare sibi sunt (Isai. xxxiii, 7).* Hinc rursum Malachias propheta ait: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem inquirunt ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est (Malac. ii, 7).* Hinc Paulus ait: *Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria (I Tim. iii, 16).* Qui igitur dispensationis mysterium postquam apparuisse angelis dixit, prædicatum esse gentibus subdidit, profecto angelorum nomine prædicatores sanctos, id est veritatis nuntios designavit.

15. Hi ex angelorum casu et pena torrentur, et purgantur. — Si ergo hoc quod dicitur: *Cum sublatus fuerit, timebunt angelii, et territi purgabuntur, ad futurum tempus referunt, adveniente districto judice, extrema hic istius Leviathan damnatio designatur, quia de hoc mundo per iram eorum judicii tollitur, qui nunc mira mansuetudinis longanimitate toleratur. Tanto autem hinc pondere terroris excitatur, ut sanctorum etiam prædicatorum fortitudo turbetur; Cum enim sublatus fuerit, timebunt angelii, quia cum judicii turbine rapitur, hi qui in corporibus reperiri potuerint, immenso terrore concussi, etiam supernæ patriæ nuntii contremiscunt. Quamvis enim fortis jam atque perfecti sunt, adhuc tamen, quia in carne sunt positi, non possunt in tanti terroris turbine nulla formidine concuti. Sed cum Leviathan iste rapitur, cumque omnia in ejus interitu elementa quantiuntur, prædicatores sanctos, quos, ut dixi, adhuc in suis corporibus illud tempus judicii invenerit, spes de regni propinquitate lætitificat, et carnis infirmitas de iræ ostensione perturbat. Erit ergo in eis aliquo modo tremor lætus, et timor securus, quia et celesti regno se remunerari certi sunt, et per tanti turbinis metum pro carnis infirmitate contremiscunt.*

16. *Justis trementibus, quanta reproborum futura*

• Longip., ut illa electorum spiritum pars, etiam ruinae suæ damno proficiat. Laud., ruinae suæ damnae proficiantur.

• Laud., Germ. et al., custodient . . . . requirent.

• Vindoc., Ebroic. aliquique Norm., judicio.

• Laud., Vat., Cl., Gemet., hic.

• Vatic. et Gassanv., ut a via. Melius in omnibus

A concussio. — Consideremus ergo quonodo tunc Mi-quorum conscientia concenserit, quando etiam justorum vita terbatur. Hi qui oderunt adventum iudicis, quid facient, si terrorem tanti iudicis etiam qui affligunt expavescant? Et quia in sanctis prædicatoribus hoc pavore exceperit, si qua eis inesse potuit levium rubigo vitiorum, postquam dixit: *Cum sublatus fuerit, timebunt angelii, septem mox subdabit: Et territi purgabuntur.* Sed quia hæc de Leviathan istius nō cognovimus, interim priusquam pereat quid agat audiamus. Sequitur:

#### CAPUT VIII [Rec. VIII].

Vers. 17. — *Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit neque hastu, neque thorax.*

17. Antichristus diaboli gladius recte appellatur. — In Scriptura sacra aliquando per gladium sancta prædicatio, aliquando æterna damnatio, aliquando tribulatio temporalis, aliquando antiqui hostis ira vel persecutio designatur. Gladius enim **1123** pro sancta prædicatione ponitur, sicut Paulus ait: *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei (Ephes. vi, 17).* Gladii nomine æterna damnatio designatur, sicut de prædicante heretico scriptum est: *Si multiplicati fuerint filii ejus, in gaudio erunt (Job. xxvii, 14),* quia quantilibet hic numerositate germinent, æterna damnatione consumantur. Gladius tribulatio temporalis accipitur, sicut Marie de secuturis tribulationibus dicitur: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius (Luc. ii, 35).* Ratus per gladium ira vel persuasio maligni hostis exprimitur, sicut Psalmista ait: *Qui liberasti David servum tuum de gladio maligno (Psalm. cxlii, 10).* Benignus quippe sanctæ prædicationis est gladius, quo percutimur ut a culpa moriamur. Malignus vero est diabolice persuasionis gladius, quo male quisque percutitur ut a vita retributio nuntii extinguatur. Antiqui ergo hostis est gladius, ille tunc damnatus homo, in usum ministerii ejus assumptus. Ipsum quippe per malitiam fraudis excoxit, et insirmorum corda transfigit. Hunc ergo Leviathan istius gladius apprehendit, cum cum suus damnatus bono suscepit. Si autem gladii nomine ejus ira signatur, recte non apprehendere gladium, sed a gladio apprehendi describitur. In tantum quippe tunc insaniam vertitur, ut dominari omnibus appetitus, nequequam suæ iræ dominetur. Nos namque cum iram in suo iustitia assumimus, gladium tenemus, quia eam sub aquitatem iudicis possidendo modaramur. Ita autem quia per abrupta furoris rapitur, non apprehendere gladium, sed a gladio apprehendi perhibetur. Non enim iram possidens tenet, sed ab ira saeviens temet.

[Vet. V.] 18. *Huic gladio cedere hastam et thoram quo sensu dictum.* — Cunctis autem liquet quod

Mss. nostris, et in vetustis Edit., ut a vita . . . . extin-gatur. Quid enim est a via extingui?

• Ita lege ex Mss. Anglic., Norm., Vindoc., duob. Germ., Laud., etc., et ex vet. Edit. Aliæ habent Hunc ergo Leviat. gladium apprehendit, corrupte, et contra sensum textus expositi, ubi non apprehendit gladius, sed apprehendit.

hasta adversarium percutimus, thorace vero ab adversario munimur. Per hastam vulnera inferimus, per thoracem legimus ne vulneremur. Quid igitur per hastam nisi prædicationis jaculum, quid per thoracem nisi fortitudo patientiae designatur? Leviathan ergo iste, quia per assumptum reprobum hominem in ira omnimodæ crudelitatis effrenatur, apprehendi a gladio dicitur. Nam per ostensionem immensæ tunc fortitudinis exhibet quidquid nequiter potest. Et neque hasta neque thorax subsistere poterit, quia in Antichristum veniens, tanta virtus apparebit, ut si supernum adjutorium desit, et prædicantium acumen obtundat, et longanimitatem patientium destruat. Nisi enim justorum vitam superna gratia solidet, non subsistit hasta, quia prædicorum virtus frangitur; non subsistit thorax, quia constantium patientia dirupta penetratur. Unde et subditur :

#### CAPUT IX.

Vers. 18. — Reputabit enim ut paleas ferrum, et quasi lignum putridum æs.

19. Sæviente Antichristo prædicatorum virtus et fortiorum constantia periclitabuntur.—Quod superius hastam dixit, hoc inferius ferri appellatione replicavit; et quod thoracem protulit, hoc rursum æris commemo ratione signavit. Ferrum namque acutum ut adversarius vulneretur, æs autem rubigine pene nulla consumitur. Ferro ergo prædicationis jacula, ære autem longanimitatis constantia designatur. Unde et sub Aser specie de sancta Ecclesia per Moysen dicitur : *Ferrum et æs calceamentum ejus* (*Deut. xxxiii, 25*). Calceamentum quippe in Scriptura sacra munimen prædicationis **1124** accipitur, sicut scriptum est : *Calceati pedes in præparatione Evangelii pacis* (*Ephes. vi, 16*). Quia ergo per ferrum virtus, per æs autem perseverantia exprimitur, ferrum et æs calceamentum ejus dicitur, cum prædicatio ejus acumine simul et constantia munitur. Per ferrum enim mala adversaria penetrat, per æs autem bona quæ proposuit longanimiter servat. Cujus profecto perseverantiam illuc apertius insinuat, dicens : *Sicut dies juventutis ejus, ita erit et senectus illius* (*Deut. xxxiii, 25*). [Rec. IX.] Sed Leviathan iste quando illum gladium quem sacra eloquia Antichristum vocant in exercitationem suæ iniquitatis assumpserit, et ferrum velut paleas, et æs velut lignum putridum reputabit, quia nisi divina gratia protegat, et prædicantium vires velut paleas nequitæ suæ igne consumet, et patientium constantiam quasi lignum putridum in pulverem rediget. Et acumen igitur ferri, et æris fortitudo deficit, dum per violentiam virtutis illius et prædicationis sensus obtunditur, et patientiae longanimitas dissipatur.

20. Et nisi Deus opem ferat, deficient. — Nisi ergo electos suos opitulatio divina roboret, ubi tunc in-

<sup>a</sup> Land., confossas. Gemet., confusas.

<sup>b</sup> In Editis, quid enim per sagittas. Expunximus per, quod abest a MSS. et in stylo Gregorii redundant.

<sup>c</sup> Editi pene omnes, adducitur. In Paris, 1495 lego addicitur; fortasse ex adicetur, quod habent

A firmi erunt, si fortes sicut paleas reputantur? Quid tunc Leviathan iste de paleis faciet, si ferrum quasi paleas æstimabit? Quid de putridis lignis acturus est, si quasi lignum putridum æris fortitudinem solvet? Sed o quam multi, qui suis viribus ferrum se vel æs æstimant, in illo tunc tribulationis igne se paleas esse deprehendunt; et quam multi, qui per infirmitatem propriam se esse paleas metuunt, per divinum adjutorium fulti, in ferri atque æris soliditate roborantur, ut contra adversarium suum tanto magis in Deo fortes sint, quanto de se amplius infirmos se esse meminerunt. Sed quanto altius Bebemoth iste contra electos Dei per miracula erigitur, tanto contra eum sancti quicunque vehementius ad prædicationis se verba constringunt. Qui tamen ita reproborum mentes possidet, ut eas nulla <sup>a</sup> confessus veritatis jaculatione relinquat. Unde et subditur :

Ibid. 19. — Non fugabit eum vir sagittarius.

21. A reproborum cordibus non fugat Satanam sancta prædicatio.—<sup>b</sup> Quid enim sagittas, nisi verba prædicatorum accipimus? Quæ dum voce bene viventium distinguntur, audientium corda transfigunt. His sagittis sancta Ecclesia percussa fuerat, quæ dicebat : *Vulnerata charitate ego sum* (*Cantic. ii, 5*). De his sagittis Psalmistæ voce narratur : *Sagittæ parvulatorum factæ sunt plaga eorum* (*Psalm. lxiii, 8*), quia scilicet verba humilitum penetraverunt animos superborum. De his sagittis venienti propugnatori dicitur : *Sagittæ tuæ acutæ, potentissime, populi sub te carent in corde* (*Psalm. xliv, 6*). Vir itaque est sagittarius qui per sanctæ intentionis arcum audientium cordibus verba rectæ exhortationis infligit. Quia ergo Leviathan iste verba prædicantium despicit, et, cum reproborum mentes male suadendo momorderit, durus inter jacula omnimodo eas non relinquit, recte dicitur : *Non fugabit eum vir sagittarius*. Ac si aperte dicatur : A reproborum cordibus eum sancti prædicatoris sagitta non excutit, quia quisquis ab illo apprehenditur, verba jam prædicantium audire contemnit. Unde bene peccatis præcedentibus irascens, de his quos in manu antiqui hostis deserit, Dominus per prophetam dicit : *Immittam vobis serpentes regulos*, **1125** quibus non est incantatio (*Jerem. viii, 17*). Ac si diceret : Justo iudicio talibus vos immundis spiritibus tradam, qui a vobis excuti exhortatione prædicantium quasi incantantium sermone non valeant. Quia vero Leviathan iste a cordibus reproborum sanctæ prædicationis spiculis non moveratur, ipse etiam sanctorum virorum <sup>a</sup> contemptus adjicitur, cum illico subinfertur :

CAPUT XI [Vet. VI].

Ibid. — In stipulam versi sunt ei lapides fundit.

22. Contra eum et Antichristum sanctorum rotur videtur stipula. Nihil tamen contra eorum animam potest. — Quid per fundam, nisi sancta Ecclesia figu-

semper MSS. pro adjicitur; sicut eicitur pro ejicitur; sequentes vero Editores cum observarent to addicetur sensu carere, consularunt adducitur, sed lege adjicitur, ex MSS. Vindœ., duob. Germ., Gemet aliis que Norm., etc.

ratur? Funda namque dum in gyrum mittitur, <sup>a</sup> sic de illa lapides exent quibus adversariorum pectora feriantur; ita sancta Ecclesia dum volubilitate temporum per tribulationum circuitum ducitur, fortis ex illa viri prodeunt quibus quasi lapideis ictibus iniquorum corda tundantur. Unde ad prophetam de bonis doctoribus Dominus dicit: *Devorabunt, et subjicient lapidibus fundæ* (Zach. ix, 15). Sancti quippe doctores qui ad virtutem et alias instruunt, hostes devorant, dum eos intra corpus suum per vim <sup>b</sup> conversionis immutant. Quos lapidibus fundæ subjiciunt, quia dum fortis quosque in sancta Ecclesia viros instituunt, per eos adversariorum superbientium pectora dura confringunt. Unde et Golias immanissimus saxo fundæ morilur (*I Reg. xvii*, 49), quia singulari sanctæ Ecclesiæ lapide diabolica celitudo superatur. Leviathan itaque iste quia, damnato illo homine assumpto, quoslibet fortis Ecclesiæ velut insirmos despicit, eorumque vires temporaliter premit, recte nunc dicitur: *In stipulam versi sunt ei lapides fundæ*. Ac si aperte diceretur: Sanctorum robur quasi in stipula molliitem redigit, quorum lingua prius pectus illius duris ictibus tutulit. Omnem quippe tunc fortitudinem suæ iniquitatis exercens, quanto se ab eis vinci spiritualiter dolet, tanto atrocius contra eos corporaliter prævalescit. Et quia nil se contra eorum spiritum prævalere considerat, in eorum carne crudelitatis suæ omnia argumenta consuminmat. [*Vet. VII.*] Sed quid mirum si humanas vires despicit, qui ipsa etiam superni in se judicii æterna tormenta contemnit? Unde et subditur:

### CAPUT XII.

**Vers. 20.** — *Quasi stipulam æstimabil malleum.*  
**25.** *Dei vindictam superbus contemnit.* — Ac si dicaret: Etiam pondus ejus animadversionis despicit, quæ se per supplicium desuper veniens ferit. In Scriptura enim sacra mallei nomine aliquando diabolus designatur, per quem nunc delinquentium culpe feriuntur; aliquando vero percussio cœlestis accepitur, qua vel electi supernos ictus sentiunt, ut a pravis itineribus corrigantur, vel justa ira reprobos percudit, ut jam supplicia æterna præveniens, quid etiam in posterum mereantur ostendat. Nam quia appellatione mallei antiquus hostis exprimitur, propheta testatur, cum super eum vim extremi judicii contemplatur, dicens: *Quomodo contractus est et contritus malleus universæ terræ* (*Jerem. L, 23*)? Ac si dicerei: Eum per quem vascula sua Dominus in ministerii usum formanda percudit, quis perpendat quo turbine, veniente extremo judicio, in æterna damnatione confringit? Kursum per malleum percussio cœlestis exprimitur, quod Salomone templum ædificante signatur, cum dicitur: *\* Domus autem*

<sup>a</sup> In Editis sicut, luxato sensu. Sequimur autem Codices duos Germ., Land., Gemet., Pratel., etc.

<sup>b</sup> Duo Germ., Turon., Laud., Gemet., conversatio. Val. Cl., dum eos in corpus suum per vim con- versationis.

<sup>c</sup> Laud., *Domus autem cum ædificata est, et malleus.*

**A** cum ædificaretur, de lapidibus **1126** dolatis atque perfectis ædificata est, et malleus et securis, et omne ferramentum non sunt auditæ in domo, cum ædificaretur (*III Reg. vi, 7*). Quid enim domus illa nisi sanctam Ecclesiam, quam in cœlestibus Dominus inhabitat, figurabat? Ad cujus ædificationem electorum animar, quasi quidam expoliti lapides deseruntur. Quæ cum ædificatur in cœlis, nullus illic jam disciplinæ malleus resonat, quia dolati atque perfecti illic lapides ducimur, ut locis juxta meritum congruis <sup>d</sup> disponamur. Hic enim foris tundimur, ut illic sine reprehensione veniamus. Hic malleus, hic securis, hic omnia tensionum resonant ferramenta. In domo autem Dei nulli ictus audiuntur, quia in æterna patria omnes jam percussionum strepitus conce- scunt. Nequaquam ibi malleus percutit, quia nulla animadversio affligit. Nequaquam securis incidit, quia receptos interius nulla foras severitatis sententia projicit. Nequaquam ferramenta perstrepunt, quia nec quælibet iniuria ultra jam flagella sentiuntur. <sup>e</sup> Quia ergo per malleum desuper venientem cœlestis pondus percussionis exprimitur, quid est quod Leviathan iste malleum despicit, nisi quod superno animadversionis ictus formidare contemnit? Et quasi stipulam malleum deputat, quia ad justæ iræ se pondera velut contra terrores levissimos parat. Unde et adhuc expressius subditur:

### CAPUT XIII [Rec. XI].

**Ibid.** — *Et deridebit vibrantem hastam.*  
**24.** *Futuri judicii comminationem irridet, inde factus crudelior.* — Contra Leviathan enim Dominus hastam vibrat, quia in ejus interitu districtam inimicatur sententiam. Hastam quippe vibrare est æternam ei mortem ex districta animadversione præparare. Sed apostata spiritus auctorem vitæ etiam cum sua morte despiciens, hastam vibrantem deridet, quia ex districto judicio quidquid grave, <sup>f</sup> quidquid horribile esse prævidet, pati non metuit; sed quo se æterna tormenta non posse evadere conspicit, eo in exercenda nequitia durior assurgit. Quem cum plerique hujus mundi sapientes in cunctis quæ appetit tanta pertinacia, <sup>g</sup> tanta fortitudine stringi considerant, corda sua ad simulatum ejus tyrannidis inclinant, et omne quod Deo largiente sapiunt, hoc contra eum ad servitium hostis illius inflectunt. Unde et recite subditur:

### CAPUT XIV [Rec. XII].

**Ibid. 21.** — *Sub ipso erunt radii solis.*

**25.** *Illi subduntur nonnulli, qui doctrina aut sanctitate in Ecclesia lucere videbantur.* — In Scriptura enim sacra cum figurate sol ponitur, aliquando Dominus, aliquando persecutio, aliquando de re qualibet manifestæ visionis ostensio, aliquando autem intelligentia sapientium designatur. Per solem quippe

<sup>d</sup> Gemet. et Corb. Germ., *deponamur.*

<sup>e</sup> Laud., *quid ergo per malleum... nisi cœlestis.*

<sup>f</sup> Gemet. et Corb. Germ., *quidquid horribile se prævidet pati.*

<sup>g</sup> In recent. Edit. Gilot., Vatic. et Gussanv., *for- midine.*

**D**ominus figuratur, sicut Sapientiae libro perbibetur, quod omnes impii in extremi die judicii cognita sua damnatione dicturi sunt: *Erravimus a via veritatis, et lumen justitiae non luxit nobis, et sol non est ortus nobis* (*Sap.* v, 6). Ac si aperte dicant: Interni nobis luminis radius non resulxit. Unde et Joannes ait: *Miser amicta sole, et luna sub pedibus ejus* (*Apoc.* xii, 2). In sole enim illustratio veritatis, in luna autem, quae menstruis suppunctionibus deficit, mutabilitas temporalitatis accipitur. Sancta autem Ecclesia, quia superni luminis splendore protegitur, quasi sole vestitur, quia vero cuncta temporalia despicit, lumen sub pedibus premit. Rursum sole persecutio designatur, sicut **1127** in Evangelio Veritas dicit, quod nata sine radicibus semina orto sole aruerunt (*Matth.* xiii, 6), quia videlicet verba vitae in corde terrenorum hominum temporali momento virentia, superveniente persecutionis ardore, siccantur. Rursum sole manifestae visionis ostensio designatur, sicut Prophetæ Dominum cunctorum oculis apparentem denuntiat, dicens: *In sole posuit tabernaculum suum* (*Psal.* xviii, 6). Ac si diceret: Humanitatis assumptionæ sacramentum in lumine manifestæ visionis ostendit. Et sicut eidem Prophetæ div na voce per Nathan dicitur: *Tu fecisti in abscondito, ego vero faciam verbum tuum in conspectu omnis Israel, et in conspectu solis* (*1 Reg.* xi, 12). Quid enim per conspectum solis, nisi cognitionem insinuat manifestæ visionis? Rursum solis nomine, sapientium intellectus exprimitur, sicut in Apocalypsi scriptum est: *Quartus angelus effudit phialam suam in solem, et datum est illi austu afficere homines et igni* (*Apoc.* xvi, 8). Phialam videlicet in solem effundere est persecutionis supplicia viris sapientiae splendore fulgentibus irrogare: *Et datum est illi ut officeret homines austu et igni*, quia dum sapientes virtus, cruciatibus victi, male agendi errore tanguntur, illorum exemplò persuasi instrui quique temporalibus desideriis inardescunt. Ruius namque fortium + augmenta praestant perditionibus instritorum. Quia sole acumen sapientiae designatur, per comparationem quoque à Salomonе dicitur: *Sapiens ut sol permanet, statutus ut luna mutatur* (*Eccl.* xxvii, 12). [Vet. VIII.] Hoc ergo loco quid per solis radios nisi acumina sapientium demonstrantur? Quia enim multi, qui in sancta Ecclesia luce sapientiae resplendere videbantur, tunc vel persuasionibus capiti, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, Leviathan istius seditioni subjiciuntur, recte dicitur: *Sub ipso erunt radii solis*. Ac si aperte diceretur: Hi qui intra sanctam Ecclesiam per acumina sapientiae quasi radios videbantur lucis aspergere, et per auctoritatem rectitudinis de super resplendere, potestati Leviathan istius iniqua

**A** se operatione substernunt, ut non jam recta prædicando desuper luceant, sed ei perverse obsequendo famulentur. Solis ergo radii sub ipso sunt, cum nonnulli etiam docti viri sapientiae suæ acum ina non libere agendo sublevant, sed ad vestigia Leviathan istius et perversitate operis, et blandimento adulatio[n]is inclinant, ut intelligentia, quæ illis sicut sol desuper fuit ex cœlesti munere, antiqui hostis pedibus substernatur ex terrena cupiditate. Unde et nunc cum quisque sapientium atque doctorum pro commodo vel gloria vitae temporalis per adulatio[n]is lapsum terrenis se potestatis prave agentibus subjecit, quasi sub vestigiis venientis Antichristi solis se radis sternit. Et velut corli lucem sibi Behemoth humiliat, dum per pestiferum assensum sapientium mentes calcat. Toties vero Leviathan istius pedibus se radii solis subdunt, quoties hi qui doctrinæ videntur lumine resplendere, immoderato acumine prava in sacro eloquio sentiunt, perversisque sensibus ejus se erroribus substernunt, quia dum contra fiducia veritatis prædicamenta se erigunt, Leviathan istius vestigis falsa sentiendo famulantur. Toties radii solis sub ipso sunt, quoties docti quippe, et intelligentiae luce **1128** pollentes, vel despctis cœteris in elatione se erigunt; vel summa quæ sapient postponentes, sordidis carnis desideriis inquinantur; vel oblitu cœlestium, terrena ambient; vel non reminiscentes quia terra sunt, de cognitione cœlestium inanier gloriantur. Unde et recte ibi subiungitur:

#### CAPUT XV [*Rec. XIII*].

Ibid. — Sternet sibi aurum quasi lutum.

26. *Quid significet aurum, in sacra Scriptura.* —

Appellatione quippe auri in sacro eloquio aliquando divinitatis claritas, aliquando splendor supernæ civitatis, aliquando charitas, aliquando nitor gloriae sacrae, aliquando pulchritudo sanctitatis accipitur. Auri enim nomine ipsa intima divinitatis claritas designatur, sicut in Canticorum canticis sponsi species describitur: *Caput ejus aurum optimum* (*Cant.* v, 11). Quia enim caput Christi Deus, nil vero est in metallis auro fulgentius, sponsi caput aurum dicitur, quia ejus humanitas ex divinitate sua nobis claritate principatur. Rursum autem nomine splendor supernæ civitatis accipitur, sicut hanc Joannes se vidisse testator, dicens: *Ipsa cœstas + aurum mundum simile vitro mundo* (*Apoc.* xxi, 18). Aurum hancque ex quo illa civitas constituit, simile vitro dicitur, ut et per aurum clara, et per vitrum perspicua designetur. Rursum autem nomine charitas inveniatur, sicut <sup>a</sup> Angelum quem sibi loqui mem. Joannes aspexit (*Apoc.* 1, 13), ad manillas zona aurea cinctum videt, quis nimilrum superniorum civium po-

<sup>a</sup> Vindœ., *argumenta*. Val. Cl., *argumenta parane*.

<sup>b</sup> Laudun., *Gemet.* et duo *Germ.*, *mutabili*.

<sup>c</sup> Germ., *Laud.*, *Gemet.* et pl., *auro mundo*. Ille locus in *Edit.*, *Gilot.* et *Vatic.* est mutulus; legitur enim: *Ipsa civitas aurum mundum simile vitro dicitur;* ut et per.

<sup>d</sup> Quem hic angelum, appellat sanctus Doctor,

Joannes tanquam Filium Dei loquentem inducit: *noli timere; ego sum primus et Novissimus; et vitru et fui mortuus*, etc. *Apoc.* 1, 17, 18. At angelum hoc se in persona Christi loquentem probant superiora: *In meo septem candelabrorum tuncrum similem filium hominis*. *Vers.* 13.

citora dum poenali jam nequaquam timori subiecta sunt, atque a se vicissim nulla scissione solvuntur, ex sola se charitate constringunt. Zonam vero auream circa mamillas habere, est cunctos mutabilium cogitationum motus per solius iam amoris vincula restringere. Rursum auri nomine, nitor gloriae temporalis exprimitur, sicut per Prophetam dicitur : *Calix aureus Babylon* (*Jerem. li, 7*). Quid enim Babylonis nomine, nisi hujus mundi gloria designatur? Quæ calix aureus dicitur, quia dum pulchra esse temporalia ostentat, stultas mentes <sup>a</sup> in sua concupiscentia debriat, ut speciosa temporalia appetant, et iuvisibilia pulebra contemnant. Ille auro calice prima sponte sua Eva debriata est, de qua historia veritatis dicit, quia cum vetitum lignum concupisceret, vidit quod esset pulchrum visu, aspectuque delectabile et comedit (*Genes. iii, 6*). Aureus ergo Babylon calix est, quia dum visum exteroris pulchritudinis ostendit, sensum internæ rectitudinis subtrahit. Rursum auri nomine splendor sanctitatis accipitur, sicut Judaicum populum a splendore iustitiae ad nequitiae tenebras commutatum Jeremias deplorat dicens : *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus* (*Thren. iv, 1*)? Sicut enim superius diximus, aurum obscuratur, cum subsequentibus iniquitatum tenebris, iustitiae pulchritudo deseritur. Color optimus mutatur, cum splendor innocentiae in fœditatem vertitur culpæ.

[*Vet. IX.*] 27. *Quid lutum.* — Luti quoque nomine, in sacro eloquio aliquando terrenarum rerum multiplicitas, aliquando sordidus sapiens iniqua doctrina, et al quando desiderii carnalis illecebra designatur. Per lutum qui, ipse terrenarum rerum multiplicitas figuratur, sicut per Habacuc prophetam dicitur : *Væ ei qui multiplicat non sua! usquequo aggravat contra se* **1129** *densem lutum* (*Habac. ii, 6*)? Denso enim se luto aggravat, qui per avaritiam terrena multiplicans, peccati sui se oppressione coagustat. Rursum luti nomine doctrina sordidum sapiens designatur, sicut per eundem prophetam Domino dicitur : *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum* (*Habac. iii, 15*). Ac si dicaret : Aperiisti iter prædictoribus tuis inter doctrinas hujus saeculi sordida et terrena sapientes. Per lutum quoque desiderium sordida voluptatis exprimitur, sicut Psalmista deprecans ait : *Eripe me de luto, ut non inhæream* (*Psal. lxviii, 15*). Luto quippe inhærente, est sordidis desideriis concupiscentiae carnalis inquinari.

28. *Antiquus hostis alii sub specie sanctitatis illudit, alios per fœda vita inescat.* — Hoc ergo loco aurum claritas sanctitatis accipitur, lutum vero vel terrenarum rerum avaritiam, vel pravarum contagia doctrinarum, vel sordes carnalium voluptatum nil obstat intelligi. Quia enim multis Leviathan iste, qui in-

**A**tra sanctam Ecclesiam fulgore iustitiae resplenderet yidebantur, tunc vel terrenarum rerum concupiscentia, vel errantis doctrinæ contagio, vel carnalibus sibi voluptatibus subjicit, surum sibi procul dubio quasi lutum sternit. Aurum enim quasi lutum sternere, est in quibusdam vitæ munditiæ per illicita desideria concilcare, ut hi etiam sordidis ejus vestigiis serviant, qui contra illum prius virtutum splendore rutilabant. Antiquus itaque hostis alii tunc sub specie sanctitatis illudit, alios autem per fœda vita carnalis interceptit. Sed tunc per hæc aperte grassabitur, nunc autem multorum cordibus occulte dominatur, sicut Paulus Apostolus dicit : *Ut reveletur in suo tempore, nam mysterium jam operatur iniquitatis* (*II Thes. ii, 6*). Toties igitur etiam nunc aurum sibi quasi lutum subjicit, quoties castitatem fidelium per carnis vita sternit. Toties aurum velut lutum calcat, quoties sensum continentium per immunda desideria dissipat. Quod tunc tanto vehementius peragit, quanto, suæ perdite libertati commisus, hoc quod appetit, <sup>d</sup> effrenatus perpetrat.

29. *Qui diabolo substernuntur, etiæ aurum videantur, lutum suni.* — Et fortasse quempiam moveat cur mi-ericors Deus fieri ista permittat, ut Leviathan iste seu nunc per suggestiones callidas, sive tunc per damnatum illum quem replet hominem, vel solis radios, id est docios quosque sapientesque subjiciat, vel aurum, hoc est viros sanctitatis claritate fulgentes, quasi lutum sibi vitiis coinquinando substernat. Sed citius respondemus quia aurum quod pravis ejus persuasionibus quasi lutum sterni potuerit, aurum ante Dei oculos nunquam fuit (*De parab., dist. 2, c. Cithis*). Qui enim seduci quandoque non reversi possunt, quasi habitam sanctitatem oculos hominum videntur amittere; sed eam ante oculos Dei nunquam habuerunt. Sæpe namque homo multis occulte peccatis involvitur, et in una aliqua virtute magnus videtur. Quæ ipsa quoque virtus inanescens deficit, quia dum innotescit hominibus, procul dubio laudatur, ejusque laus inhibitor appetitur. Unde fit ut et ipsa virtus ante Dei oculos virtus non sit, dum abscondit quod displicet, prodit quod placet. Quæ itaque esse merita apud Deum possunt, quando et mala occulta sunt, et bona publica? Plerumque enim, sicut diximus, latet superbicia, et castitas innotescit; atque ideo ostensa diu castitas circa vitæ finem perditur, quia cooperta superbicia usque ad finem incorrecta retinetur. Alius **1130** eleemosynis vacat, propria distribuit; sed tamen multis injustitiis servit, vel fortasse linguam in detractionibus <sup>e</sup> exercet. Et fit plerumque ut is qui misericors fuerat juxta vitæ suæ terminum rapacitatis et crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde justo judicio agitur, ut et perdat ante homines unde hominibus placuit, qui hoc unde Deo displicuit,

<sup>a</sup> *Turc., Germ., Vindoc., Val. Cl., in sui concupiscentia.*

<sup>b</sup> *Lib. xviii, n. 53; lib. xx, n. 76; lib. xxvii, n. 71.*

<sup>c</sup> *Gemæt., et Corb. Germ., aliquando autem deside-*

*rium carnalis illecebra.*

<sup>d</sup> *Gussauv. et nonnull. al. Ed., effrenatus.*

<sup>e</sup> *Vindoc., duo Germ., Laud., Ebroic., Gemæt., etc., exercit.*

corrigere nunquam curavit. Alius patientia studet; A sed dum invidere aliis, et servare in corde malitiam non cavit, fit quandoque impatiens, qui diabolus dolens. <sup>a</sup> Hi itaque et per aliquid aurum sunt, et per aliquid lutum sunt. Atque hoc aurum quasi lutum sternitur, quando occultis peccatis exigentibus, etiam virtus quae publice claruerat dissipatur. Sed operae pretium credimus si in his virtutem superius ordinis subtilius perpendamus

[Vet. X.] 30. *Deus occulta quorumdam mala tolerat, ut quae in aperto faciunt bona, electis prosint.* — Sepe enim omnipotens Deus occulta quorumdam mala tolerat, ut aperta eorum bona electorum suorum usibus profutura dispenset. Nam nonnulli mundum nequaquam funditus deserentes, non perseverant angustum iter arripiunt, sed ad querendam angustum viam exemplo suo eos qui perseverantur sunt accendent. Unde plerumque contingit ut ipsi hoc quod bene videntur vivere, non sibi, sed solis potius electis vivant, dum exemplis suis <sup>b</sup> ad bene vivendi studia perseverantur. Alios non perseverantur provocant. Sepe enim quosdam videmus viam ingredi, ad locum propositum festinare, quos alii quia euntes conspiciunt sequuntur; eundemque locum pariter petunt. Sed sit plerumque ut, irruente aliquo implicationis articulo, post se redeant qui proribant, et hi ad locum perveniant qui sequebantur. Ita nimur sunt qui non perseverantur viam sanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter <sup>c</sup> non per venturi inchoant, ut eis qui per venturi sunt qua gradiantur ostendant. Quorum etiam casus, utilitate non modica, electorum protectibus servit, quia illorum lapsum dum conspiciunt, de suo statu contremiscunt; et ruina quae illos damnat istos humiliat. Discunt enim in superni adjutorii protectione considerare, dum plerosque conspiciunt de suis viribus eccidisse. Quando ergo bene agere videntur reprobari, quasi planum iter electis sequentibus monstrant; quando vero in lapsum nequitiae corrunt, electis post se per gentibus quasi cavendam superbiam soveam ostendunt. Erat ergo Leviathan iste, et solis sibi radios subdat, atque aurum luti more subjiciat. Seit omnipotens Deus ad electorum suorum solatium bene uti malo reproborum, quando hi qui ad illum per venturi sunt, et suis ad eum meritis proficiunt, et saepe in eo quod superbe sapiunt, alienis lapsibus corrigitur. Sed si haec Leviathan iste agit in eis etiam quos claros aliqua virtus ostendit, quid de illis facturus est quorum mens vel ex parte aliqua sublevata a terrenis concupiscentiis non est? <sup>d</sup> Quos tamen divinus sermo aperte exprimit, dum subiungit:

<sup>a</sup> Laud., hic itaque et per aliquid aurum quasi lutum sternitur.

<sup>b</sup> Turon., bene agendi vel vivendi.

<sup>c</sup> Laud., non perseverantur.

<sup>d</sup> Pratet. et duo Germ., quod tamen.

<sup>e</sup> Editi, cum corda reproborum. Lectio nostra est Ms. duor. Germ., Vindoc., Laud., Ebroic., Gemet. aliorumque Norm. ac Val. Cl.

## CAPUT XVI [Rec. XIV].

Vers. 22. — *Fervescere faciet quasi ollam profundum mare.*

31. In ultima persecutione ira reproborum ebulliet in Sanctos. — Quid per mare nisi vita secularium, quid per profundum, nisi alta et abditae eorum cogitationes exprimuntur? Quod profundum mare Leviathan iste quasi ollam facit fervescere, quia nimurum constat, quod persecutionis extremae tempore contra electorum vitam studeat animos reproborum **1131** per flammam crudelitatis excite. Tunc profundum mare quasi olla fervescit, <sup>f</sup> cum corda dilectorum saeculi valido ardore succedit, et quae hoc pacis tempore intra suam malitiam clausa latuerunt, tunc in aestum immanissime persecutionis ebullient, ac per abruptam crudelitatis apertam licentiam ea quae diu presserant odia antiqui livoris exhalant. Quia autem pestifero errore persuasi, <sup>g</sup> sic in istis famulantur Antichristo, ut tunc verius praebere se adestimant obsequium Christo, postquam dixit: *Fervescere faciet quasi ollam profundum mare, apte subjunxit :*

## CAPUT XXVII [Vet. XI].

Ibid. — *¶ Ponet quasi cum unguenta bulliunt.*

32. Qui Antichristo contra sanctos militabunt, obsequium Deo praestare credent. — Unguentum quippe cum bulliunt, fragrantiam suavitatis reddunt. Quia ergo Leviathan iste ita seducet corda reproborum, ut quidquid agunt ex iniquitate perfidae pro veritate rectae fidei se agere suspicentur, quasi bene eis ojet id quod zelo religionis exercent. Unde in Evangelio discipulis Veritas dicit: <sup>h</sup> Ut omnis qui interficit ros, arbitretur obsequium i se praestare Deo (Joan. xvi, 2). Igitur sicut olla ferrent, dum crudeliter persecutur; sed apud eos ipsa persecutio unguentorum fragrantiam redolet, dum mens eorum, vanis suspicionibus decepta, adestimant quia Deo obsequium persolvat. In Scriptura enim sacra unguentorum odoribus opinio solet signari virtutum. Unde sponsa in Canticis canticorum sponsum desiderans dicit: *In odore unguentorum tuorum currimus* (Cant. i, 3). Et unde Paulus apostolus virtutum laude fragrare sciens, ait: *Christi bonus odor sumus Deo* (II Cor. ii, 15). Itaque quia Leviathan iste ministros illius perditi basis sui in crudelitatis opera sub opinione laudis D et praetextu virtutis intercipit, postquam dixit: *Fervescere faciet quasi ollam profundum mare, recte mox subdidit: Ponet quasi cum unguenta bulliunt.* Quod enim per crudelitatis incendium mare servet, hoc in eorumdem iudicio i qui excitantur falso nomine virtutis, ac si unguenta bulliant, ostendit, ut tanto atrociores ad crudelitatem fiant, quanto se etiam

<sup>f</sup> Longip., sic isti famulantur.

<sup>g</sup> Edit. Paris. 1495 et Basil. 1514 habent olet, proponet; quod tamen in omnibus Ms. nostris legitur, ut in Vulgata, cui respondet Hebr. textus.

<sup>h</sup> Gemet. et Corb. Germ., venit hora, ut omnis.

<sup>i</sup> Val. Cl., se parare.

<sup>j</sup> Ita Ms. Norm., Vindoc., Laud., duo Germ. et Longip. Editi vero, qui exceccantur.

mereri præmia quasi pro zelo religionis existimant. A Justumque hoc est divino judicio, ut qui pietatis vim perpendere et custodire negligunt, suspicionis sive odore fallantur. Unde et, ad illusionis augmentum, eos crudelia perpetrantes signa quoque ac prodigia subsequuntur, sicut et recte subjungitur:

CAPUT XVIII [Vet. XII, Rec. XV].

VERS. 23. — Post eum lucebit semita.

33. Antichristi semita miraculis lucebit. — Post Leviathan quippe semita lucere perhibetur, quia quaqua transit, admirationem nimiam ex miraculorum suorum claritate derelinquit; et sive per se, seu per ministros suos quolibet prodeat, mendacibus signis coruscat. Unde et hoc quod jam sæpe protulimus in Evangelio Veritas dicit: *Surgent pseudochristi et pseudoprophetæ, et dabunt signa et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi* (Marc. XIII, 22). Semita igitur post Leviathan luceat, quia quorum corda penetrat, eorum opera prodigiis illustrat, ut nimirum tanto altius eorum mentes in erroris tenebris teneat, quanto per eos foris quasi potentius lucem de miraculis ostentat. Sed sunt nonnulli qui in memoria 1132 et verba prophetica, et Evangelica præcepta retinentes, sciant et falsa esse signa que exhibet, et vera supplicia ad quas<sup>b</sup> decipiens trahit. Horum corda Leviathan iste, quia sanctitatis ostentatione non intercipit, in alia se eis illusione componit. Quosdam namque hæc scientes, sed tamen præsentem vitam diligentes conspicit, quorum protinus mentibus ventura supplicia levigat, finienda quandoque distinctionis judicia asserit, et deceptos callide ad presentes voluptates rapit. Unde et apte mox subditur:

CAPUT XIX [Rec. XVI].

Ibid. — *Aestimabit abyssum quasi senescentem.*

34. Pœnarum æternitatem non credunt reprobi, a diabolo in errorem inducti. Eorum fatis rationibus respondetur. — Quod æterna incomprehensibiliaque judicia, abyssi soleant nomine designari, Psalmista testatur dicens: *Judicia tua abyssus multa* (Psal. XXXV, 7). Senectus vero aliquando pro finis propinquitate ponitur. Unde Apostolus ait: *Quod antiquatur et serescit, prope interitum est* (Hebr. VIII, 13). Leviathan itaque iste aestimabit abyssum quasi senescentem, quia reproborum corda sic infatuat, ut suspicionem eis de venturo judicio quod quasi finiatur infundat. Abyssum namque senescere aestimat, qui terminari quandoque in suppliciis supernam animadversionem putat. Igitur antiquus iste persuasor in membris suis, id est in mentibus iniquorum, futuras poenas levigat, quas quasi certo fine determinat, ut eorum culpas sine termino correptionis extendat; et eo magis hic peccata non finiant, quo istic aestimant peccatorum supplicia finienda.

<sup>a</sup> Laud., duo Germ. et Val. Cl., *signa magna.*

<sup>b</sup> Val. Cl., *deinceps.*

• Eadem docet Gregorius, l. IV Dialog., c. 44, et quidem fuisse; quibus abunde refellitur fabula

55. Sunt enim nunc etiam qui idcirco peccatis suis ponere finem negligunt, quia habere quandoque finem futura super se judicia suspicantur. • Quibus breviter respondemus: Si quandoque finienda sunt supplicia reprobatorum, quandoque finienda sunt ergo et gaudia beatorum. Per semetipsam namque Veritas dicit: *Ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam* (Math. XXV, 46). Si igitur hoc verum non est quod minatus est, neque illud verum est quod promisit. At inquiunt: Ideo æternam poenam peccantibus minatus est, ut eos a peccatorum perpetratione compesceret, quia creaturæ sive æterna supplicia minari debuit, non inferre. Quibus citius respondemus: Si falsa minatus est ut ab iniquitia corrigeret, etiam falsa pollicitus est ut ad justitiam provocaret. Et quis hanc eorum vesaniam toleret, qui dum promissionibus suis reprobatorum supplicia finiri asserunt, assertiones sua etiam electorum præmia remunerationesque confundunt? Quis hanc eorum vesaniam toleret, qui conantur astruere verum non esse, quod Veritas de æterno igne minata est, et dum satagunt Deum perhibere misericordem, non verentur prædicare fallacem?

36. *Æternis pœnis addici peccatores quam æquum sit.* — At inquiunt: Sine fine puniri non debet culpa cum fine. Justus nimirum est omnipotens Deus, et quod non æterno peccato commissum est, æterno non debet puniri tormento. Quibus citius respondemus quod recte dicent, si judex justus districtusque veniens, non corda hominum, sed facta pensaret.

C Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine vivere, ut sine fine potuissent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt peccare 1133 quam vivere; et ideo hic semper vivere cupiunt, ut nunquam desinant peccare, cum vivunt. Ad districti ergo judicis justitiam pertinet, ut nunquam careant suppicio, quorum mens in hac vita nunquam voluit carere peccato; et nullus detur iniquo terminus ultionis, quia quandiu valuit, habere noluit terminum criminis.

• *Vet. XIII.* 37. *Justi ridentes in malorum cruciatis que supplicia evaserint, ad Dei laudes excitantur.* — At inquiunt: Nullus justus crudelitatis pascitur, et delinquens servus a justo domino idcirco cardi præcipitur, ut a nequitia corrigitur. Ad aliiquid ergo cæditur cum non ejus dominus cruciatibus delectatur. Iniqui autem gehennæ ignibus traditi quo fine semper ardehūnt? Et quia certum est quod pius atque omnipotens Deus non pascitur cruciatibus iniquorum, cur cruciantur miseri, si non expiantur? Quibus citius respondemus quod omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur; quia autem justus est, ab iniquorum ultione in perpetuam non sedatur. Sed iniqui<sup>a</sup> omnes æterno suppicio, e quidem sua iniquitate, puniuntur; et tamen ad aliquid concrementur, scilicet ut justi omnes et in D

de liberato sancti Gregorii precibus Trajano Augusto.

<sup>a</sup> Vindoc., Pratel. adique Norm., *homines.*

videant gaudia quae percipiunt, et in istis respiciant A supplicia quae evaserunt, ut tanto in aeternum magis divinae gratiae debitores se esse cognoscant, quanto in aeternum mala penitri consciunt quae ejus adiutorio vitare potuerunt.

38. *Cur sancti pro suis inimicis gehennas addicte amplius non orant.* — At inquit: Et ubi est quod sancti sunt, si pro inimicis suis, quos tunc ardore viderint, non orabunt, quibus utique dictum est: *Pro inimicis vestris orate* (*Math. v. 44*)? Sed citius respondemus: Orant pro inimicis suis eo tempore, quo possunt ad fructuosam penitentiam et rura corda convertere, atque ipsa conversione salvare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc quod Apostolus ait: *Ut de illis Deus penitentiam, et resipiscant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur, ad ipsius voluntatem* (*1 Tim. ii. 25, 26*)? Et quomodo pro illis tunc orabitur, quando iam nullatenus possunt ad justitiae opera ab iniuritate consumutari. Eadem itaque causa est cur non eretur tunc pro hominibus aeterno igne damnatis, quae nunc etiam causa est ut non eretur pro diabolo angelisque ejus aeterno suppicio depunita. Quae nunc etiam causa est, ut non erent sancti homines pro hominibus infidelibus iniquis defunctis, qui de eis utique quos aeterno deputatos suppicio jam poverunt ante illum judicis justi conspectum oratique sue meritum cassari refugiant. Quod si nunc quoque viventes justi mortuis et damnatis iniquis misericordia compatitur, quando adhuc aliquid judicabile de sua carre se perpeti etiam ipsi moverunt, quanto districtius tunc iniquorum tormenta respiciunt, quando, ab omni vicio corruptionis exuti, ipsi jam justitia vicinius atque arctius inhærebunt? Sic quippe eorum mentes per hoc quod, justissimo iudicii inhærent, vis distinctionis absorbet, ut omnino eis non libeat quidquid ab illius internæ regulæ subtilitate discordat.

Sed quia, suberto occasioñis articulo, hæc contra <sup>a</sup> Origenistæ breviter diximus, ad eum quem prætermisimus exponendi ordinem recurramus. 1134 <sup>b</sup> Postquam misericors Dominus callida machinamenta Leviathan istius indicavit, aperte predicens omnes quod electos exterius vehementer opprimit, omnes quod interius suggestione sua reprobus blandienter infundit, mox immunitatem virtutis illius breviter insinuans subdit:

#### CAPUT XX [Vet. XIV, Rec. XVII].

VET. 21. — *Non est super terram potestas quæ comparetur ei.*

59. *Diabolus, amissa felicitate, naturæ tamen ange-*

<sup>a</sup> De his Orig. vi. larum et fortasse Origenis ipsius erroribus consule illustrissimum ac doctissimum Danielius Huerius, l. ii. Origenianorum, cap. 16, ac sequentibus, ubi ostendere minitor, non solum dampnatio um paenit modum adiungendo et finem, ex sententia Origenis, impositum habet, sed ipsius etiam diaboli, quem docet penitentiam et salutem aliquando copiæsecutum. Non desupt tamen qui ab immensi hoc errore vindicent Origenem. Lege exuperrimis ejus defensoribus doctissimum Tillenianum, commentatorum de Ecclesiastica Hist. tomo III, in Origenem

licet magnitudinem serravit. — Potestas ejus super terram concilii eminentior perhibetur, quia etiæ actionis suæ merito infra homines extendit, omne tamen humanum genus naturæ angelica conditione transcendet. Quamvis enim Internæ felicitatis beatitudinem perdidit, naturæ tamen suæ magnitudinem non amisit, cuius adhuc viribus humana omnia superat, licet sanctis hominibus meritorum suorum dejectione subjaceat. Unde et eidem sanctis contra bune decertantibus eo retributionis seu meritum crescit, quo ille ab eis vincitur qui per naturæ potentiam quadam jure se hominibus superesse gloriatur. Sequitur:

#### CAPUT XXI.

IUD. — *Qui factus est ut nullum timeret.*

40. *Primus angelus sic conditus, ut Deus caste timere. Vinxit eum libertas quam appetit.* — Sic quidem factus est per naturam, ut conditorem suum caste timere debuisse, timore videlicet sobrio et securio; non timore quem foras charitas mituit, sed timore, qui in seculum saeculi permanet (*I Joan. iv. 18*), id est quem charitas gignit. Alter enim times conjugem uxor amans, alter dominum ancilla pecans. Sic ergo fuerat iste conditus, quatenus timore iusto auctorem suum et amans metueret, et metens amaret. Sed sua perversitate talis factus est, ut nullum timeret. Ei quippe a quo conditus fuerat subesse despexit. Ita enim Deus super omnia est, ut ipse sub nullo sit. Leviathan vero iste ejus celsitudinis culmen aspiciens, <sup>c</sup> jus perversæ libertatis appetit, ut et praeesset eæteris, et nulli subesse, dicens: *Ascendam super altitudinem nubium, et similitudo ero Altissimo* (*Iesi. xiv. 14*). Cujus eo ipso similitudinem perdidit, quo esse ei superbo similis in celsitudine concupivit. Qui enim charitatem ejus imitari debuit, subditus ambiit ejus celsitudinem, et hoc quod imitari poterat, amavit elatus. Celsus nimurum esset, si ei qui veraeiter celsus est, inhærente voluisse. Celsus esset, si participatione veræ celsitudinis contentus fuisset. Sed dum privatam celsitudinem superbo appetiuit, jure perdidit participationem. Relicto enim eo cui debuit inhærente principio, suum sibi appetiit quodammodo esse principium. Relicto eo qui vere illi sufficere poterat, se sibi sufficere posse judicavit; et tanto magis infra se cecidit, quanto magis se contra gloriam sui conditoris erexit. Nam quem exaltabat libera servitus, deiecit captiva libertas. Quia libertas nunc et nullum timeat effrenatur, sed ipsa graviter effrenatione restringitur. Superbum enim iudicio cuncta inarabiliter ordinante, <sup>d</sup> vinxit ille libertas quem appetit, quia nunc omnimodo <sup>e</sup> non timens omnes

apt. 19.

<sup>b</sup> Hæc et cetera usque ad et jussum divinitus offeram holocaustum, l. xxxv, cap. olim 7, desiderantes illi Cod. Val. Cl.

<sup>c</sup> Gemet., duo Gerap. et Laud., timore securi, non timore.

<sup>d</sup> Gemet. et Corb. Germ., ejus perverse libertatem appetiit, ut.

<sup>e</sup> Vindoc., junxit.

<sup>f</sup> Laud., non timens etiam superesse poterat. Corb. Germ., quam nunc.

*supplicis subiecto, qui elementis etiam superesse poterat, si unum quem debuit timere voluisse. Unum profecto timeret omnia possidens, qui nunc unum novum timeret omnia patitur.*

41. *Dei timorem amisi. Quanto sui domino. — Factus est ergo ut nullum timeret, nullum videlicet, 1135 quia nec Deum, sed neque hoc quod passurus est metuit. Cui nimis feliciter fuerat timendo vitare supplicia quam non timendo tolerare. Appellatum itaque celitudo virtutis in rigorem mentis, ut jam per duritiam se male egisse non sentiat, qui praesesse per gloriam querebat. Nam quia jus quae sitate potestatis nos obtinuit, quasi quedam superbiam suam remedium insaniam insensibilitatem invenit; et quia propter transgredi cuncta non potuit, despiciens se contra cuncta preparavit. [Vet. XV.] Cujus adhuc superbia studiose describitur, eum protinus subiungitur:*

### CAPUT XXII.

Vers. 25. — Omne sublimis vides.

42. *Diaboli ejusque membrorum immensa superbia. Saul propter elationem reprobatus. Davidis in supremâ dignitate humiliatus. — It est, cunctos velut infra se positos quasi de sublimi respicit, quia dum per intentionem contra auctorem nititur, estimare sibi quemlibet similem designatur. Quid apte etiam ejus membris congruit, quia omnes iniqui per tumorem cordis elati cunctos quos cernunt superbias fastu despiciunt; et si quando exterius venerantur, intus tamen in secreto cordis, ubi apud se sua estimatione magis sunt, cunctorum sibi vitam merituque postponunt, eosque infra se esse respiciunt, quia per elatam cogitationem cordis in exjusdam se altitudinis arce posuerunt. Quibus bene per prophetam dicitur: Vos qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobis metipos prudentes (Isai. v. 21). Hinc etiam Paulus ait: Notice prudentes esse apud vosmetipos (Rom. xii. 16). Hinc ad Saul divina increpatione dicitur: Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel (1 Reg. xv. 17). Parvulos quippe in oculis suis est, qui in eo quod semetipsum considerat, inoparem se attingit meritis pensat. Nam quasi grandem se aspicit, quisquis se super aliena merita elatione cogitationis extendit. Saul autem reprobus in bono quod cooperat non permanens, quia fastu suscepit potestatis intumuit. [Vet. XVI.] At contra, David semper de se humilia sentiens, ejusdemque Saul se comparationi postponens, postquam feriendi locum reparat, et pepercit eidem savienti adversario, humili se professione prostravit, dicens: Quem persecueris, rex Israel? quem persecueris? Canem mortuum, et pulicem unum (1 Reg. xxiv. 15)? Et certe*

<sup>a</sup> Vindoc., Turon., Germ., Norm., se male esse. Longip., sibi male esse. Corb. Germ., in securitate mentis... ut jam... simile esse, pro se male egisse.

<sup>b</sup> Duo Germ., Ebroic. aliquique Norm., illis humiliant.

<sup>c</sup> Male in Vatic. et Gilot., interpositos. Locum hunc jam emendaverat Iagexius ex MSS. Anglic.,

A jam onctus in regeni fuerat, jam exorante Samuele, et cornu super se oleum fundente didicerat quod eum divina gratia, Saul reprobato, ad regni gubernacula possidenda servabat, et tamen perseveranti adversario mente humili se substernebat, cui divino iudicio prælatum se esse noverat. Illi itaque se humiliiter postponebat quo per electionis gratiam incomparabiliter se moverat esse meliorem. Discant ergo quomodo humiliari proximis debeant, qui adiuvic quo loco apud Deum habentur nesciunt, si sic se electi etiam illius humiliant, quibus iam se per interna judicia antepositos deprehendunt.

43. *Humilitas electorum propria. — Hoc autem proprium esse specimen electorum solet, quod de se semper sentiunt infra quam sunt. Hinc namque ab eodem David dicitur: Si non humiliter sintiebam, sed exaltari animam meam (Ps. lxx. 2). Hinc Salomon ad sapientiam parvulos vocal, dicens: Si quis est parvulus, veniat ad me (Prov. ix. 4). 1136 Qui enim necdum semetipsum despicit, humilièm Dei sapientiam non apprehendit. Hinc in Evangelio dominus dicit: Confiteor tibi, Domine pater cœli et terræ, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis (Math. xi. 25). Hinc rursum Psalmus ait: Custodiens parvulos Dominus (Ps. cxiv. 6). Hinc magister gentium dicit: Feci sumus parvuli in medio vestri (1 Thess. ii. 7). Hinc discipulos adiutorios, ait: Superiores sibi invicem arbitrantur (Philip. ii. 3). Nam quia iniquus quisque inferiorum se omnem quem cognovit putat, e diverso justus studet ut superiore quilibet proximum attendet. Ac ne dum se alii alter humiliat, & humiliatio iret alteri in elationem, bene utramque partem admonuit, dicens: Superiores sibi invicem arbitrantur, ut in cogitationibus cordis et ego mihi illum præferam, et vicissim ille me sibi, ut cum ab utraque parte cur inferioris premitur, nullus ex impenso honore sublevetur.*

44. *Hanc humilitatis formam reprobi non tenent, sed contemnunt. — Sed hanc humilitatis formam reprobi, quia Leviathan hujus membra sunt, vel cognoscere, vel tenere contemnunt, quia etsi quando se humiles specie tenus ostendunt, humilitatis vim servare intrinsecus negligunt. Quibus saepe accidit ut si quando unum quodlibet bonum vel minimum faciant, a malis suis omnibus respectum mentis prolinus avertant, atque hoc quod vel extrellum bonum fecerint, tota intentione semper inspiciant, et ex eo sese jam quasi sanctos aspiciant, obliiti malorum omnium quae commiserunt, omnis sui tantummodo boni memores, quod fortasse facere nec perficie potuerunt, sicut evenire contra electis solet, ut cum*

quibus accedit Turon. aliorumque Gallic. conserva.

<sup>a</sup> Laud. et Germ., si exaltavi.

<sup>b</sup> Laud. Genet. et duo Germ., vestrum.

<sup>c</sup> Longipont., quisque elatus, inferiorem se omnem de quo cogitat, putat. Genet quoque Ebroic. et alii Norm., de quo cogitat.

<sup>d</sup> Turon., Laud., Longip., Norm. et duo Germ., iesi alter in elationem.

multarum virtutum gratia polleant, unum eos vel tenuissimum vitium valde defatigans pulset, quatenus dum ex quadam parte sese infirmari considerant, de his virtutibus in quibus praevalent se minime extollant; dumque de infirmitate trepidant, hoc quoque ubi fortes sunt humilius servant. Sæpe ergo reprobri per hoc quod unum vel minimum bonum suum incaute conspiunt, mala multa et gravia in quibus demersi sunt non agnoscunt. Et sæpe electi per hoc quod ad tenuissimum malum suum <sup>a</sup> infirmari trepidant, mira dispensatione agitur, ut magna bona ad quæ provecti sunt, non amittant.

**45. Electos adjuvant mala, reprobis bona nocent.** *Bono male utitur reprobis, et bene male probis.* — <sup>b</sup> Justi itaque et occulti examinis mensura disponitur, ut et istos mala adjuvent, et illos bona gravent, dum et isti ad provectum boni utuntur levibus malis, et illi ad augmentum mali utuntur minimis bonis. Isti quippe inde perfectius in bono proficiunt, unde de mali tentantur; illi autem inde ad majus malum deficiunt, unde de bono gloriāntur. Sic itaque male bono utitur reprobis, et bene mali utitur probis; sicut sæpe contingit ut alius ex cibo salutifero inordinate sumpto pestem languoris incurrit; alius, veneno serpentis in medicamine ordinatae confectionis adhibito, languoris molestiam vincat. Ille ergo qui cibo salutifero uti recte noluit, inde perniciose moritur, unde alii salubriter vivunt; iste autem qui veneno serpentis caute uti studuit, inde salubriter vivit, unde alii perniciose moriuntur. Venenum ergo serpentis **1137** non ipsam nequitiam, sed suggestionem nequitiae dicimus, qua nolentes <sup>c</sup> sæpe renitentesque tentamur. Quod tunc in medicamen vertitur cum mens virtutibus erecta conspectis contra se tentationibus humiliatur. Iniqui igitur atque ab approbatione interni examinis reprobi, quælibet opera faciant, in quibuslibet virtutibus enitescant, humilitatis sensum penitus ignorant, quia nimis Leviathan hujus membra sunt, de quo superna voce dicitur, [Rec. XVII.] *Omne sublime videt*, <sup>d</sup> quia non solum per semetipsum, sed per eorum quoque corda quos ceperit quasi de sublimi cunctos inferius despici.

[*Vet. XVII.*] **46. Superbia per oculos quasi per quasdam fenestræ se ostendit.** — Notandum vero quod Leviathan iste, qui per corpoream bestiam designatur, sublime videre describitur, quia videlicet cordis superbia cum exterius usque ad corpus extenditur, prius per oculos <sup>e</sup> indicatur. Ipsi quippe per fastum tumoris inflati, quasi ex sublimi respi- ciunt, et quo se deprimit, altius extollunt. Nisi enim superbia per oculos quasi per quasdam se fenestræ ostenderet, nequaquam Deo Psalmista dixisset: *Populum humilem salvum facies, et oculos superborum humiliabis* (*Psal. xvii, 28*). Nisi se superbia per oculos funderet, Salomon quoque de *Judæa* el-

lione non diceret: *Generatio cuius excelsi sunt oculi, et palpebrae ejus in altum subrectæ* (*Prov. xxx, 15*). Quia ergo per corporeum animal Leviathan iste si- guatur, et superbia usque ad corpus prodicias aperi- tius oculis principatur, antiquus hostis quasi de sublimi omnes videre describitur. Sed quia multa <sup>f</sup> ad ostendendum humani generis inimicum prolatæ sunt, valde mens appetit, ut in fine locutionis do- minicæ, unum aliquid manifestius exprimatur, unde membra illius brevi nobis designatione monstrarentur. Sequitur:

### CAPUT XLIII.

*Ibid. — Ipse est rex super universos filios superbie.*

**47. Radix vitiiorum et malorum omnium superbie.**

— Ut Leviathan iste in canticis quæ superius dicta sunt caderet, sola se superbia perculit. Neque enim per tot illos vitiiorum ramos arseret, nisi per hanc prius in radice putruisset. Scriptum est namque: *Omnis peccati initium superbia* (*Ecli. x, 15*). Per hanc enim ipse succubuit, per hanc se sequentem hominem stravit. Eo etsi tuto salutem nostræ immortalitatis impedit, quo vitam suæ beatitudinis ex- stinxit. Sed idcirco hanc Dominus fini suæ locutionis inseruit, ut cum post mala omnia Leviathan istius superbiam diceret, quid esset malis omnibus deterius indicaret. *Quamvis etiam per hoc quod in imo ponitur vitiiorum radix esse monstretur. Sicut enim inferius radix tegitor, sed ab illa rami extrinsecus expanduntur, ita se superbia intrinsecus celat, sed ab illa protinus aperta via pullulant.* Nulla quippe mala ad publicum prodirent, nisi hec mentem in occulto constringeret. Hæc est quæ Leviathan istius sensum servescere sicut ollam facit. Unde et humanas mentes in quodam fervore insanæ concuit, sed per aperta opera qualiter concussi animam evertat ostendit. Intus namque prius ebullit in elatione, quod fu- ris postmodum spumat in opero

[*Vet. XVIII.*] **48. Non unam tantum virtutem, sed cetera vicia, sed omnes expugnat.** — Sed quia occasio de superbie disputatione se præbuit, debemus hanc subtilius sollicitiusque discutere, atque ad humanas mentes quanta vel qualis veniat, **1138** et quibus qualiterve subripiat, demonstrare. Alia quippe vicia eas solummodo virtutes impetuni quibus ipsa destruuntur, ut videlicet ira patientiam, gastrimargia abstinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem, quam vitiiorum radicem diximus, nequaquam unius virtutis extinctione contenta, contra cuncta animæ membra se erigit, et quasi generalis ac bestifer morbus corpus omne corruptit, ut quidquid illa invadente agitur, etiam si esse virtus ostenditur, non per hoc Deo, sed soli vanæ glorie serviator. Quasi enim tyrannus quidam obsessam civitatem intercipit, cum mentem superbia irrumpit; et quo di- tiorem quemque ceperit eo in dominio durior ex-

<sup>a</sup> *Gemet. et Corb. Germ., infirmati.*  
<sup>b</sup> *Laud., justos itaque.... disponit.*  
<sup>c</sup> *Gemet. et Corb. Germ., semper.*  
<sup>d</sup> *Pratcl. ac al. MSS., non solum enim.*  
<sup>e</sup> *Land., duo Germ., Longip., Gemel., veteresque Edit., ita habent. Edit. vero Gil., Vatic., Gussanv., judicatur.*  
<sup>f</sup> *Germ., Pratcl. et al. MSS., de ostendenda.*

surgit, quia quo amplius res virtutis sine humilitate agitur, eo latius ista dominatur. Quisquis vero ejus in se tyrannidem captiva mente suscepit, hoc primum damnum patitur, quod, clauso cordis oculo, judicij æquitatem perdit. Nam cuncta quæ ab aliis <sup>a</sup> vel bene geruntur dispergunt, et sola ei quæ ipse vel prave egerit placent. Semper aliena opera despiciunt, semper miratur quæ ipse facit, quia et quidquid egerit, egissa se singulariter credit, atque in eo quod exhibet per gloriae cupiditatem, sibimetipsi favet per cogitationem, et cum se in cunctis transcendere cæteros æstimat, per lata cogitationum spatha secum deambulans, laudes suas tacitus clamat. Nonnunquam vero ad tantam elationem mens ducitur, ut in eo <sup>b</sup> quod tumet, etiam per ostentationem locutionis effrenetur. Sed tanto facilius ruina sequitur, quanto apud se quisque impudentius exaltatur. Hinc enim scriptum est : *Ante ruinam exaltatur cor* (*Dan. iv, 26*). Hinc per Danielem dicitur : *In aula Babylonis deambulabat rex, responditque, et ait : Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, <sup>c</sup> in gloria decoris mei* (*Prov. xvi, 18*)? Sed hunc tumorem quam concita vindicta represserit, illico adjunxit, dicens : *Cum adhuc sermo esset in ore regis, vox de celo ruit : Tibi dicitur, Nabochodonosor rex : Regnum <sup>d</sup> transierit a te, et ab hominibus te ejicient, et cum bestiis ferisque erit habitatio tua ; senum quasi bos comedes, et septem tempora mutabuntur super te* (*Ibid., 28*). Ecce quia tumor mentis usque ad aperta verba se protulit, patientia judicis protinus usque ad sententiam erupit; tanta que hunc districtius percudit, quanto ejus se superbìa immoderatus erexit; et quia enumerando bona dixit in quibus sibi placuit, <sup>e</sup> enumerata mala in quibus feriretur, audivit.

[*Vet. XIX.*] 49. *Alia ex saecularibus rebus, alia ex spiritualibus oritur elatio. Alia prælatorum superbìa, alia subectorum virtutum mater humilitas. Soli ruinae crescit quod ædificant superbìi.* — Sciendum vero est quod ipsa hæc de qua tractamus elatio alios ex rebus saecularibus, alios vero ex spiritualibus possidet. Alter namque intumescit auro, alter eloquio, alter infimis et terrenis rebus, alter summis cœlestibusque virtutibus; una tamen eademque res ante oculos Dei agitur, quamvis ad humana corda veniens in eorum obtutibus diverso amictu pallietur. Nam cum is qui de terrena prius gloria superbiebat postmodum de sanctitate extollitur, nequaquam cor ejus elatio deseruit, sed ad eum consueta veniens, ut cognoscet nequeat, vestem mutavit.

**1139** 50. Sciendum quoque est quod aliter hæc præpositos atque aliter subditos tentat. Prælato namque in cogitationibus suggerit quia solo vitæ merito

<sup>a</sup> Addidimus vel ex MSS. Norm. et duob. Germ. quod est elegantiam et vim sermoni addit.

<sup>b</sup> Edit. Gilot., Vatic., Gussanv., quod timet. Correctus est locus ex MSS. Anglic., Norm., Vindoc., duob. Germ., Longip., et ex vet. Ed.

<sup>c</sup> Laud., et in gloria.

A super cæteros excrevit; et si qua ab eo bene aliquando gesta sunt, hæc importune ejus animo objicit; et cum hunc Deo singulariter placuisse insinuat, quo facilius suggesta persuadeat, ipsam ad testimonium potestatis tradite retributionem vocat, dieens quia nisi omnipotens Deus te his hominibus meliorem cerneret, omnes hos sub tuo regimine non dedisset; ejusque mox mentem erigit, viles atque inutiles eos qui subjecti sunt ostendit, ita ut nullum jam quasi dignum respiciat cui æquanimiter loquatur. Unde et mox mentis tranquillitas in iram vertitur, quia dum cunctos despicit, dum sensum vitamque omnium sine moderamine reprehendit, tanto effrenatus se in iracundiam dilatat, quanto eos qui sibi commissi sunt esse sibimet indignos putat.

B [Vet. XX.] 51. At contra cum subectorum superbìa instigat, hoc summopere nititur agere, ut sua acta considerare funditus negligant, et semper tacitis cogitationibus rectoris sui judices flant; qui dum in illo quod reprehendere debeant importune respiciunt, in semetipsis quod corrigan nunquam vident. Unde et tanto atrocius pereunt, quanto a sè oculos avertunt, quia in hujus vitæ itinere offendentes corruunt, dum alibi intendunt. Et quidem peccatores se asserunt, nec tamen tantum ut tam noxiæ in regimine personæ <sup>f</sup> traderentur. Et dum ejus facta despiciunt, dum præcepta contemnunt, ad tantam usque <sup>g</sup> insaniam devolvuntur, ut Deum res humanas curare non æstiment, quia ei qui quasi jure reprehenditur esse se commissos dolent. Sicque dum contra rectorem superbiant, etiam contra judicia conditoris intumescunt; et dum pastoris sui vitam dijudicant, ipsam quoque sapientiam omnia disponentis impugnant. Sæpe autem rectoris sui dictiæ proterve obviant, et eamdem vocis superbiam libertatem vocant. Sic quippe elatio se quasi pro libertatis rectitudine objicit, sicut sæpe se et timor pro humilitate supponit. Nam sicut plerique reticent ex timore, et tamen tacere se æstimant ex humilitate, ita nonnulli loquuntur per impatientiam elationis, et tamen loqui se credunt per libertatem, rectitudinis.

C C *rectitudine.* Ali quando autem subditæ proterve quæ sentiunt nequaquam produnt; et hi quorum loquacitas vix compescitur, nonnunquam ex sola amaritudine intimi rancoris obmutescunt. Qui, per dolorem mentis pro- cætitatis suæ verba subtrahentes, cum male loqui soleant, pejus tacent, quia cum peccantes aliquid de correctione audiunt, indignantes etiam responsionis verba suspendunt. Cum his quando asperre agitur, sæpe ad querelæ vocem de hac ipsa asperitate pro-silunt. Cum vero eos magistri sui blande præveniunt, de hac ipsa humilitate qua præventi sunt gravius indignantur, et tanto eorum mens vastius

<sup>d</sup> Vindoc., transibit.

<sup>e</sup> Prætel. et Utic., enumerata et mala. Ubi et addi-tum nonnihil gratiae dictioni confert.

<sup>f</sup> Addit Gerin., considerant post traderentur. Norm. et Vindoc. tradi mererentur.

<sup>g</sup> In pler. MSS., insaniam.

accenditur, quanto consideratius & infirma judicatur. **A** Hi nimis, quia humilitatem, qua virtutum mater est, nesciunt, usum laboria sui <sup>b</sup> perdunt, etiamque bona sunt qua operari videantur, quia urgentis fabricæ **1140** robusta celsitudo non fitur, quam nequaquam per fundamenti fortitudinem in terra solidatur. Soli ergo ruina crescit quod edificant, quia ante molem fabricæ humilitatis fundamina non procurant. Quos bene ab intimis prodimus, si paucis in exterioribus ostendamus.

**52. Imago superbi.** — Cunctis namque superba apud se cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, apparitudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, <sup>c</sup> dishonestas in actione, honestas in imagine, erectio in inceasu, rancor in responsione. Horum mens semper est ad irrogandas contumelias valida, ad tolerandas infirma; ab obediendum pigra, ad lassitudines vero alios importuna; ad ea quæ facere et debet et prævaler ignava, ad ea autem quæ facere non debet nec prævaler <sup>d</sup> parata. Hæc in eo quod sponte non appetit nulla exhortatione flectitur, ad hoc autem quod latenter desiderat querit ut cogatur, quia dum metuit ex desiderio suo vilesce, optat vim in ipsa sua voluntate tolerare.

[**Vet. XXI.**] **53. Exhortatio ad humilitatem.** — Igitur quia humanos animos aliter tentari ex rebus carnalibus, atque aliter ex spiritualibus diximus, audiant illi : *Omnis caro fenum, et gloria ejus sicut flos seni* (*Izai. xl, 6*). Audiant et isti, quod <sup>e</sup> quibusdam post miracula dicitur : *Nescio vos unde sitis, discedit a me, omnes operari iniquitatis* (*Luc. xiii, 27*). Audiant illi : *Divitiae si affluant, nolite cor apponere* (*Psal. lxii, 14*). Audiant isti quia satue virgines, quæ cum vacuis vasculis veniunt, ab internis nuptiis excluduntur (*Matt. xxv, 12*). Rursum, quia aliter tentari prælatos, atque aliter subditos præfati sumus, audiant illi quod per quendam sapientem dicitur : *Ducem te constituerunt? noli extolliri, sed esto in illis quasi unus ex eis* (*Ecli. xxxii, 4*). Audiant isti : *Obedite præpositis vestris, et subjecete eis; ipsi enim pervigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris* (*Hebr. xiii, 17*). Audiant illi, cum de accepta potestate gloriantur, hoc quod Abraham voce ardenti diviti dicitur : *Memento, fili, quia receperisti bona in vita tua* (*Luc. xvi, 25*). Audiant isti, cum contra rectores suos in querelas prosiliunt, hoc quod murmuranti populo Moysi et Aaron vocibus respondetur : *Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Nos enim quid sumus* (*Exod. xvi, 8*)?

Audiant illi : *Turbabuntur in conspectu ejus & patris or-*

<sup>a</sup> Tyrone., Vindoc., Laud., infirmari.

<sup>b</sup> Vindoc., produnt.

<sup>c</sup> Laud., dishonestas in imagine, erectio.

<sup>d</sup> Vindoc. et Norm., semper parata.

<sup>e</sup> Gemet. et Corb. Germ., quibusdam miraculu facientibus.

<sup>f</sup> Dicit opere in Gemet., Pratel., Utic. et Corb. Germ.

<sup>g</sup> In Germ. et in Edit. tam vet. quam recent., patres... et judices. Cujus lectionis nullum fundamentum est aut in Vulgata aut in textu Hebr. In

phanorum et iudicia miducrum (*Psal. lxviii, 5*). Audiant isti qui contra contumaciam subditorum dicuntur : Qui resistit potestat. Dei ordinatio resistit (*Rom. xiii, 2*). Audiant simili omnes : Deus superbie resistit, humilius autem dei gratiam (*Joc. iv, 6*). Audiant omnes : *Immundus est apud Deum omnis qui exaltat se suum* (*Prov. xvi, 5, iuxta text. Hebr. et LXX*). Audiant omnes : <sup>h</sup> Quid superbie, terra et cœli (*Ecli. x, 9*)? Contra hujus laqueoris postem andiamus cuncti quod magistra Veritas docet dicens : *Discite a me, quia misericordia sum et humilitas corde* (*Matt. xi, 29*).

[**Vet. XXII.**] **54. Hominem superbum non esse, dicit Deus humilis.** — Ad hoc namque unigenitus Dei Filius formam infirmitatis nostræ suscepit, ad hoc invisibilis, non solum visibilis, sed etiam despctus apparet, ad hoc contumeliam ludibria, <sup>i</sup> irrisio-num opprobria, passionumque tormenta toleravit, ut superbum non esse hominem doceret humilis Deus. Quanta ergo humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam is qui sine astimatione **1141** magnus est, usque ad passionem factus est parvus? Quia enim originem i perditioni nostræ superbis præbuit diaboli, instrumentum redemptio-nis nostræ inventa est humilitas Dei. Hostis quippe noster magnus inter omnia conditus, videri super omnia voluit elatus. Redemptor autem noster magnus manens & super omnia, fieri inter omnia dignatus est parvus.

<sup>k</sup> Quid mortis auctor doceat, quid vita conditor.

— Sed melius et elationis causam detegimus, et fundamen-ta humilitatis aperimus, si brevi commemora-tione perstringimus quid mortis auctor, quid vita conditor dicat. Ille namque ait : *In custum assemam* (*Isa. xiv, 15*); iste autem per Prophetam dicit : *Ro-pulta est malis anima mea, et vita mea inferno appro-pinquavit* (*Psal. lxxxvii, 4*). Ille dicit : *Supra astra caeli exaltataque solium meum* (*Isai. xvi, 13*); iste hu-mano generi a paradisi sedibus expulso dicit : <sup>l</sup> *Ecce venio cito, et habitabo in medio tui* (*Zach. ii, 10*). Ille dicit : *Sedebu in monte testamenti, in lateribus Aquile-nis* (*Isai. xiv, 13*); iste dicit ; *Ego sum vermis, et non homo, approbrium hominum, et abjectio plebis* (*Psal. xxi, 7*). Ille dicit : *Ascedam super altitudinem cubitum, similis ero Altissimo* (*Isai. xiv, 14*); iste, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratu*s* est esse se-qualalem Deo, sed semetipsum extinctori, formam seru*s* accipiens (*Philip. ii, 6*); et per membra sua loquitur dicens : *Domine, quis similis tibi* (*Psal. xxxiv, 10*)? Ille per membra sua loquitur, dicens : *Nescio Domi-num, et Israel non dimittam* (*Exod. v, 2*). Isti per

Vindoc., Pratel., Utic., patria... judicia.

<sup>h</sup> Vindoc. et duo Germ., quid superbis.

<sup>i</sup> In pl. Mss., illusionum probra.

<sup>j</sup> Laud., Pratel., Gemet., duo Germ. et vet. Edit. Paris. et Barthol., perditionis nostræ se præbuit super-bia.

<sup>k</sup> De hoc loquendi modo Gregorio familiari vide supra, l. xv, n. 20; l. xvi, n. 58; lib. xxx, n. 68 et 69.

<sup>l</sup> Vindoc. et Pratel., ecce venio et habeo.

<sup>m</sup> Pratel., non dimitto.

semetipsum dicit : *Si dixeris quia non novi eum, ero similius vobis mendax; sed novi eum, et sermonem ejus servio* (Joan. viii, 55). Ille dicit : *Mea sunt flumina, et ego feci ea* (Ezech. xxxix, 9); iste dicit : *Non possum a meipso facere quidquam* (Joan. v, 30), et rursum : *Pater meus in me manens, ipse facit opera* (Joan. xiv, 10). Ille regna omnia ostendens, dicit : *Tibi dabo potestatem hanc universam et gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, et cui volo do illa* (Luc. iv, 6); iste dicit : *Calicem quidem meum bibitis, sedero autem ad dexterum, vel ad sinistram meam, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo* (Math. xx, 23). Ille dicit : *Eritis sicut dei, scientes bonum et malum* (Genes. iii, 5); iste dicit : *Non est restringere nosse tempora vel momenta que Pater posuit in sua potestate* (Act. i, 7). Ille ut voluntas divina despici, et ut possit propria suaderi, dicit : *Cur praecepit vobis Deus ut non comederetis ex omni ligno paradisi* (Genes. iii, 1)? Et paulo post : *Scit enim Deus, 1142 quod in quaunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri* (Ibid. 5); iste dicit : *Non querere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me* (Joan. v, 30). Ille per membra sua loquitur, dicens : *Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra; coronemus nos rosis antequam marcescant, ubique relinquamus signa laetitiae nostrae* (Sap. ii, 8); iste membris suis prænuntiat, dicens : *Plorabit et flebitis vos, mundus autem gaudebit* (Joan. xvi, 20). Ille nihil aliud mentes sibi subditas docet quam celsitudinis culmen appetere, cuncta aequalia mentis tumore transcendere, societatem omnium hominum alta elatione transire, ac se se et contra potentiam conditoris erigere, sicut de eisdem per Psalmistam

**A** dicitur : *Transierunt in dispositionem cordis, cogitaverunt et locuti sunt nequitas, iniquitatem in excelso locuti sunt* (Psal. lxxii, 6, 7, 8); iste ad sputa, ad palmas, ad colaphos, ad spineam coronam, ad crucem, ad lanceam, atque ad mortem veniens, membra sua adponet, dicens : *Si quis mihi ministret, me sequatur* (Joan. xii, 26),

[*Vet. XXIII.*] 58. *Evidentissimum reprobationis signum, superbia; electionis, humilitas.* — Quia igitur Redemptor noster corda regit humilium, et Leviathan iste rex dicitur superborum, aperie cognoscimus quod evidentissimum reprobatorum signum superbia est, at contra humilitas electorum. Cum ergo quam quisque habeat cognoscitur, sub quo rege militet invenitur. Unusquisque enim quasi quemdam titulum portat operis, quo facile ostendat sub cujus serviat potestate rectoris. Unde et per Evangelium dicitur : *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* (Math. viii, 16). Ne igitur nos Leviathan istius membra vel mira faciendo fallerent, apertum signum Dominus quo deprehendi valeant demonstravit, dicens : *Ipsa est rex super universos filios superbiae.* Qui etsi quando dictam speciem humilitatis assumunt, semetipos tamen celare in omnibus nequaquam possunt, quia eorum superbia diu latere non sustinet, cum ex alia legitur, ex alia actione denudatur. Qui vero sub rege humilitatis militant, semper pavidi, atque ex omni latere circumspecti, adversari jacula elationis pugnant, et quasi contra venientes ictus solum magis in suo corpore oculum custodiunt, dum in semetipos C principaliter humilitatem lucentur.

## LIBER TRIGESIMUS QUINTUS,

### ET ULTIMUS.

*In quo per anacephalæosim multa jam dicta revocantur, et immensum hoc opus demississima humanæ infirmitatis confessione absolvitur.*

[*Vet. et Rec. I.*] 1143 1. *Quid hoc libro sit præstandum.* — Quia iste ultimus hujus operis liber est, et, locis difficultioribus per tractatis, minus obscurat quæ supersunt, libet hunc indulgentius remissiusque transcurrere. Velut emenso enim magno mari, jam littus cernimus, et intentionis nostræ vela dependentes, non eodem quo prius impetu ducimur, sed tamen adhuc ex impulsione pristini status imus.

\* *Quasi anxietatis nostræ ventus occidit, sed tamen ejus vis jam seipsa tranquillior usque ad stationem nos littoris impellit.* Igitur postquam fidei famulo Dominus Leviathan hostis ejus quam sit et fortis et callidus ostendit, dum vires illius subtiliter fraudesque patefecit, beatus Job ad utraque respondit, dicens :

### CAPUT PRIMUM [*Rec. II.*].

CAP. XLII, VERS. 2. — *Scio quia omnia potes, et nulla te latet cogitatio.*

\* *Vindœ., Pratæ., Utic. et duo Germ., quasi enim.*

2. *Diaboli viribus Dei omnipotentia, machinationibus infinita Sapientia opponitur.* — Contra immanes quippe vires ejus intulit : *Scio quia omnia potes; contra ocellatas vero machinationes illius subiungunt : Et nulla te latet cogitatio.* Unde et *rex Leviathan* eadem exprimat, dicens :

VERS. 3. — *Quis est iste qui celat consilium absque scientia?*

Absque scientia enim Leviathan celat consilium; quia quamvis contra infirmitatem nostram multis fraudibus occultetur, protectoris tamen nostri sancta nobis inspiratione detegitur.

b Absque scientia celat consilium, quia licet tentatoſ lateat, latere tamen protectorem non potest tentatorum. Igitur audita fortitudine et calliditate diaboli, auditæ etiam creatoris nostri potentia, quæ et illum valenter reprimit, et nos misericorditer legit, quæsumus, beate Job,

b Idem Cod., Vindœ., absque sapientia.

ut quæ de temetipso sentis nobis minime occultes. **A**

Sequitur :

### CAPUT II.

**Ibid.** — *Ideo insipienter locutus sum, et quæ ultra modum excederent scientiam meam.*

**3. Quidquid in rebus creatis, Deo comparatur, inane sit et nihil.** — Omnis humana sapientia quantolibet acuminè polleat, divinæ sapientiæ comparata, insipientia est. Omnia enim humana, quæ justa, quæ pulchra sunt, Dei justitiae et pulchritudini comparata, nec justa nec pulchra sunt, nec omnino sunt. Beatus itaque Job ea quæ dixerat sapienter se dixisse crederet, si verba superioris sapientiæ non audiret. **1144** In cuius comparatione stultum est nostrum omne quod sapit. Et qui sapienter quidem locutus hominibus fuerat, divinas tamen sententias audiens, sapientius se cognoscit non esse sapientem. Hinc est quod Abraham inter verba dominica nil se nisi pulverem vidit, dicens : *Loquar ad Dominum meum, cum sim putris et cinis* (*Genes. xviii, 27*). Hinc est quod Moyses omni Ægyptiorum sapientia instructus, ex quo loquentem Dominum audivit, impeditioris et tardioris linguae se esse deprehendit, dicens : *Obsecro, Domine, non sum eloquens; ab heri enim et nudiustertius, ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris et tardioris lingue sum* (*Exod. iv, 10*). Hinc est quod Isaias, postquam sententem Dominum super solium excelsum atque elevatum vidit, postquam seraphim duabus alis faciem, duabus velare pedes, et duabus volare conspergit, postquam id quod est Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercitum, alterum ad alterum clamare audivit (*Isai. vi*), ad scipsum rediens, ait : *Væ mihi quia tacui, quoniam vir pollitus labiis ego sum, et in medio populi polluta labia habui ego habito* (*Ibid.*, 5). Moxque ipsam pollutionem unde cognoverat subdens, ait : *Et regem Dominum exercitum vidi oculis meis* (*Ibid.*). Hinc etiam Jeremias divina verba audiens, verba se non habere cognovit, dicens : *A a a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum* (*Jerem. i, 6*). [*Vet. II.*] Hinc Ezechiel loquens de quatuor animalibus, dicit : *Cum fieret vox supra firmamentum, quod erat supra caput eorum, stabant et submittebant alas suas* (*Ezech. i, 25*). Quid enim per volatum animalium, nisi evangelistarum atque doctorum sublimitas designatur? Vel quid sunt alas animalium, nisi sanctorum contemplationes eos ad cœlestia sublevantes? Sed cum sit vox supra firmamentum, quod super caput eorum est, stantes submittunt alas suas, quia cum internam vocem supernæ sapientiæ audiunt, quasi volatus sui alas deponunt, quia videlicet ipsam veritatis altitudinem minus se contemplari posse cognoscunt. Ad vocem ergo desperaverentem alas depondere est cognita superna potentia, virtutes proprias humiliare et consideratione creatoris nil de se aliud quam abjecta sentire. Sancti itaque

<sup>a</sup> In Edit. Basil. 1514, Gilot., Vatic., legitur *comparata nec pulchra nec justa, sed insipientia est*, quod nullus ex nostris Cod. mss. habet.

<sup>b</sup> Vindoc. et Norm., *sublimantes*.

**B** A viri dum divinitatis sententias audiunt, quanto magis contemplando **1145** proficiunt, tanto amplius despiciendo quod sunt, aut nihil, aut prope nihil se esse cognoscunt. Respondeat ergo divinis sermonibus beatus Job, et sapienter proficiens, stultum se esse deprehendat, dicens : *Insipienter locutus sum, et quæ ultra modum excederent scientiam meam.* Ecce tanto se amplius redarguit, quanto amplius proficit, et scientiam suam ultra modum excessisse se credidit, quia in verbis Domini plus quam testimaverat secreta ejus sapientiæ agnoscit. Sequitur :

### CAPUT III [Rec. III].

**Vers. 4. — Audi, et ego loquar; interrogabo te, et responde mihi.**

**B** **4. Quid sit hominem interrogare Deum; quidve Deum homini respondere.** — Audire nostrum est sono aliquo veniente aurem allo positam commodare. At contra Deo, cui nil extra est, audire proprie est sub semel ipso surgentia desideria nostra percipere. Ad Deum ergo, qui et tacentium corda cognoscit, loqui nostrum est non vocibus gutturis id quod sentimus prodere, sed promptis ad illum desideriis inhiare. Et quia ideo quisque interrogat, ut discere valeat quod ignorat, homini Deum interrogare est in conspectu ejus nescientem se cognoscere. Respondere autem Dei, est eum qui se humiliiter nescientem cognoverit occasus inspirationibus erudire. Ait ergo beatus Job : *Audi, et ego loquar.* Ac si diceret : Misericorditer desideria mea percipe, ut dum hæc tua pietas percipiens adjuvat, ad te multipliciora consurgant. Bona quippe vota quoties effectum percipiunt, multiplicantur. Unde alias scriptum est : *Ego clamavi, quoniam exaudisti me* (*Psal. xvi, 6*). Non enim alt : Quia clamavi, exaudiisti me; sed *clamavi, quoniam exaudisti me*. Qui enim loquens exauditus fuerat, votis proficiens exauditus clamabat : *Interrogabo te, et responde mihi.* Ac si diceret : Nescientem me ex tuae scientiæ contemplatione cognosco. Interroganti igitur responde, id est stultitiam propriam humiliiter cognoscentem doc. Quia enim interrogaret ipse ex desiderio humiliati, et Deum sibi respondere quereret ex magisterio aspirationis, verbis sequentibus declaratur. Interrogaturum quippe se perhibuit, sed nihil interrogando subiungit. Nam sola de se humilia sentiens, et quæ misericorditer a Domino percepit agnoscens, prætinus subdit :

### CAPUT IV [Rec. IV].

**Vers. 5. — Auditu auris audiri te, nunc autem oculis mens videt te.**

**B** **5. Quantum Job per flagella in Dei et sui cogitatione profecerit.** — His nimerum verbis aperte indicat quia quanto visus superior est auditu, tanto differt ab eo quod prius exstitit, et hoc quod postmodum per flagella profecit. Et quia interno oculo veritatis lu-

<sup>c</sup> Laud., duo Germ., Norm., Vindoc. et al. a Gasanvilleo lecti ita habent, quamvis in Editis vet. et recent. legatur arcana.

men magis conspicerat, humanitatis suæ tenebras, dijudicans plus videbat. Unde et sequitur :

#### CAPUT V [Rec. V].

VERS. 6. — *Idcirco ipse me reprehendo.*

**6. Quanto se quisque magis videt, sibi magis displacebit.** — Quanto enim quisque se minus videt, tanto sibi minus displacebit; et quanto majoris gratia lumen percipit, tanto amplius reprehensibilem se esse cognoscit. Cum enim intrinsecus sublevatur per omne quod est, ad eam quam super se conspicit regulam congruere nititur. Et quia adhuc humana infirmitas præpedit, cernit quia ei ex non minima parte dissentit; totumque ex se illi onerosum est, quod internæ regulæ conveniens non est. Quam regulam beatus Job post flagella proficiens amplius suscipit, et a semetipso in magna sui redargutione dissentit, **1146** dicens : *Idcirco ipse me reprehendo.* Sed quia nulla est cognitio reprehensionis, si non sequantur etiam lamenta paenititudinis, recte post reprehensionem subditur :

#### CAPUT VI.

Ibid. — *Et ago paenitentiam in favilla et cinere.*

**7. Vana est nostri cognitio quam non sequitur paenitentia. In cilicio et cinere paenitentiae quid considerandum.** — In favilla etenim et cinere paenitentiam agere est, contemplata summa essentia, nil aliud quam favillam se cineremque cognoscere. Unde et civitati reprobæ in Evangelio Dominus dicit : *Si in Tyro et Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio et cinere paenitentiam egissent* (Matth. xi, 21). In cilicio quippe asperitas <sup>b</sup> et punctio peccatorum, in cinere autem pulvis ostenditur mortuorum. Et idcirco utrumque hoc adhiberi ad paenitentiam solet, ut in punzione ciliciorum cognoscamus quid per culpam fecimus, et in favilla cineris perpendamus quid per judicium facti sumus. Considerentur ergo in cilicio pungentia vitia, consideretur in cinere per mortis sententiam subsequens justa poena vitiorum. Quia enim post peccatum carnis contumelias surrexunt, videat homo in asperitate ciliciorum superbiendo quid fecit, videat in cinere usquequo peccando pervenit. Potest quoque cilicio ipsa per recordationem atque paenitentiam dolorum punctio designari. Nam hoc quod ait beatus Job : *Ipse me reprehendo, quasi quodam cilicio pungitur, dum in mente sua asperis redargutionum stimulis confricatur.* In cinere autem agit paenitentiam, quia ex primo peccato quid per justum judicium factus sit solerter attendit, dicens : *Ago paenitentiam in favilla et cinere.* Ac si aperte dicat : De nullo auctoris mei dono superbio, quia sumplus ex pulvere, per illata mortis sententiam ad pulverem me redire cognosco.

[Vet. III.] 8. *Dei de Job et amicis ejus judicium.* — Auditis igitur cunctis sermonibus Job, cognitis etiam responsionibus amicorum, libet ad interni judicis

<sup>a</sup> Turon., Laud., duo Germ., inspicit.

<sup>b</sup> Ita Gemet. et pler. Norm., cum Laud. et duob. Germ. Editis habentibus, et compunctio.

<sup>c</sup> Vindoc., Praetel., Utic., inspectionem. Germ., expectationem.

**A** sententiam <sup>c</sup> spectationem mentis nostræ convertere, eique dicere : Ecce, Domine, utrasque in prospectu tuo disserentium partes audivimus, et Job quidem in hoc certamine virtutis suæ facta revolvore, et amicos ejus contra eum cognovimus tuæ justitiae gloriam defensare. Inter haec autem quid nostra mens sentiat agnoscis. Neque enim possumus eorum nos dicta reprehendere, quos defensioni tuæ cognoscimus deseruire. <sup>d</sup> Sed ecce assistunt partes, exspectant sententiam; profer ergo, Domine, ex invisibili regula subtilissimum tuæ discretionis examen, et quis in contentione ista sit rectius locutus ostende. Sequitur :

VERS. — *Postquam autem locutus est Dominus verba haec ad Job, dixit ad Eliphaz Themanitem : Irratus est furor meus in te, et in duos amicos tuos, quoniam non*

**B** estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Job.

*9. Ille absolvitur, condemnantur illi. Cur?* — O Domine, judicij tui sententia indicat quantum a luce tuæ rectitudinis cæcitas nostra discordat. Ecce tamen <sup>e</sup> judice beatum Job victorem esse cognoscimus, quem in te peccasse loquendo credebamus. Te judice addicti sunt, qui beati Job se merita transcendere prote loquendo crediderunt. Quia igitur ex divina sententia quid de partibus aestimemus agnoscimus, nunc ejuadem sententiæ paulo subtilius verba pensemus. Quomodo enim superius beatus Job reprehenditur, si in comparatione ejus rectitudinis amici illius nequaquam **1147** coram Domino locuti rectum memorantur? An adhuc illa de eo sententia confirmatur, qua antiquo hosti dicitur : *Vidisti servum meum Job,*

**C** *quod non sit ei similis super terram* (Job. i, 8). Sed quid est hoc, quod et laudatur hosti, et in seipso reprehenditur : in seipso autem reprehenditur, et tamen amicis loquentibus antefertur, nisi quod sanctus vir cunctos meritorum suorum virtute transcendet; sed eo ipso quod homo fuit, ante Dei oculos sine reprehensione esse non potuit? In sancto quippe homine in hac interim vita commorante, divini examinis regula habet adhuc quod judicet, quamvis jam ex comparatione cæterorum hominum habeat quod laudet. Beatus igitur Job pro culpa se credit, et non pro gratia, flagellari; resecari in se aestimavit vitia, non autem merita augeri. Et in eo reprehenditur, quod intentionem flagelli fuisse aliam suspicatur, et tamen amicis resistantibus interni judicij definitione prælatus est. [Vet IV.] Unde aperte colligitur quantæ justitiae fuerit in eo quod contra amicorum verba innocentiam suæ operationis astruxit, qui divino judicio etiam ipsis ejudem divini judicij defensoribus antefertur. In exordio autem <sup>f</sup> libri hujus agnoscimus quia de illo Satan Domino dixerat : *Mitte manum tuam, et tange eum, et vide si non in faciem benedicat tibi* (Job. 11, 5). Ad quam petitionem beatus Job damnis, orbitate, vulneribus et <sup>g</sup> verborum scandalis tangi permititur, quia videlicet certus qui eum

<sup>d</sup> Corb. Germ., Ebroic. aliquie Norm., sed eos assistunt, pariter exspectant, etc.

<sup>e</sup> Non hujus lib. xxxv, sed totius commentarii, ubi l. iii, num. 15, textus hic explicatur:

<sup>f</sup> Laud., verberum.

laudaverat exstitit quod nequaquam juxta assertionem diaboli sanctus vir in maledictionis culpam labetur. Sicut ergo et superius diximus, quisquis beatum Job in locutione sua testinat post flagela peccasse, aperte Dominum judicat in sua assertione perdidisse. Et quamvis Dominus ad diabolum loquens, bona illius praesentia praeluit, non autem ejus perseverantiam spopondit, sciendum tamen est quia nequaquam ejus justitiam permittendo tentari praeluisse, si eum justum in temptatione persistere non posse pravideret. Permisso itaque divinitus in ejus temptatione diabolo, quisquis eum in temptatione succubuisse existimat, ignorantiam permittentis accusat.

10. *Alia Dei, alia hominum iudicia.* — Approbemus igitur in dictis suis veraciter Job, ne Deum in sua providentia nequierit accusemus. Et quidem quantum ad humana iudicia, in verbis suis amici ejus multa illo rectius dixisse crederentur; sed veritas aliam ex occulto regulam proferens, ait: *Non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Job.* Coram me, ait, id est intus, ubi saepe multorum vita displicet, quae etiam foris hominibus placet. Unde caute nimis in laudem justorum conjugum dictum est: *Erant justi ambo ante Deum* (*Luc. 1, 6*). Non enim secura laus est, justos ante homines apparere. Sæpe enim humana sententia velut in Deo magnum quempiam approbat; sed hunc omnipotens Deus, qui quasi ex se approbatur, ignorat. Hinc est enim quod Psalmista vigilanter exorat, dicens: *Dirige in conspectu tuo viam meam* (*Psal. v, 9*). **1148** Nimirum quia plerumque in conspectu hominum recta via creditur etiam quae a veritatis itinere depravatur. Et notandum quod non dicitur: *Non estis locuti coram me rectum sicut Job*, sed, sicut servus meus Job, ut videlicet interpositione servitutis, dum eum quasi sub quadam peculiaritate commemorat, cuncta quae in defensione sua dixerat, quia non contumaci superbia, sed humili veritate dixerit ostendat. [Vet. V.] Sed quia justus est et misericors Deus, amicos ejus et per justitiam districte redarguit, et per misericordiam benigne convertit. Nam sequitur:

#### CAPUT VIII [Rec. VII].

**Vers. 8.** — *Sumite vobis septem tauros et septem arietes, et ile ad servum meum Job, et offerte holocaustum pro vobis. Job autem servus meus orabit pro vobis; faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia.*

11. *Deus amicos Job per justitiam redarguit, et per misericordiam convertit.* — Ecce justus et misericors Deus nec culpas sine increpatione deserit, nec re-

<sup>a</sup> Sæpe, maxime præfat., capitulo 3, circa medium.  
<sup>b</sup> Editi, in sua assertione errasse. Secuti sumus MSS. Corb. Germ., Vindoc., Laud., Norm. In Germ., prædictis.

<sup>c</sup> Germ. et Ed. Basili. 1514, cum aliis deinceps, tentatori. Huic loco emendando adfuerunt MSS. Anglic., Norman., Corb. Germ., Vindoc. et vetus Ed. Paris. 1495, in qua tamen legitur protulisset, loco præstulisset.

<sup>d</sup> Vindoc., castorum.

<sup>e</sup> Vindoc. et pl. Norm., nunc dicitur: *non estis locuti coram me rectum sicut servus meus Job, ut videatis.*

A tum sine conversione derelinquit. Quia enim internus est medicus, primo putredinem vulneris innotuit, et post remedia consequenda salutis indicavit. <sup>f</sup> Sæpe autem jam diximus quod amici beati Job haereticorum speciem teneant, qui Deum dum defendere nituntur offendunt, quoniam in dictis suis veritati rebelles sunt, cui famulari se in falsa assertione suspicantur. Quia igitur omnipotens Deus saepe illos corporis sanctæ Ecclesiæ per cognitionem veritatis invicerat, bene ipsa quoque eorum conversio, quæ saepe misericorditer agitur, per hanc veniam quam amici Job percipiunt designantur.

12. *Hæretici per sacrificium a se oblatum, Deum placare nequeunt. Reconciliari non possunt nisi per Ecclesiam.* — Notandum vero magnopere est quod

B conversionis suæ sacrificium Domino non per se, sed per Job jubentur offerre. Nimirum hæretici cum ab errore redeunt, erga se iram Domini suo per se oblato sacrificio placare nequaquam possunt, nisi ad catholicam Ecclesiam, quam beatus Job significat, convertantur, ut salutem suam ejus precibus obtineant, cujus fidem perversis assertionibus impugnabant. Ait enim: <sup>g</sup> *Job servus meus orabit pro vobis; faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia.* Ac si aperte hæreticis dicat: *Sacrificia vestra non accipio, petitionum vestrarum verba non audio, nisi per intercessionem illius, cuius professionis verba de me veracia recognosco.* Et vos quidem tauros atque arietes <sup>h</sup> ad exhibenda sacrificia conversionis vestra deducite, sed a me salutem vestrarum C per catholicam Ecclesiam, quam diligo, postulate. Ipsi enim volo dimittere id quod mihi in ipsa deliquistis, ut hæc vestrarum incolumitatem obtineat, quæ ex vestro languore laborabat.

[Vet. VI.] 13. *Ecclesiæ prærogative.* — *Sola quippe est per quam sacrificium Dominus libenter accipiat* (24, q. 1, c. 22, § *Sola quippe*), sola quæ pro errantibus fiducialiter intercedat. Unde etiam de agni hostia Dominus præcepit, dicens: *In una domo comedetur, nec effriteris de carnibus ejus foras* (*Exod. xii, 46*). In una namque domo agnus comeditur, quia in una catholica Ecclesia vera hostia Redemptoris immolatur. **1149** De cuius carnibus divina lex effriteri foras prohibet, quia dari sanctum canibus vetat (*Mauth. vii, 6*). Sola est in qua opus bonum fructuose peragitur, unde et mercedem denarii non nisi qui intra vineam laboraverant acceperunt (*Mauth. xx, 8*). Sola est quæ intra se positos validis charitas compage custodit. Unde et aqua diluvii arcum qui-

D <sup>i</sup> Maxime præfat., c. 6, num. 15 et seqq. In Edit. 1514 aliusque sequentibus legitur: *Quia autem sæpe... suspicantur, omnipotens Deus. Locum hunc obscurum e tenebris eruimus ope MSS. Norin. et vet. Edit. 1495. Hoc in libro qui superiorum est velut recapitulatio, sæpissime Gregorius iam dictorum meminit; quæ quibus in locis tractata sint annotare operæ pretium non est, cum indicie ope ea explorare in promptu sit.*

<sup>j</sup> Laud., duo Germ., Pratet., Utic., Job autem.

<sup>k</sup> Laud., in stultitia.

<sup>l</sup> Vindoc. et pler. Norm., exhibendo sacrificio.

dem ad sublimiora suscipit, omnes autem quos extra arcam invenit extinxit (*Genes. viii, 20, 21, seqq.*). Sola est in qua superna mysteria veraciter contemplatur. Unde et ad Moysen Dominus dicit: *Est locus apud me, et stabis supra petram* (*Exod. xxviii, 21*). Et paulo post: *Tollam manum meam, et videbis posteriora mea* (*Ibid., xxxii, 24*). Quia enim <sup>a</sup> ex sola catholicæ Ecclesia veritas conspicitur (*Q. i, c. 22*), apud se eas locum Dominus perhibet de quo videatur. In petra Moyses ponitur, ut Dei speciem contempletur, quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, divinam præsentiam non cognoscit. De qua soliditate Dominus dicit: *Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam* (*Matt. xvi, 18*). Quid est ergo hoc loco <sup>b</sup> dicere ad amicos Job: *Ite ad Job, nisi petram ascendite? Quid est, Faciem ejus pro vobis suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia, nisi id quod illic dicitur: Posteriora mea videbas* (*Exod. xxxii, 23*)? id est, ejus quæ posimodum futura est mysteria incarnationis intelliges.

**14. Hæreticis ut ad Ecclesiam redeant quid præstandum.** — Hæretici autem pro eo quod in petra stare contemnunt, transeuntis Domini posteriora non aspiciunt, quia extra Ecclesiam positi, incarnationis ejus, sicut sunt, mysteria non agnoscent. Sicut autem et <sup>c</sup> superius diximus, per tauros cervix superbæ, per arietes vero ducatus exprimitur, qui ab hæreticis, persuasis plebibus, quasi seductis gregibus, agitur. De hæreticis namque superbientibus dicitur, qui infirmorum mentes male suadendo corruptunt: <sup>d</sup> *Coucilium taurorum inter vaccas populum* (*Psal. lxvii, 31*). Et quia sequentes se populos velut greges trahunt, arietes aliquando nominantur. Gregem scilicet arietes ducunt. Unde per increpationem Jeremias ait: *Principes tui velut arietes* (*Thren. i, 6*). Quia igitur hæretici cum ad sanctam Ecclesiam redeant, superbæ elationem deserunt, et nequaquam jam quasi sequentes greges populorum cuneos ad interitum ducunt, amici beati Job offerre tauros et arietes jubentur. Tauros enim et arietes offerre in sacrificio est superbum ducatum conversionis humilitate maledire, ut edomita cervice superbæ discant obediendo sequi, qui dudum docendo præmio conabantur. Recte quoque eorum hæc superbæ septem sacrificiis expiatur, quia hæretici ad Ecclesiam revertentes per humilitatis hostiam dona Spiritus gratiæ septiformis recipiunt, ut qui elationis sua velutitate tabuerant, novitate gratiæ resurgentur.

**15. Septenarius numerus perfectus. Quid significet?** Perfectionem æternitatis, vitæ præsentis tempus, Ecclesie universalitatem. — Septenarius autem numerus apud sapientes hujus scouli quadam ræta habetur

A ratione perfectus, quod ex primo pari et ex primo impari consummatur. Primus enim impar ternarius est, primusque par quaternarius. Ex quibus duobus septenarius constat, qui eisdem partibus suis multiplicatus in duodenarium surgit. Nam sive tres per quatuor, sive quatuor per tres dueimus, ad duodenarium pervenimus. Sed nos quis a superno unanimo veritatis prædicamenta percipimus, <sup>e</sup> hoc fixa scientiæ altitudine despicioendo calcamus, hoc procul dubio **150** inconcussa fide retinentes, quia quos Spiritus gratiæ septiformis repleverit perficit, eisque non solum Trinitatis notitiam, sed etiam virtutum quatuor, id est prudentiam, temperantiam, fortitudinem atque justitiam operationem præbet. Qui in ipsis quoque quos ingreditur suis quodammodo partibus augetur, dum et per Trinitatis notitiam quatuor virtutum actio accipitur, et per operationem virtutum quatuor usque ad manifestam Trinitatis speciem pervenitur. Et apud nos ergo septenarius perfectus est, sed longe dissimiliter, quia plene et non inaniter in duodenarium surgit, dum et per fidem opera, et rursum per opéra perficit fidem. Sancti quoque apostoli gratiæ septiformis Spiritu implendi, duodecim sunt electi. In quatuor enim mundi partibus Trinitatem, quæ Deus est, innoverere mittebantur. Duodecim ergo electi sunt ut etiam ex ipsis numeri causa claresceret quod per quatuor infima tria summa prædicarent.

**16. Sive itaque hac, seu alia qualibet fortasse ratione, in Scriptura talienen sacra septenario numero aliquando secura requies æternitatis, aliquando universitas præsentis hujus temporis, aliquando autem sanctæ Ecclesiæ universitas designatur. Septenario quippe numero perfectio æternitatis innuitur, cum dies septimus in requiem Domini sanctificatus vocatur (*Genes. ii, 2*). Cui jam vespera inesse non dicitur, <sup>f</sup> quia æterna beatitudinis requies nullo termino coarctatur. Hinc est etiam quod lego data dies septimus feriatus esse præcipitur (*Exod. xx, 11*), ut æterna per illum requies designetur. Hinc est quod in anporum curriculo septenarius numerus septies multiplicatus, <sup>g</sup> monade addita, ad quinquagenarium dicitur, ut perpetuam beatitudinem signans jubilæi sacratissima requies observetur (*Levit. xxv, 8, 9*). Hinc est quod resurgens Dominus et frequenter apparet (*Joan. xxi*), ultimo jam convivio cum septem discipulis comedisse describitur, quia hi qui in illo nunc perfecti sunt, æterna per illum refectione satiantur.**

[*Vet. VII.*] **17. Rursum per septenarium numerum hæc universitas temporalitatis accipitur.** Hinc est enim quod per septem dies hoc totum vitæ præsentis tempus evolvitur. Hinc est quod in typô sanctæ

<sup>h</sup> Vindoc. et Norm., hæc physica. Contradicuntur. Editi tum vet. tum recent., quibus concordant duo Germ.

<sup>i</sup> Idem Cod. cum Germ., internæ.

<sup>j</sup> Germ., Turon., Laud., Norm., monade addito: Corb. Germ. ultramque admittit lectionem.

<sup>a</sup> Longip., in sola.

<sup>b</sup> Duo Germ. et Prateli., dicens: ad Job ite; nisi, petram.

<sup>c</sup> Præfati., cap. 8, n. 48.

<sup>d</sup> Ita Mat. et veterior Edn. Paris. 1495. In alia 1518, et cert. recent. et in Ms. Germ. legitur, mele, conditum.

Ecclesie, quæ omni tempore hunc mundum prædicando circuit, arca Domini tubis clangentibus muros Jericho diebus septem circumacta confregit (*Josue. vi, 20*). Hinc Propheta ait : *Septies in die laudem dixi tibi* (*Psal. cxviii, 164*). Quod ipse rursum pro toto atque universo suæ deprecationis tempore se dixisse significans, ait : *Semper laus ejus in ore meo* (*Psal. xxxiii, 1*). Quod vero per septenarium numerum præsentis vite universitas designatur, tunc magis ostenditur, cum post eum quoque etiam octonarius subinseritur. Septenarium quippe cum adhuc alias sequitur, ex ipso ejus augmento exprimitur quod finienda temporalitas æternitate concludatur. Hinc est enim quod Salomon admonet, dicens : *Da partes septem, necnon et octo* (*Eccle. xi, 2*). Per septenarium quippe numerum hoc quod septem diebus agitur præsens tempus expressit ; per octonarium vero vitam perpetuam designavit, quam sua nobis Dominus resurrectione patefecit. <sup>a</sup> Dominico scilicet die resurrexit, qui dum diem septimum, id est Sabbathum sequitur, **1151** a conditione octavus invenitur. Bene autem dicitur : *Da partes septem, necnon et octo*, [quia ignoras quid mali futurum sit super terram] (*Ibid.*). Ac si aperte diceretur : Sic dispensa temporalia, ut appetere non obliviscaris æterna. Oportet namque ut in posterum bene agendo providas, qui de venturo judicio quanta tribulatio sequatur ignoras. Hinc est quod quindecim gradibus tempulum ascenditur, ut ex ipsa ejus ascensione discatur quatenus per septem et octo et temporalis sollicite dispensemetur actio, et provide mansio æterna requiratur. Hinc est etiam quod dum monas in denarium surgit, centum quinquaginta psalmos Propheta cecinit. Propter hunc septenarium numerum temporalia, octonarium vero æterna signantem, super centum viginti fidèles in coenaculo residentes Spiritus sanctus effusus est (*Act. ii*). Per septem quippe et octo quindecim componuntur, et si ab uno usque ad quindecim numerando paulatim per incrementa consurgimus, usque ad centesimum et vigesimum numerum pervenimus. Qua scilicet effusione Spiritus sancti didicerunt ut et temporalia tolerando transirent, et æterna inhianter appeterent.

**18.** Rursum septenario numero sanctæ Ecclesie universitas designatur. Unde Joannes in Apocalypsi septem Ecclesiis scribit (*Apoc. i, 4*) ; sed per eas quid alind quam universalem Ecclesiam intelligi voluit ? Quæ nimurum universalis Ecclesia ut plena septiformis gratia Spiritu signaretur, Elisæus super puerum mortuum septies inspirasse describitur, (*IV Reg. iv, 34*). Super extinctum quippe populum Dominus veniens quasi septies <sup>b</sup> oscitat, quia ei dona Spiritus septiformis gratia misericorditer tribuit. Quia igitur sepe septenario numero sanctæ Ecclesie universitas figuratur, veniant ad beatum Job amici

<sup>a</sup> Ebroic. aliquie Norman., Turon. et al., cum dominico.

<sup>b</sup> Germ. et Edit. Gilot., Vatic., Gussanv., occitane. Cæt. MSS. et veterum Edit. lectionem præstiu-

A illius, et jussum divinitus offerant holocaustum. Sed vigilanter omnino septenarii numeri arcana custodiunt, ut videlicet hi qui extra sunt positi prius se universitati sanctæ Ecclesie miscent, et tunc deum veniam de reatu pristine elationis exquirant. Pro culpa sua septem sacrificia offerant, quia reatus sui et ablutionem non accipiunt, nisi gratia septiformis Spiritu universalis paci a qua excisi fuerant aggregentur. Dicatur igitur : *Sumite vobis septem tauro et septem arietes, et ite ad servum meum Job, et offerte holocaustum pro vobis; Job autem servus mens orabit pro vobis; faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia.* Ac si hæreticis redeuntibus aperte diceretur : Universali vos Ecclesie per humilitatem penitentiae jungite, atque eam qua per vosmet ipsos digni non estis veniam ejus a me precibus obtinetе, qui cum per hanc veraciter sapere discitis, priores apud me vestre sapientiae stultitiam deletis. Sequitur :

#### CAPUT IX [Vet. VIII].

VERS. 8. — *Neque enim loculi estis coram me rectum, sicut servus meus Job.*

**19. Sententia iteratio in sacris litteris ejus immutabilitatis est argumentum.** — Haec paulo ante jam Dominus protulit, et tamen hæc eadem iterando subjunctione. Quid est hoc, nisi quod sententiam, quam semel judicando dixerat, iterum replicando confirmat ? atque ut manifestius beati Job justitia amicorumque ejus injustiæ demonstretur, ejus laus illorumque reprehensio iterata voce depromittur, ut replicata foris appareant quam fixa intus habeantur. Namque **1152** cum rex Ægypti metuenda venturæ famis tempora sub boum spicarumque specie gemina visione cognovisset, voce sancti interpretis audivit : *Quod vidisti secundo ad eamdem rem pertinens somnium, firmatis indicium est* (*Genes. xli, 32*). Qua ex re aperte colligitur quia quidquid in eloquio divino repetitur, robustius confirmatur. Sed quia quid judex decrevit audivimus, addicti quoque quid faciant audiamus. Sequitur :

#### CAPUT X.

VERS. 9. — *Abierunt ergo Eliphaz Themaniles, et Baldad Suhiles, et Sophar Naamathiles, et fecerunt sicut locutus fuerat ad eos Dominus, et suscepit Dominus faciem Job.*

**20. Ordo venia.** — Horum interpretationem nominum idcirco retinemus, quia in hujus operis exordio de ea nos latius disseruisse meminimus. Intuendum vero est quia ita caute, sicut prædictum fuerat, ordo acceptæ veniæ custoditur, ut in sacrificiis Dominus non illorum, sed beati Job faciem suscepisse referatur. Sed quia quisquis pro aliis intercedere nititur, sibi potius ex ipsa charitate suffragatur, recte subjungitur :

limus.

<sup>c</sup> Turon., duo Germ., Vindœ., Norm., absolu-

<sup>d</sup> Germ. et Laudi, recta.

## CAPUT XI.

VERS. 40. — *Dominus quoque conversus est ad paenitentiam Job, cum oraret pro amicis suis.*

21. *Citius pro nobis orantes exaudimur, si oratio nostra proximi et maxime adversarii dilectione conditatur.* — Jam enim superius pro amicis suis exauditus ostenditur, cum factum quod prædictimus memoratur: *Fecerunt sicut locutus fuerat ad eos Dominus, et suscepit Dominus faciem Job.* Sed cum protinus subinfertur: *Dominus quoque conversus est ad paenitentiam Job, cum oraret pro amicis suis,* aperte ostenditur quia etiam pro semetipso paenitens tanto citius exaudiens meruit, quanto devote pro aliis intercessit. Plus enim pro se valere preces suas efficit, qui has et pro aliis impedit. Libentius quippe sacrificium orationis accipitur, quod in conspectu misericordis judicis proximi dilectione conditur. Quod tunc veraciter quisque cumulat, si hoc etiam pro adversariis impedit. Hinc est enim quod magistra Veritas dicit: *Orate pro persequentiibus et calumniantibus vos* (Luc. vi, 28). Hinc rursum ait: *Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis adversus aliquem, ut et Pater vester qui in cælis est dimittat vobis peccata vestra* (Marc. xi, 25). Quantum vero pro se obtinuit, qui pro aliis intervenit, illico demonstratur, cum subditur:

## CAPUT XII [Rec. VIII].

*Ibid.* — *Addidit a Dominus omnia quæcunque fuerant Job duplia.*

22. *Juxta afflictionis pondus disponitur mensura consolationis.* — Cuncta quæ amiserat duplia recipit, quia per pietatem benigni judicis tentationis nostræ dispendium vincunt suffragia consolationum. Minus autem tentat probatio quam remuneratio consolatur, ut ex retributionis merito leve fuisse quod toleravit agnoscat, qui ex<sup>b</sup> percussionis pondere grave se aliquid tolerare judicabat. Unde afflictæ quoque Judææ dicitur: *Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te* (Isai. LIV, 7). Aliquando vero juxta afflictionis pondus disponitur mensura consolationis. Unde alias scriptum est: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lœtificaverunt animam meam* (Psal. XCIII, 19). In ea enim mensura consolatum se in qua afflicitus fuerat indicat, qui lœtificatum se secundum multitudinem dolorum clamat. Non autem minimè lector instruitur, si ipsum remuneratiois ordinem contempletur. Excessum quippe correctio, correctioni penitentia, paenitentiam venis, 1153 veniam vero munera subsequuntur. Sed quia, divinæ dispensationis permissione percussus, etiam amicorum verbis afflicitus est, divinæ pietatis muneribus consolatus, etiam humana debet charitate resoveri; ut undique ei consolationis gaudia respondeant, quem undique dolorum tristia et adversa lacerabant. Unde et subditur:

<sup>a</sup> In Prat. et al. additur quoque.

<sup>b</sup> Ita MSS. et vet. Edit. Paris. 1495. Aliae posteriores, persecutionis.

## A

## CAPUT XIII.

VERS. 11. *Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, et universæ sorores sue, et cuncti qui noverant eum prius; et comedenterunt cum eo panem in domo ejus, et moverunt super eum caput.*

23. *Non solum divina, sed etiam humanæ.* — Quid in <sup>c</sup> comeditione panis nisi charitas, quid vero motione capitis, nisi admiratio designatur? Bene autem subditur:

*Ibid.* — *Et consolati sunt eum super omne malum, quod intulerat Dominus super eum.*

Percussi enim moerorem consolari est ei post percussionem de venia congaudere. Nam quanto quisque de restituta proximi salute cornitur hilarescere, tanto se indicat de ablata doluisse.

## CAPUT XIV [Rec. IX].

*Ibid.* — *Et dederunt ei unusquisque ovem unam, et inaurum auream unam.*

24. *Ecclesia receptura est aliquando duplia.* — Licet cuncta hæc juxta historiam veraciter dicta sint, ipsis tamen oblatis munieribus cogimur ut ad allegoriæ mysterium recurramus. Neque enim otiose debemus accipere quod ovem, quod unam, quod inaurum auream obtulere, quod unam. Et si fortasse juxta litteram mirum non est ovis oblata cur una, valde tamen mirum est inauris oblata cur una. Quid vero aut ovis ad inaurum pertinet, aut quid inauris ad ovem? Ex ipso ergo munierum fine compellimur ut priora quoque, quæ superficie tenuis juxta solam historiam contingendo transcurriamus, in allegoriæ mysterii indagemus. Quia igitur Christus et Ecclesia, id est caput et corpus una persona est, sapientiam Job diximus modo capitilis, modo figuram corporis designare [Vet. IX]. Servata ergo historiæ veritate, sub typo gestum sanctæ Ecclesiæ sentiamus id quod scriptum est: *Addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Job duplia.* Sancta quippe Ecclesia etsi multos nunc percussione tentationis amisit, in fine tamen hujus sæculi ea quæ sua sunt duplia recipit, quando susceptis ad plenum gentibus, ad ejus fidem currere omnis quæ tunc inventa fuerit, etiam Judæa consentit. Hinc namque scriptum est: *Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvus fieret* (Rom. xi, 25). Hinc in Evangelio quoque Veritas dicit: *Elias <sup>d</sup> veniet, et ille restituet omnia* (Matth. xvii, 11). Nunc enim amisit Israelitas Ecclesia, quos convertere prædicando non valuit, sed tunc Elia prædicante, dum quotquot invenerit colligit, velut plenius recipit quod amisit.

25. *Ante resurrectionem sancti singulas stolas accipiunt, binas post resurrectionem.* — Vel certe sanctæ Ecclesiæ in fine suo duplum recipere est in singulis nobis et de beatitudine animæ, et de carnis incorruptione gaudere. Hinc est enim quod per prophetam de electis dicitur: *In terra sua duplia possidebunt* (Isai. LXI, 7). Hinc est enim quod Joannes apo-

<sup>c</sup> Laud. comeditione.

<sup>d</sup> Laud. et Val. Cl., tenit.

stolis de sanctis finem mundi querentibus dicit: *Data stolis singulis stolis abbas, et dictum est eis ut requiescerent tempore adhuc modicum, donec complearetur numerus consorium et fratrum eorum* (Apoc. vi, 11). Sicut enim longe superiorius diximus (*scilicet prefationis*, c. 10, n. 20), ante resurrectionem sancti singulis 1154 stoles accipiunt, quia sola animarum beatitudine perfundunt; in fine autem mundi binas habentur sunt, quia cum mentis beatitudine etiam carnis gloriam possidebunt.

26. *Conversio Iudeorum in fine mundi prænuntiata.* — Sed ea quæ subnexa sunt, in fine magis hujus sæcu*i* conversionem se Judaici populi nuntiare testantur. Nam subditur: *Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, et universæ sorores suæ, et cuncti qui noverant eum prius, et comederunt cum eo panem in domo ejus.* Tunc quippe fratres sui ac sorores ad Christum veniunt, quando ex plebe Judaica quotquot inventi fuerint convertuntur. Ex illo enim populo carnis materiam sumpsit. Tunc ergo ad eum fratres ac sorores accedunt, quando ex ea plebe<sup>a</sup> quæ ei per cognationem juncta est, vel qui fortis futuri sunt, velut fratres, vel infirmi, velut sorores, ad eum<sup>b</sup> per cognitionem fidei devota gratulatione concurrunt. Tunc apud eum celeberrimæ festivitatis convivium exhibent, quando eum iam nequaquam quasi purum hominem contemnentes, propinquitatis suæ memores, divinitati se ejus inhærere congaudent. Tunc in domo ejus panem comedunt, cum, postponita observatione<sup>c</sup> subjacentis litteræ, in sancta Ecclesia mystici eloquii quasi frugis medulla passuntur [Vet. X]. Bene autem subjungitur: *Cuncti qui noverant eum prius.* Prius quippe noverant, quem in patione sua quasi incognitum contempserunt. Nam nasciturum Christum nullus qui plene legem didicit ignoravit. Unde et Herodes rex, magorum occasione perterritus, sacerdotes et principes studiis solerter inquirere ubi Christum nasciturum esse præscirent; cui protinus responderunt: *In Bethleem Iudeæ* (Matth. ii, 5). Prius ergo noverant quem passionis sue tempore dum despicerent ignorabant. Quorum et notitia prior, et ignorantia posterior bene ac breviter Isaac caligante signatur. Qui dum Jacob benedicaret, et quid eveniret in futuro praevidebat, et quis illi præsens assisteret nesciebat (Genes. xxvii). Sic quippe Israelitarum populus fuit, qui prophetæ mysteria accepit, sed tamen cæcos in contemplatione oculos<sup>d</sup> habuit, quia eum præsentem non vidit, de quo tam multa in futuro prævidit. Ante se enim positum nequaquam cernere valuit, cuius adventus potentiam longe ante nuntiavit. Sed ecce in fine mundi veniunt, et eum quem prius noverant recognoscunt. Ecce in domo ejus panem comedunt; quia in sancta Ecclesia sancti eloquii fruge pascuntur,<sup>e</sup> et omnem insensibilitatem pri-

stini torporis excutiunt. Unde et subditur: *Ei moveunt super eum caput.* Quid enim in capite, nisi principale mentis accipitur? sicut per Psalmistam dicitur: *Impinguasti in oleo caput meum* (Psal. xxii, 5). Ac si aperte diceretur: Arentem in suis cogitationibus mentein meam charitatis unctione rigasti. Caput ergo movetur, cum, per formidinem veritatis tacta, ab insensibilitate sua mens qualitur. Veniant ergo parentes ad convivium, atque excuso torpore moveant caput, id est bi qui Redemptori nostro carne conjuncti fuerant refectionem quandoque verbi in fide percipient, et insensibilitatis pristinæ duritiam amittant. Unde bene per Habacuc dicitur: *Pedes ejus steterunt, et mota est terra* (Habac. iii, 5). Stante enim Domino terra procul dubio moveret, quia cum 1155 cordi nostro timoris sui vestigia imprimunt, cuncta in nobis cogitatio terrena contremiscit. Hoc laque loco caput movere est immobilitatem mentis executare, et ad cognitionem fidei crudelitatis gressibus propinquare.

27. *Quanta ex eorum conversione Ecclesiæ consolatio.* Quæ conversi, Christo debeant offerre. — Sed quia sancta Ecclesia nunc Hebraeorum aversione afficitur, et tunc conversione relevatur, recte subjungitur [Vet. XI]: *Et consolati sunt eum super omni malo, quod intulerat Dominus super eum.* Consolantur videlicet Christum, consolantur Ecclesiam, qui ab infidelitatis pristinæ errore resipiscunt, et pravitatem vitæ, per quam recta docentibus repugnaverunt, deserunt. Annon gravis moror est duris cordibus infructuose prædicare, labore in ostendenda veritate sumere, sed nullum de conversione audientium fructum laboris inventire? At contra, magna prædictorum consolatio est subsequens profectus auditorum. Relevatio quippe docentis est immunitatio proficiens. Et notandum quod in flagello positum consolari noluerunt, sed ad consolandum eum post flagellum veniunt, quia nimis passionis ejus tempore Hebrei, prædicamenta fidei contemnentes, quem hominem ex morte probaverant Deum credere despererunt. Unde per Psalmistam Dominus dicit: *Sustinui qui simul mecum contristaretur, et non fuit; consolantem me quæsivi, et non inveni* (Psal. LXXX, 21). Consolantem quippe in passione minime invenit, quia in respectu mortis etiam ipsos hostes pertulit, pro quibus ad mortem venit. Post flagella ergo propinquai ad consolationem veniunt, quia in membris suis nunc quoque Dominus patitur; sed extremo tempore Israelitæ omnes ad fidem, cognita Eliæ prædicatione, concurrent, atque ad ejus protectionem quem fugerant redeunt, et tunc illud eximum multiplici aggregatione populorum convivium celebratur. Tunc post flagella quasi Iohannes ostenditur, quando a conversis atque credentibus post passionem suam ac resurrectionem Domi-

<sup>a</sup> Longip., qui et... functi sunt.

<sup>b</sup> Laud. et Val. Cl., per cognationem.

<sup>c</sup> Gemet., Pratel., duo Germ., Val. Cl., superjectio-

<sup>d</sup> Laud., Gemet., duo Germ. et al., tentit.

<sup>e</sup> Duo Germ., Ebroic. et Val. Cl., ecce omnes.

<sup>f</sup> Hoc est quod Græci dicunt τὸ ἐπεροῦντα, scilicet principatum animi.

**nes in ecclis immortalis vivere per certitudinem fidei scitur.** Tunc quasi remuneratus Job cernitur, quando in maiestatis sue potentia sicut est Deus creditor, et ejus fidei subjici hi qui prius restiterant videantur. In fine igitur mundi credentes Hebrei conveniant, et humani generis redemptori in potentia divinitatis quasi sano Job oblationem suarum vestigia persolvant [Vet. XII]. Unde et bene subditur: *Ei dederunt ei unusquisque ovem unam, et inaurem auream unam.* Quid per ovem nisi innocentia, quid per inaurem nisi obedientia designatur? Per ovem quippe simplex animus, per inaurem vero ornatus humilitatis gratia auditus exprimitur.

[Rec. X.] 28. *Obedientiae commendatio. Obedientia usque ad mortem servanda.* — Sed quia ad ostendendam virtutem obedientiae occasio opportuna se praebuit, libet hanc paulo vigilantius sollicitiusque discutere, et quanti sit meriti demonstrare. Sola namque virtus est obedientia quae virtutes ceteras menti inserit, insertasque custodit. Unde et primus homo preceptum quod servaret accepit (Genes. II, 1<sup>o</sup>), cui se si vellet obediens subdere, ad aeternam beatitudinem sine labore perveniret. Hinc Samuel ait: *Melior est obedientia quam victimæ, et auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere* (I Reg. IV, 22). Obedientia quippe victimis juro preponitur (8, q. 1. can. sciendum, § *Obedientia*), quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero **1156** voluntas propria maclatur. Tanto igitur quisque Deum citius placat, quanto ante ejus oculos repressa arbitrii sui superbia, gladio præcepti se iminolat. Quo contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quanta sit virtus obedientia demonstretur. Ex adverso igitur melius ostenditur, quid de ejus laude sentiatur. Si enim quasi ariolandi peccatum est repugnare, et quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere, sola est quae fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis esse convincitur, etiamsi fidelis esse videatur. Hinc per Salomonem in ostensione obedientiae dicitur: *Vir obediens loquitur victorias* (Prov. XXI, 28). Vir quippe obediens victories loquitur, quia dum alienæ voci humiliatur subdimur, nosmetipsos in corde superamus. Hinc in Evangelio Veritas dicit: *Eum qui venit ad me, non ejiciam foras, quia de celo descendii, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me* (Joan. VI, 37). Quid enim? si suam faceret eos qui ad se veniunt repulisset? Quis autem nesciat quod voluntas Filii a Patris voluntate non discrepet? Sed quoniam primus homo, quia suam facere voluntatem voluit, a paradisi gaudio exivit (Genes. III, 24), secundus ad redemptionem hominum veniens, dum voluntatem se Patris et non suam facere ostendit, permanere nos intus docuit. Cum igitur non

suam sed Patris voluntatem facit, eos qui ad se veniam foras non ejicit, quia dum exemplo suo nos obedientiae subjicit, viam nobis egressionis claudit. Hinc rursum ait: *Non possum ego a meipso facere quidquam, sed sicut audio* (Joan. V, 30) *judico.* Nobis quippe obedientia usque ad mortem servanda præcipitur. Ipse autem si sicut audit judicat, tunc quoque obedit, cum judex venit. Ne igitur nobis usque ad præsentis vitæ terminum obedientia laboriosa apparatur, Redemptor noster indicat, quia hanc etiam cum judex venerit servat. Quid ergo mirum si homo peccator se obedientiae in præsentis vitæ brevitate subjicit (II, q. 3, c. *Quid ergo*), b quando hanc mediator Dei et hominum et cum obedientes remunerat, non relinquit?

[Vet. XIII.] 29. *Malum nunquam fieri debet per obedientiam, sed bonum aliquando intermitte.*

— Scendum vero est quod nunquam per obedientiam malum fieri aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur, intermitti. Neque enim mala in paradiiso arbor exstitit, quam Deus homini ne contingere interdixit (Genes. II). Sed ut melius per obedientiae meritum homo bene conditus cresceret, dignum fuerat ut etiam a bono prohiberetur, quantum tanto verius hoc quod ageret virtus esset, quanto et a bono cessans, auctiori suo se subditum humilius exhiberet. Sed notandum quod illuc dicitur: *Ex omni ligno paradisi comedite, de ligno autem scientia boni et mali ne tingeritis* (Ibid., 16). Qui enim ab uno quolibet bono subjectos vetat, necesse est ut multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si a bonis omnibus penitus repulsa jejunal. Omnes autem paradisi arbores ad esum Dominus concessit, cum ab una prohibuit, ut creaturam suam, quam nolebat extingui, sed provehi, tanto facilius ab una restringeret, quanto ad cunctas <sup>a</sup> latius relaxaret.

39. *Quando nullius meriti sit obedientia, quando minimi.* — Sed quia nonnunquam nobis hujus mundi prospera, nonnunquam vero jubentur adversa, sciendum summopere est quod obedientia aliquando, si de suo aliquid habeat, nulla est; aliquando autem, si de suo aliquid non habeat, minima (8, q. 1, c. *Sciendum*). Nam cum hujus mundi successus præcipitur, **1157** cum locus superior imperatur, is qui ad percipienda haec obedit, obedientiae sibi virtutem evacuat, si ad haec etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad accipienda hujus vita prospera libidini propriæ ambitionis servit. Rursum cum mundi despctus præcipitur, cum probra adipisci et contumelie jubentur, nisi ex seipso animus haec appetat, obedientiae sibi meritum minuit, quia ad ea quae in hac vita despecta sunt invitus nolensque descendit. Ad detrimenta quippe obedientia du-

<sup>a</sup> *etiam a bono prohiberet.*

<sup>b</sup> Gratianus hanc sic profert: quando *hanc... tenet, et tenetdam præcepit;* et cum *obedientes.*

<sup>c</sup> *Gomet., Pratel., Val. Cl., duo Germ., usi Aut.*

<sup>a</sup> *Vindoc., Corb. Germ., ac pl. Norm., licentius*  
<sup>b</sup> *Land., aliquando est, si de suo aliquid non habeat,*  
*minima.*

citor, cum mentem ad suscipienda probra hujus saeculi nequaquam ex parte aliqua etiam sua vota comitantur. Debet ergo obedientia et in adversis <sup>a</sup> ex suo aliquid habere, et rursum in prosperis ex suo aliquid omnimodo non habere, quatenus et in adversis tanto sit gloriosior quanto divino ordini etiam ex desiderio jungitur, et in prosperis tanto sit verior quanto a praesenti ipsa quam divinitus percipit gloria funditus ex mente separatur.

**31. Subeunda prospera ex sola jussione, adversa vero etiam ex devotione, docemur exemplo Mosis et Pauli.** — Sed hoc virtutis pondus melius ostendimus, si coelestis patriæ duorum <sup>b</sup> hominum facta memorremus. Moyses namque cum in deserto oves pascere, a Domino per angelum in igne loquente vocatus est, ut eripiendæ omni Israëlitarum multitudini præcesset (*Exod. iii*). Sed quia apud se mente humili exstitit, oblatam protinus tanti regiminis gloriam expavit, moxque ad infirmitatis patrocinium recurrit, dicens : *Obsecro, Domine, non sum eloquens; ab heri et nudiustertius ex quo cœpisti loqui ad servum tuum, tardioris et impeditioris lingua sum factus* (*Ibid. iv, 10*). Et, se postposito, alium depositit, dicens : *Mittite quem missurus es* (*Ibid. 13*). Ecce cum auctore linguae loquitur, et ne tanti regiminis potestatem suscipiat, elinguem se esse causatur. Paulus quoque divinitus fuerat ut in Jerusalem debuisse ascendere admonitus, sicut ipse Galatis dicit : *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Jerosolymam, auctumto Barnaba et Tito; ascendi autem secundum revelationem* (*Galat. ii, 1*). Isque in itinere cum prophetam Agabum reperisset, quanta se adversitas in Jerosolymis maneret audivit (*Act. xxi*). Scriptum quippe est quod idem Agabus zonam Pauli suis pedibus inserens, dixit : *Virum cuius hæc zona est sic alligabunt in Jerusalem* (*Ibid., 41*). A Paulo autem protinus respondet : *Ego non solum alligari, sed et mori in Jerusalem paratus sum pro nomine Jesu, neque enim pretiosiorem facio animam meam quam me* (*Ibid., 13*). Praeceptione igitur revelationis Jerosolymam pergebas, adversa cognoscit, et tamen hæc libenter appetit; audit quæ timeat, sed ad hæc ardentius anhelat. Moyses itaque ad prospera de suo nihil habet, quia precibus <sup>c</sup> renititur, ne Israeliticæ plebi præferatur. Paulus ad adversa etiam ex suo voto ducitur, quia malorum imminentium cognitionem percipit, sed devotione spiritus etiam ad acriora fervescit. Ille præsentis potestatis gloriam Deo voluit jubente declinare; iste, Deo aspera et dura disponente, se studuit ad graviora præparare. Præeunte ergo utrorumque ducum infracta virtute <sup>d</sup> instituimus, ut si obedientiæ palmam apprehendere veraciter nitimus, prosperis hujus sæculi ex sola jussione, adversis autem etiam ex devotione militemus.

<sup>a</sup> Laud., ex suo aliquid omnimodo non habere.

<sup>b</sup> Turon., Land., Val. Cl., herorum. Pratel. et Germ., virorum. Corb. Germ., verorum civium.

<sup>c</sup> In Laud. deest iterum.

<sup>d</sup> Val. Cl.; nictitur.

<sup>e</sup> Laud. et Val. Cl. instruimus.

**1158 [Vet. XIV.] 32. Innocentia ornamenti est obedientia.** — Notandum vero est quod hoc loco cum inaure ovis, cum ove inauris offertur, quia nimis innocui mentibus ornamentum semper obedicat jungitur; Domino attestante, qui ait : *Oves meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me* (*Joan. x, 27*). Beato igitur Job nemo inaurem sine ove, nemo ovem sine inaure obtulit, quia profecto Redemptori suo non obedit, qui innocens non est; et innocens esse non potest, qui abedire contemnit. Quia vero ipsa obedientia non serviili meta sed charitatis affectu servanda est, non terrore passus, sed amore justitiae, cuncti qui ad convivium veniunt, auream inaurem obtulisse perhibentur, ut videlicet in ea quæ exhibetur obedientia, charitas fulgeat, quæ virtutes omnes quasi auri more cætera metalla transcendat.

**33. Nulla potest esse aut innocentia aut obedientia, nisi in una vera Ecclesia.** — Sed quia nulla esse innocentia, nulla esse vera obedientia in multiplicibus haereticorum divisionibus potest, ad cognitionem fideli venientes offerant ovem, sed unam; offerant inaurem, sed unam; id est, tales veniant, qui in unitate sanctæ Ecclesie innocui obedientesque persistent. Unum quippe dividi <sup>f</sup> per numeros non potest, quia et hoc ipsum unum quod dicimus numerus non est. Offerant igitur ovem, sed unam; offerant inaurem, sed unam; id est, ad sanctam Ecclesiam cum innocentia atque obedientia venientes, eam mentem deferant quam sectarum schismata non dividant.

**[Vet. XV.] 34. Quantum de Judæorum conversione futurum in Ecclesia gaudium, et celebrandum aliquando convivium.** — Aperire libet oculos fidei, et illud extrellum sanctæ Ecclesie de susceptione Israelitici populi convivium contemplari. Ad quod nimis convivium magnus ille veniens Elias convivantium invitator adhibetur; et tunc propinquui, tunc noti ad eum cum muneribus veniunt, quem in flagello paulo ante positum contempserunt. Appropinquante enim die judicii, vel præcursoris vocibus, vel quibusdam erumpentibus signis, ipsa eis jam aliquo modo advenientis Domini virtus interlucet. Cujus iram dum prævenire festinant, conversionis suæ tempus accelerant. Conversi autem cum muneribus veniunt, quia eum quem paulo ante in passione deriserunt, tunc virtutum opera quasi munera offerendo, venerantur, illud procul dubio hac sua oblatione completes quod et cernimus magna ex parte jam factum, et adhuc credimus <sup>g</sup> perfecte faciendum : *Adorabunt eum filii Tyri in muneribus* (*Psal. XLIV, 13*). Tunc namque illum plenius filii Tyri in muneribus adorant, cum Israelitarum mentes hujus nunc mundi subditæ desideriis, ei quem superbientes negaverunt, quandoque cognito, suæ hostias confessionis

<sup>f</sup> Val. Cl., per inumeros.

<sup>g</sup> Ed. etiam vet., ex magna parte. Gilot. ad marginem annotavit præ var. loci, perfecte. Sicque legendum ex MSS. Anglie. et nostris, quos hic sequitur Gussany.

apportant. Et quamvis eisdem temporibus quibus Antichristus appropinquat, aliquatenus vita fidelium minoris esse virtutis appareat, quamvis in conflictu illius perdit hominis gravis etiam corda fortium formido constringat: Elia tamen prædicante roborati, non solum fideles quique in sanctæ Ecclesiæ soliditate persistunt, sed, sicut superius diximus, ad cognitionem fidei multi quoque ex infidelibus convertuntur; ita ut Israelitice gentis reliquæ, quæ repulsæ prius funditus fuerant, ad sinum matris Ecclesiæ pia omnimodo devotione concurrant. Unde et bene nunc subditur:

#### CAPUT XV [Vet. XVI].

VERS. 12. — **1159** Dominus autem benedicit novissimis Job magis, quam principio ejus.

**35.** Deus novissimis Ecclesiæ, multiplici animarum collectione benedicet. — Hæc historice facta credimus, hæc mystice facienda speramus. Magis enim novissimis Job quam principio benedicitur, quia quantum ad Israelitici populi susceptionem pertinet, urgente fine præsentis sæculi, dolorem sanctæ Ecclesiæ Dominus animarum multiplici collectione consolatur. Tanto quippe locupletius ditabitur, quanto et manifestius innotescit quod ad finem præsentis vitæ temporalitas urgetur. Prædicatores namque sanctæ Ecclesiæ benedictione extremi temporis Psalmista dilati conspexerat, cum dicebat: *Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi, et bene patientes erunt, ut annuntient* (Psal. xci, 15). In senecta scilicet uberi multiplicantur, quia cum eorum vita differunt, semper ad melius fortitudo producitur, eisque per augmentum temporum crescunt etiam lucra meritorum. Bene autem patientes sunt ut annuntient, quia coelestia prædicantes, tanto robustius adversa tolerant, quanto et per tolerantiam suam animarum commoda locupletius reportant. Sequitur:

#### CAPUT XVI [Rec. XI].

VERS. 12, 13. — *Et facta sunt ei quatuordecim millia ovium, et sex millia camelorum, et mille juga boum, et mille asinæ; et fuerunt ei septem filii, et tres filie.*

**36.** In duplicatis Job armentis et gregibus, aggregata fidelium universitas designatur: innocentium, in ritu olim superbientium, jugo legis subditorum, gentilium. — Quod septem millia ovium, et tria millia camelorum, et quingenta juga boum, et quingentas asinas ante probationem percussionis habuerit, ipsa ejusdem historiæ præfatio ostendit; quæ per flagellum perdita, ea nunc sunt duplia restituta. Filii autem totidem sunt redditi<sup>a</sup> quot amissi. Septem quippe filios et tres filias habuit, septem autem nunc filios et tres filias receperisse describitur, ut et hi qui extinti fuerant vivere demonstrentur. Dum enim dicitur: *Addidit Dominus quæcumque fuerant Job duplicita* (Job 1), et tamen totidem filios ei restituit

<sup>a</sup> Laud., electione.

<sup>b</sup> Editi tum vet. tum recent., quot amisit. MSS. scrupulosæ inhaesimus.

<sup>c</sup> Ed. etiam vet., exuberanti (vel extuberanti) et tortuosa. Germ., extuerantum. Nostram lect. suppe-

A quoniam amisit, et liberos duplicita addidit, cui decem postmodum in carne restituit, decem vero qui amissi fuerant in occulta animarum vita reservavit [Vet. XVII]. Si quis autem in prædictis animalibus, postposito culmo historia, ut intellectuale videlicet animal, pasci mysteriorum fruge desiderat, necesse est ut que sentimus agnoscat. Intelligere enim possumus quod in his animalibus aggregata fidelium universitas designatur. Hinc est namque quod per Psalmistam Patri de Filio dicitur: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi* (Psal. viii, 8). Hinc est quod idem propheta sanctam Ecclesiam simplices quosque inhabitare conspicens, ait: *Animalia tua habitabunt in ea* (Psal. lxvii, 11).

**37.** Quid ergo in ovibus nisi innocentes, quid in camelis nisi eos qui cæterorum mala transennt<sup>d</sup> exuberantum tortuosa mole vitiiorum, quid in jugatis bobus nisi Israelitas legi subditos, quid in asinis nisi simplices gentilium mentes accipimus? Nam quia innocentes quique ovium nomine designantur, testatur Psalmista, qui ait: *Nos autem populus ejus, et oves pascue ejus* (Psal. xciv, 7). Neque enim qui servare innocentiam negligunt, illa inter se pascue refectione satiantur.

**38.** Cameli vero nomine aliquando in sacro eloquio Dominus, aliquando gentilium superbia exprimitur, quasi excrescente desuper tumore tortuosa.

**1160** Quia enim ad suscipienda onera sponte sequitur camelinus humiliat, non immerito Redemptoris nostri gratiam designat, qui in eo quod infirmitatis nostræ onera suscipere dignatus est, a potestatis suæ celsitudine sponte descendit. Unde et per Evangelium dicit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* (Joan. x, 18), et nemo tollit eam a me. Et unde iterum dicit: *Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum cælorum* (Math. xix, 24). Quid enim nomine divitis nisi quemlibet elatum, quid cameli appellatione, nisi propriam condescensionem signat? Camelus enim per foramen acus transit, cum idem Redemptor noster usque ad susceptionem mortis per angustias passionis intravit. Quæ passio velut acus exstitit, quia dolore corpus pupigit. Facilius autem camelus per foramen acus transit quam dives cælorum regnum ingreditur, quia nisi ipse prius infirmitatis nostræ onera suscipiens per passionem suam<sup>e</sup> foramen nobis humilitatis ostenderet, nequaquam se ad humilitatem illius superba nostra rigiditas inclinaret. Rursum cameli nomine tortuosa ac plena vitiis gentilites designatur, sicut per Moyensem dicitur quod inclinata jam die egressum in agro Isaac in camelio sedens Rebecca conspexerit, ac protinus de camelio descendit, et sese pallio ad visionem illius verecundata cooperuit (Genes. xxiv, 64). Quem

ditarunt Corb. Germ., Turon., Val. Cl., et pl. Norm.

<sup>d</sup> Ita MSS. et vet. Edit. In Gilot., Vatic., Gus-sany., formam, quod etiam lego in MSS. duob. Germ., Fratet et Utic.

enim Isaiae alium, haec eo quod inclinata jam die in A agro egressus fuerat, designabat, nisi cum qui extremitate mundi tempore, voluit in diei fine veniens, quasi in agrum foras exiit? quia cum sit invisibilis, in hoc mundo se visibilem demonstravit. Quem in camelio sedens Rebecca conspexit, quia eum Ecclesia ex gentibus veniens, dum adhuc vtilis easet innixa, et needum spiritualibus, sed animalibus motibus inhaereret, attendit. Sed protinus de camelio descendit, quia vltia quibus prius fuerat superbe elata deseruit, seque etiam pallio operire curavit, quia, viso Domino, infirmitatem suam actionis erubuit, et illa quae prius in camelio <sup>a</sup> libera gestabatur, descendens postmodum <sup>b</sup> verecunda tegitur. Unde etdem Ecclesia a priore elatione conversa per apostolicam vocem, quasi Rebecca de camelio descendenti sibique pallium superducenti, dicitur: *Quem enim fructum Abūbiatis runc in illis, in quibus nunc erubescitis (Rom. vi, 21)?*

[Vet. XVIII.] 39. In bobus vero aliquando luxuriosorum dementia, aliquando laboriosus fortitudo prædicantium, aliquando humilitas exprimitur Israelitarum. Quia enim bovis nomine per comparationem luxuriosorum dementia designatur, Salomon indicat, qui cum male suadentis mulieris potulantiam promisisset, adjunxit: *Statimque eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam (Prov. vii, 22).* Rursum quia bovis nomine labor prædictoris exprimitur; legis verba testantur, quae ait: *Non obturabis os bovi tristitianti (Deut. xxv, 4).* Ac si aperte diceret: Prædictores verbi a stupendiorum suorum perceptione non prohibebitis. Rursum quia bovis nomine plebs Israelitica figuratur, propheta asserit, qui Redemptoris adventum demuntians dicit: *Cognovit bos possessorem suum, et osminus præsepe Domini sui (Isai. 1, 3),* per bovem scilicet Israeliticum populum jugo legis edomi tum signans, 1161 per asinam vero gentilem populum indicana, voluptatibus deditum, et gravius brutum.

40. Asinorum quoque et asinarum nomine aliquando luxuriosorum potulantia, aliquando <sup>c</sup> mansuetudo simplicium, aliquando vero, ut prædiximus, stultitia gentilium designatur. Quia enim luxuriosorum potulantia asinorum appellatione per comparationem exprimitur aperte declaratur eum per prophetam dicitur: *Quorum carnes sunt ut cornes asinorum (Ezech. xxiii, 20).* Rursum quia asinarum nomine simplicium vita figuratur, Redemptor noster cum Jerusalem pergeret, <sup>d</sup> asinam sedisse memoratur. Jerusalem quippe visio pacis dicitur. Quid igitur signat quod Dominus sedeado asinam Jerusalem dicit, nisi quod simplices mentes dum præsidendo possidet, eas usque ad visionem pacis sua aerea sessione perdueat? Rursum quia asinorum nomine stultitia gentilium designatur propheta testatur, dicens:

<sup>a</sup> Pl. Norm. et Corb. Germ., *libere.*

<sup>b</sup> Duo Germ., Vindoc., Laud., Val. Cl., *verecundia.*

<sup>c</sup> Vindoc., *consuetudo.*

Beati qui seminatis super omnes aquas, <sup>e</sup> immittentes pedem bovis et asini (Isai. xxxii, 20). Super omnes quippe aquas seminare est cunctis populis fructuosa virtus verba prædicare. Pedem vero bovis et asini immittere est vias Israelitici et gentilium populi per præceptorum coelestium vincula relligare.

[Vet. XIX.] 41. Sacra Scriptura littera præterita referuntur, et futura prædicuntur. — Litteræ igitur veritate servata, sub beati Job nomine cunctis his animalibus non immerito credimus sanctæ Ecclesie populos designari, quatenus ea quæ scripta sunt dispensatione sancti Spiritus cuncta mirabiliter ordinante, et transacta nobis referant, et futura <sup>f</sup> prædicant. Agnoscamus ergo in aliis fideles atque innocentes ex Judaea populos, legis dudum pascuti satiatos. Agnoscamus in camelis ad fidem simplices ex gentilitate vententes, qui prius sub ritu sacrilego, quasi quadam deformitate membrorum, valde turpes ostensi sunt, videlicet fodiitate vitiorum. Et quia saepe, ut prædiximus, sacra eloquia curant repete quod affirmant, possunt rursum in bobus Israelitarum accipi, quasi jugo legis attriti; asinis vero, ut dictum est, gentiles populi designari, qui dum se colendis lapidibus inclinabant, non reluctante mente, quasi dorso stulte supposito, quibuslibet idotis bruto sensu serviebant. Sancta ergo Ecclesia quæ in exordiis suis innumeris temptationibus pressa, vel Israeliticum populum, vel multos ex gentibus amisit, videlicet quos fucari non potuit, duplicita in fine recipit, quia in ea ex utraque natione fidelium numerus multiplicior excedit. Possunt etiam per jugatos boves prædictores intelligi. Unde cum eos ad annuntiandum Dominus mittaret, teste Evangelio (Marc. vi, 7), binos misisse describitur, ut quia vel duo sunt præcepta charitatis, vel quia haberi societas minus quam inter duos non potest, prædictores sancti ex ipsa qualitate suæ missionis cognoscerent quantum concordiam societalis amarent. Possunt, sicut prædiximus, per asinas mentes simplicium designari. Sancta vero Ecclesia duplices boves atque asinas, recipit quis prædictores sancti, qui, pressi formidine, in ejus dudum temptatione lacuerant, et mentes simplicium, quæ, victricibus terroribus, veritatem illius confiteri formidabant, tanto jam nunc robustius in confessione veritatis 1162 voces suas exerunt, quanto debilius ante timuerunt.

42. Latentia in diversis numeris mysteria, et in non-minibus trium Job filiarum. — Hæc in significacione Ecclesiæ breviter diximus: quia quomodo ejusdem sanctæ Ecclesie capiti serviant, in exordio hujus operis latius nos dixisse memoramus (Prospal., num. 14). Qui ergo de his sibi pleniū satisfici nütur, secundum hujus operis librum (Maxime num. 43) legere dignetur. Jam vero si querimur ut etiam de ipso animalium numero disseramus, eur mille juga

<sup>d</sup> Ebroic., Vindoc. et al., *in asina.*

<sup>e</sup> Val. Cl., *innitentes;* et paulo infra, *innitere.*

<sup>f</sup> Ita MSS. et vet. Ed. t. Paris. ac Basil., ubi rec. Gilot., Vatic. et Gussauv. habent *prædicent.*

boum, vel mille asinæ, et sex millia camelorum, et quatuordecim millia ovium numerentur, dicere breviter possumus quod apud sacerdotem quidem scien-tiam millenarius numerus idcirco perfectus habetur, quia depari⁹ numeri quadratum solidum reddit. Decem quippe decies ducta sunt centum, quæ jam figura quadrata, ⁊ sed plana est. Ut autem in altitudinem surgat, et solida sit, rursus centum decies multiplicantur, et mille sunt. Senarius autem numerus idcirco perfectus est, quia primus in numeris compleetur partibus suis, id est sexta sui parte, et tertia, et dimidiæ, quæ sunt novæ, et duo, et tria, quæ in summam ducia sex sunt. Nec aliis ante senarium numerum reperiuntur, qui in suis partibus dum dividitur, tota ej⁹ s summa compleatur. [Vet. XX, Rec. XII.] Sed quia cuncta hæc per saecula Scriptura cel-situdinem proficiendo transcendimus, ibi senarium, ibi septenarium, ibi denarium, ibi millesimum unde sit perfectus invenimus. Senari⁹ quippe numerus in Scriptura sacra perfectus est, quia in tunc origine Dominus ea quæ prius die cœperit sexta die opera implevit (Genes. ii, 2), Septenarium in ea perfectus est, quia omne opus boum b septem per Spiritum virtutibus agitur, ut et fides simul ei opera consummipentur. Denarius numerus in ea perfectus est, quia iex in decem præceptis concluditur, omnisque culpa non amplius quam per decem verba cobibetur, atque, euarrante Veritate, operatores vices depario remunerantur (Matth. xx, 10, 11). In denario quippe tria junguntur ad septem. Homo autem, qui ex anima constat et corpore, in septem qualitatibus continetur. Nam tribus spiritualiter, et quatuor corporaliter viget. In dilectione etenim Dei tribus qualitatibus spiritualiter excitatur, cum ei per legem dicitur: *Dileges Dominum Deum tuum c ex tota mente tua, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua* (Matth. xxii, 37). Corporaliter vero quatuor qualitatibus continetur, quia videlicet ex materia calida et frigida, humida et secca componitur. Homo ergo qui ex septem qualitatibus constat denario remunerari dicitur, quia in illa perceptione supernæ patriæ septem nostra ad tria junguntur æterna, ut homo contemplationem Trinitatis accipiat, et de remuneratione operis quasi quodam denario consummatus vivat. Vel certe quod septem virtutes sunt quibus in hac vita laboratur, dumque eis in remuneratione contemplatio Trinitatis redditur, vita laborantium denario remuneratur. Sed perfectus quisque etiam in hac vita denarium ac-

<sup>a</sup> Locum hunc in Editio et in quibusdam MSS. vi-jatum restituimus ope MSS. duor. Germ., Norman. et Vindoc. In Turon., Laud. et Val. Cl., legitur, sed plena est, ut autem in altitudinem. Corruptus in Ed. Gilot., Vario., Gussanv., ed plana non est, ut autem in latitudinem. In vetustior., sed plana non est, ut autem in latitudinem. Quæ lectiones sensu carent. Legendum ergo: sed plana est; hoc est sine altitudine. Unde subditur: ut autem in altitudinem surgat.

<sup>b</sup> Val. Cl., per septem Spiritus sancti virtutes.

<sup>c</sup> Vindoc. et pl. Norm., ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua.

<sup>d</sup> Ebroie. aliquique Norin., eorum mentes quos... spe,

A cipit, dum eisdem septem virtutibus, spem, fidem, charitatemque conjungit. Millenarius quoque numerus in sacro eloquio perfectus accipitur, quia appellatione ejus universitas designatur. Unde scriptum est: **1163** *Verbi quod mandavit in mille generationes* (Psal. civ, 8). Cum enim nequam credendum sit quod ad centum generationes mundus extenditur, quid aliud mille generationibus nisi universitas generationum figuratur? Beatus igitur Job quatuordecim millia ovium recepit. Quia enim in sancta Ecclesia virtutum perfectio ad utrumque sexum dicitur, septenarius in ea numerus duplicatur. Et sex millia camelorum, quia plenitudinem in illa operis accipiunt qui ab illa dudu⁹ vitiorum suorum fidelitate pererunt. Mille quoque juga boum, ac mille asinas recepit, quia Israelitas atque gentiles, doctos ac simplices, post temptationum casus in culmen perfectionis assumit. [Rec. XIII.] Septem quoque filios, et tres filias recepit, quia eorum mentibus quos septem virtutibus generat ad perfectionis summam, spem, fidem, charitatemque conjungit, ut tanto verius prole sua gaudeat, quanto suis fidelibus nil deesse virtutis pensat. [Vet. XXI.] Sed quia hæc succincte transcurrit, nunc ipsis quoque indagandis filiarumocabulis intendamus. Sequitur:

#### CAPUT XVIII.

VET. 14. — *Et vocavit nomen unius Diem, et nomen secundæ Casiam, et nomen tertiae Cornustibit.*

43. Hæc nomina, pro eo quod a virtutibus sumpta sunt, apte curavit interpres non ea sicut in <sup>1</sup> Arabico C serinone inventa sunt posere, sed in Latigum eloquium versa apertius demonstrare. Quis enim nesciat Diem vel Casiam Latina esse vocabula? <sup>2</sup> At vero in Cornustibii (quamvis non cornus, sed cornu dicatur, nec cantantium fistula Tibium, sed tibia vocatur) in Latina tamen lingua sermonis genere minime custodito, rem, credo, prodere maluit, atque in ejus linguae de qua transferebat proprietate perdurare. Vel quia per cornu et tibiam unum verbum ex utroque composuit, utrumque verbum per unam orationis partem in Latina lingua transfusum quo voluit genere licite vocavit. [Vet. XXII.] Quid est ergo quod prima filia beati Job Dies dicitur, secunda Casia, tercia vero Cornustibii vocata memoratur, nisi quia universum genus humanum, quod benignitate conditoris atque ejusdem b misericordia redemptoris eligitur, istis nominibus designatur? Homo namque quasi dies ex conditione claruit, quia hunc auctor fide, atque charitate conjungit.

<sup>1</sup> Laud., cornutibii. Legi debere Cornustibii, ad sancti Gregorii mentem, probant quæ sequuntur: *quamvis non cornus, sed cornu dicatur; nec cantantium fistula tibium, sed tibia vocatur.*

<sup>2</sup> Hieronymus in prælat., ad lib. Job. profitetur se illum transtulisse ex ipso Hebraico Arabicoque sermone, et interdum Syro. Legi ejusdem sancti Doctoris præf. in Danielem, in quo etiam docet Job cum Arabicâ lingua plurimam habere societatem. Coassule quo diuinis in nota prima ad num. 62 libri xx.

<sup>a</sup> Locum hunc varie corruptum in plur. Ed corrixius ad Mus. maxime Norman. et duas Germ.

<sup>b</sup> Vindoc., gratia.

suus ingenitæ innocentia splendore a respersit. Sed sponte sua ad peccati tenebras lapsus, quia veritatis lucem deseruit, quasi in nocte se erroris abscondit, quia alias dicitur secutus umbram. Sed quia auctori nostro non defuit largitas bonitatis suæ, etiam contra tenebras iniquitatis nostræ eum quem prius potenter ad justitiam condidit potentius redimendo postmodum ab errore revocavit. Cul quia post casum suum illa conditionis sua pristina firmitas defuit, eum contra bella intima repugnantis corruptionis multiplicibus donorum suorum virtutibus fulsit. Que minorum virtutes proficientium b in notitia cæterorum hominum quasi suavitate fragrant odorum. Hinc est enim quod per Paulum dicitur : *Christi bonus odor sumus Deo* (II Cor. II, 15). Hinc est quod sancta Ecclesia, in electis suis quamdam fragrantiam suavitatis odorata, in cantorum Canticu 1164 loquitur, dicens : *Donec rex in recubitu suo est, nardus mea dedit odorem suum* (Cantic. I, 11). Ac si aperte dicat : Quousque meis obtutibus rex apud se in requie secreti cœlestis absconditur, electorum vita miris virtutum odoribus exercetur, ut quo adhuc eum quem appetit non videt, ardenter per desiderium a flagret. Rege quippe in recubitu suo posito, nardus odorem dat, dum, quiescente in sua beatitudine Dominu, sanctorum virtus in Ecclesia magna nobis gratiam suavitatis administrat. Quia ergo et conditum luce innocentiae claruit, et redemptum genus humanum exercitio bonorum operum odorem suavitatis aspersit, prima filia recte *Dies*, et secunda non incongrue *Casia* nominatur. Bene autem *Casia* dicitur, quæ in tanto sublimis vitæ odore dilatatur. In ipsa quippe sua origine in qua justus homo conditus fuerat tantis quantis nunc opus est virtutibus non indigebat, quia si stare sicut est conditus vellet, hostem extra positum vincere sine difficultate potuisse. Postquam vero per assensum hominis semel adversarius ad intima irrupit, laboriosius jam victor ejicitur, qui adhuc impugnans sine labore repelleretur.

44. *Multis virtutibus, quæ in paradiſo necessaria non fuissent, indigemus.* — Multa namque nunc exhibenda sunt quæ in paradiſo necessaria non fuerunt. Nunc quippe opus est virtute patientiae, laboriosa eruditione doctrinæ, castigatione corporis, assiduitate precis, confessione delictorum, inundatione lacrymarum; quorum profecto omnium conditus bono non eguit, quia salutis bonum ex ipsa sua conditione percepit. Aegro quippe poculum amarum porrigitur, ut ad salutis statum morbo sublatu revocetur. Sano autem nequaquam præcipitur quid accipiat ut convalescat, sed a quibus caveat ne languescat. Nunc ergo majoribus studiis utimur, cum salutem nequaquam servamus habitam, sed reparare curamus abla-

<sup>a</sup> In Gussanv., vtilose, respergit.

<sup>b</sup> Laud. et Long., innocentia cæterorum.

<sup>c</sup> Prat. et Utic., fragret.

<sup>d</sup> Vindoc. et Prat., quia in electis.

<sup>e</sup> Idem Cod., virtute.

<sup>f</sup> Ita Mes. duo Germ., Norm. et Laud. Editi, quia

A tam. Et quia omnes hi annis nostræ reparationis magnis intra sanctam Ecclesiam opinionibus pollent, nomen secundæ filia velut casia ex merito redolet, ut quia prima filia quasi dies exstitit per dignitatem conditionis, secunda casia sit per fragrantiam fortitudinis ex gratia redemptionis. [Vet. XXIII.] Unde et eidem venienti Redemptori per Prophetam dicitur : *Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis a gradibus eburneis, ex quibus te delectaverunt filii regum in honore tuo* (Psal. XLIV, 9). Quid enim myrræ, guttae et casiae, nomine nisi virtutum suavitatis designatur? Quid eburneis gradibus nisi magna intentis fortitudine proficientium ascensus exprimitur? Redemptor igitur veniens myrrha, gutta et casia, in vestimento utitur, <sup>d</sup> quia ex electis suis, quibus se misericorditer induit, myrræ virtutis fragrantiam aspergit. In quibus iste odor eburneis gradibus dicitur, quia in eis virtutum opinio non ex ostensione simulationis, sed ex veri ac solidi operis ascensus generatur. Bene autem subditur : *Ex quibus delectaverunt te filii regum in honore tuo*. Sanctæ namque animæ ab antiquis patribus ad cognitionem veritatis editæ Redemptorem suum in ejus honore delectant, 1165 quia ex eo quod bene agunt suæ laudi nihil vindicant. <sup>f</sup> Quia vero tertio ordine humanum genus etiam carnis resurrectione renovatum in illo concentu æternæ laudis assumitur, tertia filia Cornustibii vocatur. Quid enim per Cornustibii nisi lætantium cantus exprimitur? Ibi enim veraciter adimpletur quod modo per Prophetam dicitur : *Cantate Domino canticum novum* (Psal. CXLIX, 1). Ibi veraciter adimpletur, ubi canticum laudis Dei non jam ex fide, sed ex specie contemplata cantabitur. Ibi a nobis conditor noster laudum suarum veraces cantus recipit, qui humanum genus et condendo diem, et redimento casiam, et assumendo cornustibii fecit. Qui enim lux sumus conditi, et nunc sumus casia redempti, erimus quandoque cornustibii, in exultatione æternæ laudis assumpti. Sed priusquam ad nuptiarum thalamum sponsa perveniat, omnem a se vitæ fœdiatatem respuit, et sponsi amori præparans sese per species virtutum <sup>e</sup> ornat et comit. Studet quippe interni arbitri judicio placere, et, intimis desideriis sublevata, fœdos mores conversationis humanæ transcendere. Unde bene et de eisdem aliabus beati Job subditur :

#### CAPUT XVIII [Rec. XIV].

Vers. 15. — *Non sunt autem inventæ mulieres speciosæ sicut filiae Job, in universa terra.*

45. *Electorum pulchritudo.* — Electorum quippe animæ omne humanum genus, quod in terra secundum hominem conversatur, sue pulchritudinis decole transcendunt; quantoque se exterius affligendo despiciunt, tanto verius se intus componunt. Hinc

vero tertio ordine est humanum genus... renovatum, in illo concentu... assumitur tertia filia que Cornustibij.

<sup>g</sup> Gemet. et Corb. Germ., componit. Val. Cl., munit. Germ., virtutum comit.

<sup>h</sup> Laud., Val. Cl., Gemet. et duo Germ., arbitrii pro arbitrii.

est enim quod sanctæ Ecclesiæ, quæ electorum pulchritudine decoratur, per Psalmistam dicitur : *Concupivit rex speciem tuam* ( *Psalm. XLIV*, 12). De qua paulo post subditur : *Omnis gloria ejus filiae et regum et intus* (*Ibid.*, 44). Nam si foris gloriam quereret, intus speciem, quam rex concupiseret, non haberet. [ *Vet. XXIV.* ] In qua quidem quamvis multi virtutum decole fulgeant, atque ipsa vivendi perfectione cæterorum merita transcendent, nonnulli tamen quia ad altiora assequenda non sufficiunt, infirmitatis suæ consciæ, pietatis ejus gremio continenter. Qui in quantum prævalent mala vitant, quamvis in quantum appetunt aliora bona non impleant. Quos tamen benigne Dominus suscipit, eosque apud se pro modo dignæ retributionis admittit. Unde et sequitur :

## CAPUT XIX. .

**Iud.** — *Deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum.*

46. *Christus inter fortes et perfectos, infirmos et humiles ad supernæ hæreditatis sortem admittit.* — Ipsæ ergo ex perfectorum merito speciosæ memorantur, ipsæ etiam quasi ex imperfectorum typo velut infirmæ hæreditatem inter fratres accipiunt. Usus namque vite veteris non habebat ut hæreditatem feminæ inter masculos sortirentur, quia legis severitas fortia eligens, infirma contemnens, districta potius studuit quam benigna sancire. **1166** Sed pio nostro Redemptore veniente, nullus infirmitatis suæ conscius de sortienda cœlestis patrimonii hæreditate desperet. Pater enim noster inter masculos etiam feminis jura successionis tribuit, quia inter fortes atque perfectos, infirmos et humiles ad sortem supernæ hæreditatis admittit. Unde ipsa Veritas in Evangelio dicit : *In domo Patris mei mansiones multæ sunt* (*Ioan. XIV*, 2). • Apud Patrem quippe mansiones multæ sunt, quia in illa beatitudinis vita non dispar unusquisque juxta dispar meritum locum disparem percipit, sed ejusdem disparitatis damna non sentit, quia tantum sibi quantum perceperit sufficit. Sorores ergo cum fratribus ad hæreditatem veniunt, quia infirmi illuc cum fortibus admittuntur, quatenus si quis per imperfe-

• *Vindoc., regis.*

• *Mendoza in Vatic. et Gilot. 4571, haberet, detracta negatione.*

• In Laud. et al. immediate, quia in illa; omissis his verbis : apud Patrem, etc. In Germ., in domo quippe apud Patrem.

• Non legatur *flagella* in duob. Germ., Laud. et Gemet. Abest etiam a Vulgata. In eodem Gemet. legitur paulo post *senes* pro *senex*.

• Gregorius hic quintam decimam Pauli Epistolam ad Laodicenses scriptam admittere videtur. Sane meminist idem Apostolus, *Coloss. IV*, 16, alicuius Epistola Laodicensem his verbis : *cum lecta fuerit apud vos epistola haec, facile ut in Laodicensem ecclesia legatur, et eam quæ Laodicenum est vos legatis.* Sed eam Epistolam non aliam esse ab ea quæ ad Ephesios inscribitur, existimant plerique eruditæ, quam volunt non solum ad Ephesios missam, sed etiam ad Laodicenses aliasque finitimos populos, quorum metropolis erat Ephesus; quemadmodum secunda ad Corinthios scripta Epistola omnibus etiam sanctis qui

A ctionem non erit summus, ab hæreditatis tamen sorte per humilitatem non sit extraneus. Quas bene Paulus mansiones unicuique secundum merita distributas insinuat, cum ait : *Alia claritas solis, et alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum. Stella enim ab stella differt in claritate* (*I Cor. XV*, 41). Sequitur :

## CAPUT XX [Rec. XV].

Vers. 16. — *Vixit autem post hæc flagella Job centum quadraginta annis; et vidit filios suos, et filios filiorum suorum usque ad quartam generationem; et mortuus est senex, et plenus dierum.*

47. Qui dicantur pleni dierum in sacris litteris. *Job pristino statui, auctis etiam rebus, restitus, typus est Ecclesiæ.* — In Scriptura sacra non facile plenus dierum ponitur, nisi is cuius per eamdem scripturam vita

B laudatur. Vacuus quippe dierum est qui, et quainlibet multum vixerit, ætatis suæ tempora in vanitate consumpsit. At contra plenus dierum dicitur cui nequaquam dies sui pereundo transeunt, sed ex quotidiana mercede boni operis apud justum judicem et postquam transacti fuerint reservantur.

[ *Vet. XXV.* ] 48. Sed quia sunt qui hæc etiam in typo sanctæ Ecclesiæ interpretari desiderant, quorum votis tanto magis obediendum est quanto et eorum spirituali intelligentiæ congaudendum, si quatuordecim per denarium ducimus, ad centesimum et quadragesimum numerum perveniamus. Et recte vita sanctæ Ecclesiæ multiplicata per decem et quatuor computatur, quia utrumque Testamentum custodiens, et tam secundum legis decalogum, quam secundum

C quatuor Evangelii libros vivens, usque ad perfæctionis culmen extenditur. Unde et Paulus apostolus • quamvis Epistolas quindecim scripserit, sancta latæmen Ecclesia non amplius quam quatuordecim tenet, ut ex ipso Epistolarum numero ostenderet quod doctor egregius legis et Evangelii secreta rimatus esset. Bene autem beatus Job post flagella vivere dicitur, quia et sancta Ecclesia prius disciplina flagello percutitur, et postmodum vitæ perfectione roboratur. Quæ etiam filios suos et filios filiorum suorum usque ad quartam generationem conspicit, quia in hac ætate quæ **1167** annis quatuor temporibus

erant in Achæia, cuius metropolis Corinthus, dirigitur, ut ex ejus inscriptione liquet. Hinc ex sanctis Patribus nonnulli laudarunt Epistolam ad Ephesios sub nomine Epistola ad Laodicenses. Qua de re consulere potes Hieronymum in catalogo scriptorum ecclesiasticorum, in Paulo; criticos sacros, eorum synopsim et alios interpretes. Exstat in Hutteri Novo Testamento duodecim linguarum Epistola ad Laodicenses Graece contexta; sed ab omnibus tanquam spuria rejicitur. Ephiphanius, hæresi 42, in fine, rejicit laudatam a Marcione quamdam ad Laodicenos epistolam, quæ, inquit, nusquam apud Apostolum cernitur. Erasmus pro, et eam quæ Laodicenum est, legit : et eam quæ scripta est ex Laodice, καὶ τὸ εἰ Λαοδοκεῖται.

• Editi recentiores, secreta rimasset. Vix inventio tur a Latinis usurpatum rimo pro rimo, quamvis utrumque admittat Priscianus. In Vindoc., Normanus, etc., MSS. habes, secreta rimatus esset. Duo Germ concinunt Ed. rec.

volvitur, usque ad finem mundi per ora prædicantium nascentes sibi quotidie soboles contemplatur. Nec abhorret a vero quod per generationes dicimus tempora designari. Quid enim unaquæque successio, nisi quædam propago est generis? Et pincerna regis Ægypti cum videssem somnum quod tres propagines duceret (*Genes. xl.*, 12), Joseph prædictus in solutione somniorum, tres propagines, tres dies renuntiat designare. Si ergo per tres propagines spatiū trium dierum exprimitur, cur non etiam per quatuor generationes annua quatuor tempora figurentur? Sancta itaque Ecclesia videt filios suos, cum primam fidem humam sobolem conspicit. Videt filios filiorum, cum ab eisdem fidelibus ad fidem gigni et filios cognoscit. Quia etiam senex et plena dierum moritur, quia, subsequente luce ex mercede quotidianorum operum, deposito corruptionis pondere, ad incorruptionem spiritualem patrum mutatur. Plena videlicet dierum moritur cui labentes anni non transeunt, sed statuum actuum retributione solidantur. Plena dierum moritur quæ per hæc transeuntia tempora id quod non transit operatur. Unde et apostolis dicitur: *Oferamini non cibum qui perit, sed quid permanet in vitam æternam* (*Ioan. vi.*, 27). Dies itaque suos sancta Ecclesia, cum cum presentem vitam deserit, non amittit, quia in ecclesiis suis tanto eorum lucem multiplicius invenit, quanto nunc in eis ab omni tentatione se cautius sollicitiusque custodit. Dies suos Ecclesia non amittit, quia secundum hac vita vigilanter quotidie pensare non negligit, et ad omnia quæ recte facere valent inertia nulla torpescit. Hinc est enim quod de illa per Salomonem dicitur: *Considera semitas domus sue, et panem otiosas non comedit* (*Prov. xxii.*, 27). Semitas quippe domus sue considerat, quia cunctas sua conscientias cogitationes subtiliter investigat. Panem otiosa non comedit, quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo percooperit, ante aeterni iudicis oculos exhibendo operibus ostendit. Merita autem dicuntur, quia cum illam aeternitatis contemplatione absorbusit, ab hac mutabilitate sua viciassitudine funditus extinguit, ut in ea jam hoc quod acumen intimæ visionis impedit ullo modo nihil vivat. Tanto enim verius tunc interna conspicit, quanto cunctis exterioribus plenus occumbit. Hanc itaque mortem, hanc diuīnum plementinam, et in beato Job, uno scilicet membro Ecclesiam, credamus factam, et in tota simili Ecclesia speremus esse faciendam, quatenus ita teneatur rei gestæ Veritas, ut non evacuetur rei gerenda prophetia. Bona enim, quæ de sanctorum vita cognoscimus, si veritate carent, nullæ sunt; si mysteria non habent, minima. Quæ ergo per Spiritum sanctum bonorum vita describitur, et per intellectum nobis spiritualem fulgeat, et tamen sensus a fide historie non recedat, quatenus tanto fixior animos in suo intellectu permaneat, quanto bunc

A quasi in quodam medio constitutum, et erga futura spes, et erga præterita fides ligat.

[*Vet. XXVI, Rec. XVI.*] 49, *Conclusio latini operis.* Quam formidandum ne qui de Deo loquuntur, aut mala incaute dicant, aut bona non hæne. Intentioni placendi Deo humanæ laudis intentio se interserit. — Explito itaque hoc opere, ad me mihi video esse redeundum. **1168** Multum quippe mens nostra etiam cum recte loqui conatur, extra semetipsam spargitur. Integritatem namque animi, dum cogitantur verba qualiter proferantur, quia eum trahunt intrinsecus, minuunt. Igitur a publico locutionis redeundum est ad curiam cordis, ut quasi in quodam concilio consultationis ad meipsum discernendum convocem cogitationes mentis, quatenus ibi videam ne aut in caute mala, aut bona uero hæpe dixerim. Tunc enim bene dicitur bonum, cum is qui dicit, soli ei a quo accepit per id appetit placere quod dicit. Et quidem mala me aliqua etsi dixisse non invenio, tamen quia omnino non dixerim, non defendo. Bona vero si qua divinitus accipiens dixi, meo videlicet vizio minus me bene dixisse profiteor. Nam ad me intrinsecus rediens, postpositis verborum soliis, postpositis sententiæ ramis, dum ipsam subtiliter radicem meæ intentionis inspicio, Deo quidem ex ea me summopere placere voluisse cognosco, sed eidem intentioni qua Deo placere studeo furtum se nescio quomodo intentioni humanæ laudis interserit. Quod cum jam postmodum tardeque discerno, invenio me aliter agere quod scio me aliter inchoasse. Sic etenim sœpe intentionem nostram, dum ante Dei oculos recte incipitur, occulta subjuncta, et eam velut in itinere comprehendens, intentioni humanæ laudis a sequitur, sicut pro necessitate quidem cibus sumitur, sed in ipso esu, dum furtum gula subrepit, edendi delectatio permiscetur. Unde plerumque contingit ut refractionem corporis, quam salutis causa coepimus, causa voluptatis expleamus. Fatendum est igitur quod rectam quidem intentionem nostram, que soli Deo placere appetit, nonnunquam intentione minus recta, quæ de domis Dei placere hominibus querit, insidando comitatur. Si autem de his divinitus districte discutimur, quis inter ista remaneat salutis locus, quando et mala nostra pura mala sunt, et bona quæ nos habere credamus per bona esse nequaquam possunt? Sed hoc mihi opera pretium credo, quod fraternalis auribus quæcumq; id in me latenter ipse reprehende, incunstante aperio. Quia eam exponendo, non celavi quod sensi, confundo non abscondo quod patior. Per expositionem patet dico, per confessionem delego vulnera. Si quia in hoc tam magno humano genere, nec parvæ desunt qui dictis meis debeant instrui, nec magni desunt qui cognitæ meæ valeant infirmitali misereri, per hoc utrumque aliis fratribus quantum possumus cu-

\* Latv., Val. Cl., Gemot. et duo Germ., et adie.

† Excedendæ ex Mss. Anglie. et nostris Edit. Vatic. et Gilot., in quibus legitur, sed statim.

• Vindoc., Consideravit.

\* Latv., ad curam.

• Germ., occulta sibi subjuncta.

† Turc., etiam.

ram confero, ab aliis spero. Illis dixi exponendo **A** tium mihi suæ orationis impendat, et omne quod in quod faciant, istis aperio confitendo quod parcant. Illis verborum medicamenta non subtraho, istis lacrationem vulnerum non abscondo. Igitur queso ut quisquis hæc legerit, apud districtum judicem sola-

me sordidum deprehendit fletibus diluat. Orationis autem atque expositionis virtute collata, lector meus in recompensatione mea sperat, si cum per me verba accipit, pro me lacrymas reddat.

## ADMONITIO IN SEQUENTES HOMILIAKUM LIBROS

**1169 I.** Post expositionem sancti Gregorii in librum Job, servato sanctorum Scripturarum ordine, sequent ejusdem sancti Doctoris Homiliae in Ezechielem prophetam, quas licet afflictus morbis, negotiisque difficultimis pene immersus, ac innumeris vexatus curis, ad populum babuit. Luctuosam tum Urbis ac totius Italiae faciem ipse depingit homilia libri secundi, quæ olim 18 inscribatur: *Ubique, inquit, luctus aspicimus Ubique gemitus audivimus. Destructæ urbes, eversa sunt castra, depopulati sunt agri, in solitudinem terra redacta est.* Alios in captivitatē duci, alios detruncari, alios interfici videmus. Cætera omittimus quibus Roma, Romani agri, totiusque Italiae calamitatis lugit. Non assimilare leguntur in Præfatione libri II, ac præsertim in fine homiliae ultimæ. Undique, inquit, gladius circumfusi sumus, undique imminentis mortis periculum timemus. Alii detruncatis ad nos manibus redeunt, alii captivi, alii interempti ad nos nuntiantur. Jam cogor linguam ab expositione retinere. Ilæc nostri Gregorii Scripturam sacram interpretandi otia, inter tot et maxima quidem negotia miratus Bernardus, ad Eugenium summum pontificem ita scribit: *Obsidio urbis et barbaricus ensis civium cervicibus imminebat. Nunquid tamen istud terruit beatum papam Gregorium quomodo sapientiam scriberet in otio? Eo nempe temporis (quod ex ejusdem præfatione liquet) obsecrissimam et extreamam partem Ezechielis tam diligenter quam eleganter exposui (Lib. I de Consid., cap. 9).*

**II.** Sane difficultiam prophetæ hujus exp'lanandæ provinciæ deprecari coactus est olim Hieronymus, qd' nuntiatam sibi Romanæ urbis obsidionem. Postquam, inquit, clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est, imo imperii Romanæ truncatum caput, et, ut verius dicam, in una urbe totus orbis interierit, obmutui et humiliatus sum, et silui de bonis (Epist. ad Eustoch., quo commentar. in Ezech., præmittitur). Aliam laboris hujus declinandi causam assert Hieronymus, nimirus intelligendi et explanandi difficultatem, quam, inquit. *Hebræorum probat traditio; nam nisi quis apud eos cætatem sacerdotalis ministerii, id est tricesimum annum impleverit, nec principia Geneseos, nec Canticum canticorum, nec hujus voluminis exordium et finem legre permititur, ut ad perfectam scientiam et mysticos intellectus plenius humanæ naturæ tempus accedat.*

**III.** Verum ut tam arduum opus feliciter exsequenter noster Gregorius, præsentissimum numen expertus est. Cum enim ultimam Ezechielis prophetae visio rem interpretaretur, Petrus diaconus, quo exceptore ac notario utebatur, vidi Spiritum sanctum, sub columba candidæ specie, ipsius capitii insidente, et rostrum ori immittente, ex quo altissima mysteria edisceret, ac veluti ebiberet, ut reser Paulus Diaconus in ipsius Vita propria lineam, confirmatque Joannes Diac., I. IV, cap. 69 et 70.

Neque vero mirum videri debet Gregorio tam singulariter adsuisse Spiritum sanctum, eo potissimum tempore quo majora editum humiliatis argumenta, quando, Isaia teste (Isai. LXVI. 2), didicimus Dei Spiritum humilium esse consolatorem et inhabitatorem. Sanctissimum Doctorem audiamus homili. undecima, num. 5, amarissimis lacrymis vel leviora piacula deflantem: *O quam dura sunt ista que loquor, quia memetipsum loquendo serio. Cujus negre lingua, ut dignum est, prædicationem tenet, neque in quantum tenere sufficit vita sequitur linguam. Qui otiosis verbis æpe impitor, et ab exhortatione atque adificatione proximorum torpens et negligens cesso. Qui in conspectu Dei factus sum mutus et verbosus. Mutus in necessariis, verbosus in otiosis. Reliqua missa facimus, que stupendam in tanto viro animi demissionem pre se ferunt. Et quasi bumili huic confessioni nonnihil deesset, inferius adhuc ita se reum pronuntiat (Num. 26): sed interim dum loquor, avertere a memelipso oculos volo; et ecce iterum sermo divinus me impingit in memelipsum, ut meam negligentiam videam, et mihi dici hæc que audio pertimescam. Sicut enim superius dixi, cuius cor in curis innumeris exparsum se ad se colligat? etc.*

**IV.** Ut immensis laudibus digna videtur sanctissimi pastoris, tot curis, tot incommodis obsistentibus, assiduitas in concionando, ita non mediocres merefut populi Romani ad Gregorium audiendum flagrans studium, et divini verbi famæ inexplibilis. Romanis enim postulauitibus **1170** Gregorius Ezechielis expositionem suscepit, quod ipse in præfatione ad librum secundum ducet, confirmatque Joannes Diac., I. IV, c. 76.

V. Cum imminentे Urbis obsidione incepit legantur illæ de quibus præsamur homilia, et Agipulpho Langobardorum rege jani muros cingente absolutæ, vel potius interruptæ, querendum nobis est quo tempore Roma obsessionem hanc passa sit. Referri quidem solet ad an. 595. At ad annum 592 potius pertinere in Vita sancti Gregorii, I. II, cap. 4, pene certis et indubitate argumentis ostendimus.

**VI.** De homiliorum istarum numero nolla est controversia; duæ enim supra virginti reperiuntur in libris tam manu exaratis quam editis; at modus eas numerandi non est idem. Nimirum in Excusis eodem modo computantur, ac si ad unum eundemque librum pertinerent omnes, ita ut quæ prior est secundi libri dicitur in Vulgat's decima tertia. Secus autem in manuscriptis Codicibus, qui post duodecimam prioris libri, eam quæ præfationem libri posterioris proxime sequitur, primam appellant, et sic deinceps usque ad decimam. Quibus inorem gerendum duximus. Alteram tamen numerandi rationem init Joannes Diac., qui lib. IV, cap. 66, homiliam decimam vocat, quam nos cum MSS. libris sextam secundi libri dicitus. Verum de his quæ levioris et prope natilius momenti videntur monuisse tantum sufficit.

**VII.** Quod spectat ad dicendi ac scribendi rationem, quam observavit hic sanctus Doctor, ut eam accutiorem ac venustiorem esse non contentimus, ita velut humiliorem et depressoem ipsam contentim non sinimus. In his sane concionibus constat Gregorium rerum magis sensusque curam, quam verborum dictum habuisse. Quamvis vero literalem sensum tanquam cæterorum fonsuentum prius statuere contem, mysticam tamen rimandis et moribus explicandis in primis incumbit. Prima nomina cæteris præmitat ut prologus, in quo Gregorius multa de prophetis prophetique Spiritu docet sermone digna et necessaria.

Qui plura circa hoc argumentum requirit, adeat alios ex sanctis Patribus qui prophetas explicando suscepunt, maxime vero legat Epiphanius, qui initio libri de Ponderibus et Mensuris fuse prosequitur quod sint in prophetis orationum genera, et haec assignat: doctrinam, contemplationem, cohortationem, minas, commiserationem, lamentationem, preces, historicam narrationem, prædictionem.

VIII. Cæterum in toto hoc opere Gregorius prudenter quidem Hieronymum consuluit Ezechielis propriae interpretantem, sed non serviliter secutus est. Imo vero eundem (dissimulato tamen honoris causa ejus nomine) aliquando refellit; cuius modestiam et in Hieronymum reverentiam utinam imitarentur ex recentioribus scriptoribus nonnulli, qui tam liberè eruditissimi Scripturarum sacrarum interpres doctrinæ obloquuntur! Quorum audaciior calamo liceat hoc opponere doctissimi Sulpicii Severi ejus coevi testimonium dialogi 4, cap. 4. *Hieronymus*, inquit, *vir erat præter fidem meritum dolumque virtutum, non solum Latinis atque Græcis, sed et Hebreis etiam ita litteris institutus, ut se illi in omni scientia nemo audeat comparare.*

X. Quid autem nobis haec novissima Editio debeat jam commemorandum. 1. Prolixiores Ezechielis textus, qui singulis homiliis, si priorem excipias, præmittuntur in Excusis, non autem in manu exaratis, resecuimus; at singulos versus ut successive proponuntur a sancto Doctore explicandi, lineis distinctis excudi curavimus, ad mss. Codicim similitudinem proprius accedentes, in quibus aut majoribus characteribus, aut etiam minio vel alio exquisito colore depictis describuntur. 2. Prædictas homilias quæ prius veluti uno ac continuo spiritu legebantur, nullis ad paudsonis assignatis clausulis, in variis sectiones, additis totidem numeris, partiti sumus. Notis infra et ad calcem rejectis, si quid obscurius occurrit quod explicatione indiguerit, exponere curavimus; ubi etiam variantes lectiones exhibuimus, et si qua in textu non nullius momenti mutatio facta fuerit (contigit autem id sæpissime) Codices mss. quibus ad emendationem faciendam usi sumus indicavimus. Locos omnes a nobis sanatos aut restitutos enumerare longius foret; paucos tamen ex prioribus homiliis designabimus, ut ex iis intelligatur nova Editionis non modo utilitas sed necessitas. Lib. 1, hom. 2, n. 17, *de quo mox*, etc.; hom. 3, n. 5, *non tenuisse amat*. Et n. 18, *cum pes mentis*, etc.; hom. 4, n. 3, *et si simul*, etc.; hom. 5, n. 2, *vite mortalis*, etc. Et n. 7, *Verbum itinerantibus*, etc.; hom. 6, n. 8, *quid ergo mentes auditorum*, etc. Et n. 13, *ligno aulem*, etc. Item n. 18, *et humus ejus*, etc., ubi Editi habent *et sumus ejus*. Ibid., Gussanv., *in pice ardente*, pro *in pice ardente*. Denique, n. 19, *terribilis quædam*. Quem locum Editores omnes corruerant legendo *terribilis quidem*. Multas similes Editorum corruptelas dissimulamus, ut ad insignem veniamus, que exstat hom. 8, n. 24, in qua sane fides de Christi divinitate pericitatur, ut ex nota ad hunc locum palam fieri. Ex reliquo 1171 prioris libri homiliis nihil amplius carpemus. Imo ex altero libro unicum locum notabimus, nimirum ex hom. 1, olim 13, n. 3, *et lunam sanctam Ecclesiam*; ubi apud Gussanv., *et lunam sanctam Ecclesiam*. Ex his paucis quantum cetera medela indigerent facile intelligitor; eam autem attulerunt mss. Codices quos hic enumerabimus.

X. Et primum quidem commemorandus est *vetustissimus Codex Corbeiensis* nunc bibliothecæ sancti Germani a Pratis, notatus 161, litteris Merovingiis descriptus, qui Caroli Magni, imo etiam Pipini regis ætatem superare creditur, quod eorum temporibus hi veteres characteres Romanis cessissent. Continet hic Codex priorem homiliarum librum. C. Germanensis nomine designabitur, ad discrimen alterius Corbeiensis Cod. antiquissimi, et duorum aliorum Germanensium, quibus Codicibus 2, 3, et 4, locum cum MSS. assignamus.

Quintus est insignis Ecclesiæ Laudunensis, antiquitate præstantissimus, continens librum secundum tantum.

Sextus locus debetur Gemeticensi septingentorum annorum, qui duos libros ex integro complectitur.

Circa undecimum saeculum, aut ineunte saltem duodecimo exarati creduntur liber Ebroicensis Ecclesiae, Uticensis, seu monasterii sancti Ebrulphi; Sagensis, scilicet monasterii sancti Martini, Beccensis, Lyranus, et Rothomagensis monasterii beatæ Mariæ de bono nuntio; quibus in membranis existant homiliae omnes laudatae, si pauca folia excipias aut abrasa aut avulsa ab exemplari Rothom. Hi omnes Codices parum ab invicem discrepant. Uticensis plurimas non raro lectiones suppediat, aut eadem manu, aut diversa sed antiqua descriptas.

Ex bibliotheca celebris monasterii sancti Joannis apud Augustam Suessionum utendum accepimus optimæ nota Codicem, ad quem etiam omnes homilias illas recognovimus, necnon ad duos alios, alterum Longipontis, ord. Cisterc., alterum Vallis Clariæ ejusdem ordinis.

Anglicanorum denique Codicum discrepantes lectiones mutuo accepimus a Thoma Jamesio, qui eas publici juris fecit cum cæteris ad Gregorianæ opera spectantibus, ut jam admonuimus. In *conferendo Ezechiele*, inquit Jamesius, *quatuor mss. Codices mihi adjumento fuerunt*, quos postea enumerat, scilicet duos ex bibliotheca collegii Mertonensis, unum ex bibliotheca Boldeiana, et alterum ex bibliotheca collegii Balliolensis.

Præter tot Codicum collationes, adhibuimus etiam *veterum Editionum Parisiensis 1502* et *alterius 1518*, Gilotianæ, Vaticanæ, denique novissimæ Gussanvillæanae subsidium.

XI. In Codicibus Suessionensi, Laudunensi et Longipontano, occurrerunt plurima ad homiliam 9 secundi libri, olim 21, pertinentia; quæ cum nec in Editis ulis, nec in aliis MSS. saltem nobis notis legantur, inserere textui religio suit. Quia tamen a phrasi Gregorianæ non abhorret, ea hic consignanda duximus; neque enim in brevissimis notis ad columnarum calcem attexis contineri facile potuerint.

Num. 1 laudata hom., ad hæc verba: *Nunc ergo cum duæ mensæ describuntur, additus in memoratis Codicibus: Et rursus in exteriore vestibulo quatuor mensæ esse perh. bentur, aperiæ jam circa interiorum portam duo vestibula esse memorantur; inter quæ, ut diximus, porta Aquilonis interior staret. Porta itaque interior in interiori vestibulo binas per latera mensas habere descripta est, atque in exteriore similiter binas. Quatuor autem hinc et quatuor inde mensæ octo pariter fiunt, dum per latera singula binæ in vestibulo interiori et bina hinc et inde in exteriori esse describuntur. His itaque, etc., usque ad ignorantia non angustat, ubi desinit num. 1, sicut in Editis, quibus hæc adduntur in MSS.: Dum enim una porta, id est interior, inter duo vestibula esse describitur, tacite etiam porta exterior ad mentem reducitur, intra quam vestibulum ante portam interiorum esse perhabetur. Non jam ergo nobis de una, sed de uirga tractandum est. Possunt, etc.* Ab his verbis num. 4, quæ pergit ad Aquilonem, hæc habent Codd. mss.: *Dum enim ascensum nominal, portam Aquilonis interiorem designat, per quam sanctam Ecclesiam ac testamentum novum prædicatum figurari; quæ habuit latus exterior Synagogam, ex qua in Deo et Domino nostro Jesu Christo fides inchoavit. Et vere intelligentia ostium in sancta Ecclesia fidelis populus invenit, quæ ad Aquilonem pergere dicitur, quia multitudinem credentium de corpore frigoris et iniquitatis ea gentilitate colligit. Habet ergo porta interior latus exterior, id est sancta Ecclesie*.

*sia Synagogam; habet ostium, id est caelstis regni intelligentiam; et pergit ad Aquilonem, quia peccatores quoque non despiciunt, sed eos recipiendo ad paenitentiam misericorditer attendit. Dicatur autem quatuor mensae hinc, et quatuor mensae inde per latera portae; dum enim fides et vita, **1172** patientia atque benignitas in interiori intellectu custoditur, porta nostra quatuor in interiori vestibulo mensas habet, in qua dum ex priori parte prioris temporis doctrinam legis et prophetias aspicimus, atque in carnali populo circumcisionis et sacrificii, quae fuerint ligamentum pensamus, mensae quoque quatuor, quasi ex alio latere forinsecus in vestibulo monstrantur. Quae, e.c., ut in Editis.*

In Cod. Longiponti post haec verba, misericorditer attendit, sequitur: *Dicatur recte, quae pergit ad Aquilonem. In exteriori enim custodia litterarum lex data tenebatur. Ostium vero portae est ipse historicus intellectus legis, qui ad Domini timorem dicitur. Quae porta ad Aquilonem pergere dicitur, quia lex eadem sub timore minarum frigida Judaici populi corda constringit, quasi enim per calorem ille populus curreret, si praecipita dominica ex amore servasset; sed quia sub timore mortis propositorum litterarum custodiret, quasi in torpore frigoris remansit; inde novis populis eterna premia amantibus, non autem temporalia tormenta timentibus, atque jam calentibus dicitur: Non enim accepistis Spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum; in quo clamamus, Abba pater. Dicatur autem: Quatuor mensae hinc, etc.*

Hæc sane vel Gregoriana sunt, vel Gregorianis similima. Prioris contextus, et rursus, etc., omittendi aliis in Codicibus manu exaratis occasioneum præbuit, ut conjicere licet, verbum describuntur, immediate antecedens, et bis paucas intra lineas repetitum. Prætermisso enim primo describuntur, cum ceteris quæ sequuntur, amanuensis ad secundum incaute oculos desflexit, et ad inferiora, non ad superiora. Plura præfari veremur, ne tempus evolvendo et assidue consulendo Gregorio utilius impendendum in legendis nostris scriptiunculis frustra teratur.

## SANCTI GREGORII MAGNI

ROMANI PONTIFICIS

## HOMILIA RUM IN EZECHIELEM PROPHETAM

LIBRI DUO <sup>a</sup>.

### LIBER PRIMUS.

#### 1173 Praefatio.

Dilectissimo fratri, <sup>b</sup> Mariano episcopo, Gregorius episcopus <sup>c</sup> servus servorum Dei.

Homilias <sup>d</sup> quæ in beatum Ezechielem prophetam, ita ut coram populo loquebar, exceptæ sunt, multis curis irruentibus <sup>e</sup> in abolitione reliqueram. Sed post annos octo, potentibus fratribus, notariorum schedas requirere studui, ea que, favente Domino transcurrens, inquantum **1174** <sup>f</sup> ab angustiis tribulationum licuit emendavi. Tua itaque dilectio has sibi <sup>g</sup> ad legendum mitti poposcerat, sed valde incongruum eredidi ut aquam despicabilem hauriret quem constat de beatorum Patrum Ambrosii atque Augustini torrentibus profunda ac perspicua fluenta assidue bibere. Sed rursum dum cogito quod sæpe inter quotidianas delicias etiam viliiores cibi suaviter sapiunt, transmisi minima legenti potiora, ut dum cibis grossior velut pro fastidio sumitur, ad subtiliores epulas avidius redeatur.

<sup>a</sup> MSS. C. Germ. antiquissimus: *Incipit liber homiliarum beati Gregorii papæ urbis Romæ. Explanatio in sanctum Hiezechiel prophetam. Corb. antiquissimum in beato Hiezechiel. Beccensis et Lyranus habent, Zeechiel. Rothomag., Utic., Gemet., Ezechiel.*

<sup>b</sup> In Edit. Gussany, consentiente Ms. Longipontano, Mariniano. Sequimur Corbeiensem, C. Germanensem et ceteros antiquiores.

<sup>c</sup> In plur. sicutur, servus, etc. Exstat in Germ. et aliis melioris note.

<sup>d</sup> C. Germ., *Homilia quæ in beatum Hiezechiel pre-*

**A** **HOMILIA PRIMA.**  
*Prophetam expositurus sanctus Doctor de prophetis temporibus et modis præfatur.*

4. Dei omnipotentis aspiratione de Ezechiele propheta locuturus, prius debeo tempora et modos aperire prophetæ, ut dum accessus ejus ostenditur, virtus melius cognoscatur. Prophetæ tempora tria sunt, scilicet præteritum, præsens et futurum. Sed sciendum est quod in duobus temporibus prophetia <sup>h</sup> etymologiam perdit. Quia cum ideo prophetia dicta sit quod futura prædicat, quando de præterito vel præsenti loquitur, rationem sui nominis amittit, <sup>i</sup> quoniam non prodit **1175** quod venturum est, sed vel ea memorat quæ transacta sunt, vel ea quæ sunt. Quæ tamen tria prophetæ tempora verius loquuntur, <sup>j</sup> si ex sacra Scripturæ testimoniis ostendamus. Prophetia de futuro est: *Ecce Virgo concipiet et pariet filium (Isai. vii, 14).* Prophetia de præterito: *In principio creavit Deus cælum et terram (Genes. i, 1).* De illo enim tempore dixit homo quo non erat homo.

*phælam, coram, omissa ita ut, quod habent MSS. penes omnes, habereque debent.*

<sup>k</sup> Val. Cl., in *oblivione*.

<sup>l</sup> Longip., in *angustiis*.

<sup>m</sup> Ebroic. et alii Norm., *etymologiam suam non habet.*

<sup>n</sup> Ebroic., Utic., Becc., Rothomag., quoniam non profatur quod futurum est. Sagiensis et Germ., non proditur. Suessionensis, Longip., Val. Cl., non prophetat. Gemet. ac Lyran., non prophetantur.

<sup>o</sup> Plur., si haec sacra.

Prophetia de præsenti est, <sup>a</sup> quando Paulus apostolus dicit : *Si cuicunque omnes prophetantur, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur et omnibus; occulta enim cordis ejus manifesta sunt, et ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in nobis sit (I Cor. xiv, 24).* Cum igitur dicitur : *Occulta cordis ejus manifesta sunt, projecto monstratur quia per hunc modum prophetæ spiritus non prædictit quod futurum est, sed ostendit quod est.* Quo autem pacto prophetæ dicuntur spiritus, qui nihil futurum indicat, sed præsens narrat? Quia in re animadvertisendum est quod recte prophetia dicitur, non quia prædictit ventura, sed quia prodit oœculta. Rerum quippe quamlibet, sicut ab oculis nostris in futuro subtrahunt tempora, ita ab oculis nostris in præsenti subtrahit causa. Ventura etenim res occultatur in futuro tempore, præsens autem cogitatio absconditur in latenti corde. Est etiam prophetia præsens cum res quamlibet non per annum, sed per absentem locum legitur, quæ tamen per spiritum denudatur. *Et ubi sit præsens prophetantis animus, ubi per præsentiam non est corpus.* Nam Giezi longe a propheta recesserat cum Naaman Syri munera percipiebat, cui tamen idem Propheta dicit : *Nomine eorum in præsenti oral quando reversus est homo de curru suo in occursum tibi (IV Reg. v, 26)?*

2. Scendum quoque est quia prophetæ tempora invicem sibi concinunt ad probatioem, ut aliquando ex futuris præterita, aliquando vero ex præteritis probentur futura. Dicerat enim Moyses : *In principio creavit Deus celum et terram (Genes. i, 1).* Sed quis crederet quia verum de præterito dicere, si de futuro etiam aliquid non dixisset? In ipsius etenim libri fine, in cuius exordio illa de præterito dixerat, aliquid prophetæ per Jacob vocem de venturis permiscuit, dicens : *Non auferetur scepterum de Juda, et dux de seminib. ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium (Genes. xlvi, 10).* Qui etiam per semetipsum eundem qui mittendus erat ei quem ducebat populo prophetavit, dicens : *Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tanquam me ipsum audieris. Erit autem, quicunque non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo suo (Deut. xviii, 18).* Cur ergo præteritis ventura permisicit, nisi ut dum implerentur ea quæ de futuro prædicaret, ostenderet etiam quia de præterito vera dixisset?

3. Quia itaque docimus qualiter ex futurorum prophetia probentur præterita, resumus nunc ut adhuc de sacris eloquis ostendamus quomodo in ipso prophetæ spiritu ex præteritis probentur futura. Certe rex Babylonicus, cum somnium vidisset (*Dan. ii, 2,*)

<sup>a</sup> Suess., quam Paulus.

<sup>b</sup> Ebroic. et pler. Norm., intret in Ecclesiam infidelis.

<sup>c</sup> Omititur enim in C. Germ. et Suess. Juxta sententiam Græcum, et sic occulit.

<sup>d</sup> Vtiose in Guassav. de curru.

**A** misit ad magos et ariolos, omnesque sapientes Babylonie convocavit, nec ab eis solummodo interpretationem somnii, sed etiam sompnum **1176** quæstivit, ut nimis ex præterito colligeret si quid in eorum responsionibus de venturo certum teneret. Qui cum dicere & nullatenus potuerint, Daniel deductus ad medium est, qui de interpretatione somnii, et de narratione requisitus, non solum hoc respondit quod interrogatus est, sed ipsam somnii originem replicavit, dicens : *Tu, rex, capisci cogitare in strate tuo quid esset futurum post hoc (Ibid., 29).* Et paulo post : *Tu, rex, videbas, et ecce quasi statua una grandis (Ibid., 31), et cetera. Cujus videlicet somnii mox ut ordinem dixit, quidquid ex eodem venturum sequebatur aperuit. Pensemus ergo ordinem prophetæ. A cognitionibus venit ad somnium, a somnio pervenit ad futura. Qui ergo ipsam, ut ita dicam, radicem somni protulit, profectio ex præteritis probavit quam verarentur quæ de futuris diceret. Prophetia autem præsentis temporis nec præteriti attestatione indiget, nec futuri, quia cum res oœculta per prophetæ verba detegitur, veritati illius res ipsa quæ ostenditur aperitur.*

**B** 4. Igitur quia de temporibus prophetia tractavimus, restat ut de modis ejus ac qualitatibus aliqua disseramus. Spiritus quippe prophetæ nec semper, nec eodem modo prophetæ animum tangit. Aliquando enim spiritus prophetæ ex præsenti tangit animum prophetantis, et ex futuro nequaquam tangit; aliquando ex futuro tangit, et ex præsenti non tangit. Aliquando vero ex præsenti et ex futuro tangit; aliquando autem ex præterito, et ex præsenti, atque ex futuro pariter tangitur animus prophetantis. Aliquando tangit ex præterito prophetæ spiritus, nec tangit ex futuro; aliquando autem tangit ex futuro, nec tangit ex præterito. Aliquando vero in præsenti ex parte tangit, et ex parte non tangit; aliquando in futuro ex parte tangit, et ex parte non tangit. Sed hæc ipsa, si possumus, eo ordine quo præmissa sunt sacre Scripturæ testimoniis ostendamus.

**C** 5. Ex præsenti enim prophetæ spiritus prophetantis animum tangit, atque ex futuro non tangit, sicut Joannes Baptista venientem Domum videt, ait : *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. i, 29).* Sed cum jam moriturus esset, misericordia eius, requirebat, dicens : *Tu es qui venturus es, et aitum expectamus (Matth. xi, 3)?* In quibus verbis ostenditur quia in terris quidem venisse Redemptorem neverat, sed an per semetipsum ad apertenda inferni claustra descendere dubitabat. Ex præsenti enim per prophetæ spiritum tactus fuerat, qui humanitatem Mediatoris videns, et divinitatem ejus intelligens, confitebatur Agnum <sup>i</sup> qui peccata mundi tolleret;

<sup>e</sup> Snæss. et Longip., de femore.

<sup>f</sup> Val. Cl., quem docebat.

<sup>g</sup> Ita antiquis. C. Germ. et Corb. In Ed., nullus potuerint.

<sup>h</sup> Absit quasi a Gemet.

<sup>i</sup> Longip., qui peccatum.

sed tactus ex futuro non fuerat, quia adventum illius in infernum nesciebat.

6. Aliquando vero prophetæ spiritus animum prophetantis ex futuro tangit, atque ex præsenti non tangit, sicut aperte libri Geneseos historia testatur, cum Isaac Esau filium suum ad venandum misit (*Genes. xxvii, 3, seq.*), eum minorem filium Rebecca ad benedicendum supposuit, qui hædiniis pellibus induitus paterno palpatori corpus fraternalm fluxit. Cui ille minori filio tanquam majori benedictionem dedit, quæque ei essent longe futura nuntiavit; sed quis esset qui coram se assisteret, scire non potuit. **1177** Prophetæ ergo spiritus ex futuro animum prophetantis tetigit, atque ex præsenti nou tetigit, quando caligantibus oculis <sup>a</sup> pater et ventura prædicebat, et presentem filium nesciebat.

7. Aliquando prophetantis animum ex præsenti pariter et ex futuro tangit, quod ex eodem libro Geneseos liquido docemur (*Genes. xlviij.*). In illo quippe scriptum est quia cum vitæ jam termino propinquaret Jacob, et duos filios suos Joseph fecit assistere, ut ex benedictione illius possent longe post futura promerer, <sup>b</sup> cui majorem ad dexteram, minorem vero posuit ad sinistram (*Ibid., 10*). Cumque ille, oculis senectute caligantibus, nepotes suos quis prior, quisve esse minor, humano visu discernere nequaquam posset, ductus in obliquum brachiis, dexteram manum minori, sinistram majori impo-  
suit. Quod dum corrigeremus filius vellet, dicens : *Non ita convenit, pater, quia hic est primogenitus*, audivit : *Scio, fili mi, scio : et iste quidem erit in populos, et multiplicabitur, sed frater ejus junior major illo erit* (*Ibid., 18, 19*). Prophetæ ergo spiritus ex præsenti pariter et ex futuro prophetantis animum tetigit, dum Jacob et ventura nuntiabat, et eos quos corporeis oculis videre non poterat, ante se positos per spiritum discernebat. Sic Ahia prophetæ animum prophetæ spiritus ex præsenti atque ex futuro tetigerat, cum, caligantibus oculis, eam quæ se esse aliam simulabat, et uxorem Jeroboam esse cognovit, et quidquid ei futurum es-  
set aperuit, dicens : *Ingridere, uxor Jeroboam, quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum ad te durus nuntius*. Vnde et dic Jeroboam : *Hæc dicit Dominus Deus Israel : Quia operatus es mala super omnes qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos et conflatiles, ut me ad iracundiam provocares, me autem projecisti post corpus tuum, idcirco ego inducam mala super domum Jeroboam* (*III Reg. xiv, 6*).

<sup>a</sup> Ex præsenti enim atque ex futuro pariter prophetantis animus tactus fuerat, qui et ingredientem deprehendere potuit, et ei ventura nuntiare.

8. Aliquando autem ex præterito et ex præsenti, atque ex futuro pariter animus tangitur prophetantis, sicut Elisabeth venire ad se Mariam conspiciens

A quia incarnatum Verbum gestaret in utero agnovit, eamque jani Domini sui matrem vocavit, dicens : *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me* (*Luc. i, 43*) ? De cuius conceptione per angelum quoque ad Joseph dicitur : *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est* (*Math. i, 20*). Quæ videlicet Elisabeth dixit : *Beata quæ credidisti, quoniam perficietur ei quæ dicta sunt tibi a Domino* (*Luc. i, 45*). Dicens enim : *Beata quæ credidisti*, aperte indicat quia verba angeli quæ dicta ad Mariam fuerant per spiritum agnovit ; atque subiungens : *Perficietur ea quæ dicta sunt tibi a Domino*, quæ eam etiam in futuro sequerentur prævidit. Simul ergo de præterito et præsenti atque ex futuro per prophetæ spiritum tacta est, quæ et eam promissionibus angeli credi-  
B disce cognovit, et matrem nominans, quia Redemptorem humani generis in utero portaret intellectus ; et cum omnia perficienda prædicaret, quid etiam de futuro sequeretur aspergit.

**1178** 9. Aliquando vero prophetæ spiritus ex præterito tangit animum, nec tangit ex futuro, sicut in Paulo apostolo aperte ostenditur, qui discipulis dicit : *Nolum vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem ; neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi* (*Gal. i, 11*). Unde aliis quoque discipulis dicit : *Secundum revelationem notum factum est mihi sacramentum* (*Ephes. iii, 3*). Qui tamen hoc ipsum Evangelium quod per revelationem cognoverat, cum Jerosolymam prædicturus ascenderet, ait : *Ecce ego alligatus spiritu vado in Jerusalem, quæ in ea ventura sunt mihi ignorans* (*Act. xx, 22*). Hoc quippe Evangelii sacramentum est, quia Unigenitus Patris incarnatus atque perfectus homo factus est, qui crucifixus, mortuus, et sepultus, die tercia surrexit ; die quoque quadragesima ascendit in cœlum, atque in dextera Patris sedet. Qui ergo per revelationem Evangelium agnovit, prophetæ spiritu de præterito tactus est ; sed quia quid pro eodem Evangelio passurus esset ignoravit, de futuro procul dubio tactus non est. Nam sic dicit : *Nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates protestatur mihi, dicens : Quoniam vincula et tribulationes in Jerosolymis me manent* (*Ibid., 23*), aperte ostendens quia ea quæ ipsi futura essent aliis de ipso revelata erant, non autem ipsi de se, sicut de illo per Agabum dicitur : *Virum, cuius hæc zona est ita alligari oportet in Jerusalem* (*Act. xxi, 11*).

D 10. Aliquando autem prophetæ spiritus tangit ex futuro, nec tangit ex præterito ; sicut de Eliasi facto scriptum est, quia cum unus ex filiis prophetarum materiam succideret, huic ferrum securis in aquam cecidit, qui exclamavit : *Heu! heu! Domine mi, et hoc ipsum mutuum acceperam*. *Dixit autem homo*

*Adhæremus antiquioribus, C. Germ., Corp. et aliis.*

<sup>c</sup> *Abest Jerosolymis a C. Getin., Corp., Suess., Val. Cl. et Norm. pier.*

<sup>d</sup> *Ita C. Germ., Corp., Suess., Val. Cl. In Edit., mutuo.*

<sup>a</sup> *Suess., pater ei ventura.*

<sup>b</sup> *C. Germ., eis minorem ad dexteram, majorē vero . . . . ad sinistram, contra historiæ sacrae veritatem.*

<sup>c</sup> *Val. Cl., post tergam.*

<sup>d</sup> *Plurimi quoq; Editi sequuntur, ex prædictis ergo.*

*Dei : Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Præcidit ergo lignum, et misit illuc, natavitque ferrum (IV Reg. vi, 5). In quo videlicet prophetæ factio cognoscitur quia qui requirit ubi ceciderat quid esset facturus neverat; sed tamen cum requirit, constat quia ubi ferrum cecidisset ignorabat. Prophetæ ergo spiritus Elisei mentem ex futuro tetigerat, sed ex præterito non tangebat, qui et ferrum in profundis demersum, quia revocaturus esset ad superficiem, scire potuit; sed ubi ceciderat omnino nescivit.*

**11.** Aliquando vero prophetæ spiritus in præsenti ex parte tangit, et ex parte non tangit. Quod Petri apostoli historia testatur, cum missi ad eum a Cornelio milites ci sunt per spiritum nuntiati; scriptum quippe est : *Et dixit spiritus ei : Ecce viri tres querunt te. Ad quos ille descendit, et requirens dixit : Quæ causa est propter quam venistis (Act. x, 20)?* In enjus verbis ostenditur quia eamdem causam per spiritum non audierat quam a militibus requirebat. In præsenti ergo mentem Petri spiritus ex parte tetigerat, et ex parte non tetigerat, qui et adesse milites dixit, et pro qua causa venerant tacuit.

**12.** Aliquando spiritus prophetæ in futuro ex parte tangit, et ex parte non tangit; sicut prophetarum filii de auferendo Elia ad Elizæum dicunt : *Nanquid vesti quia hodie Dominus tollat dominum tuum a te (IV Reg. ii, 3, 5)?* Quo tamen ablato, sese per diversa 1179 dispergunt, eumque in rupibus et valibus querunt. In futuro ergo eorum mentem prophetæ spiritus ex parte tetigerat, et ex parte non tangebat, quando eum quem tollendum neverant non inveniendum quærebant. Ex parte itaque tacti sunt, atque ex parte non tacti, quia et sciabant quod tolli posset, et nesciebant quod inveniri non posset. Idem quoque Elizæus per prophetæ spiritum de futuro ex parte tactus est, et ex parte non tactus, cum regi Israel diceret : *Percute jaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, et stetisset, iratus est contra eum vir Dei, et ait : Si percussisses quinques, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam<sup>b</sup> usque ad consumptionem : nunc autem tribus vicibus percutes eam (IV Reg. xiii, 18, 19).* <sup>c</sup> Qui itaque neverat quia toties percuteret Syriam, quoties percussisset terram; sed cum ei diceret, *Percute terram, quoties eam percussurus eset ignorabat* (quippe quia et indignatus est terram tertio fuisse percussam), profecto constat quia de futuro ex parte tactus fuerat, et ex parte non tactus, qui Syriam percuti prædictit, sed terram amplius percuti voluit. Sic Samuel cum ad unguendum David a Domino mitteretur, respondit : *Quomodo vadam? Audiet enim Saul, et interfici me (I Reg. xvi, 2).* Qui et David unxit, nec tamen a Saule occisus est. Ex parte ergo de fu-

<sup>a</sup> Additur in Longip. et Suess., descendit et vade cum eis. Ad.

<sup>b</sup> Sues., Longip., Val. Cl., usque ad consummationem.

<sup>c</sup> Suess., qui utique; quod magis placaret, nisi itaque legeretur in Corb. German. et aliis fere omnibus Codicibus, manu exaratis et editis.

<sup>d</sup> Editu, ad unguendum.

A tuto tactus prophetæ animus fuerat, et ex parte non tactus, qui et unguendum David in regno neverat, et quia a Saule non esset occidendum ignorabat.

**13.** Sciendum quoque est quod prophetæ quidem e proximo tanguntur, atque e longinquu minime tanguntur; alii vero e longinquu, et non tanguntur e proximo; alii autem et e longinquu, et e proximo, prophetæ spiritu tanguntur. Nam quidam tanguntur e proximo, et non e longinquu, sicut Samuel perisse asinas neverat, easque inventas esse nuntiavit, et Saul regem futurum prædictit (I Reg. ix, 15, 20); David quoque quia in ejus regno succederet nuntiavit, sed quia pater Regis æterni futurus sit non prædictit (I Reg. xvi, 12). Quidam vero tanguntur e longinquu, et non tanguntur e proximo, sicut Idem David incarnandum Dei Unigenitum neverat, de Iudea dicens : *Homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus (Psal. lxxxvi, 5).* Atque hunc ad caelos ascensurum, et ad Patris dexteram sessurum intelligit, dicens : *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis (Psal. cix, 1).* Et tamen multa quæ e vicine acta sunt minime prævidit. Ut enim pauca de multis loquar, servum Miphiboseth<sup>f</sup> sibi contra suum dominum mentionem non intellexit (II Reg. xvi, 3, 4); et Amasa promittens, dicit : *Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Joab (Ibid. xix, 13),* videlicet quid sequeretur ignorans, quia Amasa idem non solum principatum militiæ pro Joab non susciperet, sed etiam per Joab post paululum vitam finiret (Ibid. xx, 10). Et cum templum Deo construere voluit, quid e vicino sequeretur nesciens, prophetam alterum requisivit (Ibid. vii, 3).

**14.** Quidam vero et e longinquu tanguntur et 1180 e proximo, sicut Isaías longe post futura prænuntiat, dicens : *Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel (Isai. vii, 14).* De quo rursus ait : *Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis ; et factus est principatus super humerum ejus, et vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis (Ibid. ix, 6).* <sup>g</sup> Qui etiam de Ezechia rege prophetæ spiritu tactus e vicino, quia eum de infirmitate sua surgeret prædictit, et quot annis post infirmitatem viveret nuntiavit (Ibid. xxxviii, 5).

**15.** Aliquando vero prophetæ spiritus prophetis deest, nec semper eorum mentibus præsto est, quatenus cum hunc non habent, se hunc agnoscant ex dono habere cum habent. Unde Elizæus cum flentem Sunamitem mulierem a suis pedibus per Giezii pue-

<sup>e</sup> Val. Cl., natus est.

<sup>f</sup> Ita C. Germ., Norm., etc., ubi in Editis legitur Sibam contra, quod nomen est servi Miphiboseth.

<sup>g</sup> Suess. et Longip. : Qui etiam Ezechie regi prophetæ spiritu tactu e vicino. Gussanv., mutata lectio tum MSS. tum Editorum, tactus est quia . . . . . surgere prædictit.

ruin avelli prohiberet, dixit : *Dimitte illam, anima enim ejus in amaritudine est, et Dominus celavit a me, et non indicavit mihi* (IV Reg. iv, 27). Sic quoque cum eum Josaphat de futuris requirere, et prophetiae ei spiritus deesset, psalmem fecit applicari, ut prophetiae ad hunc spiritus per laudem psalmodiae descenderet, atque ejus animum de venturis repleret (*Ibid.*, iii, 11, 15). Vox enim psalmodiae cum per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotenti Domino ad cor iter paratur, ut intentae menti vel prophetiae mysteria, vel compunctionis gratiam infundat. Unde scriptum est : *Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter est quo ostendam illi salutare Dei* (*Psal. xlix*, 23). Quod enim Latine *salutare*, hoc Hebraice *Jesus* dicitur. In sacrificio igitur laudis fit Jesu iter ostensionis, quia dum per psalmodiam compunctio effunditur, via nobis in corde fit, per quam ad Jesum in fine pervenitur, sicut ipse de sua ostensione loquitur, dicens : *Qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum* (*Joan. xiv*, 21). Hinc quoque scriptum est : *Cantate Domino, psalmum dicite nomini ejus, iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen est ei* (*Psal. lxvii*, 5). Ipse etenim super occasum ascendit, qui mortem resurgendo calcavit. Cui dum cantamus, iter facimus, ut ad nostrum cor veniat, et sui nos amoris gratia accendat. Quia autem prophetis prophetiae spiritus non semper adest, etiam vir Dei indicat, qui, contra Samariam missus, mala quae ei ventura erant nuntiavit (*III Reg. xiii*) ; qui, tamen, prohibitus a Domino in via comedere, prophetae falsi persuasionem deceptus est (*Ibid.*, xviii, 19) ; quem fallax sermo non deciperet, si prophetiae spiritum praesentem habuisset.

46. Sciendum quoque est quod aliquando prophetae sancti dum consuluntur, ex magno usu prophetandi quedam ex suo spiritu proferunt, et se haec ex prophetiae spiritu dicere suspicantur; sed quia sancti sunt, per sanctum Spiritum citius correcti, ab eo quae vera sunt audiunt, et semelipsos quia falsa dixerint reprehendunt. Nathan etenim prophetam sanctum virum fuisse quis nesciat? Qui David regem et de culpa aperte reprehendit, et quae ei pro culpa eadem essent ventura nuntiavit; **1181** quem tamen dum idem David, quia templum Dei vellet construere, requisisset, illico respondit : *Omne quod est in corde tuo, vade et fac, quia Dominus tecum est* (*II Reg. vii*, 3). De quo illic statim subditur : *Factum est autem in nocte illa, et ecce sermo Domini ad Nathan, dicens : Vade et loquere ad seruum meum David. Hec dicit Dominus Deus : Nunquid tu aedificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitavi in domo ex die qua eduxi filios Israel de terra Aegypti usque in diem hanc* (*Ibid.* 4). Et paulo post : *Cum completi fuerint dies tui, et dormieris cum patri-*

\* C. Germ., Suess., Longip., Val. Cl., fit in Jesu. Antecedentia, *Domino ad cor iter paratur*; et consequentia, *iter facimus, ut ad cor nostrum veniat, probant lectionem nostram esse potiorem.*

<sup>b</sup> Longip. et Suess., infunditur. Legimus effundi-

**A** bus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum ejus; ipse aedificabit domum nomini meo (*Ibid.* 42, 13). Ecce Nathan propheta qui prius regi dixerat : *Vade et fac, ipse postmodum per prophetiae spiritum edocet, hoc fieri non posse denuntians, et regis consiliis et suis sermonibus contradixit, quia quod ex suo spiritu dixerat, falsum fuisse deprebendit.*

17. Qua in re inter prophetas veros ac falsos ista distantia est, quia prophetae veri si quid aliquando per suum spiritum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per Spiritum sanctum eruditum citius corrigitur. Prophetae autem falsi et falsa denuntiant, et alieni a sancto Spiritu in sua falsitate perdurant.

18. Consideratis igitur prophetiae temporibus et modis, intueri libet qualiter omnipotens Deus ad proiectum hominum suæ iræ moderamina dispensat. Israeliticus quippe populus conditori suo deliquerat, et idcirco regi Babylonio in captivitate serviebat; cum quo tamen Ezechiel propheta in captivitatem mittitur (*Ezech. iii*, 11), quem divina gratia ita sibi placabilem fecerat, ut per eum ventura quæque prædiceret, et afflitti populi mentem consolari dignaretur. Consideremus ergo, si possumus, quanta est dispensatio supernæ pietatis, quia sic iratus est populo suo Dominus, ut tamen omnimodo non irascatur. Nam si iratus non esset, in captivitatem populum minime tradidisset; et si omnimodo iratus esset, electos suos in captivitatem cum illo non mitteret. Sed agit hæc divina misericordia, ut ex una eadem

**B** que re, ex qua carnalibus dat flagellum, ex ea spiritualibus virtutis præstet incrementum. Cumque illos per tribulationem purgat, istos ex societate tribulationis ad majora promerenda excitat. Et sic in iustis irascitur, ut tamen eorum corda per justorum consortium consoletur; ne si omni modo deserat, nullus post culpas ad veniam redeat. Tenendo igitur repellit, **1182** et repellendo tenet, quando cum his quos dijudicat simul in tribulationem mittit quos amat. Quis ista tantæ pietatis viscera pensare sufficiat? Quod et culpas populi Dominus sine vindicta non deserit, et tamen delinquentem populum a se funditus non repellit. Sic cum Moyses ad repræmissionis terram exploratores duodecim misisset (*Nun. xiii*), ex quibus cum decem postmodum desperationem populo D facerent, idem populus in ira murmurationis accusus, seductum se a Domino esse conquestus est, \* ut ejus cadavera jacerent in deserto (*Ibid.* xiv); cui omnipotens Deus iratus dixit quod nullus eorum in terram repræmissionis intraret (*Ibid.*) : quo terror compuncti, prave se egisse cognoverunt, sese in lacrymis afflexerunt, et accincti armis, protinus ceperunt contra hostes ascendere; ut repræmissionis terram post lacrymas intrare potuissent (*Ibid.* 42). Quibus per Moysen Dominus dicit : *Dic eis, Nolite ascen-*

**C** tur in C. Germ. et antiquioribus.

\* Editi, renitentibus MSS., prophetæ falsa persua-

sione.

<sup>a</sup> Val. Cl., Longip., Lyram., reprehendit.

<sup>b</sup> Val. Cl., ut eorum.

dere, neque pugnemus; non enim sum vobiscum, ne cadas coram inimicis vestris (*Deut.* 1, 42). Quia in re penitandum est, si cum ipsis non erat, cur eos ne caderent ascendere prohibebat? Si autem cum ipsis erat, quid est quod ait: *Non enim sum vobiscum?* Sed mira dispensatione disciplinæ ac misericordiæ, et cum ipsis erat, et cum ipsis non erat. Cum ipsis non erat ut vincerent, sed tamen cum ipsis erat ne ab hostibus perirent. O ineffabilia pietatis viscera! Culpas insequitur, et tamen peccantes protegit. Iratum se indicat, et tamen ab hostibus defendit. Sic plerumque parvulo filio delinquenti irascitur mater, reprehendit, increpat, verberat; sed si hunc in præceps ire conspicerit, ubi in mortis periculum ruat, manum <sup>a</sup> tendit et retinet, et quæ sic irata verberaverat ac si non diligeret, sic diligendo retinet, ac si irata non verberasset.

19. Hæc in sois p̄fatione colloquentes, navigii nostri quasi intra portum exercitium fecimus, ut ad indaganda prophetiæ mysteria, velut in immensitatem pelagi, post vela pandamus. Quod tamen non in nostra virtute præsumimus, sed in eo qui linguas infantium facit disertas, quia *spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis* (*Sap.* 1, 7). Omnipotens enim Deus, sermo Patris omnipotentis est, ei qui de illo loqui concupiscimus, muti in illo nullo modo erimus. Dabit verba utilia omnipotens Verbum, quod pro nobis incarnatum vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA II.

*Prophetiæ Ezechielis quinque priores versus, juxta multiplicem sensum, allegoricum præserit et moralè exponuntur.*

**1183** 1. Usus prophetiæ locutionis est ut prius personam, tempus locumque describat, et postmodum dicere mysteria prophetiæ incipiat, quatenus ad veritatem solidius ostendendam, ante historiæ radicem figat, et post fructus spiritus per signa et allegorias proferat. Ezechiel itaque ætatis suæ tempus indicat, dicens :

EZECH. 1, 1. — *Et factum est in trigesimo anno, in quarto mense, in quinta mensis.*

Locum quoque denuntians, adjungit :

Ibid. — *Cum essem in medio captivorum juxta fluvium Chobar, aperti sunt cœli, et vidi visiones Dei.*

Tempus etiam <sup>b</sup> insinuat, subdens :

VERS. 2. — *In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Joachin.*

Qui ut bene personam indicet, etiam genus narrat, cum subditur :

VERS. 3. — *Et factum est verbum Domini ad Ezechiem filium Buzi, sacerdotem.*

<sup>a</sup> Gussanv., retrahit, contra MSS. fidem, et renitentib. aliis Editis. Paulo infra, cum prioribus Editis, diligenter, pro diligendo, ut legitur in C. Germ., Corb., Suess., Norm., etc.

<sup>b</sup> Mas. fere omnes, exceptis C. Germ. et Corb. antiquissimis, tempus etiam captivitatis.

<sup>c</sup> Editi, prophetarum, relectantib. MSS. C. Germ.,

2. Sed prima quæstio nobis oritur cur is qui nihil adhuc dixerat ita exorsus est, dicens : *Et factum est in trigesimo anno.* Et namque sermo conjunctionis est, et scimus quia non conjungitur sermo subsequens nisi sermoni præcedenti. Qui igitur nihil dixerat cur dicit : *Et factum est*, cum non sit sermo cui hoc quod incipit subjungat? Quia in re intuendum est quia sicut nos corporalia, sic <sup>d</sup> prophetæ sensus spiritualia aspiciunt, eisque et illa sunt præsentia quæ nostræ ignorantiae absentia videntur. Unde fit ut in mente prophetarum ita conjuncta sint exterioribus interiora, quatenus simul utraque videant, simulque in eis sit et intus verbum quod audiunt, et foras quod dicunt. Patet igitur causa cur qui nihil dixerat inchoavit dicens : *Et factum est in trigesimo anno.* Quia hoc verbum quod foris protulit illi verbo quod intus audierat conjunxit. Continuavit ergo verba quæ protulit visioni intimæ, et idcirco incipit dicens : *Et factum est.* Subjungit enim hoc quod exterius loqui inchoat, ac si et illud foris sit quod intus videt.

3. Hoc autem quod dicitur, quia trigesimo anno spiritum prophetiæ accepit, indicat aliquid nobis considerandum, videlicet quia juxta rationis usum doctrinæ sermo non suppetit nisi in ætate perfecta. Unde et ipse Dominus anno duodecimo ætatis suæ in medio doctorum in templo sedens, non docens, sed interrogans voluit inveniri (*Luc.* 11, 46). Ut enim non auderent homines in infirma ætate prædicare, ille anno duodecimo ætatis suæ interrogare homines est dignatus in terra, qui per divinitatem suam semper

angulos docet in cœlo. **1184** Quia enim ipse est Dei sapientia, de ipso angeli videndo <sup>e</sup> vivunt hoc quod beatitudine æterna satiantur. Quod Moyses quoque sub allegoriæ mysterio admonet, dicens : *Non arabis in primogenito bovis* (*Deut.* xv, 19). Primogenitum enim bovis accipinus <sup>f</sup> in infirma ætate primi nostri temporis bonam operationem. In qua tamen arandui non est, quia cum prima sunt adolescentiæ vel juventutis nostræ tempora, nobis adhuc a prædicatione cessandum est, ut vomer linguæ nostræ proscindere non audeat terram cordis alieni. Quoadusque etenim infirmi sumus, continere nos intra nosmetipos debemus, ne dum tenera bona citius ostendimus, amittamus, quia et arbusta plantata si prius in terra radicata non fuerint, manu lacra citius arescunt; at D si semel radicem fixerint, manus tangit, et tamen nil officit; venti impellunt, nec tamen impellentes laddunt. Et constructi parietes si impellantur, eruuntur, nisi a suo prius fuerint humore siccati. Mens itaque quoque ab humore pravitatis suæ perfecte non fuerit exsiccata, aliena lingua manu tangi non debet, ne priusquam plene percipiatur, perdat soliditatem suam, ne impulsu ruat, ne velut arbustum sine radicibus,

Corb., Ebrieic., etc.

<sup>d</sup> Norm. et Anglic., bibunt. Prætylinus lect. C. Germ., Corb., Val. El., etc., quæ etiam est Editorum. Alteri tamen suffragantur, beatitudine æterna asstantur.

<sup>e</sup> Ebrieic., in infirmitate.

dum plus quam tolerare valet concutitur, arescat. Ad exemplum ergo non sunt ostendenda nisi quæ firma sunt. Prius etenim convalescere debet mens, atque ad utilitatem proximorum postmodum demonstrari, cum jam nec per laudem elevata corrut, nec per vituperationem percussa contabescat. Nam etsi Timotheo dicitur : *Præsipe hæc, et doce; nemo adolescentiam tuam contemnat* (*I Tim. iv, 11, 12*), sciendum est quod in sacro eloquio nonnunquam adolescentia *juventus* vocatur. Unde scriptum est : *Lætare, juventus, in adolescentia tua* (*Eccle. xi, 9*). Propheta igitur, ut ostendatur cuius auctoritatis sit in prædicatione, ætatis solidæ esse describitur, quatenus ei cum vita et spiritu omnia quæ ad prædicandum congruunt concordare videantur.

4. Nec contra hæc quempiam movere debet quod Jeremias (*Jerem. i, 5*) atque Daniel (*Dan. xiii, 45*) prophetæ spiritum pueri percepérunt, quoniam miracula in exemplum operationis non sunt trahenda. Omnipotens enim Deus et lingua infantium facit diuersas (*Sap. x, 21*), et ex ore infantium atque lactentium perficit laudem (*Psal. viii, 3*). Sed aliud est quod nos de doctrina usu atque discipline discimus, aliud quod de miraculo scimus.

5. Jam vero si queritur ut in ipsa quoque ætatis illius expressione mysticum aliquid designetur, absurdum non est quod propheta Dominum, quem verbis denuntiat, ipso quoque ætatis usus **1185** tempore ostendat. Anno tricesimo Ezechielis prophetae coeli aperti sunt, et vidi visiones Domini juxta fluvium Chobar, quia quasi tricezimo ætatis usus anno Dominus ad fluvium <sup>a</sup> Jordanem venit. Ibi itaque coeli aperti sunt, quia Spiritus <sup>b</sup> in columba descendit; vox quoque de cœlo sonuit, dicens : *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui* (*Matth. iii, 17*).

6. Sed et ipsa Hebreæ verba multum nobis ad mysterium interpretandum valent. Nam Chobar interpretatur gravitudo, vel gravitas; Ezechiel, fortitudo Dei; Buzi, despectus vel contemptus; Chaldæi, captivantes, vel quasi dæmones. Venit ergo Ezechiel juxta fluvium Chobar; quia enim Chobar gravitudo, vel gravitas dicitur, quid per Chobar fluvium, nisi humanum genus congrue designatur? Quod ab ortu defluit ad mortem, et grave sibi est ex peccatis, quæ et perpetrat et portat, quia, sicut scriptum est : *Iniquitas et in talentum plumbi sedet* (*Zach. v, 7*). Omne enim peccatum grave est, quia non permittit animam ad sublimia levari. Unde et per Psalmistam dicitur : *Fili hominum, usquequo gravi corde* (*Psal. iv, 3*)? Scriptum vero de Domino est, *Quia ipse est Dei virtus, et Dei sapientia* (*I Cor. i, 18*). Venit ergo Ezechiel

**A** juxta fluvium Chobar, quia fortitudo Dei per incarnationis suæ mysterium propinquare dignata est peccatorum suorum pondera portanti generi humano, quod ab ortu suo quotidie defluit ad mortem, sicut dicitur illo per Psalmistam dicitur : *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum* (*Psal. i, 3*). Juxta decursus quippe aquarum plantatum est, quia Juxta lapsus incarnatus est defluentium populorum. Ezechiele autem fortitudinem Dei, Buzi vero despectum interpretari diximus. Sed Ezechiel filius est Buzi, quia ex illo populo unigenitus Dei incarnari dignatus est, quem propter culpam perfridæ Dominus despexit. Fortitudo ergo Dei <sup>c</sup> et contemptus, vel despectus nascitur, quia Redemptor hostier humilitatem assumere ex populo perfridæ et contemptus

**B** dignatus est. Venit vero in terram Chaldaeorum. Chaldæi interpretantur, ut diximus, captivantes, vel quasi dæmones. Inqui etenim, quia et ipsi iniquitates perpetrant, et ad iniquitatem alios persuadendo trahunt, nimis captivantes sunt. Qui recte quoque ei quasi dæmones interpretantur, quia et hi qui alios ad iniquitatem suadendo pertrahunt, in semetipsis ministerium dæmonum ad iniquitatem suscipiunt, quoniam dæmones per naturam non sint. Venit ergo fortitudo Dei in terram Chaldaeorum, quia inter eos Unigenitus Patris apparuit <sup>d</sup> qui in semetipsis ad peccatum defluxerant, et ad peccata alios captivantes trahebant. Sed expositionis sermo ad prophetæ nunc personam redeat.

Vers. 3. — *Et facta est super eum ibi manus Domini*.

**C** 7. Manus vel brachium Domini Filiis dicitur, quia per ipsum omnia facta sunt. De quo estatt Psalmista ait : *Fiat manus tua ut sulum me faciat* (*Psal. cxviii, 173*). Manus quippe Dei quæ per divinitatem non est facta, sed genita, per humanitatem facta est, ut humani generis vulnera sanaret. Ibi ergo propheta incarnationem Unigeniti agnoscit, ubi super se manum Domini factam vidit. Quod vero hic subditum :

**D** **1186** Vers. 4. — *Et vidi, et ecce ventus turbinus veniebat ab Aquilone.*

8. Intuendum nobis est quis sit in prophetæ verbis ordo locutionis. Qui enim superius de se ipso dixerat : *Aperti sunt cœli, et vidi visiones Dei*, postea tamquam si de alio narret, adjungit : *Et facta est super eum ibi manus Domini*. Ac deinde quasi ad se revertit, ei dicit : *Et vidi, et ecce ventus turbinus veniebat ab Aquilone*. Quid est hoc, quod modo Ezechiel loquitur, modo de Ezechiele? Si per totum diceret de se, quæstio bona esset. Si per totum diceret quasi de alio, nihilominus quæstio non fuisset. Quid est ergo

<sup>a</sup> Val. Cl., sciendum est quod ei adolescentia in annis, non in moribus fuerit, quamvis in sacro eloquio nonnunquam. Glossema est quod earet Mod. vetust. C. Germ., Corb., Gemet., etc.

<sup>b</sup> Editi, contra MSS. Idem, profecto, quod sensum tollit.

<sup>c</sup> Sequimur MSS. Anglic. et Val. Cl. In Corb.

Germ. et plerisque MSS., hecnon <sup>d</sup> Editio, legitur dicimus.

<sup>e</sup> Val. Cl., in columba specie.

<sup>f</sup> Germ., mihi bene complacui.

<sup>g</sup> Longip. et Val. Cl., in talento.

<sup>h</sup> Norm. et Val. Cl., graves.

<sup>i</sup> Norm.; et contemptus vel despectus.

<sup>j</sup> Ita Norm., Corb. Germ., Longip. At Corb. et Val. Cl., ex semetipsis: Editio Paris. 1318; qui semetipsos; alias, qui per semetipsos.

hoc quod sic variatur sermo propheticus, ut modo Propheta de se loquatur, modo autem de ipso quasi alius loqui videatur? Sed sciendum est quia hi qui prophetiae spiritu replentur, per hoc quod aperte nonnunquam loquuntur de se, et nonnunquam sic de se verba tanquam de aliis proferunt, indicant quia non propheta, sed Spiritus sanctus loquitur per prophetam. Pro eo enim quod per ipsos sermo sit, ipsi loquuntur de se; et pro eo quod aspirante Spiritu sancto loquuntur, idem Spiritus sanctus per ipsos loquitur de ipsis, Veritate attestante quae dicit: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis* (Matth. x, 20). Hinc etiam Moses ait: *Erat Moyses vir misissimus super omnes homines qui morabantur in terra* (Num. xii, 3). Qui enim non dicit Eram, sed erat, profecto aperte indicat quia is qui per illum de illo loquebatur alius erat. Hinc Joannes ait: *Vidit illum discipulum quem dilegebat Jesus* (Joan. xxi, 20). Unde et Paulus ut non se esse qui loquebatur ostenderet, dixit: *An experimentum queritis ejus qui in me loquitur Christus* (II Cor. xiii, 3)? Quia igitur in locutione prophethica alter est qui praesidet, alter qui obsequitur, cum de se ipso propheta loquitur persona obsequentis est, cum vero per prophetam Spiritus sanctus loquitur a de propheta, sublimitas praesidentis ostenditur. Recte ergo et tanquam de alio dicitur: *Et facta est super eum ibi manus Domini; et de se protinus adjungit: Et vidi, et ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.* Nunc itaque discutiendum nobis est quid sit quod dicit: *Et ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, et nubes magna.*

9. Pro eo quod ventus Aquilo constringit in frigore, non incongrue Aquilonis nomine torpor maligni spiritus designatur. Quod Isaías quoque propheta testatur, qui dixisse diabolum denuntiat: *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis* (Isai. xiv, 13). Malignus enim spiritus montem testamenti tenuit, quia Iudaicum populum, qui legem accepérat, sibi in perfidiam subjugavit. Quando enim corda doctorum tenet, monti testamenti diabolus praesidet. Qui etiam in lateribus Aquilonis sedet, quia mentes hominum frigidas possidet. Unde et sponsi voce in Canticō cantorum dicitur: *Surge, Aquilo, et veni, Auster, perfila hortum meum,*<sup>b</sup> *et fluant aromata illius* (Cant. iv, 5). Cum enim, jubente Domino, frigidus spiritus recedit, calidus spiritus mentem fidelium occupat; qui hortum Dei, id est sanctam Ecclesiam perflat, ut opiniones virtutum ejus ad multorum notitiam velut aromata defluant. Recedente etenim Aquilone, id est maligno spiritu, sanctus Spiritus **1187** mentem quasi Auster replet. Qui dum calefaciendo flaverit, statim de fidelium cordibus aromata virtutum fluunt. Propheta ergo ea quae essent in finem ventura conspicens, venire ab Aquilone ventum turbinis vidit, quia in extremo saeculi mentes hominum torporis sui frigore malignus spiritus gravius occupabit. Unde

<sup>a</sup> Abest a Germ. de propheta.

<sup>b</sup> Successio., ut fluant.

<sup>c</sup> C. Germ. et Corb., malignus Spiritus ventus.

A scriptum est: *Vae terra et mari, quia descendit diabolus ad eos habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet* (Apoc. xii, 12). Antiquus quippe adversarius insidiarum suarum molimina in humanis mentibus gravius exaggeravit. Contra cuius exercentem superbiam incarnata manifestata est humilitas Dei: atque ut humandum genus a suo languore sanaret, tunc magna apparuit potentia medici, cum languor crevit agroti.

10. Bene autem • maligni spiritus immissio, ventus turbinis appellatur. Turbo quippe aedificium quod tangit, concutiendo subruit. Et omnis antiqui hostis tentatio, quae agitur in mente, ventus est turbinis; quia hanc concutiendo per desideria, a statu sue rectitudinis evellit. Sed nos ista reticentes quae humano generi erunt ab hoste callido in finem ventura, ad solam Iudeam, ex qua Propheta fuit, et cuius perditionem prophetando conspicit, verba vertamus. Quae incarnato Domino tanto gravius ab Aquilone ventum turbinis pertulit, quanto a sua rectitudine concussa cadens, per torporem mentis in perfida frigida remansit. Ventus ergo turbis ab Aquilone venit, cum vitam Judaici populi malignus spiritus in tentatione concussit. Ubi et recte additur:

Ibid. — *Et nubes magna.*

11. Quia quanto plus quisque exarsit in crudelitate, tanto amplius obsecari meruit in ignorantiae sue caligine. Redemptorem quippe humani generis, quem in lege ac prophetis intelligentes exspectaverant, videntes negabunt. Unde actum est ut eorum mens magna ignorantiae sue nube tegeretur, ne hunc post inquirentes agnoscerent, quem prius et denunciare poterant, et amare renuebant. Nam cum modo ejus virtutes et miracula, modo autem passiones consiperent, in infidelium cordibus nubes magna ab Aquilone venerat, quia ex peccati sui frigore propter infirmitatem passionis illius et inter signa caligine. Quid vero ex illa nubis magnæ caligine sit secundum, subjungitur, cum protinus dicit:

Ibid. — *Et ignis involvens.*

12. Ignis enim nomine, cum per significationem dicitur, aliquando Spiritus sanctus, aliquando autem mentis malitia designatur. De bono enim igne scriptum est: *Ignem veni mittere in terram; et quid volo, nisi ut accendatur* (Luc. xii, 49). Ignis quippe in terram mittitur cum per ardorem sancti Spiritus afflata terrena mens a carnalibus suis desideriis concrematur. De malo autem igne dicitur: *Et nunc ignis adversarios consumet* (Hebr. x, 27), quia cor pessimum ex sua malitia • tabescit. Sicut autem ignis amoris mentem erigit, ita ignis malitiae involvit, quia et Spiritus sanctus cor quod replet elevat, et ardor malitiae ad inferiora semper incurvat. Iudea igitur nube sue ignorantiae cœcata, quia mox ad persecutionis nequitiam erupit, igne suo involuta est, quae in obligatione se nequitiae per eandem ipsam **1188**

<sup>d</sup> Pier. Norm., consumit.

<sup>e</sup> C. Germ., Ebroic., Corb., patescit.

crudelitatem qua arsit implicavit. *Ventus autem turbinis veniebat ab Aquilone, et nubes magna, et ignis involvens, quia ex torporis sui frigore ad ignorantiae caliginem perducta, usque ad malitiam persecutionis erupit.* Unde ad alium quoque prophetam dicitur : *Quid tu vides?* Qui illico respondit : *Ollam succensam ego video, et faciem ejus a facie Aquilonis* (*Jerem. 1, 13*). *Judæorum* quippe mens in persecutione sacerdens, atque in crudelitate malitiae undas cogitationum volvens, quid aliud quam olla succensa fuit? Cujus facies a facie Aquilonis esse dicitur, quia si se adverso spiritui per torporem mentis non subderet, contra bonos in tanta malitia non exarsisset. Nubem itaque sequitur ignis involvens, quia in eis cætitatem mentis secuta est crudelitas persecutionis. *S: enim cognovissent, nunquam Dominum gloriam crucifixis senti* (*I Cor. 11, 8*). Sed iste ignis alibi arsit, atque alibi splenduit. Nam subditur :

*Ibid. — Et splendor in circuitu ejus.*

13. Dum enim persecutio in Judæa agitur, sancta apostolorum prædicatio in universo mundo dispersa est, sicut ipsi dicunt : *Vobis missum fuerat verbum Dei, sed quia indignos vos judicasti, ecce imus ad gentes* (*Act. xiii, 46*). De crudelitate ergo malitiae, quæ mentem Judææ concremavit, omnipotens Deus lucem gentibus sparsit, quia per hoc quod illa Redemptorem suum ac membra ejus persecuta est, sanctis apostolis per diversa dispersis, nos qui in Judæa circuitu positi in tenebris fuimus, dono cœlestis gratiæ splendorem veri luminis vidimus. Unde scriptum est : *Sedentibus in tenebris et umbra mortis, lux orta est eis* (*Isai. ix, 2*). Iste itaque ignis malitiae <sup>a</sup> qui a Judæorum cordibus arsit in persecutione, priusquam sanctos apostolos sacerdiendo affligeret, in ipso se exercuit auctore ac redemptore generis humani. Unde et subditur :

*Ibid. — Et de medio ejus quasi species electri, id est de medio ignis.*

14. <sup>b</sup> Quid electri specie, nisi Christus Jesus Mediator Dei et hominum designatur (*I Tim. ii, 5*)? Electrum quippe ex auro et argento est. In electro dum aurum argentumque miscetur, argentum ad claritatem crescit, aurum vero a suo fulgore palescit. Illud ad claritatem proficit, hoc a claritate temperatur. Quia igitur in unigenito Dei Filio natura divinitatis unita est natura nostra, in qua adunatione humanitas <sup>c</sup> in majestatis gloriam excrevit, divinitas vero a sui fulgoris potentia humanis se oculis temperavit, per hoc quod humana natura clarior facta est, quasi per aurum crevit argentum. Et quia divinitas a fulgore suo nostris est aspectibus temperata, quasi aurum nobis palluit per argentum. Illa enim natura immutabilis, que in se manens innovat omnia, si ita ut est nobis apparere voluisset, fulgore

<sup>a</sup> Suess. et Longip., qui in *Judæorum*. Ultimus Codex pro arsit habet manus.

<sup>b</sup> C. Germ., quid electri species.

<sup>c</sup> Idem Cod., in majestatis gloria.

<sup>d</sup> Ita C. Germ., Suess., Longip. Ed., commoventur.

<sup>e</sup> Rothomag. et Lyr., formidantis.

A suo nos incenderet potius quam renovaret. Sed claritatem suæ magnitudinis temperavit nostris oculis Deus, ut dum nobis ejus claritas temperatur, etiam nostra infirmitas per ejus similitudinem in ejus luce claresceret, et per acceptam gratiam, ut ita dicam, suæ habitudinis colorem mutaret. Quasi electrum ergo in igne est Deus factus homo in persecutione. Sequitur :

*Vers. 5. — Et in medio ejus similitudo quatuor animalium.*

**189** 15. Quod in medio ejus dicitur, sive electri sive ignis, nil obstat intelligi, quia quatuor hæc animalia, sancti scilicet evangelistæ, et ex ejusdem Domini incarnatione ad fidei virtutem solidati sunt, et in igne persecutionis multis tribulationibus afflicti.

**B** 16. Quod si quis hæc quæ de primo Domini adventu diximus etiam de secundo velit accipere, celeri assensu sequendus est, quia sæpe prophetæ spiritus in uno quod loquitur multa simul intuetur. Ventus enim turbinis ab Aquilone venit, quia nimis causa peccatorum exigit ut districti judicii concussio omnia simul elementa perturbet. Terror enim perturbationis ultimæ inde venire dicitur, unde generatur. Nam quia ad feriendas frigidas peccatorum mentes judicium perturbationis ultimæ agitur, recte ab Aquilone ventus turbinis venire prohibetur. Quæ videlicet concussio apte ventus turbinis dicitur, quia in illo die cunctorum qui tunc in carne mortali inventi fuerint, in pavore nimis corda <sup>f</sup> commovebuntur. Cum enim cooperit impleri quod scriptum est : *Sol obsecrabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de celo, et virtutes calorum commovebuntur* (*Math. xxiv, 29*), quæ mens erit hominis, æterni Judicis sententiam

<sup>e</sup> non formidantis? Ibi enim tunc cuncta simul peccata ante oculos redeunt, ibi omnia quæ cum deletione acta sunt ad memoriam cum pavore revocantur, ibi caligo cogitationis misera ex poena proximæ damnationis. Unde et subditur : *Et nubes magna.* Tunc quippe ex peccatorum memoria sensum mentis deprimit caligo cæcitatilis, cum unigenitum Dei Filium in forma divinitatis conspicere reprobi non permituntur. Videbunt enim in quem transfixerunt (*Joan. xix, 37; Zach. iii, 10*). Et, *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei* (*Isai. xxvi, 10*). Ubi et aperte subditur : *Et ignis involvens.* Quia videlicet ignis ille judicii,

**D** qui cœlum aereum et terram concremabit, peccatores jam in sua superbia non permettebant erigi, sed involvet, quos procul dubio in poena suæ damnationis constringet.

17. *Et splendor in circuitu ejus.* Quia sicut fulgur exit ab Oriente, et paret usque ad Occidentem, ita erit adventus Filii hominis (*Math. xxiv, 27*). Ubi nullus tunc <sup>f</sup> a judicio in sua mente latere permititur, quia ipso judicis fulgore penetratur. <sup>g</sup> De quo

<sup>f</sup> Plerique Norm. cum Val. Cl., a judice. Alii cum C. Germ., a judicio.

<sup>g</sup> Norm., Longip., Val. Cl., de quo mox judice.

Glossema est quo caret Germ. cum al. antiquioribus. Pejus legitur in Editis, de quo mox judicū dic.

mox subditor : *Et in medio ejus quasi species electri, id est de medio ignis.* Ipse enim angelis atque archangeli omnibus virtutibus praesidens Redemptor noster, qui velut in electri similitudinem unus ex utraque et in utraque natura et Deo permanens cum Patre, et ad redempcionem nostram factus est mortalibus cum hominibus, in suo tunc terrore videbitur, eique ignis judicii in reprobatione vindicta famulabitur. Hinc enim scriptum est : *Dies Domini declarabit quia in igne revelabitur* (*I Cor. iii, 13*). Hinc Psalmista ait : *\* Deus manifestus ventus, Deus noster, et non cibis; ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida* (*Psalm. xlix, 5*). Hinc Petrus apostolus dicit : *Adveniet dies Domini ut fūr, in quo caeli magno impetu transibunt, elementa vero ignis ardore solventur* (*II Pet. iii, 10*). Et quia tunc sancti omnes qui mundum perfecte reliquerunt judicis venient, **1190** apte mox subditar :

**48.** *Et in medio ejus similitudo quatuor animalium.* Quid enim per quatuor animata, nisi quatuor evangelista signantur? Nec immerito per evangelistas quatuor perfectorum omnium numerus exprimitur, quia omnes qui in Ecclesia modo perfecti sunt perfectionis sua rectitudinem per eorum Evangelium didicimus. In medio enim ejus similitudo quatuor animalium, quia illi (neque ejus corpori) untili ejus maiestati conjuncti, et simul facili cum eo judices videbuntur, qui modo perfecta opera iusta Evangelica praecepta secuti sunt. Hinc est enim quod ipsis sanctis apostolis dicitur : *Vos qui secutis estis me, in regeneratione, sum sed eritis Filii hominis in aede maiestatis meae, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel* (*Math. xix, 28*). Hinc Iustus ait : *Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui* (*Isai. vii, 14*). Hinc Salomon de Ecclesia loquitor, dicens : *Nobis in portis vir ejus, cum sederis cum senioribus terrae* (*Prov. xxxi, 25*). His itaque sub brevitate transcursis, advenias primi ordinis, sicut eappimus, exsequentes, ad Evangelistarum personas in expositione redeamus. Sequitur :

**Vera. 5. — Et sic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.**

**49.** *\* Cuius paulo post sancta haec animalia singulis distinctis imaginibus describantur, ut aliud homini, aliud leoni, aliud vitulo, aliud aquila similitudinatur, quid est quod hoc loco de omnibus simul dicitur, Similitudo hominis in eis?* Sed quis hoc loco homo describitur, nisi ille de quo scriptum est : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratu[m] est esse se aequalem Deo;* sed *omnipotens ostendebat, formam servi acceptum, ut similitudinem hominum faciat, et habitu inventus ut homo* (*Philip. ii, 6*)? *Hoc itaque animalia ut surgerent ad similitudine virtutem valeant, ad hujus humilium similitudinem tendant.* Sancta enim non

\* Ita C. Germ., Norm., etc. In Editis, *Deus manifeste*.

\* Non leguntur haec in C. Germ. nec in Edit. Rom. Sixti V, usque ad quis hoc loco. Exstant in q atque Anglie. et omnibus nostris. In Norm., pro sed quis hoc loco, habes sed quis hic Homo.

Aesse, et hujus hominis similitudinem non haberent, quia quidquid in eis de visceribus plenaris, quidquid de manuacudine spiritus, \* quidquid de zelo rectitudinis, quidquid de custodia humilitatis, quidquid de fervore charitatis est, hoc ab ipso forte misericordie, ab ipsa radice manuacudinis, ab ipsa virtute justitiae, id est a Mediatore Dei et Nomini Deo Domino traxerunt. Hujus se hominis similitudinem habere egregios praedicator ostendit, dicens : *Imitatores mei esote, sicut et ego Christi* (*I Cor. iv, 16*). Ad ejus nos similitudinem surgero admonet, quem dicit : *Primitus homo de terra terremus, secundus homo de caelo caelestis. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem ejus qui de caelo descendit* (*I Cor. xv, 47*). Sanctes etenim quisque in tantum ad similitudinem hujus hominis ducitur, in quantam vitam sui Redemptoris imitatur. Nam ab ejus mandatis atque operibus discordare, quid est aliud quam a similitudine longe recedere? Phlegunt autem vitam delinquentium praedicatores sancti : sed de ipso nostro capite scriptum est, quia flevit super Jerusalem (*Luc. xix, 41*). Gaudent de bonis actibus subditorum, et recte operantes diligunt ; sed de Redemptore nostro scriptum est quia cum adolescentibus quidam **1191** diceret : *Hæc omnis crederi a juventute mea* (*Math. xix, 20*), magis diffidit eum. Portant italias contumelias praedicatores sancti, et nullam ad invicem contumeliam reddunt ; sed cum Redemptori nostro diceretur : *Demoniū habes* (*Joan. viii, 48*), non injuriam reddidit, sed mansuetus respondit, dicens : *Ego demoniū non habeo* (*Ibid., 49*). Fercent zelo recusantibus praedicatores sancti ; sed Redemptor omnium, Angelus de rectiis factis, vendentes et exortantes ope[r]is de templo, cathedras vendentium columbas avertit, et nummulariorum effudit æs. (*Math. xi, 12; Joan. ii, 15*). <sup>d</sup> In omni quod fortiter agunt, humiliantes tota intentione custodiunt ; sed per Redemptorem nostrum dicitur : *Discite a me, quia misericordia sum, et humilitate corde* (*Math. xi, 20*). Persicatores quoque suos diligunt praetatores sancti ; sed ipse, <sup>e</sup> auctor omnium ac redemptor in passione positus, pro persecutoribus intercedit, dicens : *Pater, ignorab[us] illi, quia nesciabant quid faciunt* (*Luc. xxii, 24*). Membra sua ponunt in passione pro fratribus ; sed pro electorum vita usque ad mortem se tradidit auctor vite. Dicitur ergo de sanctis animalibus quod similitudo hominis in eis est, quia quod sancta, quod mita sunt, hoc in eis de specie similitudinis est, id est de virtute imitationis. <sup>f</sup> Caput quippe omnium nostrum Redemptor noster est. Et per Salomonem dicitur : *Omnis sapiens in capite ejus, stolidus autem in tenetris amictibus* (*Eccle. vi, 14*). Tunc enim in capite oculos habemus, cum visum Redemptoris nostri tacta cogitatione conspicimus, cum

\* Omissum in Editis, quidquid de zelo rectitudinis, supplevimus ex MSS. Anglie. et nostris C. Germ., Norm., Val Cl. et Longip.

<sup>d</sup> C. Germ. et alii antiqu., in omne.

\* Suess., actor.

<sup>f</sup> C. Germ., caput quippe nostrum.

omnis nostra intentio in ejus imitationem se erigit, ne si vias lucis aspicere oculus mentis neglexerit, statim clausus in tenebris erroris cadat. Ad hujus similitudinem hominis surgere festinabat Propheta, cum diceret : *In mandatis tuis exercebor, et considerabo vias tuas* (Psal. cxviii, 15). Qui enim vias Domini tacitus in mente considerat, et se exercere in mandatis illius festinat, quid aliud in semel ipso nisi imaginem novi hominis reformat? Quod quia in sanctorum cordibus incessanter agitur, recte nunc de animalibus dicitur : *Similitudo hominis in eis.*

20. Post hanc vero similitudinem que nunc in moribus tenetur, quandoque ad similitudinem gloriae pervenitur. Hinc etenim Joannes dicit : *Nunc 119 filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus* (I Joan. iii, 2). Qui mox unde hoc fieri valeat adjungit dicens : *Quoniam videbimus eum sicuti est* (*Ibid.*). Esse enim Dei est aeternum hunc atque incommutabilem permanere. Nam omne quod mutatur desinit esse quod fuit, et incipit esse quod non fuit; Dei vero esse, est dissimiliter nunquam esse. Unde ad Moysen dicitur : *Ego sum qui sum. Et dices filii Israel : Qui est, misit me ad vos* (Exod. iii, 14). Jacobus quoque ait : *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio* (Jac. 1, 17). Itaque per Joannem dicitur : *Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*, quia per hoc quod aspicimus ejus essentiam naturae, a mutabilitate nostra liberati, \*figimur in aeternitate. Immutabimur quippe in ipso quem videbimus, quia morte carebimus videndo vitam. Mutabilitatem nostram transcendemus videndo b immutabilem. Corruptione nulla tenebimur videndo incorruptum.

21. Erit autem tunc similitudo hominis etiam in corporibus nostris. Hinc etenim per Paulum dicitur : *Nostra conversatio in caelis est; unde etiam Salvatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformat corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis sue* (Philipp. iii, 20). Erunt ergo tunc electorum corpora claritati dominici corporis configurata, que etsi aequalitatem gloriae ejus non habent per naturam, similitudinem tamen configurationis ejus habebunt per gratiam. Quia itaque similitudo vitalis ejus nunc in moribus trahitur electorum, et in resurrectione sequitur similitudo aeternitatis in mente, quoniam videbimus eum sicuti est; et quia similitudinem quoque illius etiam corpora nostra percipient in configuratione, dicatur recte de sanctis animalibus : *Similitudo hominis in eis.*

Hæc nos in expositionis exordio prælibasse sufficiat, ut loquendi virtus silentio reficiat, ad indaganda mysteria que sequuntur robustior exsurgat. Certi etenim sumus quia ipsum, de quo loquimur habemus adjutorem, qui vivit et regnat cum Patre in unitate

\* C. Germ., *figimus.*

<sup>a</sup> sicut omnes MSS., ubi Editi habent immutabilitatem, incorruptionem.

<sup>c</sup> C. Germ., Suess. et Norm. pler., et cognoscere

¶ Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

### HOMILIA III.

*Exponuntur quatuor versus, a sexto ad decimum, de sanctis præparatoribus et de duplice eorum vita, aetate et contemplatione.*

1. Sancta quatuor animalia que per prophetam spiritum futura previdentes subtili narratione describuntur cum dicitur :

*Exech. i, 6. — Quatuor facies uni, et quatuor penas uni.*

Quid per faciem nisi notitia, et quid per penas nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe unusquisque cognoscitur, per penas vero in altam avium corpora sublevantur. Facies itaque ad fidem pertinet, pena ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotenti Deo cognoscimus, sicut ipse de suis oviis dicit : *Ego sum paster bonus, et cognosco e ovibus meos, et cognoscunt me manus* (Joan. x, 14). Qui ruram : *Ego scio quos elegerim* (Joan. xiiii, 18). Per contemplationem vero <sup>b</sup> quia super aerometopes tolluntur, qualis in aera levatur. Quatuor ergo facies uni sunt, quia si requiras quid Mattheus de incarnatione Domini sentiat, hoc nimis rurum sentit quod Marcus, Lucas et Joannes. Si quereras quid Joannes sentiat, hoc procul dubio quod Lucas, Marcus et Mattheus. Si quereras quid Marcus, hoc quod Mattheus, Joannes et Lucas. Si quereras quid Lucas, hoc quod Joannes, Mattheus 1193 et Marcus sentit. Quatuor ergo facies uni sunt, quia notitia fidei, qua cognoscuntur a Deo, ipsa est in uno, quæ est simul in quatuor. Quidquid enim in uno inveneris, hoc in omnibus simet quatuor recte cognoscis.

2. Et quatuor \* penas uni, quia Dei omnipotens Filium Dominum nostrum Iesum Christum simul omnes concorditer predicant, et ad divinitatem ejus mentis oculos levantes, penam contemplationis volant. Evangelistarum ergo facies ad humanitatem Domini pertinent, pena ad divinitatem, quia in eo <sup>c</sup> quem corporeum aspiciunt, quasi facies intendunt. Sed dum hunc esse incircumscriptum atque incorporeum ex divinitate annuntiant, per contemplationis pennam quasi in aera levantur. Quia itaque et una fides incarnationis ejus in omnibus, et per contemplationem divinitatis ejus in singulis, recte nunc dicitur : *Quatuor facies uni, et quatuor penas uni.* Sed quæ virtus esset, si fidem <sup>d</sup> atque contemplationem Domini habentes prædicantes illius sancta opera non haberent? Sequitur :

Vers. 7. — *Et pedes eorum pedes recti.*

3. Quid per pedes nisi gressus actuum designatur? Quatuor ergo animalium pedes recti esse describuntur, quia sanctorum evangelistarum aliquæ omnium perfectorum opera ad sequendam iniuncta

<sup>a</sup> Ita Mac. omnes. In Editis, que.

<sup>b</sup> In C. German. et veteris, pius pirus, hic et alibi.

<sup>c</sup> C. Germ., quod corporeum.

tem non sunt retorta. Hi autem pedes rectos non habent, qui ad mala mundi qua<sup>e</sup> reliquerunt reflectuntur. De quibus scriptum est : *Canis reversus ad suum vomitum, et sus lata in volvabro luti* (*Prov. xxvi, 11; II Pet. ii, 22*). Dolebat de quibusdam doctor egregius, quod pedum rectitudinem retro retorserant, quibus per increpationem dicebat : *Quomodo convertimini iterum ad infirma et egena clementia, quibus denuo servire vultis?* *Dies observatis, et menses, et tempora, et annos.* *Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis* (*Galat. iv, 9*). Qui alios admonet, dicens : *Propter quod remissas manus, et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris* (*Hebr. xii, 12*). Ut vero in eisdem sanctis prædicatoribus vita gravitas, fortitudo, atque discretio monstratur, recte subjungitur :

*Ibid.* — *Planta pedis eorum quasi planta pedis vituli.*

4. Quia enim prædicatores sancti boum nomine designantur docet Paulus apostolus, legis testimonium exponens : *Non obturabis os bovi tritauranti* (*I Cor. ix, 9; Deut. xxv, 4*). In sanctis ergo prædicatoribus planta pedis est vituli, scilicet mature incedens, et fortis, et divisa, quia unusquisque prædicator et venerationem habet in maturitate, et fortitudinem in opere, et divisionem ungulae in discretione. Non enim facile prædicatio ejus accipitur, si levis in moribus esse videatur. Et nulla erit maturitatis ostensio, si contra adversa omnia non adfuerit operis fortitudo. Virtutis autem meritum ipsa fortitudo operis admittit, <sup>b</sup> si discreta in intellectu non fuerit. Ecce enim sacram Scripturam legimus : si omnia ad litteram sentiamus, virtutem discretionis amisimus ; si omnia ad spiritalem allegoriam duecimus, similiter indiscretionis stultitia ligamur. Legunt enim sacra eloquia prædicatores sancti, et aliquando in historia litteram suscipiunt, aliquando vero per significationem litteræ spiritum requirunt. Et modo 1194 bona facta patrum præcedentium, sicut juxta litteram inveniunt, imitantur ; modo quædam, quæ juxta historiam imitanda non sunt, spiritualiter intelligunt, et ad proiectum tendunt. Quid ergo aliud prædicatores sancti in suo opere nisi in pede ungulam findunt? De quibus adhuc apte subditur :

*Ibid.* — *Et scintillæ quasi aspectus æris candens.*

5. *Æris metallum valde sonorum est. Et recte voces prædicantium æri comparantur, quia in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* (*Psal. xviii, 5*). Bene autem æs candens dicitur, quia vita prædicantium sonat et ardet. Ardet enim desiderio, sonat verbo. *Æs ergo candens est prædicatio accensa.* Sed de candente ære scintillæ prodeunt, quia de eorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. Recte autem

<sup>a</sup> Abest et menses a MSS. C. Germ. et Norm., nec non ab Edit. Paris. 1502 et 1518. Est in textu Greco et in omnibus versionibus.

<sup>b</sup> Editi, si discretio.

<sup>c</sup> Edit. Paris. 1502 et al. tum vet. tum recent., ab eis non tenuier crematur, invitatis tribus MSS. German., Norm., Corb., Longip., etc., ac repugnante

A prædicatorum verba scintillæ appellata sunt, quia eos quos in corde tetigerint incendunt. Considerandum quoque est quod scintillæ subtiles sunt valde et tenues, quia cum prædicatores sancti de coelesti patria loquuntur, non tantum valent aperire verbo quantum possunt ardore desiderio. Ex eorum ergo lingua quasi quædam ad nos scintillæ veniunt, quia de coelesti patria in eorum voce vix tenue aliquid cognoscitur, quod tamen ab eis non tenuiter amat. Neque enim coelestem gloriam aut tantum videre sufficiunt quantum est, aut tantum loqui prævalent quantum vident. Candens ergo æs scintillas projectit quando vix tenuiter prædicator loqui sufficit hoc unde ipse fortiter ignescit. Divina autem pietate agitur ut ex ipsis scintillis tenuissimis audientis animis inflammetur, quia sunt quidam qui dum parva audiunt majore desiderio replentur; et inde perfecte in Dei amore ardent, unde vix tenuissimas verborum scintillas acceperunt.

6. Verbum quippe prædicationis semen in corde audientis est. Et auditer bonus inde profert postmodum magnam messem scientiæ, unde parvum prius acceperat semen linguae. Cui rei bene concinit factum in vidua ab Eliseo propheta miraculum, quæ ne duos filios auferente creditore amitteret, propheta dictis obedivit, et ex eo quod parum olei habebat, per vasa vacua effudit, quæ cuncta post usque ad summum repleta sunt, et ex eorum repleione mulier a creditoris sui debito est soluta (*IV Reg. vii, 2, seq.*). Quæ videlicet mulier quam aliam nisi sanctam Ecclesiam signat, duorum populorum, id est Judaici et gentilium, quasi duorum filiorum matrem? Quæ prius ex perverso opere per callidi spiritus persuasionem quasi quemdam peccati numen a creditore acceperat, et duos quos in fide genuit amittere filios timebat. Sed prophetæ verbis, id est Scripturæ sacræ præceptis, obediens, ex parvo quod habebat <sup>d</sup> olei vasa vacua infudit, quia dum ab unius ore doctoris parum quid de amore Divinitatis multorum vacua mentes audiunt, exuberante gratia, unguento divini amoris usque ad summum replentur. Et multorum jam nunc corda, quæ prius fuerant vacua vascula, unguento spiritus plena sunt, quæ ex paucitate olei solummodo infusa videbantur. Qued 1195 dum aliis atque aliis datur, et ab audientibus fides accipitur, Sareptana mulier, videlicet sancta Ecclesia, sub creditoris sui jam debito non tenetur. Sequitur :

VERS. 8.— *Et manus hominis sub penitus eorum in quatuor partes.*

7. Possunt hoc in loco quatuor partes quatuor mundi regiones accipi, scilicet Oriens, Occidens, Meridies, et Septentrio, quia sanctorum prædicatio

sensu.

<sup>d</sup> Ita C. Germ., Norm., etc. In Edit. Rembol. 1518, ex eo quod parum olei habebat, quam sequuntur Vaticanæ et Gilot. In Gussauv., ex parvo quod habebat oleo.

<sup>e</sup> Editi, in quatuor partibus.

suctore Deo in cunctis mundi partibus est egressa. **8.** Possumus etiam per quatuor partes principales quatuor virtutes accipere, ex quibus reliqua virtutes oriuntur, videlicet prudentiam, fortitudinem, justitiam atque temperantiam. Quas nimis virtutes tunc veraciter accipimus, cum earum ordinem custodimus. Prima quippe prudentia, secunda fortitudo, tertia justitia, quarta temperantia est. Quid enim prodesse potest prudentia, si fortitudo desit? Scire etenim cuiquam quod non potest facere poena magis quam virtus est. Sed qui prudenter intelligit quod agat, et fortiter agit quod intellexerit, jam procul dubio justus est; sed ejus justitiam temperantia sequi debet, quia plerumque justitia, si modum non habet, in crudelitatem cadit. Ipsa ergo justitia vere justitia est, quae se temperantia freno moderatur, ut in zelo quo quisque fervet, sit etiam temperans; ne ei plus fervet, perdat justitiam, cujus servare moderamina ignorat.

**9.** Duæ autem sunt sanctorum prædicatorum vitæ, activa scilicet, et contemplativa; sed activa prior est tempore quam contemplativa, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. Contemplativa autem major est merito quam activa, quia hæc in usu præsentis operis laborat, illa vero sapore intimo venturam jam requiem degustat. Quid itaque per manus nisi activa, et quid per pennis nisi contemplativa vita signatur? Manus ergo hominis sub pennis corrum est, id est virtus operis sub volatu contemplationis. Quod bene in Evangelio duæ illæ mulieres designant, Martha scilicet et Maria. **C**ontrafactualiter circa frequens ministerium; Maria autem sedebat ad pedes Domini, et verba ejus audiebat (Luc. x, 39, 40). Erat ergo una intenta operi, altera contemplationi. Una activæ serviebat per exterius ministerium, altera contemplativæ per suspensionem cordis in verbum. Et quamvis activa bona sit, melior tamen est contemplativa, quia illa cum mortali vita deficit, ista vero in immortali vita plenius excrescit. Unde dicitur: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea* (*Ibid.*, 42). Quia igitur activa minor est merito, quam contemplativa, recte nunc dicitur: *Manus hominis sub pennis eorum*. Nam etsi per activam boni aliquid agimus, ad cœlestes tamen desiderium per contemplativam volamus. Unde et apud Moysen activa servitus, contemplativa autem libertas vocatur.

**10.** Et cum ultraque vita ex dono sit gratia, quandiu tamen inter proximos vivimus, una nobis in necessitate est, altera in voluntate. Quis enim cognoscens Deum ad ejus regnum ingreditur, nisi prius bene operetur? Sine contemplativa ergo **1196** vita intrare possunt ad cœlestem patriam, qui bona quæ possunt operari, non negligunt; sine activa autem intrare non possunt, si negligunt bona operari quæ

<sup>a</sup> C. Germ., *tendit*.

<sup>b</sup> Suess., *præsentis temporis*. Et infra cum Longip., *saporis intimi*. Nostra lect. est al. MSS., *præcipue German.*

<sup>c</sup> C. Germ., Norm., Val. Cl., *ultraque vitæ*.

A possunt. Illa ergo in necessitate, hæc in voluntate est. Illa in servitute, ista in libertate. Hinc est enim quod ad Moysen dicitur: *Si emeris servum Hebreum, sex annis serviet tibi, in septimo egredietur liber gratis*. *Cum quali veste intraverit, cum tali exeat*. Si habens uxorem, et uxor egrediatur simul. Sin autem dederit illi dominus uxorem, et pepererit filios et filias, mulier et liberi ejus erunt domini sui, ipse vero exhibet cum vestitu suo. Quod si dixeris servus, *Diligo dominum meum, et uxorem ac liberos, non egrediar liber, offerat eum dominus diis, et applicabitur ad ostium et postes, perforabitque aurem ejus subula, et erit ei servus in sæculum* (*Exod. xxi, 2, seq.*). Paulo latius testimonium deditus, <sup>d</sup> ut distinctionem servitutis atque libertatis in utraque vita monstraremus. Sed onerosum esse non debet si hoc exponendo exsequimur, unde hæc ipsa quæ diximus affirmemus.

**11.** Hebreus enim transiens interpretatur. Et servus Hebreus emitur quando unusquisque qui jam ab hoc sæculo mente transit servitio omnipotentis Domini subditur. Ille etenim vero Deo servire appetit, qui ab hoc sæculo mente transire didicerit. Sic Moyses transivit, ut videret visum (*Exod. iii, 3*). Sic David cum videret impium exaltatum et elevatum super cedros Libani, transivit, et ecce non erat (*Psal. lxvi, 35*). Quia iniquorum potentias esse magnum aliquid fortasse credimus, nisi ad permanens sæculum mente transeamus. Servus vero Hebreus emplius sex annis servire præcipitur, ita ut in septimo liber exeat gratis. Quid enim per senarium numerum nisi activæ vitæ perfectio designatur? quid per septenarium nisi contemplativa exprimitur? Sex ergo annis servit, et septimo egreditur liber, qui per activam vitam quam perfecte exhibuerit ad contemplativæ vitæ libertatem transit. Et notandum quod gratis liber egreditur, quia ii qui postquam omnia fecerint dicunt se inutiles servos (*Luc. xvii, 10*), eis procul dubio sicut ipsa activa fuit ex manere, ita erit ex gratia etiam contemplativa. Cum quasi veste intraverit, cum tali exeat, quia omnia necesse est ut unusquisque nostrum in hoc quod incipit perseveret, atque usque ad finem operis in ea qua inchoavit intentione perduret. Ille quippe bene ad contemplativam transit, qui in activa vita intentionis suæ vestem ad deteriora non mutaverit. Et sunt nonnulli qui priusquam omnipotentis Dei servitio in sancta conversatione socientur, jam bona operari diligunt. Sunt vero alii qui bona opera, postquam ad servitium omnipotentis Dei venerint, discent. Qui ergo operationem bonam et priusquam ad Dei servitium venerit habere studuit, Hebreus servus cum uxore emptus est.

**12.** Et plerumque is qui talis est potest ad contemplativam vitam transire, et tamen activam non deserere. Unde et illuc subditur: *Si habens uxorem,*

<sup>d</sup> Longip., *ut distinctionem*.

<sup>e</sup> Suess. et nonnull. Norm., *sicut cedros*. C. Germ., *super cedros*.

<sup>f</sup> Longip., *bona opera diligent*.

*et uxor egreditur simul.* Cum eo enim ad libertatem et uxor egreditur, quando is qui ad contemplationem pervenit etiam foris actionem boni operis qua prodesse possit aliis non relinquunt. **1197** Sin autem Dominus dederit illi uxorem, et pepererit filios et filias, mulier et liberi ejus erunt Domini sui, ipse vero exhibet cum vestitu suo. Servo empto dominus dat uxorem, cum praedicator quisque cum quem iuri omnipotentis Dei mancipaverit, bona actioni conjugit. Nam et praedicatores domini vocantur, sicut Eliæ propheta de praedicatore suo dicitur : *Scis quod dominus tuus tollatur a te* (IV Reg. II, 3)? Uxor vero servi empti filios et filias parit, quando bona actio fortis vel teneros fructus generat. Sed mulier quae a domino data est eidem domino cum filiis remaneat, ipse vero servus exit cum vestitu suo, quia bona actio, vel ejusdem bona actionis fructus, praedicatoris mercedi reputantur. Ipse vero in desiderii sui intentione perdurans, per supernam gratiam ad contemplationem liber egreditur : *Quod si dixerit servus, Diligo dominum meum, et uxorem ac liberos ; non egredi liber* (Exod. XXI, 5). Servus dominum suum diligit, quando praedicatoris verba sollicitamente custodit. Uxorem quoque amans et liberos; liber egredi recusat, quando activam vitam ejusque fructus diligens, transire ad contemplativam non vult, quia bona se opera habere in ministerio sui servitute considerans, <sup>b</sup> ad libertatis quietem recusat secadero. *Sed offrareum dominus diis, et applicetur ad ostium et postes, et perforet aurem ejus subula, ut sit et servus in saeculum.* Is enim qui in activa disposita vita perdurare, a domino diis offertur, quando a praedicatorio suo antiquorum patrum dicis imbuitur, qui nobis in via omnipotentis Domini sacerdotes fuerunt. Atque ad ostium et postes tabernaculi ducitur, ut de ingressu celestis tabernaculi altius aliquid audiatur, et tremendi judicii diem subtiliter agnoscat, ne per bona opera que facit placere hominibus appetat. Sicque auris ejus subula perforatur, dum mens illius timoris Dei subtilitate percussitur, ut verbi acumine transduca, per omne quod agit moverit ingressum regni semper attendere, et quasi ab ostio et poste tabernaculi perforatam aarem portare.

**15.** Qui erit servus in saeculum, ut esse post saeculum liber possit. In saeculum etenim servus est, qui per activam vitam hominibus servire disposuit, ut post præsens saeculum ad libertatem veram valeat pervenire. De qua per Paulum dicitur : *Quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei.* Tunc enim in nobis vera libertas erit, cum ad gloriam filiorum Dei adoptio nostra pervenerit. Nunc vero non solum activa vita in servitute est, sed ipsa quoque contemplatio, qua super nos rapimur, libertatem mentis adhuc perfecte non obtinet; sed imitatur, quia illa quies intima in seni-

<sup>a</sup> C. Gerin. et Corb., *pervenit, aliis non relinquit.*  
<sup>b</sup> Succi., *ad libertatem quietam.*  
<sup>c</sup> Longip., *et applicet.*  
<sup>d</sup> C. Gerin., *amoris.*

A gmate videtur. Ipsa tamen in quantilibet sit contemplationis angustia, activa vita jam valde est latior atque sublimior, quae ad quendam mentis libertatem transit, temporalia non cogitans, sed eterna. Quia itaque contemplativa vita ad superiora evolat, et activa vita longe superest quadam, ut ita dicam, dignitate securitatis sue, apte nunc dicitur : *Et manus hominis sub pennis eorum.*

**14.** Sin vero hoc in loco homo Redemptor noster accipitur, manus hominis sub pennis eorum est, quia nisi Deus homo ficeret, qui mentes praedicantium

**1198** ad coelestia sublevasset, illa que apparent animalia non volarent. Nec immixto manus hominis esse sub pennis dicuntur, quia de eodem Redemptore nostro scriptum est : *Qui cum sit splendor gloriae, et figura subtilitas eius, portanque omnia* (Hebr. I, 3). Ejus ergo manus corda nostra portat, ejus manus in contemplatione nos sublevarat. Nisi enim, ut dicunt est, omnipotens Verbum propter homines homo ficeret, humana corda ad contemplationem Verbi excellentiam non volarent. Inde ergo excelsa facies sunt hominem mentes, unde inter homines apparuit humilius Deus. Dicatur itaque de sanctis animalibus, dicatur : *Et manus hominis sub pennis eorum.* De quibus adhuc subditur :

Vers. 8, 9. — *Et facies et penitus per quatuor partes habebant, junctaque erant penitus eorum alterius ad alterum.*

**15.** Per quatuor partes facies et penitus habent, quia in cunctis mundi regionibus praedicantes demonstrant quidquid de humilitate, quidquid de divinitate nostri Redemptoris sensuunt. Quia dum incarnationem Deum ubique praedicant, in quatuor mundi partibus faciem demonstrant. Durisque autem esse prius cum Patre et Spiritu sancto annuntiant, ubique penitus contemplationis volant. Quorum penitus juncta sunt alterius ad alterum, quia omnibus animalium virtutis, omnia atque sapientia, quae ceteros homines contemplationis sunt volatu transcedunt, vicissim sibi in pace atque unanimitate <sup>e</sup> conjunguntur. Unde scriptum est : *Quae deservum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica* (Jac. III, 17). Unde et eisdem suis praedicatoribus Veritas dicit : *Habete in vobis sal, et pacem habete inter vos* (Marc. IX, 49). Penitus ergo animalium alterius ad alterum jungitur, quia sanctorum praedicatorum virtus atque sapientia vicissim sibi in charitatis atque concordia pace sociatur. Penitus autem alterius ab altero divisa esset, si in hoc quod unusquisque in saeculum evolat, habere pacem cum altero recusaret. Sequitur :

Vers. 9. — *Non reverberantur cum incederent, sed uniuersaque ante faciem suam gradiebatur.*

**16.** Penitus animalia (De pen., ist. 2, c. Penitata), videlicet praedicatorum sancti, cum incederent, minime revertuntur, quia sic a terrenis actibus ad spiritus

<sup>e</sup> Corb., *conjuguntur.*

<sup>f</sup> C. Gerin., *uniuersaque eorum. Eborac., uniuersaque eorum contra faciem.*

pertransirent, ut ad ea quæ reliquerunt, ulterius **A** nullatenus reflectantur. Quasi enim per quamdam viam <sup>a</sup> eis incedere est mente ire semper ad meliora. Quo contra de reprobis dicitur quia reversi sunt corde in *Egyptum* (*Num. xiv*, 3, 4). Et per semetipsum Veritas dicit : *Nemo mittens manum in aratum, et aspiciens retro, aptus est regno Dei* (*Luc. ix*, 62). Manum quippe in aratum mittere est quasi per quemdam compunctionis vomiterem ad proferendos fructus terram sui cordis aperire. Sed retro post aratum aspicit, qui post exordia boni operis ad mala revertitur quæ reliquit. Quod quia electis Dei minime contingit, recte nunc per prophetam dicitur : *Non revertebantur cum incederent.*

**17.** Qui cur non revertantur indicat cum subjungit : *Unumquodque ante faciem suam gradiebatur.* Ante **B** nos enim æterna sunt, post nos temporalia, quia et illa pergentes invenimus, et ista recedentes quasi post dorsum relinquimus. Unde et magnum illud pennatum animal dicebat quod usque ad cœli tertii secreta volaverat : *Unum vero, quæ 1199 retro sunt oblitus, in ea <sup>b</sup> quæ sunt ante extendens nie, sequor ad palmam supernæ vocationis* (*Philip. iii*, 13, 14). In anteriora etenim extensus, eorum quæ retro sunt oblitus fuerat, quia, temporalia despiciens, sola quæ sunt æternæ requirebat. Ante faciem ergo suam gradientur sancta animalia, quia et ea quæ reliquerunt nullo iam appetitu respiciunt, et in æternis quæ appetunt sub contemplationis suæ oculis boni operis pedem ponunt.

**18.** Quisquis itaque jam ante faciem suam ambulare decreverit, magna ei consideratione pensandum est quod aliter retro respicitur ex opere, atque aliter ex cogitatione. Sunt etenim quidam qui magna deliberant, et, peccatorum suorum consciæ, multa ex his quæ possident egenis distribuere pertractant, ut culpas suas ante Dei oculos misericordiae visceribus reddant. Jamque hæc operari inchoant, et plerisque cum operantur pauperiatis timor eorum animum concutit, atque, timentes ne egeant, erga egentes tenaces sunt, seseque ab ea quam cœperunt bona operatione suspendunt. Hi nimurum incidentes reversi sunt, quia ante faciem suam ambulare noluerunt. Contra quos recte per Salomonem dicitur : *Propter fatus piger erare noluit, mendicabit ergo æstate, et non dabitur ei* (*Prov. xx*, 4). Qui enim nunc propter pavorem mentis atque torporem bene operari neglit, cum sol justitiae in judicio velut in æstate claruerit, mendicat vitam, sed non accipit, quia propter illam bona operari contempnit. Alius, despexit carnis desideriū, cuncta relinquere et omnipotentis Dei se subdere servitio pertractat, seque ipsum restringere sub continentio et castitatis freno deliberat; sed cum cecidisse alios etiam post castitatem conspicit, hoc ipsum facere quod deliberaverat per-

timescit. Fitque ut retro per cogitationem redeat, qui ad anteriora respiciens jam mentis gressibus ad altam **C** sit. De quo bene per Salomonem dicitur : *Qui observat renum, non seminat; et qui considerat nubes, nunquam metet* (*Eccle. xi*, 4). Venti quippe nomine malignus spiritus, qui mentem tentationibus impellit; nubis vero appellatione peccator exprimitur, qui temptationis impulsione commovetur. Qui ergo **1200** attendit ventum, non seminat, et qui considerat nubes, nunquam metet, quia is qui tentationes maligni spiritus metuebit, et iniquorum lapsus conspiciens, semetipsum desperat, neque nunc exercetur in bono semine operis, neque post reficietur de munere justæ retributionis. Sunt vero nonnulli qui bona quidem quæ neverunt operantur, atque hæc operantes, meliora deliberant; sed retractantes meliora quæ deliberaverant, immutant; et quidem bona agunt quæ cœperant, sed a melioribus quæ deliberaverant succumbunt. Hi nimurum ante humana judicia stare videntur in opere, sed ante omnipotentis Dei oculos ceciderunt in deliberatione. Unde fit plerisque ut et bonum opus eorum minus Deo placeat, et quia cum pes mentis in meliori gradu delibrationis inconstanter ponitur, hoc ipsa cogitationis inconstans aequaliter. Sed quia perfecti quique magna se discretionis subtilitate conspicunt, ne ad deteriora unquam vel in opere, vel in cogitatione delabantur, quantum quotidie proficient incessanter pensant, recte de his dicitur : *Non revertebantur cum incederent, sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur.*

**19.** Inter hæc igitur considerare libet nos ad ista tractanda qui sumus, et unde venimus, et usque ad quæ sacri eloquii mysteria perscrutanda sublevamur. Certe in antiquis parentibus nostris cultores idolorum fuimus, sed ecce per spiritum gratiæ verba jam cœlestia rimamur. Unde hoc nobis? Sed implevit Redemptor humani generis quod per prophetam dixit : *Et deserita in ubertatem versa advenit comedent* (*Isa. v*, 17). Hæc quippe prophetarum dicta deserita a. ud Judæos fuerunt, quia per intellectum mysticum ea excolere inquirendo noluerunt. Nobis autem in ubertatem versa sunt, quia juxta historiam visionis dicta largiente Deo menti nostræ spiritualiter sapiunt, et jam advenæ comedimus quæ cives legis manducare noluerunt. <sup>d</sup> Sint gratiæ Unigenito, sit laus æternæ Sapientiæ, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA IV.

In explicatione versum decimi, undecimi et duodecimi inchoati, multa præcepta moralia, præsertim de continua in Deum intentione, et ad se attentione proponantur.

**1.** Per sanctum prophetæ spiritum pennata animalia subtiliter describuntur, ut per hæc Evangelistarum significari personas ipsa nobis <sup>e</sup> subtilitas

<sup>a</sup> Val. Cl., eos incedere.

<sup>b</sup> Ita C. Germ. et Ms. p. ne omnes, ubi Edit. Va-

tic. et Gussanv. quæ sunt anteriora. Optima est anti-

thesis ex retro et ante.

<sup>c</sup> Edit. tum vel. tum recent., cum pavore maxis.

<sup>d</sup> Adhæremus Ms. Anglie., Gaile., etc.

<sup>e</sup> Suess. et Longip., sit gratia.

<sup>f</sup> Male in Editis, subtilitas discretionis, invitis Ms.

G. German., Corb., Norm., Anglie.

descriptionis aperiat, nihilque sermo Dei nostro in-  
tellec*tui dubietatis* reliquat. Ecce enim dicitur :

Vers. 10. — *Similitudo autem vultus eorum, facies hominis, et facies leonis a dextris ipsorum quatuor; facies autem boris a sinistris ipsorum quatuor; et facies aquilae desper iporum quatuor.*

Quod enim quatuor hæc pennata animalia sanctos quatuor Evangelistas designant, ipsa uniuscujusque libri evangelici exordia testantur. Nam quia ab humana generatione cœpit, jure per hominem Matthæus; quia per clamorem in deserto, recte designatur per leonem Marcus; quia a sacrificio exorsus est, bene per vitulum Lucas; quia vero a divinitate Verbi cœpit, digne per aquilam significatur Joannes, <sup>a</sup> qui dicens : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. 1, 1)*, dum in ipsam Divinitatis substantiam intendit, quasi more aquilæ oculos in solem sicut. Sed quia electi omnes membra sunt Redemptoris nostri, ipse autem Redemptor noster caput est **1201** omnium electorum, per hoc quod membra ejus figurata sunt, nihil obstat si etiam in his omnibus et ipse signetur. Ipse enim unigenitus Dei Filius veraciter factus est homo; ipse in sacrificio nostra redemptionis dignatus est mori ut vitulus: ipse per virtutem suæ fortitudinis surrexit ut leo. Leo etiam apertis oculis dormire perhibetur, quia in ipsa morte in qua ex humanitate Redemptor noster dormire potuit, ex divinitate sua immortalis permanendo vigilavit. Ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad cœlos, in superioribus est elevatus ut aquila. Totum ergo simul nobis est, qui et nascendo homo, et moriendo vitulus, et resurgendo leo, et ad cœlos ascendendo aquila factus est. Sed quia per hæc animalia evangelistas quatuor, et sub eorum specie simul perfectos omnes jam superius significari diximus (*Hom. 3*), restat ut quomodo unusquisque electorum istis animalium visionibus exprimitur ostendamus.

2. Omnis etenim electus atque in via Dei perfectus, et homo, et vitulus, et leo simul et aquila est. Homo enim rationale est animal. Vitulus autem in sacrificio mactari solet. Leo vero fortis est bestia, sicut scriptum est : *Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavet occursum (Prov. xxx, 30)*. Aquila ad sublimia evolat, et irreverberatis oculis solis radiis intendit. Omnis itaque qui in ratione perfectus est, homo est. Et quoniam semetipsum <sup>b</sup> ab hujus mundi voluptate mortificat, vitulus est. Quia vero ipsa sua spontanea mortificatione contra adversa omnia fortitudinem securitatis habet, unde scriptum est : *Justus autem quasi leo confidens abeque terrore erit (Prov. xxviii, 1)*, leo est. Quia vero sublimiter contemplatur ea quæ coelestia <sup>c</sup> atque æterna sunt,

<sup>a</sup> Ita melius in MSS. legitur, quam in Edit., qui dicit : *In principio erat... Dum in ipsam. Addit Gas- sanv., Qui dum in ipsam.*

<sup>b</sup> Corb., ab hujus carnis volup.

<sup>c</sup> Editi, atque terrena, contradicentibus MSS. C. German., Corb., Norm., Anglic., etc.

<sup>d</sup> Illic legerunt Editores, sine mira ratione; for-

A aquila est. Igitur quoniam iustus quisque per rationem homo, per sacrificium mortificationis sanum vitulus, per fortitudinem securitas leo, per contemplationem vero efficitur aquila, recte per hæc sancta animalia signari unusquisque perfectus potest. Quid idcirco dicimus, ut ea quæ de quatuor animalibus dicta sunt, pertinere quoque etiam ad perfectorum singulos demonstremus.

3. Sed magna nobis de eisdem evangelistis et sanctis prædictoribus quæstio oritur, cur homo et leo a dextris ipsorum quatuor, vitulus vero a sinistris ipsorum quatuor esse perhibetur. Neque enim <sup>d</sup> sine admiratione est cur duo illa a dextris et unum hoc esse a sinistris dicitur. Et rursum querendum cur aquila non a dextris, vel sinistris, sed desper ipsorum quatuor esse memoratur. Duas itaque nobis quæstiones olicemus, quas oportet ut aperiente Domino disolvamus. Homo igitur et leo a dextris, vitulus vero a sinistris esse perhibetur. A dextris etenim læta, a sinistris vero tristia habemus. Unde et sinistrum nobis esse dicimus hoc quod adversum esse deputamus. Et, sicut præfati sumus, per hominem incarnationem, per vitulum passio, per leonem vero auctoris nostri resurrectio designatur. De incarnatione autem unigeniti Filii, qua redempti sumus, omnes electi lætati sunt; de morte vero illius ipsi electorum primi sancti apostoli contristati, qui iterum de ejus resurrectione gavisi sunt. Quia ergo ejus et nativitas et resurrectio lætitiam discipulis præbuit, quos ejus passio contristavit, homo et leo a dextris, vitulus vero a sinistris ejus fuisse **1202** describitur. Ipsi namque evangelistæ sancti de ejus humanitate gavisi sunt, de ejus resurrectione confirmati, qui de ejus passione fuerant contristati. Homo ergo et leo eis a dextris est, quia Redemptoris nostri eos incarnatione viviscauit, resurrectio confirmavit. Sed vitulus a sinistris, quia mors illius eos ad momentum temporis in infidelitate prostravit. Jure autem locus aquilæ non juxta, sed desper esse describitur, quia sive per hoc quod ejus ascensionem signat, seu quia Verbum Patris Deum apud Patrem esse denuntiat, super evangelistas cæteros virtute contemplationis excrevit; cum quibus <sup>e</sup> eis simul de ejus Deitate loquitur, hanc tamen omnibus subtilius contemplatur. Sed si aquila cum tribus aliis adjuncta, quatuor animalia esse memorantur, mirum quomodo desper ipsorum quatuor esse describitur, nisi quia Joannes per hoc quod in principio Verbum vidit, etiam super semetipsum transiit. Nam nisi et se transisset, Verbum in principio non vidisset (*Joan. 1, 1*). Quia ergo et semetipsum transgressus est, non jam solummodo super tria, sed adjuncto et se, super quatuor fuit. Sequitur :

tasse quod in C. Germ. et plurimis habeatur, *sine admiratione*. In Corb., Val. Cl. et aliis, *sine admiratione*.

<sup>e</sup> Editi omnes, et simul. Supplevimus si ex omnibus MSS. nostris; ex sola conjectura sane supponendum cum ea vocula dempta, sensus claudicet.

VERS. 41. — *Et facies eorum et pennae eorum ex-tentæ desuper.*

4. Facies et pennæ extenæ desuper describuntur, quia omnis intentio omnisque contemplatio sanctorum super se tendit, ut illud possit adipisci quod in cœlestibus appetit. Sive enim bono operi, sive vero invigilem contemplationi, tunc veraciter hoc quod agit bonum est, quando ei complacere concupiscit a quo est. Nam qui bona agere videtur, et per haec non Deo, sed hominibus placere desiderat, intentio-  
nis suæ faciem deorsum premit. Et qui idcirco in sacro eloquio ea quæ divinitatis sunt contemplatur, ut per hoc quod intelligit occupari ad questiones possit, quia non dulcedine quæsitæ beatitudinis sa-  
tiari appetit, sed doctus videri, iste nimirum intel-  
lectus sui pennas desuper non extendit; sed quo-  
niam sensus sui vigilantiam in terreno appetitu occu-  
pat, pennas quas sublevare in altum et quibus sublevare ipse potuit in imis deponit. Qua in re pen-  
sandum est, ut omne bonum quod agitur per intentionem semper ad cœlestia levetur. Qui enī per bona quæ facit terrenam gloriam concupiscit, pen-  
nas suas et faciem suam deorsum deprimit. Ille  
elenim per prophetam de quibusdam dicitur: *Victi- mas in profundum deserebant* (*Osee v, 2*). Quid enim sunt aliud lacrymæ orationis, nisi victimæ oblationis nostræ? sicut scriptum est: *Sacrificium Deo spiritus contributatus* (*Psal. L, 19*). Et sunt nonnulli qui idcirco se in prece lamentis afficiunt, ut aut terrena commoda acquirant, aut hominibus sancti esse vi-  
deantur. Quid isti, nisi victimas in profundum dese-  
runt? Qui per hoc quod in imo sunt quæ requirunt, orationis suæ sacrificium deorsum deponunt. Electi autem qui et in bono opere omnipotenti Deo placere appetunt, et per contemplationis gratiam æternam jani beatitudinem degustare concupiscunt, facies et pennas desuper extendunt. Sequitur:

Ibid. — *Duae pennæ singulorum jungabantur, et duæ tegebant corpora eorum.*

5. Dictum fuerat: *Et facies et pennae eorum exten-  
tæ desuper, atque mox subjunctum est quod protu-  
llimus, quia duæ pennæ singulorum jungabantur.* Ubi aperte intelligitur quia et extendebantur **1203** de-  
super et jungabantur, duæ vero tegebant corpora eorum. Quid autem pennæ animalium, nisi alii no-  
minantur? Qua in re nobis diligenti perscrutatione D querendum est quæ sint quatuor pennæ sanctorum, ex quibus duæ superius extensæ junguntur, duæ vero eorum corpora contegunt. Si enim vigilanter aspicimus, quatuor esse virtutes invenimus quæ a terrenis actibus omne pennatum animal levant, in futuris videlicet amor et spes, de præteritis autem timor et pœnitentia. Pennæ ergo sibimet junctæ su-  
perius extenduntur, quia sanctorum mentem amor et spes ad superna sublevant. Quæ apte quoque con-  
junctæ nominantur, quia electi procul dubio et amant cœlestia quæ sperant, et sperant quæ amant. Duæ vero corpora contegunt, quia timor et pœni-

A tentia ab omnipotentis Dei oculis eorum mala præterita abscondunt. Duæ itaque, ut dictum est, pennæ junguntur sursum, quando amor et spes electrorum corda ad superiora elevant, ad cœlestia suspen-  
dunt. Duæ autem pennæ tegunt corpora, quando eorum mala præterita a conspectu æterni judicis timor et pœnitentia abscondunt. In eo enim quod se peccasse meminerunt, quia pertimescunt et desinent, quid aliud quam corpus cooperant? Qui facta car-  
nalia per superducta bona opera a disticto examine abscondunt. Scriptum quippe est: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* (*Psal. xxxi, 1*). Peccata enim tegimus, cum bona facta malis actibus superponimus. Omne enim quod operitor, inferius ponitur; et hoc unde operitur, de-  
B super ducitur. Quando ergo abdicamus mala quæ se-  
cimus, et eligimus bona quæ faciamus, quasi legi-  
men ei rei superducimus, quam erubescimus videri.

6. Quamlibet enim sancti viri in hac abduc vita  
sint, habent tamen quod ante Dei oculos operire de-  
beant, quia omnino est impossibile, ut aut in opere,  
aut in locutione, aut in cogitatione nunquam delin-  
quant. Unde et beatus Job, qui perfecta quidem ho-  
minibus dixerat, Dei tamen vocem audiens, seque ipsam de ipsa sua perfecta locutione reprehendens,  
dicebat: *Manum meam ponam super os meum* (*Job. xxxix, 34*). In manu quippe operatio, in ore locutio  
est. Manum ergo super os ponere est peccata locu-  
tionis per virtutem boni operis tegere. Libet, fratres charissimi, ad hujus rei testimonium magistrum C gentium vocare, et qualiter sanctum illud animal  
alii quatuor innitatur aspicere, ex quibus duabus ad superiora evolat; duabus vero pennis corpus conte-  
git, quia præterita <sup>a</sup> quæ egerat abscondit. Videamus igitur quantus hunc amor ad cœlestia elevet: *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum* (*Philip. I, 21*). Cognoscamus quanta spe ad superiora tollitur: *No-  
stra conversatio in cœlis est, unde etiam Salvatorem exspectamus Iesum Christum Dominum nostrum* (*Ibid., III, 20*). Videamus si et in tantis virtutibus positus adhuc timet: *Castigo corpus meum, et servitū subji-  
cio, ne forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar* (*I Cor. IX, 27*). Cognoscamus si hunc mala fecisse pœnitet: *Ego minimus apostolorum sum, qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiasticis Dei* (*I Cor. XV, 9*). In cuius verbis quid aliud quam duritia nostræ mentis accusatur? Quia ipse plangit quod ante baptismum commiserat, nos vero et post baptismum multa commisisimus, et tamen flere recusamus. Quatuor itaque pennis sancta ani-  
malia utuntur, **1204** quia per amorem et spem ad cœlestia evolant, et per timorem et pœnitentiam fa-  
cta in se illicita deplorant.

7. Sed quia dictum est: *Duae pennæ singulorum jungabantur*, hoc fortasse intelligitur, quod non pennas proprias elevantes jungant, sed unius ad alterum pennæ conjunctæ sint, ut pennæ videlicet ele-  
vatæ vicissim sibi in conjunctione concordent. Qua

<sup>a</sup> Norm., quæ egerat a judicio abscondit.

in re quæstio oritur, q̄qia si duas penas<sup>a</sup> quæ ele-  
vapt amorem et spem, duas vero quæ corpora conte-  
gunt timorem et pœnitentiam designant, cur duas  
quæ extēpli sunt dicuntur esse conjunctæ, et duas  
quæ corpora conlegunt non dicuntur? Sed bac in re  
facilia, largiente Domino, ratio occurrit, quod san-  
ctorum duas penas conjunctæ sunt amor et spes,  
duas vero quæ corpora conlegunt, sibimetipsis ad  
alterutrum conjunctæ non sunt, timor et pœnitentia.  
David enim pro lapsu carnis tñmendo et pœni-  
tendo afflictus est (1 Reg. xii, 13). Petrus casum per-  
fidie fecit amare (Matth. xxvi, 75). Paulus in se  
crudelitatem præteritæ persecutionis plangit (1 Cor.  
xv, 9). Omnes lacrimam unam patriam appetunt, ad  
unum auctorem omnium pervenire festinant. Due  
ergo singulorum penarum conjunctæ sunt, et duæ non  
sunt, quia per amorem et spem unum est quod desi-  
derant, sed per timorem et pœnitentiam diversum  
est quod deplorant. Sequitur:

Vera. 12. — Et unumquodque eorum coram facie  
sue ambulabat.

8. Dicatum superius fuerat: *Unumquodque eorum  
ante faciem suam gradiebatur, nunc autem dicitur:  
Coram facie sua ambulabat.* Ipsa itaque repetita vide-  
tur esse sententia. Sed quia coram in præsentí dici-  
mus (*Id est*, significat in præsenti), possumus sub-  
tilius inquirendo discernere<sup>b</sup> quod aliud sit ante fa-  
ciam ambulare, atque aliud in præsenti. Ante faciem  
quippe ambulare est<sup>c</sup> anteriora appetere; in præ-  
senti vero ambulare est sibimetipſi absentem non  
esse. *Omnis eterum justus qui vitam suam sollicitus  
aspicit, et diligenter considerat quantum quotidie in  
bonis crescat, aut fortasse quantum a bonis decre-  
scat, iste quia se ante se ponit, coram se ambulat,*  
quippe qui vigilanter videt utrum surgat, an defluat.  
*Quisquis vero vita sue custodiā neglit, discutere  
quæ agit, quæ loquitur, quæ cogitat, aut despicit,  
aut nescit, coram se iste non ambulat; quia qualis  
sit in suis moribus, vel in actibus, ignorat.* Nec si-  
bimetipſi præsens est qui semetipſum quotidie ex-  
quirere atque cognoscere sollicitus non est. Ille au-  
tem veraciter se ante se ponit, sibique in præsentí  
est, qui se in suis actibus tanquam alium attendit.

9. Nam sunt multa peccata quæ committimus, sed  
idcirco nobis gravia non videntur, quia privato nos  
amore diligentes, clausis nobis oculis, in nostra de-  
ceptione blandimur. Unde sit plerumque ut et nostra  
gravia leviter, et proximorum mala levia graviter  
judicemus. Scriptum quippe est: *Erunt homines  
seipſos amantes* (1 Tim. iii, 2). Et scimus quia ve-  
hementer claudit oculum cordis amor privatus. Ex  
quo sit ut hoc quod nos agimus, et grave esse non  
existimamus, plerumque agatur a proximo, et nimis  
nobis detestabile esse videatur. Sed quare hoc quod  
nobis vile videbatur in nobis grave videtur in  
proximo, nisi quia nec nos sicut proximum, nec

<sup>a</sup> C. Germ., quæ elevantur. Superius leguntur pen-  
æ elevantes et elevatas.

<sup>b</sup> Pl. Norm., quid aliud.

A proximum conspicim⁹ sicut nos? Si enim nos sicut  
1205 proximum aspicerem⁹, nostra reprehensi-  
bilia districte viderem⁹. Et rursum si proximum  
aspicerem⁹ ut nos, nunquam nob⁹ s⁹ ejus actio ap-  
pare, et intolerabilis, qui saep fortasse talia egimus, et  
nil nos proximo intolerabile fecisse putabamus.  
Hoc male divisum mentis nostræ judicium corrigerere  
per legis præceptum Moyses studuit, cum dixit ut  
justus deberet esse modius, æquusque sextarius  
(Levit. xix, 36). Illic Salomon ait: *Pondus et pon-  
dus, mensura et mensura, utrumque abominabile est  
apud Deum* (Prov. xx, 10). Scimus quia in negotia-  
torum dupli pondere aliud majus, aliud minus est.  
Nam aliud pondus habent ad quod pensant sibi, et  
aliud pondus ad quod pensant proximo. Ad dandum  
pondera leviora, ad accipiendum vero graviora præ-  
parant. Omnis itaque homo qui aliter pensat ea quæ  
sunt proximi, et aliter ea quæ sua sunt, pondus et  
pondus habet. Utrunque ergo abominabile est apud  
Deum, quia si sic proximum ut se diligeret, hunc in  
bonis sicut se amaret. Et si sic se sicut proximum  
aspiceret, se in malis sicut proximum judicaret. De-  
bet⁹ ergo nosmetipſos sollicite sicut alios videre,  
nosque ipsos, ut dictum est, ante nos ponere, ut  
pennata animalia incessanter imitantes, ne nesciamus  
quid agimus, coram facie nostra semper ambule-  
mus. Perversi autem, sicut paulo ante jam diximus,  
coram facie sua non ambulant, quia ea quæ agunt  
nunquam considerant, ad interitum tendunt, in pra-  
vis actibus exultant. De quibus scriptum est: *Qui  
laetantur cum maleficerint, et exultant in rebus pessi-  
mis* (Prov. ii, 14). Saep vero justus qui eos conspi-  
cit deslet, sed ipsi phreneticorum more planguntur,  
et rident.

10. Alli indigentibus de rebus propriis multa lar-  
giuntur, sed cum occasio⁹ tempus invenient, in-  
digentes opprimunt, eosque<sup>d</sup> quibus valuerint rapi-  
nis devastant. Ponunt ante oculos cogitationis sue  
bona quæ faciunt, et non ponunt pessima quæ com-  
mittunt. 1206 Hi videlicet coram facie sua non  
ambulant, quia si sibimetipſis præsentes essent,  
cuncta subtiliter quæ agunt viderent, qualiter bona  
opera malis actibus perdant agnoscerent, sicut scri-  
ptum est: *Et qui mercedes congregavit misit eas in  
sacculum pertusum* (Aggæ. i, 6). De pertuso quippe  
sacculo aliunde exit quod aliunde mittitur (De pœn.,  
dist. 4, c. De pertuso), quia indiscretæ mentes mér-  
cedem quæ ex bono opere acquiritur non aspiciunt  
quonodo ex malo opere perdatur. Alius castitatem  
corporis servat, seque vigilanter circumspectit, ne  
quid foris reprehensibiliter admittat, suis contentus  
est, aliena non diripit, sed tamen in corde odium  
fortasse contra proximum servat. Et cum scriptum  
sit: *Qui odit fratrem suum, homicida est* (1 Joan. iii,  
15), considerat quam sit mundus foris in opere, et  
non perpendit quam sit crudelis in mente. Quid iste

<sup>c</sup> Norm., anteriora aspicio⁹. Abest aspicio⁹ a  
C. German., Corp. et alijs.

<sup>d</sup> Norm. quibus prævaluerint.

visi sibi metipsi absens est, qui in cordis sui tenebris ambulet et ignorat? Alius jam aliena non diripit, jam corpus ab immunditia custodit, jam mente pura proximum diligit, et malorum praeteritorum conscientiam et in precibus afficit; sed, finita prece, lasta de quibus in hoc mundo gaudet requirit, et temporalibus gaudiis negligentem animum depilit, nec curat ne in eo lacrymarum measurata immoderata gaudia transeant; sique ut bonum nimis ridendo perdat, quod plangendo lucratus est. Illic itaque coram facie sua non apibulat, quia damnata quae patitur conspicere recusat. Scriptum quippe est: *Cor sapientissimum ubi tristitia est, et cor stultorum ubi letitia* (Eccle. viii, 5). In cunctis ergo quæ agimus diligenter nosmetipsos conspicere interius exteriusque debemus, ut pennata animalia sequentes, nobismetipsis praesentes simus, et coram facie nostra semper ambulemus, habentes adjutorem unicum Patris Jesum Christum Dominum nostrum, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

#### HOMILIA V.

*In expositione trium versuum a duodecimo ad decimum quintum docte discriberit de Spiritu sancto ejusque in sanctis impulsu, motu et inhabitatione.*

1. O quam mira est profunditas eloquiorum Dei! Libet huic intendere, libet ejus intima, gratia ducet, penetrare. Illuc quoque intelligendo discutimus, quid aliud quam silvarum opacitatem ingredimur, ut in ejus refrigerio ab hujus saeculi aestibus abscondamur? Ibi viridissimas sententiarum herbas legendo carplimus, tractando ruminamus. In qua locutione quæ ad vos, fratres charissimi, nudinsterius facta est qualiter ostensa animalia vel Redemptorem nostrum, vel qualius ejus evangelistas atque perfectos omnes significent, dictum est. Quorum videlicet animalium subiectum subtilius virtus exprimitur, ut ad eorum imitationem nos quoque infirmi et despicabiles, in quantum, Domino largiente, possumus, extendamur. Ecce enim dicitur:

Vers. 12. *Ubi erat impetus spiritus, illuc procedebatur.*

2. In electis et reprobis diversi sunt impetus. In electis videlicet impetus spiritus, in reprobis impetus carnis. Impetus quippe carnis ad odium, ad elationem, ad immunditiam, ad rapinam, ad exteriorem gloriam, ad crudelitatem, ad perfidiam, ad desperationem, ad iram, ad jurgia, ad voluptates animum impellit. Impetus vero spiritus ad charitatem, ad humilitatem, ad continentiam, ad largitatem misericordiae, ad interiorem provectum, ad pietatis opera, ad aeternorum fidem, ad spem sequentis gaudii, ad patientiam, ad pacem, ad considerationem vita mortalium, ad lacrymas mentem pertrahit. Unde necesse est ut magna sem-

\* Ita MSS. C. Germ., Norm., Anglic., etc. Quibus despertis, Editi orones habent, vita immortalis.

† Edit. Vatic., transitoria. Accedit ad MSS. Suess. et Longip., ubi legitur transitura.

‡ Nonnulli Norm. cum Suess. et Longip., per carnis impetus. Sequimur antiqu. C. Germ., Corb., qui-

A per cura considerare debeamus in esse quod agimus quis nos impetus ducat; utrum nostra cogitatio per impetum carnis, as per impetum spiritus impellatur. Amare enim terrena, temporalia aeternis propnere, exteriora bona non ad usum necessarium habere, sed ad voluptatem concupiscere, unctionem de inimico querere, de simili casu gaudere, impetus carnis est. At contra, amare celestia, contemnere terrena, 1207 non ad fructum voluptatis transitoria, sed ad usum necessarium querere, de inimici morte tribulari, impetus spiritus est. Et quia perfonti quique in istis se semper virtutibus exercent, recte nunc de sanctis animalibus dicitur: *Ubi erat impetus spiritus, illuc procedebantur.*

B 3. Sed sciendum nobis est quod plerisque impetus carnis se sub velamine spiritalis impetus palliat, et quod carnaliter facit mentitur sibi ipsa cogitatio quia hoc spiritaliter faciat. Nam sepe quis, iracundus stimulis victus, contra delinquentes zelo ulciscenda justitia plus quam necesse est inflammatur, et justitiae limitem in ultione transiens agit crudeliter, quod se agere juste suspicatur. Impetus igitur carnis haec sub specie spiritus velatus est, quando hoc quod iuste agi creditur sub discretionis moderamine non tenetur. Et sepe alius, nimis mansuetudini studens, subjectorum vitia aspicit, atque hec per ferorem zeli corrigeri recusat, quæ in eis crudeliter non corrigo multiplicat; sique ut ejus lenitas et sibi sit et subjectis inimica, qui torpore mentis suæ quia patientiam deputat, et per carnis spiritum ab impetu spiritus elongat. Prima ergo nos cogitatio in inquisitionem nostri cordis debet excutere, ne ad quædam quæ agimus per apertum carnis impetum ducamur, ne pravis delectationibus animus seductus mala esse cognoscat, et tamen faciat. Secunda vero nos cura debet vigilantes reddere, ne se impetus carnis quasi sub impetu spiritus latenter subjiciat, et culpas quas agimus nobis virtutes singat.

C 4. Sciendum vero est quia graviores culpas sunt quæ superducta specie virtutes imitantur, quia ille in aperto cognitæ animum in confusionem dejiciunt, atque ad poenitentiam trahunt; istæ vero non solum in poenitentiam non humiliant, sed etiam mentem operantis elevant, dum virtutes putantur. Hoc autem quod de sanctis animalibus dictum superius fuerat, ut altius confirmetur, iterum replicatur:

Ibid. — *Non revertebantur cum ambularent* (De pen., dist. 2, c. Non revertebantur).

D 5. Quia electi quique sic ad bona tendunt, ut ad mala perpetranda non redeant: *Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (Matth. x, 23). Et sicut per Salomonem dicitur: *Justorum semita quasi lumen splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem* (Prov. iv, 18). In eorum namque animis bonum debus consentiunt Editi.

¶ Editi vet. et recent., ne pravis cogitationibus, invitis MSS.

• Ebroic. et Lyr., mentem operantis elevando, virtutes putantur.

siderium atque intellectus lucis intimae jam pars diei est, sed quia usque ad finem vita in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt, quando, ad regna coelestia perducti, in ea luce quam desiderant jam minus aliquid non habebunt. Sequitur :

Vers. 13. — *Et similitudo animalium, et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, et quasi aspectus lampadarum.*

6. Aspectus animalium carbonibus ignis ardentibus atque lampadibus comparatur. Quisquis enim carbonem tangit, incenditur, quia qui sancto viro adharet, ex ejus assiduitate visionis, usu locutionis, exemplo operis accipit ut accendatur <sup>a</sup> in amorem veritatis, peccatorum suorum tenebras fugiat, in desiderio lucis exardescat, et jam per verum amorem ardeat, **1208** qui prius in Iniquitate tantum mortuus, quantum frigidus jacebat. Lampades vero lucem suam longius spargunt, et cum in alio loco sint, in alio resplendent. Qui enim spiritu prophetæ, verbo doctrinæ, miraculorum pollet gratia, hujus opinio longe lateque ut lampas lucet; et quique bona ejus audiunt, quia per haec ad amorem coelestium surgunt, in eo quod se per bona opera exhibent, quasi ex lampadis lumine resplendent. Quia ergo sancti viri quosdam juxta se positos quasi tangendo ad amorem patriæ coelestis accidunt, carbones sunt. Quia vero quibusdam longe positis lucent, eorum itineri, ne in peccati tenebras corruant, lampades sunt. Illoc vero inter carbones et lampades distat, quod carbones ardent quidem, sed ejus loci in quo jacuerint tenebras non expellunt; lampades autem, quia magno flammrum lumine resplendent, diffusas circumquaque tenebras effugant.

7. Qua ex re notandum est quia sunt plerique sanctorum ita simplices et occulti, seseque in locis minoribus sub magno silentio contingentes, ut vix eorum vita ab aliis possit agnosciri. Quid itaque isti nisi carbones sunt? Qui etsi per fervorem spiritus ardorem habent, tamen exempli flammatum non habent. Nec in alienis cordibus tenebras peccatorum vincunt, quia vitam suam omnino sciri refugiunt. Sibimetipsis quidem accensi sunt, sed aliis in exemplo luminis non sunt. Hii autem qui et exempla virtutum prærogant, et lumen boni operis per vitam et <sup>b</sup> verbum itinerantibus demonstrant, jure lampades appellantur, quia et per ardorem desiderii, et per flammatum verbi, a peccatorum cordibus erroris tenebras expellunt. Qui igitur in occulto bene vivit, sed alieno proiectui minime proficit, carbo est. Qui vero, in imitatione sanctitatis positus, lumen ex se rectitudinis multis demonstrat, lampas est, quia et sibi ardet, et aliis lucent. Sequitur :

Ibid. — *Et haec erat visio discurrens in medio ani-*

<sup>a</sup> Longip., in opere veritatis.

<sup>b</sup> Vatic., redeat. Favel Longip.

<sup>c</sup> Ita legendum unanimi MSS. nostrorum consensu, a quibus recentes editi habent, verbum errantibus.

<sup>d</sup> Post textum Job, in MSS. Corb. et plerisque Norm., quibus consentiunt Edit. Paris. 1502, 1518, 1571, et Vatic., legitur, *splendor ignis, et de igne*

*A malium, splendor ignis, et de igne fulgor egrediens.*

8. <sup>e</sup> In medio animalium discurrens ignis videtur, quia nisi ab igne veritatis pennata illa animalia calorem susciperent, ipsa in carbonum atque lampadarum similitudinem non arderent. Ignis enim nomine sanctus Spiritus significari solet. De quo in Evangelio Dominus dicit : *Ignem veni mittere in terram, et quid rolo nisi ut accendatur* (*Luc. xii, 49*)? Cum enim carnalis mens Spiritum sanctum accipit, spiritali amore succensa malum plangit quod fecit. Et terra ardet, quando accusante se conscientia cor peccatoris uritur, atque in dolore poenitentiae crematur. Hinc rursum scriptum est : *Deus tuus ignis consumens est.* (*Deut. iv, 24*). Quia enim mentem quam replevit, eam a peccatorum rubigine mundam reddit, creator noster et ignis dicitur, et consumens. Sanctus ergo Spiritus in medio animalium splendor ignis, et de igne fulgor egrediens discurrere dicatur, quia universam Ecclesiam replens, in electorum cordibus ex seipso flamas amoris projicit, ut coruscí more per terrorem feriat, et ad amorem suum corda torpentina accendat.

**1209** 9. Sed quia Spiritus sanctus Deus ante sæcula Patri est et Filio coæternus, quærandum nobis est cur discurrere dicatur. Omnis etenim qui discurrit accedit ad locum in quo non fuit, et eum deserit in quo fuit. Quia igitur ratione discurrere spiritum dicamus, dum cuncta intra ipsum sint, et locus nusquam sit ubi non sit? Sicut scriptum est : *Spiritus Domini replevit orbem terrarum* (*Sap. i, 7*). Et tamen, cum laus sapientiae describeretur, adjunctum est : *Est enim in illa spiritus intellectus, spiritus unus, multiplex, subtilis, mobilis* (*Ibid. vii, 22*). Et paulo post : *Humanus stabilis* (*Ibid.*, 25).

10. In quibus rursum verbis magna nobis quæstio oritur, cur iste spiritus qui implet omnia simul mobilis et stabilis dicatur. Sed si ad usum consuetudinis humanæ recurrimus, sensum citius loquentis invenimus. Homo quippe, qui in ea regione in qua est ubique discurrit, procul dubio ubique obviam venit, et repente ubi non creditur, invenitur. Omnipotens ergo Spiritus, ut ubique præsentia signaretur, simul et mobilis et stabilis dicitur. Stabilis, quia per naturam omnia continet, mobilis autem dicitur quia ubique etiam nescientibus occurrit. Tenens ergo omnia stabilis, præsentem se omnibus exhibens mobilis appellatur. Splendor ergo ignis, et de igne fulgor egrediens inter pennata animalia discurrit, quia Spiritus sanctus simul singulis atque omnibus præsto fit, et incendit quos contigerit, et illuminat quos incendit, ut post frigus pristinum accensi ardeant, et per ignem amoris quem acceperint flamas exemplorum reddant. Fulgor quippe de hoc

*fulgor egrediens in medio animalium.* Edit. Gussanv., quam hic sequimur, conformis est Ms. C. Germ.

<sup>e</sup> Beccens. et Lyr., ut ardeat.

<sup>f</sup> Norm. pler., noster.

<sup>g</sup> Suess. et nonnulli, *spiritus intellectus, sanctus, unus.*

igne egrediens torpentes mentes percutit, easque A percutiendo excitat et inflammat, ut post amorem illus ardentes pariter et lucentes currant. Unde alias scriptum est : *Thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis accensus* (*Dan. vii, 9*). Illi enim qui animarum custodes sunt, et pascendi gregis onera suscepserunt, mutare loca minime permittuntur. Sed quia uno in loco positi, divinitatis in se præsentiam portant et ardent, thronus Dei flamma ignis dicitur. Illi autem qui amore Domini in prædicatione discurrunt, rotæ ejus ignis ardens sunt, quia cum ex ejus desiderio per varia loca discurrunt, unde ipsi ardent et alios accidunt.

11. Potest tamen discursus atque mobilitas Spiritus requisitione alterius considerationis intelligi. In Sanctorum quippe cordibus juxta quasdam virtutes semper permanet, juxta quasdam vero recessurus venit, et venturus recedit. In fide etenim, spe, atque charitate, et in bonis aliis, sine quibus ad coelestem patriam non potest perveniri, sicut est humilitas, castitas, justitia, atque misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetæ vero virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione, electis suis aliquando adest, aliquando se substrabit. Adest ut eleventur, et semetipsum substrabit ut bumilientur. Adest ut eos ostensa virtute glorificet, recedit ut semetipsos subtracta ejus virtute cognoscant. Adest ut ostendat quid per ipsum sint, recedit ut patet faciat qui vel quales, remaneant sine ipso. In his itaque virtutibus sine quibus ad vitam minime pervenitur, sanctus Spiritus in electorum sanctorum cordibus permanet; <sup>a</sup> unde 1210 recte stabilis esse perhibetur. In his vero per quas sanctitatis virtus ostenditur, aliquando misericorditer præsto est, et aliquando misericorditer recedit, <sup>b</sup> unde recte mobilis nuncupatur. Discurrens ergo et mobilis Spiritus dicitur, quia in signis atque virtutibus juxta uniuscujusque votum continue non habetur. Bene autem inter sancta animalia discurrere perhibetur. Discursus quippe ad celeritatem pertinet. Inter perfectos autem discurrit spiritus, quia etsi ab eorum corde ad momentum recesserit, citius redit. Sequitur :

VERS. 14. — *Et animalia ibant, et revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.*

12. Cum superius dictum sit : *Non revertebantur cum ambularent, qua ratione nunc dicitur : Animalia ibant et revertebantur?* Valde sibi hæc videntur esse contraria, quia ibant et non revertebantur, et ibant et revertebantur. Sed qualiter intelligendum sit tunc agnoscimus si duas vias, activam scilicet et contemplativam, sollicite discernamus. In una coim fixi permanere possumus, in altera autem intentam

A mentem tenere nullo modo valemus. Cum enim torporem nostrum relinquimus, nosque ipsos ad bona operationis studium excitamus, quo alibi nisi ad activam imus? A qua reverti post nos nullo modo debemus, quia qui post illam ad torporem negligenter, ad pravitatis nequitias quas reliquerat reddit, esse sine dubio coeleste animal nescit. Cum vero ab activa vita ad contemplativam surgimus, quia diu mens stare in contemplatione non valet, sed omne quod de æternitate per speculum et in ænigmate conspicit, quasi furtim hoc et per transitum videt; ipsa sua infirmitate ab immensitate tantæ celsitudinis animus repulsus in semelipso relabitur. Et necesse est ut ad activam redeat, seque ipsum continue in usu bonæ operationis exerceat, ut cum mens B surgere ad contemplanda celestia non valet, quæque potest bona agere non recuset. Sicque sit ut ipsis suis bonis actibus adjuta ad superiora rursus in contemplationem surgat, et amoris pastum de pabulo contemplationis veritatis accipiat. In qua quia diu se tenere ipsa corruptionis infirmitas non potest, ad bona rursus opera rediens, suavitatis Dei memoria pascitur, et foris piis actibus, intus vero sanctis desideriis nutritur. Hinc etenim de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicitur : *Memoriam suavitatis tuæ eructabunt* (*Psal. cxlii, 7*). Dulcedinem quippe suavitatis intimæ, quia utcumque possunt, velut quodam ex corusco, prægustando tangere, ejus memoriam student recolendo semper et loquendo eructare. Unde et apte nos Psalmista admonet, dicens : *Lux orta est justo, et rectis corda lætitia. Lætamini iusti in Domino, et confitemini memorie sanctitatis ejus* (*Psal. xcvi, 11, 12*). Qui rursum ait : *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine* (*Psal. xxx, 20*)! Quæ videlicet quam magna es et nullo modo cognosceret, nisi hanc aliquatenus contemplando gustasset. Hinc iterum dicit : *Ego dixi in ecclesi mea, projectus sum a vuln oculorum tuorum* (*Ibid., 23*). Nisi enim in mentis excessu sublevatus dulcedinem suavitatis æternæ cognovisset, in hoc adhuc mundo retentus non discerneret quam longe projectus jaceret. Ostensa ergo animalia vadunt et non revertuntur, atque vadunt et redeunt; <sup>c</sup> 1211 quia sancti viri et ab activa vita quam apprehenderunt ad iniurias non corrunt, et a contemplativa, quam tenere jugiter non possunt, in activam relabuntur. Sicut enim dictum est, ipso infirmitatis suæ pondere devicti, ad semetipsos repulsi redeunt, ut eentes discant quid desiderent, et revertentes ubi jaceant scient. Eentes intelligent ubi nondum sint, revertentes quid sint.

13. Sed qualiter hæc saneta animalia redeant, demonstratur cum subditur : *In similitudinem fulgoris coruscantis.* Bene autem revertentia animalia co-

<sup>a</sup> Non legitur hoc in C. Germ. et Suess., sed post permanet immediate sequitur : *in his vero.* Exstat in MSS. Anglic. Norm. et pl.

<sup>b</sup> Abest etiam hoc a C. Germ. et omnibus Editis usque ad *Discurrentes*. Supplevimus ex MSS. Anglic. et Norm. omnibus.

<sup>c</sup> Deest *adjuta* in C. Germ. Legitur in Norm. omnibus, Suess., Longip., Val. Cl., etc.

<sup>d</sup> Alter, non redudent. Sequimur C. Germ., Norm., Val. Cl. cum Edit. Paris. 1502, et alla 1518. in Gb-lot. et Vatic., non currunt.

ruscanti fulguri comparantur, quia sancti viri cum ad superna contemplanda evolant, cum primis suis spiritus in caelestis patris amore ligant, sed gravatae humanae conversationis pondere ad semetipsos redeunt, bona caelestia quae saltem per speculum contemplari potuerunt, fratribus denuntiant, eorumque animos in amorem intimam claritatis ascendunt, quam hec videre sicut est, nec loqui praevalent sicut videlicet. Loquentes autem verbis suis corda audientium ferunt et incendunt. Quasi ergo fulgor cornutans redeunt, qui, cum caelestia loquuntur, quia per eos supernum lumen intermicat, ad amorem caelestis patris mentes abdulentur inflammant. More itaque coruscantis fulguris cuni loquendo percutiunt, ignem spiritalis desiderii spargunt.

14. Alio quoque modo sancta animalia vadunt et redeunt. Vadunt enim cum ad insinuandam caelestis doni gratiam in praedicationem mittuntur, atque ut sed ille trahant, mala coram infidelibus faciunt; sed redeunt, quia, haec omnipotens Domini virtus tribuentes, sibi metipsis quae fecerint non ascribunt. Cum enī stupenda faciunt, fulgor sunt, quia corda intuentium eorū zunt, terrent, illuminant, et accēdunt. Unde scriptum est: *In lumine jacula tua flent, in splendore fulguris armorum tuorum* (*Habac. iii, 11*). Jacula Domini sunt verba Sanctorum, quae corda peccantium ferunt. Sed ista jacula habent arma. Scitis, fratres, quia prelatores viri jacula mittunt, armis vero mununtur. Dum ergo verbis addunt miracula, quasi armis se mununt, ne ipsi ferantur: *In lumine jacula tua ibunt, quia in aperto exēunt verba Dei*. Sed quia comitari debent sententias sanctorum doctorum facta miraculorum, recte subiungitur: *In splendore fulguris armorum tuorum, quia dum addis eis arma miraculorum, mentes persequentium fulgurant, ut eos persequi non præsumant*. Haec itaque animalia vadunt et revertuntur in similitudinem fulguris coruscantis, quia postquam mira sancti inter homines faciunt, postquam corda audientium sparso lumine incendunt, ad dandam auctori suo gloriam redeunt, ut illi laudem reddant per quem se posse talia sciunt.

**15.** Sic Petrus, cum, sanato homine qui claudus ex eterno matris fuerat, signum fecit quod omnes qui cognoscerent valde mirarentur, dixit: *Quid miramini in hoc, aut nos quid intemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hanc ambulare?* Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Jesum

a Deest cum, in Lyran. In Longip., pro cum, legitur tum.

b In plerisque Editis, quia cum caelestia loquuntur per eos supernum lumen intermicat, et ad . . . . inflammat; invito MSS. C. Germ., Norm., etc.

c Snesc., hinc propheta ait.

d Norm., sententias dictorum. Sequimur German.

e Editi, quia dum addunt. German., Val. Cl., Norm. et alii MSS. inhaerentur, etiā addunt meliorrem sensum quam addis effigere videatur.

f Corrupte Editi ante Gassanv., ad quādam. Benedavintus ex MSS. tum Anglic., tum Gallic.

A (*Act. iii, 12, 13*). Et paulo post: *In fide nominis ejus hunc & quem vidistis et nostis, confirmavit nomen ejus* (*Ibid.*, 16). Signum quippe faciens, intuentium oculos à miraculi lumine perstrinxit; sed humilitatem custodiens, et laudem auctori reddens, quasi unde venerat rediit, quia lux fulguris unde fuerit ostendit. Sancta itaque animalia cum ad signa operanda veniunt, et cum ad reddendam auctori suo gloriam intus apud semetipsa redeunt, fulgor sunt, quia et ostendendo miracula, et exempla humilitatis probando, mentes intuentium ferunt et incendunt.

16. In omne autem quod faciunt, idcirco semper ad laudem Creatoris redeunt, ut in ea virtute quam accipiunt, vera stabilitate persistant. Nam si quid sibi tribuerent, in hoc quod acceperant, stare non possent. Unde bone etiam per Salomonem dicitur: *Ad locum de quo exēunt flumina revertentes ut flent fluant* (*Eccle. 1, 7*). Sive enim in virtutibus, seu in doctrina, quid aliud sunt sancti viri quam flumina quae terram cordis carnalium aridum rigant? Sed iesu in operatione quam faciunt, seu in doctrina verbis, citius siccentur, nisi per intentionem cordis semper solliciti ad locum de quo exēunt redirent. Si enim introrsus ad eorū non redirent, ac sese in amore conditoris desideriorum vinculis non astringant, et manus ab eo quod agebat deficit, et lingua ab eo quod loquebatur arescit. Sed intus semper per amorem redeunt, et hoc quod in publico operantes aliquę loquentes fundunt, in secreto suo de fonte amoris hauriunt. Amando enim discunt quod docendo proficerunt. Ad locum ergo de quo exēunt flumina revertuntur ut iterum fluant, quia aquam sapientiae inde semper hauriunt unde oritur, ne cum cucurrit exsiccatetur. Per omne ergo quod agimus ad fontem veri luminis sollicita mente redeamus. Reddamus Creatori nostro gratias de bonis que accipimus, elique cum Isaia propheta suppliciter dicimus: *Omnia opera nostra operatus es nobis* (*Isai. xxvi, 12*). Bona enim nostra ejus sunt opera, cuius visceribus non sufficit ut nos erigeret, nisi et semetipsum pro nobis inclinaret. Si enim coeterus Patri Deus ante saecula non fieret homo in tempore, quando homo temporalis saperet aeterna? Descensio ergo veritatis ascensio facta est humilitatis nostrae. Demus ei gloriam, demus laudem, qui vivit cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

C HOMILIA VI.  
Explanantur versus 15, 16, 17, cum media decimam  
e In aliis Edit., quem videtis, remittentes MSS.  
C. German., Norm., Val. Cl., etc.  
b Suev., mirabilis lumine.  
f C. German., restant.  
j Ita cum omnibus MSS. vet. Edit. et recent., propter Gassanv., iu qua legitur, quia aqua sep . . . hauritur.  
k Norm. pler., quae agimus. C. Germ. et veteriores sequimur.  
l In Edit. f582 et seq., Annalialis, celicordibus MSS.

*octavi parte; deflexo ad sacra Scripturae, ad Evangelii præserim commendationem, prophetici sermonis sensu.*

**1213** 1. Tenebrosa aqua in nubibus aeris (Psal. xvii., 12), quia obscura est scientia in propheticis. Sed Salomonis voce attestante didicimus : *Gloria regum celare verbum, et gloria Dei esse investigare sermonem, quia et honor est hominum eorum secreta abscondere, et gloria Dei est mysteria sermonis ejus aperire* (Prov. xxv., 2). Ipsa apudem per se Veritas discipulis dicit : *Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine* (Math. x., 27); id est, aperite exponite quæ in allegoriarum obscuritatibus auditis. Magnæ vero utilitatis est ipsa obscuritas eloquiorum Dei, quia exercet sensum ut fatigatione dilatetur, et exercitatus capiat quod expet pon posset otiosus. Habet quoque adhuc aliud majus, quia Scripturae sacræ intelligentia, quæ si in cunctis esset aperta vilesceret, in quibusdam locis obscurioribus tante majore dulcedine inventa reficit, quanto majore labore fatigat animalium quiescit. Ecce enim sancti Ezechielis nunc voce dicitur :

Vers. 15. — *Cumque aspicarem animalia, apparuit rota una super terram.*

2. Quid autem rota, nisi sacram Scripturam signat, quæ ex omni parte ad auditorum mentes volvit, et nullo erroris angulo a prædicationis suæ viâ retinetur? Ex omni autem parte velvit, quia inter adversa et prospera recie et humiliiter incedit. Circulus quippe præceptorum illius modo sursum, modo deorsum est, quæ perfectioribus spiritualiter dicuntur, infirmis juxta litteram congruunt; et ipsa quæ parvoll justa litteram intelligunt, docti viri per spiritalem intelligentiam in altum ducent. Quis namque parvolorum in facto Esau et Jacob, quod alter ad venatum militatur ut benedicatur, alter vero per suppositionem matris a patre benedicitur (Genes. xxvn., 5, 28), nisi iuxta sacra lectionis historiam pascitur? In qua videlicet historia si ad intellectum paulo subtilius astringatur, videt quia Jacob primogeniti benedictionem non per fraudem subripuit, sed sibi debitam accepit, quam, concedente fratre, datæ lenti mercede emerat.

3. At vero si quis aktius sentiens utrumque factum velit per allegoriam arcana discutere, protinus ab historia in mysterium surgit. Quid est enim quod Isaac de majoris filiis sui venatione vesci cœnupiscit, nisi quod omnipotens Deus Judaici populi bona operatione pasci desideravit? Sed illo tardante, minorēm Rebecca supposuit, quia dum Judaicus populus bona opera foris querit, genitilem populum mater gratia instruxit, ut omnipotenti patri cibum boni operis offerret, benedictionemque majoris fratris acciperet. Qui eosdem cibos ex domesticis animalibus præbuit,

Sensu contrario legitur hic locus sacrae Scripturae in Vulgata. Gregorium secutus est Bernardus serm. 65 in Cant. Consule not. 292 novissimæ Edit. sancti Bernardi, a Mabil onio nostro adornata.

In Editis videtur, nullo ex nostris MSS. favente.

In Becc. et Rothomag., sed quasi sibi. In Editis, sed ut sibi.

Longip., de lenti mercede. Edit., data lenti mercede; præter Vaticanam, in qua vñiose legitur, data

A quia gentilis populus placere Deo de exterioribus sacrificiis 1214 non querens, per vocem Prophetæ dicit: *In me sunt, Deus, vota tua, quæ reddam, laudationes tibi* (Psal. lv., 12). Quid est quod idem Jacob manus ac brachia et collum hædinis pellibus texit, nisi quod hædus pro peccato offerri consuevit? Et gentilis populus carnis quidem in se peccata mactavit, sed corporum se peccatis carnalibus confiteri non erubuit? Quid est quod vestimentis fratris majoris induitur, nisi quod sacrae Scripturae præceptis quæ majori populo data fuerant in bona operatione vestitus est? Et eis minor in domo utitur, quæ major foras exiens intus reliquit, quia illa gentilis populus præcepta tenet in mente, quæ Judaicus populus habere non potuit, dum solam in eis litteram attendit. Et quid est quod Isaac eundem filium nescit quem benedicit, nisi hoc quod de gentili populo Dominus per Psalmistam dixit: *Populus quem non cognovi, servivit mihi, ob auditum auris obedivit mihi* (Psal. xvii., 45)? Quid est quod præsentem non vidit, et tamen quæ ei in futuro veiant vidit, nisi quod omnipotens Deus, cum per prophetas suos prædicaret gentilitati gratiam prærogandam, eam et in præsenti per gratiam non vidit, quia tunc in errore dereliquit, et tamen quia hanc quandoque collecturus erat, per benedictionis gratiam prævidit? Unde et eidem Jacob, gentilis populi figuram tenenti, in benedictione dicitur: *Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus Deus* (Genes. xxvn., 27). Sicut enim in Evangelio Veritas dicit, *Ager est hic mundus* (Math. xiii., 38), et quia gentilis populus ad fidem perductus per electos suos in universo mundo virtutibus redolet, odor filii odor est agri pleni.

4. Alter namque olet flos uvæ, quia magna est virtus et opinio prædicatorum & quæ debriant mentes audientium; alter flos olivi, quia suave est opus misericordiae quod more olei resovet et lucet; alter flos rosæ, quia mira est fragrantia quæ rutilat et redoleat ex cruce martyrum; alter flos lillii, quia candida vita carnis est de incorruptione virginitatis; alter flos violæ, quia magna est virtus humitum, qui ex desiderio loca ultima tenentes, se per humilitatem à terra in altum non sublevant, et cœlestis regni pурпuram & in mente servant; alter redolet spica, cum ad maturitatem perducatur, quia bonitatem operum perfectio ad satietatem eorum qui justitiam esurunt præparatur. Quis ergo gentilis populus in electis suis ubique per mundum sparsus est, et ex eis virtutibus quas agit omnes qui intelligunt odore bonæ opinionis replet, dicatur recte: *Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni*. Sed quia easdem a'entis mercede.

Hic interseritur in Vatic. dum se peccatorem confieri non erubescit; quod glossema nullis in MSS. nobis cognitis comparet.

Val. Cl., prædicaret.

Ita nostri MSS. At Edit. Paris. 1502, aliis consentientibus, qui inebriant.

C. Germ., Ebroic, et al. Norm., in mentem.

*virtutes ex semetipso non habet, adjungat : Cxi be-  
nedixit Dominus Deus.*

**1215** 5. Et quoniam idem electorum populus per quosdam etiam in contemplationem surgit, per quosdam vero in activae vitae solummodo opera pinguecit, recte illuc additur : *Dei tibi Deus de rore cœli, et de pinguedine terræ (Genes. xvii, 28).* Ros enim desuper et subtiliter cadit. Et toties de rore cœli accipimus, quoties per infusionem contemplationis intinxæ de supernis aliquid tenuiter videmus. Cum vero bona opera etiam per corpus agimus, de terræ pinguedine ditamur.

6. Quid est autem quod Esau tarde ad patrem reddi, nisi quod Judaicus populus ad placendum Dominum sero revertitur? Cui ei hoc in benedictione dicitur : *Tempusque erit cum solvatur jugum de collo tuo (Ibid., 40).* Quia a servitute peccati Judaicus populus in fine liberatur, sicut scriptum est : *Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvus fieret (Rom. xi, 25).*

7. Quem non parvorum ipsa evangelica historia in miraculi operatione resificat, quod hydrias vacuas Dominus aqua impleri præcepit, eamdemque aquam protinus in vinum vertit (*Joan. ii, 7*)? Sed cum hæc vigilantes ingenio audiunt, et sacram historiam credendo venerantur, et quid interius innuat requirunt. Qui enim mutare aquam in vinum potuit, etiam vacuas hydrias valuit vino statim replere. Sed impleri hydrias aqua jubet, quia prius per sacrae lectionis historiam corda nostra replienda sunt. Et aquam nobis in vinum vertit, quando ipsa historia per allegoriarum mysterium in spiritalem nobis intelligentiam commutatur. Rota ergo quasi per terram trahitur, quia parvulis humili sermone concordat, et tamen magnis spiritualia infundens, b quasi circulum in altum levat; et inde sursum erigitur, unde terram tangere paulo ante videbatur.

8. Quia vero undique ædificat, quasi per circulum rota currit. Unde et in lege scriptum est : *Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile ejus et calamos, scyphos et sphærulas ac lilia ex ipso procedentia (Exod. xxv, 5f; xxviii, 17).* Quis in candelabro nisi Redemptor humani generis designatur? Qui in natura humanitatis infusus lumen divinitatis, ut mundi candelabrum fieret, quatenus in ejus lumine omnis peccator in quibus jaceret tenebris videret. Qui pro eo quod naturam nostram sine culpa suscepit, candelabrum tabernaculi ex auro purissimo fieri jubetur. Ductile autem feriendo producitur, quia et Redemptor noster qui ex conceptione et nativitate perfectus Deus et homo existit, d passionum dolores

<sup>a</sup> Omnes Editi, ad placandum Dominum. Praferimus MSS. C. Germ., Suess., Val. Cl., Norm., etc., unanimem consensum.

<sup>b</sup> Plerique Normi., quasi circulus. Editi consentiunt C. Germ., Suess. et aliis, quos sequimur.

<sup>c</sup> Editi, infusus lumen.

<sup>d</sup> Idem, passionum ictus. Reluctantur omnes MSS. nostri.

<sup>e</sup> Norm., existierunt.

<sup>f</sup> Plerique Norm., donec concurramus.

A pertulit, et sic ad resurrectionis gloriam pervenit. Ex auro ergo mundissimo ductile candelabrum fuit, quia et peccatum non habuit, et tamen ejus corpus per passionis contumelias ad immortalitatem profecit. Nam iuxta virtutes animæ quo percussionibus potuisse proficere, omnino non habuit. In membris autem suis, quæ nos sumus, quotidie percussionibus proficit, quia dum nos tundimur et afflicimur ut ejus corpus esse mereamur, ipse proficit. De cuius corpore scriptum est : *Ex quo solum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum crescit 1216 in augmentum Dei (Coloss. ii, 19).* Corpus quippe illius nos omnes sumus. Per nexus vero et conjunctiones corpus ligatur, quia dum capiti pectus, dum pectori brachia, dum brachiis manus, digiti manus sunt conjuncti, ac membra cætera membris inhaerent, corpus omne perficitur, sicut sancti apostoli, quia Redemptori nostro propinquus et steterunt, quasi pectus capiti adhaesit. Quos quia martyres sunt secuti, quasi conjuncta brachia pectori fuerunt. Quibus dum pastores et doctores subjuncti sunt per bona opera, manus brachiis inhaeserunt. Hoc vero omne corpus Redemptoris nostri quotidie per nexus et conjunctiones subministratur in cœlo, quia cum ad eum illuc electæ animæ ducuntur, ei sua membra colligantur. De quo bene dicitur : *Subministratum et constructum crescit in augmentum Dei (Ibid.),* quia Deus omnipotens redemptor noster, qui in se quo proficiat non habet, adhuc per membra sua quotidie augmentum habet. Unde rursum scriptum est : <sup>f</sup> *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi (Ephes. iv, 13).* Hastile vero ejusdem candelabri ipsa Ecclesia debet intelligi, quæ corpus ejus est, quia inter tot adversa libera stat. Calami autem qui de hastili e prodeunt, prædicatores sunt, qui dulcem sonum in mundo ediderunt, videlicet canticum novum. Scyphi autem vino repleri solent. <sup>g</sup> Quid ergo mentes auditorum nisi scyphi sunt, quæ a sanctis prædicatoriis vino scientiae repletur? <sup>h</sup> Sphaerula autem quid est aliud nisi volubilitas prædicationis? Sphæra enim ex omni parte volvitur. Et prædicatio, quæ nec adversitate retineri potest, nec prosperitatibus elevatur, sphæra est, quia est et inter adversa fortis, et inter prospera humilis, nec timoris habet angulum, nec elationis. In cursu ergo suo sigi non valet, quia per cuncta se volubiliter trahit.

9. Ut autem hoc quod exempli causa protulimus exsequamur, bene post calamos, scyphos et sphærulas, in candelabro lilia describuntur, quia post eam quam diximus prædicationis gratiam aique volubili-

<sup>g</sup> Al., procedunt, ut est in Editis.

<sup>h</sup> In Vatic. et Gussanv. Quid ergo ora doctorum nisi scyphi sunt qui vino scientiae nos obriant, ut oblectamenta mundi quæ amavimus oblivia camur. Unde autem deprompta sit hæc lectio nos fugit. Corte nostra est MSS. Anglic., Norman., C. Germ., Longip., Val. Cl., etc.

<sup>i</sup> In Norm., Longip. et pt., semper legitur sperula pro sphærula, et spera pro sphæra. Consentient Edit. Paris. 1502 et 1518.

tatem, illa virens patria sequitur, quæ animabus sanctis, id est floribus vernalis. Sphærulae ergo ad laborem pertinent, lilia ad retributionem. Itaque sicut apud Moysen sphærula, doctrina prædicationis accipitur; ita hic per rotam ipsa sacra Scriptura signatur. Prophetæ igitur dum sancta animalia videtur, adjunxit: *Cumque aspicere animalia, apparuit rota una super terram.*

10. Quia in re querendum est, cum inferius rotæ describuntur, cur una rota prius apparuisse dicitur, nisi quia antiquo populo Vetus solummodo Testamentum datum est, quod ad erudiendam mentem illius quasi rota volveretur? Bene autem rota eadem super terram apparuisse dicitur. Peccanti enim homini dictum est: *Terra es, et in terram ibis* (*Genes. iii, 19*). Rota ergo super terram apparuit, quia Deus omnipotens legem super corda peccantium dedit. Sed quia haec pennata animalia sanctos, ut ante diximus, evangelistas designant, quomodo prius animalia, et postmodum rota una aspicitur, cum ante Testamentum Vetus fuerit, et postmodum **1217** sancti evangelistæ secuti sint? Sed intelligere in his possumus quod illi prius a propheta visi sunt qui merito transcendunt. Nam quanto sanctum Evangelium Testamentum Vetus præcellit, tanto et prædicatores ejus in descriptione prophetica præferri debuerunt.

11. Quamvis sit adhuc aliud quod in hac descriptione considerari debeat, quia prophetæ spiritus sic intra semetipsum anteriora et posteriora simul colligit, ut hæc simul prophetæ lingua proferre non possit. Sed ampla quæ videt <sup>a</sup> de disperitis sermonibus emanat, et nunc ultima post prima, nunc vero prima post ultima loquitur. Unde Ezechiel propheta sub figura sanctæ universalis Ecclesiæ, et evangelistarum gloriam per quatuor animalium similitudinem videt, et tamen repente illa subjungit, quæ anterioribus temporibus gesta sunt, ut patenter indicet simul se vidiisse quod carnis lingua non sufficeret simul dicere. Quia vero per quatuor animalia etiam perfectos omnes significari diximus, considerandum quoque est quosdam sanctorum et ante legem fuisse, qui naturali lege districte viverent, et omnipotenti Domino placent. Post animalia ergo rota describuntur, quia electorum multi apud omnipotentem Dominum perfecti et ante legem fuerunt. Sin vero animalia <sup>b</sup> solos, ut diximus, Evangelistas debemus accipere, est adhuc aliud quod considerare debeamus. Videbat enim sanctus propheta quia hæc ipsa verba quæ obscuritatibus obvoluta proferebat, non Judaico populo, sed gentibus panderentur. Nobis igitur loquens prius animalia et post rotam describere debuit, quia nos ad fidem Domino largiente venientes, non per legem Evangelium, sed per sanctum Evangelium legem didicimus. Ubi vero, vel qualis rota apparuerit, adjungit cum dicit: — *Vers. 15. — Juxta*

*A animalia habens quatuor facies. Ubi adhuc subditur: Vers. 16. — Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris; et una similitudo ipsarum quatuor, et aspectus earum et opera, quasi si sit rota in medio rotæ.*

12. Quid est hoc, quod cum una rota diceretur, paulo post adjungitur, *Quasi si sit rota in medio rotæ*, nisi quod in Testamento Veteris littera Testamentum Novum latuit per allegoriam? Unde et rota eadem quæ juxta animalia apparuit quatuor facies habere describitur, quia Scriptura sacra per utraque Testamenta in quatuor partibus est distincta. Vetus etenim Testamentum in lege et prophetis, Novum vero in Evangelii atque apostolorum Actibus et dictis. Scimus autem quia ubi faciem intendimus, ibi quod necesse est videmus. Rota ergo quatuor habet facies, quia prius resecanda mala in populis vident per legem, postmodum vident per prophetas, subtilius vero per Evangelium, ad extrellum autem per apostolos ea quæ in culpis hominum resecarentur aspexit. Potest quoque intelligi quod quatuor facies rota habeat, propter hoc quod Scriptura sacra per gratiam prædicationis extensa in quatuor mundi partes innovavit. Unde et bene rota eadem una prius juxta animalia apparuisse et postmodum quatuor facies habuisse describitur, quia nisi lex Evangelio concordaret, in quatuor mundi partibus **1218** non innoviceret.

13. Sequitur: *Et aspectus rotarum, et opus earum quasi visio maris.* Recite sacra eloquia visioni maris similia narrantur, quia in eis magna sunt volumina sententiarum, <sup>c</sup> cumuli sensuum. Nec immerito mari similis Scriptura sacra dicitur, quia firmantur in ea sententiae locutionis, sacramento baptismatis. Vel certe considerandum est quia navibus in mare navigamus, cum ad desideratas terras tendimus. Nobis autem quid est in desiderio nisi illa terra de qua scriptum est: *Portio mea in terra viventium* (*Psal. cxli, 6*)? <sup>d</sup> Ligno autem, ut dixi, evehit qui mare transit. Et scimus quia sacra Scriptura lignum crucis per legem nobis prænuntiat, cum dicit: *Maledictus omnis qui pendet in ligno* (*Deut. xxii, 23*). Quod Redemptori nostro Paulus attestatur, dicens: *Factus pro nobis maledictum* (*Galat. iii, 13*). Per prophetas quoque lignum annuntiat, cum dicitur: *Dominus regnabit a ligno* (*Psal. xcvi, 10*). Et rursum: *Mittamus lignum in panem ejus* (*Jerem. xi, 9*). Per Evangelium vero lignum crucis aperte ostenditur, ubi ipsa Domini passio quæ prophetata est declaratur. Per apostolos autem hæc eadem crux etiam in verbis et operibus tenetur, cum Paulus dicit: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* (*Galat. vi, 14*). Et rursus: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi* (*Ibid., 14*). Nobis ergo qui ad æternam patriam tendimus Scriptura sacra per quatuor suas facies mare est. Quæ crucem annuntiat, quia nos ad terram vihitur quæ mare transit. Nullum tamen ex his mendis indici correctorio est insertum.

<sup>a</sup> Ita C. Germ., Suess., Ebroie. aliquæ Norm., Val. Cl., etc. Editoribus magis placuit, annuntiatur.

<sup>a</sup> *Exensi, de præteritis sermonibus.*

<sup>b</sup> *Gorb., sanctos . . . evangelistas.*

<sup>c</sup> *Expunimus conjunctionem et a Guss. hic additam, contra MSS. fidem.*

<sup>d</sup> *Gussanv., viliosissime, ligna autem, ut dixit, cre-*

uentum ligno portat. Nisi autem mari Scripturam sacram similem cerneret propheta, minime dixisset : *Repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operantis* (Isai. xi, 9). Sequitur :

Vers. 16. — *Et una similitudo ipsarum quatuor, et aspectus earum et opera, quasi si sit rota in medio rotæ.*

14. Una similitudo ipsarum est quatuor, quia quod prædicat lex, hoc etiam prophetæ; quod denuntiant prophetæ, hoc exhibet Evangelium; quod exhibuit Evangelium, hoc prædicaverunt apostoli per mundum. Una ergo est similitudo ipsarum quatuor, quia divina eloquia etsi temporibus distincta, sunt tamen sensibus unita.

15. *Et aspectus earum et opera, quasi si sit rota in medio rotæ.* Rota intra rotam est Testamentum Novum, sicut diximus, intra Testamentum Vetus, quia quod designavit Testamentum Vetus, hoc Testamentum Novum exhibuit. Ut enim pauca de multis loquar, quid est quod Adam dormiente Eva producitur (Genes. ii, 21, 22), nisi quod moriente Christo Ecclesia formatur? Quid est quod Isaac ad immolandum ducitur, et ligna portat, aræ superimponit et vivit (Genes. xxii, 6), nisi quod Redemptor noster ad passionem ductus lignum sibi crucis ipse portavit? Etsic in sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus, ut tamen immortalis maneret ex divinitate. Quid est quod homicida post mortem summi pontificis absoluens ad terram propriam redit (Num. xxxv, 25; Josue xx, 6), nisi quod humanum genus quod peccando sibimetipsi mortem intulit, post mortem veri sacerdotis, videlicet Redemptoris nostri peccatorum suorum vinculis solvit, et in paradisi possessione reparatur? Quid est quod in tabernaculo propitiatorium fieri jubetur (Exod. xxv, 17), super quod duo cherubim, <sup>a</sup> unum a summitate una, et alterum a summitate alia, ex auro mundissimo ponuntur expandentes alas, **1219** et operientes oraculum, <sup>b</sup> qui se mutuo respiciunt versis vultibus in propitiatorium (Exod. xxv, 20), nisi quod ultraque Testamenta ipsi in Mediatore Dei et hominum <sup>c</sup> congruunt, et quod unum designat, hoc alterum exhibeat? Quid enim per propitiatorium, nisi ipse Redemptor humani generis designatur? De quo per Paulum dicitur :

*Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsum* (Rom. iii, 25). Quid vero per duo Cherubim, quæ plenitudo scientiae dicuntur, nisi ultraque Testamenta signata sunt? Ex quibus unum a summitate una propitiatori, aliud vero a summitate altera stat, quia quod Testamentum Vetus de incarnatione nostri Redemptoris cepit prophetando promittere, hoc Testamentum Novum perfecte narrat expletum. Duo autem cherubim ex auro mundissimo facta sunt, quia ultraque Testamenta pura ac simplici veritate describuntur, expandunt vero alas, et oraculum ope-

<sup>a</sup> In MSS. Corb., Ebroje, et ceteris Norm., annas e summitate una, et alter. Editi, quos sequimur, consenserunt C. German. et alii German.

<sup>b</sup> Ita C. Germ., Suess., Norri., Val. Cl., Longip., etc. At Editi, quid est quod se mutuo.

riunt, quia nos qui omnipotentis Dei oraculum sumus, a culpis imminentibus, Scripturæ sacrae edificatione protegimur. Cujus dum sententias sollicite aspicimus, ab errore ignorantie, ejus alii velamur. Duo ergo cherubim se mutuo respiciunt versis vultibus in propitiatorium, quia ultraque Testamenta in nullo a se discrepant. Et quasi ad semetipsa vicissim facies tenent, quia quod unum promittit, hoc aliud exhibet, dum inter se positum Mediatorem Dei et hominum yident. Facies quippe a semetipsis cherubim averterent, si quod unum Testamentum promitteret, alius negaret. Sed dum concorditer de Mediatore Dei et hominum loquuntur, ut vicissim se respiquant, in propitiatorium intendunt. Rota ergo in medio rotæ est, quia inest Testamento Veteri Testamentum Novum. Et, sicut sepe jam diximus, quod Testamentum Vetus promisit, hoc Novum exhibuit; et quod illud occulè annuntiat, hoc istud exhibendum aperie clamat. Prophœtia ergo Testamenti Novi, Testameptum Vetus est; et expositio Testamenti Veteris, Testamentum Novum. Sequitur :

Vers. 17. — *Per quatuor partes eanson & ibant, et non revertebantur.*

16. Quo alibi divina eloquia, nisi ad corda hominum vadant? Sed per quatuor partes eantes ibant, quia Scriptura sacra per legem ad corda hominum vadit, signando mysterium. Per prophetas yadit paulo apertius, prophetando Dominum. Per Evangelium yadit, exhibendo quem prophetavit. Per auctoiores yadit, predicando cum quem Pater pro nostra redempcione exhibuit. Habent ergo rotæ facies et vias, quia ostendunt sacra eloquia notitiam praecopiorum cum exhibitione operum. Et per quatuor partes vadunt, quia distincti, ut prædictum, temporibus loquuntur, vel certe quia in eanticis mundi regionibus incarnatum Dominum prædicant. De quibus aperte mox subditur :

Ibid. — *Et non revertebantur, cum ambularent.*

17. Hæc superius de animalibus dicta sunt, sed non eadem intelligi de rotis quæ de animalibus possunt. Rotas quippe signare Testamenta diximus. Et Testameptum Vetus ambulavit quidem, quia per predicationem ad mentes hominum venit, **1220** sed post semetipsum reversum est, quia iuxta Iherusalem in præceptis suis et sacrificiis usque ad finem serari non potuit. Non enim sine immutacione permanuit, cum in eo spiritualis intelligentia desuit. Sed cum Redemptor noster in mundum venit, hoc spiritualiter fecit intelligi, quod carnaliter invenit teneri. Itaque dum spiritualiter littera ejus intelligitur, omnis in eo illa carnis exhibito vivificatur. Testamentum vero Novum etiam per Testamenti Veteris paginas testamnetum æternum appellatum est; quia intellectus illius nunquam mutatur. Bene ergo dicitur quod rotæ eantes ibant, et non revertebantur cum ambularent,

<sup>c</sup> Editi, concordant.

<sup>d</sup> In Suess., Norri. et pl. MSS., eantes ibant. Abest eantes a C. Germ. et al. veluti. Reperiunt tamen paulo infra : sed per quatuor partes eantes ibant.

quia dum Novum Testamentum non rescinditur, dum <sup>A</sup> Vetus iam spiritualiter intellectum tenet; post se non redeunt; quæ usque ad finem mundi immutabilita persistunt. Ambulant ergo, sed non revertantur, quia sic spiritualiter ad cor nostrum venient, ut eorum precepta vel studia ultius non mutantur. Sequitur :

VERS. 18. — *Statura quoque erat rotis, et altitudo; et horribilis aspectus.*

18. Quid est quod in Scripturæ sacræ eloquii tria hæc inesse narrantur, ut statuam; altitudinem et horribilem aspectum, id est terribilem habere memorentur? Querendum nobis magnopere est quæ divina Scripturæ statura, quæ altitudo, qui horribilis aspectus dicitur. Scendum ergo est quia stare ad vitam congruit bene operantis. Unde per Paulum dicitur : *Qui stat, videt ne cedat* (1 Cor. x, 12). Qui etiam discipulis dicit : *Sic stat in Dominis, charissimi* (Philipp. iv, 1). Et propheta, qui se vita ac moribus ante Dominum stare videbat, ait : *Vixit Dominus, in cuius conspectu sto* (IV Reg. iii, 14). Altitudo vero est, caelitis regni promissio. Ad quam tunc pertingatur, quando jam mortalis vita omnis corruptio subjugator. Horribilis vero aspectus est terror gehennæ; quæ sine fine reprobas cruciat, et semper in crucifixu conservat. Statura ergo <sup>b</sup> in recipuum præceptionis est, altitudo in celestidine supernæ promissionis, horribilis vero aspectus in iniis atque terroribus supplicii sequentis. Scriptura igitur saeva statuam habet; quia mores ad standum dirigit, ut auditorum mentes ad terrenam concupiscentiam non curvantur. Altitudinem habet, quia in eae est patria æternæ viæ gaudia promittit. Horribilem quoque aspectum habet, quia omnibus reprobis gehennæ supplicia minatur. Ostendit igitur statuam eam in edificatione morum, ostendit altitudinem in promissione p̄miorum, ostendit horribilem aspectum in terroribus suppliciorum. Recta est enim in præceptis, alta in promissionibus, horribilis in misis. Habet statuam cum per prophetam dicit : *Quiescite agere perverse, discite benefacere, querite judicium, subveniente oppresso, & judiciale pupillum, defendite viduam* (Isai. i, 17). Et rursum : *Frangite exortienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, et domesticos seminis tui ne despezeras* (Ibid. LVIII, 7). Habet altitudinem cum per eundem prophetam dicit : *Non erit fibi sol amplus ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te; sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam* (Ibid. LX, 19). Habet horribilem aspectum <sup>c</sup> 1221 cum, infernum describens, dicit : *Dies ultimus Domini, annus retribuendis iudicii Sion; et conuertentur torrentes ejus in picas, & in abyssus ejus in*

<sup>a</sup> *Horribile, horrendum, a capo significantem generabilis, ut Euclid. vu, de dome Pici canunt:*

*Horrendum sylvæ et religione parens, hoc est venerabile, Hebreice huc legitur proprie terribilis, quod ad religiosum pavorem spectare potest.*

<sup>b</sup> *Editio, in rectitudine predicationis, invitis Ms., Anglie., Norm., C. Germ., Lorb., Suess., etc.*

<sup>A</sup> sulphur; et erit terra in picas ardentes, nocte et diē non extinguetur in sempiternum (Isai. xxiv, 8, seq.). Quam beatus quoque Job describit, dicens : *Terram tenebrosam et opertam mortis caligine, terram miseriam et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitanus* (Job. x, 21, 22). Habet statuam cum per eam Dominus propitiis pollicetur, dicens : *Sicut cali nvi et terra nova, quæ ego stare facio coram me, dicit Dominus; sic stabit semen vestrum et nomen vestrum* (Isai. LXVI, 22). Illi enim veritatem coram Domino stant, qui vitam spem in prævitatem non dissipant. Habet altitudinem cum statim subdit : *Et erit mensis ex mense, et Sabbathum ex Sabato, et veniet omnis caro ut adoret coram facie mea, dicit Dominus* (Ibid., 23). Quid est mensis nisi persilio dierum? Et quid est Sabbathum nisi requies in qua fieri opus servile non licet? Mensis ergo ex mense est, quia qui hic perfecte vivunt, illuc ad perfectionem gloriæ perducuntur. Sabbathum vero ex Sabato est, quia qui hic cessant a perverso opere, illic quiescent in coelesti retributione. Habet etiam horribilem aspectum cum protinus adjungit : *Et egrediuntur et videbunt cadavera virorum, qui prævericati sunt in me. Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur* (Ibid., 24). Quid enim horribilius dici, quid cogitari potest, quam damnationis vulnera suscipere, et dolores vulnerum nunquam finire! De hoc horribili aspectu rotorum bene per Sophoniam dicitur, cum supervenire duris mehtibus dies judicii denuntiatur : *Justa est dies Domini magnus, justa et velox nimis. Vos diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis et angustie, dies calamitus et misericordie, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubæ et clangoris* (Soph. 1, 14).

19. Sed quia exterioris rotæ dicta posuimus, restat nunc ut interioris quoque statuam, altitudinem, et horribilem aspectum proferre debeamus. Habet quippe rotæ interior statuam suam cum per sanctum Evangelium ad terrena desideria incurvata nos prohibet, Redemptoris nostri vocibus dicens : *Attende ut non graven tur corda vestra in croupa et ebrietate, aut in curis hujus vite* (Luc. XXI, 34). Habet altitudinem cum de eodem Redemptore promittit, dicens : *Quoniam autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri* (Joan. i, 12). Quid enim hac potestate altius, quid hac altitudine sublimius dici potest, in qua creatus quisque efficitur filius creatoris? Habet horribilem aspectum cum de reprobis loquitur, dicens : *Ibunt hi in supplicium exterum* (Math. XXV, 46). Habet altitudinem cum Veritas discipulos admonet, dicens : *Venidit quæ possidetis, et date elemosynam. Facile nobis sacculos non intercedentes* (Luc. XII,

<sup>c</sup> *Ita C. Germ. et alii antiquiores. Vulgati, judicato proposito.*

<sup>d</sup> *Ed. 1502, crasso errore, ei sumus ejus; quem tamquam sequentes fiduciores, excepto nemine, propagarunt et receperunt, inconsultis MSS. et ipso Isaiæ texu.*

56). Habet prouissionis altitudinem cum dicit : *Ve-* nient ab Oriente et Occidente, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno celorum (Matth. viii., 11). Habet horribilem aspectum cum subdit : *Filiis autem regni ejicientur in tenebras exterioribus; ibi erit fletus et stridor dentium* (*Ibid.*, 12). Quibus 1222 rursum voce Veritatis dicitur : *Vos in peccatis vestris moriemini* (*Joan.* viii., 21, 24). Habet staturam cum primi pastoris vocibus dicit : *Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis et charitatem* (*II Petr.* i., 5). Habet altitudinem cum paulo post dicit : *Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in aeternum regnum Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi* (*Ibid.*, 11). Qui rursus bonis pastoribus pollicetur, dicens : *Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam* (*I Petr.* v., 4). Habet horribilem aspectum cum dicit : *Adveniet autem dies Domini ut sur, in qua caeli magnō impetu transibunt, elementa vero calore solventur* (*II Petr.* iii., 10, 6). Cum haec igitur omnia dissolvens sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus, exspectantes et proponentes in adventum diei Dei per quam coeli ardentes solventur, elementa vero ignis ardore tabescere? Habet staturam cum per Paulum nos a terrenis desideris erigit, dicens : *Mortificate membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quae est idolorum servitus* (*Coloss.* iii., 5). Habet altitudinem cum promittit, dicens : *Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria* (*Ibid.*, 3). Habet horribilem aspectum cum minatur, dicens : *In revelatione Domini nostri Iesu Christi de celo, cum angelis virtutis ejus in flamma ignis, dantis vindictam his qui non reverentur Deum, et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Iesu Christi, qui paenas dabunt in inferitu aeternas a facie Domini, et a gloria virtutis ejus* (*II Thess.* i., 7). Habet staturam cum nos admonet, dicens : *Videte, ne quis alicui malum pro malo reddat, sed semper quod bonum est sectamini in invicem et in omnes* (*I Thess.* v., 15). Habet altitudinem cum promittit, dicens : *Si commorimur, et convivemus, si sustinemus, et conregnabimus* (*II Tim.* ii., 11). Et rursum : *Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis* (*Rom.* viii., 18). Habet horribilem aspectum cum minatur, dicens : *Terribilis quedam expectatio iudicii, et ignis temulatio, quae consumptura est adversarios* (*Hebr.* x., 27). Qui rursus ait : *Horrendum est incidere*

<sup>a</sup> C. Germ. et Corb., puritatem.

<sup>b</sup> Excusi, transient, licet in MSS. C. Germ., Norm., Longip., et pene omnibus, legamus transibunt.

<sup>c</sup> Gussanv., per quem, recedendo a MSS. et superioribus Excusis.

<sup>d</sup> Norm., non obedierunt.

<sup>e</sup> Editi omnes, terribilis quidem, quibus nulli ex

A in manus Dei viventis (*Ibid.*, 31). Quae omnia brevi quoque sententia stringit, dicens : *Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum* (*Ephes.* iii., 18). Lata quippe est charitas, quia et inimicorum dilectionem capit, et per eam charitatem qua nos Deus omnipotens late diligit etiam longanimiter portat. Illoc ergo nos debemus exhibere proximis, quod indignis nobis a creatore nostro conspicimus exhiberi. Latitudo itaque et longitudo ad staturam pertinet, quia per amorem mores dilatat, ut fraterna mala charitas longanimiter portet. Sublimitas autem est aeternorum illa remuneratio praemiorum, de cuius immensitate dicitur : *Quia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus diligentibus se* (*I Cor.* ii., 9). Habet ergo in sublimitate altitudinem, quia aeterna 1223 sanctorum gaudia nulla nunc prevalent cogitatione penetrari. Profundum quoque est illa inestimabilis damnatio suppliciorum, quae eos quos suscepit in ima deenergit. In quibus sacra eloquia horribilem aspectum habent, quia inestimabilem terrorem abundantibus incutiunt, cum supplicia inferni loquuntur. Bene ergo dicitur : *Statura quoque erat rotis, et altitudo, et horribilis aspectus, quia Scriptura sacra in utroque Testamento 1224 et admonendo recta est, et promittendo alta, et minando terribilis.*

Haec nos, fratres charissimi, hodierna die largiente Domino, dixisse sufficiat, ut ad disserenda ea quae subjuncta sunt otio reparati redeamus, in auctore omnium Deo et Domino nostro Iesu Christo confidentes, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

#### HOMILIA VII.

Exponitur versus 18 cum quinque sequentibus, maxime de sacræ lectionis utilitate, et de exhibendis ea cantione charitatis officiis, ut nobis potissimum per penitentiam intendamus.

1225 1. Sicut nostis, fratres charissimi, consuetudo prophetæ est nunc ista, nunc illa aspicere, et ab aliis in aliud subito verba & derivare, sicut Psalmista cum de Domino loqueretur, dicens : *Deus iudex justus, fortis et longanimis, nunquid irascitur per singulos dies? Nisi convertamini, gladium suum vibravit, arcum suum telendit, et paravit illum; et in ipso paravit rasa mortis, sagittas suas ardenter effecit* (*Psal.* vii., 12, seq.); repente subiungit : <sup>1</sup> *Concepit dolorem, et peperit iniquitatem; lacum aperuit, et effudit eum, et incidit in solem quam fecit* (*Ibid.*, 15). Ecce cum Domini narraret justitiam, quasi non mutata voce, repente peccatoris intulit culpam. Quod unum me exempli causa dixisse sufficiat, quia quisquis in prophetis usum lectionis habet, quam crebro

MSS. nostris favent. Frequenter autem prioribus Edit. labentibus, ceteri incaute collabuntur.

<sup>1</sup> Longip., gloria..... prævalet.

<sup>2</sup> Suesc., declinare.

<sup>3</sup> Ita MSS. omnes. At, ipsis renitentibus, Vulgati habent : et patiens.

<sup>4</sup> In plur. Norm. : Ecce parturit in iust. Concepit, etc.

ista faciant non ignorat. Unde nunc Ezechiel propheta cum de rotis loqueretur, adjunxit :

VERS. 18. — *Et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsorum quatuor.*

2. Qui enim non ipsarum, sed *ipsorum* dixit, profecto indicat quia repente sermo ejus a rotis ad animalia rediit. Per quæ nimur perfecti quique, ut prædictum est, designantur. Corpora itaque animalium idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est, bona desiderabiliter providens, mala solerter cavens. Et hoc est laboriosius, <sup>a</sup> ubi sanctorum mens vehementer invigilat, ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondant. Circumspecta ergo est vita sanctorum, ne sic sit libera, ut superba sit, quia sæpe superbia excedit in verbis, <sup>b</sup> et videri appetit libertas puritatis. Ne sic sit humilius, ut formidolosa, quia aliquando timor restringit animum, et loqui quæ recta sunt non presumit, sed tamen in ipsa timida cogitatione humilitatem esse se simulat. Ne sic sit parca, ut tenax sit, quia plerumque tenacia parcimonia appetit æstimari, ut juste ac necessarie videatur tenere quidquid agenti proximo misericorditer non vult impendere. Ne sic sit misericors, ut effusa sit, quia nonnunquam effusionem esse misericordiam putat. Aliud enim est pietatis studio necessaria proximis dare, atque aliud ea quæ **1224** possidentur sine mercedis intentione dispergere. Quidquid ergo agitur, in radice intentionis pensandum est quo merito apud judicium creatoris habeatur. Unde et idem creator dicit : *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit* (*Luc. xi, 34*). Oculum videbit intentionem, corpus vero actionem nominans. Quia si nostra intentio apud Deum simplex fuerit, in ejus judicio nostra actio tenebrosa non erit. Igitur quia sancti viri solerter invigilant ut se undique aspiciant, et ubique custodiant, ne aut mala propter ea ipsa appetant, aut hæc eadem sub specie bonorum agant, scilicet ne se eis virtutis virtutes esse mentionantur, totum corpus plenum in circuitu oculis habent, quia omnis eorum actio providentia sollicitudinis et repletur et circumdatur.

3. Hinc est quod Paulus apostolus dum cuidam pœnitenti de perpetrato facinore <sup>c</sup> Corinthios prosiceret voluisse misereri, ait : *Si cui aliquid donastis, et ego.* Nam et ego quod donavi, propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur a Satana. Non enim ignoramus cogitationes ejus (*II Cor. ii, 10*). Si enim parcendum erat, <sup>d</sup> cur se humilitate tanta voluntati discipulorum magister egregius socialis, ut neque ipse discipulis, neque ab eo discipuli in compassionis causa divisi viderentur, nisi quia sollicito providentiae oculo attendit, quod plerumque dum alter donat, alter irascitur? Et quale est jam misericordiae sacrificium, quod cum discor-

<sup>A</sup> dia proximi offertur? Unde recte ait : *Ut non circumveniamur a Satana.* Non enim ignoramus cogitationes ejus. Quia videlicet inde alterius cordi rixæ malum solet immittere, unde alterum conspicit pietatis negotium fecisse. Imperfectum enim bonum est quod sic agitur, ut ne quid ei ex alio latere mali subrepatur non attendatur, nisi forte hoc quod sine cujuspiam scandalo fieri non potest, culpa sit non fecisse.

4. Hoc vero ideo dicimus, <sup>e</sup> ut notum vestre dilectioni faciamus quia in nostro bono opere aliquando cavendum est scandalum proximi, aliquando vero pro nihilo contemnendum. Quod <sup>f</sup> in ipso nostro auctore didicimus, qui, dum tributum Petro inquisito poteretur, prius paradigma **1225** proposuit, per quod se nihil debere respondit, dicens : <sup>g</sup> *Reges ter-*

<sup>B</sup> *re a quibus accipiunt tributum vel censem, a filiis suis, an ab alienis* (*Matth. xvii, 24, 25*)? Cui cum dicceretur *Ab alienis*, illico respondit : *Ergo liberi sunt filii.* Sed postquam liberum se esse monstravit, ne fortasse scandalum cuiquam faceret, subdidit : *Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum, et eum pisces qui primus ascenderit tolle, et aperio ore ejus invenies statarem; illum sumens da eis pro me et te* (*Ibid., 26*). Qui rursum cum diceret quia omne quod in os intrat non coquinat hominem, tunc accedentes discipuli dixerunt ei : *Scis quia Pharisæi, auditio hoc verbo, scandalizati sunt?* (*Matth. xv, 11, seq.*) At ille respondens, ait : *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos, cœci sunt, et duces cœcorum.* Ecce magis stra Veritas, ne in quorundam cordibus scandalum gigneretur, quod non debuit tributum dedit; et rursum quia generari scandalum in quorundam cordibus contra veritatem vidi, in suo eos scandalum remanere permisit.

5. Ex qua re nobis considerandum est quia, in quantum sine peccato possumus, vitare proximorum scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum quam veritas relinquatur. Corpora ergo animalium plena sunt oculis cum se hinc inde caute circumspiciunt.

6. Sed sciendum nobis est quia sæpe, dum aliis rebus intendimus, sit ut alias negligamus; et ubi negligimus, ibi procul dubio oculum non habemus. Nam Pharisæus ille qui ascenderat in templum orare, testante Evangelio, quid dixit agnovimus. Ait enim : *Deus, gratias ago tibi* (*Luc. xviii, 11*). Recte autem gratias Deo agebat, a quo acceperat bona quæ fecerat. Qui etiam subjungit : *Quia non sum sicut cœteri hominum, raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus; jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo* (*Ibid., 12*). Ecce ad exhibendam abstinentiam, ad impendendam misericordiam, ad referendas Deo gratias oculum Pharisæus habuerat, sed ad humilitatis custodiā oculum non habebat. Et

\* Vulgati, excepto Gussanv., ut volumen nostræ dilectionis; quo sensu? nos latet.

<sup>f</sup> Val. Cl., quod ipso nostro auctore didicimus.

<sup>g</sup> Plur. Norm., reges gentium.

<sup>a</sup> Vulgati, quia sanctorum.  
<sup>b</sup> Vatic. cum Suess., et audiri appetit.  
<sup>c</sup> C. Germ., Corinthis voluisse misereri.  
<sup>d</sup> Vatic., cur se humilitati tantæ voluntatis. Prælivit Corb. Cod.

quid prodest quod contra hostium insidias pene tota civitas caute custoditur, si unum foramen aperium relinquitur, unde ab hostibus intretur? Quid ergo prodest custodia quæ pene ubique circumponitur, quando inimicis tota civitas per neglectum loci unius aperitur? Pharisæus autem qui jejunium exhibuit, decimas dedit, Deo gratias retulit, quasi pene per circuitum in suæ civitatis custodia vigilavit. Sed quia unum in se foramen superbie non attendit, ibi hostem pertulit, ubi per negligentiam oculum clausit. Quia ergo sanctorum mentes undique se circumspicientes invigilant, atque in omni suo opere pavoris et sollicitudinis oculum circunducunt, ne aut prava agant, aut recta quæ præcepta sunt non agant, aut bonis scilicet expletis, in suis cogitationibus intumescent, et tanto gravius offendant quanto justi videntur foris et occultius peccant, recte dicitur : **Totum corpus eorum plenum oculis in circuitu.**

7. Scendum quoque quod in translatione veteri non habetur : **Totum corpus eorum plenum oculis in circuitu**, sed dicitur : **Dorsa eorum plena oculis.**

**1226** Quæ videlicet sententia ab ædificationis intellectu non diserebat. Ea enim quæ sunt in facie sæpe etiam peccatores homines custodiare solent. Justi autem viri, quia se et in eis custodiunt quæ in promptu et in facie non videntur, in dorsis oculos habere referuntur. Qui ergo et ea quæ in occultis sunt discutiunt, atque ab ipsis se custodiunt quæ latentes, profecto oculos in dorsis habent. Quod tamen intelligi et aliter potest, quia ea quæ sunt ante faciem nostram videmus, dorsa autem nostra aliis in nobis videt, et nos videre non possumus. Quia autem sancti viri solerter se aspiciunt in quibus ab aliis judicari possunt, et districte se vident, sicut sæpe districte ab aliis videntur, qui in se nec ea quæ <sup>a</sup> se latere poterant ignorant, humen in dorso portant. Sequitur :

**Vers. 19.** — *Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter et rotæ juxta ea; et cum elevarentur animalia de terra, elevabantur simul et rotæ.*

8. Ambulant animalia cum sancti viri in Scriptura sacra intelligent quemadmodum moraliter vivant. Elevantur vero a terra animalia, cum sancti viri se in contemplatione suspendunt. Et quia unusquisque sanctorum quanto ipse in Scriptura sacra proficerit, tanto haec eadem Scriptura sacra proficit apud ipsum, recte dicitur : *Cum ambularent animalia, ambulabant pariter et rotæ*<sup>b</sup>; *et cum elevarentur animalia de terra, elevabantur simul et rotæ*, quia divina eloquia cum legente crescunt; nam tanto illa quisque altius intelligit, quanto in eis altius intendit. Unde nec elevantur rotæ, si non elevantur animalia, quia nisi legentium mentes ad alia proficerint, divina dicta, velut in imis, non intellecta jacent. Cum enim legenti cuiilibet sermo Scripturæ sacrae (si <sup>c</sup> tepidus videtur sensus

A divini eloquii) ejus mentem non excitat, et in cogitatione sua nullo intellectus lumine emicat, rota et otiosa et in terra est, quia animal non elevatur a terra. At vero si animal ambulet, id est bene vivendi ordinem querat, et per gressum cordis inveniat quemadmodum gressum boni operis ponat, ambulant pariter et rotæ, quia tantum in sacro eloquio proiectum invenis, quantum apud illud ipse proficeris. Si vero pennatum animal sese in contemplatione te-tenderit, rotæ protinus a terra sublevantur, quia terrena non esse intelligis, quæ prius in sacro eloquio juxta terrenum morem dicta credidisti. Fitque ut Scripturæ sacrae verba esse cœlestia sentias, si accensus per contemplationis gratiam temetipsum ad cœlestia suspendas. Et mira atque ineffabilis sacri B eloquii virtus agnoscitur, cum superno amore legentis animus penetratur. Quia ergo animal ad alta se sublevat, rota volat. Sequitur :

**Vers. 20.** — *Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu et rotæ pariter levabantur, sequentes eum.*

9. Quo enim spiritus legentis tendit, illuc et divina eloquia levantur, quia si in eis altum quid videndo et sentiendo quæsieris, hæc eadem sacra eloquia tecum crescunt, tecum in altiora ascendunt. Bene autem de eisdem rotis dicitur : *Sequentes eum.* Legentis enim spiritus, si quid in eis scire morale aut historicum querit, sensus hunc moralis historia sequitur. Si quid typicum, mox **1227** figurata locatio agnoscitur. Si quid contemplativum, statim rotæ quasi pennas accipiunt, et in aere suspenduntur, quia in verbis sacri eloquii intelligentia cœlestis aperitur. *Quocunque ergo ibat spiritus, illuc eunte spiritu et rotæ pariter levabantur, sequentes eum.* Rotæ enim spiritum sequuntur, quia verba sacri eloquii, ut sæpe jam dictum est, juxta sensum legentium per intellectum crescent.

10. In una enim eademque Scripturæ sententia alias sola historia pascitur, <sup>d</sup> alius typicam, alius vero intelligentiam per typum contemplativam querit. Et fit plerumque ut, sicut dictum est, in una eademque sententia cuncta simili tria valeant inventari. Moyses enim cum de ardenti rubro vocatus fuisse (Exod. iii, 3), accessit propius ut videret visum, et ecce rubus ardebat, et non consumebatur. Magnum est hoc miraculum. Si solam in eo historiam requiras, est unde legentis nutritur animus, ut videas quod in ligno ignis ardeat, et non consumat. Jam vero si typicam intelligentiam queras, quid flamma nisi legem, de qua scriptum est : *In dextera ejus ignea lex* (Deut. xxxiii, 2)? et quid rubus ille, nisi Judaicum populum designavit, peccatorum suorum spinis obsitum? Sed rubus ardens consumi non potuit, quia Iudaicus populus et ignem quidem legis accepit, et tamen peccatorum suorum spinas non

<sup>a</sup> Desideratur vocula *se* in Editis. In diversis MSS. varie hic legitur. In Norm. *qua in se nec ea quæ se latere.* In Suess. *qua in re.* C. Germ. et Longip., qui in *se.*

<sup>b</sup> Additur in C. Germ. et in Suess., *juxta ea.*

<sup>c</sup> Deest particula *si* in Suess., Longip. et pler. Norm. Legitur in C. Germ. et plur. aliis MSS. necon in Vulgatis.

<sup>d</sup> Ita C. Germ., Norm. et pene cæt. In excusis autem, aliis typica, aliis vero.

deseruit, nec ejus via divini sermonis flamma con- A  
cremavit. Fortasse in hoc facto aliis majora per typum contemplari desiderat. Hujus quia sensus ex-  
crescit, elevantur pariter et rotæ. Inter homines enim  
perfectus homo factus est unicus Dei Filius, qui sua  
peccata non habuit, sed spinas nostræ nequitiae  
suscepit, atque usque ad passionem pro nobis humiliari dignatus est, et in semetipso ignem tribula-  
tionis nostræ suscipere. Sed arsit, et non arsit, quia  
et ex humanitate est mortuus, et tamen immortalis  
ex divinitate permansit. Suscepit a nobis unde sacri-  
ficium fieret pro nobis, et tamen impassibilis atque  
incommutabilis permanens in propriis, ut nos com-  
mutaret a nostris. Alius fortasse <sup>b</sup> per historiam,  
moralitatem, siquæ aliis per allegoriam intelligentiam  
contemplationem requirit. Patet cunctis iuxta histo-  
riam hoc quod in lege scriptum est, ut <sup>c</sup> turtur quæ  
pro peccato offertur, retorqueatur caput ejus ad pen-  
nulas, ita ut collo inhæret, et non penitus abrumpatur (*Lerit.* 1, 15; v, 8). In quibus verbis dubius le-  
gentibus sensus historicus non est. Sed si hæc intel-  
ligere moraliter requiras, agitur rota dum ad  
moralem intelligentiam ducitur sacri verbi sententia.  
Nos enim ipsi in omnipotentis Dei sacrificio esse  
turtur debemus, ita ut caput nostrum <sup>d</sup> retorqueatur  
ad pennulas, id est animus ad virtutes. Non enim  
imperito per caput mentem intelligimus, quia sicut  
caput corpus, ita mens actiones regit. Sed caput ad  
pennulas retorqueri præcipitur, ut ea quæ dicis facias,  
et os ad opera conjungas. Nec ita caput abscindendum  
est, ut a corpore dividatur, sed ex parte decisum, cor-  
pori suo jubetur inhærente, quia videlicet mens nostra  
a carnali delectatione incidenda est, sed a carnis  
cura necessaria incidenda non est. Hinc enim **1228**  
scriptum est: *Carnis curam ne feceritis in desideriis* (*Rom.* xiii, 14). Quæ ergo in desideriis fieri prohibe-  
tur, procul dubio in necessitate conceditur. Caput  
ergo turturis ex parte abscissum est, et ex parte  
inhæret, ut, sicut dictum est, et <sup>e</sup> a voluntate carnis  
mens nostra incisa sit, et tamen a necessitate non  
sit abscissa. Quid, si hoc sacrificii genus sub typica  
Redemptoris nostri intelligentia aliis ad contempla-  
tionem requirat? Ascendat ergo ad fortiora animus,  
eleventur animalia, ut eleventur pariter et rotæ. Quis  
enim caput nostrum est, nisi Redemptor generis hu-  
mani? De quo scriptum est: *Ipsum dedit caput supra  
omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius* (*Ephes.* 1, 22).  
Quem cum Judæi persequerentur, nomen ejus delere  
de terra conati sunt. Cumque cum crucifixum et se-  
pultum viderent, hunc se ab amore omnium di-  
sisse crediderunt. Sed caput turturis et incisum est,  
et tamen a suo corpore divisum non est, quia ex eo

A quod pro nobis mortem pertulit, omnes nos sib  
verius in ipse suæ morte conjunxit; et per hoc quod  
se nostris oculis visibiliter substraxit, <sup>f</sup> nostris se-  
mentibus invisibiliter radicavit. Caput ergo turturis  
incisum inbarsit corpori, quia pro nobis quidem Re-  
demptor noster passus est, sed a nobis separatus  
per passionem non est. Quia igitur dicta sacri eloqui  
cum legentium spiritu excrescent, recte nunc dici-  
tur: *Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu et  
rotæ pariter levabantur, sequentes eum.* Et subditur:

Ibid. — *Spiritus enim vitæ erat in rotis.*

B 11. In rotis enim spiritus vitæ est, quia per sacra  
eloquia dono spiritus vivificamur, ut mortisera a  
nobis opera repellamus. Potes etiam intelligi quia  
spiritus vadit cum legentis animum diversis modis et  
ordinibus tangit Deus, quando hunc per verba sacri  
eloquii modo in zelo excitans, ad ultiorem erigit,  
modo ad patientiam mitigat, modo in prædicationem  
instruit, modo ad præminentia lamenta compungit.  
Sed curramus breviter per hæc eadem verba quæ dixi-  
mus, et videamus quomodo sequuntur rotæ spiritum,  
qui vitæ spiritus dicitur, et rotis inesse perhibetur.

C Gerte si legentis animum spiritus vitæ in zeli  
servore tetigerit, protinus in sacris eloquiis videt quod  
Moyses, ad castra rediens, et populum per idola  
peccasse cognoscens, bunc per servorem spiritus  
gladiis stravit (*Exod.* xxxii, 27); quod Phineas, pen-  
sequendo luxuriam, iram Domini gladio placavit  
(*Num.* xxv, 8); quod Petrus sibimet mentientes,  
verbō <sup>g</sup> perculit et occidit (*Act.* v, 5, 10). Quod  
Paulus, negligentibus discipulis, <sup>h</sup> virga minatur  
(*1 Cor.* iv, 21).

D 12. Si vitæ spiritus legentis animum ad servandam  
patientiam tangit, statim sequuntur et rotæ, quia in  
sacris eloquiis invenit quod Moyses et Aaron, cum  
loquentes recta persecutiōnem populi passi sunt, ad  
tabernaculum cucurrerunt, pro ipso populo exoran-  
tes quem fugiebant (*Num.* xx, 6). Sancta autem eo-  
rum mens et tumorem superbientium pertulit, et ta-  
men contra eos ad odium non erupit. Patientia enim  
vera est, quæ et ipsi amat quem portat. Nam tol-  
lerare, sed odire, non est virtus mansuetudinis, sed  
velamentum furoris. In eisdem quoque eloquiis  
(*1 Reg.* viii, 2.) invenit quod Samuel de principatu  
dejectus **1229** orasse se etiam pro dejicientibus  
constitutus; quod nemo sanctorum ad coelestem glo-  
riam nisi patientiam servando pervenit; quod ipse  
auctor generis humani spuma, colaphos, spineam co-  
ronam, crucem, lanceam pertulit, et tamen pro per-  
secutoribus oravit.

E 13. Si vitæ spiritus legentis animum ad studium  
prædicationis excitat, statim sequuntur et rotæ,

riores, et a voluptate carnis. C. Germ., Corb., Norm.,  
ut plures non menorem, et a voluntate. Quid mirum  
cum Joan. i legamus, non ex sang., neque ex volun-  
tate carnis.

F Suess., nostris mentibus radiavit.

G Suess. et Longip., percutit.

H Ebroic., Sag., Val. Cl., Longip., Suess., virginem  
minatur.

<sup>a</sup> C. Germ. et Lyr., ex humilitate.

<sup>b</sup> Corb., cui consentit Ed. 1502, *alius historiæ moraliatatem per allegoriam intelligentiam.* Sequitur Germ., Norm., et aliis po iores.

<sup>c</sup> Norm., Val. Cl., Longip., turtur qui.

<sup>d</sup> Longip., retorqueamus ad pennulas, id est ani-  
mos.

<sup>e</sup> Ed. 1502, quam, licet errantem, sequuntur poste-

quia in sacris eloquiis invenit Moyses, jubente Dominino, contra Aegypti regem in quantis se prædicationis liberæ verbis erexit (*Exod.* v, 10); quod Stephanus <sup>a</sup> Judæis perfidiantibus diceret: *Vos semper Spiritui sancto restititis* (*Act. vii*, 51), nec inter lapides timuit (*Ibid.*, 57); quod Petrus, fustibus cæsus, ne in nomine Jesu loqueretur, cum magna libertate respondit: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus* (*Ibid.*, v, 28, 29); quod Paulus catenarum vinculis stringitur (*Philip.* i, 14), sed tamen verbum Dei non est alligatum (*II Tim.* ii, 9).

14. Si vitæ spiritus ad poenitentiae lamenta compungit, sequuntur protinus et rotæ, cum Scripturæ sacræ verba David poenitentem proferunt; quod et reprehensus a propheta, quia subjectus cœlesti Regi non fuit, subjecto increpanti non erubuit consisteri quod fecit (*II Reg.* xii, 13); quod publicanus, qui reatum suæ nequitiae cognovit, etsi injustus ad templum venit, justificatus a templo rediit (*Luc.* xviii, 13, 14); quod Petrus negationis maculas lacrymis lavit (*Math.* xxvi, 75); quod latro qui in cruce cognovit culpam, in ipsa jam morte invenit veniam (*Luc.* xxiii, 43). De quibus adhuc rotis eadem propheta replicat, atque subjungit:

**VERS. 21.** — *Cum euntibus ibant, et cum stantibus stabant; et cum elevatis a terra pariter elevabantur et rotæ, sequentes ea, quia spiritus vitæ erat in rotis.*

15. Hæc, sicut nostis, fratres charissimi, ex maxima parte jam dicta sunt, sed iterata descriptione narrantur. Nec nos itaque pigrat eadem breviter exponendo repetere, quæ spiritus per proprietatem dignatus est replicando narrare. Hoc enim solum in his verbis novum additur, quod dictum est: *Cum stantibus stabant.* Sunt autem quidam qui usque ad hoc proficiunt, ut terrena quæ acceperunt bene dispensare neverint, misericordiæ operibus intendant, oppressis subveniant. Hi videlicet vadunt, in eo quod se ad proximi utilitatem tendunt. Cum his ergo rotæ gradiuntur, quia sacra eloquia dictorum suorum passus <sup>b</sup> in eorum itinere disponunt. Et sunt alii qui in fide quam acceperunt ita ad tenendum fortes sunt, ut adversis quibusque resistere valeant, et non solum minime ad perversitatem trahantur perfidiae, sed etiam perversa loquentes impugnent, eosque ad rectitudinem pertrahant. Cum istic stantibus stant et rotæ, <sup>c</sup> quia eis rectitudinem suam sacri eloquii verba confirmant, cum in eis audiunt: *State et tenete traditiones quas didicistis* (*II Thess.* ii, 15). Et rursum: *Adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret, cui resistite fortes in fide* (*I Petr.* v, 8, 9). Et sunt alii qui omnia terrena despiciunt, nulla quæ prætereunt, possidere dignantur, et in Dei se, ut prædictum est, contemplatione suspendunt. Cum his ergo elevatis et rotæ pariter levantur, quia in quantum quisque

<sup>a</sup> Hæc vox perfidiantibus, alias insolens, legitur in MSS. C. Germ. et plerisque Norman. In Suess. vero et Longip., *Judæis lapidantibus*.

<sup>b</sup> C. Germ., Becc., Rothom., in ejus itinere, fortasse proximi. Duo priores Cod. habent, disponuntur.

A ad alta proficerit, instantum ei et sacra eloquia de altioribus loquuntur. Vadunt ergo animalia ad utilitatem proximi, **1230** stant ad custodiæ sui, elevantur ad contemplationem Dei.

16. Sed et rotæ pariter vadunt, stant, elevantur, quia quæsita sacra lectio talis invenitur, qualis et sit ipse, a quo queritur. Ad activam enim vitam profecisti, ambulat tecum. Ad immobilitatem aliquid constantiam spiritus profecisti, stat tecum. Ad contemplativam vitam per Dei gratiam pervenisti, volat tecum. Et rursum subditur: *Quia spiritus vitæ erat in rotis.* Quod idcirco secundo dicitur vitæ spiritus in rotis esse, quia Scripturæ sacræ duo sunt Testamenta, quæ utraque Dei spiritus scribi voluit, ut nos a morte animæ liberaret. Vel certe quia duo sunt præcepta charitatis, dilectio videlicet Dei, et dilectio proximi, per quæ utraque nos sacræ Scripturæ dicta vivificant. Secundo ergo dicitur quod spiritus vitæ erat in rotis, quia dilectionem Dei et proximi capimus in eloquiis divinis. Per præcepta enim Scripturæ sacræ reviviscimus, qui mortui in culpa jacebamus. Unde omnipotenti Domino per Psalmistam dicitur: *In æternum non obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me* (*Psal.* cxviii, 93). Justifications enim præcepta Domini dicuntur, in quibus nos corrigendo justificat. De quibus Psalmista apertius dicit: *In tuis justificationibus meditabor, non obliviscar sermones tuos* (*Ibid.*, 16). In eis itaque nos vivificat, quia per hæc nobis spiritualem vitam demonstrat, eamque per afflatum spiritus nostris mentibus infundit. Quod quia quotidie per donum gratiæ in electorum mentibus agitur, recte dicitur: *Spiritus vitæ erat in rotis.*

17. Hæc nobis Scriptura in tenebris vitæ præsentis facta est lumen itineris. Hinc etenim Petrus ait: *Cui benefacitis intenderes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco* (*II Petr.* i, 19). Hinc Psalmista dicit: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, et lumen semitis meis* (*Psal.* cxviii, 105). Scimus tamen quia et ipsa nobis nostra lucerna obscura est, nisi hanc nostris mentibus veritas illustret. Unde iterum Psalmista ait: *Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine, Deus meus, illumina tenebras meas* (*Psal.* xvii, 29). Quid enim lucerna ardens, nisi lumen est? Sed lumen creatum nobis non lucet, nisi illuminetur a lumine non creato. Quia ergo omnipotens Deus ad salutem nostram sanctorum Testamentorum dicta et ipse creavit, et ipse aperuit, spiritus vitæ erat in rotis. Sequitur:

**VERS. 22.** — *Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, <sup>d</sup> extensi super capita eorum desuper.*

18. Hæc, largiente Domino, duobus modis expōnemus, ut lectoris judicio quid eligendum censeat relinquamus. Possunt enim firmamenti nomine co-

<sup>c</sup> Editi, quia in eis. Abest in a Germ., Norm., etc.

<sup>d</sup> Val. Cl., similitudo firmamenti super capita animalium. Abest animalium in Germ.

<sup>e</sup> Pier. Norm., extenta, scilicet similitudo.

les'es potestes intelligi. Quod firmamentum recte quasi aspectus crystalli dicitur, quia videlicet <sup>a</sup> crystallum forte quidem nimis est, sed ex aqua solidatur. Et natura angelica, quando creata est, liberum arbitrium accepit, utrum vellet in humilitate persistere, et in omnipotentis Dei conspectu permanere, an ad superbiam laberetur, et a beatitudine caderet, per similitudinem aqua fuit. Sed quia cadentibus aliis, sancti angeli in sua beatitudine persisterunt, atque hoc acceperunt in munere, **1231** ut jam cadere omnino non possint, in eis natura sua, quia jam <sup>b</sup> duci mutabiliter non potest, quasi in magnitudinem crystalli durata est. Quod crystallum horribile et extensem super capita animalium dicitur, quia illæ potestes angelicæ, quæ omnipotentis Dei conspectui assistunt, nobis adhuc in hac corruptione positis, terribiles atque pavendæ sunt. Quorum nunc gaudia, quia sensum nostrarum mentium excedunt, super capita animalium esse memorantur. Quis enim in carne corruptibili positus comprehendere valeat quæ sit illa angelorum ineffabilis et sine fine lœtitia? quæ beatitudo, sine defectu vultum vide creatoris, atque in ejus delectatione sine immutatione persistere?

**19.** Potest autem firmamenti nomine ipse per figuram noster Redemptor intelligi, verus Deus super omnia, et factus inter omnia homo perfectus, in quo nostra natura apud Patrem confirmata est. De quo etiam per Psalmistam prophetando dicitur: *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, et super filium hominis quem confirmasti tibi* (*Psal. LXXIX, 18*). Humana etenim natura priusquam a creatore omnium susciperetur, terra erat; nam firmamentum non erat. Peccatori quippe homini dictum est: *Terra es, et in terram ibis* (*Genes. iii, 19*). At postquam assumpta est ab auctore omnium, atque in cœlis sublevata, et super angelos ducta, firmamentum facta est, quæ terra fuit. Sed firmamentum quod aspicitur, cuius habeat similitudinem, subinfertur, cum dicitur: *Quasi aspectus crystalli horribilis*. Crystallum, sicut dictum est, ex aqua <sup>c</sup> congelascit, et robustum fit. Scimus vero quanta sit aquæ mobilitas. Corpus autem Redemptoris nostri, quia usque ad mortem passionibus subjacuit, aquæ simile juxta aliquid fuit, quia nascendo, crescendo, lassescendo, esuriendo, sitiendo, moriendo, usque ad passionem suam per momenta temporum mobiliter decucurrit. Cujus cursum Prophetæ intuens, ait: *Exsultavit ut gigas ad currēdā viam* (*Psal. xviii, 6*). Sed quia per resurrectionis suæ gloriam ex ipsa sua corruptione in

<sup>a</sup> In Ebroic., Gemet., Utic. aliisque Norm., *crystallus fortis*. Neutrius est generis in C. Germ. et aliis, quos sequuntur Editi.

<sup>b</sup> Excederat in Gussanv. vocula *an*, magno sensu et perspicuitatis detimento, quam revocavimus ex Editi et manu exaratis.

<sup>c</sup> Editi, optimo sensu, *dejici mutabiliter*. At in C. Germ. et omnibus MSS. nostris legitur *duci*. In Suess., pro *mutabiliter*, legimus *mirabiliter*.

<sup>d</sup> Gemet., Utic. et ali Norm., *congelescit*.

<sup>e</sup> Vatic. et Gussanv., *suspensi sunt*. Nostra lectio est MSS. omnium. Alteri locum dedit Gilotii conje-

A incorruptionis virtutem convaluit, quasi crystalli more ex aqua duruit, ut in illo et hæc eadem natura esset, et in ipsa quæ jam fuerat corruptionis mutabilitas non esset. Aqua ergo in crystallum versa est, quando corruptionis ejus infirmitas per resurrectionem suam ad incorruptionis est firmitatem mutata.

**20.** Sed notandum quod hoc crystallum horribile, id est pavendum, dicitur. Quis autem nesciat cuius pulchritudinis sit crystallum? Et mirum quomodo in hoc crystallo converiat pulchritudo cum pavore. Sed omnibus vera scientibus constat quia Redemptor humani generis cum judex apparuerit, et speciosus justis, et terribilis erit injustis. Quem enim mansuetum aspiciunt electi, hunc eundem pavendum atque terribilem conspicunt reprobi. Sed hunc ideo tunc electi terribilem non videbunt, quia modo terror illius considerare non cessant. Studiose enim considerant quam terribilis ad judicium veniat, culpas anteactas deflent, imminentes declinant; pavorem illius quotidie ante oculos mentis ponunt, et quam tremendus **1232** apparent sine cessatione suspecti sunt, atque quotidie timendo agunt ne quando venerit pertimescant. Similitudo ergo super capita animalium firmamenti quasi aspectus crystalli horribilis. Et quis ipse pavor ejus, quem in suis cogitationibus tenent, eorum mentes protegit, recte subiungitur: *Extenti super capita eorum desper*. Firmamentum hoc quod in similitudinem crystalli super capita eorum animalium apparel, et horribile et extentum est, quia bonorum mentes unde terret, inde protegit. Si enim pavendus in eorum cordibus non esset, <sup>f</sup> protector et modo a peccatis et post a suppliciis non fuisset. Quia autem semper considerant <sup>g</sup> qui pavor ex judicio immineat, virtutum pennas in rectitudine conservant. Unde et apte mox subditur:

**Vers. 25.** — *Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum.*

**21.** Tunc pennæ virtutum sub firmamento recte sunt, quando bonum quod alter habet, hoc alteri impendit, ut qui terrenam substantiam accepit, indigentis proximi inopiam sublevet; qui doctrinæ gratia plenus est, ignorantis proximi tenebras verbo suæ prædicationis illustreret, qui temporali potestate submixus est, oppressos a violentiis relevet; qui prophætice spiritu plenus est, a vita proximi mala imminentia, bona suadendo, declinet; qui gratiam curationis accepit, <sup>h</sup> intercessione sua saluti infirmantium pie et humiliiter impendat; qui, a terrenis actibus liber, soli Deo vacare meruit, pro delinquentia, qui, pro *suspecti*, in marg. annotavit: *vide num sit suspensi*.

<sup>f</sup> Suess., et modo a peccatis, et post a suppliciis non eripuisse. Secus in C. German. et aliis.

<sup>g</sup> Vulgati emendantes MSS., quis pavor.

<sup>h</sup> Ita omnes MSS. in Edit. Paris. 1518, male, in cessione sua. Gussanv., intercessionem suam.... impendat. Antiquum lectionem omnium MSS. calculo confirmatam fortasse mutavit, quod sensum integrum non crederet. At observare debuit impendat optime referri ad gratiam curationis.

tibus proximis exoret. Fit autem saepe ut qui terrena substantia nimis occupatur orationi non quantum debet invigile. Et fit plerumque ut is qui ad exorandum Dominum cunctis mundi oneribus exutus vacat sustentationem vivendi non habeat. Sed dum dives porrigit alimentum alioque vestimentum pauperi, et dum pauper orationem suam animæ divitis impendit, penæ animalium rectæ alterius ad alterum tenduntur. Nam dum ille mibi verbum prædicationis exhibet, et lumine veritatis ex corde meo ignorantias tenebras expellit, dumque illi ego, quia fortasse a mundi bujus potente opprimitur, solarium meæ defensionis <sup>a</sup> impertior, atque hunc de violentis manibus evello, vicissim nobis pennas nostras tendimus, ut nos affectu et ope vicaria ex bono quod accepimus tangamus. Unde bene primus pastor admonet, dicens : *Omnium finis appropinquavit. Estote itaque prudentes, et vigilate in orationibus; ante omnia mutuam in vobis metipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitalites invicem sine murmurationibus. Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterum illam administrantes* (*I Petr. iv, 7, seq.*). Quod ergo apud Ezechiem pennæ, hoc apud Petrum apostolum accepta gratia dicitur. Et quod ille ait : *Rectæ pennæ alterius ad alterum, hoc Ecclesiae pastor dicit : Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterum illam administrantes* (*Ibid., 10*). Peunæ enim nostræ rectæ jam non sunt, si ad utilitatem nostram solummodo reflectuntur. Sed tunc rectæ sunt, cum in utilitatem proximi dirigimus quod habemus. Quia enim **1233** bona nostra non a nobis sunt, sed ab eo hæc accepimus a quo factum est ut essemus, tanto ea nobis non debemus retinere privata, quanto ea nobis conspicimus ab auctore nostro ad communem utilitatem data. Unde recte Petrus apostolus in exhortatione hujus rei sublit, dicens : *Sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei* (*I Petr. iv, 10*). Atque adhuc adjicit : *Si quis loquitur, quasi sermones Dei; si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat Deus* (*Ibid., 11*). Ac si aperte dicat : Illūmīlēt impendite bonum proximis, quia scitis vobis non a vobis esse quod habetis. Quælibet enim penna virtutis cum ad proximum impertiendo tenditur, recta non erit, si humilitate caruerit. Sequitur :

*Ibid. — Unumquodque duabus aliis velabat corpus suum, et alterum similiter velabatur.*

**22.** Quia per corpus actio, per alas vero virtutes signantur, supra jam diximus (*Hom. 4, n. 5*). Et cum dicat : *Sub firmamento autem pennæ eorum recte alterius ad alterum, querendum est* <sup>b</sup> qualiter subditur : *Unumquodque duabus aliis velabat corpus suum*. Quia in re hoc patenter indicatur, quia et pennas <sup>c</sup> alias ad alterum tendebant, et tamen duabus aliis corpus proprium velabant. Quid est hoc, nisi quia sic debe-

<sup>a</sup> Editi, impertior. Præferimus lect. MSS. C. Germ., Norm., etc.

<sup>b</sup> Norm. et plur. MSS., quod item subditur. Retinimus receptam in Vulgatis lect., quæ est German. et antiquiorum.

<sup>c</sup> Ita Sueas. et C. Germ., a secunda manu, sed an-

A mus virtutes quas accepimus, aliis impendere, ut ea in quibus peccavimus, non desinamus caute cogitare, et reatum nostrum quotidie per timorem et poenitentiam plangere? Duas enim alas superius, quibus corpus velatur, timorem et poenitentiam diximus. Sic ergo in charitate crescamus, ut pennas <sup>d</sup> tendamus in proximos; et nunquam desinamus engitare et plangere nosmetipos. Pennæ tantum juxta, pennæ cooperant corpora, ut et de bonis actibus præbeamus exempla, et mala quæ egimus abscondant a judicio timor et poenitentia. In translatione autem veterij de his alis dicitur : *Singulis duas conjunctæ, et tegentes corpora eorum*. In quibus verbis intelligitur quia et ipsæ erant pennæ quæ jnngebantur alterius ad alterum, et ipsæ quæ eorum corpora cooperabant.

**B** Quod per figuram bene accipitur, quia illæ nos virtutes apud omnipotentem Deum protegunt, quas ex charitate proximis imperitum atque conjungimus; cum quibus dum concorditer vivimus, mala quæ fecimus velamus. Possunt ergo etiam per has alas duo præcepta charitatis intelligi, amor scilicet Dei, et proximi. Amando enim Deum, nostra in nobis mala persequimur, id est corpus velamus. Diligendo autem proximum, ei in quo prodesse possumus festinamus, id est alas ad alterum tendimus.

**C** **23.** Hoc autem quod subditur, *Et alterum similiter velabatur, in translatione veteri non habetur*. Et quæri potest cur postquam dictum est : *Unumquodque duabus aliis velabat corpus suum, subiungitur : Et alterum similiter velabatur*. Translationem autem Septuaginta interpretum, Aquilæ, Theodotionis, et Symmachii sollicite perscrutantes, nihil ex his verbis invenimus; sed beati Hieronymi scripta relegentes **1234** agnovimus quia hanc sententiam in Hebreæ veritate ita positam, non quidem juxta verbum, sed juxta sensum invenerit. Quæri etenim potest cur postquam dictum est : *Unumquodque velabat corpus suum, statim subditur : Et alterum similiter velabatur*. Si enim diceret unum et alterum, loquendi ratio stare. Postquam vero dictum est *Unumquodque*, cur adjicetur *alterum*, cum in unoquoque omnes comprehenduntur? Sed si et perfectiorum vitam, et proficientium merita distinguimus, et unumquodque et alterum non irrationaliter positum videmus. Qui enim et sua deflent, et virtutum pennas ad proximos in exemplum tendunt, procul dubio perfecti sunt. Sunt autem plerique parvolorum qui eorum lacrymas conspiciunt et imitantur. Et qui pudi in suis pravitatibus esse potuissent, sanctos vigilantioresque viros considerant; moxque suis pravitatibus irati, accenduntur ut plangent, et inflammantur ad poenitentiam. Atque ut velare sanctos corpora sua conspiciunt, ita ipsi quoque lacrymarum suarum aliis velantur. Scipios enim magnis increpationibus seriunt; cur qui virtutes non habent peccata sua minime detinua. Prius legebatur ut habent Editi, alias ad alterum. In Val. Cl., *pennas et alas*.

<sup>d</sup> Norin. pler. et Longip., *tendamus in proximos; sic pennas tendamus in proximos, ut non desinamus*. Germ. et alii expertes sunt hujus repetitionis.

plorant, si adhuc et illi plangere non desinunt, qui jam virtutum pennas per exempla ad proximos tendunt.

**24.** In quibus verbis necesse est ut nos qui parvuli adhuc sumus perfectorum semper et virtutes et lacrymas ante mentis nostrae oculos ponamus. Imitemur quæ in illis aspicimus, ut dum cœperimus per incrementa crescere, possimus ab illo districto examine mala quæ fecimus velare. In assiduis enim fletibus, in quotidiana nostra penitentia habemus sacerdotem in celis, qui interpellat pro nobis. De quo etiam per Joannem dicitur : *Si quis peccaverit, adrogatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris* (*I. Joun. ii, 1*). <sup>a</sup> Ecce exultat animus cum advocati nostri <sup>b</sup> potentiam audimus. Sed exultationem nostram iterum remordet timor, quia ipse qui nobis advocatus est dicitur justus. Nos enim <sup>c</sup> causas injustas habemus, justus vero advocatus injustas causas nullo modo suscepit, nec verba dare pro injustitia consentit. Quid ergo agimus, charissimi fratres mei ? Sed ecce occurrit animo quid agamus. Mala quæ fecimus, et deseravimus, et accusemus. Scriptum est : *Justus dicitur in principio accusator est sui* (*Prov. xviii, 17*). Quilibet etenim peccator conversus in fletibus jam justus esse inchoat cum cœperit accusare quod fecit. Cur enim justus non sit qui contra suam injustitiam jam per lacrymas sœvit ? Justus igitur advocatus noster justos nos defendet in judicio, quia nosmetipso et cognoscimus et accusamus injustos. Non ergo in fletibus, non in actibus nostris, sed in advocati nostri allegatione C confidamus, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA VIII.

**A**versu 24 quæ supersunt capitis primi explicitantur, cum initio capituli secundi ; et de Christi divinitate, de verbi Incarnatione, de prædicione, de Ecclesiæ congregatione, multiplicatione, unitate, plurimis disseritur.

**1235** Quod per exempla justorum multi proficiunt, superioris locationis sine tractatum est. Atque hoc ipsum propheta nobis certius aperit cum his quæ dixerat adjungit :

**I. VERS. 24. — \* Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum.**

**1.** Solent in sacro eloquio per aquas, populi designari. Uude per Joannem dicitur : *Aqua vero sunt populi* (*Apoc. xvii, 15*). Idcirco autem aquis populus designatur, quia et in vita sonum habet ex tumultu carnis, et quotidie defluit ex decursu mortalitatis. Ut autem saepe jam diximus, alæ sunt animalium, virtutes sanctorum. Quid est ergo quod propheta alarum sonum audit quas sonum aquarum multarum, nisi quod

<sup>a</sup> Suess., *ecce exultamus*.

<sup>b</sup> Val. Cl., *patientiam*.

<sup>c</sup> Editi, *causas injustitiae*.

<sup>d</sup> Val. Cl., *in principio sermonis*.

<sup>e</sup> C. Germ., Longip. et al., *et audiui*.

<sup>f</sup> Norm., *conversione*.

<sup>g</sup> Idem., *quanti conversi peccatores*.

<sup>h</sup> Ita C. Germ., Corb., Suess., Val. Cl. et Norm.

A omnipotenti Dei pietate illæ alæ virtutum, quæ in paucis prius sanctis sonabant, etiam nunc prædicatione diffusa, in multarum populorum <sup>i</sup> conversatione resonant. Incarnato enim, passo, ac resurgentे Domino, pauca pennata animalia fuerunt, quia rari valde existierunt, qui coelestia desiderarent, et virtutum pennis se in alta suspenderent. Sed postquam divinitatis ejus prædicatio in mundo diffusa est, quanti jam parvuli, quanti graviores, quanti fortes juvenes, quanti imbecilles, <sup>k</sup> quantæ anus virgines per fidem, per spem, per amorem ad coelestia evolant, quis dicere, quis testimoniare sufficiat ? Ecce alarum sonitus, qui prius in paucis animalibus fuit, jam nunc in populis resonat, jam nunc mundi multitudinem ad coeleste desiderium B pennæ virtutum levant. Bene ergo dicitur : *Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum*, quia, sicut præfati sumus, ille virtutum sonus qui in aurem Dei prius ex paucis sanctis factus est, postmodum ex aquis multis id est ex innumerabilibus est populis multiplicatus. De quo sono adhuc bene additur :

**IBID. — Quasi sonum sublimis Dei.**

**2.** Quid est quod alarum sonus in sanctis animalibus quasi sonus sublimis Dei dicitur, nisi quod omnipotens Deus et ipse implet mentes sanctorum coelesti desiderio, et ipse exaudit impletas ? Ipse etenim creat in sanctorum cordibus amorem, et ipse ex amantibus cordibus precem suscipit. Negationem suam Petrus levit amare, sed tamen illic præmittitur quia Jesus respexit Petrum (*Luc. xxii, 61, 62*). Venit Maria Magdalene post multas maculas culpæ, ad pedes Redemptoris nostri cum lacrymis (*Ibid., vii, 38*) ; sed quis illam infudit intus, nisi qui benignè suscepit foris ? Quis illam ad lacrymas urgebat per compunctionis spiritum, nisi qui hanc exterius coram **1236** simul recumbentibus recipiebat ad veniam ? Redemptor igitur noster peccataris mulieris mentem <sup>j</sup> extrahebat cum de culpa compungeret, suscepiebat ut a culpa liberaret. Bene ergo iste alarum sonus quasi sonus sublimis Dei dicitur, quia quidquid in sanctorum <sup>i</sup> virtutibus agitur, ejus est gratia qui merita largitur :

**3.** Qui recte per prophetam sublimis Deus esse memoratur. In Scriptura etenim sacra aliquando Deus nuncupative, aliquando vero essentialiter dicitur. Nuncupative enim dicitur, sicut scriptum est : *Ecce constitui te deum Pharaonis* (*Exod. vii, 1*). Et sicut Moyses ait : *Si quis hoc vel illud fecerit, applica illum ad deos, videlicet ad sacerdotes* (*Exod. xxii, 8*). Qui rursus dicit : *Dii non detrahes* (*Ibid., 28*), id est sacerdotibus. Et sicut Psalmista ait : *Deus*

**Vulgati**, *quanti annos virginis*. Fortasse legendum, *quanti anus et virginis*. Verum aliiquid sine MSS. auctoritate adjudicere fuit religio.

<sup>i</sup> Anglic., Norm., Val. Cl., *mentem et trahebat et suscepiebat; trahebat, etc.* In Vatic. legitur *exergebat pro trahebat*, sequimur C. Germ. Antiq., cui concinit Longip.

<sup>k</sup> Val. Cl., *mentibus*.

*stetit in synagoga deorum, in medio autem a deo di-  
judicat (Psal. lxxxi, 1).* Essentialiter autem Deus  
dicitur, sicut ipse ad Moysen dicit : *Ego sum Deus  
patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob* (Exod. iii, 6). Unde Paulus apostolus volens nuncupati-  
vum Dei nomen ab essentiali discernere, de  
Redemptore nostro locutus est, dicens : *Quorum pa-  
tres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est  
super omnia Deus benedictus b in saecula (Rom. ix, 5).*  
Qui enim nuncupative dicitur Deus, c inter omnia ;  
qui vero essentialiter, Deus super omnia est. Ut ergo  
ostenderet Christum naturaliter Deum, non hunc  
Deum tantummodo, sed Deum super omnia esse  
memoravit, quia et electus quisque, sicut pre-  
missimus, vel in exemplo justitiae prærogando positus  
dici Deus potest, sed inter omnia, quoniam nun-  
cupative, deus; Christus autem Deus est super  
omnia, quia naturaliter Deus. Quem ergo Paulus  
Deum super omnia, hunc Ezechiel propheta Deum  
sublimem nominat. Postquam vero dictum est :  
*Audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum mul-  
tarum, quia adhuc additur : Quasi sonum sublimis Dei,*  
etiam hoc intelligere possumus quod futurum electis  
omnibus scimus. Alarum etenim sonitus, sicut dixi-  
mus, fuit in prædicatoribus sanctis : aquarum sonitus,  
in conversis et sequentibus populis. Sed idem  
ipse sonitus erit quandoque sonus sublimis Dei, quia  
multitudo, quæ nunc ad fidem per sanctos doctores  
trahitur, quandoque in cœlestem patriam congrega-  
bitur, ut ibi omnes electi sine fine laudent, cum vi-  
derint sine fine quem laudent. Et quia tunc perfecte  
corpus Redemptoris efficitur omnis multitudo sancto-  
rum, juxta Pauli vocem dicentis : *Quia et ipsa creatura  
liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae fi-  
liorum Dei (Rom. viii, 21);* eique ita tunc inhærent,  
ut eis 1237 de corruptione, quæ per resurrectionem  
vincitur, jam nihil in suo sancto amore contradicat,  
sed unita gloriae sui Redemptoris fiat ; recte dicitur :  
*Quasi sonum sublimis Dei.*

4. <sup>d</sup> Notandus est ordo describentis, quia prius  
sonus ex aliis animalium, qui postmodum quasi sonus  
aquarum multarum, ad extreum vero quasi sonus  
sublimis Dei dicitur. Quod enim prius prædicave-  
runt sancti, hoc postmodum crediderunt atque te-  
nuerunt conversi ad fidem populi, qui ad extreum  
quoque liberatori omnium reddent laudem in cœ-  
lestia sublevati. Sonus itaque animalium fit quasi  
sonus aquarum, et sonus aquarum fit quasi sonus  
sublimis Dei, quia laudem omnipotentis Domini,

<sup>a</sup> Ita C. Germ. et pler. Norm., Vulgatis habentibus  
discernit.

<sup>b</sup> Longip., in saecula amen.

<sup>c</sup> Illic vitiosi sunt Editi pl. vet. Paris. 1502 et 1518 :  
*Qui vero essentialiter Deus est. Ut Deest super omnia.*  
In Gussanvil., qui enim nuncupative dicitur Deus inter  
omnia, néquaquam essentialiter Deus super omnia est.  
Sequi debuerat Ed. Vatic. et Gilot. quæ Mss. ad  
amissim repræsentant. Utitur Gregorius familiari sibi  
antithesi, dum de Christo loquitur, *inter omnia, super  
omnia.* Vide l. xv, Moral., c. olim 10, nunc  
n. 20; l. xvi, c. olim 14, nunc n. 37; et supra hom.

A quam prius in mundo pauci, hanc postmodum multi  
clamaverunt. Et quam nunc multi clamant, cum  
adhiuc eis in semetipsis sua corruptio repugnat, hanc  
in cœlestem patriam electi omnes suo jam capiti  
uniti resonabunt. Adbuc autem sanctorum anima-  
lium opera virtutesque describuntur, cum sub-  
ditur :

Ibid. — *Cum ambularent, quasi sonus erat multitudi-  
nis, ut sonitus castrorum.*

5. Si per sonum sublimis Dei laus nostri crea-  
toris in cœlesti patria designatur, mirandum non est  
quod rursus ad sanctorum opera in hac adhuc vita  
viventium propheticus sermo refunditur, quia sanctus  
Spiritus in corde prophetarum, quod siuul os-  
tendit intus, non simul ejici per linguam foras.

B Aqua quippe scientiæ qua prophetantis animus re-  
pleteur, in contemplatione vehementer exuberat. Sed  
quia angustum est spiritui omne os hominis, id est  
foramen carnis, ad explendam illam imminensitatem  
quæ conspicitur, proferendo lingua variatur. Post-  
quam ergo sonum alarum quasi sonum sublimis Dei  
esse conspexit in celis, rursus ad terras redit, et  
pennata animalia quid hic agant loquitur, ut illic  
summo mereantur, dicens : *Cum ambularent, quasi  
sonus erat multitudinis, ut sonitus castrorum.* Cum  
prædicatores sancti mundum prædicando et trahendo  
circumeunt, animalia ambulant. Et quia hi etiam  
quos colligunt, statim ut crediderint, in laudem  
nostrí creatoris exsurgunt, fit sonus quasi sonus  
multitudinis. Et quia in prædicatione eadem bellum  
contra aeras potestates sumunt, recte subjungitur :  
*Ut sonitus castrorum.* Cum enim sanctis prædicato-  
ribus fideles populi conjunguntur, contra malignos  
spiritus in procinctu fidei multitudines castrorum  
flunt. Et dum quotidie fideles quique cœlestibus de-  
sideriis replentur, terrena despiciunt, dura sibi pro  
amore supernæ patriæ proponunt, contra potestates  
aeras castra fiant, quia armati fide et bonis ope-  
ribus muniti graduntur. Quasi enim quibusdam ca-  
stris spiritalis exercitus per Paulum e dicitur : *In-  
duite vos b armaturam Dei, ut possitis stare adversus  
insidias diaboli, quia non est nobis collectatio adver-  
sus carnem et sanguinem, sed adversus principes et  
potestates, adversus mundi rectores tenebrarum ha-  
rum, contra spiritalia nequitia in cœlestibus (Eph. vi,  
11, 12).*

5. Sanctorum ergo <sup>c</sup> multitudines castra sunt;  
quæ bellum contra potestates aeras suscepunt.  
1238 Unde et sancta universalis Ecclesia ita sub-

7, n. 19.

<sup>d</sup> Norman., scrutandus est ordo.

• Suess., Longip., Val. Cl., Norm., Anglic., quæ  
conspicit, modo hoc modo illud quod aspicit profe-  
rendo lingua variatur. Ilujus glossematis expertes  
sunt Germ., Corb. et vetustiores.

<sup>e</sup> Sag., figunt.

<sup>f</sup> Suess., ducitur, cum ipse dicit.

<sup>g</sup> Rothom. et Becc., armatura.

<sup>h</sup> Suess. et Longip., multitudines et sonitus castre-  
rum sunt.

specie dilectorum describitur, ut dicatur: *Pulchra es, amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata* (*Cant. vi, 3*). Quia enim Jerusalem pacis visio interpretatur, cuius nomine patria cœlestis exprimitur, sancta Ecclesia suavis et decora ut Jerusalem dicitur, quia ejus vita et desiderium, visioni jam pacis intime comparatur, ut in eo quod auctorem suum diligit, quod ejus speciem videre concupiscit; de quo scriptum est: *In quem desiderant angeli prospicere* (*I Petr. i, 12*), per ipsa jam amoris sui desideria angelis similis dicatur: quæ quanto Deo amabilis elicitor, a tanto agit ut malignis spiritibus terribilis fiat. Qualiter autem sit terribilis, subjuncta comparatione ostenditur, id est, *Ut castrorum acies ordinata* (*Cant. vi, 3*). Quid est quod sancta Ecclesia hostibus suis ut castrorum acies sit timenda? Non enim a magno intellectu vacat ista comparatio, et idcirco est subtiliter invenienda. Scimus enim et constat quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit constipata atque densata, ut in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur, ut locus vacuus per quem hostis possit ingredi dimittatur, profecto jam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo cum contra malignos spiritus spiritalis certaminis aciem ponimus, summopere necesse est ut per charitatem semper uniti atque constricti, et nunquam interrupti per discordiam inveniamur, quia quælibet bona in nobis opera fuerint, si charitas desit, per malum discordiae locus aperitur in acie, unde ad feriendos nos valeat hostis intrare.

7. Antiquus vero inimicus castitatem in nobis, si sine charitate fuerit, non timet, quia ipse nec carne premitur, ut in ejus luxuria dissolvatur. Abstinentiam non timet, quia ipse cibo non utitur, qui necessitate corporis non urgetur. Distributionem terrenarum rerum non timet, si eidem operi charitas desit, quia divitiarum subsidiis nec ipse eget. Valde autem in nobis charitatem veram, id est amorem humilem quem nobis vicissim impendimus timet, et nimis concordiae nostre invidet, quia hanc nos tenemus in terra, quam ipse tenere nolens amisit in cœlo. Bene ergo dicitur: *Terribilis ut castrorum acies ordinata* (*Cant. vi, 9*), quia electorum multitudinem eo maligni spiritus pertimescunt, quo eos per charitatis concordiam unitos contra se et congregatos aspiciunt.

8. Quanta autem sit concordiae virtus ostenditur, cum sine illa virtutes reliquæ, virtutes non esse monstrantur. Magna enim est virtus abstinentiae; sed si quis ita ab alimentis abstineat, ut cœteros in cibo dijudicet, et alimenta eadem que Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus

<sup>a</sup> Editi, tanto agitur.

<sup>b</sup> Editi, superflue, quia si quælibet.

<sup>c</sup> Longip., concordiae humili nostræ.

<sup>d</sup> Corrigenda Ed. Gu-sav., in qua legitur admisit.

<sup>e</sup> Valic., munios.

<sup>f</sup> Editoribus placuit adjicere in, quod abest a MSS. omnibus.

<sup>g</sup> Vulgati, contradicentibus MSS., pacem sectamini.

A etiam damnet (*Rom. xiv, 3, 6*), quid huic virtus abstinentiae facta est nisi laqueus culpæ? Unde Psalmista quoque nullam esse abstinentiam sine concordia designans, ait: *Laudate eum in tympano et chore* (*Psal. cl, 4*). In tympano enim corium siccum resonat, in choro autem voces concorditer cantant. Quid ergo per tympanum nisi abstinentia, et quid per chorum nisi charitatis concordia designatur? Qui itaque sic abstinentiam tenet, ut concordiam deserat, laudat quidem **1239** in tympano, sed non laudat in choro. Et sunt nonnulli qui dum plus sapere quam necesse est student, a proximorum pace resiliunt, dum eos velut hebetes stultosque contemnunt. Unde per se Veritas admonet, dicens: *Habete in vobis sal, et pacem habete inter vos* (*Marc. ix, 49*), B ut quisquis habere sal sapientiae studet, curet necesse est quatenus a pace concordiae nūnquam recedat. Quod vero de his duabus virtutibus diximus, hoc de ceteris omnibus sentiendum est. Unde Paulus terribiliter admonet, dicens: *¶ Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum* (*Hebr. xi, 14*).

9. Quia autem nil sine concordia Deo placeat, ipsa per se Veritas demonstrat, dicens: *Si offeres munus tuum<sup>h</sup> ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus<sup>i</sup> habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ad altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum* (*Matth. v, 23, 24*). Ecce a discordantibus accipere non vult sacrificium, holocaustum suspicere recusat. Hinc ergo C perpendite, quantum sit malum discordiae, propter quod et illud abjicitur, per quod culpa laxatur. Quia vero electi semper in charitate conjuncti sunt, et haec eadem eorum charitas sonum laudis reddit auctori, malignis vero spiritibus, id est antiquis suis hostibus pœnam incutit timoris, recte nunc de pennâ animalibus dicitur: *Cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, ut sonitus castrorum.*

10. I Libet autem ab exortu sanctæ Ecclesiæ fidei oculo usque ad finem mundi tendere, et haec eadem castra quomodo ambulent videre. <sup>k</sup> Castra enim multitudines appellantur exercitus, cum in præcinctu pergunt, aut in certo quolibet loco in itinere demorantur. Castris ergo via est vita præsentis sæculi, omnibus concorditer viventibus sanctis. Alia autem sunt castra prædicantium, qui huc illucque pro colligendis animabus in sancti operis præcinctu labôrant. Alia castra continentium, atque ab hoc mundo recessentium, qui contra malignorum spirituum bella quotidie in corde se præparant. Alia castra bonorum conjugatorum, qui viventes in amore omnipotentis Dei concorditer, sic vicissim sibi carnis debitum solvunt, ut tamen quid Deo de bonis operi-

<sup>h</sup> Longip. cum Norm. pl., ante altare.

<sup>i</sup> C. Germ. et Val. Cl., deliquerit adversum te. Pugnat haec lectio contra textum Græcum et versiones.

<sup>j</sup> Vatic., mendose, debet. Præv. Ed. Paris. 1518 et 1571. Emendatur ex MSS. Anglie. et nostris.

<sup>k</sup> C. Germ., Longip., Val. Cl., castra enim multitudo.

**b**us debeat, nullatenus obliviscantur. Sed et si qua ut homines delinquent, haec incessanter piis actibus redimunt. Quia ergo distincti fidelium ordines, ab exortu sanctae Ecclesiae usque ad finem mundi concorditer viventes, contra potestates aereas dimicant, castra ambulant; et fit quasi quidam castrorum sonitus, quia in eis ad laudem omnipotentis Dei et virtutum gladii et arma miraculorum sonant. De sanctis vero animalibus adhuc subditur:

**I**bid. — Cumque starent, demittebantur pennæ eorum.

**11.** Stant sancta animalia quando ea quæ Dei sunt intenta contemplatione considerant. Sed eorum pennæ d. ponuntur, quia dum alta Dei judicia aspiciunt, suæ eis virtutes vilescent. Quod aperte exponitur cum statim subditur:

**Ven. 25.** — Nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum, stabant et submittebant alas suas.

**12.** Firmamentum superius sub intellectu duplice **1240** judicavimus expouendum. Possunt enim, sicut dictum est (*Hom. 1, n. 18, 19*), firmamenti nomine cœlestes potestates intelligi. Et potest firmamenti nomine incarnatus Unigenitus, per hoc quod in eu. natura nostra ad aternitatem firmata est, designari. Pris ergo quid sentimus de angelis, et postmodum & domino angelorum, loquamur. Ecce enim dicitur: *Cum fieret vox super firmamentum, stabant, et submittebant alas suas*. Quo in loco, hoc primo sciendum est, quia submittere, non ab inferiori ad superiora tendere, sed a superiori ad inferiora alas deponere debet intelligi, propter hoc quod præmissum est: *Cum starent demittebantur pennæ eorum*. Quarendum itaque nobis est quæ sit vox quæ super firmamentum fit. Sed eamdem vocem melius intelligimus, si ab imis ad superiora gradientes, quasi quibusdam passibus ascendamus. Sicut auditus corporis excitatur voce, ita sensus mentis excitatatur intellectu, qui de interioribus agitur. Vox ergo est in mente, quasi quidam sonus intelligentie. Sed sciendum est quia nostris sensibus aliquando vox carnis loquitur, aliquando vox animæ, aliquando vox firmamenti, aliquando vox quæ super firmamentum est.

**13.** Ponamus enim ante oculos quod quispiam sit Iesus a proximo, qui ex humana ratione cogitat ut vicem lassioni reddat, malum pro malo retribuat, huic vox carnis loquitur in mente, quia cum divina mandata præcipiant bene nos facere his qui nos odierunt (*Math. v, 44*), quisquis malefacere se odientibus cogitat, in ejus animo vox carnis sonat. Multa terrena quotidie agimus, post hæc ad orationem redimus. Acceditur ad compunctionem animus, sed earum rerum quas egimus imagines versantur in mente, et intentionem compunctionis præpediunt in oratione; et quod volentes foris egimus, hoc interiorius patimur inviti, ut quædam cogitationum phantasmatu meutem per imagines corporeas dispergant,

**A** ne stricte totam in oratione se colligat. Haec quoque vox carnis est.

**14.** Cum vero et ista subigimus, atque ab oculis mentis cunctas corporeas imagines effugamus, ipsam in nobis metipsis naturam animæ quærentes, qualis sit quæ carnem vivificare potest, sed semetipsam stringere in bonis cogitationibus sicut desiderat non potest, invenimus quemdam intellectualem spiritum per creatoris potentiam viventem, corpus quod sustinet vivificantem, sed tamen oblizioni subditum, mutabilitati subjectum, quem sæpe timor afficit, letitia extollit. Ipse itaque intellectus animæ vox ejus est, quia sonat quod est, quæ tamen adhuc vox subfirmamento est.

**B** 15. Sed transcendentes animam, vocem de firma- mento quærimus, cum illa sanctorum angelorum innumeræ multitudo in omnipotentis Domini conspectu qualis sit investigamus, quæ sit in eis sine fine festivitas visionis Domini, quæ letitia sine defectu, qui amoris ardor non crucians, sed delectans; quantum in eis sit desiderium visionis Dei cum satietate, et quanta satietas cum desiderio. In quibus nec desiderium pœnam generat, nec satietas fastidium patit. Quomodo inhærendo beatitudini sint beati, quomodo contemplando semper æternitatem sint æterni, quomodo conjuncti vero **1241** lumini facti sint lux, quomodo aspicientes semper incommutabilem mutati sint in incommutabilitatem. Sed cum ista de angelis cogitamus, adhuc vox de firmamento est, non super firmamentum.

**C** 16. Transeat ergo animus, et ab ipsis transcendat omne quod creatum est. In solo creatoris sui lumine fidei oculos sigat, quod unus vivificet omnia qui crevit Deus; quod ubique est et ubique totus est; quod incircumscripsus et incomprehensibilis sentiri potest, et videri non potest; quod nunquam deest, et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est; quod nec ibi deest, ubi longe est, quia ubi non est per gratiam, adest per vindictam; quod omnia tangit, nec tamen æqualiter omnia tangit. Quædam euini tangit ut sint, nec tamen ut vivant et sentiant, sicut sunt cuncta insensibilia. Quædam tangit ut sint, vivant, et sentiant, nec tamen ut discernant, sicut sunt bruta animalia. Quædam tangit ut sint, vivant, et sentiant, et discernant, sicut est humana et angelica natura. Et cum ipse nunquam sibi metipsi sit dissimilis, dissimiliter tamen tangit dissimilia. Quod ubique præsens est, et inventari vix potest; quod statim sequimur, et apprehendere non valemus. Ponamus ergo ante oculos mentis quæ illa natura sit quæ tenet omnia, implet omnia, circumplexit omnia, superexcedit omnia, sustinet omnia. Nec alia ex parte sustinet, a que alia superexcedit; neque alia ex parte implet, atque alia circumplexit; sed circumplexendo implet, implendo circumplexit, sustinendo superexcedit, superexcedendo sustinet. Flujus naturæ potentiam cum strictus in ea cogitat animus, vox super firmamentum fit, quia ejus intellectum concipit, quæ

et angelorum sensum sua incomprehensibilitate trans-  
cendent.

17. Cum ergo vox super firmamentum sit, stant animalia, et submittunt alas suas, quia sanctorum mentes cum creatoris sui potentiam intenta contemplatione considerant, vilescent eorum animo virtutes quas habent; et tanto sunt apud se humiles, quanto eis illud actum est quod super angelos sonat. Fortasse enim doctores sunt; sed cum cooperint tacitamente cogitare que sit ineffabilis Dei sapientia, quae mentes hominum sine stupitu verborum docet, et quomodo haec eadem sapientia si auditorum mentes non doceat, vox docentium vacue laborat, sua eis doctrina protinus vilescit, quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus (*I Cor. iii, 7*). Fortasse prophetæ sunt; sed eum tacita mente considerant quia prophetæ suæ oculo simul omnia Divinitatis mysteria penetrare non possunt, quoniam sicut ait Apostolus: *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus* (*I Cor. xiii, 9*), in illa immensitate secretorum vident quia parum est omne quod vident, atque ex ipsa immensa + altitudine luminis considerant quam minus sit illud quod intento oculo quasi ferrimas viderant. Deponant ergo alas suas, cum vox super firmamentum sit, id est humiliantur in eo quod apprehendunt cum superna conspiciunt quae ab eis comprehendendi non possunt.

18. Sæpe etiam sanctorum cogitationibus ipsa quæ habent bona blandiuntur, ut eorum mentes in aliqua sui fiducia elevent; sed protinus ad occulta Dei iudicia, **1242** recurrent, quomodo alii ex virtutibus ad infernum per elationem corruunt, alii ex virtutibus correcti ad cœlum per humilitatem levantur. Unde nos ad humilitatem revocans Propheta terret et admonet, dicens: *Venite, et videte opera Domini, quam terribilis in consilis super filios hominum* (*Psal. LXV, 5*). Quis enim digne considerare valeat quantus super nos terror sit consiliorum Deli, quando et alter ex virtutibus in finem tendit ad vitia, et alter ex virtutibus in virtutibus concludit finem? Quia juxta Salomonis vocem: **b** *Sunt justi atque sapientes, et opera eorum in manu Dei. Nec tamen scit homo utrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futuro servantur incerta* (*Eccle. ix, 1*). Et: *Et via quæ videtur hominibus recta, et novissimum ejus dicit ad mortem* (*Prov. xiv, 12*). Ille itaque occulti iudicii profunda cogitare, quid est aliud quam alas deponere, id est de nulla juxta virtute considerare, sed sub magno timore trepidare? Sive enim omnipotens Dei naturam considerent, sive ejus iudicia perpendant, trepidant, pertimescent. Eis ergo quasi alas deponere est virtutes quas habent humiliare.

19. Sic Abraham alas depositus, qui quando loqui cum Deo coepit, pulvere et cinerem se esse cognovit dicens: *Quoniam tu es Deus meus, cum sis pulvis et cinis* (*Genes. xviii, 27*)? Sic Moyses alas depositus, qui eruditus omni scientia Ægyptio-

**A** rum (*Act. vii, 22*), mox ut verba Domini audivit, verba se non habere deprehendit, dicens: *Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri et huius tertius. Ex quo enim locutus es ad seruum tuum, impeditioris et tardioris lingua sum* (*Exod. iv, 10*). Ac si aperte diceret: Postquam a te verbâ vita audio, confusum me in verbis prioribus agnoscere. Sic Isaías, cuius vita Domino ad prædicandum placuerat, cum, enimdem Dominum contemplatus, carbone de altari in ore factus est, ait: *Vox mihi quia tacui, quia vir pollitus latiis ego sum* (*Isai. vi, 3*). Ecce ad superiora sublevatus, sibi meti ipsi de labiorum pollutione displicuit. Nisi enim cœlestis munditia alta consiceret, esse se judicabilem non invenisset. Sic loquente Domino Jeremias clamat: *A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum* (*Jerem., 1, 6*). Juxta enim ea verba quæ audiebat verba se non habere cognoverat. Sic Daniel sublimem visionem videns, per plurimos dies elanguit et ægrotavit (*Dan. viii, 27*), quia hi qui in virtutibus fortes sunt, cum altiora Dei conspiciunt, in sua sibi meti æstimatione insirmi atque imbecilles sunt. Sic beatus Job, de quo Dominus amicis illius dixit: *Non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus* (*Job. xlii, 7*), cum verba Dei colloquentis audiatur, respondit, dicens: *Inspirienter locutus sum, et quæ ultra modum excederent scientiam meam* (*Ibid., 3*). Et paulo post: *Idcirco ipse me reprehendo, et ago penitentiam in farilla et cinere* (*Ibid., 6*). Qui enim quantum ad homines sapienter locutus fuerat, loquenter sibi Deum audiens, insipienter se locutum fuisse reprehendit, quia in contemplatione veræ sapientiæ sua ei sapientia viluit. Ad vocem ergo desuper venientem animalia alas deponunt, quia virtutem Dei sive in natura sua contemplari requiramus, sive in occultis iudicij investigare cogitemus, pro eo quod ejus alta nobis impenetrabilia sunt, nostra nobis si qua inesse bona credebantur vilescent. Et qui in quantulacunque scientia volare credebamur, invisibilem **1243** super nos naturam, et impenetrabilia ejus iudicia perpendentes, submissis alis humiliare statim. Sequitur:

VERS. 26. — *Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni; et super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper.*

20. Quid per thronum nisi illæ virtutes angelicas designantur, que ipsos, quoque angelos dignitate loci superioris excedunt? Nam cum angeli nuntii dicantur, et sæpe angeli ad annuntianda quædam hominibus veniant, throni missi ad ministerium nuntii nusquam leguntur, quia eis longe sublimius creator omnium præsidet. Unde Paulus apostolus ordines cœlestium agminum, quos ad tertium cœlum raptus viderat, describens, ait: *Sunt throni, sive dominiones, sive principatus, sive potestates, opinia per ipsum, et in ipso creata sunt* (*Col. i, 16*). Thronos igitur ante eos angelorum ordines dixit, quibus illos pre-

\* Norm. et Longip., *amplitudine*.

† Suess., sunt stulti atque sapientes.

latos esse cognovit. Bene autem thronus lapidi sapphiri comparatur, quoniam lapis sapphirus aereum habet colorem. Virtutes ergo caelestium lapide sapphiri designantur, quia hi spiritus, quibus Deus omnipotens altius praesidet, superioris loci in caelestibus dignitatem tenent. Super thronum vero similitudo hominis, quia et super illas virtutes, quae et ipsos angelos antecedunt, nostri est gloria Redemptoris. Notandum ergo qui ordo servatur. Super animalia enim firmamentum, super firmamentum thronus, super thronum homo esse describitur, quia et super sanctos homines adhuc in hac corruptione corporis viventes angeli, et super angelos superiores et Deo proximae angelicae potestates, super potestates vero Deo proximas elevatus est Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus.

21. Sin vero, ut praediximus, firmamenti nomine Mediator Dei et hominum pro assumpta humanitate debet intelligi, quia sub unius nominis appellatione solent per prophetas spiritum multa signari, vox super firmamentum facta est, quae super baptizatum Dominum de caelo sonuit, dicens : *Tu es Filius meus dilectus, in te complacui* (*Luc. iii, 22*). Vel sicut per evangelistam alium dicitur : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* (*Matth. iii, 17*). Quæramus igitur quomodo hanc vocem animalia audiunt, et alas deponunt. Habacuc propheta requisitus dicat : *Domine, audiri auditum tuum, et timui; consideravi opera tua, et expavi* (*Habac. iii, 1*). Quid est autem quod Pater de Filio loquitur, dicens : *In quo mihi complacui?* Omnis enim qui poenitendo corrigit aliqua quae fecit, eo ipso quod poenitet, se sibi displicuisse indicat, quia emendat quod fecit. Et quia omnipotens Pater, sicut intelligi ab hominibus poterat, humano modo de peccatoribus locutus est, dicens : *Poenitet me fecisse hominem super terram* (*Genes. vi, 6*), quasi sibimetipsi displicuit in peccatoribus quos creavit. In solo autem sibi unigenito Domino nostro Iesu Christo complacuit, quia hunc inter homines hominem creasse eum non poenituit, in quo peccatum nullum omnimodo invenit, sicut de illo per Psalmistam dicitur : *Juravit Dominus et non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* (*Psal. cix, 4*). In solo ergo sibi Redemptore nostro complacuit Pater, quia **1244** in eo solo non inventit culpam, in qua se reprobaret quasi per poenitentiam.

22. Sancta itaque animalia vocem super firmamentum audiant, et pertimescant, quia si solus sine peccato est, in ejus innocentia aspiciunt in quantis ipsa quotidie deliuquant, quae necesse est ut incessanter defleant. Considerent quoque quia et ipse auctor vita sine passionis dolore ex hac vita non existit. Et haec ergo vox super firmamentum facta est, quia omnipotens Patris sententia etiam de morte ac resurrectione Unigeniti processit. Sed cum vox su-

A per firmamentum sit, stant animalia, et submittunt alas suas, quia sancti quicunque cum ipsum quoque Unigenitum flagellatum in hoc mundo conspiciunt, deponunt si quid de suis meritis presumunt. Nam si ipse hinc sine flagello non existit, qui venit sine peccato, quomodo flagellis digni non erant, qui hoc cum peccato venerunt? Ipsum ergo firmamentum, quod est super caput animalium, id est quod transcendent mentes sanctorum, habet super se vocem, quia Redemptor noster eam quamcum Patre dispositus ex divinitate sententiam pertulit in carne, quam audientes justi terrentur, et omnem de suis viribus presumptionem deponunt. Quibuslibet etenim **b** virtutibus polleat, quid digna est vita peccatorum, si et ejus vita pro nobis flagello subjacuit, quae subdita B nulli peccato fuit?

23. Sed ecce gravis nobis quæstio oritur, cum dicatur quia super firmamentum quod era imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni. Si enim per firmamentum Dominus, et per lapidem sapphirum, et similitudinem throni summae illæ potestates angelicae figurantur, quomodo super firmamentum, id est super Dominum esse credendæ sunt, cum et mox subditur : *Et super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper?* Nam si ita, ut dictum est, per firmamentum exprimitur Dominus, et rursus homo accipitur Dominus, qua ratione potest intelligi et ipse super thronum, et ipse sub throno? Sed astrictos bujus quæstionis nodos ipse solvit, de quo loquimur, C qui afflatus sancti Spiritus ea quæ clausa sunt aperit. Incarnatus enim Unigenitus Patris per hoc quod homo factus est, infra angelos fuit, sicut de eo scriptum est : *Minuisti eum paulo minus ab angelis* (*Psal. viii, 6*). Resurgens autem et ascendens in caelos, omnibus angelicis potestatibus praesidet, sicut de eo illic rursum scriptum est : *Omnia subiecisti sub pedibus ejus* (*Ibid., 7*). Et sicut ipse ait : *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra* (*Matth. xxviii, 18*). Firmamentum ergo sub throno, et homo super thronum est, quia per humanæ assumptionem naturæ et ipse est sub angelis natus, et ipse super angelos exaltatus. Qui et priusquam per resurrectionis exaltaretur gloriam, divinitate super angelos fuit; sed tamen ab angelis, ut dictum est, humanitatem iniunxit, ex qua morti subjacuit. At postquam mortem resurgendo calcavit, humanitatem suam etiam D majestatibus archangelorum superposuit. Prius itaque thronus super firmamentum, et post homo super thronum visus esse describitur, quia humani generis Redemptor humanitatem, quam descendendo sub angelis assumpsit, ascendendo super angelos exaltavit. Sic vero factum eum sub angelis dicimus, **1245** sicut factum sub lege, prædicante Apostolo, audivimus (*Philip. ii, 9*). Assumptam ergo humanitatem

<sup>a</sup> Idem Codex : similitudo hominis designatur.

<sup>b</sup> Suess. et Longip., virtutibus polleant, scilicet justi. Ibid., laudati Codices, quid enim digna est. Val.

Ci., quæ digna est.

<sup>c</sup> Editi, majestatibus angelorum. Sequimur Germ., Norm., Anglic.

sub angelis accipimus pro ea minoratione in qua dignatus est apparere.

24. Nam mox ut Verbum caro factum est, mox Deus homo potestate super angelos fuit. De ipso quippe ante passionem scriptum est : *Ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei* (*Joan. 1, 15; Matth. iv, 11*). Sed tamen ut humanitatis ejus infirmitas monstraretur, rursus de eo scriptum est : *Apparuit illi angelus de caelo, confortans eum* (*Luc. xxii, 43*).<sup>a</sup> In documento ergo utriusque naturae huic et angelii ministrare, hunc et angelus confortare describitur. Unus quippe in utraque natura, quoniam qui Deus ante saecula exstilit, homo factus est in fine saeculorum. Cui tamen ante passionem suam et angelii ministrant, et hunc angelus confortat. Post passionem vero atque resurrectionem ejus, huic angeli ministrare possunt, sed jam hunc confortare non possunt, quia, ut praedictum est, etsi prius firmamentum sub throno apparuit, jam tamen homo super thronum est. In cuius persona, ut propheta sanctus adunctionem utriusque naturae se vidisse ostenderet, protinus adjunxit :

Vers. 27. — *Et vidi quasi speciem electri.*

25. Quid est quod aspectus hominis videtur in throno quasi species electri, nisi quod in electro, sicut longe superius diximus (*Supra hom. 2, n. 14*), aurum argentumque miscetur, ut res una ex metallis duobus fiat? In qua et per argentum auri claritas temperatur, et per auri claritatem species clarescit argenti. In Redemptore autem nostro<sup>b</sup> utraque natura, id est divinitatis et humanitatis inconfuse ac inseparabiliter unita sibimet atque conjuncta est ut et per humanitatem divinitatis ejus claritas nostris posset oculis temperari, et per divinitatem humana in eo natura claresceret, atque exaltata fulgorem ultra hoc quod creata fuerat haberet. Ipse vero aspectus hominis super thronum, et species electri quam vidi qualis ei apparuerit adhuc describens subiungit :

Ibid. — *Velut aspectus ignis intrinsecus per circuitum, a lumbis ejus et desuper; et a lumbis ejus usque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu.*

26. Quid est quod Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus a lumbis et desuper aspectum ignis intrinsecus per circuitum habere describitur, et a lumbis et deorsum speciem ignis splendentis in circuitu? Investigandum namque est quare a lumbis et desuper ignem intrinsecus, nec tamen splendentem ignem habere narratur; a lumbis vero et deorsum habere ignis speciem dicitur, non tamen hunc habere

<sup>a</sup> Ita MSS. omnes, a quibus quantum aberrant Vulgati, ubi legitur, *indumento ergo utriusque naturae.* Sane non recte dicitur Verbi indumentum esse Divinitatem. Quasi vero eam tanquam vestimentum possit deponere, essetque ipsi pro accidenti non pro essentia. Documentum autem hic significat argumentum, testimonium, exemplum.

<sup>b</sup> Illic in diversa abeunt MSS. C. Germ. et Ebroio.: *utraque natura unita sibimet atque conjuncta est.* Longip., *utraque naturae id est divinitatis et huma-*

**A** intrinsecus memoratur, quia et splendentem et in circuitu hunc habere describitur. Quid enim lumborum nomine, nisi propago mortalitatis exprimitur? Propter quod etiam de Levi dicitur quia adhuc in lumbis patris erat cum Melchisedech occurrit Abrahæ (*Hebr. vii, 10*). De lumbis vero Abrahæ virgo Maria exiit, in cuius utero Unigenitus Patris per Spiritum sanctum **1246** incarnari dignatus est. Ex qua incarnatione universo innotuit mundo Deus, sicut per Psalmistam dicitur : *Accingere gladium tuum circa femur tuum, potentissime* (*Psalm. XLIV, 4*). Gladium etenim circa femur potentissimus sumpsit, quia sermo prædicationis illius ex incarnatione convaluit. Quid vero iste ignis designat, nisi ardorem sancti Spiritus, qui corda quæ repleverit incendit? De quo ipsa Veritas dicit : *Ignem veni mittere in terram* (*Luc. xi, 49*). Quid est ergo quod in hoc aspetto hominis qui prophetæ apparuit a lumbis superioris intrinsecus per circuitum ignis ardet, a lumbis vero inferius non ignis intrinsecus, sed in circuitu resplendet, nisi quod ante incarnationem unigeniti Redemptoris nostri, sola intra se Iudea ardorem amoris ejus habuit; post incarnationem vero illius in circuitu ejus ignis resplenduit, quia in universo mundo gentibus claritatem sancti Spiritus effudit? Prius ergo ignis intrinsecus erat, sed splendor non erat, quia Spiritus sanctus in multis quidem<sup>c</sup> patribus Iudeam replebat, sed ad notitiam gentium nondum ejus lumen emicuerat. A lumbis vero ejus et deorsum ignis in circuitu resplendet, quia postquam de Virgine carnem sumpsit, in humano genere longe lateque sancti Spiritus dona dilatavit. Et notandum quod ignis iste a lumbis superioris per circuitum esse describitur, non extrinsecus sed<sup>d</sup> intrinsecus, quia amoris flamma, sicut dictum est, in electis atque spiritualibus viris ubique in suis finibus Iudeam replevit. Nec tamen exhibat extrinsecus, quia sese in multitudinem gentium non dilatabat. Quæ ardoris flamma visa est postmodum in circuitu splendere, quia per mundi cardines in universis gentibus omnipotens Dei coepit amor excrescere.

27. Erat ergo prius ignis intrinsecus, cum Jacob diceret : *Salutare tuum expectabo, Domine* (*Genes. xlix, 18*). Quod enim salutare dicimus Latine, hoc verbo Hebraico Jesus dicitur. In quo verbo beati Jacob mens ostenditur quonodo Jesu desiderio ardebat, quem se moriens exspectare prohibebat. Ardebat ignis cum Moyses diceret : *Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temel ipsum, ut videam te* (*Exod. xxxiii, 13*). Ardebat ignis in mente cum David diceret : *Sitivit anima mea ad Deum vivum;* *nitatis inconfuse atque inseparabiliter sibimet sunt unitæ.* Ad hauc lectionem valde accedit Gussav. In Norm. Anglie. et Suess., quibus concinunt Vatic. et Paris. 1502 et 1518 : *natura divinitatis et humanitatis inconfuse unita sibi atque conjuncta est.*

<sup>c</sup> Norm., *gladio tuo.*

<sup>d</sup> Ita C. Germ., consentientibus Norm. et aliis MSS., quos Gussav. laudat, necnon vet. Edit. In aliis legitur partibus loco patribus.

*quando veniam et parebo ante faciem Dei mei? (Psal. xli, 3.)? Qui incarnationem Verbi desiderans, ait: Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis (Psal. lxxxiv, 8). Ardebat ignis cum Simeon, de corruptione vitæ presentis exire desiderans, audivit non prius visurum se mortem, nisi videret Christum Domini (Luc. ii, 26). Sed ecce jam ignis iste quasi sub lumbis exterius resplendet, quia universa gentilitas incarnati Dei est amore succensa.*

28. Quod tamen intelligi et aliter potest, quia Redemptor noster Deus Dominus Jesus Christus per humanitatem suam hominibus innotuit, qui per divinitatem notus angelis et ante incarnationem fuit. Nobis ergo a lumbis inferius resplendet in circuitu, cuius ignis intrinsecus a lumbis superiorius ardet in cœlo, b quia illi celestes spiritus 1247 eum in divinitate sua conspicunt, et amoris ejus ignibus accenduntur. Nos vero, qui hunc ex assumpta humilitate diligimus, adhuc in hac corruptibili vita positi, splendorem ignis illius foris habemus. Unus itaque super thronum est, qui et super lumbos ignem intrinsecus habet in angelis, et sub lumbis ignem in circuitu habet in hominibus, quia in omne quod ab angelis amatur, per omne quod ab hominibus desideratur, unus est qui in cordibus ardet amantium. Hinc est enim quod magne illæ potestates angelicæ Seraphim, id est incendum, nominantur. Hinc de ipso omnium Creatore scriptum est: *Deus noster ignis consumens est* (Hebr. xii, 29; Deut. iv, 24). Ignis enim Deus dicitur, quia flammis amoris sui incendit mentes quas replet. Et idcirco seraphim incendum dicuntur, quia potestates ei proxima in cœlis inestimabili amoris ejus igne succensa sunt. Ex hoc igitur succensa ardent in terra corda justorum. Hoc igne ea'facta redeunt ad penitentiam corda peccantium, quæ inflammata vehementer timorem in amorem vertunt. Nam quæ prius tabescere metu cooperant, postmodum igne amoris flagrant. Et quia ejus membra sunt electi angeli in cœlo, ejus menbra sunt conversi homines in terra; unus homo est qui et super lumbos ardet intrinsecus, et sub lumbis inferius ignis sui splendorem in circuitu emittit, quia et angelos ad amorem suum per divinitatem tenuit, et homines ad sancti ardoris sui desiderium ex humanitate revocavit. Sequitur:

VERS. 28. — *Velut aspectus arcus, cum fuerit in nube in die pluviae.*

29. Arcum omnipotens Deus inter se atque homines in signo posuit, ut ultra mundum diluvio non deleret, dicens: *Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum fæderis inter me et inter terram. Cunque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus, et recordabor fæderis mei robuscum* (Genes. ix, 13). Unde et in arcu eodem color aquæ et ignis si-

\* Ita C. Germ. et pl. MSS. In Editis (si vetustiores excipias), et apparebo.

b In Editis accessa gratis littera, illic pro illi legitur, reluctantibus MSS.

c Corripus est hic locus in Gassanv.; legitur enim: et ignis qui apparuit, ut quasi.

A mul ostenditur, quia et ex parte est coruleus, et ex parte rubicundus, ut utriusque iudicil tes sit, unius videlicet faciendi, et alterius facili, sed quia mundus quidem judicii igne cremabitur, sed jam non ulterius faciendi, aqua jam diluvii non deletur (II Petr. iii, 7). Quid est autem quod splendente ignem a lumbis hominis throno præidentis, sicut aspectus arcus cum fuerit in nube in die pluviae, propheta conspergit? Quia enim per ignem, sicut dictum est, ardor sancti Spiritus designatur, quæ similitudo est arcus et spiritus c ut ignis qui apparuit quasi aspectus arcus apparuisse dicetur? Sed si ipsi quam prædictissimus visioni arcus intendimus, quomodo arcus significet spiritum videmus. In arcu quippe, sicut præfatus sum, B aqua et ignis apparent. Et post Mediatoris adventum, eo virtus Spiritus sancti in humano genere claruit, quo electos Dei et aqua baptismatis lavit, et igne divini amoris incendit. Quasi enim admixto colore aquæ simul et ignis quidam arcus in nube ad propitiationem ponitur, cum Veritas dicit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei* (John. iii, 5). Qui arcus in nube est in die pluviae, quia in dominica incarnatione, et in effusione prædicationis ostenditur, 1248 ut ad veniam corda credentium, c Domino parcente, reverentur. Nubem enim Redemptoris carnem non inconvenienter accipimus, de qua per Ps. Imitatio dicitur: *Qui ponit nubem ascensum suum* (Psal. cxii, 3). Nubem quippe ascensum suum posuit, quia is qui divinitate ubique est, carne ad cœlestia ascendit. Expleta vero omni mystica visione, subjungit:

Ibid., ET CAP. II, VERS. 1. — *Hic erat aspectus splendoris per gyrum, et hæc visio simi itudinis gloriae Domini.*

30. Quid enim in universo mundo sancti Spiritus gratia agat aspiciens, ait: *Hic erat aspectus splendoris per gyrum. Quæ vero interius ejusdem sancti Spiritus gloria maneat, considerare volens, sed scut erat non valens, subiungit: Et hæc visio si nil tudit gloriae Domini. Non enim ait: Visio glorie, sed similitudinis gloriae, ut videlicet ostendatur quid quantilibet se intentione mens humana tetenderit, etiamsi jam phantasias imaginum corporalium cogitatione compescat, si jam omnes circumscriptos spiritus ab oculis cordis annovent, adhuc tamen id carne mortali posita videre gloriam Dei non valeat sicut est. Sed quidquid de illa est quod in mente resplendet, similitudo, c et non ipsa est. Unde et ille prædictor qui raptus usque ad tertium cœlum fuerat dicebat: *Videmus nunc per speculum in ænigmate* (I Cor. xiii, 12).*

31. Qua in re non despicienda nobis questio oriatur, quomodo Joannes evangeliæ, cum erga mira-

\* Editi omnes, ad probationem. Secus in nostris MSS. Gerin., Norm., etc., a Gassanv. perfectis et hic laudatis.

† Sive, a Domino, ut exhibent MSS. Norm.

‡ Suess., etiam ipsa est.

cūla Redemptoris nostri Judæorum perfidiam etiam A ex verbis propheticis descripsisset, adjungit, dicens: *Huc dixit Isaias quando vidit gloriam ejus; et locutus est de eo (Joan. xii, 41).* • Et si Ezechiel non gloriam, sed gloriae similitudinem vidi, quid est quod iste similitudinem gloriarum, et ille ejus gloriam vidiisse describitur? Sed cum Joannes evangelista prius miracula Redemptoris nostri narravit, atque infidelitatem Judæorum postmodum subdidit, hanc ejusdem Redemptoris nostri gloriam, quæ in mundo apparuit, Isaiam vidi se manifestat. Omne enim quod in terra mirum divinitus agitur gloria omnipotenti Dei est, et ejus gloria in omnibus factis videtur. Isaias ergo ejus gloriam in terra vidi; Ezechiel vero ejus gloriam in celo, sicuti est, videre non potuit, quia aliter est gloria ejus in rebus factis, atque aliter in semel ipso. Haec ergo ejus gloria quæ in rebus est videri potest, illa geno quæ in ipso est videri modo nisi per similitudinem non potest. Sed hanc eamdem similitudinem gloriae quia propheta vel sublevatus portare non potuerit cognoscamus. Sequitur:

Ibid. — *Et vidi, et cecidi in faciem meam.*

32. Quid ergo de hoc viro fieret, si ita ut est ejus gloriam vidiisset, qui similitudinem gloriae illius videntes, sed ferre non valens, cecidit? Quia in re cum magno mœrore pensare et considerare cum lacrimis debemus in quantam miseriam et infirmitatem cecidimus, qui et ipsum bonum ferre non possumus ad quod videndum creati sumus. Est tamen et aliud quod de propheta facto consideremus in nobis. Propheta enim mox ut gloriam Domini similitudinem vidit, in faciem suam cecidit. Cujus similitudinem gloriae quia nos per 1249 spiritum prophetarum videre non possumus, hanc assidue cognoscere et sollicite contemplari in sacro eloquio, in coelestibus monitis, in præceptis spiritualibus debemus. Qui cum aliquid de Deo conspicimus, in faciem nostram cadimus, quia ex malis erubescimus, quæ nos minimum perpetrasce. Ibi enim cadit homo, ubi confunditur. Unde et Paulus quasi quibusdam in facie jacentibus dicebat: *Quem ergo fractum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis (Rom. vi, 21)?*

33. Ecce coelestis gratiae dono largiente, obvolumen 1250 mysteriis libri initium in Ezechiel propheta discussimus, et dicta mystica mortaliter disserentes, volantem propheticæ theoriam ad terram traximus, ut quæ prius parvolorum animis milique similiūm volabat, sed non elevabat, jam nunc ab eis legatur et cognoscatur, et volet et levet. Againus ergo gratias Redemptori nostro, qui spirituali semper alimento nos reficit, qui panis vivus descendit de celo, et dat vitam mundo (Joan. vi, 33). Qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

\* Suess., et si Isaias vidit gloriam ejus, quid est quod iste similitudinem gloriarum.

† Abest mirum ab Ebroic. cæterisque Norm. Re-tinimus, quod existet in C. Germ. et al. antiqu.

‡ Revocavimus ejus, omissum in Vulgatis.

§ Ita MSS. Anglic. et ex nostris plerique. In Edit. Paris. 1502 et 1518: *Prophetæ historiam a terra ex-*

Ezechielis caput secundum explanatur; que in expositione non solum multa moraliter explicantur, sed etiam non pauca de gratia prævenientis necessitate, de liberi arbitrii consensu et cooperatione, de sacra Scriptura obscuritate et interpretatione docissime edisseruntur.

4. Initium libri in Ezechiel propheta magnis obscuritatibus clausum, et quibusdam mysteriorum nodis ligatum, in homiliis octo, Domino nostro Iesu Christo largiente, discussimus. Jam nunc planiora sunt, et minus difficultia quæ sequuntur. Charitati itaque vestrae colloquimur, eidem omnipotenti Deo gratias referentes, quia post tot opaca silvarum, tandem laeti ad campos exivimus, in quibus liberis gressibus locutionis nostræ intrepidum pedem pouamus. Ecce enim postquam propheta similitudinem gloriae Domini contemplatus, in faciem suam cecidit, adjungit: — Ezech. II, 1. — *Et audiri vocem loquentis, et dixit ad me: Fili hominis, sta super pedes tuos, et loquar tecum. Ubi adhuc subditur:*

Vers. 2. — *Et ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi, et statuit me super pedes meos.*

2. Ecce divina vox jacenti prophete jussit ut surgeret. Sed surgere omnino non posset, nisi in hunc omnipotentis Dei spiritus intrasset, quia ex omnipotentis Dei gratia ad bona opera conari qui leni possumus, sed haec implere non possumus, si ipse non adjuvat qui jubet. Sic Paulus cum discipulis admoneret, dicens, *Cum meu et tremore vestram ipsorum salutem operamini (Philip. II, 12)*, illico quis in eis haec ipsa bona operaretur adjunxit, dicens: *Deus est enim qui operatur in robis et velle et perficere pro bona voluntate (Ibid., 13).* Hinc est quod ipsa Veritas discipulis dicit: *Sine me nihil potestis facere (Joan. xv, 5).* Sed in his considerandum quia sic bona nostra si omnipotentis Dei dona sunt ut in eis aliquid nostrum non sit, cur nos quasi pro meritis æternam retributionem querimus? Si autem ita nostra sunt ut dona Dei omnipotentis non sint, cur ex eis omnipotenti Deo gratias agimus? Sed sciendum est quia mala nostra solummodo nostra sunt; bona autem nostra, et omnipotentis Dei sunt, et nostra, quia ipse aspirando nos prævenit ut velimus, qui adjuvando subsequitur ne inaniter velimus, sed possumus implore quæ volumus. Præveniente ergo gratia, et bona voluntate subseciente, hoc quod omnipotentis Dei donum est fit meritum nostrum. Quod bene Paulus brevi sententia explicat, dicens: *Plus illis omnibus laboravi (I Cor. xv, 10).* Qui ne sive videbatur virtuti tribus quod fecerat, adjunxit: *Nos autem ego, sed gratia Dei mecum (Ibid.).* Quia enim coelesti dono præventus est, quasi alienum se a bono suo opere agnivit, dicens: *Non autem ego. Sed quia præveni-traximus. In ceteris legitur etiam, historiam. In C. Germ., prophetæ historiam a terra extraximus.*

\* Gussanv., *Deo referentes, prætermisso gratias, lapsu forsitan typographicis; in omnibus enim, sive excusis sive manu exaratis, legitur.*

† Vulgati, ut resurget.

niens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bonum, quo libero arbitrio eamdem gratiam est subsecutus in opere, adjunxit: *Sed gratia Dei tecum* (*Ibid.*). Ac si diceret: In bono opere laboravi, non ego, sed et ego. In hoc enim quod solo Domini dono preventus sum, non ego; in eo autem quod donum voluntate subsecutus, et ego. His igitur breviter contra Pelagium et Cœlestium dictis, ad exponendi ordinem redeamus. *Fili hominis, sta super pedes tuos, et loquar tecum* (*Ezech. ii, 4*).

3. Notandum nobis est ordo locutionis et operis, quia prius similitudo gloriae Domini apparet ut deiciat, postmodum alloquitur ut elevet, deinde superabundantis gratiae spiritum mittit et levat, ac supra pedes statuit. Nisi enim aliquid de æternitate in mente videremus, nunquam in faciem nostram pienitudo caderemus. Sed jam jacentes vox Domini consolatur ut in opere surgamus, quod tamen nos facere nostra virtute non possumus. Ipsius ergo non spiritus implet et levat, et super pedes nostros statuit, ut qui proni in pœnitentia pro culpa jacuimus, recti postmodum in bono opere stenus. Sed stans propheta quid audierit adjungit, dicens:

**Vers. 2, 3.** — *Et audiri loquentem ad me, et dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostolicas, quæ recesserunt a me.*

4. Sic propheta describit sua, ut significet nostra. Nam quid est hoc (*i. p., dist. 30*) quod ei jacenti dicitur: *Sta super pedes tuos, et loquar tecum?* Qui enim jacenti loquebatur, cur non se nisi stanti promittit esse locuturum? Sed sciendum quia alia sunt quæ jacentes, alia quæ stantes audire debeamus. Jacenti enim dicitur ut surgat, stanti autem præcipitur ut ad prædicationem proficiisci debeat. Adhuc **1251** enim in infirmitatis confusione jacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cum jam in bono opere surgimus, cum jam recti stare cœperimus, dignum est ut ad lucrando aliquis in prædicationem mitti debeamus. Stans ergo propheta visionem spiritalem vidit, et cecidit; cadens vero jam mitionis verbum suscepit ut surgeret, surgens autem præceptum audivit ut prædicaret. Nam qui adhuc ex superbie vertice stamus, cum jam de æternitatis timore aliquid sentire cœperimus, dignum est ut ad pœnitentiam cadamus. Et cum infirmitatem nostram subtiliter cognoscentes humiliiter jacemus, per divini verbi consolationem surgere ad fortia opera jubemur. Et cum jam in bonorum operum soliditate persistimus, necesse est ut unde nosmetipsos corremus, inde jam prædicantes et alios levemus. Jacenti ergo non præcipitur ut ad prædicationem <sup>b</sup> perget, ne infirmus quisque hoc quod verbo ædificare potest opere destruat. Unde recte quoque per Psalmistam dicitur: *Eduxit me de lacu miseriae, et de luto fæcis; statuit supra petram pedes meos, et direxit*

<sup>a</sup> Longip., vocem loquentem.

<sup>b</sup> Suess., surgat.

<sup>c</sup> C. Germ., sic Paulus.

<sup>d</sup> Male in Vulgatis, quod audierat; neque enim ad-

**A** gressus meos; et immisit in os meum canticum novum, hymnum Deo nostro (*Psal. xxxix, 3, 4*). Prius enim de luto pravitatis educitur, ut ejus pedes per fidem in petra solidentur. Sed quia rectam fidem recta subsequi debet operatio, gressus ejus directi sunt, ut post directionem gressum, id est post perfectionem boni operis, in ore acciperet etiam novum canticum prædicationis. <sup>e</sup> Sic Saulus, dum superbus Damascum pergeret (*Act. ix, 6*), Redemptoris voce prostratus jacuit. Et qui prædicator futurus erat, non tamen mox ut prædicaret quod viderat audivit, sed ei jacenti dicitur: *Ingredere in civitatem, et dicetur tibi quid te oporteat facere* (*Ibid., 7*). Jacens ergo hoc solum audire potuit, ut surgens disceret <sup>f</sup> quod audiret; surgens vero hoc didicit, ut quæ cognoverat prædicaret.

5. Sed querendum nobis est cur Ezechiel et Paulus in faciem cadunt, et de ascensore equi, id est de eo qui in hujus mundi gloria elatus est, dicitur: *Ut cadat ascensor ejus retro* (*Genes. xlvi, 17*)? Rursusque de persecutoribus Domini scriptum est: *Abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram* (*Joan. xviii, 6*). Quid est hoc, quod electi in faciem, et reprobi retrorsum cadunt, nisi quod omnis qui post se cadit ibi procul dubio cadit, ubi non videt; qui vero ante se ceciderit, ibi cecidit, ubi videt? Iniqui ergo quia in invisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur, quia ibi corrunt, ubi quid eos tunc sequatur modo videre non possunt. Justi vero, quia in istis visibilibus semetipsos sponte dejiciunt, ut in invisibilibus erigantur, quasi in faciem cadunt, quia, timore compuncti, videntes humilantur.

6. Notandum vero quod dicitur: *Mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostolicas, quæ recesserunt a me.* Sicut enim duobus modis a Deo receditur, ita duobus modis a Deo apostata homines sunt. Nam unusquisque a conditore suo aut fide recedit, aut opere. Sicut ergo qui a fide recedit apostata est, ita qui ad perversum opus quod deseruerat reddit, ab omnipotente Deo apostata absque ulla dubietate depatur, etiamsi fidem tenere videatur. Unum enim sine altero nil prodesse valet, **1252** quia nec fides sine operibus, nec opera adjuvant sine fide, nisi fortasse pro fide percipienda siant; sicut Cornelius ante pro bonis operibus meruit audiiri quam fidis existaret (*Act. x, 4*). Qua ex re colligitur quia bona opera pro fide percipienda faciebat. Nam cui ab angelo dicitur: *Orationes tue et eleemosynæ tue ascenderunt in memoriam in conspectu Dei* (*Ibid.*), et mox pro eadem ascensione præcipitur ut ad Simonem mittat, qui ei veniens prædicare debeat, constat <sup>g</sup> quia hoc petiit, unde meruit exaudiri. Sequitur:

**Vers. 3, 4.** — *Patres eorum prævaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc, et filii dura facie et indomibili corde sunt, ad quos ego mitto te.*

huc audierat Saulus, quid sibi facto opus esset, sed ad Ananiam mittebatur ut ab eo audiret. Nostra lectione est *Mss. omnium*.

<sup>e</sup> C. Germ., constat qui hoc petiit, unde.

7. Ecce est una culpa superbiæ, quia *prævaricati sunt pacium*. Ecce altera obstinationis, quia usque ad diem hanc. Ecce in iniustitate filiorum culpa gravis imprudentiae, quia *dura facie*, quoniam mala quæ faciunt, jam non erubescunt, et nunquam vel post culpas ad poenitentiam rediunt, quia *indomabili corde sunt*. Cum vero tantæ pravitatis, tantæque obstinationis sint hi ad quos propheta mittitur, quis jam non videat, quia persona prophetæ a tam perversis hominibus despici valeat? Sed ecce auctoritas personæ tribuitur, cum subditur :

VERS. 4. — *Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus.*

Ac si aperte diceretur : Quia ex te despiceris, ex mea voce necesse est ut loquaris. Ne contemnaris ipse qui mitteris; verba mea proferens, ostende qui misit. Sequitur :

VERS. 5. — *Si forte vel ipsi audiant, et si forte quiescant, quia domus exasperans est.*

8. Dum constat quod omnipotens Deus omnia sciat, mirandum valde est cur dicatur : *Si forte audiant, et si forte quiescant*. Quapropter sciendum nobis est quia ista dubitatio locutionis Dei non ex ignorantia, sed ex aliqua significatione descendit. Nam quis nesciat quod qui fecit et videt omnia, omnia sciat? Et per semelipsam in Evangelio Veritas de Antichristi prædicatoribus dicit : *Dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi* (*Math. xxiv, 24*). Cur hoc sub dubitatione dicitur, cum quid futurum sit a Domino presciatur? Unum vero ex duobus est, quia si electi sunt, fieri non potest; si autem fieri potest, electi non sunt. Et tamen dicitur : *Ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi*. Ista ergo Dominici sermonis dubitatio, ex electorum cordibus designatio tentationis fuit, quia qui electi sunt ad persistendum, per signa prædicatorum Antichristi tentabuntur ad cadendum. Per hoc ergo quod dicitur, *Si fieri potest*, hoc exprimitur, quod electi in corde tentabuntur. Nutant enim, sed non cadunt. Dicitur ergo, *Si fieri potest*, quia trepidabant; et tamen dicuntur electi, quia non cadent. Dubitatio itaque sermonis a Domino in electis exprimit trepidationem mentis. Quos et electos nominat, quia cernit quod in fide et bono opere persistant. Unde hic quoque dicitur : *Si forte audiant, et si forte quiescent*. Per hoc enim quod dicitur, *Si forte*, quia ex magna multitudine pauci audituri sint demonstratur. Per dubitationem ergo sermonum Dei quid significatur aliud, nisi paucitas auditorum?

**1253** 9. Notandum vero quod postquam mala parentum defunctorum dixerat, mittens prophetam ad filios dicit : *Si forte vel ipsi audiant, et si forte quiescant*. Quid est dicere *Vel ipsi*, nisi quia eorum

<sup>a</sup> Suess., ante dictum judicium Christi tentabuntur.

<sup>b</sup> Editi, qui affliti, oppressi. Melius obsecari legitur in omnibus MSS. nostris.

<sup>c</sup> Beccens., urbes diruptas.

<sup>d</sup> Suess., scire bona. Val. Cl., mali scire bonos.... aut ad damnationis cumulum solent. Legi debere bo-

A patres qui in culpa defuncti sunt audire noluerunt? Pensemus, rogo, quæ virtus sit in hoc dominici sermonis defectu, ut dicat : *Si forte vel ipsi audiant*. Nobis hoc nobis aperte dicitur, <sup>b</sup> qui affliti, obsecari, conclusi, omnia quæ in hoc mundo habuimus bona perdidimus. <sup>c</sup> Urbes erutas, eversa castra, depopulatos agros, suffossas Ecclesias videmus; et tamen adhuc parentes nostros ad iniustates sequimur, ab eorum elatione quam vidimus non mutamur. Et illi quidem inter gaudia, nos vero, quod est gravius, et inter flagella peccamus. Sed ecce omnipotens Deus iniustitates judicans, jam priores nostros abstulit, jam ad judicium vocavit. Nos adhuc ad poenitentiam exspectat, nos ad revertendum sustinet. Et qui in illis jam judicium exercuit, nobis suæ patientiæ longanimitatem prærogat, ne cum nostris nos prioribus perdat, dicens : *Si forte vel ipsi audiant, et si forte quiescant, quia domus exasperans est.*

10. Omnis anima etiam post acceptam fidem in perversitate sua aut permanens, aut revertens, domus exasperans vocatur, quia eum quem per fidem suscepere repellit a se pravis moribus habitatorem Deum. Nam domus inhabitatur a domino. Si ergo domus, quare exasperans? Si vero exasperans, quare domus, quæ utique jam non habitatur? Sed domus, quia in ea Deus per fidem habitare cooperat; exasperans vero est, quia ab ea pravis moribus repulsus exit, ut vacua remaneat, quam prius cœlestis inhabitator replebat. Unde etiam, sicut Veritatis voce cognovimus nequissimus spiritus cum septem aliis rediens, domum scopis mundatum invenit (*Math. xii, 45*), quia mentem a virtutibus alienam replet. Sequitur :

ibid.—*Et scient quia propheta fuerit in medio eorum.*

11. <sup>d</sup> Malis scire bonos, aut ad adjutorium salutis proficere, aut ad testimonium damnationis solet. Sciant ergo quia in medio eorum propheta fuerit, ut auditæ prædicatione aut adjuventur ut surgant, <sup>e</sup> aut sic damnentur ut excusatione careant. Sequitur :

VERS. 6. — *Tu ergo, fili hominis, ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, quoniam increduli, et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas.*

12. Patet ad quam perversos in prædicationem mititur, qui ne timeat admonetur. Et quia pravi quique bona sibi loquentibus alia iniqua faciunt, et adhuc alia minantur, propter illa quæ faciunt dicitur : *Ne timeas eos*; et propter hoc quod minatur, adjungitur: *Neque sermones eorum metuas*. Vel certe quia reprobi et mala bonis ingerunt, et <sup>f</sup> eorum semper actibus derogant, propheta missus admonetur, ne eorum vel crudelitatem metuat, vel verba perlineat. In hoc itaque quod dicitur : *Ne timeas,*

*nos, ex contextu palam fit.*

<sup>g</sup> Edit. Paris. 1502 et ceteræ. aut sic in iniustis eorum dammentur. Hoc additamentum reprobabimus MSS. omnium auctoritate vici.

<sup>f</sup> Norm. et Val. Cl., eorum... bonis actibus. Abest bonis a Germ. et aliis.

prophetæ datur auctoritas prædicationis. Et quia omnes qui in Deo vivimus organa veritatis sumus, ut sœpe per alium mihi, sœpe vero aliis loquatur per me; sic nobis boni verbi inesse auctoritas debet, ut et is qui præest **1254** dicat recta libere, et is qui subest inferre bona humiliiter non recuset. Bonum enim <sup>a</sup> quod majori a minore dicitur tunc vere bonum est, si humiliiter dicator. Nam si rectitudo sentiendi humilitatem loquendi perdiderit, radicem sensus in ramo linguae vitavit. Quod videlicet vitium jam non ex ramo, sed ex radice est, quia nisi cor intumesceret, lingua minime superbiret. Inesse ergo ad loquendum priori humiliis auctoritas, inesse autem minori libera humiliitas delbet. Sed sœpe in hominibus ipse loquendi ordo confunditur, sicut et longe superius diximus. Nam aliquando quis per tumorem elationis loquitur, et loqui se per auctoritatem libertatis existimat; et aliquando alius per stultum timorem facit, et tacere se per humilitatem putat. Ille locum sui regiminis attendens, non metitur sensum tumoris; iste, locum suæ subjectionis considerans, timet dicere bona quæ sentit, et ignorat quantum charitati reus efficitur tacendo.

**13.** Sic vero sub auctoritate superbia, et humilius timor sub humiliitate se palliat, ut sœpe nec ille valeat considerare quid Deo, nec iste quid debeat proximo. Nam ille dum eos qui sibi subjecti sunt conspicit, et ei cui omnes subjacent non intendit, in elatione attollitur, et de elatione sua velut de auctoritate gloriatur. Iste vero nonnunquam dum timet ne majoris gratiam amittat, atque per hoc aliquid temporalis damni sustineat, recta quæ intelligit occultat, atque apud se tacitus ipsum timorem quo constringitur humiliatem nominat. Sed eum cui nil vult dicere, tacendo in cogitatione dijudicat; sitque ut unde se humiliem existimat, inde gravius sit superbus. Discernenda ergo semper sunt libertas et superbìa, humilius et timor, ne aut timor humiliatem, aut superbìa se libertatem fingat. Ezechiel itaque quia non solum populo, sed etiam senioribus loqui mittebatur, ne incautum timorem humiliatem crederet, ut timere non debeat admonetur, dum dicitur: *Ne timeas eos.* Ac ne forte derogationis eorum verba pertimescat, adjungitur: *Neque sermones eorum metuas.*

**14.** Cur autem linguas derogantium timere non debeat, etiam causa subjungitur, cum protinus subinfertur: *Quoniam increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas.* Timendi enim essent hi quibus loqui mittebatur, si in fide et opere Deo omnipotenti placuissent. Quia autem increduli et subversores sunt, in suis sermonibus derogantes, timendi non sunt, quia stultum valde est si illis placere querimus quos non placere Domino scimus.

<sup>a</sup> Longip., quod a majore minori dicitur.

<sup>b</sup> Longip., habere.

<sup>c</sup> Lyrar. et Longip., qui te oderant.

<sup>d</sup> C. Germ. et Longip., qui retribuebant. Ibid. Gussainv., secuturus sum justitiam. Beccens., pro ju-

A Debent autem <sup>b</sup> haberi in metu et reverentia judicia justorum, quia membra omnipotentis Dei sunt, et hoc ipsi in terra reprehendunt, quod Dominus redarguit e celo. Nam perversorum derogatio vita nostræ approbatio est, quia jam ostenditur nos aliquid justitiae habere, si illis displicere in ipsum qui non placent Deo. Nemo etenim potest in una eademque re omnipotenti Domino atque ejus hostibus gratis existere. Nam Deo se amicum dengit, qui ejus placet inimico. Et inimicis veritatis adversabitor, **1255** qui eidem veritati in mente subjugatur. Unde sancti viri in vocis liberæ interpretatione succensi, eos ad sua odia excitare non metunt, quos Deum non diligere cognoscunt. Quod Pro, he ardenter exhibens, creatori omnium qui si in munere obtulit, dicens: *Nonne <sup>c</sup> qui oderunt te, Deus, oderam illos, et super inimicos tuos tabescet (Psal. cxxviii, 21)? Perfecto odio oderam illos, et inimici facti sunt mihi (Ibid., 22).* Ac si aperte dicat: Pensa quantum te diligo qui tuorum hostium excitare contra me inimicitias non pertimesco. Hinc etenim dicit: <sup>d</sup> Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam subsecutus sum justitiam (Psal. xxxvii, 21). Bonum valde est quod justus tribuit, quando male agentibus libera voce contradicit. Sed perversi mala pro bonis retribuunt cum justis derogant, quia contra eos justitiae dispersionem servant. Non enim iusti humana judicia, sed æterni judicis examen aspiciunt, atque ideo derogantium verba contemnunt. Hinc etenim derogantibus Corinthiis Paulus dicebat: *Mihi autem pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die (1 Cor. iv, 5).* Qui nec in corde suo unde se reprehendere potuerit, et inveniens, adjungit: *Sed neque meipsum judico.* Videns autem quia ei ad perfectiōne sanctitatis nec suum judicium sufficeret, subdividit: *Sed non in hoc justificatus sum.* Cur vero nec sibi metipsi de seipso credidit, causam reddidit cum subjungit: *Qui autem justificat me Dominus est (Ibid., 4).* Ac si aperte dicat: <sup>e</sup> Nec meo de me judicio credendum existimo, quia ille me judicial, cuius ego judicium non comprehendo. Hinc beatus Job cum per amicorum derogantium linguas inter dolores vulnerum pateretur jacula verborum, cogitatione protinus ad conscientiam revertit, atque ubi mentem solidam haberet, as. exit dicens: *Ecce enim in celo testis meus, et conscius meus in excelsis (Job. xvi, 20).* Qui etiam subdividit: *Verbo amici mei, ad Deum stillat oculus meus (Ibid., 21).*

**15.** In omne enim quod de nobis dicitur, semper taciti recurrire ad mentem debemus, interiorem testimoniem et judicem querere. Quid enim prodest si <sup>f</sup> omnes laudent cum conscientia accusent? Aut quid poterit obesse si omnes nobis derogent, et conscientia sola nos defendat? Beatus ergo Job inter

stitionem, habet bonitatem.

<sup>e</sup> Norm., nec mihi de me credendum. Val. Cl., nec mihi de meo judicio.

<sup>f</sup> Ibidem Cud., si homines laudent; et paulo infra, si homines nobis derogent.

linguas derogantium <sup>a</sup> inflexa mente persistens, quia in terra se impugnari falsis sermonibus vedit, in cœlo testem quæsivit. Ilinc Isaias ait : *Popule meus, qui beatificant te, ipsi te decipiunt, et viam gressum tuorum dissipant* (*Isai. iii, 12*). Qui videlicet populus ne verba suæ laudis attenderet, et in culpis altius periret, statim dicitur quem aspiciat, cuius judicium pertimescat, cum subditur : *Stat ad judicandum Dominus, stat ad judicandos populos* (*Ibid., 13*). Ac si aperte diceretur : *Judicia humana cur sequeris, qui stare super te cœlestem judicem scis.*

16. Huc est quod Joannem Baptistam Veritas esse arundinem vento agitatam negat, dicens : *Quid existis videre in desertum? Arundinem vento agitatam?* (*Matth. xi, 7, seq.*) Quod quia negando dixerit, non affirmando, subiuncta verba testantur. Ait enim : *Sed quid existis videre <sup>b</sup> in deserto? Hominem mollibus vestitum?* Ecce qui mollibus vestiuntur in dominibus regum sunt. Arundo autem vento agitata modo flabitur, modo flatibus inclinatur. Omnis autem infirmus animus, qui vel derogatione dejicitur, vel laudibus exaltatur, arundo vento agitata est. Quod Joannes non erat, quia inflexibilem mentis verticem inter laudes hominum et derogationes tenebat.

17. Sed magna inquisitione res indiget, cum recti operis viam tenemus, utrum semper despiciere derogantium verba debeamus, an certe aliquando compescere. De qua re sciendum est quia linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare ne ipsi pereant, ita per suam malitiam excitas debemus <sup>c</sup>quoniam tolerare, ut nobis meritum crescat; aliquando autem etiam compescere, ne, dum de nobis mala disseminant, eorum qui audire nos ad bona poterant corda innocentium corruptant. Ilinc est enim quod Joannes obtrectatoris sui lingnam redarguit, dicens : *Is qui amat primatum gerere in eis Diotrephes non recipit nos; propter hoc si venero, commoneam ejus onera quæ facit, verbis malignis garriens in nos* (*III Joan., 9*). Ilinc Paulus iterum <sup>d</sup> de detrahentibus Corinthiis loquitur, dicens : *Epiſtolæ, iniquiunt, graves sunt et fortes præſentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis; hoc cogit qui hujusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolæ absentes, tales et præſentes in opere* (*II Cor. x, 10*).

18. Hi etenim quorum vita in exemplum imitationis est posita debent, si possunt, detrahentium sibi verba compescere, ne eorum prædicacionem non audiunt qui audire poterant, et, in pravis moribus remanentes, bene vivere contemnant. <sup>e</sup> Sed hac in re, subtili inquisitione necesse est ut semelipsum animus investiget, ne fortasse suæ laudis gloriam

<sup>a</sup> Gemet. cum al. Norm., *infelix persistens*.  
<sup>b</sup> Ha C. German., Longip., Val. Cl., Norm., etc.  
 Editoribus magis arrigit *videre in desertum*.  
<sup>c</sup> Excusi, *Diotrephes*, German., *Diotrephes*.  
<sup>d</sup> Abesi de a MSS. Norm. et al. plurimis, quod remittimus, aliis antiquioribus MSS. int̄erendo.  
<sup>e</sup> Suess., sed in hac subtili inquisitione.

A querat, et animarum <sup>f</sup> lucra se querere nostra cogitatio simulet. Sæpe enim sui nominis laude animus pascitur, et quasi sub obtenu lucrorum spiritualium, cum de se bona dici cognoverit letatur. Et sæpe suæ ḡoriz <sup>g</sup> defensione contra detrahentes irascitur, et singit sibimet quod hoc ex eorum zelo faciat quorum corda a bono itivere detrahentes sermo perturbat. Illi ergo debent magnopere curare ne contra eorum opinionem detrahentium verba prævaleant, qui suam conscientiam subtilius discutientes, se in ea inveniunt de amore private gloria nihil habere.

19. Ilinc est enim quod justi atque perfici aliquando virtutes suas prædican, bona que divinitus acceperunt narrant, non ut ipsi apud homines sua ostensione proficiant, sed ut eos quibus prædican exemplo suo ad vitam trahant. Unde Paulus apostolus quoties fustibus cæsus, quoties lapidatus, quoties naufragium pertulit, quanta pro veritate sustinuit, quod ad tertium cœlum rapios, quod in paradisum ductus sit, Corinthiis narrat (*II Cor. xi, 25*), ut eorum sensum a falsis prædicatoribus avertat, ut dum se innotesceret qualis esset, illi eis vilescerent, quos ab eis <sup>h</sup> cognoverat inique venerari. Quod perfecti cum faciunt, id est cum **1257** virtutes proprias loquuntur, in hoc quoque omnipotentis Deus imitatores sunt, qui laudes suas hominibus loquitur, <sup>i</sup> ut ab hominibus cognoscatur. Nam cum per Scripturam suam præcipiat, dicens : *Laudet te <sup>j</sup> alienus, et non os tuum* (*Prov. xxvii, 2*), quomodo facit ipse quod prohibet? Sed si virtutes suas omnipotens Deus taceret, eum nullus agnosceret; si eum nullus agnosceret, nullus amaret; si nullus amaret, nullus ad vitam rediret. Unde et per Psalmistam de eo dicitur : *Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo, uidet illis hereditatem gentium* (*Psal. cx, 6*). Virtutes ergo suas annuntiant, non ut laudibus suis ipse proficiat, sed ut hi qui hunc ex sua laude cognoverint ad perpetuum hereditatem <sup>k</sup> veniant. Justi itaque atque perfecti non solum cum <sup>l</sup> vituperationis suæ verba reprehendunt, sed etiam cum virtutes quas habent infirmis loquuntur reprehensibles non sunt, quia per suam vitam quam referunt aliorum animas ad vitam querunt.

20. De quibus tamen sciendum est quia nunquam bona sua detegunt, nisi eos, ut dixi, aut proximum utilitas, aut certe nimia necessitas cogat. Unde Paulus apostolus cum virtutes suas Corinthiis enumerasset, aliquoxit : *Factus sum incipiens, vos me coegeritis* (*II Cor. xii, 11*). Fit vero aliquando, ut necessitate compulsi, in bonis quæ de se referunt, non aliorum utilitatem, sed suam requirant, sicut beatus Job facta sua enumerat, dicens : *Oculus sui*

<sup>f</sup> Suess. et Longip., *laudat sequi nostram*.  
<sup>g</sup> Laudati Cod., *cognoverat inique venerations suæ pto.*

<sup>h</sup> Al., *ut ab omnibus*.  
<sup>i</sup> Plerique Norm., *alienum, et non os tuum*.  
<sup>j</sup> Germ., Longip. et Val. Cl., *virant*.  
<sup>k</sup> Suess. et Longip., *cum vituperatione sua*.

*cæco, et pes claudio, pater eram pauperum, et causam quam neciebam, diligenter investigabam (Job. xxix, 15, 16).* Et multa alia quæ sæpe egisse se commemorat. Sed quia, in vulnere doloris positus, ab amicis increpatibus ipse impie egisse, et violentus proximis atque oppressor pauperum suisse dicebatur, vir sanctus, inter flagella Dei et humanae increpationis verba deprehensus, mentem suam graviter concuti atque ad desperationis soveam conspergit impelli; qui jamjamque cadere poterat, nisi ad memoriam sua bene acta revocasset, ut ad spem animus reduceretur, ne oppressus verbis et vulneribus in desperatione periret. Quod ergo bona sua enumerat, non innotescere aliis quasi ex laude desiderat, sed ad spem animum reformat. Justi itaque sicut sine arrogantia loquuntur aliquando bona quæ agunt, ita sine zelo private gloria detrahentium sibi linguas redarguunt, quia noxia loquuntur. Cum vero linguae derogantium corrigi nequeunt, æquanimiter sunt per omnia tolerandæ. Nec obtrectationis sermo timendus est, ne dum vituperatio perversorum metuitar, recti operis via deseratur. Unde nunc Ezechielii prophetæ dicitur: *Sermones eorum ne metuas, quia increduli et subversores sunt tecum.*

21. Minus autem mali essent, si hi qui sunt increduli subversores minime fuissent. Quia enim ipsi vel cœlestis regni præmia, vel gehennæ esse supplicia non credunt, <sup>b</sup> in suis pravitatis dimissi, a fide et opere etiam alios subvertunt, ut regnum quod ipsi appetere non volunt, nec alter assequatur. Hi namque cum teneriores quosdam bona incipere, mala jam devitare cognoverint, modo irridendo quod in cœlis promittitur, modo **1258** despiciendo quod Deus omnipotens de inferni suppliciis minatur, modo laudando bona temporalia, et delectationes præsentis sæculi callida persuasione pollicendo, deflectunt mentes innocentium, eorumque itinera pervertunt. Gaudent si quos potuerint a vita revocare, ad mortem trahere; lætantur in pravitatis suis, exsultant et in alienis. His nimurum poena sua non sufficit, qui agunt ne soli moriantur. At si fortasse justum quempiam tantæ jam virtutis invenerint, ut ei loqui contraria non præsumant, quia subversores esse non possunt, statim scorpiones fiunt. Scorpio enim palpando incedit, sed cauda ferit; nec mordet a facie, sed a posterioribus nocet. Scorpiones ergo sunt omnes blandi et malitiosi, qui bonis quidem in faciem non resistunt, sed inox ut recesserint derogant, alias <sup>c</sup> quos valuerint inflammant, quæque possunt noxia immittunt, mortifera inferræ occulte non desinunt. Scorpiones ergo <sup>d</sup> sunt qui blandi et innoxii in facie videntur, sed post dorsum portant unde venenum fundant. Qui enim in occulto scriunt quasi mortem latenter trahunt. Unde etiam per Psalmistam dicitur: *Circumdederunt me sicut apes, et*

<sup>a</sup> Longip. cum Norm., quæ se pie egisse, Val. Cl., quæ se peregrisse. Retinemus Editorum lect. quæ est Germ. et veteriorum.

<sup>b</sup> Gilot. et Vatic., in suis gravitatibus. Dissentient MSS. Anglic., Norm., etc.

*A exarserunt sicut ignis in spinis (Psal. cxvii, 42). Apes enim in ore mel habent, in aculeo caudæ vulnus. Et omnes qui lingua blandiuntur, sed latenter ex malitia ferunt, apes sunt, quia loquendo dulcedinem mellis proponunt, sed occulte feriendo vulnus inferrunt. Ista vero facientes exardescunt sicut ignis in spinis, quia per flammas detrahentium non justorum vita comburitur, sed si quæ in eis esse poterant peccatorum spinæ, concremantur. Dicatur ergo: Increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas. Increduli scilicet Deo, subversores vero infirmantibus proximis, scorpiones autem etiam fortibus et robustis. Quibus etsi in facie contradicere non præsumunt, ex occulto tamen vulnus derogationis inferrunt. Increduli quippe simul et subversores et scorpiones sunt, quia et audita ea quæ Dei sunt non credunt, et eos quos prævalent a bonis moribus subvertunt, et quos inflectere non valent occultis machinationibus ferunt.*

22. Qua in re hoc quoque notandum est, quia cum prophetæ dicitur: *Increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas, nobis consolationis medicamentum profertur, quos sæpe tædet vivere, dum nolumus cum malis habitare.* <sup>e</sup> Querimus etenim cur non omnes boni sunt qui nobiscum vivunt. Mala proximorum ferre nolumus, omnes sanctos jam debere esse decernimus, dum esse nolumus quod ex proximis portemus. Sed hac in re luce clarissima patet, dum malos portare renuimus, quam multum adhuc ipsi de bono minus habeamus. Neque enim perfecte bonus est, nisi qui fuerit et cum malis bonus. Hinc beatus Job de semetipso asserit, dicens: *Frater sui draconum, et socius struthionum (Job. lxx, 29).* Hinc Paulus apostolus discipulis dicit: *In medio nationis pravæ et perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo (Philip. ii, 15).* Hinc Petrus gregis dominiici pastor dicit: *Justum Lot oppressum a nefandorum injuria conversatione eripuit. 1259* Aspectu enim et auditu justus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam justi iniquis operibus cruciabant (*II Petr. ii, 7*). Sæpe vero cum de vita proximorum querimur, mutare locum conanur, secretum vitæ removit eligere; videlicet ignorantibus quia si desit spiritus, non adjuvat locus. Idem enim Lot de quo loquimur, in Sodomis sanctus exstitit, in monte peccavit (*Genes. xix, 2, 30, seq.*). Quia autem loca mentem non muniant, ipse humani generis primus testatur parens, qui et in paradiſo cecidit (*Genes. iii, 7*). Sed minus sunt omnia quæ loquimur ex terra. Nam si locus salvare potuisset, Satan de cœlo non caderet. Unde Psalmista ubique in hoc mundo tentationes esse conspiciens, quæsivit locum quo fugeret, sed sine Deo inventire non potuit munatum. Ex qua re et ipsum sibi locum fieri petit, propter quem quæsivit dicens: *Esto mihi in Deum*

<sup>c</sup> Suess. et Longip., quos voluerint.

<sup>d</sup> Longip., sunt omnes blandi et malitiosi, et innoxii, etc.

<sup>e</sup> C. Germ., quærimus.

protectorem, et in locum munitum, ut salvum me facias (*Psalm. xxx, 3*). Tolerandi ergo ubique sunt proximi, quia Abel fieri non valet quem Cain malitia non exerceat.

23. Unum vero est pro quo vitari societas debet malorum, ne si fortasse corrigi non valent, ad imitationem trahant; et cum ipsis a sua malitia non mutantur, eos qui sibi conjuncti fuerint pervertant. Unde Paulus ait: *Corrumptunt bonos mores colloquia mala* (*I Cor. xv, 33*). Et sicut per Salomonem dicitur: *Noli esse amicus homini iracundo, nec ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas ejus, et summas scandalum animae tuae* (*Prov. xxii, 24*). Sicut ergo perfecti viri perversos proximos non debent suscere, quia et eos saepe ad rectitudinem trahunt, et ipsis ad perversitatem nunquam trahuntur, ita infirmi quicunque societatem declinare debent pravorum, ne mala quæ frequenter aspiciunt, et corriger non valent, delectentur imitari. Sic enim verba proximorum audiendo quotidie sumimus in mente, sicut flando atque respirando aerem trahimus corpore. Et sicut malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus, ita perversa locutio assidue audita, infirmantium inficit animum, ut tabescat delectatione pravi operis, et assidui iniquitate sermonis. Sequitur:

IBID. — *Verba eorum ne timeas, et vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est.*

24. Ideo boni timendi sunt ne offendantur, ne forte per eos ille provocetur ad iram, qui eorum corda semper inhabitat. Nam, sicut superius dictum est, si malos offendimus, timore minime debemus, quoniam illis nostra actio displacebit, quibus nec iustitia creatoris placet. Quid ergo timendum est, si nobis ingrat sunt, qui Deo amabiles non sunt? Unde recte nunc dicitur: *Verba eorum ne timeas, et vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est.* Ac si aperte diceretur: Timendi essent, nisi me in suis actibus exasperarent. De quibus adhuc subditur:

VERS. 7. — *Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, et quiescant, quia irritatores sint.*

25. Omnis qui peccat, quid aliud quam conditoris sui in se iracundiam irritat? Et scimus quia quoties actu, quoties verbo, quoties cogitatione delinquimus, Deum contra nos loties irritamus. Sed tamen sustinet, et clementer expectat, per se patientiam, per predicatores autem suos verbum nobis exhortationis prærogat. Omnis autem 1260 qui recta prædicat, si auditur, iram irritati creatoris super prævaricatorem populum placat. Unde necesse est ut ipse non debeat agere malum, quod solet in populo furorem conditoris sui irritare. Propter quod etiam subditur:

VERS. 8. — *Tu autem, fili hominis, audi quæcumque loquor ad te, et noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est.*

26. Id est, mala quæ fieri conspicis, ipse non fa-

<sup>a</sup> Suess., si non auditur, iram irritat creatoris super prævaricatorem populum plagam. Norm., super prævaricationem populi placat.

<sup>b</sup> Editi tum vet. tum recent., prohibere niteris, re-

rias, ne hoc quod <sup>b</sup> prohibere mitteris ipse committas. Omnis etenim prædicator intenta semper debet mente pensare ne qui missus est lapsos erigere e ipse in pravitate operis cum lapsis cadat, et Pauli hunc sententia feriat dicentes: *In quo alterum judicas te ipsum condemnas* (*Rom. ii, 4*). Unde Balaam Dei spiritu repletus ad loquendum, sed tamen in carnali vita suo spiritu detentus, de semetipso loquitur, dicens: *Dixit auditor sermonum Dei, qui novit doctrinam Altissimi, et visiones omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos* (*Num. xxiv, 14, 16*). Cadens apertos oculos habuit, qui rectum quod diceret vidit, sed recte vivere contempsit. Cadens videlicet in perverso opere, et apertos habens oculos in sancta prædicatione.

B 27. Est tamen aliud quod possit intelligi cur beatus Ezechiel, qui ad prædicationem mittitur, esse exasperans prohibetur. Nisi enim ad loquenda vegba cum mittebatur obediret, omnipotentem Dominum sicut populus de perverso opere, sic propheta de suo silentio exasperasset. Nam sicut mali ideo Deum exasperant quia loquuntur vel faciunt mala, ita non nunquam boni exasperant, quia retinent bona. Illis itaque culpa est perversa agere, istis recta retinere. In hoc ergo cum malis etiam boni simul Deum exasperant, quia cum perversa non increpant, eis per suum silentium <sup>d</sup> proficiendi licentiam praestant. Sequitur:

IBID. — *Aperi os tuum, et comedere quæcumque de tibi.*

C 28. Aperimus os nostrum cum recta loquimur; et comedimus quæ a Deo accipimus, quia et tribuitur et augetur in nostris sensibus cibus vitae, cum prædicare corporimus. Unde propheta alius dicit: *Os meum aperi, et attraxi spiritum* (*Psalm. cxviii, 131*). Non enim spiritum attraheret, nisi os aperiret, quia nisi ad prædicandum proximis se impenderet, spiritualis doctrinæ in eo gratia non crevisset. Sequitur:

VERS. 9. — *Et vidi, et ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber; et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus et foris.*

D 29. Sicut per prophetam prædicatorum ordo, sic per librum quem accepit Scripturæ sacræ paginæ designantur. Liber autem involutus est Scripturæ sacrae eloquium obscurum, quod profunditate sententiæ involvitur, ut non facile sensu omnium penetretur. Sed coram propheta liber expanditur, quia eorum prædicatoribus sacri eloquii obscuritas aperitur. Involutum librum manus Dei porrexit, cum apostolis dicebat: *Simile factum est regnum cœli um homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et superseminalavit sisania in medio tritici, et abiit. Cum autem crevisset herba, et fructum fecisset, tunc appa-*

luerantibus MSS. omnibus Norm., C. Germ., Corb., Longip., Val. Cl.

<sup>c</sup> Suess., ipse in ipsa vita et operibus cum lapsis.

<sup>d</sup> Val. Cl., perficiendi.

ruerunt et zizania (*Matth. xii, 24, seq.*), et reliqua quæ charitas vestra etiam me reticente reminiscitur. Sed librum quem involutum **1261** ostenderat expandit cum hoc quod per ænigmata loquebatur exposuit dicens : <sup>a</sup> Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum vero semen hi sunt filii regni; zizania autem filii sunt nequam. Inimicus autem qui seminavit ea est diabolus. Mensis vero consummatio sæculi, messores autem angelii sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi (*Matth. xxiii, 37, seq.*). Involutus itaque liber expanditur, quando hoc quod obscure prolatum fuerat, per latitudinem intellectus aperitur. Hunc involutum librum Veritas expandit quando in discipulis egit quod scriptum est : Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas (*Luc. xxiv, 45*).

30. De quo abhuc libro subditur : Qui erat scriptus intus et foris. Liber enim sacri eloquii intus scriptus est per allegoriam, foris per historiam. Intus per spiritalem intellectum, foris autem per sensum litterarum simplicem, abhuc insirmantibus congruentem. Intus, quia invisibilia promittit; foris, quia visibilia præceptorum sonorum rectitudine disponit. Intus, quia cœlestia pollicetur, foris autem quia terrena contemptibilia qualiter sint, vel in usu babeuda, vel ex desiderio fugienda, præcipit. Alia namque de secretis cœlestibus loquitur, alia vero in exterioribus actionibus jubet. Et ea quidem quæ foris præcipit patent, sed illa quæ de internis narrat plene apprehendi nequeunt. Unde scriptum est : Extends cælum sicut pellam, qui tegis in aquis superiora ejus (*Psalm. ciii, 2*). Quid enim cœli nomine nisi sacra Scriptura signatur? De qua nobis et sol sapientiae, et luna scientiæ, et ex antiquis Patribus stellæ exemplorum atque virtutum lucent. Quod sicut pellis extenditur, quia, per scriptores suos carnis lingua formatum, ante oculos nostros per verba doctorum exponendo displicatur. Quid vero aquarum nomine, nisi sanctissimi angelorum signantur chori? De quibus scriptum est : Et aquæ quæ super cælos sunt laudent nomen Domini (*Psalm. cxlvii, 4*). Ilujus enim superiora Dominus in aquis legit, quia alta sacri eloquii, id est ea quæ de natura divinitatis vel de æternis gaudiis narrat, nobis adhuc nescientibus, solis angelis in secreto sunt cognita. Cœlum ergo hoc et coram nobis extenditur, et tamen in aquis superiori ejus continguntur, quia et quadam sacri eloquii jam nobis per apertitionem spiritus patent, et quadam quæ solis angelis possunt esse manifesta. <sup>b</sup> Et alii servantur occulta. De quibus tamen occultis jam partem per spiritalem intelligentiam sentimus, jam sancti Spiritus pignus accepimus, quia hæc et plene needum cognovimus, et tamen medullitus amamus, et in multis spirituali-

<sup>a</sup> Val. Cl. cum Norm., qui seminavit.

<sup>b</sup> Recent. Editi, qui tegis aquæ. Additur in hic et infra in C. Germ., Corb., Norm. et ceteris MSS.

<sup>c</sup> Corb. et Germ., ex dictis occultioribus non variati, omissis ceteris.

<sup>d</sup> Gemel. ac aliis Norm., habeant enim cervi montes.

A bus sensibus, quos jam cognovimus, veritatis pabulo pascimur.

31. Dicat ergo : Qui erat scriptus intus et foris, quia in sacro eloquio et <sup>e</sup> dictis occultioribus atque sublimioribus satiantur fortis, et præceptis aperi-ribus nos parvuli nutrimur. Unde scriptum est : Montes excelsi cervis, petra refugium herinaciis (*Psalm. ciii, 18*). <sup>f</sup> Habeant enim montes intelligentia, qui jam contemplationis salutis dare noverunt. Sed petra sit refugium herinaciis, quia nos parvuli et peccato-rum nostrorum **1262** spinis cooperati, etsi intelligere alta non possumus, in petre nostræ refugio, id est, in Christi fide salvamur. Unde et quibusdam dicuntur : Nihil me judicavi acte inter vos nisi Christus Iesus, et hunc crucifixum (*II Cor. ii, 2*). Ac si dice-  
ret : Quia vos capere divinitatis ejus mysteria non posse pensavi, sola vobis humanitatis ejus iuferma locutus sum. Sequitur :

Inid. — Et scriptæ erant in eo lamentationes, <sup>g</sup> car-men, et vox.

32. Carmen aliquando in domo, aliquando vero in malo dici debium non est, quia et lætem Carmen, et lugubre Carmen dicere possumus. Sed nos Scripturae sacrae usum sequentes, quæ pene semper carmen ponere in prosperis solet, hoc in loco pro bona parte dictum carmen accipimus. Nam cum omnipotens Deus populum suum de mari Rubro liberasset, scriptum est : Tunc Moyses et filii Israel cecinerunt car-men Domino (*Exodus. xv, 1*). Et cum David victoriam de hostibus fecisset, scriptum est : Locutus est David Domino verba carminis hujus (*II Reg. xxii, 1*). Salomon quoque ait : Acetum in nitro, et qui cantat car-mina <sup>h</sup> cordi pessimo (*Prov. xxv, 20*). Acetum quippe si mittatur in nitro, fervescit nitrum protinus et ebullit. Et perversa mens quando per increpationem corripitur, aut prædicationis dulcedinem <sup>i</sup> bona suadetur, de correptione fit deterior; et inde in murmuratio-nis iniustitate succeditur, unde debuit ab iniustitate compesci. Per Helium quoque de ingrato ac sece desperante dicitur : Et non dixit, Ubi est qui facit me, qui dedit carmina in nocte? (*Job. xxxv, 10*.) Carmen quippe in nocte est lastitia in tribulatione. Carmen in nocte accipiunt, quando in pressuris presentibus de futuris gaudiis consolamur. Carmen nobis in nocte ostendebat apostolus cum dicebat : Spe gaudentes, in tribulatione patientes (*Rom. xii, 12*). Carmen in nocte se David habere indicat, dicens : Tu es mihi refu-gium a pressura quæ circumdedit me; exultatio mea, redime me a circumstantibus me (*Psalm. xxxi, 7*). Qui enim circumdari se pressuris narrat, et tamen Deum sibi esse exultationem nominat, procul dubio car-men in nocte cantat. Quia igitur pene semper in hono carmen ponere Scriptura sacra co-suevit, ita a nobis etiam in hoc loco debet intelligi.

<sup>g</sup> Pl. Norm., et carmen.

<sup>h</sup> Excusi, corde pessimo. In Lyrano oeo et legitur est.

<sup>i</sup> Suas. et Lyran. quibus consentinent Editi pene omnes, bona suadentur. Gussanv., ad bona suadetur. Sequimur Germ., Norm. et alias MSS.

33. Væ autem in Scriptura sacra sæpius de æterno luctu quain præsentí solet intelligi. Unde scriptum est : *Væ impio in malo; retributio enim manuum ejus fit ei* (Isai. iii, 11). Et beatus Job loquitur, dicens : *Si impius fuero, vae mihi est; si autem justus, non levabo caput, saturatus afflictione et miseria* (Job. x, 15). Justorum enim afflictio temporalis est. Væ ergo quod dixit, a temporali afflictione distinxit, qui et justum afflictionem, et impium vae habere perhibuit. Per semetipsam quoque Veritas dicit : *Væ mundo a scandalis* (Matth. xviii, 7), et, *Væ vobis qui ridetis, quoniad flebitis* (Luc. vi, 25). Et, *Væ prægnantibus et nutrientibus in illis diebus* (Ibid., xxi, 25). Pensandum ergo nobis est quomodo hæc tria in sacro volumine scripta sint, lamentationes, carmen, et vae.

34. Lamentationes videlicet, quia in eo scripta est pœnitentia peccatorum. Carmen vero, quia ibi prænuntiantur gaudia justorum. Væ autem, 1263 quia illuc expressa est damnatio reproborum. Ut ergo peccata punias, lego quæ in hoc volumine scripta sunt lamenta : *Scindite corda restra, et non vestimenta vestra* (Joel. ii, 13). Et rursus : *Miseri estote, et lugete; risus vester in luctum convertatur, et gaudium in macrorum* (Jac. iv, 9). Ut autem de promissione gaudii sequentia hilarescas, cognosce quæ in hoc volumine scripta sunt carmina laudis æternæ : *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in seculum seculi tenebant te* (Psal. lxxxviii, 5). Et sicut per quendam sapientem de coeli Jerusalēm dicitur : *Et lapide pretioso et mundo omnes plateæ ejus aeternantur, et per omnes ricos ejus alleluia cantabitur* (Tobie xiii, 22). Hoc nobis carnem coeli patriæ nuntiare cives ejus venerant, qui concorditer clamabant : *Gloria in excelsis Deo, et in terra Pax hominibus bonæ voluntatis* (Luc. ii, 14). Sed si adhuc præsentis sæculo mente inhæres, si adhuc terrenis voluptatibus delectaris, amare non potes gaudia æternæ quæ audis. Cognoscere ergo in hoc volumine vae quod in eo scriptum est, atque ab animo per timorem expelle quod diligis, ut possis ex judicio carmen amare quod legis. Ibi quippe sub unius damnati specie multitudo omnis exprimitur reproborum, cum voce Veritatis dicitur : *Ligatis pedibus ejus ac manibus, mittite eum in tenebras extiores; illuc erit stetus et stridor dentium* (Matth. xxii, 13). Tunc enim reprobri in exteriore tenebris Dcadunt, quia nunc in interioribus sua sponte dejecerant, ut veritatis lumen nec credendo nec bene operando sequerentur. In quibus ligatis pedibus ac manibus nulli præcipiantur, quia nunc diu tempus operandi atque currendi est, babere manus et pedes liberos in bona actione noluerant. Ibi vae reproborum scriptum est : *Vermis eorum 1264 non morietur, et ignis eorum non extinguetur* (Isai. lix, 24). Ibi damnatis ac repulsiis dicitur : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* (Matth. xxv, 41). In hoc itaque volumine cuncta

<sup>a</sup> Rothomag., ibi de vae. Ebrote. et Sag., ubi de vae.

A quæ adificant, omnia quæ erudiunt, scripta continentur. Peccasti enim, et iam te pœnitit illicita perpetrasse, ut ad agendum pœnitentiam docearis, ibi invenis lamenta. <sup>b</sup> Spe colestium gaudiorum meptem relevare desideras, ibi ad consolationem tuam invenis carmen. Sin vero et mala perpetrasti, et hæc te perpetrasse non pœnitit, sed cervicem mentis eriges, ad nullas pœnitentiæ lamentationes inclinaris, nulla colestium gaudiorum exspectatione corrigeris, velis nolis, ibi scriptum auditurus es vae, ut quem nec timor ad pœnitentiam humiliat, nec spes ad superna pœnitia exalat, damnationis sure jam nunc pœnam prospiciat, et sine excusatione in æternum supplicium cadat.

35. Quid igitur, fratres, quid agendum est miseris B nobis, nisi ut evigilemus ad hujus verba voluminis, et mala quæ nos egisse meminimus netibus puniamus, ut per lamenta pœnitentiæ perveniamus ad carmen vitæ? Ne si affligi modo pœnitendō nolumus, vae postmodum sine fine sentiamus. Nec nos nostrorum vulnerum multitudo in desperationem deprimat, quia major est potentia medici, quam magnitudo languoris nostri. Quid est enim quod reparare ad salutem non possit, qui potuit omnia ex nihilo creare? Unigenitus quippe est omnipotenti Patri coæternus, qui cum eo vivit et regnat in unitate. <sup>c</sup> Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA X.

In explicatione priorum versuum capituli tertii usque ad quintum decimum commendat maxime Scripturam sacram, ejus assiduam lectionem, meditationem, et prædicationem.

1. Solent quidam scripta sacri eloquii legentes, cum sublimiores ejus sententias penetrant, minora mandata quæ insinuoribus data sunt tumenti sensu despicer, et ea velle in alium intellectum permuttere. Qui si recte in eo alta intelligent, mandata quoque minima respectui non haberent, quia divina præcepta sic in quibusdam loquuntur magnis, ut tamen in quibusdam congruant parvulis, qui per incrementa intelligenti e quasi quibusdam passibus mentis crecent, atque ad majora intelligenda perveniant. Unde nunc sancto prophetæ dicitur :

Ezech. iii, 1. — *Fili hominis, quodcumque invenieris comedere.*

2. Quidquid enim in sacra Scriptura inventur edendum est, quia et ejus parva simplicem compонunt vitam, et ejus magna subtilem adfiscunt intelligentiam. Sequitur :

Ibid., ET VERB. 2. — *Comede volumen istud, et vadens loquere ad filios Israel. Et aperte os meum, et cibavit me volumine illo.*

3. Scriptura sacra cibus noster et potus est. Unde etiam Dominus per prophetam alium minatur : *Mittam famam in terram, non famam panis, neque siti aquæ, sed audiendi verbum Domini* (Amos. viii, 11). Qui ergo, subtractio suo eloquio, fame ac siti nos

<sup>b</sup> Corrupte in Gussanv., saepè.

<sup>c</sup> In Editis desideratur Deus, non in Miss.

dicit atteri, quia ejus verba et cibus noster et potus sent demonstrat. Sed notandum quod aliquando cibus, aliquando potus sunt. In rebus enim obscurioribus quæ intelligi nequeunt nisi exponantur, Scriptura sacra cibus est, quia quidquid exponitur ut intelligatur, quasi manditur ut glutiatetur. In rebus vero aperi toribus potus est. Potum enim non mandando glutimus. Apertiora ergo mandato bibimus, quia etiam non exposita intelligere valemus. Pro eo autem quod multa Ezechiel propheta obscura atque perplexa auditurus erat, nequaquam ei de sacro volumine dicitur, bibe, sed comedet. Ac si aperte diceretur: Per tracta et intellige, id est prius mande, et tunc deguti. Sed in verbis sacri eloquii iste debet studii nostri ordo servari, ut hæc ideo cognoscamus, quatenus de iniuitate nostra compuncti, cognoscentes mala quæ fecimus, vitemus ne alia faciamus.

4. Et cum jam ex magno usu lacrymarum de peccatorum remissione coepit esse fiducia, per verba Dei quæ intelligimus ad vitam quoque et alios trahimus. Ad hoc enim intelligenda sunt, **1265** ut et nobis prospici, et intentione spirituali aliis conseruantur. Unde bene nunc dicitur: *Comede volumen istud, et vade, loquere ad filios Israel.* Ac si ei de sacro cibo diceretur: Comede et pasce, saturare et eructa, accipe et sparge, confortare et labora.

5. Et notandum quod propheta subjungit, dicens: *Et aperui os meum et cibavit me volumine illo.* Os in corde esse alius Propheta testatur, dicens: *Labia dolosa in corde, et corde locuti sunt mala* (*Psal. xi, 5*). Os ergo aperimus, quando sensum ad intelligentiam sacri verbi præparamus. Itaque ad vocem Domini propheta os aperit, quia ad spiramentum domini præcepti cordis nostri desideria inhibent, ut de cibo vitæ aliquid sumant. Sed tamen hoc ipsum sumere nostrarum virium non est, nisi ipse cibaverit qui ut comedatur jussit. Ille etenim cibatur, qui per se edere non potest. Et quia ad capienda verba coelestia idonea nostra infirmitas non est, ipse nos cibat, qui nobis in tempore mensuram tritici temperat, quatenus in sacro verbo dum hodie intelligimus quod hesterno die nesciebamus, cras quoque comprehendamus quod hodie nescimus, per divinæ dispensationis gratiam quotidiano alimento nutriamur. Omnipotens etenim Deus quasi toties ad os cordis nostri manum porrigit, quoties nobis intellectum aperit, et cibum sacri eloquii in nostris sensibus mittit. Cibat ergo nos volumine, cum sensum nobis Scripturæ saceræ dispensando aperit, et ejus dulcedine nostras cogitationes replet. Unde et subditur:

**Vers. 3.** — *Et dixit ad me: Fili hominis, venter tuus comedet, et viscera tua replebuntur volumine isto quod ego do tibi.*

6. In translatione veteri non habetur, *Venter tuus*

\* Ed. Paris. 1518 et al. seq., et vadens loquens. Ita etiam habent MSS. C. Germ. et alii in prima bujus contextus prolatione, sed non deinceps.

• Norm., locuta sunt.

• Longip. et Val. Cl. addunt, sed et os tuum come-

A comedet, sed, *Os tuum comedet, et viscera tua replebuntur.* Os enim nostrum comedit, dura verbum Dei legimus; viscera vero nostra complentur, cum intelligimus atque servamus ea in quibus legendō laboramus. In posteriori autem translatione, quam et veraciorem credimus, scriptum est: *Venter tuus comedet, et viscera tua replebuntur.* In sacro vero eloquio nonnunquam venter pro mente ponit consuevit. Unde per Jeremiam dicitur: *Ventrem meum, ventrem meum doleo* (*Jerem. iv, 19*). Quod quia de spirituali et non corporeo ventre dixerat, adjunxit: *Sensus cordis mei conurbati sunt* (*Ibid.*). Neque enim ad salutem populi pertinebat, si propheta ventrem corporeum se dolere prædicaret. <sup>a</sup> Sed ventrem doluit qui mentis afflictionem sensit. Sed cur exemplum prophetæ proferimus, cum testimonium Domini apertius habemus? Et necesse est ut cum per semetipsam Veritas loquitur, propheta taceat, quia lucerna claritatem non habet in sole. Ait enim: *Qui credit in me, sic dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluunt aquæ vivæ* (*Joan. vii, 38*). Quia enim de mente fidelium sanctæ prædicationes defluunt, quasi de ventre crederium aquæ vivæ flumina decurrent. Ventris autem viscera quid sunt aliud nisi mentis interna, id est recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas? **1266** Unde nunc recte dicitur: *Venter tuus comedet, et viscera tua replebuntur,* quia cum mens nostra pabulum veritatis accepterit, interna nostra non jam vacua remanent, sed alimento vitæ satiata.

C 7. Pensemus, charissimi fratres mei, quam sit piastia promissio, qua dicitur: *Venter tuus comedet, et viscera tua replebuntur volumine isto quod ego do tibi.* Multi etenim legunt, et ab ipsa lectione jejuni sunt. Multi vocem prædicationis audiunt, sed post vocem vacui recedunt. Quorum etsi venter comedit, viscera non replentur, quia etsi mente intellectum sacri verbi percipiunt, oblisiscendo et non servando quæ audierint, hæc in cordis visceribus non reponunt. Hinc est enim quod per prophetam alium quosdam Dominus increpat, dicens: *Ponite corda vestra super vias vestras. Seminatis multum, et intulatis parum; comedistis, et non estis satiati; bibistis, et non estis inebrinati* (*Aggœ. i, 6*). Multum <sup>b</sup> cordi suo seminat, sed parum insert, qui de mandatis coelestibus vel legendo, vel D etiam audiendo multa cognoscit, sed negligenter operando pauca fructificat. Comedit et non satiatur, qui, verba Dei audiens, lucra vel gloriam sæculi concupiscit. Bene autem non satiari dicitur, quia aliud mandit, et aliud esurit. Bibit et non inebratur, qui ad vocem prædicationis aurem inclinat, sed mentem non mutat. Solet enim per ebrietatem bibentium sensus mutari. Qui ergo ad cognoscendum Dei verbum devotus est, sed ea quæ sunt hujus sæculi adipisci desiderat, bi-

det et viscera.

<sup>a</sup> Ebrioic., Becc., Lyr., sed ventre doluit.

\* Ita C. Germ., cui consentiunt Editi omnes. In Norman. tamē et in plerisque MSS. legitur, in corde-

bit, <sup>a</sup> et debriatus non est. Si enim debriatus esset procul dubio mentem mutasset, ut jam terrena non quæreret, jam vana et transitoria quae amaverat non amaret. De electis namque per Psalmistam dicitur : *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ* (*Psalm. xxxv, 9*). Quia tanto omnipotens Dei amore repleti sunt, ut mutata mente sibimetipsis extranei esse videantur, implentes quod scriptum est : *Qui vult post me venire, abneget semetipsum* (*Math. xvi, 24*). Semetipsum abnegat qui mutatur ad meliora, et incipit esse quod non erat, et desinit esse quod erat.

8. Sæpe autem quoadam videmus ad vocem prædicationis, quasi ex conversione compunctos, habitum, non animum mutasse, ita ut religiosam vestem sumarent, sed anteacta vitia non calcarent; <sup>b</sup> iræ stimulis immaniter agitari, malitia dolere in proximi læsionem servescere, de ostensis quibusdam bonis ante humanos oculos superbire, præsentis mundi lucra inhianter quærere, et de solo exterius habitu quem sumpserunt, sanctitatis fiduciam habere. Quibus quid aliud dicendum est, nisi hoc quod <sup>c</sup> magister egregius quibusdam legis exteriora servantibus loquitur, dicens : *Quia in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura* (*Gal. v, 6*)? Non enim magni est meriti, si quid foris erga nos agatur in corpore, sed magnopere pensandum est quid agatur in mente.

9. Nam præsentem mundum despicer, transitoria non amare, mentem medullitus in humilitate Deo et proximo sternere, contra illatas contumelias patientiam servare, et, custodita patientia, dolorem malitiae a corde repellere, egenis propria **1267** tribuere, aliena minime ambire, amicum in Deo diligere, propter Deum et eos qui inimici sunt amare, de afflictione proximi lugere, de morte ejus qui inimicus est non exultare, hæc est nova creatura, quam idem magister gentium <sup>d</sup> apud alias discipulos vigilanti oculo requirit, dicens : *Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova* (*II Cor. v, 17*).

10. Ad veterem quippe hominem pertinet præsentem mundum <sup>e</sup> quærere, transitoria ex concupiscentia amare, mentem in superbiam erigere, patientiam non habere, ex dolore malitiae de proximi læsione cogitare, sua indigentibus non dare, atque ad multiplicandum aliena quærere, nullum pure propter Deum diligere, <sup>f</sup> inimicitias inimicitias reddere, de afflictione proximi gaudere. Cuncta hæc vetusti sunt hominis, quæ videlicet de radice trahimus corruptiōnis. Sed qui jam ista exsuperat, et ad oræcepta do-

<sup>a</sup> Vulgati., et *inebriatus*. Inhæremus MSS. C. Germ., Norman., Val Cl., etc.

<sup>b</sup> Excusi, *iræ stimulus inanier*. Corriguntur ex MSS., Anglic., Norm., Germ., etc.

<sup>c</sup> Vulgati, *doctoꝝ*.

<sup>d</sup> Longip., *apud illos*.

<sup>e</sup> In Germ, et plur., et *facta sunt nova*. Retinemus tamen aliam lect., quia et Vulgatæ et Græco textui ad amissim respondet.

<sup>f</sup> Suess. et Longip., *diligere*.

<sup>g</sup> Vulgati, contradicentibus MSS., *inimicitias inimi-*

*mina mentem in benignitatem commutat, de hoc recte dicitur : Quia vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova.*

11. Tunc ergo in nostris mentibus nova flunt, <sup>h</sup> cum a nobis vetusti hominis vitia transeunt; et tunc vitia vetusti hominis transeunt, quando sacriverbi præceptum venter comedit, et viscera medullitus replentur. Sæpe enim quosdam vidimus tota se mente ad sanctæ lectionis studium contulisse, atque, inter verba dominica recognoscentes in quantis deliquerint, semetipso in lacrymis mactare, mœrore continuo affici, in nullis hujus mundi prosperitatibus delectari, ita ut eis vita præsens oneri et lux ipsa fastidio fieret; vix ad colloquendum communia admittere, atque a rigore disciplinae animum difficile relaxare, pro amore conditoris, <sup>i</sup> luctu solummodo et silentio gaudere. Horum venter sacrum volumen comedit, et viscera repleta sunt, quia præcepta vitae quæ sensus capere potuit memoria non amisit, sed hæc collectus in Deo animus <sup>j</sup> lugendo semper et recolendo servavit.

12. Et sit plerumque ut tales quique ex dono cælestis gratia etiam verbum doctrinæ percipient, atque de veritatis pabulo quod ipsi intrinsecus dulciter ruminant et proximos suaviter pascant. De quorum profecto ore predicatio tanto audientibus dulcis est, quanto eorum actio contraria suis prædicationibus non est, quia de propria vita sumunt quod per lingam proximis conferunt. Unde recte hic quoque propheta subjungit :

*Ibid. — Et comedi illud, et factum est in ore meo sicut mel dulce.*

13. Liber qui viscera replevit dulcis in ore sicut mel factus est, quia ipsi de omnipotenti Domino sciunt suaviter loqui, qui bunc didicerint in cordis sui visceribus veraciter amare. In ejus quippe ore Scriptura sacra dulcis est, cuius vitæ viscera mandatis illius replentur, quia ei suavis est ad loquendum, cui interius impressa <sup>k</sup> ad vivendum fuerit. Nam sermo dulcedinem non habet, quem vita reproba intra conscientiam remordet. Unde necesse est ut qui verbum Dei loquitur prius studeat qualiter vivat, ut pos ex vita colligat **1268** quæ et qualiter dicat. Ad prædicandum namque plus conscientia sancti amoris ædificat, quam exercitatio sermonis, quia amando cœlestia intra semetipsum prædictor legit quomodo persuadeat ut despici debeant terrena. Qui enim vitam suam interius pensat, et exemplo suo foris admonendo alios ædificat, quasi in corde linguae calamus tingit, in eo quod manu verbi proximis exterius scri-

<sup>h</sup> Anglie., Norm. et pl., excepto C. Germ., tunc a nobis. In C. Germ. omittitur et tunc vitia vetusti hominis transeunt.

<sup>i</sup> Germ., *luctum solummodo silentio gaudere*.

<sup>j</sup> Longip. et Val. Cl., *legendo*. Ita etiam legi in MSS. Anglic., monet. Jamesius, ex quibus Edit. Vatic. emendat. Verum ipse ex vetustioribus Codicibus qualis est Germ., emendari debet.

<sup>k</sup> Suess. ad *videndum*

bit. Unde admirabilis prædictor cum multa discipulis exhortando dixit, quia nullam intra semetipsum de conscientia contrarietatem pertulit, securus adiunxit: *Si qua virtus, si qua laus disciplina, hæc cogitate; quæ et didicistis, et accépistis, et audistis, et vidistis in me, hæc agite, et Deus pacis erit vobis secum* (*Phil. iv, 8, 9*). Sequitur:

Vers. 4. — *Et dixit ad eos: Fili hominis, rade ad dominum Israel, et loqueris verba mea ad eos.*

14. In eo quod Dominus prophetæ dicit, *Loqueris verba mea ad eos*, quid alind quam ejus ori frenum moderaminis imponit, ne quæ prius intus non audiatur, foris dicere præsumat? Nam prophetæ falsi sua et non Dei verba loquebantur, de quibus scriptum est: *Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, et decipiunt vos; visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini* (*Jerem. xxiii, 16*). Et rursum: *Non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant* (*Ibid., 21*). Qua ex re quoque colligendum est quia et quisquis expositor in explanatione sacri eloquii, ut fortasse auditoribus placeat, aliiquid mentiendo componit, sua et non Domini verba loquitur, si tamen placendi vel seducendi studio mentiatur. Nam si in verbis dominicis virtutem requirens, ipse alter quam is per quem prolata sunt senserit, eiamsi sub intellectu alio adificationem charitatis requirat, Domini sunt verba quæ narrat, quia ad hoc solum Deus per totam nobis sacram scripturam loquitur, ut nos ad suum et proximi amorem trahat. Sequitur:

Vers. 5-7. — *Non enim ad populum profundi sermonis et ignotæ linguae tu mitteris, ad dominum Israel; neque ad populos multos profundi sermonis et ignotæ linguae quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mittereris, ipsi audirent te. Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me.*

15. In ipso <sup>a</sup> jussionis exordio quo propheta ad prædicandum mittitur, aperte et vocatio gentium et Israëlitarum repulso designatur. Nam cum dicitur: *Non ad populos multos profundi sermonis et ignotæ linguae mitteris quorum non possis audire sermones*, atque statim subditur: *Et si ad illos mittereris, ipsi audirent te*, aperte declaratur obedientia gentium, quæ quandoque prædictorum voces essent sine tarditate secutæ. Et cum subditur: *Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me*, Judææ duritia designatur, quæ verba prædicantium et cognovit, et sequi noluit. Ignota autem lingua gentium ad obediendum moram non fecit, quamvis extranea ab eloquio legis fuit. Bene autem dicitur: *Nolunt audire te, quia nolunt audire me*, secundum hoc quod scriptum est: *Qui vos spernit, me spernit* (*Luc. x, 16*). Causa quoque cur non audiant subinfierint, cum dicitur:

Vers. 7. — **1269** *Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, et duro corde.*

16. Cum domus Israel attrita fronte esse perhibe-

A tur, quid a iud sentiendum, quidve cogitandum est, nisi quod frontem cordis in impudentia sterit culpa frequens, ut quo crebrius committitur, eo de illa committentis animus minus verecundetur? Atque ideo ad tantam cordis duritiam quandoque peccator pervenit, ut jam in corruptione sensitibili non sit, quia qui usu peccandi induxit nullo modo corripiens verbum, id est manum palpantis, sentii, sicut Judææ quoque crebrius delinquenti dicitur: *Frons mulieris meretricis facta est tibi, nolisti erubescere* (*Jerem. iii, 5*). Vel certe attrita frons est in hujus mundi actibus assueta, quia sicut sunt nouissimi qui quietem cunctis mundi præmiis atque honoribus præpotunt, ita nonnulli ut in hoc mundo aliquid esse videantur terrenis laboribus insudant, insistunt causis, permisceantur jurgiis. Et quamvis se corpore desiceret inter labores sentiant, amore tamen terrenarum rerum devicti, delectabilius satiganter. Quibus per prophetam dicitur: *Ephraim vitula docta diligere tritum* (*Osee x, 11*). Vitula etenim in tritura areæ assueta, etiam <sup>b</sup> si relaxatur a labore, sponte reddit. Sie quibusdam pravis intentibus nihil est laboriosius quam si eis precipitur ut in bujus mundi actibus non laborent. Nam sœpe quidam repulsi ab actione terrena deprecantur et redeant, rogant ut premantur, <sup>c</sup> grave se incurrisse periculum quietem putant. Attrita ergo fronte sunt, qui non solum labores non fugiunt, sed neque importuni videri in laboribus qui sibi negantur erubescunt. Sequitur:

Vers. 8. — *Ecce dedi faciem tuam valentiorum faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum.*

7. Sicut verecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum sapientiae est; bonum vero erubescere, fatuus est. Unde scriptum est: *Est confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam* (*Eccli. iv, 25*). Qui enim erubescit posse mala quæ fecit, ad vita libertatem pervenit. Qui vero erubescit bona facere, a statu recitudinis cadit, atque ad damnationem tendit, sicut per Redemptorem dicitur: *Qui me erubuerit et meos se mones, hunc filium hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua* (*Luc. ix, 26*). Et sunt quidam qui bona jam in mente concipiunt, sed nequam malis aperio contradicunt. Huius minimus quia boni sunt in mente, sed auctoritate non habent in locutione, apti ad veritatis defensionem non sunt. Ille enim esse veritatis defensor debet, qui quod recte sentit loqui nec metuit, nec erubescit. Unde nunc in magno munere prophetæ promittitur: *Ecce dedi faciem tuam valentiorum faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum*. Quid est autem peccator, nisi vulneratus? et qui prædictor, nisi medicus? Si ergo non erubescit peccator qui jacet in vulnere, cur erubescat medicus qui per medicamenta providet salutem? Sœpe vero contingit ut prædictor reverenter audia-

<sup>a</sup> Val. Cl., *visionis.*

<sup>b</sup> Suess. <sup>c</sup> Et Val. Cl., si relaxetur, ad laborem sponte reddit.

<sup>c</sup> Suess., gravi se incurrisse periculo quietem putant.

tur; nonnunquam vero a perversis ita despicitur, ac si eis nihil utilitatis loquatur. Unde recte nunc dicilior:

VERS. IX. — *Ut adamantem et ut silem dedi faciem tuam.*

18. Adamas et silex utraque dura; sed unum horum **1270** pretiosum est, alterum vile. Adamas ad ornamentum sumitor, silex ab itineraribus calcatur. Et saepe contingit ut hos quos correptionem suam conspicimus nimis humiliiter audire, verocundemur eis aliqua dicere. Nonnunquam vero evenit ut eos quos increpationem suam videmus postponere, et despectui habere, trepidemus eis verbum prædicacionis inferre. Sed si recte sapimus, et ad eos a quibus nos honorari conspicimus, et ad eos a quibus nos despici videmus, auctoritatem exhortationis vel increpationis sumimus, ut nec illorum humilitatem debeamus erubescere, nec horum superbiam formidare. Dicatur ergo: *Dedi faciem tuam ut adamantem, id est, si ab auditoribus honoraris; Dedi faciem tuam ut silem, si ab auditoribus conculearis atque despiceris, ut nec per illatum honorem refrenetur lingua ex verecundia, nec per despectum taceat ex infirmitate. Soquitur:*

*Ibid. — Ne timeas eos, neque metuas a facie eorum, quia domus exasperans est.*

19. Hoc jam superius dictum est. Sed notandum quam aspera domus habetur, <sup>a</sup> cuius asperitas tam crebro replicatur. Incredulus itaque peccator est, et nunquam timendus, quis domus exasperans est. Timeri enim homo debuerat, si ipse auctorem omnium ut homo timuisset. Nam qui rationis sensum ad timorem Dei non habuit, tanto in nullo timendum est, quanto hoc quod esse debuit, non est. Sequitur:

VERS. 10, 11. — *Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos quos loquer ad te, assume in corde tuo, et auribus tuis audi; et vade, ingredere ad transmigrationem filiorum populi tui.*

20. Vigilanter intuendum est quod voce Domini ad Prophetam dictum ut prius sermones ejus audiat, et postmodum loquatur. Audimus enim verba Dei, si facimus. Et tunc ea proximis recte loquimur, cum prius ipsi fecerimus. Quod bene Marcus evangelista confirmat, cum factum Domini miraculum narrat, dicens: *Adducens ei surdum et mutum, et deprecabantur eum ut imponat illi manum* (*Marc. vii, 32*). Cujus ordinem curationis insinuat, subdrns: *Misi digitos suas in auriculas, expuensque tetigit linguam ejus, et suspiciens in caelum ingenuit, et ait illi: Ephphetha, quod est adaperire. Et statim aperi sunt aures ejus, et solutum est vinculum linguæ ejus, et loquebatur recte* (*Ibid., 33, seq.*). Quid est enim quod creator omnium Deus cum surdum et mutum sanare voluisse, in aures illius suos digitos misit, et expuens linguam ejus tetigit? Quid per digitos Redemptoris, nisi dona san-

**A**cti Spiritus designantur? Unde cum in alio loco ejeci-set daemonium, dixit: *Si in digito Dei ejicio daemonia, profecto perenit in vos regnum Dei* (*Luc. xi, 20*). Qua de re per evangelistam alium dixi se describitur:

*Si ego in spiritu Dei ejicio demones, igitur perenit in vos regnum Dei* (*Matth. xii, 28*). Ex quo utroque loco colligitur quia digitus Dei spiritus vocatur. Digitus ergo in auriculas mittere, est per dona Spiritus sancti mentem surdi ad obedientiam aprire. Quid est vero quod expuens linguam ejus tetigit? *Saliva* nobis est ex ore Redemptoris accepta sapientia in eloquio divino. *Saliva* quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo sapientia quæ ipse est dum lingua nostra tangitur, mox ad prædicationis verba formatur.

**1271** Qui suspiciens in caelum ingenuit; non quod ipse necessarium gemitum haberet, qui dabat quod postulabat, sed nos ad eum gemere qui caelo praesidet docuit, ut et aures nostræ per dona Spiritus sancti aperiri, et lingua per salivam oris, id est per scientiam divinæ locutionis solvi debeat ad verba prædicationis. Cui mox *Ephphetha*, id est adaperire dicitur; et statim aperi sunt aures ejus, et solutum est vinculum linguæ ejus. Quia in re notandum est quia proprie clausas aures dictum est *Adaperire*. Sed cui aures cordis ad obedientiam aperi sunt, ex subsequenti procul dubio etiam linguae ejus vinculum solvit, ut bona quæ ipse fecerit etiam facienda aliis loquatur. Ubi et bene additur: *Et loquebatur recte*. Ille enim recte loquitur qui prius obediendo fecerit quæ loquendo admoget esse facienda.

**C** 21. Quod vero ad transmigrationem populi admonendum propheta mittitur, non solum ea transmigratione debet intelligi quæ ejus populi erat in corpore, sed etiam quæ facta fuerat in mente. A Jerusalem quippe ad Babyloniam venerat. Et quid Jerusalem nisi visio pacis, quid Babyloniam nisi confusio vocatur? Quisquis vero a rectis operibus <sup>b</sup> in perversis actibus cadit, quoniam a bono studio ad vitia defluit, quasi ab Jerusalem ad Babyloniam civitatem venit. Culmen enim <sup>c</sup> bonæ contemplationis deseruit, atque in transmigratione confusionis jacet. Quod illic solet saepe evenire qui cum bona agunt, in his de sua virtute gloriantur. Unde Psalmista ne a visione pacis, id est a bonis actibus captivus ad Babyloniam emigraret, Domino supplicans, dicit: *Adjutor meus, non omnis grafo* (*Psal. lxi, 7*). Si enim in se confideret, a justis operibus cedendo migrasset.

**D** 22. Sed neque hi qui a statu rectitudinis in pravam actionem ceciderunt <sup>d</sup> desperantii sunt, quia ecce propheta ad transmigrationem Babyloniam mittitur. Et per prophetam alium Dominus dicit: *Et venies usque Babylonem, et ibi liberaberis* (*Mich. iv, 10*). Saepem enim quis posquam in confusione vitiorum cecidit, erubescens mala quæ perpetravit, ad penitentiam redit, seque a suis lepsibus bene vivendo <sup>e</sup> eripit. Quid ergo iste nisi usque ad Babylonem venit, et

*tionis et contemplationis.*

<sup>a</sup> Ebrote. et aliqui Norm., *desperati sunt*.

<sup>b</sup> Ita C. Germ. et pl. MSS. Editi, eripit.

<sup>a</sup> C. Germ., cum asperitas.

<sup>b</sup> Val. Cl., in perscrutatibus.

<sup>c</sup> C. Germ., *bonas conversationis*. Norin., *bonæ ac-*

ibi liberatus est? Qui postquam, confusus mente, perversa perpetravit, hæc ipsa erubescens mala quæ fecit, se contra se erigit, et bene operando ad statum rectitudinis redit. <sup>a</sup> In Babylone itaque liberatus est, qui per divinam gratiam ostenditur etiam de confusione salvatus. Propheta ergo ad transmigrationem loquitur, cum illos increpat qui a statu rectitudinis ad erroris vitia transmigrando ceciderunt. Sequitur:

VERS. 41. — *Et loqueris a eos, et dices : Hæc dicit Dominus Deus : si forte audiant, et quiescant.*

23. <sup>b</sup> Quod toties divinis vocibus difficultas audiendi repetitur, ut dicatur, *Si forte audiant, quid aliud quam transmigrati populi duritia designatur?* In quibus verbis magna est nostra consolatio, quia si omnipotens Deus prophetam mittens a perverso populo verba sua denuntiat difficile **1272** audiri, cur nos miseri contristamur, cum sæpe a fratribus in nostra admonitione contemnimus? Nam crebro delinquentes alloquimur, frequenter increpamus, sæpe eum eis blandis sermonibus agimus, et tamen si alter audit, alter audire contemnit: alter ex parte verbum exhortationis suscipit, et ex parte recipere recusat; ita ut quotidie impleri videamus hoc quod per prophetam aliuni Dominus narrat quæ fecerit iratus, cum dicit: <sup>c</sup> *Pluit super civitatem unam (De pœn., dist. 3, c. Pluit Dominus), et super alteram non pluit. Pars una compluta est, et pars quæ compluta non est aruit (Amos iv, 7).* Cum enim sanctæ exhortationis verba alia mens suscipit, alia suscipere recusat, super unam civitatem Dominus pluit, et super alteram non pluit. Cum vero et <sup>d</sup> ipse proximus qui audit ab aliis se vitios corrigit, atque ab aliis emendare se contemnit, una eademque civitas et ex parte compluitur, et ex parte arida remanet, in qua a se prædicationis pluviam repellit. Sunt etenim quidam qui exhortationis verba omnino non audiunt, hi penitus suscipere pluviam nolunt. Et sunt quidam qui audiunt, sed tamen banc medullitus non sequuntur, quia <sup>e</sup> alia in se vitia resecant, sed in aliis graviter perdurant. Sæpe enim quosdam videmus qui per prædicationis verbum a semetipsis avaritiae zestum repellunt, et non solum jam aliena non rapiunt, sed et propria indigentibus largiuntur; nec tanien iræ stimulos edomant, nec patientiæ moderamina per mentis tranquillitatem servant. Et sæpe alii ad exhortationis verbum in semetipsis iam carnis immunditiam vincunt, corpus in castitate custodiunt, nec tamen adhuc animum, sicut debent, proximis inclinant, sed per rigorem superbie in cogitatione se elevant. In istis pars una compluta est, quia fructum fecit, et pars quæ compluta non est aruit, quia exhortationis

<sup>a</sup> Edili, in Babylonem itaque veniens. Longip., A Babylonem liberatus, nulli MSS. habent, veniens.

<sup>b</sup> Vulgati, quoties, vel quod quotiens.

<sup>c</sup> Plur. Norm., transmigrantis papuli.

<sup>d</sup> Hoc refertur a Gratiano loco assignato, quoad sensum, non quoad verba. Idem legitur in Glossa Ord. ad cap. iv Amos.

A verbum non plene suscipiens, a bono opere sterilis remansit. Sequitur:

VERS. 42. — *Et assumpsit me spiritus, et audiri post me vocem commotionis magnæ; Benedicta gloria Domini de loco suo:*

24. Quid est hoc, quod propheta postquam ad transmigrationem aliorum populimittitur, vocem post se magnæ commotionis audit, dicentem: *Benedicta gloria Domini de loco suo?* Conversus quippe ad peccatores Babyloniam fuerat, et vocem gloriæ Domini de loco suo post tergum audiebat. Locus enim est Dei Jerusalem, id est visio pacis, quia nimur illa corda vident ea quæ Dei sunt, quæ ad transmigrationem Babyloniam, hoc est ad confusionis vitia, non descendunt. Ibi enim inhabitat Deus ubi vera pax queritur, internæ contemplationis gloria amat. Nam qui ad perversitatem defluunt, locus Dei esse contemnunt. Locus ergo gloriæ Dei est vel sancta quæque anima, vel unusquisque in cœlestibus permanens angelicus spiritus. Et gloria Domini de loco suo benedicitur, cum vel ab electis hominibus, vel a sanctis angelis auctori oionium laus æterna cantatur. In eo ergo quod justi de convertendis peccatoribus cogitant, quia eorum vitia **1273** considerando ad carnales actus oculum ducent, quasi ad Babyloniam intendunt. Qui tamen pro statu suæ rectitudinis, quia in laudem Dei bona sanctorum considerare nunquam desinunt, quamvis per cogitationem <sup>f</sup> alio intendant, quasi post se vocem gloriæ Domini a Jerusalem, id est de loco suo audiunt.

25. Sed cur in istis immoramus, qui hæc prophetæ verba, largiente Domino, per sensum alterum et subtilius intelligere, et apertius dicere valentus? Ait enim: *Et assumpsit me spiritus. Prædicatorem spiritus assumit, cum ejus mentem in amorem Dei omnipotentis elevatam a terrenis jam desideriis alienam reddit, ut nihil ei agere libeat, nisi ea quibus lucra spiritalia congregat, et ad regna cœlestia quotidiani sui operis fructum portet. Unde <sup>g</sup> et nobis præparatoribus jubetur: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam (Joh. vi, 27).*

26. Bene autem subditur: *Et audiri post me vocem commotionis magnæ.* Propheta, sancto Spiritu repletus, quasi transacta narrat, quæ facienda prævidet, D quia et in prædestinatione jam facta sunt, quæ adhuc in opere sequuntur. Unde et in translatione veteri per Isaiam dicitur: *Qui fecit quæ futura signa (Isai. xlvi, 11, sec. LXX).* Quid est ergo quod post se prophetæ vocem audivit commotionis magnæ, nisi quod post sermonem prædicationis, qui fit ad corda peccantium, lamenta poenitentium sequuntur?

<sup>•</sup> Hic MSS. non una est lectio. In Germ. legitur: ipse qui proximus. Longip., ipse qui proximum. Edili: ipse qui proximos. Prætulimus lect. Norm.

<sup>f</sup> Longip., alia a se.

<sup>g</sup> Excusi, aliud intendant.

<sup>h</sup> Val. Cl., et novis præparatoribus.

27. Perversi etenim quique dum prava agunt, et A justis recta non audiunt, nesciunt quam sint gravia quæ committunt, alique ex ipsa sua ignorantia, in suo stupore securi sunt; et jacentes in culpis, quasi molliter quiescent, sicut de quodam peccatore et seculo populo dicitur: *Requievit in fæcibus suis, quia securus jacuit in peccatis* (*Jerem. XLVIII, 11*).

28. Cum vero audire perversi verbum prædicationis cœperint, quæ sint supplicia æterna cognoscere, qui terror judicij, quam subtilis examinatio de singulis quibusque peccatis, illico contremiscunt, implentur gemitibus, et non se capientibus suspiriis anxiantur, atque, magno pavore concussi, in luctu et fletibus erumpunt. Prophetam ergo vox magnæ commotionis sequitur; quia post verbum prædicationis, conversorum atque poenitentium luctus audiuntur. Qui enim prius quieti jacebant in vulnere, tacti postmodum manu medicinae, cum dolore rediunt ad salutem. De hac commotione poenitentium per prophetam alium dicitur: *Pedes ejus steterunt, et commota est terra* (*Zach. XIV, 4*), quia cum veritatis vestigia in mente audientium figuntur, ipsa mens in sui consideratione turbata commovetur. Hinc Psalmista pro peccatoribus exorat, dicens: *Qui sedes super cherubim, moveatur terra* (*Psalm. XCVIII, 2*). Hinc pro affictis et poenitentibus deprecans, ait: *Commovisti terram, et conturbasti eam, sana contritiones ejus, quia mota est* (*Psalm. LIX, 4*). Terra quippe commota et turbata, est peccator de cognitione reatus cui anxius, et ad poenitentiae lamenta perductus. Peccanti etenim homini dictum est: *Terra es, et in terram ibis* (*Genes. III, 19*). Exoret ergo ut sanctur contrito terræ, quia mota est, quatenus peccator qui de culpis suis affligitur, **1274** de cœlestis misericordia gaudio consoletur. Hæc est itaque vox commotionis magnæ, quando unusquisque sua acta dijudicans, in afflictione poenitentiae perturbatur.

29. Sed quid vox ipsa dicat audiamus: *Benedicta gloria Domini de loco suo. Locus enim maligni spiritus fuerant corda peccantium; sed cum sibimetipsis irati per poenitentiam redeunt ad vitam, gloria Domini locus fiunt. Jam enim se contra se erigunt, jam poenitentiae lacrymis insequuntur mala quæ commiserunt. Inde ergo auditur benedictio gloriae in laude Domini, unde prius sonabat Creatoris injuria de amore presentis sæculi. Et corda poenitentium fiunt jam Dominum locus suus, quæ prius in peccatis posita, fuerant locus alienus. Ipsi autem qui a peccatis suis ad Dominum convertuntur, non solum delectant lacrymis perversa quæ fecerunt, sed etiam miris operibus ad alta proficiunt, ut sancta animalia Dei omnipotens fiant, ut signis et virtutibus ad alta evolent, ut terram funditus deserant, et acceptis donis sese ad*

<sup>a</sup> Pl. MSS., *commovisti, Domine, terram.... quia commota est.*

<sup>b</sup> Virtiose in Editis, alterum ad alterum. Nam in omnibus MSS. habetur alteram, etc., sicque legendum ex texto Hebr. et ex Vulgata. Infra semper occurrat, altera ad alteram.

<sup>c</sup> Val. Cl., alia suis semetipsum percutiat. Sequimur

cœlestis per desiderium suspendant. De quibus adhuc subditur:

VERS. 13. — *Et vocem alarum animalium percumentium b alteram ad alteram.*

30. Audit post se propheta vocem commotionis magnæ, quia, sicut dictum est, verbum prædicantium luctus poenitentium sequitur. Audit post se vocem alarum animalium, quia ex ipso luctu poenitentium oriuntur virtutes sanctorum, ut tanto magis in sancta actione proficiant, quanto se ante cognitionem vitæ nequierer egisse meminerunt. Sed est in his verbis magna dubitatio, quia non aperte per prophetam dicitur utrum unumquodque animal <sup>c</sup> alas suas in semetipsis percutiat, an certe hæc eadem sancta animalia alis suis se vicissim feriant, ut ala bujus alterum, et ala alterius istud animal tangat.

34. Sed quia plerumque in sacro eloquio ideo aliiquid obscure dicitur, ut dispensante mirabiliter Deo multipliciter exponatur, nos charitati vestræ utraqæ exponere largiente Domino debemus. Sæpe jam alas animalium virtutes diximus esse sanctorum (*Hom. 4, n. 5; hom. 7, n. 22; hom. 8, n. 1*). Quomodo ergo unumquodque animas alas suas excutiens alteram ad alteram percutit, nisi quod aperte datur intelligi qua, si sancta animalia efficiuntur, virtus in nobis virtutem excitat, dum una alteram ad perfectionem pulsat? Ecce etenim quis habet jam verbi Dei <sup>d</sup> scientiam, discit ut viscera etiam misericordia habeat. Per scientiam quippe verbi Dei discit: *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis* (*Luc. XI, 41*). Cumque jam esse misericors in eleemosynis cœperit, verba sanctæ auctoritatis legit; et quidquid in eis de misericordia dicitur, ulterius per experimentum intelligit. Ibi enim scriptum est: *Pater eram pauperum* (*Job. XXIX, 16*). Quod fortasse antea legebat, et præteribat. Sed cum in ejus corde jam misericordia cœperit imitari naturam, quid sit patrem esse pauperum, legit et recognoscit, quia introrsus rediens, in semetipso intelligit quod foris audit. Aliud namque est eleemosynam ex præcepto facere, atque aliud ex charitate. Ex præcepto enim facere bonum, inchoantium est; ex charitate autem facere **1275** bonum, perfectorum, qui non solum quia jubetur faciunt, sed etiam diligunt faciendo quod jubetur. Hinc est enim quod in magna virtute per Psalmistam dicitur: *Vide quia mandata tua dilexi, Domine, in tua misericordia vivifica me* (*Psalm. CXVIII, 159*). Mandata enim Dei pro jussione facere servientis et obedientis est, diligendo autem facere obedientis et amantis est. Quia ergo et per scientiam <sup>e</sup> charitatis misericordia discitur, et per charitatem misericordia in corde compuncto scientia multiplici-

lectionem MSS. Germ. Norm., etc.

<sup>f</sup> In Val. Cl., quem sequitur Gussanv. additur, atque per eamdem scientiam discit. Hæc appendix abeat a Germ., Norm., etc. In nonnullis Excusis, pro discit, legitur discat.

<sup>g</sup> Longip., Val. Cl. et Norm., *charitas misericordie.*

catur, alia in nobis alam percutit, quia virtus virtutem excitat. Sic qui castitatis bonum in suo corpore custodit contra luxuriantes zelo accenditur, ut ab immunditia maculis expientur. Et saepe dum quosdam in lapsibus invenit, edomat, affigit, atque ad castitatem munditiam restringit. Cujus si forte mens de immunditia luxurie fuerit tentata, ex ipso zelo quo alios correxit <sup>a</sup> se netipsam convenit, et erubescit immunda cogitare, quae se in aliis recolit cortexisse. In hoc ergo a' alam perent, dum virtus virtutem pulsat, et ab immunditia custodit.

32. Siu vero, ut prefati sumus, vicissim se alis suis animalia feriunt, <sup>b</sup> et altera ad alteram ala percutitur singulorum, hujus quoque descriptionis, largiente Domino, sensus patet. Quid est ergo quod haec pennata animalia vicissim alas alteram ad alteram feriunt, nisi quod omnes sancti se invicem suis virtutibus tangunt, et sese ad provectum excitant ex consideratione virtutis alienæ? Non enim uni dantur omnia, ne in superbiam elatus cadat, sed huic datur quod tibi non datur, et tibi datur quod illi denegatur, ut dum iste considerat bonum quod habes et ipse non habet, te sibi in cogitatione præferat; et rursum dum tu habere illum conspicis quod ipse non habes, te illi in tua cogitatione postponas, et fiat quod scriptum est: *Superiores sibi invicem arbitrantur* (*Phlip. ii, 3*). Ut enim pauca ex multis loquar, isti puræ abstinentiae virtus tribuitur, et tamen verbum scientiae non habet. Illi autem datur verbum scientiae; et tamen virtutem perfectæ abstinentiae apprehendere conator, et non valet. Illic libertas vocis tribuitur, ut, oppressis quibusque protectionis sojatia impendens, ad defensionem justitiae libere loquatur; sed tamen adhuc multa in hoc mundo possidens, relinquere omnia <sup>c</sup> vult, et non valet. Illi vero iam datum est omnia terrena relinquere, ut nihil in hoc mundo cupiat habere; sed tamen adhuc auctoritatem vocis contra peccantes quosque <sup>d</sup> non præsumit exercere. Et qui ideo plus loqui libere debuit, quia jam non habet unde in hoc mundo teneatur, loqui contra alios libere recusat, ne ipsam vitam suam quietem perdat. Iste virtus prophetie data est, multa jam quæ ventura sunt prævidet; sed tamen præsentis proximi ægritudinem <sup>e</sup> conspiciens atque compatiens, non valet curare. Illi data est curationis gratia, atque a corpore proximi molestiam quæ in præsenti est orationibus repellit, sed tamen quod seipsum paulo post sequatur ignorat. Mihi itaque dispensatione omnipotens Deus sic in electis suis sua dona dispensat, ut et isti det quod illi **1276** denegat, et alteri majus quod alteri minus tribuat, quantum dum vel iste habere illum conspicit quod ipse non habet, vel ille hunc majus accepisse considerat

<sup>a</sup> Vatic. et Gussanv., *se netipsam corrigit*, reluctantibus aliis tum Editis, tum manu exaratis.

<sup>b</sup> Longip. et Val. Cl., et altera ab altera, et infra Longip., *altera ad alteram feriunt*.

<sup>c</sup> Longip., *voleret*.

<sup>d</sup> Magis placuit recent. Edit., *non præsumit exercere*, contradicentibus MSS. et vet. Excusis.

A quod sibi minus adesse pensat, dona Dei alter in altero, id est vicissim, omnes admirantur, atque ex hac ipsa admiratione humilietur alter alteri, et quem videt habere quod non habet, eum divino judicio sibi prælatum putet. Alis ergo suis vicissim se animalia feriunt cum sanctæ mentes alternis se virtutibus tangunt, et tangendo excitant, atque excitata ad proiectum volant.

33. Videamus Paulum quomodo apostolorum alis tactus, atque ad pœnitentiam excitatus fierat, qui, mala præterita persecutionis suæ et apostolorum innocentem vitam considerans, dicebat: *Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei* (*I Cor. xv, 9*). Consideravit quippe apostolorum innocentiam, <sup>B</sup> et propter præcedentem malitiam vilis in ejus oculis facta est omnis quam exhibebat in Ecclesia soliditudo sua; et quam multos ex accepto intellectu præcederet non attendit, quia, illorum innocentiam pensans, persecutorem aliquando fuisse se doluit. Sed videamus si quis ex apostolis eum qui Paulus datus est intellectum miratur. Ipse nobis apostolorum primus requirendus est, qui discipulos admonens ait: *Sicut et churissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis; sicut in omnibus epistolis, loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficultas intellectu, quæ indocti et instabiles depravant* (*II Petr. iii, 15*). Miratur itaque in apostolis omnibus Paulus innocentiam, miratur apostolorum primus in Paulo sapientiam. Alis ergo se tangunt qui inde se vicissim ad proiectum excitant, unde volunt.

34. Hoc itaque omnipotens Deus agit in cordibus hominum, quod facit in regionibus terrarum. Poterat namque unicilibet regioni fructus omnes tribuere; sed si una quilibet regio alterius regionis fructibus non indigeret, communionem cum altera non habuisset. Unde fit ut huic vini, alii vero olei abundantiam tribuat; hanc multitudine pecudum, illam vero ubertate abundare faciat frugum, ut cum illa desert quod ista non habet, et ista reddit quod illa non detulit, per communionem gratiae sibi simul etiā divisione terræ conjuncte sint. Sicut ergo regiones terrarum, ita sunt nientes sanctorum, quæ dum vicissim sibi conferunt quod acceperunt, quasi fructus suos regionibus impendunt ut in una omnes charitate jungantur.

35. Sed inter haec sciendum est quia sicut electi quique hoc semper in aliis attendunt quod a Deo melius acceperant quam ipsi, ut eos sibi in cogitatione præferant, seque illis in humilitate substeruant, ita reproborum mens nunquam considerat quid alter boni <sup>f</sup> amplius quam ipsa, sed quid boni

<sup>e</sup> Suess., *considerans atque consupiens*; et infra, *quid de ipso paulo post*, pro quid seipsum.

<sup>f</sup> Longip., *difficilima intellectu*.

<sup>g</sup> Sic MSS. Gerin., Norm. et Vet. Ed. Paris., Gilot, et Vatic., habent ipse, pro ipsa. Gussanv., ipsi.... habeant.

psa amplius quam alter habeat. Neque enim pertinat que bona spiritus alter acceperit et ipsis desint, sed quae nona ipsi, et quae mala adsint alteri. Et nūm omnipotens Deus ad hoc virtutes **1277** singularis dividat, ut alterum alteri in cogitatione humiliet, ad hoc reprobi pertrahunt bonum quod acceperunt, ut ex eo in elatione perdantur, dum semper considerant bona quae ipsis habent et alii non habent, et nunquam perpendere student quanta bona alii habeant et ipsis non habeant. Quod ergo divina pietas in augmentum disponit humilitatis, hoc mentes reprobæ <sup>a</sup> in augmentum vertunt elationis; et ex diversitate munerum a bono desiliunt, unde crescere humilitatis bono debuerunt.

36. Propter hoc ergo necesse est, fratres charisimi, ut in vobis hoc semper debeatis aspicere quod minus habetis, in proximis vero hoc quod vobis amplius acceperunt, quatenus dum <sup>b</sup> super vosmetipos eos pro bono quod ipsis habent et vos non habetis aspicitis, ad hoc quoque obtinendum etiam vos ex humiliata crescat. Si enim et vos in illis accepta bona perpenditis, et illi in vobis considerant dona quae habetis, vicissim vos alii tangitis, ut excitati semper ad coelestia voleatis. Sequitur :

Vers. 13. — *Et vocem rotarum sequentium animalia, et vocem commotionis magnæ.*

37. In rotis sacri eloquii Testamenta signari supèr nos diximus (*Hom. 8, n. 2 et seq.*). Vox igitur rotarum est sermo Testamentorum. Post vocem itaque aliarum animalium auditur etiam vox rotarum, quia prædicantium sermone suscepimus, dum virtutes sanctorum ad aliora agenda evolant, seque vicissim ad proiectum pulsant, sanctæ Ecclesie status erigitur, ut per universum mundum sanctorum Testamentorum paginae legantur. Ubique etsi jam sanctum Evangelium ubique apostolorum dicta, ubique lex et prophetæ resonant. Post alarum ergo vocem vox rotarum sequitur, quia post sanctorum miracula verba sacri eloquii intra sanctam Ecclesiam libero et licenter audiuntur. Quæ rotæ animalia sequuntur, quia, ut superius dictum est, postquam in honorem venit vita sanctorum, veneranda quoque apparuerunt hominibus eloquia Testamentorum.

38. Vel certe <sup>c</sup> rotæ animalia sequuntur, quia in sanctorum Patrum vita cognoscimus quid in sacra Scripturæ volumine intelligere debeamus. Illorum quippe actio nobis aperit hoc quod in suis <sup>d</sup> prædicationibus paginae Testamentorum dicit. Sed querendum nobis est cur postquam superius dictum est, *Audiri post me vocem commotionis magnæ, post vocem quoque alarum atque rotarum subditur : Et vo-*

<sup>c</sup> C. Germ., *in argumentum, sed manu recentiori.* Hunc Editi sequuntur. Prætulimus aliam lectionem, quæ est *Mss. Norm. Val. Cl., Long. p., Suess., etc.*

<sup>d</sup> Val. Cl., *super vosmetipos eos esse arbitramini pro bono quod ipsis habere, et vos non habere aspicitis, ad hoc.*

<sup>e</sup> Suess., cum Val. Cl., *decenter.*

<sup>f</sup> Mendose Guseauv., *rotæ animalium.*

**A**cem commotionis magnæ. Quod si diligenter aspiciatur, inveniri potest quia non otiose repetitur.

39. Duæ quippe sunt commotiones <sup>g</sup> magnæ, quibus corda nostra commoventur. Una quippe commotione ex timore est, altera ex charitate; una fit ex luctu penitentium, alia <sup>h</sup> ex fervore amantium. Post prædicationis ergo verbū prima commotione est, cum plangimus mala quæ fecimus; post vocem vero alarum et rotarum, secunda commotione est, dum magnis fletibus querimus celestia bona quæ audimus. Ecce enim quia intra sanctam Ecclesiam de multis Patribus virtutum exempla **1278** cognoscimus, quasi alarum sonum quot die audimus, quia ubique sacra elqua personant, quasi rotarum vocibus excitamur. Et quia per eadē sacra eloquia ad amorem nostri conditoris accendimur, magni servoris ignibus ardentes, esse nos longe adiuve ab omnipotentis Dei facie plangimus. Post primam ergo vocem commotionis magnæ ad extrellum quoque vox magnæ commotionis sit, quia qui cognoscendo Deum corporibus peccata plangere, jam diligendo quem conmovimus non cessamus eum cum fletibus desiderare. Post rotarum itaque vocem vox magna commotionis sequitur, quia cum Testamento Dei in aure cordis sonare coepit, audientium spiritus <sup>i</sup> ex amore compunctus ad lamenta conmovetur. Hinc est enim quod Scripturæ sacrae verba sunt in corde legendum sapida, hinc est quod ab amantibus plerunque in silentio quasi furtive et tacite leguntur. Unde per prophetam quoque alium dicitur : *Præcidisti in alienatione capita potentium, movebuntur in ea gentes, adaperient ora sua sicut pauper edens in occulto* (*Habac. iii, 14*). Omnipotens enim Deus in alienatione capita potentium præcedit, quia Judeorum superbiam a semetipso alienando repulit. In qua alienatione gentes mota sunt, quia dum Judæi a fide caderent, ad cognitionem fidei corda gentilium cucurserunt. Quæ videlicet gentes in sacra lectionis paulo os cordis aperiunt, et in occulto sicut pauper comedunt, quia cum festinatione et silentio verba vita legentes sumunt.

**B** 40. Sed sciendum est quia quanto auditores in charitate atque intellectu proficiunt, tanto sanctis prædicatoribus major gratia spiritus datur. Unde cum prius propheta dixisset : *Assumptus me spiritus, et audiri post me vocem commotionis magnæ,* post vocem commotionis magnæ alarum atque rotarum, atque iterum commotionis magnæ, illuc subiungit :

Vers. 14. — *Spiritus quoque elevavit me, et assumpsit me.*

**C** 41. Cur qui se assumptum jam a spiritu dixerat

<sup>e</sup> Val. Cl., *prædicatoribus.*

<sup>f</sup> Deest magna in C. Germ. et Ebroic.

<sup>g</sup> Aut, ex amore ferventium, ut existat in Norm. plurisque.

<sup>h</sup> Suess., *ex amore compunctionis ad lamenta conmoventur.*

<sup>i</sup> Suess., *tanto sanctis datur ut meditando et loquendo proficiant. Unde.*

iterum elevatum et assumptum narrat? Sed ad alii tiora mens prædicantium proficit cum per eos sensus audientium ad omnipotentis Dei desiderium commovetur. Qui videlicet prædicatores sancti idcirco proficiunt, ut per eorum ministerium dona gratiæ in sancta Ecclesia multiplicentur, sicut de hac eadem sancta Ecclesia scriptum est: *Rivos ejus inebrians & multiplica generationes ejus, in stillicidiis suis lætabitur cum exorietur (Psal. lxiv, 11)*. Rivi quippe Ecclesiæ sancti prædicatores sunt, qui terram nostri cordis infundunt. Sed cum inebriantur rivi, generationes Ecclesiæ multiplicantur, quia cum uberiorem gratiam spiritus prædicatores accipiunt, fidelium numerus augetur. Quæ sancta Ecclesia in suis stillicidiis lætatur. In stillicidio enim aqua de tecto in terram cadit, quæ de cœlo ceciderat in tectum. Tectum vero Ecclesiæ sancti prædicatores sunt, qui nos intercedendo et admonitionibus muniendo protegunt. Sed quia illorum cor divinitus in prædicatione infunditur, quasi aqua de cœlo venit in tectum. Quia vero nos eorum verbis irrigamur, quasi aqua de tecto defluit **1279** in terram. Sancta itaque Ecclesia, dum exoritur, in stillicidiis suis lætatur, quia cum in fide et bonis operibus nascitur, ea quæ accepit dona considerat, et in verbis prædicantium exultat. Quia ergo auditoribus ad meliora surgentibus, eorum quoque præparatoribus gratia multiplicatur, propheta dicit: *Spiritus quoque elevavit me, et assumpsit me*. Inde enim præparator magis ac magis elevatur et assumptus, unde auditor ad meliorem vitam mutatur.

42. Sed quærendum nobis est, cum spiritus mentem non elevet nisi assumpserit, cur prius elevavit et postmodum dicitur *assumpsit?* Sed hoc loco *assumpsit* dictum est constanter tenuit. Nam sunt non nulli quos elevat spiritus, sed non assumit, quorum et intellectus ad spiritualia emicat, sed tamen vita in factis carnalibus remanens, intellectui non concordat. Balaam namque per prophetiæ spiritum elevatus erat, sed assumptus non erat, quia et veraciter potuit longe post futura prospicere, et tamen a terrenis desideriis mentem noluit separare (*Num. xxiv, 4, 5*). Sed quia propheta sanctus scientia elevatus est, et vita pariter assumptus, jam qualis in prædicationem pergit audamus:

*Ibid. — Et abii amarus in indignatione spiritus mei.*

43. Pensate, fratres charissimi, cui dona sancti Spiritus creverant cur amarus abibat? An omne cor quod idem spiritus assumit amarum in indignatione sui spiritus facit? Unde sciendum est quia cui adhuc præsens vita dulcis est, etiamsi verbum Dei loqui videatur, elevatus et assumptus præparator non est. Mente enim quam Spiritus sanctus replet <sup>b</sup> in amaritudinem temporalium delectatione æternorum com-

<sup>a</sup> Pl. Norm., cum Longip., multiplicas.

<sup>b</sup> Gussanv. solus, in amaritudinem temporalium et delectationem æternorum.

<sup>c</sup> Norm. et Val., de cœlestibus gaudiis nulla. Sequimur Germanu. et velut.

A movet. Dulce enim est esse in rebus humanis, sed ei qui adhuc <sup>c</sup> de cœlestibus gaudia nulla gustavit, quia quanto minus æterna intelligit, tanto delectabilius in temporalibus requiescit. At si quis jam cordis ore gustaverit quæ sit illa dulcedo cœlestium præmiorum qui illi hymnidici angelorum chori, quæ incomprehensibilis visio sanctæ Trinitatis, huic quanto illud dulce sit quod intus videt, tanto in amaritudinem veritutis omne quod foris sustinet. Rixatur secum de his quæ male egisse se recolit, et similes ipsi displicet, cum ei ille placere jam cœperit qui omnia creavit. Reprehendit se de cogitationibus, insequitur de verbis, et punit flendo de factis. Supernis inhial, terrena jam omnia per mentis despetum calcat. Et quandiu illud quod desiderat adhuc B per speciem non habet, flere dulce habet, seseque continuis lamentis affligere. Et quia necdum se esse in patria ad quam creatus est videt, in hujus vitæ exilio nil ei plus aliud quam sua amaritudo placet. Dignatur etenim subjacere temporalibus, et ardentiter suspirat æternis. Unde recte quoque per Salomonem dicitur: *Eo quod in multa sapientia multa sit indignatio, et qui <sup>d</sup> apponit scientiam apponit dolorem (Eccl. i, 18)*. Cœlestia etenim cognoscentes, terrenis animum subdere dignamur. Et dum plus sapere incipimus de his quæ male egimus, nobis ipsis irascimur, et sit in multa sapientia multa indignatio, quia quanto plus proficimus in cognitione, tanto **1280** nobis indignamur amplius de perverso opere. Atque cum scientia dolor crescit, quia quanto C magis æterna cognoscimus, tanto magis esse nos in hujus exsiliis miseria dolemus. Vel sicut in translatione alia dicitur: *Et qui addit scientiam addit laborem*. Quo enim scire incipimus quæ sint cœlestia gaudia, eo magis ut errorum nostrorum laqueos possimus evadere, flendo laboramus. In multa ergo sapientia multa est indignatio, quia si æterna jam sapimus, concupiscere temporalia dignamur. Si æterna jam sapimus, nosmetipsos despiciimus egisse hoc quod nos potuit ab æternitatis amore separare. Reprehendit semetipsam conscientia, accusat quod egit, damnat per poenitentiam quod accusat, sit rixa in animo, parturiens pacem cum Deo.

44. Sic Achab (*De pœn. dist. 3, c. Sicut Achab*), rex iniquus, a propheta reprehensus, cum contra se divinam sententiam audisset, pertimuit, et <sup>e</sup> magno mœrore depressus est, ita ut prophetæ suo Dominus diceret: *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus (III Reg. xi, 29)*. In quibus Domini verbis pensandum est quomodo ei in electis suis mœror amaritudinis placeat qui amittere timent Dominum, si sic ei <sup>f</sup> et in reprobo poenitentia placuit qui timebat perdere præsens sæculum? Aut quomodo ei grata sit spontanea afflictio pro culpis in eis

<sup>d</sup> C. Germ., apponit scientiam, apponit dolorem.

<sup>e</sup> Editi omnes, reprehensus est; contradicunt Germ. et al. MSS. Longip., pro, mœrore, habet, terrore.

<sup>f</sup> Val. Cl., et in reprobo rege. Vatic., cui faveat Gratianus loco assignato, et reprobi poenitentia.

qui placent, si haec ad tempus placuit et in illo qui dispicebat? Sed sciendum quia nullus haec pro amore omnipotentis Domini ex toto corde agere prævalet, nisi is cuius animum Spiritus sanctus asumpsit. Nam quando homo ex sua virtute sufficiat terrena desplicere, cœlestia amare, pacem cum Deo querere, secum rixam subire, in cogitatione semetipsum reprehendere, et gemitis punire? Nullus haec agere nisi quem divina gratia roboraverit valet. Unde et subditur:

Ibid. — *Manus enim Domini erat mecum, confortans me.*

45. Ad bona quippe assurgere perfectio non possumus, nisi nos spiritus et præveniendo elevet, et subsequendo confortet. Sed querendum est, cum superiorius de volumine quod accepérat scriptum sit: *Et factum est in ore meo sicut mel dulce, qua ratione postmodum dicitur: Abi amarus in indignatione spiritus mei?* Mirum quippe valde est si dulcedo simul et amaritudo convenient. Sed juxta superiorem sensum sciendum est quia cui sermo Dei in ore cordis<sup>a</sup> dulcis esse cœperit, hujus procul dubio contra semetipsum animus amarescit. Quo enim in illo subtiliter discit qualiter reprehendere se debeat, eo se durius per amaritudinem pœnitentiae castigat, qui tanto sibi magis displicet, quanto in sacro volumine amplius de omnipotente Deo videt quod amet. Sed quia ad ista proficeret sua virtute non valet homo, recte nunc dicitur: *Manus Domini erat mecum, confortans me.* Manus enim Domini in sacro eloquio<sup>b</sup> aliquando etiam unigenitus Filius appellatur, quia omnia per ipsum facta sunt (Joan. i, 3). Et de cuius ascensione per Moysen Pater omnipotens loquitur, dicens: *Tollam in caelum manum meam* (Deut. xxxii, 40). Haec manus **1281** quæ electorum suorum corda confortat, discipulis dicebat: *Sine me nihil potestis facere* (Joan. xv, 5). In omne ergo quod cogitamus, in omne quod agimus, semper orandum est, ut et ipso aspirante cogitemus, et ipso adjuvante faciamus, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus in sæcula sæculorum. Amen.

### ROMILIA XI.

*Explanationem capituli iii Ezechielis prosequitur a versu 15 ad 20, ubi de officio pastorali, de peccatis prælatorum et subditorum invicem connexis, ac de mentis obcæsione præsertim disseritur.*

Inter cetera prophetæ miracula hoc quoque mirandum habent libri prophetarum, quod sicut<sup>d</sup> in eis verbis res, ita nonnunquam verba rebus expounderunt, ut eorum non solum dicta, sed etiam res gestæ prophetæ sint. Unde nunc dicitur:

EZECH. III, VERS. 15.—*Veni ad transmigrationem ad*

<sup>a</sup> Longip., *delectare cœpérit.*

<sup>b</sup> Suess., *aliquando Spiritus sanctus, aliquando etiam unigenitus.*

<sup>c</sup> Excus., in omni. MSS. Germ. et Norm., in omni, more Gregoriano.

<sup>d</sup> Suess., in eorum verbis. Non suffragantur alii.

<sup>e</sup> Longip., qui habitant.

<sup>f</sup> Gussanv., venerit, optimo quidem sensu, at contradicentibus omnibus tum MSS. tum Editis.

<sup>g</sup> Suess., et res per loca, et per loca cause si

*A accervum novarum frugum, ad eos<sup>c</sup> qui habitabant juxta flumen Chobar.*

4. Cum causa exigeret ut indicare debulisset quia ad transmigrationem<sup>f</sup> veniret, quæ dicendi necessitas fuit ut per fruges locum quoque exprimeret, dicens: *Ad accervum novarum frugum, nisi quod saepe<sup>d</sup> per res et loca causæ signantur?* Multi quippe Ezechiele prophetante jam captivitatis anni defluxerant, atque ex his qui in captivitatem ducti fuerant plures jam in morte carnis obierant, ad quorum filios loqui propheta veniebat. Unde et ei superius dicitur: *Nisi hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostolicas, quæ recesserunt a me.* Patres eorum prævaricati sunt pactum meum usque ad diem hunc, et filii dura cervice et indomabili corde sunt, ad quos ego mitto B te (Ezech. ii, 3, seq.). Ex quibus quia multi fuerant credituri, atque per obedientiam ad fertilitatem boni operis perventuri, <sup>b</sup> acervus frugum vocantur. Quia enim bonæ animæ fruges appellantur Dei, propheta alius testatur, dicens: *Sanctus Israel Domino, primus frugum ejus* (Jerem. ii, 3). Fruges etenim Domini etiam conversæ ad fidem gentes postmodum factæ sunt. Sed quia prius Israel Domino credidit, recte hunc propheta frugum ejus primitias appellavit. Quia ergo propheta missus non priori populo, sed filiis ejusdem populi verba intulit, ad accervum frugum novarum venit. Quid vero per Chobar fluvium designetur, supra jam diximus (Hom. ii, n. 6); quæ nequaquam modo repetimus, ne repetendo fastidium generemus. Sequitur:

C VERS. 15.—*Et sedi ubi illi sedebant, et mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum.*

2. Notandum captivo populo propheta sanctus quanta compassione se copulat, eorumque se mœribus conserendo et mœrendo conjungit, quia radix verbi virtus est operis. Et ille sermo ab audiente libenter accipitur, qui a prædicante cum compassionem animi profertur. Sic ferrum **1282** cum ferro jungitur, liquatur prius, ut postmodum vicissim a semetipso teneatur. Si enim prius minime mollescit, postmodum tenere se fortiter non sufficit. Sic propheta captivo populo consedit, et mœrens in medio eorum extitit, ut dum per charitatis gratiam condescendendo se ei molliorem redderet, eum statim per verbi fortitudinem teneret. <sup>i</sup> Sin vero Israeliticus populus, qui domus exasperans vocatur, quia culpas nec inter flagella cognovit, nullo mœrore animum depresso, propheta inter gaudentes mœrens sedere studuit, ut tacendo ostenderet quod loquendo venerat docere. Et priusquam verba ficeret, in hoc quod mœrens tacuit formam verborum sumpsit. Sequitur:

<sup>g</sup> manatur.

<sup>b</sup> Editi plerique, *accervi*; alii, *accervum frugum ve-*  
*cantur, mendosis-ime.*

<sup>i</sup> Editi, *sancit Israel.*

<sup>j</sup> Val. Cl., sed *Israeliticus.* Lectio nostra nonnihil obscuritatis habet. At est MSS. Germ., Norm., etc. Sensus autem est: *Si dicatur Israelem, qui domus exasperans vocatur, nullo mœrore affectum suis,* quippe qui nec inter flagella custpas agnoverit, propheta inter gaudentes nihilominus mœrens sedet.

VERS. 16.—*Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me, dicens.*

3. In eo quod septem diebus moerens sedit, et post diem septimum verba dominicæ <sup>a</sup> jussionis accepit ut loqui debuisset, aperte indicat quia eidem diebus moerens tacuerat. Missus autem ad prædicandum fuerat, et tamen septem diebus <sup>b</sup> sedens tacebat. Quid est hoc quod nobis propheta sanctus in hoc suo silentio innuit, nisi quia ille loqui veraciter novit, qui prius bñne tacere didicerit? Quasi enim quoddam nutrimentum verbi, est censura silentii. Et recte per excrescentem quoque gratiam sermonem accipit, qui ordinate ante per humilitatem tacet. Hinc enim per Salomonem dicitur: *Tempus tacendi, et tempus loquendi* (*Eccle. iii, 7*). Non enim ait, Tempus loquendi, et tempus tacendi, sed prius tacendi præmittit tempus, et postmodum subdit loquendi, quia non loquendo tacere, sed tacendo debemus loqui discere. Si ergo propheta sanctus qui missus ad loquendum fuerat diu prius tacuit, ut postmodum recte loqueretur, pensandum nobis est quanta ei culpa sit non tacere, quem nulla cogit necessitas loqui. Sequitur:

VERS. 17.—*Fili hominis, speculatorum dedi te domini Israei.*

4. Notandum quod eum quem Dominus ad prædicandum misit speculatorum esse denuntiat. Cui enim aliena cura committitur, speculator vocatur, ut in mentis altitudine sedeat, atque vocabulum nominis ex virtute actionis trahat. **1283** Non est enim speculator qui in imo est. Speculator quippe semper in altitudine stat, ut quidquid venturum est longe prospiciat. Et quisquis populi speculator ponitur, in alto debet stare per vitam, ut possit prodesse per providentiam. Hinc propheta alius speculatorum admonet, dicens: *Super montem excelsum ascende tu, qui evangetias Sion* (*Ies. xl, 9*). Ut videlicet qui prædicationis locum suscepit ad altitudinem bonæ ascendat actionis; ad excelsum transeat, et eorum qui sibi commisi sunt opera transcendat; quatenus subiectorum vitam tanto subtilius videat, quanto et terrenis rebus quas despicit animum non supponit.

5. O quam dura mihi sunt ista quæ loquor, quia memet ipsum loquendo ferio, cuius neque lingua, ut dignum est, prædicationem tenet, neque in quantum tenere sufficit vita sequitur linguam. Qui otiosis verbis sepe implicor, et ab exhortatione atque ædificatione proximorum torpens et negligens cesso. Qui in conspectu Dei factus sum mutus et verbosus, mutus in necessariis, verbosus in otiosis. Sed ecce sermo Dei de speculatoris vita compellit ut loquar. Tacere non possum, et tamen loquendo me ferire perfumesco. Dicam, dicam, ut verbi Dei gladius etiam per memet ipsum ad consigendum cor proximi transeat. Di-

**A** cam, dicam, ut etiam contra me sermo Dei sonet per me. Ego reum me esse non abnego, torporem meum atque negligentiam video. Erit fortasse apud pium judicem impetratio venia ipsa cognitione culpa.

6. Et quidem in monasterio positus, valebam et ab otiosis linguam restringere, et in intentione orationis pene continue mentem tenere. At postquam cordis humerus sarcinæ pastorali supposui, colligere se ad semet ipsum assidue non potest animus, quia ad multa partitur. Cogor namque modo Ecclesiarum, modo monasteriorum causas discutere, <sup>c</sup> sepe singularum vitas actusque pensare; modo quædam ci-vium negotia sustinere, modo de irruentibus barbarorum gladiis gemere, et commissio gregi insidiantes lupos timere; modo rerum curam sumere, ne desint subsidia eis ipsis quibus disciplina regula tenetur, modo raptore quosdam æquanimiter perpeti; modo eis sub studio servatae charitatis obviare. Cum itaque ad tot et tanta cogitanda scissa ac dilaniata mens du-citur, quando ad semetipsam redeat, ut totam se in prædicatione colligat, et a proferendi verbi ministe-rio non recedat? Quia autem necessitate loci sepe viris sæcularibus jungor, nonnunquam mibi linguæ disciplinam relaxo. Nam si in assiduo censuræ meæ

<sup>d</sup> rigore me teneo, scio quia ab infirmioribus fugior, eosque ad hoc quod appeto nunquam traho. Unde sit ut eorum sepe et otiosa patienter audiam. Sed quia ipse quoque infirmus sum, in otiosis sermonibus paullisper tractus, libenter jam ea loqui incipio, quæ audi-re coeparam invitus; et ubi tædebat cadere, libet C jacere. Quis ergo ego vel qualis speculator sum, qui non in monte operis <sup>e</sup> sto, sed adhuc in valle infirmitatis jaceo? Potens vero est humani generis crea-tor et redemptor indigno mihi et viæ altitudinem,

**1284** et linguæ efficaciam donare, pro cujus amore in ejus eloquio nec mibi parco.

7. Esse ergo speculatoris vita et alta debet semper, et circumspecta. Ne enim terrenarum rerum amor succumbat, alta sit; ne occulti hostis jaculis feratur, ex omni latere circumspecta. Neque hoc speculatori sufficit, <sup>f</sup> ut alium vivat, nisi et loquendo assidue ad alta auditores suos pertrahat, eorumque mentes ad amorem coelestis patriæ loquendo succen-dat. Sed tunc hæc recte agit, cum lingua ejus ex vita arserit. Nam lucerna quæ in semetipsa non ardet, D eam rem cui supponitur non accedit. Hinc enim de Joanne Veritas dicit: *Ille erat lucerna ardens et lu-cens* (*Joan. v, 35*). Ardens videlicet per coeleste de-siderium, lucens per verbum. Ut ergo servetur veri-tas prædicandi, teneatur necesse est altitudo vi-vendi. Unde recte quoque sanctæ Ecclesiæ sponsi voce in Cantico cantorum dicitur: *Natus tuus sicut ferris Libani* (*Cant. vii, 4*). <sup>g</sup> Quæ ergo laus est, fratres moi,

<sup>a</sup> Longip., visionis.

<sup>b</sup> Corb. et C. Germ. moerens tacebat.

<sup>c</sup> Norm., Anglic., Val. Cl., modo habent, loco sepe, quod tamen invenimus in C. Germ., ut in Editis, et Idcirco retinuimus.

<sup>d</sup> Sueas., Longip., Val. Cl., Sag., vigore.

<sup>e</sup> Norm., consilio. Segundis tamen habet, con-

sisto.

<sup>f</sup> Editi, ut alio. Cogimus sequi unanimem MSS. consensum.

<sup>g</sup> Nonnulli Norm., quæ, rogo, laus est; quos seque-runt nisi alii MSS., maxime Germanensis, obsta-rent.

ut sponsae nasus turri comparetur? Sed quia per nam sum semper odores fetoresque discernimus, quid per nasum nisi speculatorum discretio designatur? Qui nimirum nasus et sicut turris esse, et Libani dicitur, quia videlicet præpositorum discretio et munita semper debet esse <sup>a</sup> circumspicione, et in altitudine vitæ consistere, id est in valle <sup>b</sup> infirmi operis non jacere. Sicut enim turris in monte iuxta ad speculum ponitur, ut hostes qui veniunt longius videantur, sic prædictoris vita semper in alto debet fixa permanere, ut more marium discernat fetores vitiorum odoresque virtutum. Incursus malignorum spirituum longe prospiciat, et commissas sibi animas per suam providentiam cautas reddat. Sequitur:

IBID. — *Et audies ex ore meo verbum, et annuntias eis ex me.*

8. Ecce iterum monetur propheta ne presumat loqui quod non audierit, sed prius aurem cordis aperiat voci creatoris, et postmodum os sui corporis aperiat auribus plebis. Unde propheta alius dicit: *Inclinabo ad similitudinem aurem meam, aperium in psalterio propositionem meam* (Psal. XLVIII, 5). Qui enim recte prædicat prius, sicut dictum est, aurem cordis locutioni intime inclinat, ut postmodum os corporis in propositione admonitionis aperiat. Sequitur:

VERS. 18. — *Si dicente me ad impium, Morte morieris, non annuntiaveris, neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia, et vivat; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.*

9. In quibus verbis quid nobis notandum est, quid sollicite cogitandum, nisi quia nec subjectus ex culpa præpositi moritur, nec præpositus sine culpa est quando, verba vita non audiens, ex sua culpa moritur subjectus? Impio etenim mors debetur, sed ei a speculatore via vita nuntianda est, et ejus impietas increpanda. Si vero speculator taceat, ipse impius in iniquitate sua morietur, quia impietas ejus meritum fuit, ut dignus non esset ad quem speculatoris sermone fieret. Sed sanguinem ejus Dominus de manu speculatoris requirit, 1285 quia ipse hunc occidit, quia eum tacendo morti prodidit. In quibus utrisque pensandum est quantum sibi connexa sunt peccata subditorum atque præpositorum, quia ubi subjectus ex sua culpa moritur, ibi is qui præest, quoniam tacuit, reus mortis tenetur. Pensate ergo, fratres chartissimi, pensate, quia et quod nos digni pastores non sumus <sup>c</sup> etiam ex vestra culpa est, quibus tales prælati sumus. Et si quando vos ad iniuriam defluitis, etiam ex nostro hoc reatu est, <sup>d</sup> quos obstantes atque reclamantes in pravis desideratis non habetis. Vobis ergo et nobis parcitis, si a pravo opere cessatis. Vobis et nobis parcimus, quando hoc quod displiceret non tacemus. O quam libera commissorum sibi sanguine

A fuerat prædictor egregius qui dicebat: *Mundus sum a sanguine omnium; non enim subterfugi quominus annuntarem omne consilium Dei vobis* (Act. xx, 20). Si enim non annuntiasset, mundus a sanguine non esset. Sed quibus omne consilium Dei annuntiare studuit, ab eorum sanguine mundus fuit. In qua voce nos convenimur, nos constringimur, nos rel' esse ostendimur, qui sacerdotes vocamur, qui super ea mala quæ propria habemus alienas quoque mortes addimus, quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi et tacentes videmus.

10. Cum vero dicitur: *Sanguinem autem ejus de manu tua requiram, si hoc in loco sanguinis nomine mors corporis designatur, valde nobis de nostro silentio augetur metus, quia si in subjectis suis is qui*

B prælatus ad speculum est etiam de morte corporis quandoque morituri tam graviter reus tenetur, quo reatu de morte animæ subjectorum constringitur, quæ potuisset semper vivere, si verba correctionis audisset? Sed melius possunt sanguinis nomine peccata signari. Unde quidam, cum peccata carnis desleret, dixit: *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ* (Psal. L, 16). Sanguis ergo morientis de manu speculatoris requiritur, quia peccatum subdit culpe præpositi, si tacuerit, reputatur. Est ergo quod faciat, ut etiam moriente subdito se liberum reddat. Surgat, invigilet, malis actibus contradicat, sicut scriptum est: *Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormirent palpebra tue* (Prov. vi, 3). Unde hic quo-

C que additur:

VERS. 19. — *Si autem tu annuntiaveris impio, et ille non fuerit conversus ab impietate sua, et a via sua impia; ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.*

11. Tunc enim subjectus moritur sine te, quando in causa mortis contradictorem pertulerit te. Nam morti, cui non contradicis, adjungeris. Et notandum quæ sunt quæ debeant a speculatore prædicari, nimirum fides et operatio. Nam ait: *Si autem tu annuntiaveris impio, et ille non fuerit conversus ab impietate sua, et a via sua impia. Impietas quippe ad infidelitatem pertinet, via vero impia ad pravam actionem. Et omnis speculator hoc habere debet studii, ut prius ad pietatem fidei, postmodum ad D piaciam viam, id est ad bonam actionem trahat.*

12. Sed quia de exhortatione sermo se intulit, innotescere breviter debemus in ore pastoris quantus esse debeat ordo atque consideratio locutionis. Pensare etenim doctor debet quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, et quantum loquatur. Si enim unum horum defuerit, loquatio apta non erit. Scriptum quippe est: *Si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti* (Genes. IV, 7, sec. LXX). Recte autem offerimus cum bono stu-

Germ. et veter.

<sup>a</sup> *Exponimus ex quod irreparat in Ed., cum in MSS. saec. antiquis non existet.*

<sup>b</sup> *Al., infirmi, ut legitur in Rotbom. et Bacc.*

*Et sane melius congruit vali. Legitur tamen infirmi in*

*legi. Malo in Edibus, ac jam. Suess. habet nostra, loco*

*vestra, sed mendose.*

<sup>c</sup> *Vulgati, quod, invitit MSS.*

*использование текста*

dio bonum opus agimus ; sed recte non dividimus, A si habere discretionem in bono opere postponamus. Considerare etenim debemus quid loquamur, ut juxta Pauli vocem, *Sermo noster semper in gratia sale sit conditus* (*Coloss.* iv, 6).

13. Pensandum vero nobis est cui loquamur quia saepe increpationis verbum quod haec admittit persona, altera non admittit. Et saepe ipsa eadem persona secundum factum fit altera. Unde Nathan propheta David post adulterium forti increpationis sententia percussit. Qui cum de raptore ovis diceret : *Filius mortis est vir qui fecit hoc, ei protinus respondit*, dicens : *Tu es ille vir* (*II Reg. XII, 5*). Cui tamen cum de Salomonis regno loqueretur (*Ibid.*, 7), quia culpa desuit, ei se humiliiter <sup>a</sup> in adoratione prostravit. In una ergo eademque persona quia causa dispar exstitit, etiam sermo propheticus dissimilis iuit.

14. Pensandum quoque est quando loqui debeamus, quia <sup>b</sup> saepe etsi differtur increpatio, postmodum benigne recipitur. Et nonnunquam languescit, si hoc quo ante proferri debuit tempus amiserit. Nam et sapiens mulier Nabal ebrium videns (*I Reg. XXV, 36, 37*), increpare de culpa tenaciam noluit, quem digesto vino increpationis suæ verbis utiliter percussit. Et Propheta adulantium linguas non esse in subsequenti tempore <sup>c</sup> differendas annuntiat, qui ait : *Confundantur statim erubescentes, qui dicunt mihi, Euge, euge* (*Psalm. LXIX, 4*). Adulatio etenim si vel ad tempus patienter suscipitur, augetur, et paulisper demulcit animum, ut a rigore sua rectitudinis mollescat in delectatione sermonis. Sed ne crescere debeat, statim est et sine mora serienda.

15. Pensandum quoque nobis est qualiter loquamur. Nam saepe verba quæ hunc ad salutem revocant, alium vulnerant. Unde Paulus quoque apostolus qui Titum admonet, dicens : *Argue cum omni imperio* (*Tit. II, 15*), Timotheum exhortatur, dicens : *Argue, obsecra, increpa <sup>d</sup> in omni patientia et doctrina* (*II Tim. IV, 2*). Quid est quod uni imperium, <sup>e</sup> et alii patientiam præcipit, nisi quod unum lenioris, alterum vero serventioris spiritus esse conspexit ? Leni per auctoritatem imperii injungenda erat severitas verbi, is autem qui per spiritum servebat per patientiam temperandus fuerat, ne si plus justo inserviceret, non ad salutem vulnerata reduceret, sed sana vulneraret.

16. Curandum quoque quantum loquamur, ne si ei qui multa ferre non valet <sup>f</sup> verbum vel exhortationis vel increpationis longius trahimus, auditorem

<sup>a</sup> Val. Cl., in orationem.

<sup>b</sup> Plerique Norm., si differtur. Redundare videtur et, et obscuriorum sensum generare. Est tamen in C. Germ. et aliis vetustioribus membranis.

<sup>c</sup> In Editis, consentiente C. Germ., si hoc quod ante; a quibus recedere cogimur, praesertim MSS. Norm., suadenteque contextus serie. Retento enim quod, sensus non patet, qui, admisso quo, est optimus.

<sup>d</sup> Longip., deferendas.

<sup>e</sup> Ita C. Germ., Norm., Longip. et pene omnes, ubi Editi cum omni patientia.

nostrum ad fastidium perducamus. Unde idem prædictor egregius Flebræs loquitur, dicens : *Obsecro vos, fratres, ut suffferatis verbum solatii, etenim paucis scripti vobis* (*Hebr. XIII, 22*). Hoc tamen 1287 infirmis præcipue congruit, ut pauca quidem, et quæ prævalent capere, audiant, sed quæ eorum mentem in penitentia dolorem compungant. Nam si eis uno in tempore exhortationis sermo fuerit multipliciter dictus, quia multa retinere non valent, simul amittunt omnia. Unde et medici corporum pannos quos infirmantibus stomachis ponunt, apto quidem medicamine, sed subtiliter liniunt, ne se repletum medicamine fuerint, infirmitatem stomachi non roborantes adjuvent, sed opprimentes gravent.

17. Sciendum tamen quia eis quando modum B suum sermo prolixior transeat, periculosum hoc auditoribus non est. Si autem qualiter quid dicatur, et quibus dicatur, non vigilanter conspicitur, valde periculosum est. Verecundæ etenim mentes, si quas fortasse culpas admirerint, leniter arguendæ sunt, quia si asperius increpantur, franguntur potius quam erudiantur. At contra mentes asperæ atque <sup>g</sup> impudentes, si increpatæ leniter fuerint, ad maiores culpas ipsa lenitatem provocantur.

18. Quod bene in eodem egregio prædicatore dicimus, qui cum Corinthios cognosceret pro amore personarum <sup>h</sup> in schismate divisos, eorum verecundæ consulens, locationem suam a gratiarum actione et laudibus cœpit, dicens : *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo et in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis* (*I Cor. I, 4*). Qui adhuc adjungit et dicit : *Ita ut nihil desit vobis in ulla gratia, exspectantibus revelationem Domini nostri Iesu Christi* (*Ibid., 7*). Quæso te, Paule, si jam nihil deest, cur eis scribendo fatigaris ? Cur in longinquum positus loqueris ? Pensemus ergo, fratres charissimi, <sup>i</sup> quantum laudat. Ecce eis gratiam Dei datam asserit, factos in omnibus divites dicit in omni verbo et in omni scientia ; Christi testimonium, id est quod de semel piso moriendo et resurgendo testatus est, in eorum vita confirmatum esse perhibet, et nihil eis deesse in ulla gratia testatur. Quis, rogo, credat quia paulo post eos corripiat, D quos ita laudat ? Nam post cætera subjungit : *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata* (*Ibid., 10*). Quid enim potuit tam perfectis tanquam laudabilibus schisma <sup>j</sup> subrepere ? Signifi-

<sup>f</sup> C. Germ., et alio; Norm., et alteri.

<sup>g</sup> Germ., quem sequuntur Edit., si Gussanv. excipias, per verbum.

<sup>h</sup> Suess., imprudentes.

<sup>i</sup> Norm., in schismata. Suffragari videtur Pauli epistola in qua legitur, cap. I, 10, et non sint in vobis schismata, qui versus infra laudatur.

<sup>j</sup> Vitiōse Gussanv., in una grata.

<sup>k</sup> Val. Cl., quantum eos. Abest eos a MSS. Germ. et ab aliis vetustioribus.

<sup>l</sup> In Norm., Longip., Val. Cl., subripere, vel surripere; non autem in Germ.

catum enim est mihi de vobis, fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones inter vos sunt. Hoc autem dico quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae, ego autem Christi (Ibid., 11 et 12). Ecce quos in omni verbo et in omni scientia laudaverat, quibus nihil deesse in ulla gratia dixerat, paulisper loquens, ad increpandum leniter veniens, divisos erga scipos reprehendit; et quorum prius salutem narraverat, postmodum vulnera patefecit. Peritus enim medicus vulnus secundum videns, sed ægrum timidum esse conspiciens, diu palpavit, et subito percussit. <sup>A</sup> Prius blandam manum laudis posuit, **1288** et postmodum ferrum increpationis fixit. Nisi enim verecundæ mentes fuerint palpando reprehensæ, ita ut ex aliis rebus audiant quod in consolationem sumant, per increpationem protinus ad desperationem cadunt.

19. Sed nunquid mentitus est Paulus, ut prius eis nil deesse in omni gratia diceret, quibus postmodum dicturus erat unitatem deesse? Absit hoc: quis de illo talia vel desipiens credit? Sed quia erant inter Corinthios quidam omni gratia repleti, et erant quidam in personarum favoribus excisi, cœpit a laudibus perfectorum, ut modesta invective ad reprehensionem pertingeret infirmorum. Et in hoc quoque ad medicinam cordis a medicina corporis usum trahens. Nam cum seriendum vulnus medicus aspicit, prius ea <sup>b</sup> membra quæ circa vulnus sana sunt palpat, ut post ad ea <sup>c</sup> quæ vulnerata sunt leniter palpando perveniat. Cum ergo Paulus perfectos in Corinthiis laudavit, sana membra juxta vulnus tetigit; <sup>C</sup> cum vero infirmos de divisione reprehendit, vulnus in corpore percussit.

20. Videamus tamen hunc ipsum qui tanta modestia atque mansuetudine ad corripiendos Corinthios ducitur, qualiter contra Galatas, qui a fide discesserant, <sup>d</sup> exercetur. Nulla enim modestiæ patientia præmissa, nulla locutionis dulcedine prærogata, eos quos a fide discussisse cognovit, ab ipso epistolæ suæ exordio inverbendo redarguit. Nam præmissa salutatione, sic cœpit: Miror quod sic tam cito transserimini ab eo qui vos vocavit in gratia Christi (Galat. 1, 6). Quibus etiam in aperta increpatione post cœtera subjungit: O insensati Galatae, quis vos fascinavit (Ibid. iii, 1)? Mentes etenim duræ nisi aperta essent increpatione percussæ, nullo modo malum cognoscerent quod egissent. Nam sepe hi <sup>e</sup> qui impudentes sunt tantum se peccasse sentiunt, <sup>f</sup> quantum de peccatis quæ fecerint increpantur, ut minores culpas suas <sup>g</sup> testimentum, quas minor invectione castigat, et quas vehementer objurgari viderint, majores esse reprehendant. Unde necesse est ut semper sermo prædicantis cum auditorum debeat qualitate for-

<sup>A</sup> mari, ne aut verecundis aspera, aut impudentibus lenia loquatur. Quid autem mirum si hoc verbi Defrogator faciat, cum et agricola qui semina in terram mittit prius terræ qualitatem prævidet quibus seminibus apta videatur, et postquam qualitatem s' præviderit, tunc semina spargit? Sed quia de qualitate doctrinæ locutionem longius traximus, oportet ut ad eum quem cœpimus exponendi ordinem redeamus.

Vers. 20. — Sed etiæ conversus justus a justitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo; ipse morietur, quia non annuntiasti ei. In peccato suo morietur, et non erunt in memoria justitiae ejus quas fecit; sanguinem vero ejus de manu tua requiram.

21. Quia justo qui in peccato cecidit prædicator tacuit, ejus sanguinis reus tenetur. Et qui sollicitus esse non studuit in prædicatione, factus est particeps in damnatione. Sed cum dicitur: In peccato suo morietur, et non erunt in memoria justitiae ejus **1289** quas fecit, hoc nobis maxime considerandum est (De penit., dist. 4, c. Hoc nobis, et lib. iv, Sent., dist. 5); quia cum mala committimus, sine causa ad memoriam bona nostra transacta revocamus, quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum præteriorum. Sed quæri potest utrum justo postquam ceciderit prædicandum sit, an et priusquam cadat? Invigilare <sup>b</sup> prædicator debet, ne ad casum veniat, procul dubio et priusquam cadat. Nam sequitur:

Vers. 21. — Si autem tu annuntiaveris justo ut non peccet justus, et ille non peccaverit, vivens vivet, quia annuntiasti ei; tu autem animam tuam liberasti.

22. Si ergo prædicator ideo animam suam liberavit quia justo ne peccaret denuntiavit, cum justus ad peccatum, prædicatore lacente, cecidit, prædicator quia tacuit, reus tenetur. Sed quis nostrum, rogo, ad hæc sufficiat, ut non solum peccatores studiose corripiat, sed etiam justis invigilet ne cadant? Nos enim, infirmitatis nostræ consciæ, cum justos viros conspicimus, admonere eos non præsumimus ut justitiae viam teneant, quam quia tenent videmus; et tamen prædicatoriæ est debitum etiam justos admonere. Unde prædicator egregius dicebat: Sapientibus et in sapientibus debitor sum (Rom. 1, 14).

23. In his vero omnibus quæ de justo ad iniquitatem converso dicta sunt, hoc est laboriosum ad loquendum, hoc valde pertimescendum, quod Dominus dicit: Ponam offendiculum coram eo. Ait enim: Si conversus justus a justitia sua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo. Nos enim dicimus quia si iniquitatem fecerit, offendit, et verum est omnino

tibus Editis, erigitur, vel erigatur.

<sup>a</sup> Suess., imprudentes.

<sup>b</sup> Sag., quando de peccatis.

<sup>c</sup> Editi, terra viderit . . . aspergit.

<sup>d</sup> Longip., invigilare enim.

Mss., quorum hic mirus est consensus.

<sup>b</sup> Subiectur membra in Lyrano.

<sup>c</sup> Gussanv., vitiœ, quæ vulnera sunt.

<sup>d</sup> Ita C. Germ., Longip., Val. Cl., Ebrioic. et plorique Norm. In Becc. et Rothomag., consentien-

quod dicimus. Cur adhuc ei Deus omnipotens offendiculum ponit, quem <sup>a</sup> jam impiegisse et cecidisse per iniuriam quam perpetraverit conspicit? Sed distincta sunt omnipotentis Dei iudicia; et qui peccatorem diu exspectat ut redeat, non redeunti atque contemnenti ponit adhuc ubi gravius impingat.

24. Peccatum quippe quod per poenitentiam cilius non deletur, aut peccatum est et causa peccati, aut peccatum et pena peccati, aut peccatum simul et causa et pena peccati. Omne enim quod prius committitur peccatum est. Sed si citius poenitendo non tergitur, justo iudicio omnipotens Deus obligatam <sup>b</sup> peccantis mentem etiam in culpam alteram permittit cadere, ut quae flendo et corrigendo noluit <sup>c</sup> emendare quod fecerit, peccatum incipiat peccato cumulare. Peccatum ergo quod poenitentiae lamento non datur, peccatum simul est et causa peccati, quia ex illo eritur unde adhuc peccatoris animus attius obligetur. Peccatum vero quod ex peccato sequitur, peccatum simul est et pena peccati, quia, excrescente exactitate, ex retributione prioris culpe generatur, ut quasi jam quedam sint in peccatore supplicia ipsa incrementa vltiorum. Fit vero noanenquam ut unum idemque peccatum et peccatum sit et pena peccati, simul et causa peccati. Ponamus enim ante oculos quamplam rem proximi concupisse, quam quia aperte non valuit, furti diripiuit, sed in furti accusatione positus, se hanc diripiisse jurejurando denegavit. Huic ergo 1290 concupiscentia peccatum fuit et causa peccati, quia per eam pervenit ad rapinam. Ipsius vero furtum quo rem concupitam diripiuit, et peccatum ei furtus est et pena peccati, quia ex retributione jam non repressa concupiscentiae factum est ut veniret <sup>d</sup> ad furtum, et culpa cordis excresceret in opere <sup>e</sup> ex ultiione exactitatis. Sed quia furtum perjurio legere eurevit, ex peccato rursum peccatum genuit. Furtum ergo quod ex concupiscentia processit, et perjurium prodidit, peccatum et pena peccati factum est culpe precedenti, peccatum et causa peccati culpe subsequenti, quia de illa natum hanc genuit. Quod bene Paulus de quibusdam Deum intelligentibus, sed non honorantibus insinuavit, dicens: *Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, ani gratias agerunt, sed ovannerunt in cogitationibus suis* (Rom. 1, 21). Ecce est peccatum et causa peccati. Ex qua causa quid sequatur adjungit: *Et obscuratum est insipitus cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt; et multaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilitatis hominis, et volvorum, et quadrupodum, et serpentum* (Ibid., 22, 23). <sup>f</sup> Ecce est peccatum, et pena peccati. Sed peccatum solummodo et pena peccati esset, si non

<sup>a</sup> Ita melius in C. Germ., Suess. et nonnullis Norm. quam in Editis, *jam impie egisse*. Certe convenit impingere cum cadere; et paulo infra legitur, ubi gravius impingat. Missum facinus hic agi de offenditio ad quod impingatur.

<sup>b</sup> Editi, *peccatis, reluctantibus* MSS. omnibus.

<sup>c</sup> Suess., cui consentiunt Editi, mundare. Sequimur potiores Cod.

A adhuc ex hoc peccato et aliud sequeretur. Nam post infidelitatem eorum sublitur: *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumelias officiant corpora sua in semetipsis* (Ibid., 24). Qui igitur cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt, ex eo peccato et causa peccati ad hoc quoque perducti sunt, ut ad cultum serpentum et volvrum laberentur. Sed quia per hanc etiam exactitatem usque ad immunditiam et carnis contumelias ceciderunt, ipsa infidelitas eorum exactitas praecedenti intellectui et peccatum est, et pena peccati, subsequenti vero immunditiae peccatum facta est et causa peccati. Sed quia de his in libris Moralibus diu tractatum est (Lib. xxv Moral., n. 23, 24), nobis nunc in eis diutius immorandum non est.

25. Hoc autem nobis cum tremore considerandum est quomodo justus et omnipotens Deus, cum praecedentibus peccatis irascitur, permittit ut exacta mens etiam in aliis labatur. Unde Moyses ait: *Nondum completa sunt peccata Amorrhaeorum* (Genes xv, 16). David quoque ait: *Appone iniuriam super iniuriam ipsorum, ut non intrant in justitiam tuam* (Psal. lxviii, 28). Propheta etiam alius dicit: *Maledictum, et mendacium, et homicidium, et furtum, et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit* (Osee iv, 2). Sanguis enim sanguinem tangit quando peccato peccatum additur, ut ante Dei oculos adjunctis iniuriantibus anima cruentetur. Paulus apostolus ait: *Ut impleant peccata sua semper* (I Thess. ii, 16). Joanni quoque per angelum dicitur: *Qui nocet, noceat adhuc; et qui in sordibus est, sordescat adhuc* (Apoc. xxii, 11). Unde nunc etiam Dominus dicit: *Si conversus justus a iustitia sua fecerit iniuriam, ponam offendiculum coram eo*. Ac si aperto dicat: Quia videre poenitendo noluit ubi jam impedit, justo eum iudicio deserens, ponam ei ut et alibi impingat. Quod tamen Domini ponere est nequaquam ad peccandum premere, sed nolle a peccato liberare; 1291 sicut de Pharaone dicitur: *Ego indurabo cor eius* (Exod. vii, 3). Non enim cor peccantis Dominus obdurat, sed obdurare dicitur, cum ab obduracione non liberat. Misericors enim Deus tempus nobis ad poenitentiam relaxat; sed cum eius gratiae patientiam nos ad augmentum veritatis culpe, hoc ipsum tempus quod ad parandum pie dispositus districtius ad serendum vertit, ut cum reverti quis etiam spatio temporis acceptio noluerit, per hoc mala sua ad reatum augeat, per quod ea diluere potuit, si converti voluisse. Unde scriptum est: *Ignorans quoniam benignitas Dei ad paenitentiam te adducit?* Secundum durissimum autem tuum et cor impunitus thesaurizas tibi iras in die iras et reuelatio justi

<sup>d</sup> Gravissimo errore Gussav., *ad futurum*.

<sup>e</sup> Val. Cl., *ex culpa*.

<sup>f</sup> C. Germ. et Excusi ante Gussav., *ecce est peccatum solummodo, et pena peccati erat, si non adhuc ex hoc peccata et aliud sequeretur. Corrupta videatur lectio haec, quomodo enim peccatum solummodo est, quod constat esse praeiusta populi et causam peccati sequimur Cod. Norm., Anglic. et alios plur.*

judicii Dei (*Rom. 11, 4*). De benignitate ergo omnipotentis Dei Iram sibi in die irae reprobis thesaurizat, quia dum ad paenitendum tempus accipitur, et ad peccandum exhibetur, ipsum remedium gratiae vertit in augmentum culpe. Unde et omnipotens Deus, quia collata remedia conspicit ad culpae augmentum trahi, ipsam benignitatem quam contulit in judicium districcionem veritatis, ut inde post amplius feriat, unde modo amplius expectat. Et quia homo deserere malum non vult ut vivat, auget unde morietur. Sed siue iustus in culpo, siue peccator in mortem corrut, speculatori timendum est ne hanc ex eis silentio ratus possessum pariter invenerit.

26. Sed hacten dura impoer, avertire a memetipsos oculos volo, et ecce iterum sermo divinus me impingit in memetipsum, ut meam negligentiam videam, et tamen dici haec quae audio persimescam. Sicut enim superius dixi (*Num. vi*), eius cor in coris innumeris « expandam se ad ea colligat? Quando etenim possum et ea quae circa me sunt sollicite omnia curare, et memetipsum adunato sensu conspicere? Quando possum pravorum nequities insequendo corriger, bonorum actus laudando et admonendo custodire, aliis terrorem aique aliis dulcedinem demonstrare? Quando valeo et de his quae sunt necessaria fratribus cogitare, et contra hostiles gladios de urbis vigiliis sollicitudinem gerere, ne incursione subita cives perirent, providere, et inter haec omnia pro animarum custodia plene alique efficaciter verbum exhortationis impendere? Loqui etenim de Deo quiete valde et liberate mentis est. Tunc namque bene lingua dirigitur in sermone, cum secure sensus quieverit in tranquillitate, quia nec concussa aqua imaginem respicientis reddit, sed tunc in ea vultus intendentis aspicitur, cum non movetur. Quam ergo exhortationem vobis speculator vester, fratres charissimi, facial, quem tot perum confusio perturbat? Certe is de quo loquimur propheta revelatione ultima templum videns, quae in eodem templo conspexerit inter cetera narrat, dicens: *Terra usque ad fenestras, et fenestræ clausæ* (*Ezech. xli, 16*). Paulus quoque apostolus dicit: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos* (*I Cor. iii, 17; II Cor. vi, 16*). In hoc autem templo fenestrae sacerdotes et speculatori sunt, qui in populo fiducium lumen sanctorum predicationis fundunt. Sed cum terra usque ad fenestras est, fenestrae clausæ sunt, quia cum terrena cogitatio in sacerdotum cordibus exercit, fenestra lumen non fundunt, quia sacerdotes ab officio predicationis obnubilantur.

27. Hoc et aliud valde in ordine sacerdotum grave, quia non sicut hi qui vitam quietam ac remotam ducunt fixi valent in sua cogitatione permanere. Hi

<sup>a</sup> Longip., *expandam*. Val. Cl., *et expandam se quomodo ad te colligat*.

<sup>b</sup> Omnes Editi, peccatorum suorum culpas, licet in omnibus MSS. legimus *maculas*.

<sup>c</sup> Editi, *necessaria quoque*. Lectio nostra est MSS. Germ., Norm., Suess., Longip., Val. Cl.

<sup>d</sup> Excusi, quae refutit animo, reluctantibus iidem MSS.

A enim, sicut superius diximus, qui a loco regiminiis longe sunt possunt <sup>b</sup> peccatorum suorum maculas et fletibus lavare, et post fletus in eodem mentis more persistere, sicut de bona quoque muliere scriptum est, quae ad tabernaculum oraverat, et ab intentione sua animum post compunctionis gratiam non mutabat, cum dicitur: *Vultusque ejus non sunt, amplius in diversa mutati* (*I Reg. 1, 18*). In qua nobis considerandum est quia si sic planxit mulier quae quererebat filium, quomodo debet plangere anima quae querit Deum? Sacerdos vero etiam post compunctionem ac lacrymas cogitur <sup>c</sup> necessaria quaque filiorum suorum cognoscere, et <sup>d</sup> ea quae refutit animus patienter audire, atque post suspiria coelestium quorumlibet carnalium hominum onera portare, et saep cum supervenientibus cor <sup>e</sup> in diversas qualitates transfundere. Nam aliquando de lucris spiritualibus gaudet, sed cum quilibet mœrens supervenerit, nisi ejus mœrem in se suscepit, tribulationi illius compatiens non est. Et aliquando de damnis animarum luget, et repente superveniunt qui de quibusdam suis prosperitatibus lætantur; quorum si lætitiae sacerdos non congaudet, minus amare creditar filios in quorum gaudio non exsultat, præcipue cum Paulus dicit: *Gaudere cum gaudientibus, flere cum flentibus* (*Rom. xii, 15*).

28. Nihil ergo <sup>f</sup> tam onerosum ordini sacerdotum video quam rigorem mentis compatiendo flectere, et cum personis supervenientibus animum mutare; et tamen hoc valde est necessarium. Nam quando ex prædicatione ejus ad boni operis gratiam peccator reducitur, si ipse prædictor videatur ingratius? Unde per hunc quoque eundem prophetam in extrema parte dicitur: <sup>g</sup> *Et cum sacerdotes intrinsecus ministrent, vestibus laneis non uiuantur* (*Ezech. XLIV, 17*). De quibus subditur: *Cumque egredientur atrium exteriorum ad populum, et exuent se vestimenta sua in quibus ministri uerant, et repente ea in gasphylacio sanctuarii* (*Exod. xxviii, 43; Ezech. XLIV, 19*). Grossiora quippe vestimenta sunt lanea. Sed cum sacerdos ad sanctum ministerium <sup>h</sup> accedit, cum intus per compunctionem ingreditur, subtiliori intellectu necessaria est quasi linea vestimento vestiatur. Sed cum ad populum foras egreditur, oportet ut vestimenta in quibus intrinsecas ministri uerant reponeat, atque populo aliis vestibus indufas appareat, quia si in compunctionis sua rigore se tenet, si in eo quam orationis tempore habuit mœrem perdureat, exteriorum rerum verba suscipere non admittit. Et quid grex de necessariis faciat, si audire atque perceperere et hoc quod praesens tempus exigit, Pastor secuat? Grossiora ergo vestimenta sacerdos exiens ante populum in-

<sup>a</sup> C. Germ., *in diversa qualitate*.

<sup>b</sup> Al., *tam onerosum in ordine, ut est in Vulgatis*.

<sup>c</sup> Norm., *ut cum*.

<sup>d</sup> Becc. et nonnulli Norm., *exuent vestimenta sua Val. Cl. exuent se vestimentis suis*. Sequimur German. et vetust.

<sup>e</sup> Editi, *accedit, id est, cum. Abest, id est, a* MSS. Germ., Norm., etc.

duat, utamentis sua habitum pro utilitate filiorum etiam ad terrena toleranda componat. • Pensate, rogo, fratres charissimi, quantus speculatori labor sit et ad sublimia cor tendere, 1293 et hoc repente ad ima revocare, et in sublimitate cognitionis intimae extenuare animum, et propter exteriores causas proximorum, ut ita dicam, subito in cogitatione crassescere.

29. Non ergo mibi modo necesse est prophetæ verba exponere, sed meam coram vobis miseriā deflere. Unde peto ut vestra me oratio talem faciat qualis et mihi valeam et vobis prodesse. 1294 Potens est indigno mibi et infirmo ex vestra intercesione ista tribuere, qui ex sua pietate pro nobis dignatus est infirmari. Virtus enim Dei est atque sapientia (*I Cor. 1, 24*), quæ nostram infirmitatem B sumpsit, ut ex sua nos firmitate roboraret, Jesus Christus Dominus noster, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA XII.

*Quod residuum est capitis tertii decurrit, et usque ad versum 4 capiti quarti suam explanationem perducit, quqm ad varia sive præcepta sive consilia moralia pro prædictoribus et auditoribus inflectit.*

1. Servata veritate historie, divina eloquia aliquanda ex tempore, aliquando ex loco causas designant, quas aperto sermone non indicant. Ex tempore etenim, sicut prædicante Judæis Domino per evangelistam dicitur: *Hiems erat (Joan. x, 22)*. Inter illa enim mysteria quæ Veritas loquebatur quid causa fuit ut nonen hiemis adderetur, nisi ut per qualitatem temporis ostenderet frigus cordis? Quia et cum verba veritatis acciperent, frigida Judæorum corda remanebant. Aliquando vero ex loco, sicut carnali Israëlitico populo, descendente de monte Moyse, lex in campestribus data est (*Exod. xx, seq.*); et sanctis apostolis Dominus in monte sedens summa et spiritualia præcepta locutus est (*Matth. v, 1*), ut ex locis videlicet monstraretur quia et illis tanquam carnalibus mandata minima dabantur in valle terrarum, et isti tanquam spiritales et sancti in monte mandata cœlestia audirent, quatenus aperte monstraretur quod ascendentis corde ad cœlestia infima mundi relinquenter, et in mentis culmine starent. Unde nunc Ezechiel propheta quid • jubente Deo in locis egerit describit, ut per locorum qualitates indicet quid in posterum de prophetæ mysteriis queretur. Ecce enim ait:

Vers. 22. — *Facta est super me manus Domini, et dixit ad me: Surgens egredere in campum, et ibi loquar tecum.*

2. Quid est hoc, quod prius Dominus in medio Israëlitico populi locutus ad prophetam sunn fuerat, et tamen postmodum dicit: *Egredere in campum, et ibi*

• Excusi habent ergo, loco rogo.

• Ex Editis alii, græcessere; alii grossescere; alii, crassescere, scilicet Gilot, et Vatic., quos sequimur, quia consentiunt Germ. et melioribus MSS.

• Ita C. Germ., Suess., Norm., Val. Cl., necnon, paucis immutatis, Editi, demptio Gussani, qui ha-

A loquar tecum, nisi quod prophetæ sue gratiam et prius Judææ infundere, et hanc postmodum dignatus est in latitudinem gentium demonstrare? Neque enim immerito per campum gentilitas designatur, quæ longe lateque, id est in universo mundo distenditur. Ubi et subditur :

Vers. 23. — *Et surgens egressus sum in campum, et ecclesiæ ibi gloria Domini stabat, quasi gloria quam vidi juxta flumen Chobar.*

3. In campo gloriam Domini propheta vidit, quam juxta flumen Chobar in medio Israëlitarum viderat, • quia ipsa ejus majestas gentibus apparuit, quæ prius se electis in Judaïco populo, revelante Spiritu, declaravit. Sequitur :

Ibid. — *Et cecidi in faciem meam.*

4. Visa gloria Domini in faciem suam propheta cadit, quia quamvis homo ad intelligenda sublimia elevetur, ex contemplatione tamen majestatis Dei infirmitatem sue conditionis intelligit; et quasi statum non habet, qui se ante Dei oculos esse cinereum et pulverem videt. Sequitur :

Vers. 24. — *Et ingressus est in me spiritus, et statuit me super pedes meos.*

5. Cum nos humiliiter Deo sternimus, cum essa nos pulvrem cineremque cognoscimus, cum infirmitatem conditionis proprie pensantes, statum rigiditatis et superbie non habemus, omnipotens Deus per suum nos spiritum levat, et super pedes nostros statuit, ut qui humiliiter apud nos ex infirmitatis nostræ cogitatione jacimus et jacemus, in bono post opere quasi super pedes ex rectitudine stenus. Quod cur in campo de propheta agitur, nisi ut specialiter designetur quia etiam electis gentium Spiritus sanctus dandus esset, qui eos quos assumeret, et prius a superbie sue statu dejiceret, et postmodum super pedes suos, id est super bona opera solidaret? Sicut per Paulum dicitur: *Remissas manus et dissoluta genua erigite, et gressus rectos facile pedibus vestris (Hebr. xii, 12).* Sequitur :

Ibid. — *Et locutus est mihi et dixit ad me: Ingredere et includere in medio domus tuæ.*

6. Quid est, quod de medio Israëlitico populi propheta ad campum educitur, atque ad domum postea de campo revocatur, nisi quod prædicationis gratia a Judaïco populo ablata, in latitudine gentilitatis sparsa est? Sed tamen in fine mundi dum Iudei ad fidem redeunt, quasi ad domum propheta reducitur, ut in suo populo rursus prædicatione iubabit, quæ modo velut in campo ita diversis gentibus fulget. Scriptum quippe est: *Donec plenitudo gentium subintraret, et sic omnis Israel salvis fieret (Rom. xi, 25).* Quia et per prophetam alterum dicitur: *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæbet, jubente Deo quibus in locis hæc egerit.*

• Abest ibi a MSS. pler. Norm.

• Suess., quia per eam ipsa ejus majestas.

• Suess., coram maiestate.

• Longip., sternimus.

• Suess., et Val. Cl., cogitatione.

*salves* sicut (*Isai. x, 22; Rom. ix, 27*). <sup>a</sup> Exeat ergo A propheta de medio populi ad campum, de campo redeat ad domum, ut prædicatio quæ *Judeæ* **1295** facta est, egrediatur ad gentes, et repletis fide gentibus, recipiat *Judea* spiritualis doctrinæ dona, quæ amisit. Includi autem propheta in medio domus sua præcipitur, quia Antichristi tempore ab eis gentibus quæ in infidelitate remanserint plebs conversa *Judeorum* duris persecutionibus angustatur. Unde scriptum est: *Atrium autem quod est extra templum ejice foras, et ne metaris illud, quoniam datum est gentibus, et civitatem sanctam calcabunt mensibus quadranginta duobus* (*Apoc. xi, 2*).

Vers. 25, 26. — *Et tu, fili hominis, ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis, et non egrediris in medio eorum; et linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans, quia domus exasperans est.*

7. Quæ videlicet verba si per typicæ expositionis ordinem sequimur, propheta in domo sua vincula suscipit et ligatur, quia in extremis, cum *Judea* crediderit, gravissimas Antichristi tempore persecutio-nes sentit, ita ut prædications ejus ministri iniquitatis non recipient, sed resistendo has vinculis dolorum prenant. Et in medio eorum non egreditur, quia ad corda prævorum prædicatio non pervenit, dum lingua bonorum ligata tribulationibus tacet. Erunt etenim tunc multi ex *Judeis* infidelibus qui eosdem ipso qui ex *Judeis* crediderint consequentur. Unde notandum est quod hic quoque dicitur, quia in domo sua vincula propheta sustineat: ut videlicet designetur quoniam et ex ipso suo genere *Judea* cum fide-lis fuerit tribulationem persecutionis portet. Dum enim Unigenitus summi Patris incarnatus ac mortuus resurrexisse atque ad celos ascendisse non creditur, sicut per sacrae Scripturæ paginas prædi-catur, nimis apud *Judeos* prophetia ligata erit. Quæ si ita ut dicta est in eorum intellectum decur-reret, quasi gressus liberos suæ prædications ha-buisset.

8. Reprobis ergo tunc prædicatorum scientia ta-ecere compellitur. Unde et hic subditur: *Et linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans, quia domus exasperans est.* Sed quia, *Enoch* et *Elia* prædicante, multi ex his qui tunc ex *Judeis* in infidelitate remanserint ad cogni-tionem veritatis redeunt, sicut de eodem *Elia* dici-tur: *Elias veniet, et ipse restituuet omnia* (*Matt. xvii, 11; Marc. ix, 12; Malach. iv, 5*), qui utrique per *Zachariam* duas oliveæ (*Zach. iv, 3*), et per *Joannem* duo candelabra nominantur (*Apoc. xi, 4*), recte hic quoque subjungitur:

Vers. 27. — *Cum autem locutus fuero tibi, <sup>b</sup> ape-riam os tuum, et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus.*

<sup>a</sup> Sagiensis, quid est quod de medio Israëlitici po-puli propheta ad campum educitur.

<sup>b</sup> Becc. et Rothomag., aperies os.

<sup>c</sup> Suess. et Norm., in altum visione: Val. Cl., in

9. Tunc enim velut in extremo os propheta ape-ritur, cum in prædicatione *Enoch* et *Elia* a *Judeis* ad fidem redeuntibus prophetia sacri eloquii de Christo fuisse cognoscitur. Sed quia hæc typice di-ximus, nunc verba eadem charitati vestræ moraliter disseramus.

10. Quid enim est, quod exire propheta ad cam-pum jubetur, nisi quod unusquisque qui prædicat propter eos quos extra se positos corrigit, atque ab iniuitate compescit, loquendo ad campum exit? Ibique gloriam Domini videt, quia tanto largius doctrinæ gratiam percipit, quanto se in labore præ-dicationis ex amore proximorum tendit. Foras ergo exiendo <sup>c</sup> in altam visionem ducitur, quia unde in alienis cordibus ignorantiae exacerbatum **1296** mini-sterio suæ locutionis illuminat, inde eum superna gratia in altiore intelligentiam exaltat. Sed quia semper prædictor debet ad mentem recurrere, hu-militatem atque munditiam intrinsecus custodire, post campuni necesse est ut ad domum redeat, qua-tenus in his quæ dicit qualis etiam ipse sit intra conscientiam agnoscat. Si enim aut hoc quod loqui-tur minime custodit, aut de his quæ loquitur tem-poralem gloriam requirit, loquendo quidem ad cam-pum exit, sed non cogitando semetipsum ad dominum redire contemnit. Accepto etenim spiritu, in medio domus includimur, quando per ejus gratiam ad dis-cutienda mentis nostræ secreta revocamur, ut apud seipsum in Deo animus quiescat, et non jam per ex-teriorum concupiscentias in appetitum laudis et glo-riae cogitationis mobilitate discurrat.

11. <sup>d</sup> De hac domo cordis cuidam sanato per se-metipsum Veritas dicit: *Tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam* (*Joan. v, 8; Marc. ii, 9*). Per grabatum quippe in quo carnis est requies, ipsa caro signatur, per domum vero conscientia figuratur. Et quia cum mente mortui in vitiis jacemus, in carnis delectatione quiescimus, infirmi portamur in lectio; cum vero sanati fuerimus mente, ut jam pulsantibus carnis vitiis resistamus, necesse est ut et tentatio-num contumelias de nostra carne toleremus. *Agro* itaque ad salutem reducto præcipitur: *Tolle grabatum tuum, id est porta lectum in quo portatus es, quia necesse est ut sanitas quisque portet contumeliam carnis, in qua prius jacebat negligens.* Quid est ergo dicere: *Tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam*, nisi, porta tentationis carnis, in quibus ha-tenus jacuisti, ac revertere ad conscientiam tuam, ut videas quæ fecisti? Propheta itaque post campum in domo includi præcipitur, ut prædictor semper, post gratiam doctrinæ quam proximis ministrat, ad conscientiam redeat, seque ipsum subtili examina-tione discutiat, ne de his quæ foris prædicat ali-qui id ipse apud se intrinsecus transitorum laudis quærat.

<sup>a</sup> altum visionis.

<sup>b</sup> Ebroic. ac cæteri Norm., de hoc motu cordis. Germ. et vel., de hac domo cordis cuidam sanato.

12. Unde et per Salomonem dicitur : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluente puto tui. Dertoventur fontes tui foras, et in plateis aquas divide* (Prov. v, 15); *habeto eas solus, nec sint alieni participes tui* (*Ibid.*, 16). Valde autem contraria esse videtur que dicit : *Deroventur fontes tui foras, et in plateis aquas divide*, cum protinus adjungit : *Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui*. Quomodo enim aquam scientiam solus habere poterit, si hanc in plateis dividit? Quomodo alieni aquae ejus participes non sunt, si fontes illius foras derivantur? Sed cum prædicamus populis, nimirum in plateis aquas dividimus, quia in auditorum multitudinem scientiae verba dilatamus. Cum vero nos, adjuvante divina gratia, intrinsecus custodimus, et ne maligni spiritus qui jure a nobis alieni sunt quis eortem beatitudinis perdiderunt, nobis in elatione subtrahant, sollicitudine cauta circumspiciimus, soli habemus aquas quas in plateis dividimus, ut nobis in eis alieni participes non sint. Hi nimirum, de quibus scriptum est : *Alieni insurrexerunt in me, et fortes quæserunt animam meam* (Psal. lxxii, 5). Aquas ergo et in plateis dividit, et solus habet, qui per hoc quod multis prædicat, se in cogitatione temporis gloriae non exaltat. Tunc enim possidet homo quod docet, 1297 quando se non gaudet innotescere, sed prodesse. Ex campo ergo propheta ad domum reducitur, ut is qui ex Deo loquitur, postquam pro utilitate proximorum loquendo foras exierit, ex humilitate semper ad discutienda cordis sui secreta revocetur. Unde et subditur :

Vers. 25. — *Et tu, fili hominis, ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis, et non egredieris in medio eorum.*

15. Cum enim præparator quisque ad conscientiam dominus suæ reducitur, super eo vincula dantur, et ligatur in eis, quia quanto plus se in cogitatione discusserit, tanto amplius agnoscat justi anima quantis mortalitatis suæ infirmitatibus sit ligata. Nisi enim se ligatum consiperet Paulus, minime dixisset : *b Desiderium habens dissoluti, et cum Christo esse* (*Philip.* i, 23). Hinc per Psalmistam dicitur : *Ut audiaret gemitum vinculatorum, et solvat filios interemptorum* (Psal. ci, 21). Et rursus : *Intret in conspectu tuo gemitus competitorum* (Psal. lxxxviii, 11). Sæpe autem cum iam anima ad Redemptoris sui speciem contemplandam exire desiderat, cum coelestibus gaudiis interesse suspirat, ipsa mortalitatis suæ vincula conspicit et gemit, quibus adhuc in praesenti mundo ligata retinetur. Hinc est enim quod subtile omnia potest Dei iudicium intuens Jeremias, ait : *Circumcidiscavisti adversum me ut non egrediar, aggravasti compedem meam* (*Thren.* iii, 7). Habemus enim compedes, ipsam infirmitatem atque corruptionem mortalitatis nostræ; sed cum tribulatio nobis et gemitus additur, ipsæ nostræ compedes aggravantur. Et qui-

A dem quandiu in hac vita justus moras patitur, loquendo bona, prodesse aliis festinat; sed cum duras mentes conspicit, easque considerat contentionibus occupari, prædicationis verbum retinet. Et in medio eorum non egreditur, quia a bonis quæ loqui poterat obmutescit, sicut per Paulum dicitur : *Nihil per contentionem* (*Philip.* ii, 3). Et rursus : *Si quis vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus* (*1 Cor.* xi, 16). Unde hic quoque apte subjungitur :

Vers. 26. — *Et linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans, quia domus exasperans est.*

14. Aliquando vero etiam contra resistantium linguas prædicantium corda zelo sui Dominus accendit ne taceant, sed dicta fallacium et verbis veritatis premant. Unde hic subditur :

Vers. 27. — *Cum autem locutus fuero tibi, aperies os tuum, et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus.*

15. Sed hæc quæ breviter sub duplice intellectu disensimmo placeat ut juxta considerationem litterarum levior tangendo transseamus. Quid enim nebris ample per ipsa verba historiam quam virtus obedientie commendatur? Cum modo ad transmigrationem juxta fluvium Chobar pergere, modo ad campam egredi, modo ex campo ad domum redire propheta præcipitur? Ut prius ex iussione pergens, et paulo post exiens, atque iterum domum rediens, et semetipsum recludens, semper sum voluntatis arbitrium ad divini eloquii præceptum frangat, quatesus, in ecclesi justitione suspensus, non suam, sed conditoris sui voluntatem impletat? Cui dicitar : *Et tu, fili hominis, ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis, et 1298 non egredieris in medio eorum.* Quia in re notandum est quod adversa propheta prænoscit, ut contra omnia paretur. Minus enim mala contra mentem prævalent, quæ inopinata non veniant; et tamen deinde contraria prænoscuntur, quanta sit in eo obedientie virtus ostenditur, qui et cognoscit quod aduersa passures est, et tamen voci dominicæ inobediens non est. Magna autem consideratione indigent verba quæ protinus adduntur : *Et linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans, quia domus exasperans est.* Discernendum quippe nebris est utrum pro solis malis auditoribus, an aliquando etiam pro virtute prædicantis prædicationis sermo subtrahatur.

16. Quatuor enim qualitatibus res hæc considerata distinguitur. Nam aliquando propter malos auditores bonis tollitur sermo doctoribus. Aliquando vero propter bonos auditores datur sermo doctoribus etiam malis. Aliquando autem propter docentium atque audientium justificationem bonis sermo doctoribus datur, ut et ipsi per meritum crescant, et auditores eorum in intellectu et vita proficiant. Aliquando

#### Norma.

• In Ed. Paris. 1518 omittitur prædicantis. In Grec. sanv., prædicationis.

† Vel, qualuer ergo, ut legitur in Germ.

<sup>a</sup> In pler. Norm. et Longip. additur *tusas*.

<sup>b</sup> Longip., *desiderium habeo*.

<sup>c</sup> Val. Cl., *verba veritatis premant*.

<sup>d</sup> Al., *tender tangendo*, ut idem Codex habet cum

vero <sup>a</sup> quia nec hi digni sunt accipere quibus doctrinæ sermo profertur, neque illi doctrinæ verbum proferre qui locum docendi tenent, prædicationis sermo tollitur, ut utraque pars districte judicetur. Propter malos namque auditores bonis sermo doctoribus tollitur, sicut nunc ad Ezechielem dicitur: *Linguam tuam adhærescere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans, quia domus exasperans est.* Et sicut Paulo dicitur: *Festina et exi velociter ex Jerusalem, quoniam non recipient testimonium tuum de me (Act. xxii, 18).* Et sicut volentibus apostolis prædicare in Asia, scriptum est quia *prohibuit eos spiritus Iesu (Act. xvi, 6)*. Propter bonos auditores etiam malis doctoribus sermo datur, sicut de Phariseis Dominus dicit: *Omnia quæcumque dixerint vobis servate et facile, secundum vero opera eorum nolite facere; dicunt enim, et non faciunt (Matth. xxiii, 3)*. Propter doceptum quoque meritum et audientium justificationem sermo doctrinæ tribuitur, sicut sanctis apostolis dicitur: *Euntes docete omnes gentes (Ibid., xxviii, 19)*. Propter malos vero auditores et indigneam vitam eorum qui docere debuerant, sermo doctrinæ subtrahitur, sicut Heli ad corrigendos filios districtæ increpationis verbum non habuit (*I Reg. ii, 29; iii, 15*) quia et ejus negligentia, et filiorum exigebat vita, ut cum eis et populus caderet, et arca Domini capia ad Allophylos transiret (*Ibid., iv, 11, seq.*) Magna enim omnipotentis Dei est gratia cum iniuste agentibus durus a doctoribus sermo increpationis profertur. Quo contra nunc dicitur: *Et eris mutus, nec quasi vir objurgans. Delinquentes etenim objurgasset, si digni ipsa objurgationis gratia suis- sent.*

47. Sed cum in doctrina alioque in silentio sit meritorum tanta diversitas, ut sciiri facile non possit, utrum ex auditoria an ex ejus vitio qui doctrinæ locum videtur tenere docendi sermo subtrahatur, quid aliud nobis quam servari semper in rebus dubiis humiliabitur? Ut ei quando loqui possumus non extollamur, ne fortasse hæc ipsa locutionis nostræ gratia non nobis, sed auditoribus nostris **1299** collata sit; et rursus quando loqui non possumus, hi qui nobis commissi sunt minime nos dijudicent, ne fortasse non ex nostro, sed ex peccato audientium loqui minime possumus. Ad hoc ergo nobis cuncta de meritis nostris incerta sunt, ut unam certam gratiam teneamus humilitatem, quatenus et nos cum loquimur, ex omnipotentis <sup>d</sup> Dei dono hoc esse, vestrum meritum patemus. Et quando a locutione doctrinæ obmutescimus, quamvis nostra culpa sit,

<sup>a</sup> G. Germ., qm̄ neque hic digni sunt accipere quibus doctrinæ sermo profertur, neque illi doctrinæ verbum proferre, qui locum, etc.

<sup>b</sup> Val. Cl., doctrinæ et increpationis.

<sup>c</sup> Gussav., de meritis nostra incerta sunt, lapus typographi, ut opinamur.

<sup>d</sup> Suess., Dei dono esse nostrum meritum. Concedit Ed. Paris. 1518, Sequitur C. German., Norm., Angliec., etc., necnon Edit. Gilot. et Valic. In Gussav. legitur, *Dei dono hoc esse, non nostrum meritum; se non quidem sensu, at in Ms. ignoto.*

<sup>e</sup> Longip. et pler. Norm., deviantur.

A vog tamen hanc esse vestram specialiter creditis, ut cum vicissim mala nobis tribuimus, et bona aliis, per ipsam humilitatis gratiam fiat ut doctrinæ sermo, qui ablatus fuerat, redeat. Sequitur:

Vers. 27. — *Cum autem locutus fuero tibi, speries os tuum, et loqueris ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Qui audit, audiat; et qui quiescit, quiescat, quia dominus exasperans est.*

18. Sæpe quidam verbum Dei audire desiderant, sed dum alios conspiciunt antrem avertere, etiam ipsi a salutis auditu <sup>f</sup> deviant; et plerumque multi quietescere appetunt, atque a cunctis mundi bujus actibus vacare, nullis jam desideriis terrenis succumbere, sed dum vident alios inquiete agendo proficere, atque in hoc mundo divitiis et honoribus extollri, quia

B necdum in via rectitudinis firmi sunt, ad prava opera ex allorum exemplo <sup>g</sup> delabuntur. Hinc est enim quod in typo infirmantium Psalmista loquens, dicit:

*Mei autem pene molli sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei (Psal. LXXII, 2, 3), quia zelatus sum in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Hinc iterum dicit: Dum superbis impius, incenditur pauper (Psal. x, 2). Hinc ad Jeremiam prophetam voce dominica de Juda et Israel dicitur: Nunquid vidisti quæ fecerit aversatrix Israel? Abiit sibimetipsa super omnem montem excelsum, et sub omne lignum frondosum, et fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hæc omnia: Ad me convertere, et non est reversa (Jerem. iii, 6, 7). Ubi statim subditur qualiter ex æmulatione ejus etiam Juda cecidit, quæ stare videbatur. Ait enim: Et vidit b prævaricatrix soror ejus Juda, quia pro eo quod næchata esset aversatrix Israel, dimisiarem eam, et dedissem ei libellum repudii; et non timuit prævaricatrix Juda soror ejus, sed abiit et fornicata est etiam ipsa (Ibid., et 8).*

Ecce misericors Deus contemnitur et vocat, <sup>h</sup> avertsantibus se signum misericordiæ aperit, quia peccanti dicit: *Ad me convertere, et tamen non est conversa (Ibid., 7).* Sed quia omnipotentem Deum plebs Israelitica deseruit, reverti nolens, libellum repudii accepit. Deseruit videlicet peccando, sed libellum repudii accepit in suis iniquitatibus sine flagello remanendo. Anima enim quæ peccat, recedit. Sed si eam post peccatum prosperitas sequitur, nulla disciplina, nulla <sup>i</sup> distinctionis increpatio revocat ad cor; in divisione quam inter se et Dominum fecit, etiam libellum repudii accepit, ut jam, velut aliena derelicta, faciat mala quæ vult, zeli Dei flagella non sentiat, quatenus ad æternam **1300** supplicia profundius descendat. Sed soror ejus Juda, quoniam dimissam Israeliticam plebem in suis voluptatibus

<sup>f</sup> Idem cum Val. Cl., dilabuntur.

<sup>g</sup> Longip., nunquid non sidisti.

<sup>h</sup> Suess., peccatrix.

<sup>i</sup> Vatic. et Gassav., et abiit.

<sup>j</sup> Longip., et revocat. Non consentit Germ. nec ali M.s. Codicea.

<sup>k</sup> Corrupte in Longip., Ebroic. et Sag., quos sequitur Ed. Paris. 1518, adversantibus. Corruptius in Gussav. legitur agnum, pro sinum, et paulo post, peccanti, pro peccanti.

<sup>l</sup> Longip., discretioni.

vidit, ipsa quoque in immunditiam fornicationis exar- sit. Quia enim aspergit adulteram in sua perversitate florere, etiam ipsa non timuit deterius peccare, atque a conjugione Domini, quasi a viri legitimi cubili, recedere. Unde nescie est ut peccantes quosque tunc consideremus amplius miseros, quando eos compicimus in culpa sua sine flagello derelictos. Hinc enim per Salomonem dicitur: Aversio parvorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos (Prov. 1, 32). Qui enim a Deo avertitur et prosperatur, tanto perditioni sit proximus, quanto a zelo disciplinae invenitur alienus. Dicatur ergo: Qui audit audiat, et qui quiescit quiescat, quia dominus exasperans est. Ac si aperito diceretur: Vos, qui jam et verba veritatis audire, et a prava cœpistis actione quiescere, nolite illos imitari quorum me exasperari moribus videtis.

19. Quod tamen intelligere et aliter possumus. Quidam enim verbum audientes non audiunt, quoniam aurem ad sacrum eloquium ponunt, sed cor a mundi desideriis non evellunt. Et sunt nonnulli qui quiescentes minime quiescant, quia a pravis quidem actibus otiosi sunt corpore, sed perversates operi-<sup>b</sup> ex dilectione versant in mente. Hinc est enim quod de Iudea ad captivitatem perveniente scriptum est: Viderunt eam hostes, et deriserunt Sabbath ejus (Thren. 1, 7). Hostes quippe Sabbath derident, quando maligni spiritus otiosas menti pravas cogitationes injiciunt, ut et si quiescit ab opere, non quiescat a malorum operum delectatione. Recite ergo nunc dicitur: Qui audit audiat, quatenus sic fiat sermo <sup>c</sup> in aure corporis, ut sonet in aure cordis. Et qui quiescit quiescat, ut pravitatis desideria repellantur a cogitatione, cum jam repulsa videntur ab opere. Ubi ne malorum, sicut diximus, exempla <sup>d</sup> sequamur, adiungitur: Quia domus exasperans est. Mali autem etsi diu tolerantur, subito corrunt, et eorum poenas infirmi conspiciunt, ne quorum culpas impunitas existimant imitentur. Unde hic quoque ejusdem Iudeæ desolatio subjungitur, quæ domus exasperans vocatur, cum protinus prophetæ suo Dominus dicit:

EZECH. IV, 2, 3. — *Et tu, fili hominis, sume tibi laterem, et pones eum coram te, et describes in eo civitatem Jerusalem, et ordinabis adversus eam obsidionem, et ædificabis munitiones, et comportabis aggerem, et dabis contra eam castra, et pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream <sup>e</sup> et pones eam murum ferreum inter te et civitatem, et obfirmabis faciem tuam*

<sup>a</sup> Val. Cl., cessare.

<sup>b</sup> Alter. ex delectatione, ut habent omnes Editi. Pro lectione nostra spondent C. Germ., Suess., Longip., Val. Cl. Sæpe confunduntur hæ duæ voces in MSS.

<sup>c</sup> Sic legendum suadent ratio et MSS. omnium Anglicorumque auctoritas. In Editis tamen legitur, in ore.

<sup>d</sup> Male in editis, sequuntur, reluctantibus MSS.

<sup>e</sup> Vatic. et Gussav., et pone eam in murum. Infra habent, pones.

A ad eam, et erit in obsidionem, et circumdabis eam. Si- gnum est <sup>f</sup> domus Israel.

20. In quibus videlicet verbis quid aliud juxta historiam nisi Jerosolymæ urbis obsessio atque destruicio designatur, et peccatoris populi afflictio exprimitur? Qui domus exasperans vocatur, cum aperte dicitur: Ordinabis adversus eam obsidionem, et ædificabis munitiones, et comportabis aggerem, 1301 et dabis contra eam castra, et pones arietes in gyro. Sed quia verba prophetæ sic plerumque narrant historicæ, ut per hæc <sup>g</sup> etiam mystica describantur, oportet ut hæc eadem dicta quæ protulimus spiritualiter disseramus, maxime quia in eis interponitur quod teneri posse ad litteram non videtur, cum dicitur: Et tu sume tibi sartaginem ferream, et pones eam murum ferreum inter te et civitatem, et obfirmabis faciem tuam ad eam, et erit in obsidionem. Nisi enim rebus historicis mystica miscerentur, quid sartago ferrea necessaria prophetæ fuit, ut banc inter se et civitatem poneret, quatenus se ab ejus obsidione separaret? Cum enim dicitur: Sume tibi sartaginem ferream, et pones eam murum ferreum inter te et civitatem, aperte declaratur quia per eamdem sartaginem ferream ab obsidione civitatis propheta se liberum reddat. Unde et quod prædictum subjungitur: Et obfirmabis faciem tuam ad eam, et erit in obsidionem. Ex qua re ostenditur quia propheta in eadem obsidione non erit, si sartaginem ferream inter se et civitatem murum ferreum ponit. Et certe sive in ea captivitate quæ prius, sive in ea quæ postmodum Israeliticæ populo contigit, nullus ab ejusdem captivitatis periculo liber fuit, sed omnes simul per calamitas involvit. Quid ergo intelligi juxta litteram potest, ut propheta inter se et civitatem quæ obsideanda est sartaginem ferream ponat? Sed quamvis omne hoc quod in descriptione lateris sub signo Jerosolymorum civitatis legitur <sup>h</sup> juxta litteram factum sit, nobis tamen sciendum est quia typicum aliquid per sartaginem figuratur, et obsessio Jerosolymorum vera describitur.

21. Ex quare instruimur, ut dum aliud comple- tum juxta historiam scimus, <sup>i</sup> et aliud juxta historiam a ratione vacare cognoscimus, in sacro verbo ultraque teneamus, quatenus et obsessionem Jerosolymorum, quæ juxta litteram postmodum facta est, in prophetæ verbis et factis credamus esse figurata, et tamen per eamdem obsidionem obsidio alia, id est interior, designetur. In qua jure querimus quid per sartaginem ferream, quæ murus ferreus dicitur, valeat

<sup>f</sup> Pl. Editi, hic et infra, invitis MSS., domus.

<sup>g</sup> C. German., omnia etiam mystica.

<sup>h</sup> Omititur factum in Gussav.

<sup>i</sup> Sic unanimiter legitur in MSS. Anglic., Norm., C. German., Longip., Suess., etc. Editores mutarunt historiam in allegoriam; sic enim legitur, et aliud juxta allegoriam. Fortasse quod non patret eis horum verborum sensus; et tamen salis est obvius. Imo deasset si legeretur, juxta allegoriam. Quomodo enim a ratione vacat juxta allegoriam, quod intelligi allegorice debet de obsidione spirituali?

designari. Nam itaque obsidionem qua Jerosolymorum civitas destruta est, jam factam novimus; sed nunc aliam intrinsecus, quæ quotidie agitur, requiramus. De qua per significationem dicitur: *Et tu, fili hominis, sume tibi laterem, et pones eum coram te, et describes in eo civitatem Jerusalem.*

22. Sed ante nobis inquirendum est cur Ezechiel propheta vel quoties sublimia conspicit, vel quoties agere aliqua mystica jubetur, prius filius hominis appellatur? Sæpe enim sublevatur ad cœlestia, et occultis ac invisibilibus rebus ejus mens pascitur. Necesse ergo est ut inter occulta quæ penetrat, filius hominis vocetur, ut semper agnoscat quod est, et nunquam extollatur de his ad quæ ducitur. Quid est enim propheta ad spiritualia sublevato semper fili hominis dicere, nisi eum infirmitatis propriæ memorem facere? Ut conscius conditionis infirmæ, elevari in cogitatione non debeat de magnitudine contemplationis suæ.

**1302** 23. Quia vero idem propheta, ut supra jam diximus, typum prædicantium vel doctorum tenet, recte ei nunc dicitur: *Sume tibi laterem, et pones eum coram te.* Omnis enim doctor cum terrenum quempiam auditorem ad cœlestis verbi doctrinam suscipit, laterem assumit. Cui dum loqui cœperit quæ sit retributio cœlestis patriæ, quæ visio pacis supernæ, civitatem Jerusalem describit in latere. Quem coram se ponit, quia intenta mente qualitatem audiens considerat, id est <sup>a</sup> proiectum vel defectum conspicit, et juxta ejusdem intelligentiam prædicationis sue verba moderatur, ut describi in audientiis mente civitas Jerusalem, id est visio pacis, possit. Dicatur ergo: *Sume tibi laterem, videlicet proximator terrenum. Et pones eum coram te, scilicet ut viam atque intellectum illius intenta mente custodias. Et describes in eo civitatem Jerusalem,* ut ei quæ sint insperata gaudia de visione pacis innotescas. Quasi enim jam Jerusalem in latere descripta est, cum terrena mens cœperit quæ sint illa internæ pacis gaudia vera cognoscere, et ad conspiciendam gloriam patriæ cœlestis anhelare. <sup>b</sup> Quasi in terra visio pacis describitur, quando mens, quæ prius terrena sapuerat, per amorem jam ad contemplandam gloriam regni cœlestis elevatur.

24. Sed mox ut animus amare cœlestia cœperit, mox ut ad visionem pacis intimæ tota se intentione collegerit, antiquus ille adversarius qui de celo lapsus est invidet, et insidiari amplius incipit, et acrieres quam consueverat tentationes admoveat, ita ut plerumque sic resistentem animam tentet, sicut ante nunquam tentaverat quando possidebat. Unde scriptum est: *Fili, accedens ad servitatem Dei, sta in ju-*

<sup>a</sup> *Editi, proiectum.* Proclive est *v* in *f* mutare, aut vice versa. Sic, ut observat Donat. in Terentianam Andriam, legitur sæpe apud antiquos *Dafus pro Davus; serfus, pro servus; corsus pro corrus.* Eadem ratione Fornerius, in Cassiod., l. in Var., ep. 33, putat *Referendos curiae, esse reverendos, et legi in Etruscis Pandect. proiectæ, loco proiectæ.*

<sup>b</sup> Sic MSS. Anglic., Norm., Germ., etc., ex quibus emendantur *Editi*, ubi legitur, *quasi interna.*

*A stitia et timore, et præpara animam tuam ad tentationem* (*Eccli. 11, 4*). Unde et demoniacus qui a Domino sanatur, ab exente dæmone discepitur, sicut scriptum est: *Et clamans et multum discepens eum, exiit ab eo* (*Marc. ix., 25*). Quid est enim quod obsessum hominem antiquus hostis quem possessum non discepserat, deserens discepserit, nisi quod plerumque dum de corde expellitur, acriores in eo tentationes generat, quam prius excitaverat quando hoc quietus possidebat? Unde et Israelitæ quoque ad Moysen et Aaron dicunt: *Videat Dominus, et judicet, quoniam fetore fecisti odorem nostrum coram Pharaone et servia ejus, et præbuistis ei gladium, ut occideret nos* (*Exod. v., 21*). In Moyse enim et Aaron <sup>c</sup> lex et prophetæ figuræ sunt. Et sæpe apud se infirmus animus quasi <sup>B</sup> contra sacra eloquia murmurat, quia postquam verba cœlestia audire et sequi cœperit, regis *Ægyptii* adversitas, id est maligni spiritus tentatio, excrescit.

25. Debet ergo vigilanter doctor proficieni animæ quæ illam tentationes sequantur innotescere, ut cautam se valeat contra maligni spiritus insidias præparare. Unde bene nunc, post descriptam civitatem Jerusalem in latere, dicitur prophetæ: *Et ordinabis adversus eam obsidionem, et ædificabis munitiones, et comportabis aggerem.* In qua enim jam pacis visio describitur, ei necesse est ut tentationum bella nuntientur. Nam ut valeat ad illa pacis gaudia æterna pertinere, hanc hic procul dubio **1303** oportet tribulationum certamina multa sustinere. De qua bene dicitur: *Ordinabis adversus eam obsidionem.* Prædictor quippe contra erudiendam animam obsidionem ordinat <sup>d</sup> cum præmoniendo indicat quibus se modis virtutibus opponant, quomodo luxuria castitatem feriat, qualiter ira tranquillitatem animi perturbet, quantum inepta lætitia vigorem mentis resolvat, qualiter multiloquium munitionem cordis destruat, quomodo invidia charitatem interficiat, quemadmodum superbia arcem humilitatis effodiatur, qualiter fallacia cum veritatem in sermone corruperit, hanc etiam <sup>e</sup> in cognitione corrumpat, ut qui verum dicere noluit quod intellexit jam nec intelligat, quod dicere valeat. Ordinatur ergo a prædicatore obsidio eum per sanctæ admonitionis verba singulis quibusque virtutibus quæ vel quibus modis virtus insidentur ostenditur. Et contra Jerusafem, quam describit in latere, <sup>D</sup> prædictator munitiones ædificat quando mala quæcumque quam munita contra mentem veniant demonstrat, ut sese virtus sub virtutum specie abscondant; quatenus, sicut sæpe jam diximus, <sup>f</sup> immoderata ira justitia videri appetat, et disciplina remissio mansuetudo videri velit, et tenacia sese parcimoniam nominet, et inordinata rerum effusio se benevolentiam appelleat.

<sup>c</sup> *Editi, les et prophetæ figuræ sunt, reluctantibus MSS.*

<sup>d</sup> Ita omnes MSS. nostri, præter C. Germ., in quo legitur, *cum præmonendum, et Becc., ubi, cum præmonendum.*

<sup>e</sup> Melior videtur aliorum *Editi, lectio, in cogitatione.* Sed repugnat MSS. omnes quos consulujimus.

<sup>f</sup> *Ebroic., Gemel., Utic. aliisque Norm., immo-*destia.

Quasi enim adficiatæ contra mentem munitiones sunt, quando vitia sub virtutum specie exrescent, et in alto se ostendunt per imaginem, quæ in imo jacent semper per actionem.

26. Adhuc quoque additur : *Et comportabis aggerem.* Quo enim mens desiderare coelestia cooperit, eo in illam maligni spiritus tentationibus suis terrenas amplius cogitationes exaggerant. Propheta ergo aggerem comportat cum prædicator sanctus bonis mentibus qualiter terrena desideria subrepere solent denuntiat. Atque abduc additur : *Et dabis contra eam castra, et pones arietes in gyro.* Quasi dat contra animam doctor castra, quando malignorum spirituum contra eam collectas aique adunatas insidias indicat, ut aliquando non solummodo ex uno, sed ex conjunctis vitiis simul tentent.

27. Nam sunt quædam vitia quasi per quamdam sibi cognitionem propinquæ, sicut dissolutio spiritus, appetitus gulæ, et immunditia luxuriae, sicut multiloquium, fallacia, atque perjurium. Ex dissolutione quippe spiritu mens ad ingluviem ventris rapitur, et dum cibis venter extenditur, ad luxuriam caro trahitur superbiendo captiva. Et rursum ex multiloquio fallacia generatur, quia valde difficile est ut qui multa loquitur non etiam mentiatur; et sæpe mendacium etiam perjurio legitur, ut ante humana iudicia veletur. Superbia quoque esse sine invidia atque inani gloria nullatenus potest. Superbus etenim quisque honorem quem ipse ambit alii invidet. Et cum hunc fortasse obtinuerit, in elationem gloriæ temporalis attollitur, atque quod alios conspicit minime percipere potuisse, hoc se per inanem gloriam gaudet præ cæteris habere.

28. Sciendum quoque est quia sæpe nonnulla vitia ad mentem non simul veniunt, sed supponuntur, **1304** ut unum alteri in temptatione succedat. Et aliud contra faciem venit, aliud vero in temptationem se ex latere subjicit, quatenus dum alteri resistitur, ab altero mens decepta capiatur. Ipsa enim quæ superius diximus vitia plerumque se alia pro aliis surtive supponunt, sicut nonnunquam dum iram vincere in nobis metipsis conamur, plus quam necesse est lenitas mentei occupat, ut asperitatem peccantibus quam oportet minime propoñat. Sæpe vero dum nobis inesse incauta lenitas displicet, zelus se in furorem trahit, atque extra patientia limitem animum captivum rapit. Quia ergo permista simul vitia atque adunata contra mentem veniunt, recte in prædicatoriis ore contra descriptionem Jerusalem castra <sup>d</sup> propoñuntur. Et quia aliquando singula hinc inde sensum feriunt, in gyro arietes ordinantur. Ponit ergo prædicator arietes in gyro, dum caute denuntiat quam blande luxuria percusit, quam aspera impatiens

<sup>a</sup> Vel, ut habent MSS., subripere, aut surripere.

<sup>b</sup> Lyran., adunatas acies.

<sup>c</sup> Longip., non solum ex uno modo.

<sup>d</sup> Longip., ponuntur.

<sup>e</sup> Omissum in superioribus Edit. <sup>f</sup> ibi, revocavimus ope MSS.

<sup>f</sup> Comet. et pler. Norm., zelatur.

A occidit, quam laboriosa avaritia accedit et intermit, quam tumide superbia extinguit. In gyro itaque arietes ponere est prædicando ostendere qui undique soleant animam mucrones vitiorum serire.

29. Sequitur : *Et tu sumus • tibi sartagine ferream, et pones eam murum ferreum inter te et civitatem.* Quia ferrum forte metallum est, et in sartagine cibus frigitur, quid per sartaginem ferream, nisi spiritualis zeli fortis frixura signatur? Omnis quippe spiritualis zelus doctoris animam frigit, quia valde cruciatur dum infirmos quosque æternæ deserere et rebus temporalibus delectari conspicit. Quam bene Paulus sartaginem ferream sumpserat, cum zelo animalium cruciatus dicebat : *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non eror* **B** (1 Cor. xi, 20)? Ipsum suum cor quod animalium zelo succenderat, quid aliud quam sartaginem fecerat, in quo amore virtutum contra vitia ardebat? Quod enim urebatur, sartago erat. Inardescerat enim et coquebat, quia incendebatur amaritudine, sed virtutum alimenta præparabat ex sua afflita cogitatione.

30. Sed quid est quod eamdem sartaginem propheta inter se et civitatem murum ferreum ponit, nisi quod idem fortis zelus qui nunc in mente doctoris agitur in die extremi iudicij inter eum et animam quam a vitiis <sup>f</sup> zelat testis est? ut et si audire is qui docetur noluerit, doctor tamen pro zelo quem exhibet de auditoris negligencia reus non sit. Murum ergo ferreum inter se et civitatem ponit, quia ultiōnis tempore inde doctor a damnacionis periculo maneat, unde nunc per zelum custodia cordis frixuram patitur. Nullum quippe omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animalium. Hinc enim Paulista ait : *Zelus domus tuae comedit me* (Paul. lxviii, 10). Quantum vero frixura cordis quæ <sup>g</sup> spiritali zelo agitur omnipotentem Dominum Deum placat, aperte ostenditur cum offerri per legem simila in sacrificium jubetur. De qua scriptum est : *In sartagine oleo conspersa frigetur, offeretque eam calidam in odorem sua vissimum Domino sacerdos qui patri jure successerit, et tota cremabitur in altari* (Levit. vi, 21, 22). Tunc enim simila in sartagine frigitur, cum munda mens justi per zeli sancti ardorem **1305** crematur. <sup>h</sup> Quia conspergi oleo præcipitur, id est claritatim misericordia misericordia misericordia, quæ in conspectu omnipotentis Domini ardet et lucet. Conspergatur ergo oleo mens quæ in sartagine frigitur, <sup>i</sup> quia sancti zeli districtio necesse est ut ex misericordia virtute et ardeat et clarescat. Amat enim eundem ipsum quem inaequum videtur. Unde et calida in odoreum superissimum Domino offerri præcipitur, quia si amore zelus non habet, ea quæ de sartagine offertur calorem simila

<sup>g</sup> Val. Cl. cum plur. Norm., per spiritalem selnum. Longip., pro spiritali zelo.

<sup>h</sup> C. Germ., quæ conspersa oleo. Longip., quæ cum sparsa.

<sup>i</sup> Editi, MSS. invitatis, quia in sancti zeli distinctione necesse est ut... ardeat et clarescat. Sagiensis Codex, quia sancta zeli discretio necessaria est.

unus. Et potandum quis eam offerre præcipitur, ut videlicet sacerdos qui patri jure successerit. Ille enim sacerdos patri jure succedit, qui esse se omnipotens Dominus filium demonstrat meribus, atque a nobilitate intima operum suorum ignobilitate non diserpat. Quae in altari tota cremari præcipitur, ut videlicet holocaustum fiat. Holocaustum enim totum incensum dicimus. Unde et in translatione altera hoc in loco haec eadem simila quae in sartagine frigitur holocaustum serijubetur. Hoc autem inter holocaustum et sacrificium distat, quia omne quidem holocaustum sacrificium est, non autem omne sacrificium holocaustum. Sunt enim multa bona quae aguntur sacrificia, sed holocausta non sunt, quia totam mentem in amorem spiritalem minime <sup>a</sup> incendunt. Qui enim sic operantur ea quae Dei sunt, ut tamen et quædam quae sunt sancti non relinquant, nimirum sacrificium et non holocaustum offerunt. Qui autem cuncta quae mundi sunt deserunt, <sup>b</sup> et totam mentem igne divini amoris incendunt, hi nimirum omnipotenti Domino sacrificium et holocaustum sunt. Simila itaque in sartagine est munda mens justi in zeli spiritualis afflictione; quia per sollicitudinem animarum frigitur, et non solum sacrificium, sed etiam holocaustum Domino esse deputatur. Sumamus ergo sartaginem ferream, et ponamus eam murum ferreum inter nos et civitatem, id est assumamus zelum fortissimum, ut inter nos et auditoris nostri animam inventamus hanc postmodum fortissimam munitionem. Tunc enim hunc murum ferreum inventuri sumus, si nunc eum fortiter tenemus, videlicet <sup>c</sup> docendo, custodiendo, suadendo, increpando, mulcendo, terrendo, aliquando leniter, aliquando vero etiam severius agendo. De qua severitate recte **1306** subditur: *Et obfirmabis faciem tuam ad eam, et erit in obsidionem.*

**34.** Quid est obfirmare faciem ad Jerusalem in latere descriptam, nisi ut ei animæ cui coelestis pacis

A visionem doctor denuntiat, si adhuc eam infirmari in suis actibus conspicit, remissionem et clementiorem se minime ostendat? Unde scriptum est: *Filia tibi sunt? serva corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas* (Eccli. vii, 26). Infirmæ quippe animæ <sup>d</sup> atque ad appetitum mundi deditæ, aliquando melius ex severitate servantur, ut obfirmata facies, id est per severitatis custodiam ab omni spe frivola remissionis <sup>e</sup> abducta, inconstantem animam terreat, atque a delectatione vitiorum distinctionis vigore constringat. Quod cum a doctore agitur, semper necesse est ut dulcedo et humilitas in corde teneatur, quatenus et multum amet, et nunquam contra eum per elationem superbiat, cui tamen amorem suum et humilitatem pro utilitate ejus prodere recusat.

**32.** Sequitur: *Et circumdabis eam.* Circumdat doctor auditoris animam, cum in omne quod in hac vita agitur tentationum laqueos appoui posse denuntiat, ut dum ubique sit mens pavida, ubique circumspecta, quanto timidior, tanto vigilantior vivat.

**33.** Sequitur: *Signum est domus Israel.* Si ad historiam obsidionis quæ juxta litteram facta est, signum est domus Israel quod propheta fecit; si ad mysterium quod quotidie erga uniuersuque animam a doctore agitur, signum est domus Israel et hoc quod egit, et hoc quod <sup>f</sup> agendo nuntiavit, quia sicut domus Israel obsidionem corporaliter portulit, ita unaquaque anima quæ jam servire omnipotenti Deo incipit obdidentes se insidiis malignorum spirituum sentit. A quibus si vero eripi appetit, scire debet C quia eripi sua virtute non possit; sed ejus necessitas est ut adjutorium speret qui nos, et in carne corruptibili viventes, per redemptionis sua mysterium potest etiam super spiritus qui sunt sine carne roborare, Jesus Christus Dominus noster, qui vivit et regnabit eum Patre in unitate Spiritus sancti Dens, per omnia secula seculorum. Amen.

titus.

<sup>a</sup> Longip., obducta.

<sup>b</sup> Edit., agendum.

## LIBER SECUNDUS<sup>a</sup>.

### Præfatio.

**1307** Quoniam, multis curis promentibus, Ezechielis propheta librum coram charitate vestra totum per ordinem perscrutari non licuit, bonis vestris desideritis placuisse petere et sollem extrema ejus visio, quæ ei facta est de ædificio in monte constituto, quæ et cunctis est visionibus ejus abscurior, exponi debet. Et quidem voluntati vestra me parere ne-

D cesse est, sed duo sunt quæ bac in re perturbant animum meum. Unum, quod hec eadem visio tantæ obscuritatis nebulis legitur, ut vix in ea atque intellectu <sup>b</sup> interlucente videatur. Aliud, quod jam Agiliphum Langobardorum regem ad obsidionem nostram summopere festinante <sup>c</sup> Padum transisse cognovimus (Supra, hom. ii, n. 26, et l. v, epist. 40). Unde pensate, fratres charissimi, <sup>d</sup> in caliginosis ac mysticis sensibus penetrare quid valeat mens misera, fatione.

<sup>e</sup> Norm., Padum transire.

<sup>d</sup> Codex antiquissimus Ecclesie Laudoniensi et alii, in caligosis. Ebroic. et Lyran., in lectionibus mysticis.

<sup>a</sup> In MSS. legitur: *Incipit liber secundus homiliarum sancti Gregorii papæ urbis Romæ, in extremam partem Ezechielis prophetæ, quæ sunt numero decem.*  
<sup>b</sup> Val. Cl., interlucere. Ceterum de obscuritate prophetæ Ezechielis consule quæ diximus in pre-

**1308** timoris sui perturbationibus occupata. Quanto enim circa terrena <sup>a</sup> plus angitur, tanto in his quæ sunt cœlestia minus videt; et pro eo quod curis suis extra se ducitur, valde intus minor est, quia, sicut scriptum est : *Deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitante* (Sap. ix, 15). Quæ enim superiora penetrare etiam collecta non sufficit, pensate quid agere poterit divisa? Scimus autem, scimus omnes, quia et fluvius qui in multis rivis dividitur, a suo alveo exsiccatur. Sed tamen inter haec adest soperna gratia. Et si mentem meam cogitationum mearum pondera deprimit, vestrorum hanc pennat desideriorum levant. Obscurum quidem valde est opus quod aggredimur, sed ponamus in animo quia nocturnum iter agimus. Restat ergo ut hoc palpando carpamus.

### HOMILIA PRIMA <sup>b</sup>

*In explicatione trium priorum versuum cap. xl. Ezechiel's, et quarti inchoati, de Christo et Ecclesia, de electis et de occulis erga eos Dei iudiciis, præsertim disseritur.*

**1307** Ezech. xl, 1. — *In vigesimo et quinto anno transmigrationis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quarto decimo anno postquam percussa est civitas, ipsa hac die facta est super me manus Domini, et adduxit me illuc.*

1. <sup>c</sup> Dicturus mystica narrationem historicam præmittit, ut sigat ex tempore, quod credatur ex revelatione. Notandum vero quod in exordio libri hujus quo anno prophetare cooperit indicavit; in fine vero inseruit quo extremam visionem vidit, ita ut cognosci valeat in quot annis prophetie sue librum <sup>d</sup> duxerit. Tempus namque quo prophetare cœpit, in locutionis sue initio posuit, dicens : *Aperti sunt cœli, et vidi visiones Domini in quinta mensis; ipse est annus quintus transmigrationis regis Joachin* (Ezech. 1, 1). Nunc vero loquitur, dicens : *In vigesimo et quinto anno transmigrationis nostræ. Idem namque propheta in captivitate prima cum Joachin rege fuerat* <sup>e</sup> *in Babyloniam transductus* (IV Reg. xxiv, 25). Nam de secunda Jerosolymorum captivitate **1308** subjungit : *Quarto decimo anno postquam percussa est civitas.* Undecim quippe annis Sedecias post captivitatem primam, in qua Ezechiel propheta cum Joachin rege ductus est <sup>f</sup> in Babylonem, in Jerosolymorum urbe regnaverat. Post captivitatem vero ejusdem Sedeciae, <sup>g</sup> quæ jam secunda erat urbis captivitas, quarto decimo anno propheta visionem ultimam videbat. Undecim

<sup>a</sup> Vulgati, plus satagit.

<sup>b</sup> In Editis, repugnantibus MSS., homilia decima tertia.

<sup>c</sup> Editi, præter Gus.-anv., dicturus mysticam narrationem historicam præmittit. Præludent nobis MSS. Anglici, etc.

<sup>d</sup> Norm. omnes, quibus concinunt Edit. Paris. 1503, 1518, 1571, et Vatic., dixerit. Cod. Longip., digerit.

<sup>e</sup> Val. Cl., cum Norm., in *Babylonem*. Hic et ubique deinceps legitur tam in MSS. quam in Editis, si Gussan. excipias, Joachim. Sed scribendum Joachim, aut Joakin, ut in Hebraicis, Græcis, ac Latinis exemplaribus Ezech. proph. et lib. iv Regum legitur; sicut distinguitur a patre Joachim dicto.

A itaque et quatuordecim simul junci faciunt viginti et quinque. Si igitur visionem primam quinto captivitatis prioris anno locutus est, atque hanc ultimam vigesimo et quinto anno factam fuisse describit, profecto patet quod in viginti annis locutionis sue moras <sup>b</sup> usque ad ultimæ visionis sue verba tetenderit. Nec movere quempiam debet quod in medio propheetie sue volumine, cum de Babylonico rege loquoretur, vigesimi ac septimi anni memoriam facit. Quo in loco cum nihil de tempore sue captivitatis interserit, aperte demonstrat, quia ejus regis tempora describat, **1309** de quo <sup>i</sup> ut prophetaret accepérat. Quod vero sit : *In exordio anni, decima mensis, tempus simpliciter exprimit, ut ex ipso quoque tempore in corda audientium juxta litteram verbi radicem* <sup>C</sup> sigat, ex qua spiritales fructus postmodum proferat.

2. Notandum vero quod sit : *Quartodecimo anno postquam percussa est civitas, ipsa hac die.* Quid est enim quod per hanc visionem ultimam omnipotens Deus ea ipsa die dignatus est promissionis sue misericordiam facere, qua die in percussa civitate iram justitiae implevit, nisi <sup>j</sup> quod illa divinitatis vis, quæ in diversitatibus motum et mutabilitatem non ducitur, ea ipsa luce justitiae afflictos ac poenitentes vivificat, quæ superbientes ac rigidos percudit? Præmissæ itaque visionis sue tempore, subjungit :

Vers. 1, 2. — *Facta est super me manus Domini, et adduxit me illuc in visionibus Dei: adduxit me in terram Israel, et dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium civitatis vergentis ad Austrum.*

3. Cujus videlicet civitatis ædificium accipi juxta litteram nullatenus potest. Nam paulo post subdit hoc ipsum ædificium calamo sex cubitorum et palmo, portam vero <sup>k</sup> ejusdem ædificii quatuordecim cubitis mensuratam, cuius portæ frontes esse perhibet sexaginta cubitorum. Quæ cuncta stare juxta litteram nullatenus valent. Quomodo enim totum simul ædificium calamo, id est sex cubitis et palmo mensuratur, et portæ ædifici in quatuordecim cubitis, frontes vero portarum in sexaginta cubitis extenduntur? Porta enim in civitate est, frontes vero in portis. Et nulla recipi ratio permittit, quia minus est hoc quod continet ab eo quod continetur. In Scriptura autem sacra et ea quæ accipi secundum historiam possunt, plerumque spiritualiter intelligentia sunt, ut et fides habeatur in veritate historiæ, et

<sup>f</sup> Omititur in *Babylonem* in Norm.

<sup>g</sup> Editi omnes, quæ etiam.

<sup>h</sup> In vet. Editis, usque ad ultimum visionis sue verba. Recent. usque ad ultima. Favent MSS., Norm. et Val. Cl. Nobis vero Laud., Suess. et Longip.

<sup>i</sup> Val. Cl., concinenter Norm., prophetare cœperat.

<sup>j</sup> Ita Suess., Laud. et alii antiq. Editi cum aliis MSS., quod illa divinitas.

<sup>k</sup> Excusi, ejusdem civitatis, absque MSS. auctoritate. Ceterum propositæ difficultatis nodus haud difficile est solvere, dicendo mensuranda civitati calatum quidem sex cubitorum et palmi fuisse adhibitum, idque dicere prophetam; eam vero minime, nisi plures repetitum adsequasse.

spiritualis intelligentia capiatur de mysteriis allegorice. Sicut illud quoque novimus quod Psalmista ait : *Quoniam video cœlos tuos, opera digitorum tuorum, lunam et stellas, quas tu fundasti* (Psal. viii, 4). Ecce enim in exteriori descriptione stat sermo rationis, quia et cœli opera Dei sunt, et luna ac stellæ ab eo creatæ atque fundatae sunt. Sed si hoc Psalmista juxta sola exteriora opera, et non etiam secundum intellectum mysticum asserit, qui cœlos opera Dei esse professus est, dicturus lunam et stellas, cur non etiam solem, quem scimus quia ejus opus est (Genes. i, 16), pariter enumeravit? Si enim juxta solam litteram loquebatur, dicturus luminare minus, prius luminare majus dicere debuit, ut ante solem, et post lunam atque stellas fundatas esse perhiberet. Sed quia juxta intellectum mysticum loquebatur, <sup>a</sup> ut lunam sanctam Ecclesiam, et stellas sanctos omnes accipere deberemus, solem nominare noluit, quia videlicet ipsi æterno Soli loquebatur, de quo scriptum est : *Vobis autem qui timetis Dominum, orientur sol justitiae* (Malac. iv, 2). De quo reprobi in fine dicuntur sunt : **1310** *Sol justitiae non ortus est nobis.* Dicendo ergo, *Lunam et stellas quas tu fundasti* (Sap. v, 6), et tamen tacendo solem qui factus est, indicavit quia illi Soli locutus est qui non solum solem et lunam atque stellas corporaliter, sed etiam lunam Ecclesiam atque stellas sanctos omnes spiritualiter fecit. Si ergo <sup>b</sup> cum aliquid deest historiæ, aperta ratione ducimur ad intellectum allegorice; quanto magis illa spiritualiter accipienda sunt, in quibus juxta rationem litteræ nihil historicum sonat? *Facta est super me manus Domini, et adduxit me illuc in visionibus Dei; adduxit me in terram Israel.* Quod dixerat, *Adduxit me illuc*, hoc replicans subdidit : *Adduxit me in terram Israel.* Ait enim : *Facta est super me manus Domini, et adduxit me illuc in visionibus Domini.* Manus etenim virtutem potestatis, visiones vero ipsam quam accepérat revelationem significant. Manus quippe in visione est virtus in contemplatione. Quibus verbis quid aperte indicat, nisi quia nihil de civitate quam viderat <sup>c</sup> juxta litteram dicat? Nam spiritualiter de ea loquitur quam spiritualiter contemplatur.

**4. Et dimisit me super montem excelsum nimis.** Quem ergo significat mons excelsus nisi Mediatorem Dei et hominum hominem Christum Jesum? Qui de terra quidem, sed ultra terram est, quia caro ejusdem Redemptoris nostri de imis habet materiam, sed in summis præeminet ex potestate. Quem minus erat ut excelsum diceret, nisi adderet *nimirum*, quia non solum homo, sed ex ejusdem humanitatis conceptione.

<sup>a</sup> Gussav., corrupte, *ut unam omnes accipere debemus*, etc. Legitur *ut lunam in duobus German. et cæst.* MSS. Neque vero aliter legi posse orationis series satis demonstrat.

<sup>b</sup> Laud., *cum aliquid de historiæ aperta ratione dicimus.*

<sup>c</sup> Laud. et Longip., *juxta historiam.*

<sup>d</sup> Removimus hinc conjunctionem et, ab Edit. adjectam, *Deus et homo*; et paulo supra restituoimus

A ne quæ ab eo assumpta est <sup>e</sup> Deus homo, non solum homo ultra homines, sed homo etiam <sup>f</sup> super angelos factus. Hinc enim de illo per Isaiam dicitur : *In die illa erit fructus terræ sublimis* (Isai. iv, 2). Creator etenim noster, quia pro nobis incarnatus est, fructus terræ factus est nobis. Sed jam fructus terræ sublimis est, quia homo natus in terra super angelos regnat in cœlo, quia juxta David et Pauli vocem, *Omnia subjecit sub pedibus ejus* (Psal. viii, 8; Hebr. ii, 8). In eo enim quod ei subjecit omnia, nihil demisit non subjectum ei. Mons ergo iste est et excelsus, et nimis, quia etsi de terra est per substantiam humanitatis, <sup>g</sup> incomprehensibilis tamen est ex altitudine divinitatis. Hinc est enim quod eumdem Dominum cum Isaías propheta prospiceret <sup>h</sup> in carne esse venturum, per prophetiæ spiritum sublevatus, ait : *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium* (Isai. ii, 2). Domus enim Domini Israeliticus populus fuit. Mons itaque domus Domini ille appellatus est, qui ex Israelitico populo incarnari dignatus est. Fuerunt autem in eodem populo sancti viri qui montes jure vocarentur, quia per vitæ meritum ad cœlestia propinquaverunt. Sed incarnatus unigenitus istis montibus æqualis non fuit, <sup>i</sup> quia naturam, vitam, merita omnium ex sua divinitate transcendit. Unde et recte mons super verticem montium dicitur, quia excelsus ex divinitate sua inventus est, etiam super cacumina sanctorum,

**1311** *ut hi qui multum in Deo profecerant, ejus vestigia vix potuissent tangere ex vertice cogitationis.* C Qui ergo illic mons super verticem montium dicitur, ipse hic mons excelsus nimis esse perhibetur. Sequitur :

**5. Super quem erat quasi ædificium civitatis vergentis ad Austrum.** Notandum est quod non dicitur, *Super quem erat ædificium*, sed *quasi ædificium*, ut videlicet ostenderetur quod non <sup>k</sup> de corporalis, sed de spiritualis civitatis ædificio cuncta dicerentur. Qui enim non se ædificium, sed quasi ædificium vidisse perhibet, cor audientium ad spiritalem fabricam mittit, sicut per Psalmistam dicitur : *Jerusalem quæ ædificatur ut civitas* (Psal. cxxi, 3). Quia etenim illa internæ pacis visio ex sanctorum civium congregazione construitur, Jerusalem cœlestis ut civitas ædificatur. Quæ tamen in hac peregrinationis terra dum flagellis percutitur, tribulationibus tunditur, ejus lapides quotidie quadrantur. Et ipsa est civitas, scilicet sancta Ecclesia, quæ regnatura in cœlo adhuc laborat in terra. Cujus civibus Petrus dicit : *Et vos tanquam lapides vivi super ædificamini* (I Pet. ii, 5). Et Paulus ait : *Dei agricultura, Dei ædificatio estis*

particulam ex, ante ejusdem, reportam in omnibus melioris nota Codicibus.

<sup>e</sup> Longip., *ultra angelos.*

<sup>f</sup> Ebroic., Lyr., Val. Cl., *incomparabilis.*

<sup>g</sup> Laud. et Lyran., *incarnandum esse venturum.*

<sup>h</sup> Laud. et Longip., *quia natura, vita. Suess., quia naturam, vita merita.*

<sup>i</sup> Laud. et Longip., *de corporali, sed de spirituali.*

(*1 Cor.* iii, 9). Quae videlicet civitas habet hic in sanctorum meritis magnum jam aedificium suum. In aedificio quippe lapis lapidem portat, quia lapis super lapidem ponitur; et qui portat alterum, portatur ab altero. Sic itaque, sic in sancta Ecclesia unusquisque et portat alterum, et portatur ab altero. Nam vicissim se proximi tolerant, ut per eos aedificium charitatis surget. Hinc enim Paulus admonet, dicens: *In vicem onera vestra portate, et sic adimplibitis legem Christi* (*Galat.* vi, 2). Cujus legis virtutem denuntians, ait: *Pleinitudo legis charitas* (*Rom.* xiii, 10). Si enim ego vos portare negligo in moribus vestris, et vos me tolerare contemnatis in moribus meis, charitatis aedificium inter nos unde surgit, quos vicaria dilectionis per patientiam non conjungit? In aedificio autem, ut praediximus, lapis qui portat portatur, quia sicut ego jam mores eorum tolero qui adhuc in conversatione boni operis rudes sunt, ita ego quoque ab illis toleratus sum, qui me in timore Domini precesserunt et portaverunt, ut portatus portare disserem. Sed ipso quoque a majoribus suis portati sunt. Lapidès vero qui in summitate atque extremitate fabricæ ponuntur, ipso quidem portantur ab aliis, sed alios nequam portant, quia et hi qui in fine Ecclesie, id est in extremitate mundi nascituri sunt, tolerantur quidem a majoribus, ut eorum mores ad bona opera componantur; sed cum non eos sequuntur qui per illos proficiant, nullos super se fidelis fabricæ jam lapides portant. Nunc itaque alii portantur a nobis, nos vero portati sumus ab aliis. Omne autem pondus fabricæ fundamentum portat, quia mores simul omnium solus Redemptor noster tolerat. De quo Paulus ait: <sup>b</sup> *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus* (*1 Cor.* iii, 11). Portat fundamentum lapides, et a lapidibus non portatur, quia Redemptor noster omnia nostra tolerat, sed in ipso malum non fuit quod tolerari debuisse. Unde bene nunc dicitur: *Dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi 1312 aedificium civitatis*, quia mores et culpas nostras solus ille sustinet, qui totam sanctam Ecclesiam fabricam portat. Qui per prophetæ vocem de perverse adhuc viventibus dicit: *Laboravi sustinens* (*Jerem.* vi, 14). Non autem sustinendo Dominus laborat, cuius divinitatis potentiam nulla fatigatio contingit; sed, verbis humanis loquens, ipsam suam circa nos patientiam laborem vocat.

6. Et notandum quod eamdem civitatem quam propheta conspexit ad Austrum vergentem vidi. Auster enim ventus quia in sancti Spiritus typo poni solet, hi qui in sacro eloquio studiosi sunt recognoscunt; sicut e contrario per Aquilonem saepe diabolus designatur, quia et ille relaxat in calore, et iste constringit in frigore. Et Veritas dicit: <sup>c</sup> *Abun-*

<sup>a</sup> Laud. et Longip., ad bona merita.

<sup>b</sup> Plar., *fundamentum autem... quod positum est Christus Jesus*.

<sup>c</sup> Longip., abundavit; et Laudum., refrigeravit.

<sup>d</sup> Laudum., in affectu.

<sup>e</sup> Sylvis Gussaniv. hic addit, ad bona opera elevari,

A dabit iniurias, et refrigerat charitas multorum (*Math.* xxv, 12). Propheta quoque de Iudea assertit, dicens: *Sicut frigidam facit cisterna aquam, sic frigidam facit malitiam suam* (*Jerem.* vi, 7). Hinc enim diabolus, propheta eodem attestante, dixisse perhibetur: *Sedebo in monte Tantamoni, in lateribus Aquilonis* (*Iust.* xiv, 13). At contra hanc civitatem ad Australem partem vergit, quia torporis mentis sancti Spiritus gratia relaxat. Hinc Psalmista ait: *Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut terrans in Austra* (*Psal.* cxv, 4). Captivitas enim nostra, quae torporis frigore ad sequendum Deum pigra remanserat, per calorem sancti Spiritus relaxata, ut carrat in amorem Dei. Unde et nunc dicitur quod civitas qua in monte constituta est ad Austrum vergit, B quia electorum Ecclesia cogitationes suas <sup>d</sup> in afflito sancti Spiritus aperit, atque, ab omni superbicie suæ vertice descendens, in Deo, cui credit, amoris calorem concipit, ut nihil ei libeat, nisi ejus gratia submitti, <sup>e</sup> dilectione caelesti, ejus afflictionis tempore munere repleri. Unde et valido amore successus contemplator dicebat: *Anima mea exultabit in Domino, et delectabitur super salutem ejus* (*Psal.* xxxiv, 9). Qui enim Latine salutaris, ipso Hebraice Jesus dicitur. Propheta igitur quia vias ejus atque miracula redemptionis quoque nostra mysterium per prophetam spiritum contemplabatur, exultare se in Domino <sup>f</sup> et delectari super Jesu perhibet, quia inde gaudium in mente conceperat unde per amorem fortiter ardebat. Pensemus itaque si mentes spiritualium patrum in illo delectatae sunt qui necdum venerat, sed prævidebatur, cuius reatus sit ejus vias, ejus exempla, ejus monita, postquam venit et redemptionem exhibuit, non amare. Hæc ergo civitas ad Austrum vergere dicitur, ac si aperte diceretur quod prior illa civitas, scilicet Synagoga, in infidelibus suis ad Aquilonem stetit, quæ in frigore perfidiae <sup>g</sup> duravit. Sancta vero Ecclesia, quæ charitatem fidei concepit, per calorem ad Austrum vergit, et quasi calido vento innititur, quia non in sui fiducia, sed in dono spiritualis gratiae lætatur. Sequitur:

Vers. 3. — *Ei introduxit me illuc.*

7. Cœlestis civitatis aedificium ille intrat, qui in sancta Ecclesia bonorum vias imitando considerat. Intrare quippe est aedificium super montem, electos sanctæ Ecclesiæ in virtutum culmine constitutos qualiter in Domino proficiant amando considerare. Iste enim vitam conjugio ligatam ducit. <sup>h</sup> **1313** propriis rebus contentus est, aliena non diripit, de suo quidquid prævalet indigentibus largitur, peccata sine quibus quotidiana vita a conjugatis duci non potest fieri non negligit. Pro eo enim quod ipsa familiaris cura animum conturbat, sese ad lacrymas excitat. Ille vero jam cuncta quæ sunt mundi deseruit,

ejus, etc. Unde hoc sit accersitum non indicat; quapropter recessendum judicavimus. *Hid.*, *Laud.* et *Suess.* habent ejus delectatione.

<sup>i</sup> Laud. et Longip., et delectare.

<sup>j</sup> Longip., duruit. Norm., cum Ver. Cl., manere currit.

ail ejus habens appetit, et solum contemplationis exercitatione pascitur, spe praemiorum celestium cum felicitate latetur; transcondit ipsa etiam que haberi concessa sunt, quotidianum cum Domino habere seculum querit, multa ejus animum pretereuntis mundi ora perturbat, mentem semper in exspectatione celestium gaudiorum dilatait. Alius vero jam hujus mundi fusa deponit, ejusque mens in contemplationem celestium sublevatur; sed tamen prædicatione vulgarorum, locum regimini tenens, qui rebus præterentiis ex desiderio non succumbit, ad eas aliquando propter proximorum compassionem reflectitur, ut ex carum cura indigentibus misereatur; verbum vitæ auditoribus prædicat, animabus siue et corporibus necessaria ministrat. Et qui præpater se ad celeste desiderium jam per contemplationem excolat, adhuc tamen pro projectu et utilitate proximorum in rebus temporalibus desudat. Quisquis ergo in sancta Ecclesia considerare sollicite studet, ut aut in honorum conjugatorum vita, aut in arce coniunctivæ et omnia que sunt hujus mundi derelinquuntur, aut etiam in prædictorum summiate proficiat, jara civitatis in monte posita seditione intravit. Nam qui considerare meliorum vitam non proficiat negligit, adhuc extra fabricam stat. Et si honorum quae juxta sancta Ecclesia in mundo habet admiratur, quasi edificium foris conspicit et obstupescit. Et quia exterioribus sole intensus est, intus ingressus domus est. Sequitur:

*Aud.* — *Ecce vir, cuius etia species quasi species artis.*

8. Ipse signatur in viro, qui figuratur in monte. Vir autem iste metiri judicetur dicatur. Et recte Dominus per virum signatur et mons, quia et ipse omnipotens intra sanctam Ecclesiam judicando disponit, et ipse eundem sanctam Ecclesiam portat, et portando ad celestem sublevat. Sic in sancto quoque Evangelio idem Redemptor noster loquitur, dicens: *Qui intrat per ostium, pastor est ovium* (Joan. x, 1). Et paulus post: *Ego sum pastor bonus* (*Ibid.*, 7). Atque iterum post pauca subiungit: *Ego sum pastor bonus* (*Ibid.*, 11). Si igitur ipse pastor, et ipse ostium, et apostoli pastor per ostium, cur non hoc loco et ipse mons, et ipse vir intelligitur, qui sedilicium metitur in monte?

9. Sed quærepsum pubis est cur de hoc viro diciatur, *Cuius species etia quasi species artis.* Cuncti autem novimus, fratres, metallum artis valde esse durabile, atque omnimodo sonorum. Quid est ergo quod aspectus Mediatoris Dei et hominum speciei comparatur artis, nisi hoc quod aperte novimus, quia unigenitus Filius, formam servi accipiens, fragilitatem carnis humanae per resurrectionis suæ gloriam vertit in aeternitatem, quia in eo caro facta est iam sine fine durabilis? Nam *surgens a mortuis*

*A* *jam non moritur, mors et ultra non dominabitur* (*Rom. vi, 9*). Quid est autem, quod ipsa ejus incarnatione sonoro metallo comparatur, nisi **1314** quod per eamdem assumptionem humanitatis nostræ <sup>c</sup> insonuit omnibus gloria maiestatis suæ? Et quasi asperatum æris <sup>d</sup> habet in corpore, quia Deus mundo innatit ex carne. Unde et per Joannem dicitur: *Habebat in vestimento et in semore suo scriptum: Rex regum, et Dominus dominantium* (*Apoc. xix, 16*). Quid enim vestimentum ejus est, nisi corpus <sup>e</sup> quod assumpsit ex Virgine? Nec tamen aliud ejus vestimentum est, atque aliud ipse. Nam nostrum quoque vestimentum caro dicitur, sed tamen ipsi nos sumus caro, qua vestimur. Hoc autem vestimentum illius longe ante Isaías aspiciens per crucem passionis sanguine cruentatum, dixit: *Quare rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua quasi calcantium in torculari?* (*Isai. LXIII, 2*). Cui ipse respondit: *Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum* (*Ibid.*, 3). Solus enim torcular in quo calcatus est calcavit, qui sua potentia eam quam pertulit passionem vicit. Nam qui usque ad mortem crucis passus est, de morte cum gloria surrexit. Bene autem dicitur: *Ei de gentibus non est vir mecum* (*Ibid.*), quia hi pro quibus pati vulnerat passionis ejus esse participes debebant, qui pro eo quod illo tempore needum crediderant, de ipsis in passione queritur, quorum vita in illa passione quærebatur. Per semur vero propagatio carnis est. Quia ergo per propagati nem generis humani, sicut generationum ordines Matthæo (*Matth. i, 1, seq.*), vel Luca (*Luc. ii, 7; iii, 23, seq.*) narrantibus describuntur, in hunc mundum venit ex virginie, et per incarnationis sue mysterium quis Rex esset et Dominus cunctis ubique gentibus indicavit, in vestimento et semore scriptum habuit: *Rex regum, et Dominus dominantium* (*Apoc. xix, 16*). Unde enim in mundo innatit, ibi de se lectoris <sup>f</sup> scientiam inflavit. Prædictio ergo ejus ex carne, quasi quidam sonitus ex ore est. Dicatur igitur recte: *Cuius species quasi species artis.* Sequitur:

*Aud.* — *Et funiculus linea in manu ejus.*

10. In Sepauaginta interpretibus funiculus linea non habetur, sed *funiculus & cæmentariorum*. Quorū si in hoc versu translationem ad exponentum tenemus, quid aliud cæmentarios quam sanctos doctores accipianus, qui, loquendo spiritualia, ad coeleste aedificatione rivos lapides, id est electorum animas, compenit? Quidquid enim antiqui patres, quidquid prophetæ, quidquid apostoli, quidquid apostolorum successores locuti sunt, quid alius sit quam compositione lapidum in hac quæ quotidie construitur fabrica sanctorum? In funiculo autem cæmentariorum hoc agi solot, ut cognosci æquitas vel recitudo surgentis parietis valeat; et si lapis iutus est, foras ejiciatur; si exterius progrinet, integrus revocetur.

<sup>a</sup> *Ali.*, *habet ex corpore, quod exhibent vulgati.*

<sup>b</sup> *Laud.*, *Longipp.*, *Lyr.*, *quod assump. it.*

<sup>c</sup> *Suess.*, *lectio his sententiam.*

<sup>d</sup> *In Laud.* semper legitur cæmentariorum.

Et certe quotidie hoc agit prædicatio doctorum, ut A unaquæque anima, cui regiminis onera suscipere fortasse non expedit, etiamsi foris apparere appetat, interius revocetur; et rursum quæ latere vult et sui tantummodo curam gerere, si sibi ac multis esse utilis potest, etiam cum latere desiderat, exterius producatur ut appareat. Sicque sit ut sanctorum lapidum ordo teneatur, dum sæpe et volens ad honorem venire repellitur, et honorem fugiens in sacri ordinis arco sublevatur. Sed quia, ut per interpretem nostrum didicimus, Hebræorum historia non babet clementiariorum, **1315** sed funiculus lineus in manu ejus, hoc quod apud nos certius habetur, exponere debemus. Scimus autem quod funiculus lineus subtilius est quam si funiculi siant aliunde. Et quid in luniculo lineo, nisi subtiliorem prædicationem, id est spiritalem debemus accipere? Censura etenim legis funiculus fuit, sed lineus non fuit, quia rudem populum non subtili prædicatione coercuit, in quo b per poenæ sententiam non peccata cogitationis, sed operis resecavit. At postquam per semetipsum Dominus etiam cogitationes hominum prædicando religavit, et perfectum esse peccatum etiam in corde innotuit, funiculum lineum in manu tenuit. Ait enim: *Audistis quia dictum est antiquis: Non mæchaberis; ego autem dico vobis, quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam in corde suo (Matth. v, 27; Exod. xx, 14).* Funiculus ergo lineus prædicio est subtilius, quæ mentem audientis ligat, ne se vel in misera cogitatione dissolvat. Et notandum quod dicitur, quia ei funiculus in manu est, id est prædicio in operatione. In se enim ostendit omne quod docuit, sicut scriptum est: *Quæ cœpit Jesus facere et docere (Act. i, 1).* Et quia ipsa que dicit etiam scripturæ tradidit, ut ad posteros mandarentur, recte subjungitur:

*Ibid. — Et calamus mensuræ in manu ejus.*

11. De sancta Ecclesia per prophetam alium Dominus pollicetur, dicens: *Orietur in ea viror calami et junci (Isai. xxxv, 7).* Quod in loco alio exposuisse me memini (*Lib. xxix Moral.*, n. 51), ut per calanum scriptores, per juncum vero debeant auditores intelligi. Sed quia ad humorem aquæ et juncus et calamus nasci solet, et ex una eademque aqua utraque proficiunt, et calamus quidem ad scribendum assumitur, cum junco vero scribi non potest, quid in junco et calamo accipere debemus, nisi quod una est doctrina veritatis, quæ multos auditores irrigat? Sed irrigati alii ad hoc usque proficiunt in verbo Dei, ut etiam scriptores siant, videlicet tanquam calami; alii vero verbum vitæ audiunt, bona spei et rectorum operum viriditatem tenent, sed tamè ad scribendum proficere nullatenus possunt. <sup>d</sup> Hi quid in aqua Dei

<sup>a</sup> Laud., id est spiritalem debemus accipere censuram. Etenim lex funiculus.

<sup>b</sup> Ebroic. et Lyr., quibus suffragantur Suess. et Longip., per penitentiam.

<sup>c</sup> Ita melius MSS. Laud., Suess., Longip., Beccensis, quam Edit. *Ipse enim;* quibus tamen nonnulli favent MSS.

nisi quidam, ut ita dicam; junci sunt? Qui quidem viri descendendo proficiunt, sed litteras exprimere nequaquam possunt. Redemptor igitur noster, quia verba quæ dixit etiam per doctorum studium scribi largitus est, in manu calamum tenuit. Qui calamus mensuræ dicitur, quia in ipsa doctorum studia sub quadam occulti judicij dispensatione detinentur, ut et aliis legentiibus prosint, et aliis legentiibus prodesse non possint. Unde sancti apostoli, cum magistrum veritatis sibi apertius loquentem requirent cur turbis in parabolis loqueretur, audiuerunt: *Quia vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum, illis autem non (Matth. xiii, 11).* Vel certe calamus mensuræ est, quia in ipso sacro ejus eloquio, quod nobis conscriptum est, occultas esse dispensationes ejus agnoscimus. Nam per incomprehensibilem ejus judicium et alter intra mensuram electorum mittitur, et alter foras relinquitur, ut nullo modo ad electorum numerum pertinere mereatur. Habet ergo funiculum, habet in manu calamum mensuræ. Qui enim funiculo locum meitur, **1316** alibi funiculum trahit, aliunde retrahit, et hoc ducit quem aliunde subducit. Sic nimirum, sic Redemptor noster in collectione hominum facit, dum alios a suis iniquitatibus educit, alios in sua iniquitate derelinquit. In his enim quos colligere dignatus est occultæ mensuræ funiculum traxit, et ab his quos derelinquendos esse judicavit, quid aliud nisi funiculum retraxit? ut et boni intra mensuram cœlestis fabricæ teneantur, et mali extra fabricam, in quibus bona quæ estimantur non sunt, quasi sine mensura remaneant.

12. Hunc funiculum et mensuræ calamus in manu sua Redemptor noster tenuit, cum Paulum apostolum per apparentem virum Macedonem admonere dignatus est, ita ut idem Macedo vir diceret: <sup>a</sup> *Transiens adjuva nos (Act. xvi, 9).* Et tamen volentes apostolos ad prædicandum ire in Asiam, non permisit Spiritus Jesu. Quid est quod sancti apostoli et ibi vocantur ire ubi fortasse pergere non cogitabant, et illuc ubi desiderabant pergere ire prohibentur, nisi quia occulti judicij funiculus et mensuræ calamus tenetur in manu, ut et alii verba vitæ audiant, et alii audire nullatenus mereantur? Funiculus ergo mensuræ est, qui alio tractus est, aliunde retractus.

13. Sancto quoque Evangelio testante didicimus quod venit qui diceret: *Magister, sequare te quocunque ieris (Matth. viii, 19).* Cui responsum est: *Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet (Ibid., 20).* Venit alter qui diceret: *Magister, sine me prium ire, et sepelire patrem meum.* Cui dicitur: <sup>b</sup> *Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu autem me sequere, et annuntia regnum Dei (Ibid., 21, 22).* Quid

<sup>d</sup> Longip., hi, inquam, quid nisi.

<sup>a</sup> Laud. et Longip., magistrum veritatem.

<sup>b</sup> Norm., cum Val. Cl., pervenire. Suess., pertinere.

<sup>c</sup> Longip., transiens in Macedoniam adjuva.

<sup>d</sup> Laud., Norm., Longip., sing. mortuos sepeliant, etc. Val. Cl., sine mortuos ut sepeliant.

est quod ille promittit se ire, et deseritur; iste dominum vult redire, et tamen ut sequi debeat jubetur? Ille non suscipitur, iste nec ad horae momentum ab obsequio relaxatur. <sup>a</sup> Interna ergo occulti judicij dispensatione funiculus et mensuræ calamus ducitur, in quo et iste trahitur, et ille relinquitur, ut coelestis fabrica non sine pio et justo examine construatur.

14. Potest etiam calamus mensuræ Scriptura sacra pro eo intelligi, quod quisquis hanc legit, in ea semetipsum metitur vel quantum in spirituali virtute proficit, vel quantum a bonis quæ præcepta sunt longe disjunctus remansit; quantum jam assurgat ad bona facienda, quantum adhuc in pravis actibus prostratus jaceat. Sequitur :

Ibid. — *Stabat autem in porta.*

15. Quisquis in porta stat, ex quadam parte intus est, ex quadam vero foris, quia aliud ejus foris aspicitur, aliud intus absconditur. Redemptor itaque noster, pro nobis misericorditer incarnatus, ante humanos oculos quasi in porta stetit, quia et per humanitatem visibilis apparuit, et sese invisibilem in divinitate servavit. Hinc enim Judæi qui hunc ex prophetarum promissione sustinuerant persidia suæ confusione turbati sunt, quia eum quem ad erexitatem suam venire crediderant, mortalem videbant. Qui igitur in porta stat, sicut superius dictum est, ex quadam parte foris, ex quadam vero **1317** parte intus videtur. Unde nec ipsa Judæorum perfidia sine divinæ virtutis ostensione est derelicta. Nam miracula ejus videntes trahebantur ut crederent, sed rursum passiones illius perpendentes, deditabuntur Deum credere, quem carne mortalem videbant; unde factum est ut de ejus cognitione dubitarent. Videbant enim esurientem, sitiensem, comedentem, bibentem, <sup>b</sup> lassescientem, dormientem, et purum hunc hominem esse estimabant. Videbant mortuos suscitarem, leprosos mundantem, cæcos illuminantem, dæmonia ejicientem, et esse hunc ultra homines sentiebant. Sed ipsa ejus miracula in eorum corde cogitata humanitas perturbabat. Unde sancta Ecclesia sub sponsæ voce hunc aperiæ jam videre desiderans, ait : *En ipse stat post parietem nostrum* (*Can. ii, 9*). Qui enim humanis oculis hoc quod de mortali natura assumpsit ostendit, et in seipso invisibilis permanit, in aperto se videre querentibus quasi post parietem stetit, quia videndum se manifestata majestate non præbuit. Quasi enim post parietem stetit, qui humanitatis naturam quam assumpsit ostendit, et divinitatis naturam humanis oculis occultavit. Unde et illic subditur : *Respicens <sup>c</sup> per fenestras, prospiciens per cancellos* (*Ibid.*). Quisquis enim per fenestras, vel per cancellos respicit, noctotus latet, noctotus videtur. Sic sic nimis Redemptor noster ante duabitantium oculos factus est, quia si miracula faciens nil portulisset ut homo, plene eis apparuisset Deus;

<sup>a</sup> Hic variant MSS. Laud. habet, *In terra ergo occulti judicij. Suess., In ira. Val. Cl., Interna ergo occulti judicis.*

<sup>b</sup> Laud., *lassescientem.*

<sup>c</sup> Edit., excepta Patric. 180<sup>a</sup>, *per fenestrant.*

Aetrurus humana patiens, si nulla fecisset ut Deus, purus putaretur homo. Sed quia et divina fecit, et humana pertulit, quasi per fenestras vel per cancellos ad homines prospexit, ut Deus et appareret ex miraculis, et lateret ex passionibus, et homo cerneatur ex passionibus, sed tamen esse ultra hominem ex miraculis agnosceretur. Sed quia vir iste stare in porta dicitur, <sup>d</sup> quærendum nobis est utrum facie interius, et tergo exterius? Quia in re si ea quæ sunt præmissa et subjuncta conspicimus, citius qualiter steterit invenimus. Prius enim dicitur : *Erat quasi ædificium civitatis vergentis ad Austrum, et introduxit me illuc.* Et paulo post de eodem viro subditur : *Stabat autem in porta.* Statimque subjungitur :

VERS. 4. — *Et locutus est ad me idem vir.*

16. Qui enim introducto prophetæ in ædificium stans in porta locutus est, profecto constat quia facie interius; et tergo exterius stetit. Sed introductus propheta, cui vir stans in porta locutus est, procul dubio faciem ad portam tenebat, unde verba loquenter audiebat. Quid est ergo, quod vir interius aspicit, propheta foris? Quid est quod ejusdem viri facies ad ædificium, prophetæ vero oculi ad portam sunt, nisi quod Unigenitus Patris idcirco incarnatus est, ut nos ad spiritale ædificium, id est ad sanctæ Ecclesiæ fidem introduceret? Cujus oculi ædificium suum semper aspiciunt, quia quantum quisque in virtutibus proficiat indesinenter attendunt. Prophetæ vero ad portam respicit, quia qui verba Dei audit semper oculos cordis ponere ad exitum debet, et sine cessatione meditari quando a præsenti vita exeat, atque ad æternæ gaudia pertingat. Propter hoc quippe incarnatus est Deus, ut nos introducat ad fidem, **1318** <sup>e</sup> et reducat ad speciem visionis suæ. Unde quoque in sancto Evangelio Veritas loquitur, dicens : *Per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur et egredietur, et pascua inveniet* (*Joan. x, 9*). Ingredietur videlicet ad fidem, egredietur autem ad speciem, pascua vero inveniet in æterna satietate. Hinc etiam Psalmista ait : *Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum* (*Psalm. cxx, 8*). Custodit enim Dominus uniuscujusque animæ introitum, quo intrat ad fidem, et exitum quoque quo exit ad speciem, ut neque intrans Ecclesiam erroribus supplantetur, neque ab hac temporali ad æternam exiens, ab antiquo hoste rapiatur. Propter hunc vero egressum nostrum quem quotidie debemus mente meditari, Apostolus de Redemptore nostro loquitur, dicens : *Ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium ejus portantes.* Non enim hic habemus manentem civitatem, sed futuram inquirimus (*Heb. xiii, 12, 13, 14*). Vir itaque qui apparuit in porta stetit, atque ita locutus est, quia Mediator Dei et hominum Christus Jesus in

<sup>d</sup> In vet. Ed., ante Gussanv., quær... utrum facie interius stetit. Qua. Gussanv., post, et tergo exterius, addit an tergo interius et facie exterius stetit. Stamus pro MSS.

<sup>e</sup> Ita MSS. Norm.; Val. Cl.; etc. In Ed., et edicione

ipso quoque passionis sua tempore præcepta vita discipulis dedit, ut hi qui in eum credunt ad portam semper respiciant, et, passionem ejus sollicita consideratione pensantes, a suo quoque exitu cordis oculos non avertant. Nos quoque cum jam claustra carnis despiceremus, mortalitatis nostræ angustias per immortalitatis desiderium transire, ad supernæ lucis libertatem tendere, ad cœlestis patris gaudia anhe-lare cœperimus, ad portam oculos tenemus, quia dum <sup>a</sup> a sacramentis temporalibus transire ad æternæ cupimus, quasi jam presenti vita terga dedimus, et cordis faciem in desiderio nostri exitus habemus. Scriptum quippe est : *Corpus quod corrumpitur, agravat animam, et deprimit terrena inhabitatio-sensem multa cogitantem* (*Sap.* ix, 15). Sic itaque per contemplationem jam mente extra carnis angustias tendimus, adhuc tamen in sacramentis quæ cognovimus ipsa carnali angustia intra portam tem-nemur.

17. Sæpe namque animus ita in divina contemplatione suspendorit, ut jam se percipere de æterna illa libertate quam oculus non vidiit, nec auris audivit (*I Cor.* ii, 9), aliquid per quamdam imaginem lætetur; <sup>b</sup> sed tamen, mortalitatis suæ pondere reverberatus (*Isai.* lxiv, 4), ad ima relabitur, et quibusdam pœnæ suæ vinculis ligatus tenetur. Portæ igitur intendit, qui veræ libertatis suæ gaudia conspicit, jamque exire concupiscit, sed adhuc non valet. Hinc est quod Hebraicus populus, de Ægypti servitute liberatus, cum loquente Deo columnam nubis cerneret, unusquisque in tabernaculi sui foribus stebat, et adorabat (*Exod.* xxxiii, 10). De quibus paulo superius dicitur : *Cum egredetur Moyses ad tabernaculum, surgebat universa plebs, et stabat unusquisque in ostio papilionis sui* (*Ibid.*, 8). <sup>c</sup> Ibi etenim stamus, ubi mentis oculos figuramus. Unde Elias ait : *Vivit Dominus, in cuius conspectu sto* (*III Reg.* xvii, 1). Ibi utique stebat, ubi cor fixerat. Quid est autem populum columnam nubis aspicere, et in tabernaculi sui foribus stare atque adorare, nisi quod humana mens cum superiora illa atque cœlestia ut-cunque in ænigmate conspicit, jam ei uera habitationis corporeæ per sublevatam cogitationem exiit, atque illum humiliiter adorat, **1319** cuius etsi videre substantiam non valet, jam tamen ejus potentiam per illuminationem spiritus <sup>d</sup> miratur? Et cum D Moyses tabernaculum ingreditur, ejus terga populus aspicit, et in papilionum suorum ostiis consistit, quia cum sanctus quisque prædictor alta de Deo loquitur, supernæ habitationis jam utcunque tabernaculum ingreditur. Cujus prædicationis insirmi quique etsi virtutem plene pensare non possunt, <sup>e</sup> tandem velut terga aspicunt, quia postrema quæ prævalent, per intellectum sequuntur. <sup>f</sup> Sed et in ipsis quoque

<sup>a</sup> *Sæcess., a sarcinis temporalibus.*

<sup>b</sup> *Norm. et Val. Cl., sed tamen dum mortalitatis... quibusdam.*

<sup>c</sup> *Lyran., ibi itaque.*

<sup>d</sup> *Ebroic. et Lyran., rimatur.*

<sup>e</sup> *Longip., vel terga, hoc est, saltem.*

A minimis quæ capere sufficiunt jam de suis papilionibus quasi excent, atque in ostiis stant, quia et habitacula carnis relinquere et ad illa æternæ vita gaudia quæ audiunt progreedi conantur. Hinc est etiam quod Elias, cum vocem Domini secum loquentis audiret (*III Reg.* xix, 9), in speluncæ sua ostio stetisse describitur, et faciem velasse, quia cum per contemplationis gratiam vox supernæ intelligentiae sit in mente, totus homo jam intra speluncam non est, quia animam carnis cura non possidet, sed stat in ostio, quia mortalitatis angustias exire meditatur.

18. Sed jam quæ in ostio speluncæ consistit, et verba Dei in aure cordis percipit, necesse est ut faciem velet, quia dum per supernam gratiam ad altiora intelligenda ducimur, <sup>g</sup> quanto subtilius levamur, tanto semper per humilitatem nosmetipsos **1320** in intellectu nostro premere debemus, ne conemur plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem (*Rom.* xii, 3); ne dum nimis invisibilia discutimus, aberremus; ne in illa natura incorporea corporei lumenis aliquid queramus. Autem enim intendere et faciem operiro est <sup>h</sup> vocem interioris substantie audire per mentem, et tamen ab omni specie corporea oculos cordis avertere, ne quid sibi in illa corporale animus flingat, quæ ubique tota et ubique incircumscripsa est. Nos itaque, fratres charissimi, qui jam per Redemptoris nostri mortem ac resurrectionem, atque ad caelos ascensionem, gaudia æterna didicimus, qui in testimonium divinitatis ejus apparuisse exterius cives nostros angelos illius scimus, concupiscamus Regem, desideremus cives quos cognovimus, atque in hoc sanctæ Ecclesiæ ædificio stantes oculos in porta teneamus; demus terga mentis huic corruptioni vita temporali, intendamus cordis faciem ad cœlestis patris libertatem. Sed ecce adhuc multa sunt quæ nos de cura vita corruptibilis premunt. Quia ergo perfecte exire non possumus, saltem in speluncæ nostræ ostio stemus, exiuri quandoque prospere per gratiam Redemptoris nostri, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA II.

In duobus cap. II. versibus, quarto videlicet ac quinto, explicandis, de activa et contemplativa vita fuse dissertit sanctus Doctor, et plurima, suo more, documenta moralia inspergit.

**1321** 1. Ne quidam me fortasse tacita cogitatione reprehendunt quod Ezechielis prophetæ tam profunda mysteria a magnis expositoriibus intentata discutere præsumo, qua mente id faciam agnoscant. Non enim hoc temeritate aggredior, sed humilitate. Scio enim quia plerumque multa in sacro eloquio

<sup>i</sup> Ita magno consensu Laud., Longip., Val. Cl., Ebroic. aliquique MSS. Editu tamen, tum vet., tum recent., habent : sed in ipsis quoque quæ nūnus capere.

<sup>k</sup> Solus Gussanv., quanto sublimitus.

<sup>l</sup> Norm., vocem superioris.

que solus intelligere non potui coram fratribus meis positus intellexi. Ex quo intellectu et hoc quoque intelligere studui, ut sciarem ex quorum mihi merito intellectus datur. Patet enim quia hoc mihi pro illis datur quibus<sup>a</sup> mihi presentibus datur. Ex qua re, largiente Deo, agitur ut et sensus crescat, et elatio decrescat, dum proprie vos disco quod inter vos doceo, quia (verum fateor) plerumque vobiscaen audio quod dico. Quidquid ergo in hoc propheta minus intellexero, meæ cæcitatibus est; si quid vero intelligere apte potuero, ex divino munere vestræ venerationis est. Sæpe autem per omnipotentis Domini gratiam in ejus eloquio quædam intelliguntur melius cum sermo Dei secretius legitur, atque animus, culparum suarum conscious, dum recognoscit, quod audierit, doloris se jaculo percutit, et compunctionis gladio transfligit, ut nihil ei nisi flere libeat,<sup>b</sup> et fluentis fletuum maculas lavare. Inter quæ etiam aliquando ad sublimiora **1322** contemplanda rapitur, et in eorum desiderio suavi fletu cruciatur. Dolet se hic esse anima, ubi adhuc prostrata per infirmitatem jacet, atque illic adhuc non esse ubi illuminata fortiter vigeat, et jam mentis oculum ad mortalitatis tenebras non reducat. Hinc itaque, hinc ardor nascitur in mente, luctus eboritur ex ardore. Et quia inhærente cœlestibus neccum valet, fervore suo in lacrymis fessa requiescit. Sed aliud est cum de unius profectu res agitur, aliud cum de ædificatione mulitorum. Ea itaque doctrinæ sermone, largiente Deo, proferenda sunt quæ vitam audientium moresque componunt. Nunc ergo quidquid nos ad studium bonæ operationis ædificet in prophetæ verbis, sicut cœpimus, exsequamur.

Ezech. xl, 4. — *Fili hominis, vide oculis tuis, et auribus tuis audi.*

2. Ad. testimonium spiritualium rerum deducto, quid est quod cum dicitur: *Vide oculis, additur tuis, et cum subditur Audi auribus, adjuvigitur tuis?* Sed sciendum quia oculi atque aures corporis adsunt etiam carnalibus, eisque sunt in usu rerum quæ corporaliter videntur. Oculi vero atque aures cordis solummodo spiritualium sunt, qui invisibilia per intellectum vident, et laudem Dei **1323** sine sono audiunt. Haec omnipotens Dominus aures quererat, cum diceret: *Quis habet aures audiendi audiat* (Luc. viii, 8). Quis namque in illo populo esse tunc poterat, qui aures corporis non haberet? Sed cum dicatur: *Qui habet aures audiendi audiat, aperte monstratur quod illas aures quereret quas omnes habere non poterant.* Dicatur ergo: *Fili hominis, vide oculis tuis, et auribus tuis audi* (*Sup., hom. 42, n. 21*). In priori autem locutionum nostrarum parte jam diximus cur propheta, quoties ad videnda spiri-

**A** talia ducitur, filius hominis appellatur. Sed ne hoc mente excesserit, breviter replica, quia haec appellatione memoratur semper quid est ex infirmitate, ne extollatur de contemplationis magnitudine. Et notandum quia diversa sunt ut dicatur, *Oculis tuis vide, auribus tuis audi*, et tamen filius hominis vocetur. Sed per haec verba quid ei aliud aperie dicitur, nisi, spiritualia spiritualiter<sup>c</sup> aspice, et tamen carnales infirmitates tuas memorare?

3. Hinc est etiam quod plerumque qui plus in contemplatione rapitur, contingit ut amplius in tentatione fatigetur; sicut quibusdam sæpe contingere bene proficiuntibus solet, quorum mentem dum aut compunctionis officit, aut contemplatio super semetipsam rapit, statim etiam tentatio sequitur, ne de his ad quæ raptæ est extollatur. Nam compunctione vel contemplatione ad Deum erigitur, sed tentationis sue pondere reverberatur ad semetipsam, quatenus tentatio aggravet, ne contemplatio inflet; et item contemplatio elevet, ne tentatio demergat. Si enim sic contemplatio attolleret, ut tentatio funditus decesset, in superbiam animus caderet. Et si sic tentatio premeret ut contemplatio non elevaret, plene in corpore laberetur. Sed mira dispensatione, in quædam medio anima libratur, ut neque in bonis superbiat, neque in malis cadat. Unde et per beatum Job de Domino dicitur: *Et aquas appendit mensura* (*Job xxviii, 25; xix, 25*). Aquas quippe Deo mensura appendere est inter prospera et adversa, inter dona et tentationes, inter summa et insima animarum **C** sensum in humilitate custodire. Sic Elias ignem de cælo deposuerat, aquas costi ligaverat, et tamen pavore unius mulieris territus, per deserta fugiebat (*Reg. xviii, 38; xvii, 1; xix, 3*). Apparet fugienti angelus, cibum præbet, quia longum iter restat prædictus, et tamen timorem de corde non excutit (*III Reg. xix, 7, 8*), quia in prophetæ mente magna erat custodia fortitudinis, illa infirmitas timoris. Sequitur.

Vers. 4. — *Pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi, quia ut ostendantur tibi adductus es huc. Annuntia omnia quæ tu vides domui Israel.*

**D** 4. *Pone cor tuum.* Ac si dicatur: Considera. Quia ut ostendantur tibi adductus es huc, et annuntia omnia quæ vides. Id est, ideo adductus es ut videoas, et ideo vides ut annunties, quia quisquis spiritualia videndo proficit, oportet ut hæc loquendo etiam aliis propaginet. Vides quippe ut annunties, qui in eo quod in se proficit etiam de profectu proximi prædicando curam gerit. Unde et alibi scriptum est: *Qui audit dicit: Veni* (*Apoc. xxii, 17*). Cui enim jam vox vocantis Dei officitur in corde, necesse est **1324** ut proximis per prædicationis officium erumpat in voce;

<sup>a</sup> Ebroic., mihi præstantibus.

<sup>b</sup> Sic legendum ex Ms. Locum hunc corrupterant Editores ante Guasanv., scribendo et fluentes fletum maculas. Cui corruptiæ ut mederetur Gussanv., inconsultis Ms., pro fluentes, legendum putavit, meliori sane sensu, sente. Val. Cl. habet et fluente fletu.

<sup>c</sup> Hoc est, homiliarum, seu homellarum, quæ Græco idem significant quod sermones aut locutiones Latine.

<sup>d</sup> Ebroic. et Lyr., accipe.

<sup>e</sup> Ita Ms. omnes Anglie., Norm. et alii, aut plane, quod habent pauciores. Recentiores Ed. prætulerunt pene, quod sensum a Gregorio intentum evenerunt.

et idecirco alium vocet, quia jam ipse vocatus est. **A** Unde et sponsus quoque in Canticis canticorum loquitur, dicens : *Quæ habitas in hortis, & amici auscultant, fac me audire vocem tuam* (*Cant. viii, 13*). In hortis enim sancta Ecclesia, in hortis unaquæque anima habitat, & quæ jam viriditate spei est et bonorum operum charitate repleta. Sicca quippe spes est hujus sæculi, quia omnia quæ hic amantur cum festinatione marcescunt; et Petrus nos apostolus festinare admonet, dicens : *In hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, immortescibilem* (*I Petr. i, 4*). Quæ ergo jam in hortis habitat, oportet ut sponsum suum vocem suam audire faciat, id est canticum bonæ prædicationis emittat, in qua ille delectetur quem desiderat, quia amici auscultant, videlicet omnes electi, qui, ut ad coelestem patriam reviviscant, verba vitæ audire desiderant. Sed jam propheta ea nobis <sup>a</sup> quæ videt aperiat. Sequitur :

**VERS. 5.** — *Et ecce murus forinsecus in circuitu domus undique.*

5. Plerumque in sacro eloquio ex protectionis sum munimine murus dici ipse incarnatus Dominus solet, sicut de sancta Ecclesia per prophetam dicitur : *Ponetur in ea murus, et antemurale* (*Isai. xxvi, 4*). Ipse enim nobis murus est, qui nos undique custodiendo circumdat. Antemurale autem muri nostri prophetæ omnes fuerunt, qui priusquam Dominus appareret in carne, ad construendam fidem proptero missi sunt. In sancta ergo Ecclesia Dominus murus nobis et prophetæ ejus antemurale sunt positi, quia ad nos, quos ipse perfecte protegit, etiam prophetarum verba in fidei constructione venerunt. Unde et bene prius murus, et post antemurale ponitur, quia vocati ex gentibus, nisi prius Dominum cognosceremus, prophetarum illius dicta minime suscepissemus. Et notandum quod iste murus spiritalis ædificii esse forinsecus dicitur. Murus quippe qui ad munitionem ædificii construitur, non interiorius, sed exteriorius poni solet. Quid ergo necessarium fuit ut diceretur forinsecus, cum nunquam poni murus intrinsecus soleat? quia necesse est ut exteriorius positus ea quæ intus sunt defendat. Sed in hoc verbo quid aperte nisi ipsa dominica incarnatione demonstratur? Murus enim nobis intus est Deus, murus vero foris est Deus homo. Unde ei per quemdam prophetam dicitur : *Existi in salutem populi tui, ut salvos facias christos tuos* (*Ilhabac. iii, 13*). Iste etenim murus incarnatus, videlicet Dominus, murus nobis non esset, si forinsecus non fuisset, quia intus nos non protegeret, si exteriorius non appareret. Sed neque hoc negligenter prætereundum est, quod idem murus positus dicitur in circuitu domus undique. Domus quippe Dei non solum angeli sancti, de quibus Psalmista ait : *Domine, dilexi decorum domus tuæ, et lo-*

<sup>a</sup> Ed. omnes, neglectis MSS. (nam lectio nostra est omnium Norm., Laud., Val. Cl., Longip.), habent, *amica auscultia*. Quæ lectio a textu Graeco et ab omnibus ejus versionibus reprobatur; imo ab ipsomet Gregorio, nam paulo post legitur : *quia amici auscultans videlicet omnes electi*.

**A** cum tabernaculi gloriae tuæ (*Psal. xxv, 8*), sed etiam nos sumus, quorum mentes inhabitare dignatur. Et murus iste undique in circuitu domus est, quia Unigenitus Patris, qui sursum est firmitas angelorum, ipse deorsum factus est redemptio hominum. Illis fortitudo ne cadant, **1325** nobis adjutorium ut surgamus post casum.

6. Si vero per domum Dei hoc loco sola redemptorum hominum multitudo signatur, undique nobis Dominus et per circuitum inurus est, quia, ut nos perfecte custodiaret, omnia quæ docuit ostendit, sicut scriptum est : *Quæ cœpit Jesus facere et docere* (*Act. i, 1*). Quia enim vocare nos ad coelestem patriam renit, nimirum despiciere nos bona transitoria docuit, et mala temporalia non timere. Unde et opprobria non despexit, injurias pertulit, mortem non timuit, crucis patibulum non refugit; et cum hunc voluissent rapere, et regem constituere, statim fugit (*Ioan. vi, 15*); quid nobis aliud his exemplis innuens, nisi ut debeamus hujus mundi et adversa non metuere, et prospera vitare? quia plus plerumque ejus bona occupant animum quam mala perturbant. Ante passionem vero suam contumelias audivit, nec tamen contumelias reddidit; traditorem suum diu tacitus pertulit, eique scilicet salutanti dare osculum non recusavit; suscepit mortem, ne mori timeremus; ostendit resurrectionem, ut nos resurgere posse crederemus. Post passionem quoque suam de his qui se crucifixerant ad fidei gratiam vocavit, donum pro iniunctitate reddidit. Qui ergo nos exemplo suo de omnibus instruxit, murus nobis per circuitum et undique factus est. Sequitur :

**Ibid.** — *Et in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum et palmo.*

7. Præterita lectione (*Hom. sup. n. 14*) jam diximus quia per calamus Scriptura sacra signatur. Qui calamus mensuræ esse dicuntur, quia in ipsa omnem vitæ nostræ actionem metimur, ut scilicet videamus vel quantum proficimus, vel quantum longe a profectu distamus. Nam sæpe aliquid agentes, jam cuiusdam meriti esse nos credimus; sed cum ad verba Dei recurrimus, præcepta sublimia audimus, ibi cognoscimus <sup>b</sup> quantum a perfectione minus habeamus. Calamus ergo mensuræ est, quia per manus scribentium vita mensuratur auditorum. Qui calamus in manu viri esse dicuntur, sive quia sacram eloquium in potestate est Mediatoris Dei et hominum, hominis Christi Jesu, seu certe quia hoc quod scribi voluit operando complevit. Idem vero calamus sex cubitorum et palmo esse describitur. Duæ etenim vitæ sunt, in quibus eos omnipotens Deus per sacrum eloquium erudit, activa videlicet et contemplativa. Et per sex cubitos quid aliud quam activa vita exprimitur? quia sexto die perficit

<sup>b</sup> Suess., *quaæ jam viriditate et specie bonorum operum repleta est*. Nostra lectio est MSS. Anglic. et sere omnium.

<sup>c</sup> Laud., *cantum*.

<sup>d</sup> Laud. et Longip., *quaæ didicit*.

<sup>e</sup> Val. Cl., *quantum ad perfectionem*.

**Deus omnia opera sua** (*Genes. ii, 4*). **Palmus vero,** qui super sex cubitos esse dicitur, jam de septimo est, sed tamen cubitus non est. **Activa ergo vita si-**gnatur per sex cubitos, contemplativa per palmum, quia illam opere perficimus, de ista vero etiam cum contendimus, vix parum aliiquid attingere valemus.

8. **Activa enim vita est,** panem esurienti tribuere, verbum sapientiae nescientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis viam superbientem proximum revocare, infirmantis eufam gerere, que singularis quibusque expediant dispensare, et commissis nobis qualiter subsistere valeant providere. Contemplativa vero vita est charitatem quidem Dei proximi tota mente relinere, sed ab **1326** exteriore actione quiescere, soli desiderio conditoris inhærere, ut nil jam agere libeat, sed, calcatis curis omnibus, ad videndum faciem sui Creatoris animus inardescat; ita ut jam neverit carnis corruptibilis pondus cum mœrore portare, totisque desideriis appetere illis hymnidicis angelorum chorus interesse, admisceri coelestibus civibus, de æterna in conspectu Dei incorruptione gaudere. In palmo itaque manus et dorsi tenduntur. Sed parum quid de mensura cubiti per palmum contingitur, quia quantolibet amore animus ardeat, quantilibet virtute se in Deum cogitatione tetendit, non jam quod amet perfecte videt, sed adhuc inchoat videre quod amat, quia sicut fortissimus prædicator dicit: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem* (*I Cor. xiii, 12*). Et, *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum* (*Ibid.*). De septimo ergo cubito palmum tangimus, quia in hac vita positi contemplationis intimæ sola initia degustamus. **Activa enim vita** quia perfecte teneri potest, et sexto die homo est conditus (*Genes. i, 27*), qui bona debet operari, sex cubitos calamus habet.

9. Bene has utrasque vitas duæ illæ mulieres signaverunt, Martha videlicet et Maria (*Luc. x, 40*): quarum una satagebat circa frequens ministerium, alia vero sedebat ad pedes Domini, et audiebat verba de ore ejus. Cumque contra sororem Martha quereretur quod se adjuvare negligeret, respondit Dominus, dicens: *Martha, occuparis et satagis circa multa; porro unum est necessarium. Maria autem optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea* (*Ibid., 41, 42*). Ecce pars Marthæ non reprehenditur, sed Marthæ laudatur. Neque enim bonam partem elegisse Mariam dicit, sed optimam, ut etiam pars Marthæ indi-

a Omnes Editi, cum cor tendimus. Sequimur MSS. Norm., Val. Cl. et plur.

b Longip., habere libeat.

c Abest cogitatione a Laud., Ebrioic., Sagiensi.

d Val. Cl., Rachel vero quies vel ovis.

e Val. Cl., et in labore activam, id est Liam accipiat.

f In Ed. Vatic. et Gussanv. hic insertum legitur: *Quia nimirum mens, cum contemplando otia appetit, plus videt, sed minus filios Deo generat; cum vero ad laborem se prædicationis dirigat, minus videt, sed amplius partit Rachel, ut in Mesi Nostris ut illi*

A caret bona. Quare autem pars Marthæ sit optima, subinseritur cum dicitur: *Quæ non auferetur ab ea. Activa etenim vita cum corpore deficit. Quis enim in æterna patria panem esurienti porrigit, ubi nemo esurit? Quis potum tribuat sipienti, ubi nemo sitit? Quis mortuum sepeliat, ubi nemo moritur?* Cum præsenti ergo sæculo vita auferitur activa, contemplativa autem hic incipitur, ut in cœlesti patria perficiatur, quia amoris ignis qui hic ardere inchoat, cum ipsum quem amat viderit, in amore ipsius amplius ignescet. Contemplativa ergo vita minime auferitur, quia subtracta præsentis sæculi luce perficitur.

10. **Has utrasque vitas, sicut et ante nos dictum est** (*Ab August., l. xxii contra Faustum, c. 54, 55*), B duæ beati Jacob mulieres signaverunt, Lia videlicet et Rachel (*Genes. xxix, 16*). Lia quippe interpretatur laboriosa, <sup>a</sup> Rachel vero ovis, vel visum principium. Activa autem vita laboriosa est, quia desudat in opere; contemplativa vero simplex ad solum videndum principium anhelat, videlicet ipsum qui ait: *Ego principium, propter quod et loquor vobis* (*Joan. viii, 25*). Beatus autem Jacob Rachel quidem concupierat, sed in nocte accepit Liam, quia videlicet omnis qui ad Dominum convertitur, contemplativam vitam desiderat, quietem æternæ patriæ appetit; sed prius necesse est ut in nocte vitæ præsents operetur bona quæ potest, <sup>b</sup> desudet in labore, id est Liam accipiat, ut post ad videndum principium in Rachel amplexibus requiescat. **1327** Erat autem C Rachel videns, sed sterilis; Lia vero lippa, sed secunda; <sup>c</sup> Rachel pulchra et infecunda, quia contemplativa vita speciosa in animo est, sed dum quiescere in silentio appetit, filios non generat ex prædicatione. Videt et non parit, <sup>d</sup> quia dum quietis sue studium diligit, minus se in aliorum collectione succedit; et quantum introrsus conspicit, aperire aliis prædicando non sufficit. Lia vero lippa et secunda est, quia activa vita, dum occupatur in opere, minus videt, sed dum modo per verbum, modo per exemplum ad imitationem suam proximos accedit, multos in bono opere filios generat. Et si in contemplatione mentem tendere non valet, ex eo tamen quod agit exterius, gignere sequaces <sup>e</sup> valet. Recte ergo in mensura calami prius sex cubiti, et postmodum palmus dicitur, quia ante activa agitur, ut ad contemplativam postmodum veniatur.

D 11. **Sed sciendum est** quia sicut bonus ordo vivendi est ut ab activa in contemplativam tendatur, ita ple-  
vet. Ed. ignota sunt, atque hanc dubie pro assumptione habenda.

g Ebrioic. et Lyr., crescere.

h Laud. et Suess., quia quietis sue studio intenta, minus, etc.

i In Vatic. et Gussanv., valet. Post Liæ ergo complexum ad Rachelem Jacob pervenit, quia perfectus quicunque ante activa vitæ ad secunditatem jungitur, et post contemplativæ ad quietem copulatur. Recte. Quæ in MSS. non contineri fatetur Gussanv. Saue in nullis reperimus nec in yet. Excusis.

rumque utiliter a contemplativa animus ad activam reflectitur, ut per hoc quod contemplativa mentem accederit, perfectius activa teneatur. Debet ergo nos activa ad contemplativam transmittere, et aliquando tamen ex eo quod introrsus mente conspeximus<sup>a</sup> contemplativa melius ad activam revocare. Unde et idem Jacob post Rachelis amplexus ad Lie rediit, quia et post visum principium laboriosa vita boni operis non est funditus deserenda.

**12.** Est autem in contemplativa vita magna mentis contentio, cum sese ad coelestia erigit, cum in rebus spiritualibus animum tendit, cum transgredi nittitur omne quod corporaliter<sup>b</sup> videtur, cum sese angustat ut dilatetur. Et aliquando quidem vincit, et reluctant tenebras suæ cœcitatris exsuperat, ut de incircumscrip<sup>c</sup>to lumine quiddam furtim et tenuiter attingat; sed tamen ad semelipsam protinus reverberata revertitur, atque ab ea luce, ad quam respirando transiit, ad suæ cœcitatris tenebras suspriando rediit. Quod bene sacra historia designat, quæ beatum Jacob cum angelo luctatum narrat.  
**b** Cum enim ad parentes proprios rediret, in via angelum invenit, cum quo in luctamine magnum certamen habuit (*Genes. xxxii, 24*). Is enim qui certat in luctamine, aliquando superiorem se, aliquando vero eum cum quo contulerit inferiorem invenit. Designat ergo angelus Domolum, et Jacob qui cum angelo contendit uniuscujusque perfecti viri et in contemplatione positi animam exprimit. Quæ videlicet anima cum contemplari Deum nititur, velut in quodam certamine posita, modo quasi exsuperat, quia intelligendo et sentiendo de incircumscrip<sup>c</sup>to lumine aliquid degustat; modo vero succumbit, quia et degustando iterum deficit. Quasi ergo vincitur angelus, quando intellectu intimo apprehenditur Deus.

**1328 13.** Sed notandum quod idem virtus angelus nervum femoris Jacob<sup>d</sup> tetigit, eumque marcescere statim fecit, atque ab eo tempore Jacob uno claudicavit pede, quia scilicet omnipotens Deus cum jam per desiderium et intellectum cognoscitur, omnem in nobis voluptatem carnis arescit. Et qui prius quasi duobus pedibus innitentes, et Deum videbamur querere, et sæculum tenere, post agnitionem<sup>e</sup> sua-  
**D**vitatis Dei unus in nobis pes sanus remanet, atque alias claudicat, quia neceste est ut debilitato amore sæculi, solus convalescat in nobis amor Dei. Si ergo tenemus angelum, uno claudicamus pede, quia dum crescit in nobis fortitudo<sup>f</sup> amoris intimi, infirmatur procul dubio fortitudo carnis. Omnis quippe qui uno pede claudicat soli illi pedi innilitur quem sanum habet, quia cui desiderium terrenum jam aresfactum fuerit, in solo pede amoris Dei tota virtute adserietur. Et in ipso stat, quia pedem amoris sæculi quem

<sup>a</sup> Suess., ad activam melius contemplativam revocare. Ebroic. et Lyr., a contemplativa.

<sup>b</sup> Post verba haec in Laud. et Sues. scriptum: es qua re Jacob luctat cum angelo, uno claudicatur pede, cum enim.

<sup>c</sup> Plur. tentuit.

<sup>d</sup> Laud, et Suess., suarumque intima.

A ponere in terra consueverat, jam a terra suspensum portat. Et nos ergo si ad parentes proprios, id est ad spiritales patres redimus, teneamus in via angelum, ut suavitate intima apprehendamus Deum. Contemplativæ etenim vitae amabilis valde dulcedo est, quæ super semelipsam animam rapit, <sup>g</sup> coelestia aperit, terrena autem debere esse contemptui ostendit, et spiritualia mentis oculis patefecit, corporalia abscondit. Unde bene Ecclesia in Canticis cantoribus dicit: <sup>h</sup> Ego dormio, et cor meum vigitat (*Cant. v, 2*). Vigilanti etenim corde dormit, quia per hoc quod interiorius contemplande proficit, <sup>i</sup> ab inquieto soris opere quiescit.

**14.** Sed inter haec sciendum est quia quandiu in hac mortali carne vivitur, nullus ita in contemplationis virtute proficit, ut in ipso jam incircumscrip<sup>c</sup>to luminis radio mentis oculos insigat. Neque enim omnipotens Deus jam in sua claritate conspicitur, sed quiddam sub illa speculator anima, unde<sup>j</sup> resoluta prouiciat, et post ad visionis ejus gloriam pertingat. Sic namque Isaías cum se Dominum vidiisse fatetur, dicens: Anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, protinus adjunxit: Et ea quæ sub eo erant implebant templum (*Izai. vi, 1*). Quando Ozias rex superbus ac præsumptor moritur, Dominus videtur, quia cum mundi hujus elatio a desiderio mentis occiditur, tunc ipsa mens Dei gloriam contemplatur. Et notandum quod Dominus super solium excelsum et elevatum sedet. Quid namque est ejus solium, nisi creatura angelica vel humana, cui per intellectum quem dedit præsedit? Quod videlicet solium excelsum et elevatum diciatur, quia et natura humana ad coelestem gloriam elevata proficit, et creatura angelica dum multis spiritibus cadentibus jam solidata est in celo ne cadat, inde elevata est unde et confirmata. Templum vero ejus hoc est quod solium, quia æternus Rex ibi habitat ubi sedet. **1329** Nos ergo templum illius sumus, in quorum mentibus habitare dignatur. Sed ea quæ sub eo erant implebant templum, quia quidquid de illo modo conspicitur, adhuc non est ipse, sed sub ipso est. Sic Jacob angelum vidit, et vidiisse se Dominum fatetur (*Genes. xxxii, 30*), quia cum ministeria ejus conspicimus, jam multum est quod super nosmetipsos levamur. Notandum vero quod dicitur: Implebant templum, quoniam etsi angelus apparat, infirmæ tamen mentis desiderio satisfacit, ut si adhuc majus non potest, jam tamen minus quod videt admiretur. Ea ergo quæ sub eo sunt impletum templum, quia, sicut dictum est, et cum mens in contemplatione proficerit, non jam quod ipse est, sed id quod sub ipso est contemplatur. In qua videlicet contemplatione jam quietis internæ

<sup>g</sup> Laud., amoris Del. Norm. et Val. Cl., ibidem, infirmamur... fortitudine carnis.

<sup>h</sup> Anglic., consentientibus Norm., coelestia appetim.

<sup>i</sup> Laud., ego dormivi.

<sup>j</sup> Vatic. et Gussav., a proposito.

<sup>k</sup> Norm. et Val. Cl., refecta.

gustus contingitur. Cujus quia quædam quasi pars est, et perfecta nunc esse non potest, recte in Apocalypsi scriptum est : *Factum est silentium in cœlo, quasi media hora* (Apoc. viii, 1). Cœlum quippe est anima justi, sicut per prophetam Dominus dicit : *Cœlum mihi sedes est* (Isai. lxvi, 1). Et, *Cœli enarrant gloriam Dei* (Psal. xviii, 1). Cum ergo quies contemplativae vitæ agitur in mente, silentium sit in cœlo, quia terrenorum actuum strepitus quiescit a cogitatione, ut ad secretum intimum aurem animus apponat. Sed quia hæc quies mentis esse in hac vita perfecta non potest, nequaquam hora integrum factum in cœlo silentium dicitur, sed quasi media hora, ut neque ipsa media hora plene sentiatur, cum præmittitur quasi, quia mox ut se animus sublevare cœperit, et quietis intimæ lumine perfundi, redeunte citius cogitationum strepitu, de semetipso confunditur, et confusus cœcatur. Vita igitur contemplativa quæ illic hora quasi media dicitur, apud Ezechielem prophetam non cubitus, sed palmus appellatur. Ecce, fratres charissimi, dum uniuscujusque vitæ causas exprimere cupimus, paulo latius per excessum locuti sumus. Sed bonis mentibus, quibus utraque eadem vita est ad agendum amabilis, esse non debet ad audiendum gravis. Sequitur :

Ibid. — *Et mensus est latitudinem ædificii calamo uno, altitudinem quoque calamo uno.*

15. Omnipotens Deus, qui nec in magnis tenditur, nec in minimis angustatur, sic de tota simul Ecclesia loquitur ac si de una anima loquatur. Et sëpè quod ab eo de una anima dicitur nil obstat si de tota simul Ecclesia intelligatur. Latitudo itaque ædificii ad charitatem pertinet, de qua Psalmista dicit : *Latum mandatum tuum nimis* (Psal. cxviii, 96). **1330** Nil enim latius quam omnes in sinu amoris recipere, et nullas odii angustias sustinere. Sic quippe lata est charitas, ut in amplitudine dilectionis sue capere etiam inimicos possit. Unde et præcipitur : *Dilige inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos* (Luc. vi, 27). Considerandum quoque nobis est quia latitudo in æqualitate, altitudo vero in sublimitate tenditur. Latitudo ergo pertinet ad charitatem proximi, altitudo ad intelligentiam conditoris. Sed latitudo et altitudo ædificii uno calamo mensuratur, quia videlicet unaqueque anima quantum lata fuerit in amore proximi, tantum et alta erit in cognitione Dei. Dum enim se per amorem juxta dilatat, per cognitionem se superius exaltat; et tantum super semetipsam excelsa sit, quantum se juxta se in proximi amorem tendit. Et quia ædificium quod inhabitat Deus ex angelica simul et humana natura perficitur, per hoc quod angelica creatura sursum est, et humana adhuc deorsum, potest per latitudinem atque altitudinem ædificii utraque hæc creatura significari, quia ista

<sup>a</sup> Vatic. et Gussanv., auris animum apponat. Referunt ex MSS. nostris et Anglic.

<sup>b</sup> Ebroic. et pl. Norm., cœpimus.

<sup>c</sup> Val. Cl., cum Norm., ad intelligentiam coniunctionis.

<sup>d</sup> Lyr., amorem justi dilatat.

A adhuc in imis degit, illa vero in sublimibus permanet. Sed uno calamo mensuratur utraque, quia humilitas hominum quandoque ad æqualitatem perdicitur angelorum. Unde scriptum est : *Neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angelii Dei in cœlo* (Matth., xxii, 30). Et unde per Joannem dicitur : *Mensura hominis quæ est angelii* (Apoc. xxi, 17). Quia usque ad illam altitudinem gloriarum homo perducitur, in qua solidatos se angelii latentur. Latitudo ergo ædificii tanta est, quanta et altitudo, quia electi quique qui modo in imis laborant, quandoque illis beatissimis spiritibus non erunt inæquales.

Sed nos inter hæc redeamus ad mentem, ac totis medullis cordis Deum diligamus et proximum. Dilatetur in affectu charitatis, ut exalteatur in gloria celstitudinis. Compatiamur per amorem proximo, ut conjungamur per cognitionem Deo. Condescendamus fratribus minimis in terra, ut coæquemur angelis in cœlo, quia vir qui sua imagine Redemptorem signat, mensus est latitudinem ædificii calamo uno, altitudinem quoque calamo uno. Nunc igitur metitur mores, pensat opera, cogitationes considerat, ut sine fine postmodum retributionem reddat Jesus Christus Unigenitus Patris, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen.

### HOMILIA III.

*In trium versuum explicatione potissimum describitur Ecclesiæ ædificium ex omnibus sub utroque Testamento justis constructum.*

1. Vir cui calamus mensuræ in manu esse describitur.

EZECH. xl, 6. — *Venit ad portam quæ respiciebat ad viam Orientalem.*

Quis vero alias portæ hujus appellatione signatur, nisi ipse Dominus ac Redemptor noster, qui nobis janua factus est regni colestis? Sicut ipse ait : *Nemo venit ad Patrem, nisi per me* (Joan. xiv, 6). Sed cum eundem virum lineis indutum figuram Domini tenere dixerimus, querendum nobis est qua ratione conveniat ut idem Dominus et per virum designari valeat, et per portam, dum vir veniat **1331** ad portam? Nunquidnam ipse venit ad semetipsum? An ita est, quia et in Evangelio ipse testatur, dicens : *Qui non intrat per ostium in ovile ovum, sed ascendit aliunde, ille sur est et latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovum* (Joan. x, 1, 2). Et paulo post dicit : *Ego sum ostium* (Ibid., 9). Atque iterum subiungit : *Ego sum pastor bonus* (Ibid., 14). Si ergo pastor intrat per ostium, et ipse est ostium, ipse pastor, ipse procul dubio intrat per semetipsum. Ecce dum Ezechielis sensum enodare cupimus, de Evangelio etiam questionem ligamus. Querendum nobis itaque est qualiter et ipse intret, et per semetipsum intret. Dominus enim ac Redemptor noster, cum sancta Ec-

<sup>a</sup> Sic legendum ex MSS., non, ut in Editis habetur, vir cuius calamus mensuræ in manu ejus describitur.

<sup>b</sup> Longip., ad semetipsum per semetipsum, an non ita ei?

<sup>c</sup> Laud., legamus, non sequendus,

clesia, quam redemit, secundum carnem una substantia est, Paulo attestante qui ait : *Adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia* (*Coloss.* 1, 24). Hujus capituli corpus Ecclesia est, et hujus corporis caput Christus (*Ephes.* 1, 22). De quo suo capite exsultat corpus, id est sancta Ecclesia, cum per Psalmistam dicit : *Nunc autem exaltavit caput meum super inimicos meos* (*Psalm. xxvi.*, 6). Quia enim quandoque ipsa etiam exaltanda est, iam nunc caput suum super inimicos suos exaltatum gaudet in cœlis. Cum ergo electi qui que ad vitam pervenient, quia membra ejus per eum intrant ad eum, ipse per se intrat ad se. Ipse enim in suis membris est qui intrat, ipse caput ad quod intrantia membra pervenient. Quod Ezechiel propheta multipliciter insinuat, qui virum venisse dicit ad portam, et quæ eadem porta sit ostendit, dicens : *Quæ respiciebat ad viam Orientalem*. Ipse etenim nobis est via, qui dixit : *Ego sum via, veritas et vita* (*Joan. xiv.*, 6). Ipse etiam Orientalis via, de quo scriptum est : *Ecce vir, Oriens nomen ejus* (*Zach. vi.*, 12). Porta ergo viam Orientalem respicit, quia illum signat qui nobis iter ad ortum fecit luminis.

2. Potest etiam portæ nomine unusquisque prædicator intelligi, quia quisquis nobis januam regni coelestis ore suo aperit porta est. Unde et duodecim portæ vel in Joannis Apocalypsi (*Apoc. xxi.*, 21), vel in extrema hujus prophetæ visione describuntur. Potest etiam portæ nomine Scripturæ sacrae scientia non inconvenienter intelligi, quæ, dum nobis intellectum aperit, coelestis regni januam pandit. Possumus portæ nomine et fidem accipere, quam primam contingimus, ut ad virtutum ædificia intremus. Unde sic aperte subjungitur :

*Ibid. — Et ascendit per gradus ejus.*

3. Quid enim gradus sunt hujus portæ, nisi merita virtutum ? Sive enim in cognitione Mediatoris Dei et hominum, hominis Iesu Christi, seu in scientia divini eloquii, seu in ipsa fide quam de illo acceptimus, quibusdam gradibus ad aliora incrementa pervenimus. Nemo enim repeatè fit summus, sed in bona conversatione a minimis quisque inchoat, ut ad magna perveniat. De his gradibus per Psalmistam dicitur : *Deus in gradibus ejus dignoscetur dum suscipiet eam* (*Psalm. xlvi.*, 4). Dum enim sanctam Ecclesiam Dominus suscepit (*De pœnit.*, dist. 2, c. *Cum sanctam*), in gradibus ejus dignoscitur, quia ejus gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta Ecclesia ascendendo proficerit, tantum Deus hominibus ex ejus virtutibus **1332** innoscit. De his quoque gradibus beatus Job loquitur, dicens : *Per singulos gradus meos pronuntiabo illum* (*Job. xxxi.*, 37). Omnipotenter quippe Dominum per singulos gradus suos pronuntiat, qui per incrementa virtutum

A quæ accipit ei semper laudem sive pietatis reddit. Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret : *Ambulabunt de virtute in virtutem* (*Psalm. lxxxviii.*, 8).

4. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, quando unaquaque virtus quasi quibusdam gradibus augetur, et sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Aliud namque sunt virtutis exordia, aliud proiectus, aliud perfectio. Si enim ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur, sancti apostoli minime dixissent : <sup>a</sup> *Adauge nobis fidem* (*Luc. xv.*, 5). Et quidam venit ad Jesum, qui curari voluit filium suum, sed requisitus a crederet, respondit : *Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam* (*Marc. ix.*, 24). Pensate, rogo, quod dicitur. Si credebat, cur incredulitatem dicebat ? Si vero incredulitatem habere se neverat, quomodo credebat ? Sed quia per occultam inspirationem gratiae meritorum suorum gradibus fides crescit, uno eodemque tempore is qui necdum perfecte crediderat simul et credebat et incredulus erat.

5. Hos nimirum gradus Dominus sub messis nomine describit, dicens : *Sic est regnum Dei, quemadmodum b si jaciāt homo semen in terram, et dormiat, et exsurgat nocte ac die, et semen germet et crescat, dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat primum herbam c deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum d se produixerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis* (*Marc. iv.*, 26, seq.). Semen homo jactat in terram, cum cordi suo bonam intentionem <sup>e</sup> inserit. Et postquam semen jactaverit dormit, quia in spe boni operis quiescit. Nocte vero exsurgit ac die, <sup>f</sup> quia inter adversa et prospera proficit. Et semen germinat et crescat, dum nescit ille, quia et cum adhuc metiri incrementa sua non valet, semel concepta virtus ad proiectum ducitur. Et ultro terra fructificat, quia, præveniente se gratia, mens hominis spontanea ad fructum boni operis assergit. Sed hæc eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere est inchoationis honestæ adhuc teneritudinem babere. Ad spicam vero herba pervenit, cum se virtus animo concepta ad profectum boni operis pertrahit. Plenum autem frumentum in spica fructificat, quando jam in tantum virtus proficit, ut esse robusti et perfecti operis possit. At cum se produixerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim Deus producto fructu falcem mittit, et messem suam desecat, quia cum unumque in ad opera perfecta perduxerit, ejus temporalem vitam per emissam sententiam incidit, ut granum suum ad coelestia horrea perducat. Cum igitur desideria bona concipimus, semen in terram mittimus. Cum vero operari recta incipi-

<sup>a</sup> Plur. MSS., *auge*.

<sup>b</sup> Laud., Longip. et plerique, si jactet.

<sup>c</sup> Omissum in Vatic. et Gussanv. deinde spicam, recovavimus ex MSS. et vel. Ed. necon ex Evangelii textu.

<sup>d</sup> Ita Mas. Laud., Longip., Norm., etc., cum in excusis legatur : *Et cum ex se produixerit fructus.*

<sup>e</sup> Laud., miserit, sano sensu.

<sup>f</sup> Laud. et Longip., quia in adversa.

mus, herba sumus. Cum autem ad proiectum boni operis crescimus, **1333** ad spicam pervenimus. Cumque in ejusdem boni operis perfectione solidamur, jam plenum frumentum in spica proferimus.

6. Herba etenim Petrus fuerat, qui, passionis tempore, per amorem Dominum sequens, hunc confiteri ante ancillæ vocem timebat (*Luc. xxii, 57*). Erat enim jam viriditas in mente, quia credebat omnium Redemptorem, sed valde adhuc flexibilis pede concubabatur timoris. Jam in spicam surrexerat quando eum quem moritum confiteri timuerat, nuntiante Angelo, in Galilæa viventem videbat. Sed tunc plenum granum in spicam pervenerat, quando, veniente desuper Spiritu, et suam mentem in illius amore roborante, ita solidatus est, ut vires consequentium cæsus despiceret, et Redemptorem suum libere inter flagella prædicaret (*Act. v, 29*). Nullus itaque qui ad bonum propositum adhuc in mentis teneritudine esse conspicitur, despiciatur, quia frumentum Dei ab herba incipit, ut granum sit. Vir ergo vestitus lineis, venit ad portam, quia Dominus ac Redemptor noster membris suis intrantibus perducitur ad se. Et ascendit per gradus ejus, quia, nobis proficiensibus, eo nobis amplius exaltatur, quo altus et incomprehensibilis esse cognoscitur. In virtutum quippe nostrarum gradibus ipse ascendere dicitur, quia tanto ipse sublimior nobis ostenditur, quanto noster animus a rebus insimis separatur. Sequitur :

**Ibid.** — *Et mensus est limen portæ calamo uno in latitudinem, id est limen unum calamo uno in latitudinem.*

7. Cur postquam dictum est, *Limen portæ, statim subjungitur, et Limen unum, nisi quia aperte innuit quod adhuc inferius limen aliud dicatur?* Porta autem a limine surgit ut porta sit. Si igitur porta Dominus, quis hujus portæ limen est, nisi illi antiqui patres, ex quorum progenie Dominus incarnari dignatus est? Sicut per Paulum dicitur : *Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula* (*Rom. ix, 5*). Notandum vero est in hac Pauli sententia quod dii et cæteri hominum sunt vocati, sicut Moysi dicitur : *Ponam te in deum Pharaoni* (*Exod. vii, 1*). Et per Psalmistam dicitur : *Ego dixi, dii estis* (*Psal. lxxxi, 6*). Et rursum : *Deus stetit in synagoga deorum* (*Ibid. 1*). Sed aliud est nuncupative, aliud <sup>a</sup> naturaliter dici Deum. Et si Moyses in deum Pharaoni est positus, sed deus intra omnia, non deus super omnia dicitur. Qui vero est intra uterum Virginis incarnatus, Deus super omnia vocatur. Itaque limen portæ sunt antiqui patres, ex quibus ille natus est qui nobis aditum regni cœlestis aperuit. Limen autem portæ uno calamo mensuratur, quia ipsi antiqui patres, qui potuerunt Redemptorem nostrum et prophetando et bene vivendo prædicare, tanquam sex cubitos in perfectione

<sup>a</sup> Correctores Rom., ad hunc locum allatum deponit, dist. 2, c. 15, admonent deesse in originali, cum autem ad proiectum boni operis crescimus, ad spicam pervenimus. Exstant tamen in omnibus MSS. noscitur.

A operis, et palmum in inchoatione contemplationis habuerunt. Quia enim eorum vitam in unitatem fidei et perfecta operatio, et inchoata contemplatio sublimem reddidit, in uno calamo mensura liminis fuit. Sequitur :

**Vers.** — *Et thalamum uno calamo in longum, et uno calamo in latum.*

8. Consideremus quid agi in thalamo soleat, atque exinde hoc quod in sancta Ecclesia agitur colligamus. In thalamo quippe sponsus et sponsa sœderantur, **1334** sibiique in amore junguntur. Quid ergo sunt in sancta Ecclesia thalami, nisi eorum corda in quibus anima per amorem sponso invisibili jungitur, ut ejus desiderio ardeat, nulla jam quæ in mundo sunt concupiscat, præsentis vitæ longitudinem pœnam debet, exire festinet, et amoris amplexu in cœlestis sponsi visione requiescere? Mens itaque, quæ jam talis est, nullam præsentis vitæ consolationem recipit, sed ad illum quem diligit medullitus suspirat, fervet, anhelat, anxiatur. Vilis ei fit ipsa salus corporis, quia transfixa est vulnera amoris; unde et in Canticis cantorum dicit : *Vulnerata charitate ego sum* (*Cant. ii, 5, sec. LXX*). Mala autem salus est cor dis, quæ dolorem bujus vulneris nescit. Cum vero anhelare jam in cœlesti desiderium et sentire vulnus amoris cœperit, sit anima salubrior ex vulnera, quæ prius ægrotabat ex salute.

9. Menti autem sponsum suum fortiter amanti, <sup>c</sup> de mora vitæ præsentis una solet esse consolatio, si per hoc quod ipsa ab ejus visione differtur, aliorum

**C** animæ ejus verbo proficiant, et ad cœlestem sponsum amoris facibus inardescant. Mœret, quia differre se conspicit; triste est ei omne quod aspicit, quia illum adhuc non videt, quem videre concupiscit. Sed est, ut dixi, non parva consolatio, si cum servens anima differtur, per eam multæ colliguntur, ut tarde eum cum multis videat, quem sola videre citius vollebat. Unde rursus in Canto cantorum sponsa dicit : *Fulcite me floribus, et stipate me malis, quia amore langueo* (*Cant. ii, 5*). Quid namque sunt flores nisi animæ bonum jam opus inchoantes et desiderium cœlestis redolentes? Quid mala de floribus, nisi perfectæ jam bonorum mentes, quæ ad fructum perenniant boni operis de initio sanctæ propositionis? Quæ ergo amore languet, fulciri querit floribus, et stipari malis, quia si illum quem desiderat, videre adhuc non permittitur, magna est ei consolatio si de aliorum proiectibus lætetur. Anima ergo sancto amore languida, floribus malisque fulcitur, ut requiescat in bono opere proximi, quæ adhuc contemplari non vallet vultum Dei.

10. Pensemus, rogo, qualis thalamus Pauli mens fuerat, qui dicebat : *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum* (*Philip. i, 21*); omnipotenti Deo in quantum se amore conjunxerat, qui sibi vitam Christum lan-

<sup>b</sup> Suess., sed ad plenum granum in spicam.

<sup>c</sup> Val. Cl., limen imum.

<sup>d</sup> Laud., essentialiter.

<sup>e</sup> Editi omnes ante Gussanv., faventibus MSS. Norm., de amore vite. Manifesta est hallucinatio.

tummodo, et mori lucrum esse deputabat? Hinc est quod iterum dicit: *Desiderium habens dissolvi, et cum Christo esse multo magis melius* (*Ibid.*, 23). Sed ecce qui dissolvi desideras quo amore langueas videamus. Quia interim differri te conspicia, fulciri quæso floribus non requiris? Quæris plane, nam sequitur: *Permanere autem in carne necessarium propter eos* (*Ibid.*, 24). Et proficiens discipulis dicit: *Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae? Nonne vos ante Dominum nostrum Jesum Christum?* (*I Thess. ii, 19.*)

11. Hinc est quod idem thalamus uno calamo in longum, et uno calamo in latum dicitur mensus. Longitudo quippe ad longanimitatem expectationis pertinet, et latitudo ad amplitudinem charitatis. Tantum ergo unusquisque thalamus habet in longitudinem, quantum et in latitudinem habere potuerit, quia mens <sup>a</sup> coelesti desiderio succensa, quantum amorem habuerit ad colligendum proximum, 1335 tantum et longanimitatem exhibet ad expectandum Deum, et patienter <sup>b</sup> portat moras longitudinis, quia se in proiectu proximi dilata; amplitudo charitatis. Potest etiam ipsa longitudo longanimitatem patientiae quæ exhibetur proximo designare. Et quia latitudo charitatem signat, quæ sinum mentis aperit, et amicos simul atque inimicos in amorem recipit, tanta est longitudo thalami, quanta latitudo, quia quantum facta mens fuerit per amorem, tantum erit et patiens per longanimitatem. Nam tantum quisque portat proximum quantum amat. Si enim amas, portas; si desistas amare, desistas tolerare. Quem enim minus diligimus, minus etiam toleramus, quia, irruente fastidio, cetera facta proximi adducuntur in gravedinem peccoris quæ nobis non levigat penna charitatis. Sequitur:

*Ibid.* — *Et inter thalamos, quinque cubitos.*

12. Unum supra thalamum dixerat, et postmodum quinque cubitos esse inter thalamos narrat: ea videlicet ratione qua multi thalami unum faciunt, sicut et multæ Ecclesie una Ecclesia vocatur. Unde et in Joannis Apocalypsi septem Ecclesiæ scribitur, per quas una ecclesia designatur. Huius itaque qui in sancta Ecclesia, sicut diximus, ferventi amore Deum vidore carent, ceteræ jam per desiderium conjungantur, thalami vocantur. Sed tamen sunt in ea quidam qui penetrare subtilia non valentes, et quinque adhuc corporis sensibus depresso, tanto minus ament cum qui fecit omnia, quanto amplius in his quæ facta sunt diliguntur. Et jam quidem exercere se in timore Domini, et amore proximi tendere student, bona opera corporaliter agere, ceterosq; peccata redire; sed quæ amore intime ardere ad coeleste desiderium carent, quasi adhuc devincent corporeis sensibus concubent. Ipsi itaque thalami non sunt, sed tamen inter thalamos continentur, quia

A per eorum ducatum qui visionem Dei perfecte diligunt, et ipsi ad proiectum montis diriguntur. Inter thalamos ergo quinque sunt cubiti, quia hi qui ab exterioribus quinque sensibus adhuc ad intellectum mysticum non assurgunt, dum inter eos sunt qui spiritu amoris servent, velut manentes inter thalamos in fidei constructione proficiunt, et a mensura celestis sedisie disjuncti non sunt. Nam et paulisper se ab appetitu corporalium sensuum subtrahunt, et dilatao montis spatio, imitantes charitatem quam conspiciunt, hinc inde ad thalamos extenduntur. Quod ergo non per sex cubitos, sed per quinque descripti sunt, ipsa adhuc eorum imperfectio designatur.

B 13. Sed tamen per bonum desiderium in mensura spiritualis sedisie esse memorantur, quia et vox saecige Ecclesie per Psalmistam dicitur: *Imperficiens meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur* (*Psalm. cxxviii, 16.*). Hinc iterum idem Psalmista dicit: *Benedixit omnes timentes te Dominum, pusilli cum majoribus* (*Psalm. cxiiii, 13.*). Hi itaque etsi imperficiuntur et pusilli; in quantum tamen cognoscere prævalent, et Deum et proximum diligunt, atque ideo bona quæ possunt non negligunt operari. Qui etsi nequum ad spiritualia dona præcipiunt, ut vel ad perfectam operationem, vel ad suæ censam <sup>c</sup> contemplationem animo exercent, tamen ab amore Dei 1326 et proximi, in quantum animo capere prævalent, non recedunt. Unde si ut ipsi quoque etsi minori loco, in sanctæ tamen Ecclesie sedificatione sint positi, quia et si ad doctrinam, si ad prophetiam, si ad miraculorum gratiam, si ad contemptum mundi plenius exsequendum fortasse minores sunt, tamen in timore et amoris fundamento sunt, in quo solidantur, quia etsi igne coelestis desiderii non ardent, in ipsis exterioribus quæ exercere sufficiunt vapore charitatis animantur, et inter proximerum præcellentium sedisie continentur. Unde et recte sponsa in Canticis cantorum loquitur, dicens: *Nersulus fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, racenatum purpureum, media charitate construit propriæ filias Jeruzalem* (*Cant. iii, 9, 10.*). Negre enim credendum est Salomonem tante magnitudinis regem, qui sic innumeris divitiis affluebat, ut pondus auri ejus testimoni non possint, et argentum in diebus illis pretium non haberat, quia ferulum sibi ligneum fecit. Sed est Salomon xidelicet pacificus noster, qui sibi de lignis Libani ferulum fecit. Libani quippe ligna cedrina valde sunt impetrabilia.

D 14. Ferulum itaque regis nostri sancta Ecclesia est, quæ de fertibus patribus, id est <sup>d</sup> de imputribilibus montibus est constructa. Quæ recte ferendum

operam studio, quantum animo capere prævalent, non recedant.

<sup>d</sup> Laud. et Succ., quasi de lignis cedrimis, id est de imputribilibus.

<sup>a</sup> Laud., coelesti amore conjuncta.

<sup>b</sup> Val. Cl., portal de compassione primi moras longitudinis.

<sup>c</sup> Lyc., contempt. a charitatis tamen et bonorum

dicitur, quia ipsa fert quotidie animas ad aeternum convivium conditoris sui. Cui seruato columnae argenteae facte sunt, quia praedicatores Ecclesiae sanctae eloquii luce resplendent. Est autem cum columnis argenteis reclinatorium aureum, quia per hoc quod a sanctis praedicatoribus facile dicitur, mentes audientium fulgorem charitatis intimam, in qua reclinentur, inventant. Per hoc enim quod luculentia et aperte audiunt, in illud quod clareat in corde requiescant. Columnae ergo ejus argenteae et reclinatorium aureum factum est, quia per lucem sermonis inventitur apud antenam claritas quietis. Ille quippe fulgor interius mentem irradiat, ut per intentionem ibi requiescat, ubi prædicationis gratia non queratur. De eadem quippe sancta Ecclesia scriptum est: *Pennæ columbae deargentatae, et posteriora dorsi ejus & in specie auri* (Psalm. lxvi, 14). Quæ enim hic spiritu mansuetudinis impleta quasi columba pennas deargentatas habet, in posteriora dorsi ejus speciem auri continet, quia hic prædictatores suas sermonis luce induit; in posteriori autem seculo fulgorem tu se claritatis ostendit. Sed ad hoc quod clara intus ostenditur, qualis sit ascensus adiungit, cum de eodem fereulo protinus subdit: *Ascensum purpureum* (Cant. iii, 10). Vera quippe purpura, quia de sanguine tingitur, non immerito in colore sanguinis videtur. Et quia maxima multitudo fidetibus in exercio nascentis Ecclesie per martyrii sanguinem pervenit ad regnum, Rex noster ascendens purpureum fecit in forcule, quia ad claram quod istas aspicier per tribulationem sanguinis pervenitur.

15. Quid ergo nos miserit atque ab omni fortitudine destituti, quid acturi sumus? Ecce in hoc seruile columnæ esse non possumus, quia in nobis nec fortitudo operis, nec lumen ewicat prædicationis. Reclinatorium aureum non habemus, **1337** quia secundum sicut oportet per intellectum spiritalem requiem interiore claritatis aspicimus. Ascensus purpureus non sumus, quia pro Redemptore nostro suudare sanguinem non valentes. Quid ergo de nobis agendum est? Quæ spes erit, si nullus ad regnum pervenit, nisi qui summis virtutibus prædictus fuerit? Sed adest quoque nostra consolatio. Amemus in quantum possumus Deum, diligamus et proximum, et simul quoque nos ad Dei seruolum pertinemus, quia sicut illic scriptum est: *Media charitate construit*. Habe quippe charitatem, et ibi sine dubio pervenis, ubi et columnæ argenteæ eriguntur, et ascensus purpureus tenetur. Nam quia hoc propter nostram infirmitatem dicitur, aperte monstratur, cum illic protinus subdidit: *Propter filias Jerusalæm*. Sermo etenim Dei qui non filios, sed filias dicit, quid aliud per sexum feminorum quam mentium infirma signa-

**vit?** Quod ergo illuc inter columnas argenteas, reclinatorium aureum, et ascensum purpureum, inesse media charitas dicitur propter alias Jerusalæm; hoc hic inter thalamos per quinque cubitos designatur, quia et qui in virtutibus infirmantur, si ipsi bona que possunt facere cum charitate non negligunt, a Dei sedilicio alieni non sunt. Sequitur:

Ibid. — *Et limen portæ justæ vestibulum portæ intrinsecus, calamo uno.*

16. Dum limen quod modo describitur justa vestibulum portæ intrinsecus esse memoratur, aperte ostenditur quia limen quod prius descriptum est extrinsecus **1338** sit. Sed si porta est Dominus, quod sit limen portæ intrinsecus et extrinsecus requiremus. Per limen etenim portam unusquisque ingreditur. Et quæ sunt duo hæc limina, nisi patres Testamenti Veteris, et patres Testamenti Novi? Non solum quippe hi de quibus Dominus incarnari dignatus est, sed omnes Testamenti Veteris patres portæ hujus limen fuerunt, quia hi qui cum prædicere et in eo sperare meruerunt, cunctis ad eum venientibus aperuerunt aditum fidei; et omnes qui per hos crediderint Dominum, quasi jam portam hujus liminis intraverunt. Sed cur ante limen exteriū et post limen interius dicitur, nisi quia prius Testimenti Veteris patres, et postmodum Novi Testimenti doctores fuerunt? Recite autem limen exteriū Testimenti Veteris patres designat, quia per eorum prædicationem opera perversa punita sunt. Per dicta vero doverunt patrum uestrorum euipusque animus etiam ab illicitis cogitationibus coercetur, dum readus esse perfectus et in deliberatione cordis ostenditur. Illi quippe a flagitia, a crudelitatibus, a rapinis auditorum animas prohibere curaverunt; isti vero dum non solum perversa opera, sed etiam illicita cogitationum resecant, quid nobis aliud nisi limen intrinsecus facti sunt? Unde et ipsa Veritas loquitur dicens: *Audiatis quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo & sine causa, reus erit iudicio* (Matth. v, 21, 22). Recite quoque exteriū limen illos patres **1339** designat, qui ab ipsa incarnatione Redemptoris nostri per intervalla temporum longius constituerunt. Et quidem ab Abel sanguine passio jam coepit Ecclesiæ, et una est Ecclesia electorum præcedentiam atque sequentiam. Sed tamen quia discipulis dicitur: *Multi reges et prophetæ volerunt videre quæ nos videlis, et non viderunt* (Luc. x, 26); antiquis patribus quasi foris stetisse est, Redemptoris nostri presentiam corporaliter non vidiisse. Extérius igitur, sed tamen non divisi a sancta Ecclesia fuerunt, quia mente, opere, prædicatione, ista jam fidei sacramenta testarunt, istam omnes Ecclesie celsitudinem conserverunt, quam nos non adhuc præsto-

<sup>a</sup> Laud., sancti eloqui.

<sup>b</sup> Editi, invitis Ms. Anglie., Norm. et al., fulgorem charitatis. Legendum claritatis satis probant quæ sequuntur.

<sup>c</sup> Suess., in pallore.

<sup>d</sup> Ebroic. et Lyr., pervenimus. Laud., pertingemus.

\* Ita Laud., Soc.-s., Longip., Ebroic. In Uticensi otium sic legebatur, sed jugulata obelo voce pervenit, nunc superscriptum legitur perfinis, quod habent Editi.

<sup>e</sup> Abest sine causa a mss. Norm., Longip., Val. Cl.

lando, sed jam habendo conspicimus. Sicut enim nos in præterita passione Redemptoris nostri, ita illi per fidem in easdem ventura sunt salvati. Illi ergo foris non extra mysterium, sed extra tempus.

47. Unde et in constructione tabernaculi, ut columnæ argenteæ interius starent, paxilli ærei figi per circuitum exterius jussi sunt, in quibus religatum tabernaculum teneretur. Columnæ itaque argenteæ interius, paxilli vero ærei <sup>a</sup> exterius figurantur, atque in ipsis funes ligati sunt, ut tabernaculum fixum maneret, quia videlicet ut sancti apostoli in luce sermonis sui solidi starent, ut totum tabernaculum, id est sancta Ecclesia in fidei integritate consisteret, tanquam paxilli ærei patres Testamenti Veteris ac prophetæ exterius fixi sunt, qui verborum suorum funibus prædicatorum mentes in soliditate stringerent, atque hoc Dei habitaculum in statu' fidei ligarent. Extra ergo paxilli sunt, qui ante tempus hujus sanctæ Ecclesiæ fuerunt. Sed tamen eos ligant qui in ipsa sunt, quia dum cœlestia mysteria ventura prædicant, hæc postquam ostensa sunt, credibilia omnibus fecerunt. Ut ergo intus columnæ immobiles stent, foris paxilli funes continent, quia ut sancti apostoli perfecte incarnationis dominice mysterium crederent, illorum prædicatio obtinuit, qui hoc priusquam fieret, et videre et prædicere potuerunt. Unde recte quoque ipse primus apostolorum, magna scilicet columna veri tabernaculi, loquitur dicens : *Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intendentis, quasi lucernæ lucentis in caliginoso loco* (II Petr. 1, 19). Quibus verbis indicat quia quamvis ad altiora surrexerit ex culmine, <sup>b</sup> ibi religata persistat in fide. Quæ tamen lucerna prophetici sermonis jam quidem intelligentibus lucet, sed adhuc non intelligentibus coeperta allegoriarum obscuritatibus permanet. Unde etiam per Psalmistam de eisdem dictis prophetarum dicitur : *Tenebrosa aqua in nubibus aeris* (Psal. xvii, 12), quia videlicet occulta est scientia in prophetis. Nec immerito columnæ argenteæ, paxilli vero ærei facti sunt, quia quod clare jam apostoli prædicant, hoc prophetæ sub intellectu mystico obscure locuti sunt. Recte ergo per æris metallum signati sunt, qui clari in suis prædicationibus non fuerunt. Sancti vero apostoli, <sup>c</sup> quia de Redemptoris nostri mysterio lucem prædicationis babuerunt, argenteis columnis expressi sunt. Et notandum, 1339 quod argentum sonat et lucet, æs vero sonat et non lucet, quia prædicatores Novi Testamenti aperte locuti sunt quæ etiam monstrare potuerunt. Prædicatores vero Testamenti Veteris quia per allegoriarum umbras de cœ-

<sup>a</sup> Vulgati omnes, in circuitu figurantur, reluctantibus MSS. nostris.

<sup>b</sup> Solus Gussanv., ibi religatus. Ad columnam referendum religata. Ibid., post in fide, Vatic. et Gussanv. attexunt : *Scriptura autem prophetici sermonis in tenebris vita præsentis facta est nobis lucerna, et lumen itineris; unde Psalmista dicit : Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, et lumen semitis meis. Quæ tamen, etc.* Unde hec crux sicut non indicant

A lesti mysterio obscura dicta protulerunt, quasi sine luce sonitum dederunt. Quod ergo illic per paxillos et columnas, hoc hic per lucem exteriæ et limen interius designatur.

18. Si vero portam Scripturam sacram hoc in loco accipimus, ipsa quoque duo limina habet, exterius et interius, quia in litteram dividitur et allegoriam. Limen quippe Scripturæ sacrae exterius, littera ; limen vero ejus interius, allegoria. Quia enim per litteram ad allegoriam tendimus, quasi a limine quod est exterius, ad hoc quod est interius venimus. Et sunt in ea permulta, quæ ita juxta litteram mentem edificant, ut per hoc quod exterius <sup>d</sup> agitur audiatis mens interius trahatur. Ibi quippe invenimus prædicamenta operis ex exempla virtutis ; ibi jubetur B quid agere etiam corporaliter debemus ; ibi hoc quod ad operandum præcipitur in sanctorum viorum ac fortium actione monstratur, ut postquam nos apertiora præcepta atque exempla justorum ad bonam operationem instruunt, tunc ad limen interius, id est ad intellectum mysticum intimæ contemplationis, tendamus, si possumus, pedem mentis. Stude, quæso, fratres charissimi, Dei verba meditari, nolite despicere scripta nostri Redemptoris, quæ ad nos missa sunt. Multum valde est quod per ea animus refricatur ad calorem, ne iniquitatis suæ frigore torpescat.

19. Cum illa præcedentes justos fortiter egisse cognoscimus, et ipsi ad fortitudinem bonæ operationis accingimur, sanctorum exemplorum flamma animus legentis incenditur. Videt quæ fortia ab eis facta sunt, et valde indignatur sibi, quia talia non imitantur. Unde recte sponsi voce ad sponsam dicitur in Canticis canticorum : *Sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis suis. Mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium* (Cant. iv, 4). In collo etenim guttur, in gutture vox est.

20. Quid ergo per collum sanctæ Ecclesiæ, nisi sacra ejus eloquia designantur ? In qua dum mille clypei dependere memorantur, per hunc perfectum numerum numerus universus ostenditur, quia universa nostra munitio in sacro eloquio continetur. Ibi quippe sunt præcepta Dei, ibi exempla justorum. Si enim torpet animus a conditoris sui desiderio, audiat quod dicitur : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto mente tua, et ex toto virtute tua* (Matth. xxii, 37). <sup>e</sup> In odio fortasse labitur proximi ? Audiat quod dicitur : *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum* (Ibid., 39). Res alienas concupiscit ? Audiat quod illic scriptum est : *Non concupisces rem proximi tui* (Exod. xx, 17). De injuria quæ a proximi ore vel facto il-

D editores. Fatetur Gussanv. abesse a mss. et a quibusdam impressis. Videtur esse nota quædam, quæ ex margine in textum irreperserit.

<sup>c</sup> Ex his verbis male lectis, Edit. confecerunt, qui ad Redemptoris nostri mysterium.

<sup>d</sup> Laud. dicitur.

<sup>e</sup> Lyr., ex toto corde tuo.

<sup>f</sup> Longip., odio, omisso in.

lata est, ad iram mens accenditur? Audiat quod dicitur: *Non quæres ultionem, nec memor eris injuria civium tuorum* (*Levit. xix, 48*). In carnis concupiscétiā male sauciata mens accenditur? Ne sequatur oculus mentem, audiat quod paulo superius dictum est<sup>a</sup>: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam machatus est eam in corde suo* (*Matth. v, 28*). Contra inimicum forsitan quisquam animum suum relaxare disponit in odium? Audiat quod illuc scriptum est: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos* (*Luc. vi, 35*). Sed is qui aliena jam non rapit, adhuc forsitan sua inordinate retinet? Audiat quod illuc dicitur: *Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam* (*Ibid., xii', 33*). Infirmitatis animus perfrui desiderat Deo simul et seculo? Audiat quod illuc scriptum est: *Nemo potest duobus dominis servire* (*Matth. vi, 24*). Alius non ad necessitatem stipendiī, sed<sup>b</sup> ad voluntatem desiderii possessa retinet? Audiat quod illuc dicitur: *Qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus* (*Luc. xiv, 33*). Quidam enim relinquent omnia, multi autem etiam possidendo renuntiant, quia sic ad usum possessa retinent, ut eis ex desiderio non succumbant. Torpere quisquam appetit, et laborem subire pro Domino etiam cum prævalet refugit? Audiat quod illuc scriptum est: *Qui necum non colligit, spargit* (*Ibid. xi, 23*). In collo ergo Ecclesiæ, id est in sacri eloquii prædicatione, quod pro sua munitione et altitudine turri David simile dicitur, mille clypei dependent, quia quot illuc præcepta sunt, tot etiam pectoris nostri munimina.

21. Ad servandam itaque innocentiam etiam læsi a proximo perdurare in humilitate festinamus? Abel ante oculos veniat (*Genes. iv, 8*), qui et occisus a fratre scribitur, et non legitur reluctans. Mentis munditia etiam<sup>c</sup> in conjugali copula eligitur? Enoch debet imitari, qui et in conjugio positus ambulavit cum Deo, et non inveniebatur, quia transtulit illum Deus (*Ibid., v, 22*). Præcepta Dei festinamus præsenti nostræ<sup>d</sup> utilitali præponere? Noe ante oculos veniat, qui, cura domestica postposita, ex jussione omnipotentis Domini, per centum annos ad arcæ fabricam vixit occupatus (*Ibid., vi, 14*). Subire obedientiæ virtutem nitimur? Aspicere Abraham debemus (*Ibid., xii, 5*), qui, relicta domo, cognatione, patria, obediuit exire in locum quem accepturus erat in hæreditatem, et exiit nesciens quo ieret (*Hebr. xi, 8*); qui paratus exstitit ut pro æterna hæreditate dilectum quem acceperat occideret hæredem. Et quia

<sup>a</sup> In tota hom. locus hic non laudatur, nisi dicamus unum eundemque contextum conslari ex his verbis et ex superioribus: *Audistis quia dictum est antiquis*, *Matth. v, 21, seq.*, *jam adductis*.

<sup>b</sup> Laud.; Val. Cl., Longip., ad voluptatem desiderii.

<sup>c</sup> Laud., cum conjugali.

<sup>d</sup> Idem Cod., *humilitati*, quod minime recipiendum, quantumvis auctoritatem hunc Codici conciliet antiquitas.

<sup>e</sup> Beccensis et Lyr., qui curando mystica.

<sup>f</sup> Laud., regendo.

A unicūm Domino offerre non distulit, universam multitudinem gentium in semine accepit (*Genes. xxii, 19, 17*). Morum simplicitas placet? Isaac ad mentem veniat, quem in omnipotens Dei oculis vitæ suæ tranquillitas ornavit (*Ibid., xxiv, seq.*). Laboriosa fortitudo, ut obtineri debeat, quæratur? Jacob ad memoriam ducatur (*Ibid., xxix, 20; xxx, 29*), qui postquam scivit fortiter servire homini, ad eam quoque virtutem perductus est, ut non potuisset a luctante angelo superari (*Ibid., xxxii, 25*). Conamur carnis illecebram vincere? Joseph ad memoriam redeat, qui, tentante se domina, studuit carnis continentiam etiam cum vitæ periculo custodire (*Ibid., xxxix, 12, 20*). Unde factum est ut quia membra sua bene noverat regere, regendæ quoque omni Ägypto preficeretur. Mansuetudinem atque patientiam obtinere quærimus? Moysen ante oculos ducamus (*Num. xii, 3*), qui, exceptis parvulis ac mulieribus, sexcenta millia armatorum regens, mitis fuisse describitur super omnes homines qui habitabant super faciem orbis terræ. Rectitudinis zelo contra vitia accendimur? Phinees ante oculos ducatur (*Ibid., xxv, 7, 8, 11*), qui coeuntes gladio 1339 transfigens, et castitati populum reddidit, et iram Dei iratus plenauit. De spe omnipotentis Dei presumere in dubiis quærimus? Josue ad memoriam revocemus (*Josue iii, 5, 8*), qui, dum dubia<sup>b</sup> certamina certa mente subiit, ad victoriam sine dubietate pervenit. Jam mentis<sup>c</sup> inimicitiās ponere cupimus in benignitate animum dilatare? Samuel in cogitationem ducatur (*I Reg. viii, 5*), qui, de principatu dejectus a populo, cum idem populus peteret ut pro eo Domino preces effunderet, respondit dicens: *Absit a me hoc peccatum in Domino, ut cessem orare pro vobis* (*Ibid., xii, 23*). Culparum quippe vir sanctus perpetrare se credidit, si eis quos adversarios pertulerat usque ad dejectionem, benignitatem gratiae non reddidisset in prece. Qui rursus, cum, jubente Domino, mitteretur ut David ungeret in regem, respondit: *I Quomodo vadam? Inveniet enim me Saul, et occidet me* (*Ibid., xvi, 2*). Et tamen quia iratum Deum eidem Sauli cognoverat, in tanto se luctu affixerat, ut ei perse Dominus diceret: *Quousque tu Saulem luges, cum ego illum abjecerim* (*Ibid., 4*)? Pensemus ergo ejus animum quantus ardor charitatis incenderat, qui et illum flebat a quo timebat occidi. Caveremus autem volumus quem timemus? Sollicita nobis mente pensandum est, ne si locum fortasse reperimus, malum pro malo reddamus ipsi quem fugimus.

C <sup>d</sup> Rothomag. et Lyr., castitatem populo reddit. <sup>e</sup> Ebrioic., Rothomag., Lyr., certamina certamini addidit. <sup>f</sup> Mendose in Editis, inimicitiās punire. Hic error, etsi crassus, a prima Edit. in alijs omnibus propagatus est, nemine Editorum attendente ad benignitatem quæ hic proponitur, non pertinere inimicitiās punire, neque hoc Samuels exemplo suaderi. Laud. habet inimicitiās postponere. <sup>g</sup> Pl. Norm., quomodo vado?

David ergo ad memoriam redeat, qui persequentem se regem et inventit ut potuisse occidere, et tamen, in ipsa serendi potestate positus, elegit bonum quod ipse deberet facere, non autem malum quod ille merebatur pati, dicens: *Absit a me ut mittam manum meam in christatum Domini* (*Ibid.*, xxiv, 7; xxvi, 11). Et cum idem Saul post ab hostibus suisset interemptus, eum, quem persecutorem dum viveret pertulit, levit occisum (*II Reg.* 1, 17). Errantibus hujus mundi potentibus libere loqui decernimus? Joannis auctoritas ad animum reducatur, qui, Herodis nequitiam reprehendens, pro verbi rectitudine occidi non timuit (*Marc.* vi, 18, 27). Et quia Christus est veritas, ipse ideo pro Christo, quia pro veritate, animam posuit. Carneam jam nostram pro Deo ponere in morte festinamus? Petrus ad mentem veniat (*Act.* v, 41), qui inter flagella gaudet, qui cæsus principibus resistit, qui vitam suam pro vita despicit. Cum mortis appetitu disponimus adversa contemnere? Paulum ante oculos deducamus, qui non solum alligari, sed et uiri paratus pro Christo, non facit pretiosiorem animam suam quam se (*Act.* xx, 22, 24). Succendi cor nostrum igne charitatis queripos? Joannis verba pensamus, cuius omne quod loquitur charitatis igne vaporatur (*I Joan.* 1, seqq.).

22. Quia ergo in voce sacri eloquii cujuslibet dum querimus munimentum virtutis invenimus, mille clypei dependent ex ea, omnis armatura fortium (*Cœt.* iv, 4). Si enim pugnare contra spiritualia nequitiae volumus, in collo Ecclesie, quæ nobis sicut David turris erecta est, id est in divino eloquio protectionis arma requiramus, ut ex discretione præcepti, contra vitia sumatur virtus adjutorii. Ecce enim contra aeras polestes festinamus fortes existere? In hac turri armaturam nostræ mentis invenimus, ut inde præcepta conditoris, inde sumamus exempla præcedentium, per quæ contra adversarios nostros **1340** inexpugnabiliter armemur. Dum enim quamlibet virtutem subire appetis, et hanc illic a patribus jam impletam vides, ibi armaturam tuam invenis, per quam contra spiritualia bella muniaris. Dependent in ea quippe mille clypei: si quis pugnare appetit, assumat, et ex ea virtute pectus muniat, et verborum jacula emittat.

23. Et notandum quia ædificata cum propugnacilia suis dicitur. Illoc quippe agunt propugnacula, quod clypei, quia ultraque pugnantem munient. Sed inter ultraque hoc distat, quia clypeum pro nostro munimine ubique volumus movemus; propugnaculo autem defendere nos possumus, sed hoc movere non possumus. Clypeus in manu est, nam propugnaculum non tenetur. Quid ergo inter propugnacula et clypeos distat, nisi quod in sacro eloquio patrum præcedentium et miracula legimus, et virtutes hominum operum audimus? Ibi namque cognoscimus

\* Ita omnes MSS. Solus Cod. Rothomag. pro diversa lect. exhibet in margine annotationum, per suam sententiam; quam amplectuntur Edit. Parisienses 1502, 1518, 1551, et Vatic. Gusman. habet, per suam presentiam.

A quod alias potuit mare dividere, alias solem figere, alias mortuum suscitare, alias paralyticum verbo eriger, alias umbras argotolos curare, alias a per sua semicinctia febribus obviare (*Act.* xix). Qui tamen omnes et patientie longanimitate milites, et zelo rectitudinis serventes fuerunt; verbi predicatione divites, similes et misericordie largitatem. Hi itaque quoniam vera de Deo dixerint testantur miracula, quia talia per illum non facerent, nisi de illo vera narrarent. Et quam pli, quam humiles, quam benigni exsisterint, eorum testantur operationes. Si igitur de ñde tentamur, quam ex illorum prædicatione concepimus, loquentium miracula conspiciamus, et in fide quoniam ab eis accepimus confirmamur. Quid ergo illorum miracula, nisi nostra sunt propugnacula? Quia et muniri per illa possumus, et tamen haec in manu nostri arbitrii non tenemus, nam talia facere non valimus. Clypeus vero in manu est, et defendit, quia virtus patientie, virtus misericordie, præcedente nos gratia, et in potestate est arbitrii, et a periculo protegit adversitatem. Turris itaque nostra cum propugnaculis suis ædificata est, in qua mille clypei dependent, quia in Scriptura sacra et sub miraculis patrum a juculis adversitatis abeundimur, et conversationis sonetæ munimina etiam in manu operis tenemus. Notandum vero quod limen portæ uno calamo mensuratur. Calamus autem in sex cubitis et palmo tenditur, quia videlicet in Scriptura sacra et doctrina perfectæ operationis et initium supernæ contemplationis invenitur. Sin vero porta hoc loco unusquisque prædictor accipitur, limen exterius in porta est vita activa, limen vero interioris vita contemplativa. Per illam quippe ambulatur in fide, per hanc vero festinatur ad speciem. Illa exterius dicit, ut unusquisque bene vivere debeat; ista interioris perdicit, ut ex beata vita ad gaudia eterna pertingat. Hac nos hodie tractasse sufficiat. Quia enim, transeuntes ad alia, diu per excessum locuti sumus, ea quæ subjuncta sunt lectioni alteri reservemus, reparandi per silentium, sperantes in Verbo, quod vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen.

#### HOMILIA IV.

Quatuor versibus a nono ad duodecimum allegorice aut moraliter explicatis, absolvitur.

**D** 1341 1. Vir, cuius erat species quasi species æris, — EZECH. XL, 9: — *Mensæ est vestibulum portæ octo cubitorum, et frontem ejus duobus cubitis. Ac se vestibulum extra portam esse credemus, subditus:*

*Ibid. — Vestibulum autem portæ erat intrinsecus.*

Quid autem per interioris vestibulum, nisi æternæ vitæ latitudo signatur, quæ modo inter angustias vitæ presentis jam per spem mente concipiatur? De qua per Psalmistam dicitur: *Intrate portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis confessionum* (*Psal.*

\* Longip., a periculi... adversitate.

\* Species, ut hic opponitur tñdei, significat visionem et comprehensionem, ab antiquo verbo *spacio*; unde *aspicio, conspicio*, etc.

**tcix, 4).** Cum enim peccata nostra per lacrymas confluemur, <sup>a</sup> angustæ vitæ portam ingredimur. Sed cum post hæc ad æternam vitam perducimur, portæ nostræ atria in confessionum laudibus intramus, quia ibi jam angustia non erit, cum nos letitia perpetuæ festivitatis exceperit. Propter confessionis nostræ angustiam Veritas dicit: *Intrate per angustum portum* (*Math. vii, 13*). Et cum se Psalmista recipi in latitudinem gaudii æterni præsumeret, dicebat: *Statuisti in loco spacio pedes meos* (*Psal. xxx, 9*). Ad atrium ergo per portam tenduntur, quia ad latitudinem solemnitatis pertingitur ab angustia confessionis. Illa itaque gaudia quæ apud David atria, apud Ezechiel vestibulum intrinsecus vocantur. Unde et hoc spcum vestibulum octo cubitis dicitur mensuratum. Ibi enim omnes recipiendi sunt, qui nunc et in exercitu operis laborant, et ad æternam gaudia per contemplationis gratiam suspirant.

**2.** Nec inservito mensura vestibuli in octo cubitis ponitur, quia septem diebus universum tempus evolvitur. **Æterna etenim dies**, quæ expleta septem diebus vicissitudine sequitur, scilicet octava est. Unde etiam Psalmista, resurrectionis diem considerans, quia de extremi judicii distinctione erat locuturus, præmisit titulum, dicens: *In finem Psalmus David pro octava* (*Psal. vi, 1*). Ut enīa quam octavam dicceret demonstraret diem illius tremendi terroris, in Psalmi iuchoatione secutus est, dicens: *Domine, ne in ira tua argues me, neque in furore tuo corripas me* (*Ibid., 2*). Modo enim quisquis per flagella corripitur, et correptionibus emendatur, in mansuetudine corripitur, non in ira. In districto autem illo examinatione omnis argutio atque <sup>b</sup> correptio furor et ira est, quia venia post correptionem non est. Hujus octonarii numeri causa est, quod post Sabbathum Dominus voluit a morte resurgere. Dies quippe dominicus, qui tertius est a morte dominica, a conditione diebus numeratur octavus, quia septimum sequitur. Unde et ipsa vera Redemptoris nostri passio, et vera resurrectio, figuravit aliquid de suo corpore in diebus passionis suas. Sexta enim feria passus est, Sabbatho quievit in sepulcro, Dominico autem die resurrexit a morte. Præsens etenim vita nobis adhuc sexta est feria, quia <sup>c</sup> in doloribus ducitur, et **1342** in angustiis cruciatur. Sed Sabbatho quasi in sepulcro quiescamus, quia requieam animæ post corpus invenimus. Dominico vero die, videlicet a passione tertio, a conditione ut diximus octavo, jam corpore a morte resurgimus, et in gloria animæ etiam cum carne gaudebimus. Quod ergo mira Salvator noster fecit in se, hoc veraciter signavit in nobis, ut nos et dolor in sexta, et requies in septima, et gloria excipiatur in octava. Hinc per Salomonem dicitur: <sup>d</sup> *Da partem septem, necnon et octo, quia ignoras quid malis fulminum sit super terram* (*Eccle. xi, 2*). Partem etenim septem

<sup>a</sup> Val. Cl. angustæ vices.

<sup>b</sup> Elbrioc., felicitatis.

<sup>c</sup> Vatic. cum superior. Ed., recipere.... gaudia æterna. Favet Ms. Laud.

<sup>d</sup> Non in..., correptione in furore e' in ira est.

A simul et octo damus, quando sic ea quæ septem diebus evolvuntur disponimus, ut per hæc ad bona æterna veniamus; ut dum modo caute agitur, postmodum venientis tremendi judicii ira devictetur. Octo itaque cubitis vestibulum mensuratur intrinsecus, quia per lucem quæ post septem dies sequitur, latitudo nobis æternitatis aperitur.

**3.** Sed nemo ad illam venit, nisi qui hic dilectionem Dei ac proximi devotæ mente tenuerit. Unde et subditur: *Et frontem ejus duobus cubitis*. Frons enim porte est honum meritum vitæ præsentis. Sicut enim vestibulum intrinsecus æterna requies debet intelligi, ita per frontem portæ necessæ est qualitatæ visibilis vitæ signari. Frons ergo portæ duobus cubitis mensuratur, quia quisquis hic dilectionem Dei et

**B** proximi servare studuerit, ipse ad æternitatis atrium pertinget. Vita igitur nostra ut duobus cubitis sit mensurata, tendi quotidie per charitatem debet in amorem Dei simul et proximi. Non est enim charitas vera, si minus a duobus cubitis habet. Unde Moysæ cum per colores vestium, electorum virtutes exprimeret, in ornamento pontificis bis tinctum coccum jubet adhiberi (*Exod. xxviii, 5*). Quid namque per encam nisi charitas designatur; quæ semper per flammam amoris accenditur? Sed coccus bis tingitur, quando non solum ex amore Dei, sed etiam proximi nostra charitas inflammatur. Nam quisquis sic amat Deum, ut commissi sibi proximi curam reliquæ, adhuc in eo coactus semel tinctus est. Et quisquis sic amat proximum, ut immunit desiderium

**C** quo flagrare debet ad Deum, non est adhuc in eo dolor tincturæ geminatus. Debemus ergo et amare eos cum quibus vivimus, et ad illam totis desideriis anhelare in quo veraciter vivamus. Ecce etenim ad fidem atque ad audiendum verbum omnipotentis Domini nos qui religiose indui habita videamur, ex diversa mundi qualitate convenimus, aliquo ex dissimilibus iniquitatibus in sanctæ Ecclesiæ concordiam congregati sumus, ita ut jam penter factum esse videatur quo de promissione Ecclesiæ per Iacobam dicitur: *Habitabit lupus cum agno, et pardus cum leodo accubabit* (*Izai. xi, 6*). Nam per sanctæ chartatæ viscera **1343** lupus cum agno habitat, quia hi qui in seculo raptiores fuerunt cum manuolis ac mitibus in pace conquisierant. Et parvus cum leodo ac-

**D** cubat, quia is qui peccatorum suorum maculis variis fuit, cum eo qui se despiciat et peccatorem fateor humiliari omonstrat. Ubi et subditur: *Vitulus et leo et ovis similes morabuntur* (*Izai. xi, 6*), quia is qui per contritum cor ad quotidianum deo sacrificium preparat, et alius qui tanquam leo ex crudelitate se veriter asseciet, et alter qui velut ovis in innocentia sua simplicitate perderat, in canticis sanctæ Ecclesiæ convenierunt. Ecce qualis est charitas, quæ diversitas mentium accedit, coaccrevit, conflat, et quasi

<sup>e</sup> Rothomag., et Lyr., in laberibus.

<sup>f</sup> Edit omnès, da partes; infra, partes etenim septem. Sequimur unanimi MSS. consensum, cui favet Vulgata cum aliis versionibus et ipso textu Hebr. Sensus est: da partem, seu portionem, illis septem.

in unam auri speciem reformat. Sed in eo quod se electi sic amant, ad illum necesse est ut festinent, quem aeterno gaudio in caelis videre mereantur. Unus est etenim Dominus ac Redemptor noster, qui et hic electorum suorum corda ad unanimitatem ligat, et ad supernum amorem per interna desideria semper stimulat. Unde et illic subditur: *Et puer parvulus minabit eos* (*Ibid.*). Quis iste est puer parvulus, nisi de quo scriptum est: *Puer natus est nobis, filius datus est nobis* (*Ibid.*, ix, 6)? Qui simul habitantes minat, quia ne in terrenis rebus corda nostra inhæreant, haec per internum desiderium quotidie inflammat. Et hoc ipsum ejus minare est ad suum nos amorem incessanter accendere, ne cum nos vicissim diligimus, mente in hoc exilio remaneamus, ne quies hujus vitae sic placeat, ut ad oblivionem patriæ perducat, ne delectata mens prosperis torpeat.<sup>a</sup> Unde et donis suis flagella permiscet, ut nobis omne quod nos in saeculo delectabat amarescalet, et illud incendium surget in animo quod nos semper ad coeleste desiderium b inquietet, excitet, atque, ut ita dicam, delectabiliter mordet, suaviter cruciet, hilariter contristet. Puer ergo nos parvulus minat, quia is qui paulo minus quam angeli minoratus est per charitatem quam nobis tribuit, in hoc nos mundo mentem figere non permittit. Bis tinctus itaque in nobis coccus est, si et hic proximos nostros sicut nos diligimus, et ad auctorem omnium cum ipsis quos diligimus festinamus. Si igitur vita nostra de perfecta charitate bis tingitur, frons in nobis porta duobus cubitis mensuratur. Sive igitur doctor, seu sacrum eloquium, vel certe fides portæ nomine signetur, in mensura utriusque cubiti charitas non inconvenienter accipitur, quam ille vere prædicat qui Dei ac proximi amorem docet; et ipsa est certa scientia, quam charitas adficit; et fides robusta est, quæ se in dilectione Dei ac proximi exercet. Sequitur:

Vers. 10. — *Porro thalami portæ ad viam Orientalem, tres hinc, et tres inde, et mensura una trium.*

4. Quid thalami, quid via Orientalis designet, jam superius diximus (*Hom.* 3, n. 8 et seqq.), nec replicare ea latius necessarium putamus. Sed quærendum nobis est quid est quod dicitur, *Tres hinc, et tres inde*. Thalami quippe juxta viam Orientalem sunt corda ferventium in amore Dei. Et sive hi qui electi in testamento veteri fuerunt, sive qui in testamento novo secuti sunt, nimirum constat quia omnes ex amore Trinitatis accensi sunt. Neque enim vere Deum diligenter, si ejusdem Trinitatis, quæ Deus est, gratiam non acceperissent. Juxta viam ergo 1344 Orientalem tres hinc et tres inde sunt thalami, quia dum inter veteres et novos patres Dominus incarnari dignatus est, quasi in medio thalamorum via Orientalis apparuit, qui thalami ad veram virtutum speciem in Trinitatis sunt cognitione decorati. Sin vero ad virtutes electorum euundera numerum referamus,

<sup>a</sup> Ebroic. et Val. Cl., unde et Dominus suis.

<sup>b</sup> Laud. et Longip., inquietet et excitet, atque. In omnibus Excusis, in quiete excitet, atque, reluctantibus MSS.

A tres sunt virtutes, sine quibus is qui aliquid operari jam potest, salvari non potest, videlicet fides, spes, charitas. Et quia eadem fides, spes, et charitas in antiquis patribus <sup>c</sup> quæ in novis doctoribus fuit, juxta Orientalem viam tres hinc, et tres inde thalami describuntur.

5. Vel certe quia tres patrum veterum distinctio-nes fuerunt, tres quoque novorum sub gratia sequuntur. Vetus quippe populus habuit patres ante legem, ac deinde in lege, et postmodum prophetas. In novo autem populo prius Hebraeorum primitæ credide-runt, postmodum plenitudo gentium in fide secuta est, ac deinde in fine saeculi Hebraeorum reliquæ salvantur (*Rom.* ix, 27). Quia ergo incarnatione Domini et ex superiori parte patres ante legem, patres in lege, atque ad extremum prophetas habuit, et ex posteriore fideles ex Hebreis, fideles ex gentibus, ac postmodum Hebraeorum reliquias colliget, Orientalis via tres hinc et tres inde thalamos habere memoratur. Sed hoc quoque non inconvenienter accipimus, si tres esse fidelium ordines dicamus. Sive namque in veteri, seu in novo testamento, alias est ordo prædi-cantium, alias continentium, atque alias bonorum conjugum. Unde et idem propheta in superiori parte tres viros liberatos vidit: Noe, Daniel et Job (*Ezech.* xiv, 14); in quibus videlicet tribus prædicatores, continentes et conjugati signati sunt. Nam Noe arcum in undis rexit, atque ideo figuram rectorum tenuit (*Genes.* vii, 1, 2, seq.). Daniel in aula regia abstinentiæ deditus fuit, et idcirco vitam continentium signavit (*Dan.* i, 16). Job vero in conjugio positus, et curam domus propriæ exercens, placuit Deo, per quem digne bonorum conjugum ordo figuratur (*Job.* i, 8). Quia ergo etiam ante Mediatoris adventum, et prædicatores, et continentes, ac boni conjugati fuerunt, qui eundem ejus adventum præstolati sunt, et magna hunc siti desiderii videre cupierunt, et postmodum prædicatores, et continentes, ac boni conjugati, sicut cernimus, existunt, qui Redemptorem nostrum non jam desiderant incarnandum, sed in majestatis suæ gloria contemplandum, Orientalis via tres hinc, et tres inde thalamos habet, juxta Psalmistæ vocem, qui de eadem via, videlicet Redemptore nostro, dicit: *In circuitu ejus <sup>d</sup> taberna-cula ejus* (*Psal.* xvii, 12).

D 6. Sed pensandum nobis est sollicita intentione quod dicitur, quia *mensura una trium*. Cum enim longe sit a continentibus et tacentibus excellentia prædicatorum, et valde a conjugatis distet eminentia continentium, quid est quod una mensura dicitur trium? Conjugati quippe quamvis et bene agant, et omnipotentem Deum videre desiderent, domesticis tamen curis occupantur, et necessitate cogente, in utroque mentem dividunt. Continentes autem ab hujus mundi <sup>e</sup> actione remoti sunt, et voluptatem carnis etiam a licto conjugio restringunt, nulla conju-

<sup>c</sup> Laud., atque in novis doctoribus.

<sup>d</sup> Editii, tabernaculum.

<sup>e</sup> Plur. MSS., occupatione.

gis. **1345** nulla filiorum cura, nullis noxiis ac dif-  
flicibus rei familiaris cogitationibus implicantur. Prædicatores vero non solum se a vitiis coercent, sed etiam alios peccare prohibent, ad fidem ducunt, in studio bonæ conversationis instruunt. Quomodo ergo una eorum mensura est, quorum vitæ æqualitas una non est? Sed mensura una trium est, quia etsi in eis meritorum magnia est diversitas, tamen distantia in fide in qua tenduntur non est. Nam eadem fides quæ istos solidat in maximis, illorum infirmitatem continet in parvis. Vel certe trium una mensura est, quia in retributione ultima quamvis eadem dignitas omnibus non sit, una tamen erit omnibus vita beatitudinis. Unde et per semetipsum Dominus dicit: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt* (*Joan. xiv. 2*). Sed tamen qui in vineam ducti sunt, quamvis diversis horis venerint, unum denarium perceperunt (*Math. xx. 9*). Qua itaque ratione convenienter mansiones multæ cum uno denario, nisi quia diversæ quidem beatorum civium dignitates erunt, sed tamen una quies æternæ retributionis? Nam etsi dispar erit meritum singulorum, non erit diversitas gaudiorum, quia etsi alter minus atque aliis amplius exsultat, omnes tamen unum gaudium de conditoris sui visione laetificat.

7. Hoc quoque est, sive de veteribus, seu de novis patribus sentiendum, quia Orientalis via cum tres hinc et tres inde thalamos habeat, mensura una trium est, quoniam ipsa fides atque ipsum meritum tenuit corda præcedentium quæ replevit corda sequentium sub testamento novo positorum, sicut et per Paulum dicitur: *Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum* (*Psal. cxv. 1*): *et nos credimus, propter quod et loquimur* (*II Cor. iv. 13*). Spiritales quippe filii patres omnipotentem Deum Trinitatem ita esse crediderunt, sicut eamdem Trinitatem novi patres aperte locuti sunt. Isaias namque audivit angelica agmina in cœlo clamantia: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth* (*Isai. vi. 3*). Ut enim personarum trinitas monstraretur, tertio sanctus dicitur; sed ut una esse substantia Trinitatis appareat, non Domini sabaoth, sed Dominus Deus sabaoth esse perhibetur. Quod David quoque similiter sentiens, ait: *Benedic nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus* (*Psal. lxvi. 8*). Qui cum tertio dixisset Deum, ut unum esse hunc ostenderet, subdidit: *Et meuant eum omnes fines terræ*. Paulus quoque loquitur dicens: *Quoniam lex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia* (*Rom. xi. 56*). Ex ipso, videlicet ex Patre; per ipsum, per Filium; in ipso autem, in Spiritu sancto. Qui cum ipsum tertio dixisset, adjunxit: *Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen* (*Ibid.*). Qui enim non dixit, ipsis, sed ipsis, dicendo ter ipsum, <sup>b</sup> distinxit personas, et subjungendo *Ipsi gloria*, non di-  
visit substantiam. Quia itaque una est veterum ac

A novorum patrum fides, recte thalamorum describitur mensura una trium. Quod verbis aliis replicatur cum subditur:

*Ibid. — Et mensura una frontium ex utraque parte.*

8. Ex utraque enim parte est una mensura frontium, quia patres nostri vel prius a veteri, vel nunc a novo testamento venientes, in una Mediatoris fide conveniunt. Qui pro eo quod charitate pleni sunt, **1346** carnem suam abstinentia edomant, corda audientium prædicationis lumine illustrant, signa faciunt, virtutes operantur, per hoc quod eorum bona nobis foris innotescunt, non immerito hujus cœlestis ædificii frontes vocantur. Omne enim quod nunc in aperto ostenditur, frons est, ut illud

**B** sit vestibulum ædificii, quod nobis interius reservatur. Unde et sanctæ Ecclesiæ in Canticis cantorum dicitur: *Sicut cortex mali punici genæ tuæ, absque occultis tuis* (*Cant. vi. 6*). Genæ quippe sunt sanctæ Ecclesiæ spirituales patres, qui nunc in ea miraculis coruscant, et velut in ejus facie venerabiles apparent. Cum enim videmus multos mira agere, ventura prophétare, mundum perfectè relinquere, cœlestibus desideriis ardere, sicut cortex mali punici sanctæ Ecclesiæ genæ rubent. Sed quid istud est omne quod miramur in illius rei comparatione de qua scriptum est: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligenter se* (*I Cor. ii. 9; I. Cor. LXIV. 4*)? Bene ergo, ecum miraretur genas Ecclesiæ, subdidit: *Absque occultis tuis* (*Cant. vi. 6*). Ac si aperte dicetur: Ea quidem quæ in te non latent magna sunt, sed illa <sup>c</sup> valde ineffabilia, quæ latent. Se-  
quitur:

*Vers. 11. — Et mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum, et longitudinem portæ tredecim cu-  
bitorum.*

9. Multa superius de portæ significatione jam diximus, sed unum tenere aliquid debemus per quod possit et cætera lectoris prudentia penetrare. Dictum quippe est per portam Scripturam sacram posse figurari. Sed hoc nobis modo laboriose discutiendum est, cur latitudo liminis portæ decem cubitis, et longitudo portæ tredecim mensuratur. Hoc autem loco longitudo portæ altitudo dicitur, sicut nos longæ statuæ dicimus quem altum videmus. Nam longitudo portæ dici in transversum non potest, cuius latitudo <sup>d</sup> per decem cubitos demonstratur. Quid ergo latitudo liminis portæ, nisi lex testamenti veteris fuit, et longitudo portæ, nisi gratia testamenti novi? Quia videlicet Scriptura sacra dum per testamentum vetus criminis operum compescuit, dari decimas præcepit (*Dent. XII. 6*), quasi per mandata humilia in liminis latitudine jacuit. Sed dum per testamentum novum cogitationes pravas coercuit, de-  
relinqui omnia, et pro Deo vitam corporis jussit

<sup>a</sup> Ebrolc. et Lyran., occupantur.

<sup>b</sup> In Editis, distinxit per personas, <sup>c</sup> ubi per re-  
bundat.

<sup>c</sup> Vatic. et Gussanv., inæstimabilia.

<sup>d</sup> Laud., per decem cubita.

cum praesenti saeculo despici (*Math. xv, 19; Marc. vii, 21; Luc. ix, 24*). quasi porta nostra in longitudinis altitudinem surrexit. Minor a quippe praeceptia Israeliitico populo per legem data sunt: unde et eidem populo Moyses in campo locutus est (*Exod. xix, 7, seq.*). Altiora Dominus sanctis apostolis dedit, unde et eos de mandatis vita in monte docuit. Dum vero Redemptor noster per Evangelium dicit: *Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas; non veni solvere, sed adimplere* (*Math. v, 17*). Adimplere enim venerat legem qui legis justitiae gratiam addidit, ut quod illa jubebat in minime, ipse perfici adjuvaret in summis, et quod illa coercedbat ab opere, ipse resecaret a corde. Intellexit ergo lex, quae in latitudine jacuit, in altitudinem surrexit. Ipsa enim Dei cognitio quae apud illum in spiritualibus patribus fuit, nota omni Hebreorum populo non fuit. Nam omnipotentem Deum, sanctam videlicet Trinitatem, cum prophetae predicarent, **1347** populus ignorabat; solum Decalogum tenebat in lege, sicut Trinitatis nesciens. Mensuratur ergo latitudo liminis portae decem cubitis, quia durus ille populus, subtilitatem fidei ignorans, mandatis serviebat Decalogi. Mensuratur vero longitudine portae tredecim cubitis, quia per testamentum novum in corde fidelis populi super mandata Decalogi, quae verius custodit, cognitione Trinitatis crevit. Et eo mandata legis perficit, quo Trinitatem esse omnipotentem Dominum credit.

**10.** Obi et queri rationabiliter potest cur istam latitudinem liminis portae, quam superius dixerat uno calamo mensurari, inferius subjunxit quod decem cubitis mensuretur, ac deinde subditur quod longitudine portae tredecim sit cubitis mensurata. Unus etenim calamus, sicut jam saepe dictum est, sex cubitos habet et palmum, decem vero cubiti jam mensuram suam super calatum tenent, tredecim vero amplius quam decem. Quid est ergo quod prius uno calamo limen portae, postmodum latitudo ejus decem cubitis, ad extremam quoque longitudine portae tredecim mensuratur, nisi quod sancti patres, quos per sanctam Scripturam ante legem fuisse cognoscimus, unum quidem omnipotentem Deum, sanctam videlicet Trinitatem esse neverunt, sed eandem Trinitatem quam cognoverunt aperte minime praedicaverunt? Qui ejus iussionibus obedientes, et vita munditiam conservantes, quasi in sex cubitis calami babuerunt perfectionem operis, et stepe angelos videntes habuerunt palnum contemplationis. Data autem lege, radix ille Hebreorum populus mandata

\* Editi omnes, tenebat in fide legem Trinitatis, adversantibus MSS. Anglie., Norm., etc., immo ipso sensu.

† Val. Cl. cum Norm., sublimitatem.

• Eborac., cognitionem Trinitatis credit.

‡ Val. Cl., studuit.

• Sues., divinæ cognitionis. Porro quod hic sanctus Doctor div. substantiæ mysterium appellat, Trinitas est quam sic revelatam patriarchis supra do-

Decalogi servare conatus est, sed lamen de cognitione sanctæ Trinitatis eruditus non est. Et quoniam hanc spiritu'es patres perfecte cognovissent, multitudine tamen magna Synagogæ nec invenire mysterium Trinitatis potuit, nec querere d' scivit.

**11.** Superveniente autem gratia per testamentum novum, omnis fidelis populus unus Deum Trinitatem esse cognovit, et virtutem Decalogi in ejus agnitione complevit. Prius ergo limen portæ mensuratur calamo uno, postmodum latitudo ejus cubitis decem, atque ad extremum longitudine portæ cubitis tredecim, quia et sanctis patribus ante legem activa et contemplativa vita non desuit, et sub legis Decalogo populus \* divinæ substantiæ mysterium nesciens, in mandatorum latitudine servivit. Et nunc sub gratia, custoditis verius Decalogi præceptis, omnis qui ad fidem venerit sanctæ Trinitatis mysterium cognoscit.

**12.** Qua in re hoc quoque nobis sciendum est quia et per incrementa temporum crevit scientia spiritualium patrum. Plus namque Moyses quam Abraham, plus prophetæ quam Moyses, plus apostoli quam prophetæ in omnipotentis Dei scientia eruditus sunt. Fallor si haec ipsa Scriptura non loquitur: *Pertransibunt, inquit, plurimi, et multiplex erit scientia* (*Dan. xi, 4*). Sed haec eadem quæ de Abraham, Moysi, prophetis et apostolis diximus, ex ejusdem Scriptura **1348** verbis, si possumus, ostendamus. Quis enim nesciat quia Abraham cum Deo locutus est (*Genes. xii, seq.*)? et tamen ad Moysen Dominus dicit: *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, et nomen meum Adonai non indicari eis* (*Exod. vi, 3; Ibid., iii, 6*)? Ecce plus Moysi quam Abraham innotuerat, qui illud de se Moysi indicat quod se Abraham non indicasse narrabat. Sed videamus st prophetæ plus quam Moyses divinam scientiam apprehendere potuerunt. Certe Psalmista dicit: *Quomodo dilexi legem tuam, Domine? tota die meditatio mea est* (*Psal. cxviii, 97*). Atque subjunxit: *Super omnes doentes me intellexi; quia testimoniu tua meditatio mea est* (*Ibid., 99*). Et iterum: *Super seniores intellexi* (*Ibid., 100*). Qui ergo legem meditari se memorat, et super omnes doentes se ac super seniores intellexisse testatur, quia divinam scientiam plus quam Moyses accepere manifestat. Quomodo autem ostensuri sumus quia plus sancti apostoli edicti sunt quam prophetæ? Certe Veritas dicit: *Muli reges et prophetæ voluerunt videre quæ videtis, et audire quæ auditis, sed non viderunt* (*Luc. x, 24*). Plus ergo quam prophetæ de divina scientia neverunt, quia quod illi solo spiritu viderunt, isti etiam corporaliter

cuit, num. 7, ut tamen a populo Judaico ignorarentur. Vide num. 9 sup. et 10, seq. Hinc, quaado num. 4 ait omnes electos etiam veteris test. ex amore Trinitatis accensos esse, explicandus est de gratia utrisque electis, per Trinitatem, et si non explicet cognitam ab omnibus, collata, ut amore serverent. Patet sancti Doctoris mens ex verbis immediate sequentibus; neque enim vere Deum diligenter, si ejusdem Trinitatis quæ Deus est, gratiam non accepissent.

viderunt. Impleta itaque est ea, quam superius diximus, Danielis sententia : *Quia pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia* (*Dan. xii, 4*). Mensura ergo calami, qui est sex cubitorum et palmi, ducatur ad cubitos decem; et mensura deceim cubitorum ad extreum surgat in tredecim, quia quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis aeternae scientiae aditus largius aperitur. Sequitur :

VERS. 12. — *Et marginem ante thalamos cubiti unus.*

13. Sicut saepe diximus, thalami corda electorum sunt, omnipotentis Dei amore serventia. Quid ergo per marginem ante thalamos, nisi fides exprimitur? quia nisi prius ipsa teneatur, nullo modo ad spiritalem amorem pertingitur. Non enim charitas fidem, sed fides charitatem praecedit. Nemo enim potest amare quod non crediderit. Margo itaque est ante thalamos, fides ante ardorem charitatis, quia, sicut dictum est, nisi ea quae audis credideris, ad amorem eorum quae audieris nullatenus inflamaberis. Sed margo ante thalamos cubiti unus est, quia tunc fides corda audientium in amore Deo copulat, quando per errores et schismata divisa non est, sed in unitate perdurat, ut videlicet margo unius cubitus audientis animum ad thalamum perducat, quia a coelestis sponsi speciem quam hic prædicat postmodum in coelestibus demonstrat. Ubi et bene subditur:

Ibid. — *Et cubitus unus b finis utrinque.*

14. Utrinque autem dicitur, ac si dicatur utriusque, scilicet limini et portæ. Per latitudinem quippe liminis et longitudinem portæ vetus ac novum testamentum diximus designari. Ad extreum vero additur quod cubitus unus sit finis utrinque, quia videbatur et testamentum vetus onus nobis Mediatorem Dei et hominum nontiavit, et testamentum novum eundem nobis **1349** nuntiat in aeterna claritate ventorum, quem jam pro nobis cognovimus incarnatum. Cubitus ergo unus <sup>a</sup> finis utrorumque est, quia et quem lex prædixit in carne apparuit, et ipse quem nunc Testamentum Novum loquitur, in gloria maiestatis apparebit. Et tunc utrorumque finis erit, cum visus in divinitatis sua potentia, omnia quae sunt prædicta compleverit. Scriptum namque est : *Finis legis Christus ad iustitiam credendi* (*Rom. x, 4*). Finis videlicet, non qui consumit, sed qui perficit. Tunc etenim legem perficit, cum, sicut lex prædicterat, incarnatus apparuit. Sed abhuc de eis iudicio multa Novum Testamentum loquitur, adhuc multa de regno illius narrat, quae nondum videntur impleta. Ecce quotidie Evangelium legitur, ventura vita prædicatorum. Tunc ergo erit et novi testamenti finis, cum ea quae de se promisit Dominus compleverit.

15. Finietur vero testamentum novum, quia per-

A sicietur. Nam cum ipse de quo loquitur visus fuerit, ejusdem testamenti verba cessabunt. Unde et sanctæ Ecclesiæ veri luminis diem quasi tempus vernale præstolanti, persponsi vocem dicitur : *Surge, propria<sup>a</sup> amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Jam enim hiems transiit, imber abiit et recessit, flores apparuierunt in terra* (*Cant. ii, 10, 11*). Sive enim sancta Ecclesia, seu unaquæque electa anima, coelesti sposo est amica per amorem, columba per spiritum, formosa per morum pulchritudinem. Quæ cum jam de corruptione carnis educitur, ei procul dubio hiems transit, quia præsentis vitæ torpor abscedit. Imber quoque abit et recedit, quia cum ad contemplandum in sua substantia omnipotentem Deum educitur, jam verborum guttæ necessariae non erunt, ut pluvia B debeat prædicationis infundi. Nam quod minus audire potuit, amplius videbit. Tunc apparent flores in terra, quia cum de aeternæ beatitudinis vita quædam suavitatis primordia prægustare anima coepit, quasi jam in floribus odoratur exiens, quod postquam egressa fuerit, in fructu uberiori habebit. Unde et illic subditur : *Tempus putationis advenit* (*Ibid., ii, 12*). In putatione quippe sarmenta sterilia reciduntur, ut ea quæ prævalent uberioris fructum ferant. Nostræ itaque putationis tempus tunc advenit quando infructuosam ac noxiā corruptionem carnis deserimus, ut ad fructum animæ pervenire valeamus. Qui fructus nobis erit uberrimus, visio unius. Cubitus ergo unus est finis utrinque, quia unus est ille qui dixit : *Singulariter sum ego donec transeam* (*Psal. cxl, 10*).

C Qui solus cum Patre et sancto Spiritu præsidet in celo, sicut passer unicus in ædificio (*Psal. ci, 8*). Quemadmodum implevit legem per mysterium incarnationis et perfectæ humanitatis suæ, ita testamenti novi promissa impleturus est per ostensam gloriam claritatis suæ.

16. Hunc unum nobis cubitum mensura quoque arcae locuta est. Arca enim, quæ trecentis cubitis fieri in longitudine jussa est, sexaginta vero in latitudine, triginta autem in altitudine (*Genes. vi, 15*), in uno est cubito consummata. Quid enim per arcam nisi sancta Ecclesia figuratur, quæ inferius ampla est, superius angusta? Quæ a trecentis, et sexaginta, ac triginta cubitis ad unum cubitum colligitur, quia ab ea latitudine quam sancta Ecclesia in membris suis abhuc infringantibus habet **1350** paulisper angustata, et in altum proficiens, ad unum tendit. Ipsa enim ratio exigit ut credamus quod in illa arca latitudine omnes bestiæ, cuncta quadrupedia atque reptilia in inferioribus fuerint, homines atque volatilia nimis in superioribus. Juxta superiorem etenim partem fenestra fuit in latere, de qua corvum et columbam dimisit homo, ut si jani diluvii transissent aquæ, cognosceret. Et quia arca eadem in uno fuit cubito consummata, homines et volatilia juxta cubi-

<sup>a</sup> Excusi, coelestis spiritus. Quibus contradicunt omnes Ms. nostri.

<sup>b</sup> Laud. et Longip., finis utramque. Utramque autem. Fortasse, utramque, pro utramque, et in

Excusis.

« In plur. Norm. et al., pro utramque, legitur utramque, hic et infra.

tum fuerunt. Recte itaque per arcam universa Ecclesia designatur, quae adhuc in multis suis carnibus lata est, in paucis spiritualibus angusta. Et quia ad unum hominem, qui est sine peccato, colligitur, quasi in uno cubito consummatur.

47. Videmus etenim multos intra ejusdem sanctae Ecclesiae sinum in superbia erigi, in carnis voluptate dissolvi, acquirendis terrenis rebus inhiare, imperante avaritia maria transire, deservire iracundiae, jurgii vacare, proximos quos præalent ludere. Sed quia eos adhuc sancta Ecclesia tolerat ut convertantur, quasi in arcæ latitudine deorsum bestiae morantur. Videmus alios jam aliena non querere, illatam injuriam æquanimiter portare, rebus propriis esse contentos, humiliter vivere. Sed quia isti jam pauci sunt, angustatur arca. Alios autem conspiciimus etiam possessa relinquere, nullum terrenis rebus studium dare, inimicos diligere, carnem a cunctis voluptatibus domare, motus omnes sub rationis judicio premere, per cœleste desiderium contemplationis penna sublevare. Sed quia tales quique valde rari sunt, <sup>b</sup> jam arca juxta cubitum duciur, ubi homines et volatilia continentur. Quæratur tamen si quis in eis esse valeat sine peccato, et nullus invenitur. Quis itaque homo sine peccato est, nisi ille qui in peccatis conceptus non est? In uno ergo cubito consummatur arca, quia unus est auctor et Redemptor sanctæ Ecclesiae sine peccato, ad quem et per quem omnes proficiunt, qui se esse peccatores neverunt. Dicatur itaque de limine et porta: *Et cubitus unus, finis utrinque, quia cum unus Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus in maiestate sua apparuerit, omnia utriusque testamenti quæ prædicta et promissa sunt complebit.*

48. Siu vero utraque hoc loco marginem ac thalamos memorat, neque hoc ab hac sententia abhorret, quia cum majestas Redemptoris nostri nobis fuerit ostensa, finitur fides, cum jam cœperit videre homo quod credit. Et ad finem suum pervenient thalami, quia corda fidelium incomparabiliter longe quam modo sunt, in amore illius perficiuntur. Cubitus ergo unus finis utrinque est, quia unius Domini et Salvatoris visio in electis suis fidem finit, et charitatem perficit.

49. Considerare libet qui nos sumus qui ista tractamus. Certe ex gentibus venimus, certe parentes nostri lignorum ac lapidum cultores fuerunt. Unde ergo hoc nobis, ut ea quæ nunc usque <sup>b</sup> Hebrei nesciunt Ezechielis prophetæ tam profunda mysteria rimeantur? Agamus ergo gratias uni, qui cuncta quæ de eo in sacro eloquio scripta sunt opere impletivit, ut quæ intelligi audita non poterant, visa pandentur. Ibi quippe incarnatione, ibi passio, ibi mors, ibi resurrectio, ibi **1351** ascensio illius continetur. Sed quis nostrum hæc audita crederet, nisi facta cognovisset?

<sup>a</sup> Ita omnes MSS. a quibus Excusi recentes habent, in arca juxta cubitum ducuntur.

<sup>b</sup> Obscuritatem Ezechielis prophetæ, maxime in visione hic explicata, fatentur Hebrei, ut in præfa-

**A** Signalum ergo librum, sicut in Joannis Apocalypsi legitur (*Apoc. v, 3, 5*), quem aperire et legere nemo poterat, leo de tribu Juda aperuit, quia omnia ejus nobis mysteria in sua passione ac resurrectione patescunt. Et per hoc quod infirmitatis nostræ mala pertulit, suæ nobis potentie et claritatis bona monstravit.

20. Caro enim factus est, ut nos spiritales faceret; benigne inclinatus est, ut levaret; exiit, ut introduceret; visibilis apparuit, ut invisibilia monstraret; flagella pertulit, ut sanaret; opprobria et irrisiones sustinuit, ut ab opprobrio æterno liberaret; mortuus est, ut vivificaret. Agamus ergo gratias vivificanti et mortuo, et ideo amplius vivificanti, quia mortuo. Unde bene salutem nostram, et passionem illius Isaías contemplatus ait: *Ut faciat opus suum, alienum opus ejus; ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo* (*Isoi. xxviii, 21*). Opus etenim Dei est animas quas creavit colligere, et ad æternæ lucis gaudia revocare. Flagellari autem **1352** atque sputis <sup>c</sup> illini, crucifigi, mori, atque sepeliri, non hoc in sua substantia opus Dei est, sed opus hominis peccatoris, qui hæc omnia meruit <sup>d</sup> per peccatum. *Sed peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum* (*I Petr. ii, 24*). Et qui in natura sua manet semper incomprehensibilis, in natura nostra comprehendi dignatus est ac flagellari, quia nisi ea quæ erant infirmitatis nostræ susciperet, nunquam nos ad suæ fortitudinis potentiam sublevaret. Ut ergo faciat opus suum, alienum opus ejus; et ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo, quia incarnatus Deus, ut nos ad suam justitiam colligeret, dignatus est pro nobis tanquam peccator homo vapulare. Et alienum opus fecit ut ficeret proprium, quia per hoc quod infirmans mala nostra sustinuit, nos qui creatura illius sumus, ad fortitudinis suæ gloriam perduxit, in qua vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA V.

*Ab extrema duodecimi versus parte ad decimum septimum, Ezechielis cap. quadragesimum exponitur, ac de contemplatione præseruum disseritur.*

**1351** 1. Memoratis superius thalamis, propheta subjungit, quia thalani sex cubitorum erant hinc et inde. Quia in re magna nobis quæstio generatur, cur superius thalamum uno calamo mensuratum dixit, quem videlicet calatum sex cubitos et palmum habere prohibuit, atque inferius thalamos sex solummodo dicit cubitis mensurari. Si enim non calamo, sed sex cubitis mensurantur, palmus deest, qui superius in mensura calami dicebatur adesse. Sed si thalami sunt sensus atque cogitationes fidelium, in quibus castæ animæ conditori suo in amore junguntur, et per sex cubitos perfecta operatio, per palmum vero

tione attigimus, num. 2.

<sup>a</sup> Ita melius MSS. quam Editi, quæ habent illiniri.

<sup>b</sup> Val. Cl. cu[m] Noru., pro peccato.

inchoatio contemplationis exprimitur, sanctæ univer- A salis Ecclesiæ debemus membra conspicere, et citius invenimus quia sunt in ea thalami uno calamo, et sunt alii sex tantummodo cubitis mensurati. Nam fideles quidam in illa omnipotentem Deum p̄fita amant, ut et in opere perfecti sint, et in contemplatione suspensi. Illi profecto calatum in mensura habent, quia et sex cubitos operationis, et palmum contemplationis possident. Quidam vero omnipotentem quidem Deum diligunt, et perfecte in bonis operibus exercentur, sed tamen contemplari ejus magnitudinem subtiliori intellectu nesciunt. Amant autem, sed investigare gaudia ejus claritatis ignorant. Hi itaque sex cubitos habent et palmum non habent, quia ei jam per amorem juncii sunt, sed ex contemplatione disjuncti. Qui tamen thalami post commemorationem cubiti unius hinc et inde esse referuntur, quia videlicet in amore **1352** auctoris ac Redemptoris nostri fideles animæ et ex Judaico populo et ex gentilitate conve- nerunt.

2. Unde et idem Redemptor noster, cum, *Asellum sedens, Jerusalem tenderet*, sicut evangelista testatur, multi vestimenta sua straverunt in via; alii autem frondes cædebant de arboribus, et sternebant in via; et qui præbant et qui sequebantur clamabant, dicentes: *Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini* (*Marc. xi, 7, seq.*). Salvator enim noster asellum sedens Jerusalem tendit, quando uniuscujusque <sup>a</sup> fidelis animam regens, videlicet jumentum suum, ad pacis intimæ visionem ducit. <sup>b</sup> Jumentum sèdet etiam cuui sanctæ Ecclesiæ universaliter præsidet, eamque in supernæ pacis desiderium accendit. Multi au- tem vestimenta sua in via sternunt, quia corpora sua per abstinentiam dominant, utei iter ad mentem parent, vel exempla bona sequentibus præbeant. Alii autem ramos vel frondes de arboribus cædunt et sternunt in via, quia in doctrina veritatis verba atque sententias patrum ex eorum eloquio decerpunt, et hæc in via Dei ad auditoris animum venientes humili prædicatione submittunt. Quod indigni quoque et nos modo facimus. Nam cum patrum sententias in ser- mone exhortationis assumimus, frondes de arboribus cædimus, ut has in via Dei omnipotens sternoamus. Sed qui præbant et qui sequebantur clamabant: *Hosanna. Præcessit quippe Judaicus populus, secutus est gentilis.* Et quia omnes electi, sive qui in Iudea esse potuerunt, sive qui nunc in Ecclesia existunt, in Mediatorem Dei **1353** et hominum crediderunt et credunt, qui præeunt et qui sequuntur Hosanna clamant. Hosanna autem Latina lingua, salva nos dicitur. Ab ipso enim salutem et priores quæsierunt,

<sup>a</sup> Vitiose vulgati omnes, fidelis anima, regens. Juxta quam lectionem anima non regitur a Christo, quod dicere scopus est sancti Doctoris, sed ipsa regit; sieque ruit comparatio ducta a Christo super asinum sedente. Ceterum hic modus loquendi, *sedens asellum*, Gregorio familiaris est. Restituiimus hunc locum ex omnibus. MSS. nostris et Anglicis.

<sup>b</sup> Ilujus phrasis Gregorianæ jam meminimus in not. <sup>c</sup> (col. nobis 557 tom. LXV), l. 1 Moral., n. 23. Quam

A et præsentes querunt; et benedictum qui venit in nomine Domini confitentur, quoniam una spes, una fides est præcedentium atque sequentium populorum. Nam <sup>c</sup> sicut illi exspectata passione ac resurrectione ejus sanati sunt, ita nos præterita passione illius ac permanente in sæcula resurrectione salvamur. Quem enim priores nostri ex Judaico populo crediderunt atque amaverunt venturum, hunc nos et venisse credimus et amamus, ejusque desiderio accendimur, ut eum facie ad faciem contempleremur. Thalami ergo ejus hinc et inde sunt, quia corda amantium fidem quæ in illo est et a priori parte sæculi et ab ultima complectuntur. Sequitur:

VERS. 13. — *Et mensus est portam a tecto thalami usque ad tectum ejus, latitudinem viginti et quinque cubitorum.*

3. Sæpe jam diximus, portam fidem, et per eamdem fidem ipsum Dominum ac Redemptorem nostrum, Mediatorem Dei et hominum Jesum Christum posse signari, quia per fidem quæ in eo est introitus ad vitam patet. Sed etiam Scripturam sacram, quæ nobis eamdem ipsam fidem in Redemptoris nostri intellectum aperit, non immerito portam accipimus, quia, ea ut oportet cognita, ad intelligenda invisibilia intramus. Si igitur hoc in loco, ut prædiximus, porta Scriptura accipitur, querendum est quid per tectum thalami, quid per tectum portæ signetur. Sed habet thalamus tectum, quia opera est mens amantium, et adhuc fervor amoris in occulto est. Habet quoque et porta tectum, quia Scriptura tota quidem propter nos scripta est, sed non tota intelligitur a nobis.

4. Multa quippe in illa ita aperte scripta sunt, ut pascant parvulos; quædam vero obscurioribus sententiis velantur, ut exerceant fortis, quatenus cum labore intellecta plus grata sint. Nonnulla autem ita in ea clausa sunt, ut dum ea non intelligimus, agnoscentes infirma nostræ cœxitatis, ad humilitatem magis quam ad intelligentiam proficiamus. Sunt enim quædam quæ ita de cœlestibus loquuntur, ut solis illis supernis civibus in patria sua persistentibus pateant, neendumque nobis peregrinantibus resercentur. Nam si quis ad urbem incognitam pergens multa de illa in via audiat, quædam quidem ex ratione colligit, quædam vero, quia neendum videt, nullo modo cognoscit; ipsis vero cives qui in ea sunt, et quæ de illa faciuntur vident, et quæ de illa dicuntur intelligunt. Nos igitur in via adhuc sumus, multa de illa cœlesti patria audimus, alia jam per spiritum et rationem intelligimus, quædam vero non intellecta veneramur. Unde et de eodem sacro eloquio scriptum

trita sit apud sanctum Doctorem, patet vel ex hoc loco, ubi ter adhibetur; nam supra legimus: *cum asellum sedens, etc., et paulo post, Salvator enim noster asellum sedens.*

<sup>c</sup> Ebroic. et pl. Norm., quibus consentiunt omnes pene Editi, *sicut illorum (vel illis) peccata... sanata sunt.* Sequimur Longip., Val. Cl. et alias cum Gus- sanv. Favet antithesis passionis, etc., exspectatæ et præteritæ.

qet : *Extendens cibum sicut pellem, qui legis in aquis superiora ejus (Psal. ciii, 2).* Cibum quippe sicut pellis extenditur, quia per ora mortaliū Scriptura sacra nobis in expositionibus explicatur. Sed sunt aquae in celo, superiores videlicet multitudines, id est angelorum agmina, in quibus ejusdem celi turgentur superiora, quia ea quae **1354** in sacro eloquio aliora et obscuriora sunt, angelicis solummodo spiritibus patent, et nobis adhuc incognita perduntur. Habet ergo thalamus tectum, quia nescit adhuc proximum quantum amat a proximo. Porta quoque, id est sacrum eloquium habet tectum, quia necdum omnia penetrare intellectu possumus quae de coelestibus audiamus.

5. Restat ergo ut in his quae intelligimus in profectu quotidie charitatis ambulemus. Et quoniam in nobis proximi quoque nostri non videant quantum diligantur a nobis, atque in sacro eloquio ea quae needum intelligimus humiliter veneremur, in his tamen ad quae intelligendo pervenimus, dilatari per bonam operationem debemus. Unde et dicitur : *Et mensus est portam a lecto thalami, usque ad tectum ejus, latitudines viginti et quinque cubitorum.* Quinque enim carnis sensibus praediti sumus, videlicet visa, gustu, olfactu, auditu atque tactu. Idem vero quinarius numerus, per semetipsum multiplicatus, ad vigesimum et quinquaginta numerum surgit. Operari autem exteriorius quiddam de mandatis coelestibus sine istis corporis quinque sensibus non valemus. His quippe officia sua judex animus laterius praesidet, et quid exteriorius agere juste vel misericorditer possit, quasi eiusdem officiis renuntiantibus ac deservientibus agnoscit. Cum ergo timore omnipotentis Domini animus impletur, necesse est ut quinque nostri sensus nobis volunt subiecta officia in bona operatione deserviant. Per quos cum aliquid agere misericorditer corporimus, plus se quotidie ipsa misericordia aperit, et quasi quidam sinus boni operis expandit. Quinque igitur sensus multiplicantur in se, dum hoc quod per ipsos agitur in hominem quotidie opere per profectum multiplicatur. Unde et latitudo esse viginti et quinque cubitorum dicuntur, quia timor, tenacia et pigredo, angustia est. Quisquis enim ideo indigent dare panem metuit, ne sibi desit, adhuc in angustia timoris est. Quisquis ideo vestimentum algenti non porrigit, quia hoc solus habere concupiscit, adhuc et tenaciam sue angustia coarctatur. Quisquis ideo bonum non agit, quia tempore animi a pigritate, ipse ei avus torpor angustia est. Respiceret autem ihopem, exandire precem, largiri stipem, præbere defensionem, atque pro ejusdem defensione pauperis adversantis cuiuslibet inimicitiis non timere, magna mentis latitudo est. Mensuretur ergo inter thalamum et portam ea quae interjacet latitudo, cubitis viginti et quinque, quia in exteriorum sensuum operatione

A probatur et cognoscitur quae intrinsecas largitas bonitatis habeatur. b Nam quid jam de Scriptura sacra didicoris et quantum proximum tacitus ames, in latitudine boni operis ostendis.

6. Pateat igitur viginti et quinque cubitis c latitudo inter thalamum et portam, quia inter charitatem et scientiam resis est bona operatio. Quae si forsitan defuerit, profecto certum est nec cognovisste Deum, nec diligere proximum ; id est, nec portam sacri eloquii, nec amoris thalamum habere. Et notandum est quod a tecto thalami usque ad tectum portae dicitur mensuratur. Per ea enim quae nobis in sacra Scriptura cooperata sunt, **1355** nostra humilitas approbatur, quia quidquid in illa non intelligimus, non superbe reprehendere, sed venerari humiliter debemus. Unde et de Domino scriptum est : *Palpebras ejus interrogant filios hominum (Psal. x, 5).* Palpebrae quippe ejus iudicia sunt, quae aliquid nobis claudunt, et aliquid aperiunt. Quae aperiendo nos interrogant si intelligendo non extollimur. Claudiendo nos interrogant si non despiciimus quae intelligere non valemus. Per ea autem quae de charitate nostra proximis nostris non loquimur, in conspectu Dei verius probamur. In quorundam enim ore charitas facta est, in quorundam vero cordibus vera. Et sapientia de charitate ostenditur quod non est, et non demonstratur quod est. Amorem itaque nostrum erga proximum plus bona operatio loquitur quam lingua, ut in ipso bono opere proximos noster amari se videat. Et cum tantum non possumus quantum volvimus operari, omnipotenti Deo occulta d amoris nostri sufficient. A tecto ergo thalami usque ad tectum portae sit magna latitudo, ut ab oculis nostris charitatis propter proximum usque ad humilitatem scientiae, et propter Deum, in quantitate intelligimus et valemus, bona semper operemur.

7. Potest etiam porta ipse jam aditus regni coelestis intelligi. Habet nunc thalamus tectum, habet et porta tectum, quia et quanta sit nostra charitas in Deum et proximum, non cognoscitur, et quando de hoc saeculo ad alterius ritus requiem introducamur ignoratur. Esse enim nobis conditor noster diem mortis nostrae incognitum voluit, ut, dum semper ignoratur, semper esse proximum credatur ; et tanto quisque serventior sit in operatione, quanto et incertus est de vocatione. Unde et latitudo viginti et quinque cubitorum a thalamo ad portam tenditur, quia per charitatem quam semel in Deo et proximo concepimus, usque ad ingressum regni debemus omnino quod possimus multipliciter atque incessanter operari. A tecto itaque thalami usque ad tectum portae magna latitudo est, quia ex gratia qua inchoamus Deum diligere, usque ad ipsam dilectionem quae nobis datum regni coelestis aperit, debemus nosmetipsos in magna bonorum operum actione dilatare, adver-

a Al., torpescit, ut in Editis legitur.

b Norm. et al. a Gussanv. inspecti, nam quid dicam de Scriptura sacra. Quantum didiceris.

c Laud., in latitudine.

d Lyr., cordis nostri.

e Suesa, ad ipsam vocationem.

palenter perpeti, <sup>a</sup> bona libenter impendere, ipsos etiam quos palientur amare, habita tribuere, non habita non ambire, proximos sicut nosmetipos diligere, certa bona nostra credere, certa mala quae propria defere. In tali ergo mente magna latitudo est, in qua angustia ediorum non est. Quem profecto latitudinem ex Dei et proximi amore concepiimus, et per sacra mandata cognovimus. Nam et ipsos latitudinis viginti et quinque cubitos non inconvenienter intelligimus, si eos juxta sacrum eloquium discutere velimus. Sex enim cubitis measuratos thalamos dixerat, et sexto die homo est conditus (Genes. 1, 27); eo quoque die Dominus perfecisse opera sua describitur. Unde etiam pro perfectione ponni senarius numerus solet. Et quia omnem operationem bonam per quatuor sancti Evangelii libros agnovimus, si sex quater ducimus, ad viginti et quatuor pervenimus. Cui monas additur, <sup>b</sup> quia unus est 1356 per quem bene omnes operantur. Viginti ergo et quinque cubitis latitudo haec explicari debuit, quia omnia bona operatio per quatuor sancti Evangelii, ut diximus, libros agnoscitur, et in unius Dei cognitione et confessione completatur. Sequitur:

Vera. 13. — Et ostium contra ostium.

8. Illo loco contra non ad adversitatem ponitur, sed ad rectitudinem. Ostium enim contra ostium est cum recto interiore ab exteriore ad interiore aditum pervenitur. In cognitione vero omnipotentis Dei primum ostium nostrum fides est, secundum vero specie illius, ad quam per fidem ambulando pervenimus. In hac etenim vita hanc ingredimur, ut ad illum postmodum perducamur. Ostium ergo contra ostium est, quia per aditum fidei aperitur aditus visionis Dei. Si quis vero ultraquod haec osia in hac vita velit accipere, neque hoc a salubri intelligentia abhorret. Nam sepe volumus omnipotentis Dei naturam invisiabilem considerare, sed nequaquam valamus; atque ipsis difficultatibus fatigata anima <sup>c</sup> ad semetipsam redit, sibique de scipsa gradus ascensionis facit, ut primum semetipsam, si valet, consideret, et tunc <sup>d</sup> Nam naturam quae super ipsam est, in quantum potuerit, investiget. Sed mens nostra si in carnalibus imaginibus fuerit sparsa, nequaquam vel se vel anima naturam considerare sufficit, quia per quot cogitationes ducitur, quasi per tot obstatcula exercatur.

9. Primum ergo grades est ut se ad se evigilat, secundus ut videat qualia est collecta, tertius ut super semetipsam surga, <sup>e</sup> ac se contemplationi anchoris invisibilis intendendo subjiciat. Sed se ad se nullatenus colligit, nisi prius didicerit terrenarum atque celestium imaginum phantasmatata ab oculis mentis compescere, quidquid de visu, quidquid de auditu,

<sup>a</sup> In Ed. v. benigna impendere, aut benigna charitatis obsequia.

<sup>b</sup> Ita omnes MSS. nostri; cuius lectionis loco in Exclusis legitur: *in uno semper Deo bene omnes operamur.*

<sup>c</sup> Laud., ad semetipsam recedit.

<sup>d</sup> Plur. Norm. et Val. Cl., ac se in contemplationem, aut, in contemplationem.

A quidquid de odoratu, quidquid de tactu et gustu corporeo cogitationi ejus occurrit, respuere atque calcare, quatenus talis se querat intus, qualis sine latitudo est. Nam haec quando cogitat, quasi quadam umbras corporum introrsus versat. <sup>e</sup> Abigenda ergo sunt omnia manu discretionis ab oculis mentis, quatenus talis se anima consideret, qualis sub Deo super corpus creata est, ut a superiori vivificata, vivificet inferius quod administrat. Quae et sic infusa est corpori, ut non per membrorum partes partibus sit divisa. Nam si in quolibet loco pars corporis percuditur, tota dolet. Miro autem modo una eademque vivificatione membris praesidens, cum ipsa per naturam non diversa sit, per corpus tamen agit diversa. Ipsa quippe est quae per oculos videt, per aures audit, per narres odoratur, per os gustat, per membra omnia tangit, et tangendo lege ab aspero discernit. Et cum tam diversa per se suis operatur, non haec diversa, sed una illa in qua creata est ratione disponit. Cum ergo seipsam sine imaginibus corporis cogitat anima, jam primum ostium intravit. Sed ab hoc ostio ad aliud tenditur, ut de natura Dei omnipotentis aliquid contempletur. Anima itaque in corpore vita est carnis, Deus vero qui vivificat omnia vita est animalium. Si igitur tanta est magnitudinis, 1357 ut comprehendi non possit vita vivificata, quis intellectu comprehendere valent quantitate maiestatis sit vita vivificans? Sed hoc ipsum considerare atque discernere jam est aliquatenus intrare, quia ex sua estimatione anima colligit quid de incircumscripsi spiritu sentiat, <sup>f</sup> qui ea incomprehensibiliter regit quae incomprehensibiliter creavit.

10. Conditor etenim noster longe incomparabiliter creature suarum praesidet, et quedam operatur ut sint, nec tamen vivant; quedam vero ut sint et vivant, nec tamen discernere aliquid de vita valeant; quedam autem ut sint, vivant, atque discernant. Et operatur unus omnia, sed in omnibus non divisus (I Cor. xii, 6). Est enim vere summus, et nunquam sibi dissimilis. Anima autem etsi per naturam sibimetipsi diversa non est, per cogitationem tamen diversa est. Eo enim <sup>g</sup> momento et ictu quo de visu cogitat, de auditu cogitare oblitiscitur; et eo momento et ictu quo de auditu vel gustu cogitat, de odoratu vel tactu cogitare non praevaleat, quia per intentionem et oblivionem sit semper sibimetipsi dissimilis, ut nunc hoc, nunc illud cogitatione teneat. Omnipotens autem Deus, quia sibimetipsi dissimilis non est, ex virtute videt quae audit omnia, ex virtute creat quae judicial creat. Ejus ergo et videre simul omnia administrare est, <sup>h</sup> et administrare conspicere. Nec alia cogitatione justos adjuvat, atque alia injustos

<sup>f</sup> Idem, abicienda.

<sup>g</sup> Omnes Norm. cum Longip. et Val. Cl., qui eam... regit, sc. animam; et infra, quam... creavit. Legendum tamen videtur ea, et quae, cum sic enumerentur omnia creaturarum genera.

<sup>h</sup> Laud. et Longip., momentis ictu, quod repetitur in Iacob.

<sup>i</sup> Ita optimo sensu Laud., Succi., Longip., Norm.

damnat, sed una eademque vi naturæ singularis sibi A semper indissimilis dissimilia disponit. Cur autem hoc de potentia Creatoris admirremur, qui virtutis ejus vestigia et in creaturis conspicimus? Natura quippe luti et ceræ diversa est. Solis vero radius non est diversus, et tamen cum diversus non sit, diversa sunt quæ in luto operatur et cera, quia uno eodemque sui ignis calore lutum durat, et ceram liquat. Sed fortasse hoc in natura luti vel ceræ est, non in ipsa solis substantia, quæ in naturis diversis diversa videtur operari. Omnipotens autem Deus in semetipsò habet sine immutatione mutabilia disponere, sine diversitate sui diversa agere, sine cogitationum vicissitudine dissimilia formare. Longe ergo dissimiliter operatur dissimilia nunquam sibi dissimilis Deus, qui et ubique est, et ubique totus est. Ait enim: *Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum* (*Izai. LVI, 1*). Et de ipso scriptum est: *Qui cælum metitur palmo, et terram pugillo concludit* (*Ibid., XL, 12*).

11. Ex qua re considerare necesse est quia is qui cœlo velut sedi præsidet, super et intus est. Et qui cœlum palmo, et terram pugillo concludit, et exteriorius, superius, et inferius est. Ut ergo indicaret omnipotens Deus interiorem se esse, et superiorem omnibus, cœlum ipse sibi sedem esse perhibuit. Ut vero se ostenderet omnia circumdare, cœlum metiri palmo, et terram se asserit pugillo concludere. Ipse est ergo interior et exterior, ipse inferior et superior: regendo superior, portando inferior; replendo interior, circumdando exterior. Sicque est intus, ut extra sit; sic circumdat, ut penetret; sic præsidet, ut portet; **1358** sic portat, ut præsideat. Cum ergo elevata ad seipsam anima suum modulum intelligit, et quia corporalia omnia transcendat agnoscit, atque ab intellectu suo se ad auctoris intellectum tendit, quid jam hæc nisi ostium quod est contra ostium aspicit? Unde et auctori omnium Propheta dicit: *Mirabilis facta est scientia tua ex me* (*Psal. CXXXVIII, 6*), quia quantumlibet intenderit, semetipsam anima perfecte non sufficit penetrare, quanto magis illius magnitudinem qui potuit et animam condere? Cumque in scientia Dei intellectu laboraret, lassescens ac deficiens subdidit: *Confortata est, nec potero ad eam* (*Ibid.*). Sed cum conantes atque tendentes quidam jam de invisibili natura conspicere cupimus, lassamur, reverberamur, repellimur; et si interiora penetrare non possumus, tamen jam ab exteriore ostio interius ostium videmus. Ipse enim considerationis labor ostium est, quia ostendit aliquid ex eo quod intus est, etsi adhuc ingrediendi potestas non est. Sequitur:

In Editis legitur et administrata conspicere, vel, ut habet Gussanv., et administrando. Minus ad sancti Doctoris mentem, qui hic docet idem omnino Deo esse et videre, et administrare creature, ita ut cum conspiciat, administraret; cum administrat, conspiciat.

<sup>a</sup> Alludit ad morem computandi veterum. Olim quippe numeri omnes sinistram digitis aut erectis, aut varie inflexis significabantur, usque ad centenarium;

VERS. 14. — *Et fecit frontes per sexaginta cubitos, et ad frontem atrium portæ undique per circuitum.*

12. Sepe jam diximus (*Hom. 2, lib. II, n. 7, seq.*) senario numero perfectionem boni operis designari, non illud sequentes quod conati sunt hujus sæculi sapientes astruere, dicentes idcirco senarium numerum esse perfectum, quia suo ordine numeratus perficitur, ut cum unus, duo, tres dicuntur, senarius numerus impletur; vel quia in tribus partibus dividitur, id est sexta, tertia et dimidia, videlicet in uno, duobus et tribus; sed idcirco senarium numerum dicimus esse perfectum, quia, sicut paulo ante dictum est, sexto die perfecit Deus omnia opera sua (*Genes. I, 21; II, 1*). Quoniam vero peccatori homini legem dedit, quæ in decem præceptis scripta est, et sex decies ducta in sexagenarium surgunt, recte per sexaginta cubitos bonorum operum perfectio designatur. Quod aperte etiam Dominus in Evangelio designat, qui, cum parabolam seminantis exponeret, dixit: *Aliud cecidit in terram bonam, et dabat fructum ascendentem et crescentem, et afferebat unum triginta, et unum sexaginta, et unum centum* (*Matth. XIII, 8; Marc. IV, 8; Luc. VIII, 8*). Fructus etenim terræ bona triginta assert, cum mens perfectionem fidei, quæ est in Trinitate, conceperit. Sexaginta assert, cum bonæ vitæ opera perfecta protulerit. Centum vero assert, cum ad æternæ vitæ contemplationem proficerit. Sinistra enim nostra est vita præsens, dextera vero est vita ventura. Et recte per centenarium numerum æternæ vitæ contemplatio designatur, quia cum post triginta ac sexaginta ad centesimum numerum computando pervenimus, idem centenarius numerus <sup>a</sup> in dexteram transit. Fides atque operatio adhuc in sinistra est, quia hic adhuc positi, et credimus quod non videamus, et operamur ut videamus. Cum vero jam se animus in contemplationem æternæ vitæ suspenderit, quasi ad dexteram manum <sup>b</sup> computus pervenit. Fecit itaque frontes per sexaginta cubitos. Quia enim per sexagenarium numerum perfectio, quid per frontes sedificii nisi ipsa opera designantur quæ exterior videntur? Prædicationis enim **1359** verbum tribuere, alimenta esurientibus, vestimenta algentibus dare, et pro bono opere patienter adversa sustinere, quid aliud quam frontes sunt sedificii cœlestis? quia pulchritudo operum exteriorum ornat <sup>c</sup> habitaculum Dei, quod adhuc latet intriusecus. Sed istæ frontes habent atrium undique per circuitum, quia in hoc magna sunt opera, si hæc in mente dilatata amplitudo charitatis. De charitate quippe scriptum est: *Latum mandatum tuum nimis* (*Psal. CXVIII, 96*). De hac iterum Psalmista ait: *Statuisti in loco spacio pedes meos* (*Psal. XXX, 9*).

ad quem ubi pervenitum esset, de sinistra transfebratur ad dextram. Quia de re consule Cælium Rhodiginum, Lectionum antiquarum lib. XXIII, cap. 11 et 12. Sidonius Apoll., epist. 9, ad Faustum, lib. IX: *Ut quandoquidem tuos onnos jam dextra numeraverit, ad quem locum lego notas J. Sirmondi.*

<sup>a</sup> Laud., compositus.

<sup>b</sup> Lyr. et nonnulli, tabernaculum.

13. Sed ecce, dum loquor, animo occurrit quomo-  
do lata est charitas. Si per charitatem pertingitur ad  
Deum, et per semetipsam Veritas dicit : *Intrate per  
angustam portam* (*Matth. vii, 13*). Et rursum Psalmi-  
stam audio dicentem : *Propter verba labiorum tuorum  
ergo custodiri vias duras* (*Psal. xvi, 4*). Atque in Evan-  
gelio Dominus dicit : *Jugum enim meum suave est, et  
onus meum leve* (*Matth. xi, 30*). Quomodo ergo aut  
lata charitas, si angusta porta ? aut quomodo jugum  
suave est et onus leve, si in preceptis Dei viæ duræ  
sunt quæ custodiuntur ? Sed hanc nobis questionem  
citus ipsa charitas solvit, quia via Dei et inchoan-  
tibus angusta est, et perfecte jam viventibus lata. Et  
dura sunt quæ contra consuetudinem spiritualiter ani-  
mo proponimus, et tamen onus Dei leve est, post-  
quam hoc ferre coeperimus, ita ut pro amore ejus B  
etiam persecutio <sup>b</sup> placeat, et omnis pro eo <sup>c</sup> affli-  
ctio in mentis dulcedine veniat, sicut sancti quoque  
apostoli gaudebant cum pro Domino flagella tolera-  
bant (*Act. v, 41*). Ipsa ergo angusta porta amantibus  
lata sit, ipsæ viæ duræ spiritualiter currentibus molles  
et planæ fiunt; <sup>d</sup> dum enim scit animus se pro temporalibus  
doloribus gaudia æterna recipere, et hoc  
incipit quod affligitur amare. Atrium ergo ante  
frontes ejus est in perfectione operis latitudo dilec-  
tionis.

14. Et notandum quod dicitur *Undique per circuitum*,  
ut videlicet homo per omne quod agit semper se in  
charitatis amplitudine dilatet, ne hunc aut timor  
aut odia angustent. Si quis ergo de verbo Dei loquitur,  
et charitatem quam prædicat in mente non servat,  
ædificii frontem habet, sed atrium ante frontem non  
habet. Si quis eleemosynam indigeniibus largitur, et  
per hanc fortasse in corde extollitur, nec ex charitate  
proximi inopiae subvenit, sed se elatione tacita ex-  
tollit, frontem quidem in ædificio ostendit, sed juxta  
frontem atrium non fecit. Si quis illatas <sup>a</sup> proximo  
contumelias tolerat, et mala objecta tacitus portat,  
magna est patientia quam demonstrat, sed si dolorem  
in corde non habeat, si lucrari ad tranquillitatem  
mansuetudinis etiam ipsum qui male excesserat quæ-  
rat. Nam si patientiam exterius adhibens intus dolo-  
rem tenet, nec amat eum quem sustinet, habet qui-  
dem frontem in ædificio, sed ante frontem atrium  
non habet, quia is qui se angustias odiorum subdidit,  
profecto charitatis latitudinem amisit. Nam sicut in  
superiori parte jam diximus (*Hom. 9, maxime n.  
22, seq.*), patientia ea vera est quæ et ipsum amat  
quem portat. Nam tolerare, sed odisse, non est vir-  
tus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Et no-  
tandum quod hoc ipsum atrium portæ **1300** dici-  
tur. Porta quippe nostra est aditus ad regnum. Et  
Deum ac proximum perfecte amare jam ad ingressum

A regni est tendere. In quantum enim quisque amat,  
in tantum ad ingressum propinquat. In quantum vero  
amare neglit, in tantum ingredi recusat, quia nec  
studet videre quod appetit. Tunc ergo habemus  
atrium portæ, quando ex latitudine charitatis ad su-  
pernam vitam quam adhuc contingere minime pos-  
sumus jam per desiderium intramus. Itaque cum bo-  
num opus erga proximum agitur, restat ut ejusdem  
boni operis intentio discernatur, si non præsentis  
gratiæ retributionem querit, sed spem suam animus  
ad futuram promissionem tendit, ut ex temporalibus  
æternæ, ex terrenis cœlestia speret. Spes enim cœ-  
lestium mentem solidat, ne concutiatur fluctibus tu-  
multuum terrenorum. De qua et per Paulum dicitur :  
*Quam sicut anchoram habemus • animæ tutam ac fir-  
manæ, et incidentem usque ad interiora velaminis* (*Hebr. vi, 19*). De quibus interioribus hic quoque  
subjungitur :

VERS. 15. — *Et ante faciem portæ quæ pertingebat  
usque ad faciem vestibuli portæ interioris, quinquaginta  
cubitum.*

15. Hoc quod hoc loco dicitur, *Ante faciem portæ*,  
non exterior, sed interior ante portam locus descri-  
bitur, dum usque ad faciem vestibuli portæ interioris  
pertingere perhibetur. Unde et idem locus quin-  
quaginta cubitis dicitur mensuratus. Per quinquage-  
narium enim numerum requies æterna signatur. Ha-  
bet enim septenarius numerus perfectionem suam,  
quia eo die dierum numerus est completus. Et per  
legem <sup>f</sup> Sabbatum in requiem datum est (*Exod. xx,  
8, 10*). Ipse autem septenarius numerus per semet-  
ipsum multiplicatus ad quadraginta et novem duci-  
tur, cui si monas additur, ad quinquagenarium per-  
venitur, quia omnis nostra perfectio in illius unius  
contemplatione erit, in cuius nobis visione jam mi-  
nus aliquid salutis et gaudii non erit. Hinc etiam ju-  
bilæus, id est annus quinquagesimus, in requiem  
datus est, quia quisquis ad omnipotentis Dei gaudia  
æterna pervenerit, labore et gemitum ulterius non  
habebit.

D 16. Notandum vero quia locus qui describitur per  
quinquaginta cubitos tendi, ad faciem vestibuli por-  
tæ interioris pertingere memoratur. Non ergo hoc  
loco propheta jam ipsum vestibulum portæ interioris,  
sed locum interius qui tendit ad vestibulum  
portæ interioris, narrat. Per quem locum utique,  
sicut diximus, spes nostra signatur, quæ dum æter-  
nam requiem quærit, mentem ad vestibulum portæ  
interioris dicit. Hoc ipsum enim, quod desideramus  
cœlestia, quod ad promissa gaudia suspiramus, quod  
æternæ vitæ requiem quærimus, jam ad interioris  
vestibuli faciem propinquamus. Signetur ergo per  
portam fides, per atrium charitas, per locum vero

et perspicuitatem reddidimus.

<sup>e</sup> Abest animæ a MSS. Norm. Exstat in textu Græ-  
co et in Vulgata.

<sup>f</sup> Land., *Sabbathus... datus est*.

<sup>g</sup> Longip., sed locum exterioris. Sic fieri debet con-  
structio : sed locum qui interius dicit ad vest. Fre-  
quentes in Gregorio transpositiones observare licet,

<sup>a</sup> Sic legere cogunt omnes MSS. nostri. Editoribus  
autem satius visum est scribere ipsa veritas.

<sup>b</sup> Laud., valeat.

<sup>c</sup> Sic legendum ex omnibus MSS., non affectio, ut  
habent omnes Editi. Vox superior, persecutio, satis  
iunxit hic agi de afflictione.

<sup>d</sup> Restitutione voculæ enim huic periodo gratiam

qui ad faciem vestibuli portas interioris propinquat A figuretur spes, sine quibus tribus virtutibus quisquis jam uti ratione potest, ingredi ad coeleste aedificium non potest. Habeatur ergo fides in porta, quae introducit ad intelligentiam, charitas in atrio, quae mentem dilatat in amentem; spes in loco 1361 qui quinquaginta describitur cubitis, quia b per desideria aigne suspiria introduct animum ad secreta gaudia quietis. De qua quiete etsi adhuc, e sicut est, veritatis lumen non cernimus, jam tamen d per rimas intelligentiae aliquid videmus. Unde et hic subditur :

Vers. 4b. — *Et fenestras obliquas in thalamis.*

17. In fenestris obliquis pars illa per quam lumen intrat angusta est, sed pars interior quae lumen suscepit lata, quia mentes contemplantium quamvis alliquid tenuiter de vero lumine videant, in semetipsis B tamen magna amplitudine dilatantur. Quae videlicet et ipsa quae conspicunt capere pauca vit possunt. Exiguum quippe valde est quod de aeternitate contemplantes vident, sed ex ipso exiguo laxatur sinus mentum in augmentum fervoris et aioris; et inde apud se ample sunt, unde ad se veritatis lumen quasi per angustias admittunt. Quae magnitudo contemplationis, quia concedi nonnisi amantibus potest, in thalamis obliquas fenestrae esse peribentur, vel in his quae juxta thalamos non jam extrinsecus, sed esse intrinsecus dicuntur. Nam de eisdem fenestris subditur :

Ibid. — *Et in frontibus eorum quae erant intra portam undique per circuitum.*

18. Erant enim in thalamis, erant et in frontibus eorum, quae intra portam undique per circuitum fuerant constructa, quia qui e cor intus habet, ipse quoque lumen contemplationis suscipit. Nam qui adhuc exteriora immoderatis cogitant, quae sint de aeterno lumine rime contemplationis ignorant. Neque enim cum corporearum rerum imaginibus illa infusio incorporearum lucis capit, quia dum e sola visibilia cogitantur, lumen invisibile ad mentem non admittitur. Sed quisquis jam lumi contemplationis intendit, curare magno labore debet, ut mentem semper in humilitate custodiat, nunquam se de gratia qua infunditur extollat, et ipsas quementes contemplantium signant quales sint obliquae fenestrae consideret. Per obliquas etenim fenestras lumen intrat, et sur non intrat, quia hi qui vere speculatoris sunt semper sensum b in humilitate deprimit, atque ad eorum mentes intelligentia contemplationis intrat, sed jactantia elationis non intrat. Et patent itaque fenestrae, et munitae sunt, quia et aperta est in mentibus eorum gratia qua repletur, et tamen ad se adversarium ingredi per superbiam non permittunt.

a Val. Cl., Longip. et Norm., ad caelest. aedifici portam.

b Val. Cl., per desideria ad secreta gaudia quietis pervenitur.

c Laud. et Suess., Longip., sicut veritas est, lumen.

d Ebroie. et Lyr., per sensus.

e Longip., cor intus latum habet, quod infra repetitur.

19. Notandum vero quod intra portam undique per circuitum fenestrae obliquae esse memorantur. Non enim contemplationis gratia summis datur et minimis non datur, sed saepè hanc summi, saepè minimi, saepius remoti, aliquando etiam conjugati percipiunt. Si ergo nullum est fidelium officium, a quo possit gratia contemplationis excludi, quisquis cor intus habet, illustrari etiam lumine contemplationis potest, quia intra portam undique per circuitum fenestrae obliquae constructae sunt, ut nemo ex hac gratia quasi de singularitate gloriatur. Nullus se donum veri lumen I 362 assimilat habere privatum, quia in eo quod se habere praecipuum putat, saepè alter est diliator, quem habere apud se boni aliquid non putabat. Unde hic quoque adhuc apte fulgium ur :

Ibid. — *Similiter autem erant et in vestibulis fenestrae per gyrum intrinsecus.*

20. Postquam dixit fenestras in frontibus, adjungit fenestras in vestibulis per gyrum intrinsecus, quia non soli alta sanctæ Ecclesiæ membra quae præminent habent contemplationis gratiam, sed plerunque hoc donum etiam illa membra percipiunt quae, etsi jam per desiderium ad summam emicant, tamen adhuc per officium in imo jacent. Nisi enim et his qui despecti videntur omnipotens Deus lumen contemplationis infunderet, fenestrae in vestibulis non fuissent. Videmus itaque alios in summis locis sanctæ Ecclesiæ constitutos alta de caelestibus loqui, priro studio, in quantum illustrata mens sufficit, supernæ patris secreta rimari : fenestrae sunt in frontibus. A ii vero in sanctæ Ecclesiæ sinu continentur, et despecti humanis oculis videntur, sed apud se sapientiae studiis vacant, ad caelestia anhelant, atque, in quantum prevalent, quae sint gaudia aeterna considerant : fenestrae itaque obliquæ sunt, sed in vestibulis.

21. Bene autem dicitur per gyrum, quia omnis inquisitio secretarum rerum gyrum habet, dum in cogitatione sua dicit animus ; Putasne hoc ? putasne illud est ? Quasi circuit, ut inveniat quod querit. Cui cum incircumscripsum lumen erumpere <sup>1</sup> in cognitione eoperit, quasi per obliquam fenestram radius veritatis venit. Sic quippe in contemplatione nostra multa cogitationibus circumneundo i prostrimus, sicut exempla bonorum saepè querimus, ut in moribus prostrimus. Nam cum jam cogitat animus ad meliora transire, quidquid melius de aliis audire possit exquirit, nunc hujus, nunc sancti alterius vitam vent lat. Unde et electus quidam, qui b in expanso sinu sanctæ Ecclesiæ per universum mundum mentis oculos miserat, bonorum vitam ad imitationem requirens, dicebat : Circube et immolabo in tabernaculo Dei hostiam jubilationis (Psalm. xxvi, 6). Ecce ut immonaret

f Idem Codex, rimæ cogitationis.

g MSS. Norm. non admittunt sola.

h Laud. et Longip., per humilitatem.

i Ita MSS., vel, in agitionem. Editi, in cogitatione.

j Laud. et Suess., requirimus.

k Vulgati, in expanso rivo. Quibus Codicibus MSS. auctoribus, nos latet, cum in omnibus nostris legatur sive.

jubilationis hostiam circuibat, quia nisi animum hoc illucque ad honorum vitam exquirendam mitteret, ipse usque ad jubilationis sacrificium non perveniret. Cum vero sancti viri intra sanctam Ecclesiam ad loca summa perducuntur, eorum vita quasi in speculo ponitur, ut cuncti videant bona quae debeant imitari. Unde et adhuc apte subjungitur :

**Ibid.** — *Et ante frontes pictura palmarum.*

22. Quid per palmas, nisi praemia victoriae designantur? Ipsae quippe dari vincentibus solent. Unde et de his qui in certamine martyrii antiquum hostem vicerant, et jam victores in patria gaudebant, scriptum est : *Et palmae in manibus eorum, et clamabant voce magna, dicentes : Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, et Agno* (Apoc. vii, 9). Palmas quippe in manibus habere est victorias in operatione tenuisse. Cujus operationis palma ibi retrahitur, ubi jam sine certamine gaudetur. **1363** Unde et hic non dicitur : *Palmæ ante frontes, sed ante frontes pictura palmarum.* Ibi enim victoriae palma videbitur, ubi jam sine fine gaudebitur. Nam hic plerumque sanctos viros aspicimus mira agere, virtutes multas facere, leprosos mundare, dæmonia ejicere, tactu a gritudines corporum \* fugare, prophetæ spiritu ventura prædicere. Concta hæc nequum palma sunt, sed adhuc pictura palmarum, nam hæc aliquando dantur et reprobis. Unde et per Evangelium Veritas dicit : *Multi dicent mihi in die illa : Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in tuo nomine dæmonia ejecimus, et in tuo nomine virtutes multas fecimus?* Et tunc confitebor illis, quia non nuncquam novi vos; discedite a me qui operamini iniquitatem (Matth. viii, 22, 23). Unum vero signum electionis est soliditas charitatis, sicut scriptum est : *In hoc scietur quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* (Joan. xiii, 35). Hæc autem miracula cum electi faciunt, longe dissimiliter \* a reprobis faciunt, quia quod electi ex charitate, hoc reprobi student agere per elationem. Sed eisdem electis et ipsa mira quæ per charitatem faciunt, non jam palma, sed adhuc pictura palmarum, quia de eis foris ostenditur quales a iud omniptotentem Dominum. **1364** intus habentur. Ibi autem eis palma erit, ubi jam mortis contentio non erit. Nam prædicator egregius tunc aspergit palmanam veram vincentibus dari, cum resurrectionem prævidit mortuorum fieri, sicut dicit : *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.* Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc flet sermo qui scriptus est : *Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, Victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus* (I Cor. xv, 53, seq.)? Tunc ergo erit perfecta victoria, cum mors plene fuerit absorpta. In omne autem quod modo mirabiliter de signis agi conspicimus, non jam ipsam victoriam, sed adhuc imagines victorie videimus. Quia

\* Mutarunt Exerci fugare in sanare, quod nullis in Mss. offendimus. Certe morbi proprie non sanantur, cum morbus et sanitas contradictoria sint.

<sup>b</sup> Rothomag., non nisi vos.

\* Editi, reluctantibus omnibus Mss. nostris, a reprobis

A ergo plerumque sanctis etiam et in locis sublimioribus positis, ut ad bona opera alii provocentur, virtutes et signa dantur, ante frontes interioris adficii palmarum pictura ostenditur. Hæc hodierno die tractata sufficient, ut ad ea quæ subjuncta sunt, valentiores, adjuvantem Domino nostro Iesu Christo, veniamus, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA VI.

Tres duntaxat versus explicantur, et quanta in Christianis, maxime vero in apostolis, perfectis elutzerit ostenditur.

**1363** 1. Postquam de contemplationis gratia obliquas fenestras insinuans propheta multa locutus est, eductum se exterius dicit, et gazophylacia vidisse commemorat. In quibus gazophylaciis quid aliud quam doctorum scientia designatur? Sed recte hac in re queri potest, cum doctores sancti spiritalia atque interna doceant, cur propheta eductum se exterius dicit, et gazophylacia foris vidisse? Sed sciendum est quia alia est contemplatio quæ tantum videt quantum dicere non valet, alia vero scientia atque doctrina, quæ tantum videt, quantum exprimere per linguam possit. \* In comparatione quippe illius luminis quod voce exprimi non potest quasi hoc totum foris est quod exprimi voce potest. Ait itaque :

**Ezech. xl, 17.** — *Et eduxit me ad atrium exterius, et ecce gazophylacia, et parimentum stratum lapide in atrium per circuitum.*

**C** 2. Quia sermone Græco \* gudætres servare dicitur, et gazæ lingua Persica divitiae vocantur, gazophylaciūn locus ap. ellari solet quo divitiae servantur. Quid itaque per gazophylacia designatur, nisi, ut prædictimus, corda doctorum sapientiae atque scientiae divitiae plena? Quia, juxta Pauli vocem : *Alii datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae in eodem spiritu* (I Cor. xii, 3). Sunt enim quidam qui per dominum gratiam ei ipsa intelligunt quæ exponi a doctoribus non audierunt; hi videlicet **1364** sermonem sapientiae percepérunt. Et sunt quidam qui persimel ipsos intelligere audita nequeunt, sed ea quæ in expounderibus legerint retinent, atque scilicet proferunt quæ lecta dídicérunt. Unde itaque isti nisi sermone scientiae pleni sunt? Quamvis hoc inteligi et alter possit, quia sapientia ad vitam, scientia vero pertinet ad doctrinam. Qui igitur bene vivit, et prudenter prædicat, gazophylacium spiritualis adfici recet nominatur, quia ab ejus ore celestes divitiae dispensantur. His divitias abundare discipulos idem magister gentium viderat, cum dicebat : *Dives facti estis in illo, in omni verbo et omni scientia* (I Cor. i, 5). Sunt itaque in sancta Ecclesia adficio costruenda gazophylacia, quia abundat divitias scientiae lingua doctorum. Ille veras esse divitias ipsa per se Veritas denuntiat, cum bis fluit.

<sup>a</sup> Longip., dictata.

<sup>b</sup> Laud. et Suess., in contemplatione enim teri lumen quisquer.

<sup>c</sup> Ebroie. et Sag., gudætes.

de transitoriis divitiis dicit : *Fallacia divitiarum suffocat verbum* (*Matt.* xiii, 22). Sapientia etenim etque scientia doctrinæ spiritualis veræ sunt divitiae, in quarum comparatione quæ transire possunt falsæ nominantur. De his divitiis per Salomonem dicitur : *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis* (*Prov.* xxi, 20). Excepto autem eo; quod ad æternam patriam divitiae spirituales ducunt, est eis a terrenis divitiis magna distantia, quia spirituales divitiae erogantæ proficiunt, terrenæ autem divitiae aut erogantur et deficiunt, aut retinentur et utiles non sunt. Qui ergo has in se veras divitias continent, recte gazophylacia dicuntur.

**1365** 3. Et habent ipsa gazophylacia pavimentum per circuitum, quia eis adhæret ac subjacet humilitas auditorum. Quod pavimentum recte stratum lapide in atrium dicitur, quia in latitudinem charitatis vicissim <sup>b</sup> sibi junctæ sunt animæ fideles. Quæ et lapides appellantur in fortitudine fidei, et stratæ in pavimento sunt in compage humilitatis. Has fidelium mentes Petrus apostolus fortis in fide conspexerat, cum dicebat : *Et vos tanquam lapides vivi superædisicamini a domino spiritualis* (*I Petr.* ii, 5). De his lapidibus sanctæ Ecclesiæ Dominus per Isaiam dicit : *Ponam jaspidem propugnacula tua, et portas tuas in lapides sculptos universos terminos tuos, in lapides desiderabiles omnes filios tuos doctos a Domino* (*Isai. LIV*, 12). Omnipotens enim Deus sanctæ Ecclesiæ propugnacula jaspidem, qui lapis viridis coloris est, posuit, quia prædicatorum illius mentes internæ viriditatis amore solidavit, ut transitoria cuncta despiciant, nihil in hoc mundo qui sine clauditur appellant, cuncta ejus gaudia velut arida contemnant. Unde et ipse pastor Ecclesiæ, auditores suos ad pascuā æternæ viriditatis vocans, de Deo loquitur, dicens : *Secondum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcessibilem, conservatam in caelis* (*I Petr.* i, 3, 4).

4. Hujus sanctæ Ecclesiæ portæ in sculptos lapides ponuntur, quia hi, per quorū nos vocem ad vitam æternam ingredimur, sancta opera quæ divinitus præcepta sunt, dum in semetipsis ostenderent, quasi in se sculpi tenuerunt. Portæ etenim non sculptæ, sed puræ essent, si vocem quidem promerent, sed sancta in se opera non demonstrarent. At ubi secundum hoc se ostendunt vivere quod loquuntur, et portæ sunt, quia intus ducunt; et sculptæ, quia vivendo custodiunt quæ aliis loquuntur. Hujus sanctæ Ecclesiæ universos terminos in lapides desiderabiles positos videmus, dum in ea fideles quosque

<sup>a</sup> In Editis, verbum scientiæ, quæ ultima vox abest ab omnibus MSS. nostris, nec habetur in Graeco textu aut in Vulgata.

<sup>b</sup> Sag. et Longip., subjectæ sunt.

<sup>c</sup> Vulgati, domos spirituales, quod abhorret a sensu, nec legitur in fonte Graeco vel in Vulg.

<sup>d</sup> Laud., sculptos. Contextum hunc in Gussanv. media ex parte mutuimmo, tum ex MSS. Germ. ac aliis, tum ex antea Vulgatis.

A fortes in fide et charitate conspicimus. Qui, ut quos dixerit lapides demonstraret, adjunxit : *Omnes filios tuos doctos a Domino* (*Isai. LIV*, 13). Quod ergo Isaías universos terminos Ecclesiæ lapides desiderabiles vidi, hoc Ezechiel pavimentum lapide stratum per circuitum esse perhibuit, quia adhuc de gazophylaciis subdit :

Ibid. — *Triginta gazophylacia in circuitu pavimenti.*

5. Denarius numerus pro perfectione semper accipitur, quia in decem præceptis legis custodia continetur. Activa etenim ac contemplativa vita simul in Decalogi mandatis conjuncta est, quia in eo et amor Dei, et amor servari proximi jubetur. Amor quippe Dei ad contemplativam, amor vero proximi pertinet ad activam. Sed unusquisque doctor, ut in activam vitam plene se dilatet, atque in contemplativam vigilanter surgat, in sanctæ Trinitatis fide debet esse perfectus. Unde et eadem gazophylacia triginta esse commemorantur, ut cum denarius ter ducitur, vita et lingua doctoris in Trinitate solidetur.

6. Sed hac in re illud nobis est vigilanter intendum, **1366** quod propheta, dum gazophylacia descripsisset, adjunxit : *Pavimentum per circuitum.* Atque inferius subjunxit : *Gazophylacia in circuitu pavimenti.* Quatenus et gazophylacia in circuitu pavimenti, et pavimentum in circuitu gazophylaciorum esse videatur. Pavimentum quippe et gazophylacia eo sunt ordine distincta, ut gazophylacia inter pavimentum et pavimentum inter gazophylacia fuerit stratum. Non hoc, fratres, sine magno mysterio est, quod in circuitu gazophylaciorum dicitur esse pavimentum, et in circuitu pavimenti narrantur esse gazophylacia. Habet enim pavimentum in circuitu gazophylacia, quia vitam audientium erudit quotidie et custodit lingua doctorum. Doctores etenim boni in sanctæ eruditionis verbis modo fomentis dulcedinis, modo asperitate increpationis invigilant, ut auditorum suorum vitam a vitiis defendant. Sed habent ipsa quoque gazophylacia in circuitu pavimentum, quia sæpe etiam doctorum cor vitiorum tentationibus tangitur, ut modo elevetur <sup>e</sup> jactationis superbìa, modo ira stimulis inflammetur. Sed cum bonorum auditorum vitam considerant, eamque prosecuisse suis exhortationibus pensant, erubescunt tales non esse quales auctore Deo per se conspiciunt alios factos esse, <sup>f</sup> et ante se in mente stabiliunt quam plene in culpam labantur. Nam cum ipsa sua doctoribus verba ad memoriam redeunt, erubescunt non servare quod dicunt. Unde per Salomonem quoque dicitur : *Animæ laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum* (*Prov.* xvi, 26). Os enim nostrum nos compellit ad

<sup>e</sup> Laud. et Longip., jactatione superbìa.

<sup>f</sup> Ita emendavimus recent. Ed. Gussanv., Rom., Gilot., etc., ex MSS. maxime Laud. et Suess. ac ex vet. Excusis. Prius legebatur, et tanto se in mente stabiliunt quanto plene (Gussanv. penit.) in culpam labantur. In Utic. legitur ut apud Gussanv. et alias recent., sed secundis curis, at antiqua manu, et fortasse eadem codemque atramento. Ibid., Laud. habet doctores verba ad memoriam rerocant.

laborem, quando per hoc quod dicimus a vitiis refrenamur, quia turpe nimis est ibi nos negligendo cadere, unde prædicando conati sumus alios levare. Habent ergo gazophylacia in circuitu pavimentum, quia doctorum magna custodia est vita venerabilis auditorum. Et suus eis sermo sit in adjutorium, quia erubescunt puleantibus vitiis non resistere, qui contra vitia alios armaverunt.

7. Quia enim quandiu in hac vita vivimus, contra malignos spiritos quid aliud quam in acie stamus? sicut prædictus, doctoris animus forsitan aliquam elatione pulsatur. Sed sive ne ipse pereat, sive ne per exemplum suum alios ad perditionem trahat, vigilanter se et festine circumspicit, in cogitationibus remordet; adducta auditorum suorum vita ad memoriā, semetipsum humiliat, et quibus prævalet modis agit ne elatio principetur in mente, ne dominetur in opere. Scriptum quippe est: *In iustum omnis peccati superbia* (Eccl. x, 15). Quis ergo erit ante Dei oculis fructus boni operis, si ex radice putruit elationis? Sæpe, ut prædictum est, ejus animus tentatur ex ira; sed citius se ad se circumspiciendo recolligit, et disciplinæ se pondere deprimens agit ne motus animi transeat in sermone, ne erumpat in voce. Fitque ut ira perturbati animi, ubi per negligentiam oriatur, ibi per judicium suffocata moriatur. Qua ex re agitur ut ex concepta culpa animus virtutem pariat, quia etsi se fortiter custodire noluit ne ad motum surgoret, se tamen in commotione **1367** fortiter vicit. Unde bene per Salomonem dicitur: *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium* (Prov. xvi, 32). Recete autem expugnatori urbium patiens præfertur, quia in illa actione victoriae homo vitor est hominum, in hac autem mansuetudine patientiae animus vitor est sui. Sequitur:

Vera. 28. — *Et pavimentum in fronte portarum secundum longitudinem portarum erat inferius.*

8. Si portarum longitudinem ad locum referimur in quo portæ fuerant constructæ, secundum longitudinem portarum pavimentum erat inferius, quia quantum tenere locus portarum poterat, tantum a tendebatur et pavimentum quod erat inferius. Longitudo ergo pavimenti a portis non erat dissimilis, sed tamen æqualitas pavimenti non erat cum portis. Quid est ergo quod pavimentum cum portis longum similiter erat, sed æquale non erat, nisi quod longe distat vita populorum a vita docentium? Quia etsi ad regna coelestia tendentes eamdem longanimitatem spei habent, eadem tamen vivendi stadia non habent. Tendatur ergo pavimentum similiter in longum, quia ipsam fidem, ipsam spem <sup>b</sup> in se retinent auditores, quam habere certum est prædicatores. Sed pavimen-

A tuto inferius jaceat, ut omnes audidores prædicatores suos longe a suis meritis excellere cognoscant. Sin vero longitudinem portarum ipsam, sicut superioris diximus, earum altitudinem intelligere debemus, dum, sicut paulo post scriptum est, ad portas gradibus ascendeatur, tanto pavimentum jacet inferius quanto unaquaque porta surgit in altitudinem. Quia quanto sanctior est vita doctoris, tanto fit humilior sensus audientis. Et semetipsum despicit, dum prædicatoris sui vitam in magnam surgere altitudinem perpendit. Imitari etenim bona ejus alia forsitan potest, alia non potest. In quibus prævalet, proficit; in quibus minime prævalet, ad humilitatem crescit. Et hoc ipsum ergo ei in proiectu est, quod ei imitabile ad proiectum non est.

B 9. Ecce enim si prædicatorum nostrorum ea quæ legimus dicta et facta pensamus, in quantam altitudinem surrexerint a portæ cognoscimus. Ut enim tacemus de ostensione signorum, loquamur de virtutibus cordium. Certo Paulus, qui se legi mortuum per legem dicit, quia ut in Christum crederet, ei hoc et lex ipsa prædicavit (Rom. ii, 10), magno fidei ardore succensus, præcepta legis a tenere carnaliter noluit, circumcisionem in gentibus fieri vetuit. Et cum Petrus apostolus servari adhuc in circumcisione legis consuetudinem vellet, ei in faciem restitit, eumque hac in re fuisse reprehensibilem dicit (Galat. ii, 11).

C Et paulo post: *Et simulationi ejus consenserunt cæteri Judæi* (Ibid., 13). Idem vero apostolorum primus cum multa discipulos admoniceret, atque a quibusdam detrahi <sup>c</sup> de Pauli scriptis agnosceret, dicit: *Sicut charissimus frater noster **1368** Paulus secundum datum sibi sapientiam scripsit vobis, loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficultia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem* (II Pet. iii, 1). Ecce Paulus in Epistolis suis scripsit Petrum reprehensibilem, et ecce Petrus in Epistolis suis asserit Paulum in his quæ scripserat, admirandum. Certo enim nisi legisset Petrus Pauli Epistolas, non laudasset. Si autem legit, quia illic ipse reprehensibile diceretur <sup>d</sup> invenit. Amicus ergo veritatis laudavit etiam quod reprehensus est, atque ei et hoc ipsum placuit, quia in his non placuerat quæ aliter quam debuerat sensit. Seque etiam minori fratri ad consensum dedit, atque in eadem re factus est sectator minoris sui, ut etiam in hoc prælret, quatenus qui primus erat <sup>b</sup> in apostolatus culmine esset primus et

D obstant aliis MSS.

<sup>a</sup> Excusi pene omnes, tenebatur. Corriguntur ex MSS. Anglie. et nostris.

<sup>b</sup> Longip., ipsi.

<sup>c</sup> Idem Cod., forte pro portæ.

<sup>d</sup> Laud., teneri, quod melius congruit Apostolo quid factio opus sit docenti. Unde etiam infra: circumcisionem... fieri vetuit. At quominus ita legamus

Amovimus hinc particulam in ante studium, quam adhibuerunt Ed. invitiss. MSS.

Carent Editi particula de, quam suppeditarent

MSS., maxime Laud. Nonnulli habent detrahi scripta.

<sup>e</sup> Gussanv., invenitur, reluctantibus MSS. et aliis Ed.

<sup>f</sup> Laud. et Longip., in apostolatu vocatus.

in humilitate. Pensate ergo, fratres charissimi, in quo mentis vertice stetit qui illas Epistolas laudavit in quibus scriptum se vituperabilem invenit. Quæ illa mansuetudo tanta esse potuit, quæ quies animi, quæ soliditas mentis, atque <sup>a</sup> imperturbatio cogitationis? Ecce a minore suo reprehenditur, et reprehendi non dignatur. Non ad memoriam revocat quod primus in apostolatum vocatus sit, non quod claves regni cœlestis accepit, non quod peccata quæconque in terra solveret, essent soluta et in cœlo (*Math. iv, 18; xvi, 19, seq.*), non quod in mare pedibus ambulavit (*Math. xiv, 29*), non quod paralyticos in Jesu nomine jubendo erexerat (*Act. ix, 33*), non quod ægros corporis sui umbra sanaverat (*Ibid. v, 15*), non quod <sup>b</sup>mentientes verbo occiderat (*Ibid. v, 10*), non quod mortuos oratione suscitatbat (*Ibid. ix, 40*). Ne igitur <sup>c</sup>incoreptionis verba dñe dignaretur audire, omnia dona quæ accepit quasi a memoria repulit, ut unum fortiter humilitatis dobum teneret. Quis rogo nostrum, si vel extreum aliquod signum fecisset a minori fratre increpatus, incoreptionis verba patienter audiret? Nihil enim signi fecimus, et si quis nos fortasse de actione nostra reprehenderit, statim intumescimus, magnos quosdam nos tacite cogitamus, virtutes nobis ad animum reducimus, etiam quas non habemus. At contra Petrus cum virtutibus humiliis in reprehensione peripansit, sed porta surrexit in altitudinem. Hanc autem tantam mansuetudinem nos imitari non possumus; sed quia pavimentum sumus, longe inferius jaceamus.

10. Sunt vero nonnulli qui non Petrum apostolorum principem, sed quendam alium eo nomine qui a Paulo sit reprehensus accipiunt. Qui si Pauli studiosius verba legissent, ista non dicerent. Dicturus enim Paulus: *Cum venisset Petrus Antiochiam, ei in faciem restiti* (*Galat. ii, 11*), ut de quo Petro loqueretur ostenderet, in ipso sua narrationis initio præmisit, dicens: *Creditum est mihi Evangelium præputii, sicut Petro circumcisio*. Qui enim operatus est Petro, in apostolatum circumcisio, operatus est et mihi inter gentes (*Ibid., 7, 8*). Patet ergo de quo Petro Paulus loquitur, quem et apostolum nominat, et præfuisse Evangelio circumcisionis narrat.

11. Et fuerunt quidam qui secundam Petri Epistolam, **1360** in qua Epistola Pauli laudatae sunt, ejus dicenter non fuisse. Sed si ejusdem Epistola verba D pensare voluerint, longe aliter sentire potuerant. In ea quippe scriptum est: *Voce delapsa ad eum huiuscmodi a magna gloria: hic es Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit* (*II Petr. i, 17*). Atque subiungitur: *Et hanc vocem nos audivimus, cum essemus cum ipso in monte sancto* (*Ibid., 18*). Legant itaque Evangelium, et protinus agnoscent quia cum vox ista de cœlo venit, Petrus apostolus <sup>c</sup> in monte cum Do-

A mino stetit. Ipse ergo hanc Epistolam scripsit qui hanc vocem in monte de Domino audivit.

12. Sed quia pauca de Petro diximus, nunc si placet, ad Pauli mansuetudinem convertamur, et pensemus si possumus ille qui tanti ardoris est in zelo prædicationis, ut apostolorum quoque primo non parceret, quantæ fuerit mansuetudinis in studio longanimitatis. Taceamus autem quod ter virgis casus est, quia semel lapidatus est, quia ter naufragium fecit, quia nocte ac die in profundo maris fuit, quia a Judæis quinquies quadragesimas una minus accepit (*II Cor. xi, 2, 3, seq.*). Minus enim omnium ad iracundiam commovent ea mala, quæ nobis ab apertis adversariis irrogantur: hoc plus solet <sup>d</sup> dolere, quod a propriis patimur. Unde et per Psalmum ipsa Veritas contra traditorem suum loquitur, dicens: *Quoniam si inimicus meus maledixerit mihi, superplassens utique. Tu vero unanimis dux meus, et notus mens, qui simul tecum dulces capiebas cibos* (*Psalm. lxx, 15*). Pensemus ergo, si possumus, Paulus apostolus, qui tantum patiens inter persecutores, quantum mansuetus inter discipulos fuerit. Certe <sup>e</sup> Corinthum veniens, ab idolorum servitio Corinthios retraxit, quis esset verus Deus innotuit, et aeternæ eius vita gaudia prædicavit. Et cum magnam multitudinem populi in fide collegisse, tantam illie inopiam pertulit, ut vietas sui gravi necessitate laboraret. Et panem terra a discipulis non accepit, quibus panem cœli prædicavit. Insistebat verbo pro vita audientium, insistebat labore manuum pro vita corporis sui (*I Cor. iv, 12; I Thess. ii, 9; II Thess. iii, 8*). De terris quoque aliis stipendia ei a discipulis mittebantur, ut Corinthios prædicare sufficeret. Ipse quippe ad eodem Corinthios post per Epistolam loquitur, dicens: *Cum essem apud vos, et aegenum, nulli onerosus fui; nam quod mihi decet supplicium fratres qui tenetunt a Macedonia* (*II Cor. xi, 9*). Quibus ad magnum quoque impropterum præmisit, dicens: *Altas Ecclesiæ społiari, accipiens stipendium ad ministerium vestrum* (*Ibid. 8*). Pensemus ergo, si possumus, ceteris hoc mansuetudinis fuerit, panem spiritus prædicare, et panem carnis non accipere; corda audientium de divitiis aeternis instruere, et inter eosdem discipulos fidèles et abundantes fame laborare; inter satiatos pati inopiam, nec tamquam quod patiebatur dicere; quæ patiebatur non dicere, nec tamquam dolere; videlicet dura erga se corda auditorum tenacum, nec a prædicatione desistere. Nam sicut apostolorum Acta testantur, anno et sex, mensibus continuo in eadem civitate prædicavit (*Act. xviii, 11*). Cumque ab eisdem Corinthios recessisset, ad eos postmodum scripsit quod apud eos positus pertulit (*II Cor. xi, 23 seq.*). Quare autem hoc eis **1370** cum inter eos viveret, nunquam dixit? Ne scilicet quod erga eum

cis fidem, alias non antiquissimi, nihil mutare audiemus; maxime cum constet Gregorium aliquando impropter locutum. *Ibid.*, Norm. omnes habent, quod a proximis.

<sup>d</sup> Laud. et Longip., *Corinti veniens*.

<sup>a</sup> Val. Cl. cum Norm., *imperturbatus*.  
<sup>b</sup> Plerique Norm., *complacuit*.  
<sup>c</sup> Omissas in Editis voces in monte supplivimus ex MSS. Laud., Suess., Longip., Norm. et Anglic.  
<sup>d</sup> Longip., melius, *lædere*. Verum ad unius Codici

factum ex bona voluntate non fuerat, floret ex ius-  
tione; et cum innotesceret aorum misericordia,  
remaneret voluntas ignota. Quare autem hoc post-  
modum longe positus scribit? Ne omnimodo disci-  
puli incorrecti remanerent, et quales magistro in  
tenacia fuerant, alii quoque fratibus tates essent.  
Vere in hoc Paulus, vere magister gentilium, sua  
negligens, aliena curans, implevit quod praedicaver-  
rat: *Nemo quod suum est querat, sed quod alterius.*  
*Et non quae sua sunt singuli cogitantes, sed ea quae*  
*aliorum* (*I Cor. x, 24*). Quanta itaque ista mansue-  
tudinis virtus est? Quanta tranquillitas spiritus?  
Quis autem nostrum, si unum bujus mundi divitem  
ad omnipotentis Dei servitium convertisset, seque-  
rege consiperet, et illum sibi vita subcidia non  
praebere, non, protinus de ejus vita desperasset?  
Quis non incassum laborasse se diceret! Quis non  
ab ejus exhortatione obmutesceret, quem in semet-  
ipsum primum ferre fructum boni operis non vi-  
deret?

13. Sed Paulus per mansuetudinem in virtutum  
vertice solidatus persistit, praedicavit, dilexit, et  
bonum quod coepit explevit, atque portando et  
persistendo discipulorum corda ad misericordiam  
perduxit (*II Cor. ix, 3, 4, seq.*). Nam eorum pro-  
spectum postmodum scire se indicans, in eadem Epi-  
stola scribit: *De ministerio quod fit in sanctos b ex  
abundantia est mihi scribere vobis. Scio enim prom-  
ptum animum vestrum, pro quo de vobis gloriatur apud  
Macedonas, quoniam Achaia parata est ab anno priori  
et vestra emulatio provocavit plurimos* (*Ibid., 1*). De quibus rursus ait: *Qui non solum facere, sed et  
velle cepisti ab anno priore* (*II Cor. viii, 10*). In  
quibus enim non tam opera quam pia vota require-  
bat, in eis procul dubio plus laudat pia vota quam  
opera. Notandum tamen est quia habet improprium  
hunc ipsa consolatio, cum dicitur: *Ab anno priore.*  
Bonum quidem, sed tarde fecerant, atque ideo hoc  
magister non sine reprehensione laudabat. Medicus  
quippe est, medicamentum vulneri apponit, quod et  
ea quae purgata sunt refovet et ea quae putrida inven-  
tiuntur mordet. Sed huc tolerando atque praedicando,  
explevit quod coepit. Et mira longanimitatis  
virtute discipulorum duritiam emollivit ad miseri-  
cordiae viscera, quia longitudo portae surrexit in alti-  
tudinem. Sed insirmi nos ad imitandum tantum man-  
suetudinis longanimitatem idonei non sumus, quia  
videlicet pavimentum sumus, et despecti in nostris  
moribus jacemus.

14. Ecce autem dum de duobus dueibus coelestis  
exercitus loquor, martyrum quoque Stephanus memo-  
riæ occurrit, qui tentus pro Creatoris sui nomine, et  
in medium persecutorum deductus, imperterritus

<sup>a</sup> Editi, coram miseria, juxta Mss.

<sup>b</sup> Norm. et Val. Cl., ex abundanti.

<sup>c</sup> Longip., non corsunditus commovetur. Laud. com-  
movet. Paul. post, prorumpit.

<sup>d</sup> Edit. Rom., qui cum esset plen. Sp. s. intendens  
in cœl. vidit. gl. Dei et Jes. st. a dext. et ait: ecce  
vid. cœl. ap. ei Iesum, et a dext. Dei, quia surgens.  
Merum amanuensis otiosi assumendum.

A stetit, fiducialiter docuit, et ex zelo veritatis perse-  
cuores suos fortiter increpavit, dicens: *Vos semper*  
*Spiritu sancto restitutis* (*Act. vii, 51*). Cumque illi  
ad lapides current, et eum lapidibus necarent,  
flexo genu pro eisdem persecutoribus oravit, di-  
cens: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* (*Ibid.*,  
59). Quae itaque ista virtus est, sic zelo fervore, ut  
eis a quibus tenebatur perfidiae suæ impropria fidu-  
cialiter diceret; et sic diligere, ut in morte quoque  
**1371** pro eis a quibus mortibator oraret? Sic  
quippe ex zelo inferbuit, ac si mansuetudinis nihil  
haberet; et sic mansuetus in eorum dilectione per-  
sistit, ac si contra eos fervoris nihil habuisset. Pen-  
samus inter haec ubi nostra conscientie reatus facit.  
Quis enim nostrum, si saltem verbi contumeliam à  
proximo accepit, non statim contumeliam reddit,  
non funditos commovetur, non àd odium erum-  
pit, non præceptum dilectionis obliviscitur? Sed hoc  
beatus Stephanus ex omnipotenti Dei gratia potuit,  
quia surgens in altitudinem porta fuit. Hoc nos mi-  
seri nostra virtute imitari non possumus, quia longe  
inferius stent pavimentum jaceamus.

15. Quid autem nos in vita sanctorum de nostra  
admiratione dicimus, cum ipsi quoque antiqui pa-  
tres predicatorum sancte Ecclesia vitam considere-  
rantes, valde admirati sunt? An non eorum vitam  
Psalmista admiratus est, cum dicebat: *Miki dñe  
nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis conforta-  
tus est principatus eorum* (*Psal. cxlviii, 17*)? Quod  
de quibus eis amici dicit Evangelium interrogat,  
iu quo Veritas predicatoribus dicit: *Vos amici mei  
estis* (*Joen. xv, 14*). Isaia quoque eorum vitam in-  
tuens, ait: *Qui sunt tali qui ut nubes volant, et quasi  
columba ad fenestras suas* (*Isai. lx, 8*)? Hecce ab-  
tem predicatorum sancti nubes appellatae sunt, quia  
verbis plunt, miraculis coruscant. Qui volare quo-  
que ut nubes dicuntur, quia et in terra viventes extra  
terram fuerunt per omne quod egerunt. Unde et per  
quamdam nubem dicitur: *In carne enim ambulantes  
non secundum carnem militamus* (*II Cor. x, 3*)? Priore  
enim patres conjugiis utebantur, filios procreabant,  
substantias possidebant, curis rei familiari intende-  
bant. Isto autem per prophetam jam spiritum præ-  
videntes substantias deserere, conjugia non appetere,  
filios non procreare, nil in terra quærere,  
nihil possidere, non eos per terram veler homines  
ambulantes, sed ut nubes volantes nominant. Veler  
etenim, quia mente ea que sunt celestia contem-  
plantur. Qui terram quasi non tangunt, quia in ipsa  
nil appellant. Qui et ad fenestras suas quasi columbae  
sunt, quia per mansuetudinis suæ spiritum in hoc  
mundo per oculos nil concepiscunt. Consideremus  
ergo quantæ altitudinis istæ spiritualis ædifici portæ

<sup>e</sup> Recent. Ed., *prævidens*, contradicentibus om-  
nibus Mss. nostris, Angl., quos forsitan emendare  
voluerint, ut quod hic dicitur non ad priores patres,  
sed ad solum Isaiam referant. Ibid., Val. Cl., pro  
inter homines, habet *velut homines*, consentientibus  
Anglic.

<sup>f</sup> Ita omnes Mss., Editis habentibus *pro mansu-*  
*teudinis suæ spiritu*.

sunt, quas et spiritales patres admirantur. Quantum itaque nos in earum admiratione humiliari necesse est, qui pavimentum sunus? Sed quia sub longitudinis appellatione altitudinem portarum audivimus, nunc aliquid de earum latitudine cognoscamus. Sequitur:

**VERS. 29.** — *Et mensus est latitudinem a facie portae inferioris, usque ad fontem atrii interioris extrinsecus, centum cubitos ad Orientem et ad Aquilonem.*

16. In quibus verbis si portam aditum accipimus, quo ad cognitionem Domini intramus, porta inferior fides est, atrium vero interius contemplatio. Habet autem porta inferior latitudinem in facie, quia videbit fides per charitatis sua amplitudinem habet eam quæ videtur a proximis operationem. Quam dum fortiter a perfectioribus agi conspicimus, nos, qui in bonis actibus **1372** angustamur, exempla per eos magnæ operationis accipimus. Et unaquæque sancta actio quasi quædam nobis sit latitudo itineris, quæ prius erat angustia difficultatis. Habet quoque atrium interius frontem, quia contemplativa vita per quædam signa desideriorum et gemituum ostendit quantum intus videat quæ tantum amat. Deuarius autem numerus per semetipsum multiplicatus in centenarium surgit. Unde recte per centenarium magna pars designatur, sicut de electis Veritas dicit: *Omnis qui relinquit dominum, vel fratres, vel sorores, vel patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, contulpsa accipiet, et vitam æternam possidebit* (*Math. xix, 29*). Neque etenim sanctus quisque ideo terrena deserit, ut hæc possidere in hoc mundo multiplicius possit, quia quisquis terreno studio terram relinquit, terram non relinquit sed appetit. Nec qui unam uxorem deserit centum receptorum est; sed per centenarium numerum perfectio designatur, postquam etiam vita æterna promittitur, quia quisquis pro Dei nomine temporalia atque terrena contemnit, et hic perfectionem mentis recipit, ut jam ea non appetat quæ contemnit, et in sequenti saeculo ad æternæ vitae gloriam pervenit. Centies itaque recipit quod dedit, qui perfectionis spiritum accipiens, terrenis non indiget, etiamsi hæc non habet. Ille enim pauper est, qui eget eo quod non habet. Nam qui ei non habens habere non appetit, dives est. Paupertas quippe in inopia mentis est, non in quantitate possessionis. Nam cui cum paupertate bene convenit, non est pauper. Mensus est ergo via latitudinem a facie portæ inferioris, usque ad frontem <sup>a</sup> atrii interioris extrinsecus, centum cubitos, quia Redemptor noster quotidie per magistros atque doctores in mensura perfectionis metitur vitam fidem, <sup>b</sup> vel in specie boni operis per fidem, vel in sanctis desideriis per contemplationem.

17. Multi etenim videntur in fide positi magna operari, sed in centum cubitis non mensurantur, quia per ipsa quæ faciunt terrenam gloriam quæ-

**A** runt. Et quidam videntur per abstinentiam cruciari, gemibos insistere; sed eorum mensura ad centum cubitos <sup>c</sup> minime ducitur, quia in his quæ agunt ab humano iudicio favores requirunt. Quis ergo est qui per centum cubitos mensuratur, nisi is cuius bona operatio recta intentione utitur, ut in eo quod agit non ad terrena lucra appetenda aut ad laudes transitorias reflectatur?

18. Ecce enim misericordiam proximis exhibere, possessa largiri, cum celeritate indigeni tribuere, latitudo in facie portæ inferioris est. Sed si tua dans aliena non appetas, si terrenam gloriam de ipso bono opere non requiras, recte in centenario numero, id est in perfectione mensuraris. Nam qui videtur dare misericorditer propria, et rapit forsitan violenter aliena, iste adhuc quæ sit via perfectionis ignorat, nec cognovit unde ad perfectionem tenditur, quia nec ipsum ejus initium invenit. Prius enim appetitum evellere a mente debuit, et postea quæ jure possidet largiri. Unde scriptum est: *Declina a malo et fac bonum* (*Psalm. xxxvi, 37*). **1373** Quid enim potest esse boni quod facit, qui nerum a malo declinavit? Et sunt quidam qui, sicut dictum est, ab alimentis abstinent, carnem cruciant, sed tamen si pulsati fuerint, cognoscuntur quia ad mundi gloriam anhelent. Isti frontem atrii interioris ostendunt, sed per centum cubitos non mensurantur.

19. Hi ergo in numero perfectionis sunt, de quibus per Paulum dicitur: *Qui carnem suam crucifixerunt cum vitis et concupiscentiis* (*Galat. v, 21*). Et notandum quia non dicitur quod intrinsecus, sed extrinsecus ista mensurantur, quia videlicet Redemptor noster cum per nos facta hominum vel approbat, vel judicat, non intrinsecus, sed extrinsecus metitur. Unde et per Evangelium dicit: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* (*Math. vii, 16*). Qui enim per hoc quod videmus cognoscimus operantis animum quem non videmus, sive latitudinem quæ in facie portæ est inferioris, sive frontem atrii interioris extrinsecus metimur. Cum enim alios conspicimus largiri eleemosynam, afflictis <sup>d</sup> concurrere, oppressis subvenire, nihil eos in hoc mundo gloriæ querere, nullis hujus mundi compendiis inhiare, atque alios videmus carnem domare, lacrymis insistere, verbis coelestibus occupari, nihil transitorii honoris appetere, quid aliud debemus nisi eos perfectos esse credere, sanctos estimare? Quia ergo per hoc quod aspicimus eos perfectos esse videmus, eorum vitam per centum cubitos extrinsecus metimur.

20. Et quia multi in Iudea, plerique vero in gentilitate positi, ad hanc perfectionis suministram pervenerunt, recte subjungitur: *Ad Orientem et ad Aquilonem*. Judaicus etenim populus Orie*s* juro dictus est, de cuius carne ille est natus, qui Sol justitiae vocatur. De quo per prophetam dicitur: *Vobis autem qui timetis Dominum, orietur Sol justi-*

*pro in his.*

<sup>a</sup> Laud., atrii portæ interioris.

<sup>b</sup> Idem Cod., vel in exhibitione.

<sup>c</sup> Longip., perducitur. Et Val. Cl., de his quæ,

<sup>d</sup> Laud. et Longip., occurrere.

*de (Malac. iv, 2).* Per Aquilonem vero gentilitas fit geratur, quæ diu in perfidiae sua frigore torpuit, et in cuius corde ille regnavit, qui, attestante propheta, apud semetipsum dixit : *Ponam sedem meam ad Aquilonem* (*Isai. xiv, 13*). Quia itaque incarnatus omnipotens Deus alios perfectos ex Iudea, alios ex gentilitate perfectos intra sanctam Ecclesiam fecit, centum cubitos non solum ad Orientem mensus est, sed etiam ad Aquilonem.

21. Sed quia sub Aquilonis nomine de gentilitate sermo se intulit, considerare libet quantum super nos effusa sunt viscera Creatoris nostri. Omnes enim nos ex gentilitate venimus. Antiqui parentes nostri lignis et lapidibus servierunt, et, derelinquentes Deum a quo facti sunt, deos venerati sunt quos fecerunt. Nos autem per omnipotentis Dei gratiam ad lucem de tenebris educti sumus. Recolamus ergo de quibus tenebris venimus, ut de luce quam acceperimus gratias agamus. Neque enim divinam misericordiam intelligit qui suæ miseriae memor non est. Unde et per Psalmistam Deo dicitur : *Mirifica misericordias tuas, Domine, qui salvos facis sperantes in te* (*Psal. xvi, 7*). Tunc enim nobis Dei misericordiae mira sunt, cura nobis ad memoriam miseriae nostræ revocantur, quia, recolentes quid fuimus, intelligimus cui debemus quod sumus. Cantemus itaque cum gudio Creatori nostro, quia de servitu creatura colla mentis excussumus. Gaudeamus in nobis impletum esse quod **1374** per Isaiam dictum est : *Et frenum erroris quod erat in maxillis populorum, canticum erit vobis, sicut vox sanctificatae solemnitatis* (*Isai. xxx, 23, 29*). Frenum quippe erroris maxillas populorum constrinxerat, quando idolorum errore obligata gentilitas Deo vero confessionis laudem dare nesciebat. Sed hoc ipsum erroris frenum jam nobis in canticum versum est, cum gaudendo psallimus atque cantamus : *Omnes diti gentium daemona, Dominus autem caelos fecit* (*Psal. xcvi, 5*). Et rursum : *Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum : os habent, et non loquentur; oculos habent, et non videbunt; aures habent, et non audient; naras habent, et non odorabunt; manus habent, et non palpabunt; pedes habent, et non ambulabunt* (*Psal. cxiii, 29, seq.*). Qui itaque haec omnipotenti Domino psallendo dicimus, ipsum erroris nostri frenum, quod a laude Dei ora nostra ligaverat, vero Domino canticum fecimus. Bene autem dicitur : *Sicut nox sanctificatae solemnitatis* (*Isai. xxx, 29*), quia dum confessionis laudem Deo reddimus, in sanctificata solemnitate gaudeamus. Respondeamus ergo moribus tantæ misericordia Redemptoris nostri, et qui lucem cognovimus, pravorum operum tenebras declinemus.

22. Quid est jam, rogo, quod in hoc mundo libeat? Ubique luctus aspicimus, undique gemitus audiimus. Destructæ urbes, eversa sunt castra, depo-

<sup>a</sup> Pierique Norin. cum Longip., quod ad laudem.

<sup>b</sup> Laud. et Val. Cl., actiones culpe.

<sup>c</sup> Idem cum Longip., conspicit.

<sup>d</sup> Val. cl., consentientibus Norm. plur., in ipsa, id est, Roma.

A pulati agri, in solitudinem terra redacta est. Nullus in agris incola, pene nullus in urbibus habitator remansit; et tamen ipsæ parvæ generis humani reliquæ adhuc quotidie et sine cessatione feriuntur. Et siq[ue] non habent flagella colestis justitiae, quia nec inter flagella correctæ sunt <sup>b</sup> actionis culpe. Alios in captivitatem duci, alios detruncari, alios interfici videmus. Quid est ergo quod in hac vita libeat, fratres mei? Si et talem adhuc mundum diligimus, non iam gaudia, sed vulnera animamus. Ipsa autem quæ aliquando mundi domina esse videbatur qualis remanserit Roma <sup>c</sup> conspicimus. Immensis doloribus multipliciter attrita, desolatione civium, impressione hostium, frequentia ruinarum; ita ut in ea completum esse videamus quod contra urbem

**B** Samarium per hunc eundem prophetam longe superius dicitur : *Pone ollam, pone, inquam, et mitte in ea aquam, et congere frusta ejus in ea* (*Ezech. xxiv, 4*). Et paulo post : *Efferbuit coctio ejus, et discocta sunt ossa illius in medio ejus* (*Ibid., 5*). Atque iterum : *Congere ossa, quæ igne succendam : consumentur carnes, et coquetur universa compositio, et ossa tabescunt.* *Pone quoque eam super prunas vacuam, ut incalescat, et liquefiat æs ejus* (*Ibid., 10, 11*). Tunc enim nobis olla posita est, cum hæc est civitas constituta. Tunc in eam aqua missa est, et frusta ejus congesta sunt, quando ad eam undique populi confluebant, qui velut aqua calens actionibus mundi fervescerent, et quasi frusta carnium <sup>d</sup> in ipso suo fervore liquarentur. De qua bene dicitur : *Efferbuit coctio ejus, et discocta sunt ossa ejus in medio illius, quia prius quidem in ea vehementer incaluit actio gloriae sæcularis, sed postmodum ipsa gloria cum suis sequacibus defecit.* Per ossa etenim potentes sæculi, per carnes vero populi designantur, quia sicut carnes portantur ossibus, ita per potentes sæculi infirmitas regitur populorum. Sed ecce jam de illa omnes hujus sæculi potentes ablati sunt; ossa ergo **1375** excocta sunt. Ecce populi defecerant, carnes ejus liquefactæ sunt. Dicatur itaque : *Congere ossa, quæ igne succendam : consumentur carnes, et coquetur universa compositio ejus, et ossa tabescunt.* Ubi enim senatus? Ubi jam populus? Contabuerunt ossa, consumptæ sunt carnes, omnis in ea sæcularium dignitatum fastus extinctus est. Excocta est universa compositio ejus. Et tamen ipsos nos paucos qui remansimus adhuc quotidie gladii, adhuc quotidie innumeræ tribulationes premunt. Dicatur ergo : *Pone quoque eam super prunas vacuam.* Quia enim senatus deest, populus interiit, et tamen in paucis qui sunt dolores et gemitus quotidianè multiplicantur, jam vacua ardet Roma. Quid autem ista de hominibus dicimus, cum, ruinis crebrescentibus, ipsa quoque destrui ædificia videmus? Unde apte de civitate jam vacua subditur : *Incandescat, et liquefiat æs ejus.* Jam

**D** • Idem Codices, succendantur. Paulo post Longip., coquuntur. Universa compositio ejus et ossa tabescunt. Sic etiam legitur supra, ubi idem contextus lugatur.

<sup>e</sup> Editi, dignitatum ordo

qui et ipsa ora consumitur, in qua prius et carnes et ossa consumebantur, quia postquam defecerunt homines, etiam paries cadunt. Ubi autem sunt qui in ejus aliquando gloria letabantur? Ubi eorum pompa? Ubi superbis? Ubi frequens et immoderatum gaudium?

23. Impletum est in ea quod contra destructam Ninive per prophetam dicitur: *Ubi est habitaculum leonum, et pascua catulorum leonum (Nahum. ii, 11)?* An ejus dices ac principes leones non erant, qui, per diversas mundi provincias discurrentes, praedam siveiendo et interficiendo rapiebant? Illic leonum catuli inveniebant pascua, quia pueri, adolescentes, juvenes saeculares, et saecularium filii huc undique concurrebant, cum proficere in hoc mundo voluisse. Sed jam ecce desolata, ecce contrita, ecce gemitibus oppressa est. Jam nemo ad eam currit, ut in hoc mundo proficiat; jam nullus potens et violentus remansit, qui opprimente praedam diripiatur. Dicamus ergo: *Ubi est habitaculum leonum, et pascua catulorum leonum?* Contigit ei 1376 quod de Iudea nominus per prophetam dicimus: *Dilata calvitium tuum sicut Aquila (Mich. i, 16).* Calvitium quippe hominis in solo capite fieri solet, calvitium vero Aquilæ in toto sit corpore, quia cum valde emuerit, plumæ ejus ac pennæ ex omnibus membris illius cadunt. Calvitium ergo suum <sup>a</sup> sicut Aquila dilatat, quia plumas perdidit, quæ populum amisit. Alarum quoque pennæ ceciderunt, cum quibus volare ad praedam consueverat, quia omnes potentes ejus extinti sunt, per quos aliena rapiebat (*Joan. Diac.*, i, iv, c. 66).

24. Haec autem quæ de Romanæ urbis contritione dicimus, <sup>b</sup> in cunctis facta mundi civitatibus scimus. Alia etenim loca clade desolata sunt, alia gladio conquisita, alia fame cruciata, alia terra hiaticibus absorpta. Despiciamus ergo ex toto animo hoc præsens saeculum vel existinctum; finiamus mundi desideria saltem cum mundi fine; iniunemus bonorum facta quæ possumus. Apud Orientem enim et Aquilonem multi sunt qui pro perfectione vite centum cubitis mensurantur. Ex Iudea etiam et gentilitate, sicut dicitur, ad sanctitatis culmen excreverunt. Quamvis intelligi per Orientem et Aquilonem etiam justi et peccatores possint. Oriens quippe non immrito justi dominantur, qui, sicut in luce fidei nati sunt, in innocentia persistuerunt. Per Aquilonem vero recte peccatores accipimus, qui mentis frigore dissipati sub peccati sui umbra torpuerunt. Sed quia omnipotens Dei misericordia etiam tales ad penitentiam revocat, compunctione et lacrymis lavat, virtutibus ditat, et usque ad perfectionis gloriam sublevat, non solum ad Orientem centum cubiti, sed etiam ad Aquilonem ducuntur, dum cum justis etiam

<sup>a</sup> Longip., sicut aquila Roma dilatat.

<sup>b</sup> Laud., jam pene in cunctis. Verius quam absolute in exactis.

<sup>c</sup> Careat hac clausula Val. Cl. et pler. Norm.

<sup>d</sup> Rothmag. et Lyr., adversarius noster.

<sup>e</sup> Laud. et Longip., non junges. Paulo post Laud.,

peccatores per dona et penitentiam ad perfectionem veniunt, et largiente Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA VII [AL., XIX.]

*Septem versuum, a 20 ad 27, explicationem complectit, plurimaque simili exhibet præcepta moralia, de Spiritu sancti donis, gradibusque ad eos dicentibus, de vera perfectione ac de bonorum operum necessitate.*

1. Magna legontium debet esse discretio, ut in sacro eloquio cum quilibet unus sermo dicatur, non semper unam eamdemque rem significare credatur, sicut aliquando sol in bono, aliquando vero accipitur in malo. Solis etenim nomine aliquando ipse Redemptor noster signatur, aliquando persecutio. Attestantur enim libro Sapientiae, in inferno impii dicturi sunt: *Errat in via veritatis, et sol justitiae non lucit nobis (Sap. v, 6).* Et de iactis seminibus Dominus dicit: *Orito sole aruerunt (Matth. xiii, 6),* quia videlicet, facta persecutione, in reproborum cordibus prædicationis verba siccantur. Sic leo Dominum signat. Unde scriptum est: *Vici leo de tribu Iuda (Apoc. v, 5).* Sic leonis nomine diaboli similitudine exprimitur, sicut per primum pastorem dicitur: <sup>f</sup> *Adversarius vester diabolus, sicut leo rugiens, circuit querens quem devoret (I Petr. v, 8).* Sic bovis nomine sapiens designatur. Unde scriptum est: <sup>g</sup> *Non junges bovem et asinum (Deut. xxii, 10),* id est, sapientem cum stulto in prædicatione non socias. Sic per bovem satius figuratur, sicut de eo qui <sup>h</sup> in turpitudine amoris captus est, dicitur: *Statimque eam sequitur, quasi bovis ductus ad victimam (Prov. vii, 22);* id est, sicut fatus trahitur ad mortem. Hæc igitur dixi, ne quia portam significare Dominum, vel prædicatores, vel Scripturam sacram, vel fidem exposui, ubique 1377 jam in hoc propheta porta legitur signare aliud nouum creditur. Cum enim de una porta <sup>i</sup> propheta loqueretur, recte fides intellecta est, quia una est omnium electorum fides. Cum vero alias portas nominantur, <sup>k</sup> intelligi ora prædicatorum possunt, per quæ vera vita cognoscitur, et per quæ ascenditur ad sacramentorum spiritualium cognitionem. Naga porta per quam significari fidem diximus, notandum nobis est quia inferior appellatur. In hac enim vita dum sumus, quasi in imo positio adhuc inferius tenemur. Et recte inferior porta fides est, quia nobis in terra positis aperit cognitionem Dei. Itaque nunc dicitur:

Vers. 20-22. — *Portam quoque quæ respiciebas viam Aquilonis atrii exterioris mensus est tam in longitudine quam in latitudine. Et thalamos ejus tres hinc, et tres inde, et frontes ejus, et septibulum ojus secundum menekrem portas prioris: quinquaginta cubitorum*

*non socias.*

<sup>f</sup> Val. Cl., cum Norm., in amore turpitudinis.

<sup>g</sup> Suess., Val. Cl. et quinque Norm., propheta diuitias loqueretur.

<sup>h</sup> Laud. et Suess., intelligi, sicut et longe superius dictum est, ora, etc.

*longitudinem ejus, et latitudinem viginti et quinque cubitorum. Fenestrae autem ejus, et vestibulum, et sculptrae secundum mensuram portae que respiciebat ad Orientem; et septem graduum erat ascensus ejus, et vestibulum ante eam.*

2. De porta quæ respiciebat viam Aquilonis atrii exterioris, ea ipsa respicitur quæ iam de porta tria superius dicta sunt, aliquid alia vulnusq[ue] sit id quæ de praedicta porta propheta dicuerat. Ut ergo de his latius dissererint quæ needium discussa sunt, debeamus ea quæ iam dicta sunt sub brevitate replicare. Porta enim viam Aquilonis respicit, cum praedicator quisque vitam peccatoris agnoscat, sicut inferiora vita per verbum prædicationis aperit. Quæ porta atrii exterioris dicitur. Extérus q[ui]sppe est nūtrit vita p[re]sens, in qua omne quod corporaliter agitur corporaliter etiam videtur. Quæ iam in longitudine quam in latitudinem mensuratur, quia cum ad D[omi]num peccator ducitur, necesse est ut ejus docte consideret, vel quantum in longitudinem speret, vel quantum in latitudinem charitatis ex ejus admonitione proficiat. Qui enim ad D[omi]num convertitur, si adhuc bona vita presentis sperat, longitudinem non habet, quia brevis est vita in qua spem poscit. Si per terrenarum rerum concupiscentiam, et adhuc per proximi odium coangustatur, latitudinem non habet, quia noscit vel transitoria contemnere, vel se in proximi amore dilatare. Cum vero conversus quicunque aeternæ vitae gaudia longanimitate sperat, proximorum molestias cum charitate tolerat, et ea quæ non habet concupiscere contemnit; longitudinem et latitudinem porta habet, quia gloria praedicatoris est profectus auditoris. Unde quibusdam per magnum praedicatorem dicitur: *Gaudium meum et corona mea (Philip. iv, 1).* Et rursum: *Eoce nunc vivo, si vos statis in Domino (I Thess. iii, 8).* Atque iterum: *Quæ est nostra spes aut gaudium? Nonne vos ante Dominum (Ibid., ii, 19)?* Longitudo ergo et latitudo portæ est quæ ad Aquilem respicit, quia cum insidelem quemplam in peccati sui frigore torpente praedicator ad fidem converterit, per hoc quod eum in longitudinem sperat. **1378** tendit, et in amplitudinem charitatis dilatat, ejus gloriam suam facit. Et quia in cognitione sanctæ Trinitatis ex verbo prædicationis auditores quicque in ejusdem Trinitatis amore proficiunt, habet h[ab]et eadem porta thalamos tres hinc, et tres inde, quia omne quod per Testamentum Novum<sup>4</sup> de Trinitate conditor loquitur, hoc etiam de Testamento Veteri ostendit. Et cor audientium in amore coelestis patriæ proficit, et anima inhærens Deo quasi sponsa cum sposo in quadam jam thalamo sedeat, atque se a terrenis desideriis funditus avertat.

3. Vel certe, ut longe superioris dictam est (*Hom.*)

- a Laud., et sculptrae.
- b Sues., taret.
- c Non legitur h[ab]et eadem porta in Gemet. Utic. et al. Norm.
- d Val. Cl., consentientibus Norm., de trinitate conditoris.
- e Recent. Cū., perficit.
- f Ebroic., bona.

A 4, n. 5), quia tres sunt ordines bene viventium, bonorum scilicet conjugatorum, continentium, atque praedicatorum, et quia alii etiam in conjugis positu amore coelestis patriæ athebant, alii autem spe aeterni gaudii etiam carmen materant, omnesque actus terrenos refugunt, et in cura h[ab]itus saeculi simplicari contemnunt, alii vero et terrena bona despiciunt, et coelestia gaudia prædicant, quæ cognoverunt, quid isti nisi in spirituali ædificio thalami sunt in quorum cogitatione et meditatione anima coelesti sponso sociator? Quos tres bonorum ordines, quia non solum Ecclesia ex gentibus habet, sed aliquando etiam Synagoga habuit, dum magna multitudo spiritualium Redemptoris gratiam ardenter exspectavit, porta ædificii coelestis tres hinc, et tres inde thalamos habet, quia prædictor quisque, cum e[st] ad supernam patriam auditorem provocat, et novos patres et veteres anhelasse coelesti desiderio demonstrat. Plus enim plenumque exempla quam ratiocinationis verba compungunt; et cum prædictor dicit quales alii in conjugio, vel in continentalia, vel in prædicatione erga omnipotentis Dei amorem in novo testamento fuerint, vel alii quales in veteri, porta quæ loquitur ternos ex utroque latere habere se thalamos ostendit. Quæ porta habet et frontem, quia sunt in prædictoris vita aperta opera quæ videntur. Habet et ante frontem vestibulum, quia priusquam bona opera insinuet, prædicat fidem, per quam anima humiliiter veniens ad bonorum actuum altitudinem sublevetur. Quæ cunctæ secundum mensuram portæ prioris sunt, juxta hoc quod subditur:

C Vers. 21. — *Quia mensus est quinquaginta cubitorum longitudinem ejus, et latitudinem viginti quinque cubitorum.*

4. Hæc jam superioris latius me dixisse meministis (*Hom. 8, l. ii.*). Per quinquagenarium enim numerum requiem diximus ligurari, quia et quinquagesimus annus veteri populo<sup>5</sup> in requiem datus est, quia appellatus est jubilæus; et septenarius numerus, per quem hoc ornatum evolvitur, septies multiplicatus ad quadragesima et novem ducitur. Cui monas additur, quia in unius contemplatione requies aeterna perficitur. Idem ergo quinquagenarius numerus nobis in longitudinem est, quia pervenire ad illam requiem non potest, nisi qui ad eam spem suam modo tendere longanimitate potest. Quia enim per quinquagenarium numerum **1379** ad aeternam requiem provocamur, etiam hoc nos omnino instruit quod in tabernaculo decem cortinæ jussæ sunt fieri, quæ haberent ansulas quinquagenses, et circulos aureos quinquagenses a latere et summittate (*Exod. xxv, 4, seqq.*). Cortinæ etenim tabernaculi sancti tunicae sunt, qui ex diversis virtutum coloribus in sanctæ Ecclesiæ ornamento

<sup>5</sup> Laud., ad superna provocatus.

<sup>b</sup> Laud., tendit.

<sup>1</sup> Laud., Longip., Gemet. et al. Norm., sic legendum suadent. In vet. Ed., in requiem datur, qui appellatus. Alii, in requiem datus, appellatus est.

<sup>2</sup> Sag. et Ebroic., decem etenim cortinæ. Ubique Laud. habet, curtinae.

proficiunt. Qui et interiora velant, et exteriora omnino exornant, quia eorum vita in quantum videatur, ornamentum est; et eorum intellectus intus absconditur, dum cœlestia quæ in mente servant, et dicere non possunt, in eis aliquo modo velantur. Recte autem decem cortinae sunt, quia <sup>a</sup> per Decalogi custodiam ipsa sanctorum corda profecerunt. Hyacinthinae vero ansulae cortinarum fieri quinquaginta preceptæ sunt. Hyacinthus cœli speciem habet. Ansulae ergo cortinarum sunt praesenta cœlestia, in quibus ligantur animæ. ut ab inferioribus sublevatae superius pendeant. Quæ videlicet ansulae habent et circulos aureos, intellectum scilicet vera sapientia fulgentem. Qui intellectus, quia esse debet per omnia circumspectus, et cautæ sollicitudinis vigilancia mutatus, recte per circulos designatur.

5. Et notandum quod a latere et summitate jubarunt ansulae, vel circuli in cortinæ fieri, quia præcepta cœlestia et intellectus spiritualis, non solum debet nos sursum in Dei amorem suspendere, sed etiam proximo in charitate sociare. In eo enim quod conditorem nostrum diligimus, quasi per superiores ansulas in aere pendemus. In eo vero quod sicut nosmetipsos proximos amamus, ansulas et circulos a latere habemus, ut cortinæ tabernaculi, id est fidelium animæ per charitatem conjunctæ sint, et non per discordiam divisæ. Unde et hic post longitudinem quinquaginta cubitorum protinus latitudo sub jungitur viginti et quinque cubitorum, quæ videlicet latitudo ad charitatem proximi pertinet. Ipsa enim in fratrum amorem se dilatat, atque erga eos omne quod potest boni operis exercet. Cuneta autem bona opera quæ corporaliter flunt, per quinque corporis sensus exhibentur, videlicet per visum, auditum, tactum, gustum, odoratum. Quinarius vero numerus per semetipsum ductus ad vicesimum et quintum pervenit, quia bona opera cum agi cooperant, per servorem animum ad augmentum excitant, et per semetipsa multiplicantur. Unde et latitudinem <sup>b</sup> menti faciunt, ut non sit angusta <sup>c</sup> per temorem, sed expansa in bonis actibus per charitatem. Omnis enim torpor temporis angustia est, omnis vero benignitas charitatis, magna latitudo. Nam etsi res desunt quæ fortasse indigenti proximo præbeantur, ampla est substantia voluntatis bonæ, quæ sufficit ad regni retributionem, sicut scriptum est: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis* (*Luc. ii. 14*). Sequitur:

VERS. 22. — *Fenestræ autem ejus, et vestibulum, et sculpturæ secundum mensuram portæ aure respiciebat ad Orientem.*

6. Cuncta hæc jam superius latius dicta sunt, et idcirco sermo non debet morosa expositione <sup>d</sup> tardari. Hoc tamen magnopere notandum est, quod porta ad Aquilonem ea omnia babere perhibetur

<sup>a</sup> Editi mutarunt custodiam in studium, quod in omnibus legitur.

<sup>b</sup> Longip., in mente.

<sup>c</sup> Idem., per temorem.

<sup>d</sup> Vulgati, tardare, invitit *Mss. Lavo.*, *Val. Cl.*, *Longip.*, etc.

A 1380 quæ porta ad Orientem, fenestras scilicet contemplationis, vestibulum humilitatis, sculpturam bonæ operationis. Omnes enim qui per hoc quod Deo in conversatione <sup>e</sup> nati sunt in innocentia persistenterunt, portam ad Orientem habent, quia eis cœlestis regni aditus patet <sup>f</sup> a lumine quod acceperunt. Et omnes qui in peccatis postmodum lapsi corporis sui frigore sunt depresso, sed, dum per paenitentiam redeunt, ad amorem cœlestis patriæ recalscent, portam ad Aquilonem habent, quia eis etiam post peccati sui frigus cœlestis regni aditus per misericordiam patet. Ea ergo habere dicitur porta ad Aquilonem quæ habet porta ad Orientem, quia et conversi peccatores sic ditantur virtutibus, sicut illi sunt divites qui cadere <sup>g</sup> in peccatum vitaverunt. Unde et B Psalmistæ voce per Dominum dicitur: *Cinerem sicut panem manducabam* (*Psalm. ci. 10*), quia sic paenitentes recipit ut justos. Scriptum quippe est de peccatoribus: *Olim in cilicio et cinere paenitentiam egissent* (*Math. xi. 21*). Cinis ergo sicut panis comeditur, quando ad auctoris sui gratiani peccator per paenitentiam sicut innocens revocatur. Porta igitur ad Aquilonem habet fenestras, habet vestibulum, habet sculpturas, quia cum peccator ad vitam post culpas reducitur, sæpe lumen contemplationis accipit, atque de ipsa memoria iniquitatis suæ gratiam magnæ humilitatis bonæ quoque operationis efficaciam sumit, ut omne quod fieri præcipitur, in vita ejus quasi sculptum esse videatur.

Ibid. — *Septem vero graduum erat ascensus ejus, et vestibulum ante eam.*

C 7. Septem gradibus ad portam ascenditur, quia per sancti Spiritus septiformem gratiam aditus nobis vitæ cœlestis aperitur. Quam septiformem gratiam Isaias in ipso nostro capite, vel in ejus corpore, quod nos sumus, enumerans dicit: <sup>h</sup> *Requiescat super eum spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini* (*Isai. xi. 2*). Quos gradus, de cœlestibus loquens, descendendo magis quam ascendendo numeravit, videlicet sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, timorem. Et cum scriptum sit: *Initium sapientiae timor Domini* (*Prov. ix. 10*), constat procul dubio quia a timore ad sapientiam ascenditur, non autem a sapientia ad timorem reditur, quia nimis perficiam habet sapientia charitatem. Et scriptum est: *Perfecta charitas foras mittit timorem* (*I Joan. iv. 18*). Prophetæ ergo, quia de cœlestibus ad ima loquebatur, coepit magis a sapientia, et descendit ad timorem. Sed nos qui a terrenis ad cœlestia tendimus, eosdem gradus ascendendo enumeremus, ut a timore ad sapientiam pervenire valeamus. In mente etenim nostra primus ascensionis gradus est timor Domini;

<sup>e</sup> Longip., juncti sunt.

<sup>f</sup> Norin., ad lumen. Editi, ex lumine.

<sup>g</sup> Vatic. et recent., excepta Gussany. in peccati paenitentiam. Contradicunt *Mss.*, tum *Anglic.*, tum *Gallic.*

<sup>h</sup> Laud., requiescit... et replavit.

secundus, pietas; tertius, scientia; quartus, fortitudo; quintus, consilium; sextus, intellectus; septimus, sapientia. Est enim timor Domini in mente. Sed qualis est iste timor, si cum eo pietas non est? Qui enim misereri proximo ignorat, qui compati ejus tribulationibus dissimulat, hujus timor ante omnipo-  
tentis Dei oculos nullus est, quia non sublevatur ad pietatem. Sed saepe pietas per inordinatam misericordiam **1381** errare solet, si fortasse pepercerit quae parcenda non sunt. Peccata enim quae ferri gehennæ ignibus possunt disciplinae verbere sunt corrigenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcat, ad æternum supplicium pertrahit. Ut ergo vera et ordinata sit pietas, ad gradum est alium sublevanda, id est ad scientiam, ut sciat vel quid ex iudicio puniat, vel quid ex misericordia dimittat. Sed quid si sciat quid agere quisque debeat, virtutem vero agendi non habeat? Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem, ut cum videt quid agendum sit, hoc agere per mentis fortitudinem possit, ne timore trepidet, et, pavore collapsa, non valeat bona defendere qua sentit. Sed saepe fortitudo si improvida fuerit, et minus contra vitia circumspecta, ipsa sui præsumptione <sup>a</sup> in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium, ut prævidendo præmuniat omne quod agere forsiter potest. Sed esse consilium non potest, si intellectus deest, quia qui non intelligit malum quod agentem gravat, quomodo potest bonum solidare quod adjuvat? Itaque à consilio ascendamus ad intellectum. Sed quid si intellectus magno quidem acumine vigilet, et moderari se nesciat per maturitatem? Ab intellectu ergo ascendatur ad sapientiam, ut hoc quod acute intellectus invenit, sapientia mature disponat. Quia igitur per timorem surgimus ad pietatem, per pietatem ad scientiam ducimur, per scientiam ad fortitudinem roboramur, per fortitudinem ad consilium tendimus, per consilium in intellectum proficimus, per intellectum ad maturitatem sapientiae pervenimus, septem gradibus ad portam ascendimus, per quam nobis aditus vitæ spiritalis aperitur.

Bene autem dicitur quia vestibulum erat ante eam, quia nisi quis prius humilitatem habuerit, ad hos gradus donorum spiritualium non ascendit, sicut scriptum est: *Super quem <sup>b</sup> requiescat spiritus meus, nisi super humiliem et quietum, et trementem sermones meos* (*Isai. lxi, 2*). De quo per Psalmisiam dicitur: *Ascensus in corde ejus dispositus in convalle lacrymarum* (*Psal. lxxxiii, 6*). Convallis quippe humiliis locus est, et peccator quisque dum se in lacrymis humiliiter affligit in corde, <sup>c</sup> per ascensum virtutum proficit. Qui rursus ait: *Emittit fontes in convallibus* (*Psal. cii, 10*), quia omnipotens Deus dona spiritalis gratiae humiliibus præstat.

<sup>a</sup> Longip., incassum laborat.

<sup>b</sup> Laud., requiescit.

<sup>c</sup> Val. Cl., consentientibus Norm., per ascensum ad virtutem.

<sup>d</sup> Editi, dissentientibus MSS., Sues., Laud., Val. Cl., Longip. et Norm. omnibus, si enim Deum vere... non crediderat, quid orabat? Ex Germ. unus lavet

A 9. Potest quoque per vestibulum fidem intelligi. Ipsa quippe est ante gradus et portam, quia prius ad fidem venimus, ut postmodum per spiritualium donorum gradus coelestis vitæ aditum intremus. Non enim per virtutes venitur ad fidem, sed per fidem pertinet ad virtutes. Cornelius enim centurio, cuius eleemosynæ ante baptismum, angelo testante, laudatae sunt, non operibus venit ad fidem, sed fide venit ad opera (*Act. x, 1, seq.*). Nam et ei per angelum dicitur: *Orationes tuæ et eleemosynæ ascenderunt in conspectu Dei* (*Ibid., 4*). <sup>e</sup> Si enim Deo vero et ante baptismum non crediderat, quem orabat? vel quonodo hunc omnipotens Deus exaudierat, si non ab ipso se in bonis persici petebat? Sciebat igitur Creatorem omnium Deum, sed quod ejus omnipotens Filius incarnatus esset ignorabat. Neque enim **1382** poterat bona agere, nisi ante credidisset. Scriptum namque est: *Sine fide impossibile est placere Deo* (*Hebr. xi, 6*). Fidem ergo habuit, <sup>f</sup> cuius orationes et eleemosynæ placere Deo potuerunt. Bona autem actione promeruit ut Deum perfecte cognosceret, et incarnationis ejus mysterium crederet, quatenus ad sacramenta baptismatis perveniret. Per fidem ergo venit ad opera, sed per opera est soldatus in fide. Vestibulum itaque ante gradus est, quia qui prius credidit, ipse post virtutum gradibus ad portæ aditum ascendit. Sequitur:

VERS. 23. — *Et porta atrii interioris contra portam Aquilonis, et Orientalem.*

C 10. Hoc loco *contra* non pro adversitate ponitur, sed pro rectitudine; ita enim porta interioris atrii posita monstrabatur, ut porta Aquilonis et Orientis recto ad eam aditum tenderet. Quid est ergo quod porta interior recto itinere posita contra portam Orientis et Aquilonis ostenditur, nisi hoc, quod aperte datur intelligi, quia sive Judaico et gentili populo, seu justis et peccatoribus, sed post peccata conversis, sequere aditus regni coelestis aperitur? Larga est enim misericordia Creatoris nostri. Et porta interior non solum portam Orientis respicit, sed etiam Aquilonis, quia non solum his qui in innocentia permanent, sed etiam peccatoribus peccata sua poenitendo damnantibus aperiuntur interioris atrii gaudia, ut ineffabilia mysteria patriæ coelestis agnoscant, agnoscendo sitiunt, sitiendo currant, currendo perveniant. <sup>g</sup> Ille interni gaudii secreta cognoverat, qui dicebat: *Sicut vivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei* (*Psal. xli, 3*)? Prædictor gentium ad hunc aditum regni coelestis anhelabat, cum dicebat: *Cupio dissolvi et esse cum Christo* (*Philip. i, 23*). Ille <sup>h</sup> exultationis occultæ secreta cognoverat sponsa, quæ dicebat: *Dilectus meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit ad tactum ejus* (*Cant. v, 4*). Dilectus eterno manum per Editis; alter communem aliorum MSS. lectionem habet.

<sup>i</sup> In Excusis, operationes; secns in MSS. Anglic. et nostris.

<sup>j</sup> Editi, hæc æterni.

<sup>k</sup> Val. Cl. et alii a Gussanv. laudati, expectationis

foramen mihi, quando virtute sua Dominus nostrum & punitus per subtilem intellectum pulsat. Et ventur in tactu illius contremisci, quia infirmitas nostra per hoc quod celestis gaudii intellectu tangitur, ipsa tua exultatione turbatur, et si in mente payor cum tristitia, quia jam sentit quid de celesti gaudio diligat, et adhuc metuit \* ne non recipiat quod vix duxit sentit. Quid igitur restat nisi ut se ad perfectionis vitæ cursum dirigant omnes qui illa gaudia patre cœlestis agnoscunt? Unde et hic apte subjungitur:

Ibid. — *Et mensus est a porta usque ad portam centum cubitos.*

11. <sup>b</sup> Centenarium numerum, quia decies per denarium ducitur, jam superius diximus esse perfectum (*Hom. 6, n. 16*). Is itaque qui aditum atrii interioris videt, profecto necesse est ut per vitam perfectionis currat, et a porta inclinatiovis usque ad consummatiōnis ingressum perveniat. Mensuretur ergo atrium interiorius, quod a portis exterioribus usque ad portam interiore tendit, centum cubitis, ut qui intrare amando cœpit, latitudinem perfectionis habeat in mente, quatenus in eo 1383 quem diligit hunc nec adversa coangustent, nec prospera elevent, sed transitoria cuncta despiciens, quoque ad gaudia secreta perveniat, per atrium perfectionis currat. Sunt etenim mūsi qui jam in septem gradibus aditum portæ exterioris traversunt, juxta quendam supernæ dispensationis modum, per timorem Dei humiles, per pietatis studium misericordes, per scientiam discreti, per mentis fortitudinem liberi, per consilium cœsuti, per intellectum providi, per sapientiam maturi; sed, adhuc quibusdam necessitatibus obligati, hujus mundi curis inserviunt, et unde jam ex magna parte excusserunt animum, ibi adhuc tenentur invititi. Cumque superimposita terrena occupationis portant onera, minus in præceptis cœlestibus exercentur. <sup>c</sup> Anhelare medullans ad æternam patriam non vacat, ipsa in eis sua aliquo modo desideria languescunt, quia nimur curis temporalibus præpeditum vera gaudia quæ cognovit amare non tantum licet quantum libet. Illi plerumque a jugo mundi colla mentis excutunt, omnia deserunt, terrenæ curæ pondera deponunt, atque ut ad celeste desiderium latius animi sinus laxent, vitam remotam petunt, et in sanctis precibus intenti, sacris meditationibus dediti, quotidiano se letu afficiunt, et velut statim cordis igne amoris conflati, atque ad celeste gaudium accendendo se innovant. Illi plerumque, in ipso suo desiderio accensi, exire jam de carne concupiscunt,

\* Ita MSS. quotquot consulimus, vel, ne non plene recipiat, aut percipiat. Ubi Edid habent ne non parent; quæ duplex negatio sensum contrarium proposito sancti Gregorii efficit.

<sup>b</sup> Ebrioic., Gemet. ac alli Norm., centenarius numerus qui decies per denarium ducitur, pro perfectione semper accipitur.

\* Excusi, et dum anhelare, invitis MSS.

\* Ita plerique MSS. In Laud., quia animo... præpedito... quæ cognovit. Consentit Guigay. mutato cognovit, in cognoverunt. Vajje. et al., præpedi... quæ

atque ad vitam presentem redire post festum noluntur. Sed tamen differunt, ut dilatus amor ex ipsa sua dilatione proficiat, et ardenti desiderio quasi quæ negatur crescat. Sic in regione Gerasenorum qui liberatus a legione demonum fuerat iam cum Dominus ire solebat, sed tamen ei dicitur: *Reservare in domum tuam, et narrare quanta feceris tibi Dominus* (*Luc. viii, 39*). Sic sponsa in Canticis canticorum sancis desideria anxia loquitur, dicens: *In lectuq; ymo per noctes quæsivi quem diligit anima mea. Quæsivi illum, et non inveni* (*Cant. iii, 4*). In lectulo enim dilectum querit, quando in ipso suo otio et vacatione quam appetit jam videre anima Dominum concupiscit, jam ad eum exire desiderat, jam carere presentis vita tenebris anhelat. Sed querit illum, et non invenit, quia quamvis magno amore desiderat adhuc tamen ei non conceditur videre quem amat.

12. Tales itaque sanctorum mentes quid aliud in hoc desiderio faciunt, nisi quod jam a portis exterioribus per atrium interiorius ad portam currant? Quibus sc̄e evenit ut cum se viderint magno cœlestis gratia munere compunatos, jam se perfectos existimant, et obedientes putent; sed quia nullus est qui dura præcipiat, patientes esse se credant, sed quia nemo eos per contumelias et adversitates pulsat. Et plerumque contingit ut spiritale ministerium vel invili suscipiant, atque ad gubernationem fidelium deducantur. Qui cum magnis tribulationibus fuerint hinc inde pulsati, turbati mente, sese imperfectos inveniunt, qui non pulsati, perfectos se esse crediderunt. Qua 1384 ex re agitur ut se ad sometipsos colligant, et apud se iacte opprobrium suæ infirmitatis erubescant, atque, ex ipsa sua confusione \* roborati, contra adversa patientiam opponant, et ex tribulatione præficiant, qui prius in otio ex ipsa sua securitate torpebant. Et veraciter esse tales incipiunt quales se esse prius inaniter pulaverunt. Hi itaque cum a portis exterioribus usque ad interiore portam per boni studii atrium & differuntur, hoc ipsum in eis atrium centum cubitis mensuratur, quia dilatione et exercitatione sancta quotidie ad perfectionem præficiunt. Per quotidiana enim desideria in mente præficere, quasi centum est cubitis interioris atrium mensurari. Idecirco ergo a portis usque ad portam centum sunt cubiti, ut quasi quendam mora quendi sit ipsa dilatio vivendi, per quam quotidie in virtutibus crescitur, ut ad interiore aditum perfectionis perveniat. Sequitur:

VERS. 24-26. — *Et eduxit me ad viam Australem, et ecce porta quæ respiciens ad Australum; et mensus cognoverunt.*

\* Siue, revocat.

\* Excusi, contra MSS. omnium Anglic. et Gallic. fidem habent deseruntur; et infra dilectione, pro dilectione, magno sensus detimento; hic enim significatur fideles a statu perfectionis differri, ut, qua infirmitatis concisi, humilientur; qua dilatione sit ut per quotidiana desideria præficiant.

\* Ebrioic., et dum quotidiana desideria in mente præficiunt, quasi centum cubitis interioris atrium mensuratur.

*et frontem ejus, et vestibulum ejus justa mensuras superiores; et fenestras ejus, et vestibula in circuitu, sicut fenestras cæleras, quinquaginta cubitorum longitudinem, et latitudinem riginti quinque cubitorum. Et in gradibus septem ascendebatur ad eam, et vestibulum ante foras ejus.*

13. Cuncta hæc in Orientis et Aquilonis porta Jam dicta sunt, et congruum non est ut ea quæ semel ac secundo expónentes diximus sèpius replicemus. Notandum tamen nobis est quia in spirituali ædificio alter aditus ad Orientem, alias ad Aquilonem, atque alias ad Australum patet. Sicut enim Aquilonis frigore peccatores, ita per Australem viam serventes spiritu designantur, qui, calore sancti Spiritus accensi, velut in meridiana luce virtutibus ex crescunt. Pateat ita que porta ad Orientem, ut hi qui sacramenta fidis bene inchoaverunt, et in nulla postmodum vñiorum profunditate demersi sunt, ad gaudia secreta perveniant. Pateat porta ad Aquilonem, ut hi qui post inchoationem caloris et luminis in peccatorum suorum frigore et obscuritate dilapsi sunt per compunctionem poenitentiae ad veniam redirent, et quæ sit interne retributionis vera latitia cognoscant. Pateat porta ad Meridiem, ut hi qui sanctis desideriis in virtutibus fervent per spiritalem intellectum quotidie interni gaudii mysteria peneirent. Inter hæc autem quæ potest, cum quatuor hujus mundi partes sint, cur in hoc ædificio exterioris atrii non quatuor, sed tres portæ esse memorantur? Quod recte quærendum fuerat, si Propheta non spiritale, sed corporale ædificium vidisset. Sancta enim Ecclesia, id est spiritale ædificium, ut ad secreta gaudia pertingat, tres solummodo portas habet, videlicet fidem, spem, atque charitatem: unam ad Orientem, aliam ad Aquilonem, tertiam ad Meridiem. Porta quippe ad Orientem est fidis, quia per ipsam lux vera nascitur in mente. Porta ad Aquilonem spes, quia unusquisque in peccatis positus, si de venia desperaverit, misericordiam funditus perdit. 1385 Unde necesse est ut qui per suam iniquitatem extinctus est, per spem et misericordiam reviviscat. Porta ad Meridiem charitas, quia igne amoris ardet. In meridiana etenim parte sol in altum ducitur, quia per charitatem lumen fidei in Dei et proximi dilectione sublevatur. Tribus igitur portis ad interius atrium tenditur, quia per fidem, spem, atque charitatem ad gaudia secreta pervenientur. Alia quoque quæstio oritur, cur porta atrii interioris posita contra portam Orientis et Aquilonis dicatur, et quod ad Australem portam pateat facetur. Sed quia per Orientem inchoantes, per Aquilonem lapsos diximus designari, dignum fuit ut vel de inchoantibus, quibus adhuc sol in tempore est, vel etiam de lapsis, sed per conversionem redeuntibus, aperte

<sup>a</sup> Longip., exercentur.

<sup>b</sup> Laud., Sues., Longip., qui post acceptas lucis initia, sanctis, etc.

<sup>c</sup> Suess., haec exteriores non quatuor, sed tres.

<sup>d</sup> Ita Ms. Anglie., Norm. et pene omnes, se proli-

res in Vulgatis legitur, desperaverit, funditus perit.

<sup>e</sup> Laud. et Suess. ad misericordiam revolvatas.

A diceretur quod eis porta atrii interioris pateat, quatenus ex ipsis nos certos faceret de quibus dubitari potuerat. Ille autem de porta Australi dicendum non erat, quia eos ad gaudia interna pertingere qui ferore spiritus in virtutibus permanent nullus ignorat. [Usus quippe est sacri eloquii ea de quibus dubitari poterat aperte dicere, et ea quæ constant tacere, sicut per Psalmistam dicitur: Irritaverunt Moysen in castis, Aaron sanctum Domini (Psal. cv, 16). Aaron quippe, exigente populo, idolum fecerat, et recte posterat de vita ejus dubitari. Moses ergo sanctius non dicitur, quia sanctius esse ab omnibus scitur; et Aaron sanctum Domini nominat, ut nobis de vita illius dubietatem tollat.] Sequitur:

B Vers. 23. — *Et cælatae palmæ erant, una hinc, et altera inde in fronte ejus.*

14. Quid hoc est, quod prius in frontibus pictura palmarum, nunc autem cælatae palmæ in fronte esse membrorantur? In cælatura quippe lapidum foris opera esse videntur. Sed, sicut jam superius diximus, pictura palmarum est ostensis signorum. Nunc vero cælatura palmarum dicitur, ut bonorum operum demonstratio designetur. Ipsi enim summis prædictoribus dicitor: Videant opera vestra bona, et glorificant Patrem vestrum qui in cælis est (Matth. v, 16). Qui igitur in vita sua impressa esse sancta opera demonstrant, palmæ in fronte cælatas habent, quia quanta illas in posterum victoria sequatur, jam nunc in sanctis suis operibus ostendunt. Vel certe quia fidem per Orientis, spem per Aquilonis, charitatem vero per Australis portam diximus designari, notandum nobis est quia in Orientis portis pictura palmarum, in Aquilonis vero et Meridiæ, cælatura esse prohibetur, quia contingit saepè ut hi qui adhuc inchoantes sunt, nequam se in operibus solidis ac magnis exerceant; hi vero qui post iniquitates ad virtutes redirent, plerumque, ut culpas suas ante omnipotentis Dei oculis legere valeant, in magnis operibus excentur. Et qui jam servore spiritus in virtutibus ex reverentur, quasi Meridiæ in sanctis actibus inardescunt. In Orientis ergo porta pictura est, in Aquilonis vero et Meridiæ cælatura; quia signum Victoriae quod in inchoantibus ostenditur, hoc in revertentibus atque serventibus jam solidius et robustius tenetur.

15. Notandum quoque magnopere est quod dicitur, 1386 *Hinc et inde.* Omnes enim qui ad vitæ aditum tendimus, et ex dextro et ex sinistro latere habere palmam debemus. Quod enim hinc et inde dicitur, latus utrumque signatur. A dextro igitur palmam habet is quem prospera non extollunt: a sinistro palmam habet is quem adversa non dejiciunt. Quasi et ultraquæ parte portabat Paulus pal-

<sup>a</sup> Genuæ, et alii e Norm., per confessionem.

<sup>b</sup> Inclusa uncipis restitutimus ex Ms. Laud. et Longip. Absunt a Norm.

<sup>c</sup> Scilicet, portis. Ubi emendandi Vulgati qui ha-

bent, in Aquitone vero et meridie.

<sup>d</sup> Longip. et Vat. El., quasi in meridie.

mam cum diceret : *Per arma justitiae a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, ut seductores, et veraces (1 Cor. vi, 7).* Non hunc adversa frangebant, non prospera in mentis tumorem sublevabant. Hinc inde ergo gestabat palmam, quia et in adversitate fortis, et in prosperitate humiliis permanebat. Quisquis enim de prosperis extollitur, habere in dextera parte palmam nescit. Quisquis in adversitatibus frangitur, portare palmam a sinistro latere ignorat. Ut ergo hinc et inde palma gestetur in fronte, adesse semper nostris mentibus debet et in adversis fiducia, et in prosperis timor, ne aut adversa in desperationem pertrahant, aut prospera animum in sui fiduciam extollant. Hinc est quod idem egregius praedicator dicebat : *Scio et humiliari, scio et abundare, ubique et in omnibus institutus sum. Et satiari et esurire, et abundare et penuriam pati, omnia possum in eo qui me confortat (Philip. iv, 12).*

16. Nunquid nam, fratres, ars est aliqua, humiliari et abundare, satiari et esurire, abundare et penuria pati, ut pro magno se ista scire tantus praedicator insinuet? *Ars omnino, et mira disciplinae scientia, quae toto nobis cordis est adnisi discenda.* Quem enim penuria sua non frangit, a gratiarum actione non retrahit, in rerum temporalium desiderium non accendit, scit humiliari. Hoc enim loco Apostolus humiliari, dicit penuriam pati. Nam statim e contrario subjungit : *Scio et abundare.* Qui enim acceptis rebus non extollitur, qui eas ad usum vanæ gloriae non intorquet, qui solus non possidet quod accepit, sed hoc cum indigentibus misericorditer dividit, scit abundare. Qui acceptis alimentis non ad ingurgitationem ventris utitur, sed ad reparationem virtutis, nec plus carni tribuit quam necessitas petit, scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine inurniuratione tolerat, nec pro necessitate victus agit aliquid unde anima peccati laqueum incurrit, scit esurire. Quem ergo nec in abundantia superbiam elevat, nec in necessitate cupiditas irritat, novit abundare, novit penuriam pati. Qui cum statim subderet, *Omnia possum*, ne elationis esse verba crederemus, adjunxit <sup>a</sup> in quo, *In eo qui me confortat.* Ecce in altum ramus prodiit, sed quia in radice se tenuit, in viriditate permansit. In altum enim surgens aresceret, si se a radice divisisset. Sibi enim nihil tribuit, quia omnia se posse non in se, sed in eo qui se confortat fatetur. Hinc et inde ergo praedicator egregius palmam habet, quem nec abundantia in superbiam, nec inopia ad avaritiam pertrahit.

17. Discamus itaque, fratres, non solum in prosperis, sed in adversis quoque gratias agere. Pater enim nobis ex pietate sua factus est conditor noster, nosque adoptivos filios ad hereditatem regni **1387** cœlestis nutrit. Et non solum donis resicit, sed etiam

<sup>a</sup> Deest in quo in omnibus Ed. Legitur in MSS. Laud., Val. Cl., Gemet. ac aliis Norm.

<sup>b</sup> Plerique Norm., consentiente Val. Cl., ad communem bonum

A flagellis erudit, Discamus igitur abundare, ut cuncta quae ab eo accepimus, cum indigentibus partiamur. Et mentem abundantia non elevet, ne fortasse gaudet quia hoc adest sibi quod deest alteri, et non jam communi bono, sed proprio laetetur. A privato gaudio Veritas <sup>b</sup> ad commune discipulos revocat, cum eos de prædicatione redcantes, et de subjectione dæmonum laetantes admonet, dicens : *Nolite gaudere super hoc, sed potius gaudete et exultate, quia nomina vestra scripta sunt in caelo (Luc. x, 20).* Non enim omnes electi dæmonia ejiciunt, sed tamen electorum omnium nomina cælo tenentur ascripta. Admonentur ergo <sup>c</sup> discipuli privatam laetitiam deponere, de communi autem et perpetua felicitate gaudere. Quisquis itaque in eo gaudet quod alter non habet, ex ipsa sua abundantia deterior factus, <sup>d</sup> gaudium privatum habet. Contra bujus nos appetitum abundantiae Joannes admonet, dicens : *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt (I Joan. ii, 15).* Qui mox rationem subdidit, quare : *Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo (Ibid.). Nemo enim potest duobus dominis servire (Math. vi, 24),* quia non valet simul transitoria et aeterna diligere. Si enim æternitatem diligimus, cuncta temporalia in usu non in affectu possidemus. Qui eamdem rationem protinus subdidit, dicens : *Quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ (I Joan. ii, 16).*

18. Ideo enim habere aliquid homines et ultra quam necesse est concupiscunt, ut habendo superbiant, et quia hoc alius non habet se in cogitationibus extollant. Quisquis itaque talis est, adhuc ad portandum abundantiam doctus non est. Saepè autem quod avaritia ex appetitu suggestum, necessitatem putat, et cum minora sufficient, doleret majora deesse, atque incautus animus quandam quasi necessitatem patitur quam parit. Et cum nimia sint quæ desiderat, suam sibi avaritiam aliquo modo excusat. Abundantia itaque superbie <sup>e</sup> vicina est. Quam si quando etiam cupiditas intercepit, hanc, ut ita dixerim, quasi <sup>f</sup> peregrina captivitas invasit. Si igitur abundandi artem scire volumus, necesse est ut non solum ea quæ vicina sunt, sed ea etiam quæ de longinquο venientia via fugiamus. Discamus penuriam pati, ne ea quæ non habemus habere etiam cum culpa requiramus, nec felices putemus quos rebus onustos cernimus. Nimia valde sunt ea quæ sibi quasi in sumptus vita præsentis præparant. Multa portant, sed in via brevi magna est nobis in hoc itinere socia paupertas, quæ animum non angustat, cum deest terrena substantia de qua æterno judici rationes ponamus. Liberius ad patram tendimus, quia quasi in via pondere caremus.

19. Discamus satiari, ne in sumendis alimentis corporis gulæ magis quam necessitati serviamus. Plus enim concupiscentia quam necessitas petit. E-

<sup>e</sup> Longip., electi discipuli.

<sup>f</sup> Ebroic. et Lyr., gaudio privato hoc habet.

<sup>g</sup> Vel, e vicino est, ut plur. MSS.

<sup>h</sup> Ebroic., peregrini captivitas.

sæpe dum carnis inopiae satisfacere curamus, voluntas subreptit, modum refectionis excedit. Unde fit ut culpa transeat ad culpam, quia plerisque inde alia tentatio carnis nascitur, dum carni immoderatis in refectione servitur. Ex peccato etenim 1388 primi hominis, infirmante natura, in hoc mundo cum nostris temptationibus nascimur. Et caro nobis aliquando adjutrix est in bono opere, aliquando autem seductrix in malo. Si igitur ei plus quam debemus tribuimus, hostem nutrimus. Et si necessitatì ejus quæ debemus non reddimus, civem necamus. Satiatione itaque est caro, sed ad hoc usque, ut in bono nobis opere famulari sufficiat. Nam quisquis ei tantum tribuit, ut superbiat, satiari penitus ignorat. Ars itaque magna est satiari, ne unusquisque per satietatem carnis ad iniuriam prorumpat turpidinis. Discamus esurire, ut nobis propter abundantiam sequentem nostra hic inopia placeat, ne nos ventris necessitas ad culpam trahat, ne peccatum menti ipsi indigentia suggerat; et dum caro fame afficitur, ad cupiditatem animus irritetur, et queratur cum culpa providere unde carni valeat in necessitate satisfacere, ne cor in indignationem prosiliat, et lingua in murmurationis amaritudinem accendat. Qui igitur in carnis suæ inopia se hinc inde circumspicit, atque a peccati laqueo custodit, novit esurire.

20. Nos itaque, fratres charissimi, iram atque avaritiam in adversitate fugientes, et elationem et immoderata gaudia in prosperitate declinantes, quia per fidem, spem, atque charitatem, interioris virtutis atrium portis intrare concupiscimus, palmas hinc et inde teneamus. Libet adhuc alterum civem coelestis patriæ ad mentem reducere, et qualiter hinc inde palmam teneat demonstrare. Beatus etenim Job cum esset viris Orientalibus ditior, et ei prospera enixa suppelerent, filii pollerent, familia cresceret, greges exuberarent, in tanto omnipotentis Dei timore persistit, ut inter custodiam disciplinæ, inter acta justitiae, inter multa humilitatis obsequia, misericordiae operibus intentus, sacrificiis offerendis deditus, holocausta Domino pro singulis filiis immo- faret, ne quis eorum saltem in corde peccasset (Job. 1, 2, seq.). Pensemus ergo quanta ei erat custodia boni operis, qui in filiis suis expiabat sacrificiis culpas cordis. Sed quam iustus esset, in prosperitate innotuerat, valde autem ignotum erat si perseverare justus et inter flagella potuisset. Tangendus ergo erat verbere, ut vir ille sanctus in prosperis interrogaretur adversis, ut qui notus erat omnipotenti Domino, notus per flagella fieret nobis et sibi metuens. Disponente itaque Domino consumpti sunt greges, interficti custodes, eversa domus, existredi filii, percussa caro a planta pedis usque ad verticem. Remansit uxor incolmis, quæ verborum jaculis vulnera augeret. Sed hanc vir sanctus in temptatione, sanus

A in vulnere prudenter docet. eique respondet, dicens: *Si bona accepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus (Job ii, 10)?* Amici quoque ad consolandum veniunt, ad contumelias prorumpunt, et in dolore vulneram, addunt adhuc vulnera verborum. Im- misericordem dicunt, raptorem nominant, violentum denuntiant, oppressorem pauperum fatentur. Quid igitur miles Dei faceret inter dolentia vulnera et amara verba<sup>d</sup> deprehensus? Ecce flagella Dei et verba hominum simul afflictum animum ad desperationem premunt; 1389 sed, virtute spiritus plenus, carnis vulneribus jacens, mentis robe- re stans, contra desperationis impulsum reduxit ad memoriam bona quæ egerat. Quia misericors fuerat, dicit: *Oculus fui cæco, et pes claudio (Job. xxix, 15).* Et rursum: *Pater eram pauperum (Ibid., 16).* Quia et disciplinæ custos et benignus, dicit: *Cumque sederem quasi rex, et circumstante me exercitu, eram tamen mæcentium consolator (Ibid., 25).* Quia humiliis fuerit, dicit: *Si contempsi subire judicium cum serro meo et ancilla mea, cum disceptarent adversum me (Job. xxxi, 15).* Quia hospitalis fuerit, fatetur: *Si despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum (Ibid., 19).* Quia largus in donis, dicit: *Si non benedixerunt mihi latera ejus, et de velleribus oviuum meorum calefactus est (Ibid., 20).* Quia violentus non fuerit testatur, dicens: *Si levavi super pupillum manus meam, cum viderem me in porta superiore (Ibid., 21).* Quia de inimici periculo nunquam exultaverit, dicit: *Si gevisus sum ad ruinam ejus qui me oderat (Ibid., 29).* Quia patiens fuit, et etiam suorum malitiam æquanimiter pertulit, dicit: *Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis dei de carnibus ejus ut saturemur (Ibid., 31)?* Quid est ergo quod vir sanctus tot suas virtutes inter flagella enumerat? Quid est quod ore suo opera quæ fecerat laudat nisi quia inter vulnera et verba quæ hunc ad desperationem trahere poterant, ad spem animum reformat? 1390 Et qui in prosperitate humilis fuit, revocatis bonis suis ad memoriam, infractus in adversitate perinansit. Cujus enim anima inter tot flagella illa verba ad desperationem non impellerent, nisi sibi ad memoriam bona quæ fecerat revocasset? Vidit igitur sanctus vir mentem suam auditus tot malis ad desperationem concutū, et mirabiliter studuit in spe certa ex bonis suis actibus solidari. Sic impletur quod scriptum est: *In die bonorum ne immemor sis malorum, et in die malorum ne immemor sis bonorum (Eccli. xi, 27).* Si enim cum bona habemus malorum reminiscimur quæ aut jam passi sumus, aut adhuc pati possumus, accepta bona mentem non elevant, quia eorum gau- dium timor memorie malorum premit. Et si cum mala habemus bonorum reminiscimur quæ aut jam accepimus, aut adhuc nos posse accipere speramus, malorum pondus animum in desperationem non de-

<sup>a</sup> Lyran., *inguvies*.

<sup>b</sup> Gemit. et alii quatuor Norm., *alterum quidem... militiam ad mentem.*

<sup>c</sup> Vulgati habent, *filiis polleret, ex unanimi MSS.*

<sup>c</sup> consensu castigandi.

<sup>d</sup> Ita Laud. et omnes alii MSS. nostri. Editis magis placuit *depressus*.

<sup>e</sup> *Excusi, circumspectante me exerc*

primit, quia hunc ad spem memoria bonorum levat. Si itaque, fratres charissimi, sic per præcepta Dominicæ et per sanctorum exempla gradimur, ut nos nec prosperitas elevet, nec adversitas frangat, habere nos ante omnipotentis Dei oculos palmas hinc et inde monstramus. Cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA VIII [At, XX].

Versus 27 ac reliqui, usque ad 58 inclusive, plerique cursim, alii fusi exponuntur, et dogma de resurrectione potissimum astruitur.

**1389** 1. Prophæta verba quæ, largiente Domino, hodie charitati vestræ loquenda sunt lectione magis indigent quam expositione. Ea enim in tribus portis interioribus replicantur quæ secundum jam, vel tertio de exterioribus dicta sunt. Paucâ vero in earum descriptione permittantur. Unde necesse est ea nos quæ jam dicta sunt legendo transcurrere, ut ea quæ needum dicta sunt licentius possimus enodare. Itaque nunc dicitur :

Vers. 27-30. — *Et porta atrii interioris<sup>b</sup> in viam Australem, et mensas est a porta usque ad portam in via Australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam Australem, et mensus est portam juxta mensuras superiores, thalamum ejus, et frontem ejus, et vestibulum ejus isdem mensuris, et fenestras ejus, et vestibulum ejus in circuitu quinquaginta cubitorum longitudinis, et latitudinis virginis quinque cubitos, et vestibulum per gyrum.*

Cuncta hæc superius dicta atque exposita esse membranistis (*Maxima hom. superiori*). Needam vero est dictum quod de eodem vestibulo subditur :

Vers. 30, 31. — *Longitudine virginis et quinque cubitorum, et latitudine quinque cubitorum, et vestibulum ejus ad atrium exterius.*

Atque iterum hoc quod jam superius dictum fuerat **1390** replicatur; cum dicitur : *Et palmas ejus in fronte (Ibid.).* Et statim quod adhuc dictum non fuerat subditur : *Et octo gradus erant in quibus ascendebatur<sup>c</sup> ad eam (Ibid.).* Hoc quoque quod de Australi porta scriptum est, de Orientali quoque porta in eodem ordinè narratur. Nam protinus subfinitur :

Vers. 32-34. — *Et introduxit me in atrium interius per portam Orientalem, et mensus est portam secundum mensuras superiores, thalamum ejus, et frontem ejus, et vestibulum ejus sicut supra, et fenestras ejus, et vestibulum ejus in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum, et latitudine virginis quinque cubitorum. Et vestibulum ejus, id est<sup>d</sup> atrii interioris, et palmae cæ-*

<sup>a</sup> Additur in Laud., Suess., Longip.; hoc tamen ergo in ejus adjutoria quæ in sua nobis sequacibus omnia quæ præcepit ostendit omnipotens Redemptor noster, qui virit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

<sup>b</sup> In Editis, in via australi.

<sup>c</sup> Plur. MSS., et vestibulum ejus per gyrum.

<sup>d</sup> Laud., cum Longip., per eam.

<sup>e</sup> Longip., concinenteribus Laud. et Suess., atrii exterioris; quod emendandum putamus.

**A** latæ in fronte ejus hinc et inde, et in octo gradus ascensus ejus.

Ea quoque quæ de Australi porta et Orientali dicta sunt, in eisdem verbis etiam de porta quæ ad Aquilonem respicit replicantur. Nam subditur :

Vers. 35-37. — *Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad Aquilonem, et mensus est secundum mensuras superiores, thalamum ejus, et frontem ejus, et vestibulum ejus, et fenestras ejus per circuitum, longitudine quinquaginta cubitorum, et latitudine virginis quinque cubitorum. Et vestibulum ejus respiciebat in aliam exteriæ, et cælatura palmarum in **1391** fronte illius hinc et inde, et in octo gradibus ascensus ejus.*

2. Quid itaque interiori atrio, quid thalamo, quid frontibus, quid vestibulo, quid fenestræ, quid longitudine et latitudine, quid palmarum cælatura signatur, late jam superius diximus (*Hom. 6 et 7*), neq; oportet ut in eisdem iterum, sed in his solummodo quæ needum dicta sunt occupemur. Nunc ergo quærendum nobis est quæ istæ tres portæ interiores sint, vel quid est quod earumdem portarum vestibula viginti quinque cubitis in longitudine, et quinque cubitis in latitudine metiuntur; vel cur ad eas non septem, sicut de portis exterioribus dictum fuerat, sed octo gradibus ascendit. Porta enim<sup>f</sup> atrii interioris quæ superius dicta est de his tribus portis interioribus non est, quia illa contra Orientis et Aquilonis portam respicere dicitur, istæ autem singulæ interius ad Austrum vel Orientem et Aquilonem positæ esse memorantur. Unde recte<sup>g</sup> per illam aditus interior designatur, quia, sicut vñcedenti locutione jam dictum est, vel Iudeis et gentilibus, vel inchoantibus atque in bono<sup>h</sup> perseverantibus, vel a bono cadentibus, sed post culpas per poenitentiam surgentibus patet. Nunc autem postquam singulæ in Oriente et Aquilone et Austro portæ descriptæ sunt, cur interioris atrii rursus portæ singulæ in Austro et Oriente atque Aquilone describuntur? Aspirante Domino, magna intentione opus est sinum tantæ profunditatis indagare. Si enim portarum nomine sanctos prædicatores accipiunt, sciendum nobis est quia una est Ecclesia in prædictoribus testamento veteris ac novi. Portæ autem septem vel octo gradus habent, quia sancti Spiritus septiformem gratiam concorditer prædicant, hoc avo vero gradu annuntiant præmium retributionis æternæ. Unde scriptum est : *I Da partem septem, necnon et octo (Ecclesi. xi, 2).* Quid itaque dicere possumus exterioris portæ, nisi antiquos patres suisse, qui per præcepta

<sup>f</sup> Sicut, ultra exterioris, sed mendose.

<sup>g</sup> Laud., per illas... qui sunt, eto;

<sup>h</sup> Adiunt, opere Gemel, cum aliis Norm. et Longip.

<sup>i</sup> Laud., Suess., Longip.; Val. Cl.; octavum vero gradum annuntiant retributionis æternæ.

<sup>j</sup> Vulgat., da partes. Sequimur Miss. Laud., Longip., Norm., etc. Vide quæ supra observavimus nota f ad hom. 4, olim decimam sextam, num. 2.

legis reverentia opera populi magis quam corda cum studire? ut interiores portas prædicatores sanctæ Ecclesiæ debeamus accipere, qui spiritualibus monitione discipulorum suorum corda custodiunt, ne male quæ non faciunt vel in cogitationibus delectentur. Per illas enim septem gradibus ascendit dicitur, istarum vero octo graduum ascensus esse perhibetur, quia et in veneratione legis dies septimus fuit, et in novo testamento octavus dies in sacramento est, is videlicet qui Dominicus appellatur, qui tertius a passione, sed octavus a conditione est, quia et septimum sequitur.

3. Sin vero portarum nomine solo intelligimus sanctos apostolos designari, qui videlicet primi nobis sunt sanctæ Ecclesiæ prædicatores, et nos fidem, spem, atque charitatem symmopere tenere docuerunt, ipsi itaque nobis in his virtutibus portæ sunt, qui nos per easdem virtutes ad interiorem intellectum æternæ sapientiae perducunt. Sed si ipsi exteriores portæ sunt, quos accipimus interiores? Si vero ipsi interiores sunt, quos intelligimus exteriores? Quia in re intelligi utiliter potest **1392** quia ipsi nobis exteriores simul et interiores portæ sunt. Cum enī adhuc inchoatibus non alta et mystica, sed quædam quæ capi præalent, prædicant, portæ exteriores sunt; cum vero perfectis profunda et mystica loquuntur, portæ interiores. Videamus quælior porta exterior pateat: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam* (*I Cor. iii, 4*). Videamus qualiter porta interior pateat: *Sapieniam loquimur inter perfectos* (*Ibid. ii, 6*). Videamus utrum ipsa eadem sit porta interior et exterior: *Sapienibus et insipientibus debitor sum* (*Rom. i, 14*). Qui rursus dicit: *Sive mente excedimus, Deo; sive sobri sumus, vobis* (*II Cor. v, 13*). In hoc enim quod contemplando et loquendo sapientibus mente excedit, porta interior est; in hoc vero quod parvulis sobrie in prædicatione se temperat, et quanta ebrietate spiritus infundatur in mente cum prædicat nos ostendit, exteriorum portarum se esse manifestat. Ipsi itaque et exteriores portæ, nobis sunt et interiores, qui nos et in primo aditu fidei, spei atque charitatis instituunt, et cum jam proficientibus coelestis regni mysteria prædicant, per subtiliorem sensum nos ad interiora perducunt.

4. Unde et per septem gradus prius ascensus earum describitur, et postmodum per octo. Per octavum etenim gradum illius vitæ mysteria signantur, quam in secretis suis perfecti intelligent, qui jam cuncta temporalia mente transcendere noverunt, qui præsentem vitam quæ septem dierum curriculo evolvitur plene despiciunt, qui de intima contemplatione pascuntur. Habet igitur portæ spiritualis ædifici septem gradus, quia timorem Domini, pietatem et

<sup>a</sup> Laud., quos aspicimus.

<sup>b</sup> Suess., summa et mystica. Laud., profunda summa et mystica.

<sup>c</sup> Ebroic. et Sagiens., perfecte.

<sup>d</sup> Ebroic., nil imperfectum tenere.

A scientiam, fortitudinem, et consilium, intellectum et sapientiam suis auditoribus prædicant. Sed cum iam omnia dimitti præcipiant, cum nihil in hoc mundo diligi admonet, nil per affectum teneri, cum contemplationi coelestis patriæ intendi, alioquin in ejus suadent mysterijs delectari, gradum addunq., et ad interiora trajiciunt. Iste gradus, docente Veritate, quidam ostensus est, cui cum legis præcepta dicentur, respondit: *Hæc omnia custodiri a juventute mea* (*Math. xix, 20*). Quasi enim jam in septem gradibus stabat, cum a juventute sua omnia custodisse se diceret. Sed ei mox dicitur: *Adhuc unum tibi deest: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, et peni sequere me* (*Ibid., 21*). In quibus verbis octavum B quidem gradum vidit, sed ascendere noluit, quia Christus abscessit. Quisquis itaque, contemptus rebus temporalibus, æternitatis contemplatione pascitur, coelestis regni gaudia rimatur, post septem gradus quos timendo et sperando atque intellectu sapientia succrescendo tenuit, octavo gradu interioris portæ adiupum intravit.

5. Per octavum quoque numerum et dies æternoi judicij, et carnis resurrectio designatur. Unde et Psalmus qui pro octava scribitur a pavore judicij est inchoatus, cum dicitur: *Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me* (*Psal. vi, 2*). Nunc enim tempus est misericordiae, in illo autem **1393** iudicio dies iræ. In quo videlicet die omne hoc tempus finitur quod septem diebus evolvitur. C Quia autem post septem dies sequitur, jure octavus appellatur. In quo et caro nostra resurget ex pulvere, ut sive bona, sive mala quæ egit, recipiat a Veritate. Unde et per legem quoque octavo die fieri circumcisio jubetur. Nam per membrum quod circumciditur mortalis propagatio generatur, decedentium quoque et succedentium numerus augetur. Sed quia in resurrectione mortuorum nec carnis jam propagatio agitur, et decessio atque successio nulla erit, quia sicut scriptum est: *Neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cœlo* (*Math. xxii, 30*), octava die præcipitur præputium incidi. Ibi enim locum jam carnis propagatio non habet, ubi resurgens caro perseverantiam æternitatis habet. Per hoc membrum mater virgo descendit, quæ Deum in utero sine virili admistione concepit, qui primus nobis æternæ patriæ gloriam in sua resurrectione monstravit. Qui resurgens a mortuis, jam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur (*Rom. vi, 9*). Nobisque exemplum dedit, ut ea fieri in die ultimo de nostra carne credamus quæ facta de carne illius in die resurrectionis agnovimus.

6. Sed quæ de carnis resurrectione nobis sermo se intulit, triste nimis et valde lugubre est quod quædam in Ecclesia state, et de carnis resurrectione

<sup>a</sup> Multi sunt qui pro octava inscribuntur. At iste primus est.

<sup>b</sup> Editi ante Gussahv., per hoc verbum. Emendantur ex MSS. Anglic. et nostris.

dubitare cognoscimus. Hanc autem antiqui patres venturam esse certissime crediderunt, etiam cum nullum adhuc ejusdem resurrectionis exemplum tenerent. Quia igitur damnatione digni sunt qui et exemplum jam dominice resurrectionis acceperunt, et tamen adhuc de sua resurrectione diffidunt? Pignus tenent, et fidem non habent. Ecclesiam replicant, sed quia de resurrectione sua dubitant, mente vacua stant. De hac resurrectione per beatum Job dicitur: *Scio quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum, et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum; quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alias* (Job. xix, 25, seq.). Hinc etiam per Psalmistam dicitur: *In conspectu ejus procedunt universi qui descendunt in terram* (Psal. xxi, 29). In terra enim mortui non spiritu, sed corpore descendant. In conspectu ergo Domini procedunt qui in terram descendunt, quia resurgendo ad judicium veniunt qui nunc in pulvere putrescent. Hinc iterum dicit: *Sicut in te anima mea, quam multipliciter et caro mea* (Psal. lxii, 2). Sicut et anima ut Deum videat; caro quid sicut, nisi ut resurgat? Hinc rursus ait: *Ausser spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum revertentur* (Psal. ciii, 29). Maxime de carnis resurrectione subjungit: *Emitte spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terrae* (Ibid., 30). Hinc iterum dicit: *Exsurge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tue* (Psal. cxxxii, 8). Exsurxit enim Dominus in requiem suam cum carnem suam de sepulcro suscitavit. Post hunc quoque exsurgit et arca, **1394** quia resurgent Ecclesia. Hinc per eundem prophetam de quo loquimur scriptum est: *Ossa arida, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromillam in vos spiritum, et vivetis. Et dabo super vos nervos, et succrescere faciam super vos carnes, et superextendam in vos cutem, et dabo vobis spiritum, et vivetis* (Ezech. xxxvii, 4, seq.). Hinc est quod propheta alius per resurrectionem Domini humanum genus vidit in fine suscipiari, atque ait: *Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus* (Osee vi, 3). Hinc est quod cum de semetipso Dominus loqueretur, adjunxit: *Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt andient vocem Elii Dei. Et procedent qui bona secesserunt in resurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicij* (Joan. v, 28, 29). Hinc Paulus ait: *Unde etiam salvatorem expectamus Dominum*

<sup>a</sup> Lyr., videbo Deum salvatorem meum. Cæterum quæ de resurrectione in dubium adducta sic dicuntur, etiam leguntur I. xiv Moral., n. 70. Lege nostram prælationem in Dialogorum libros, num. 40.

<sup>b</sup> Genet. Rothomag. et plerique Norm., cum Val. Cl., procedunt. Quæ lectio non abhorret a Gregorii proposito; sed a textu Hebr. Vulgata, cæterisque versionibus respicitur.

<sup>c</sup> Vulgata, anima mea. Redundare videtur mea, abesse a Mas. Laud., Val. Cl. et plur.

<sup>d</sup> Al., in resurrectione Domini, ut habetur in plerisque Norm. et in Val. Cl.

**A** Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ (Philip. iii, 20). Hinc iterum dicit: *Si enim credimus quod Jesus mortuus est et resurrexit, ita et Deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo* (I Thess. iv, 14). Qui rursus ait: *Primitæ dormientium Christus* (I Cor. xv, 20). Si enim nos a mortis somno non surgimus, quomodo resurrectionem dominicam primitias habemus?

**B** 7. Ecce veteres ac novi Patres uno sibi spiritu de carnis resurrectione concordant. Ecce ipsa per se Veritas prius voce docuit quid de resurrectione carnis postmodum opere demonstravit, et tamen adhuc quorundam infirmitas fidem non habet in domo fidei stans. Sed mirari solent qualiter caro

**B** reviviscere possit ex pulvere. Mirentur igitur altitudinem cœli, nolem terræ, abyssos aquarum, omnia quæ in mundo sunt, ipsos quoque angelos creatos ex nibili. Minus est valde aliquid ex aliquo facere quam omnia ex nibili fecisse. Ipsa nobis elementa, ipsæ rerum species, resurrectionis imaginem prædicant. Sol enim quotidie nostris oculis moritur, quotidie resurgit. Stellæ maiutinis horis nobis occidunt, veperi resurgent. Arbusta æstivis temporibus plena solis, floribus, ac fructibus videmus, quæ hiemali tempore nuda solis, floribus ac fructibus, et quasi arida remanent, sed vernali sole redennit, cum a radice humor surrexerit, suo iterum decore vestiuntur. Cur ergo de hominibus diffiditur, quod fieri in lignis videtur? Sed sœpe pulverem prætendentis carnis aspiciunt et dicunt: Unde ossa et medullæ, unde caro vel capilli poterunt in resurrectione reparari? Hæc itaque requirentes, parva semina ingentium arborum videant, atque si possunt dicant: Ubi in eis latet tanta moles roboris, tanta diversitas ramorum, tanta multitudo et viriditas foliorum, tanta species florum, tanta ubertas, sapor atque odor fructum? Nunquidnam semina arborum odorem vel saporem habent, quem ipsæ post arbores in suis fructibus proferunt? Si ergo ex semine arborum quod videri **1395** non potest produci protest, cur de pulvere carnis humanæ diffiditur quia ex eo reparari forma valeat quæ non videtur?

**C** 8. Sœpe autem objicere inanem quæstiunculam solent, qua dicunt: Carnem hominis lupus comedit, lupum leo devoravit, leo moriens ad pulverem reddit, cum pulvis ille suscitatatur, quomodo caro hominis a lupi et leonis carne dividitur? Quibus quid respondere aliud debemus, nisi ut prins cogitent

<sup>a</sup> Land., vivificavit... suscitavit.

<sup>b</sup> Ita Gemet., Beccensis, Lyr., Utic., Rothomag., etc., consentiente evangelico textu. Editi, vocem ejus.

<sup>c</sup> Idem Cod., suffragante Ebroic., amplitudinem.

<sup>d</sup> Ita legendum ex Mas. Norm. et Anglic. Land. non habet floribus. Deest etiam in Vulgatis, ubi, pro fructibus, legimus frugibus. Infra, ubi existat: *nuda solis, floribus, ac fructibus*, legitur simpliciter in Ebroic., Sag. et Lyr., et hieme quasi arida remanent.

<sup>e</sup> Snæss. et Longip., tanta ubertas saporum asque, etc.

qualiter in hunc mundum venerint, et tunc inventient qualiter resurgent? Certe tu homo qui hoc loqueris, aliquando in matris utero spuma sanguinis fuisti, ibi quippe ex patris semine et matris sanguine parvus ac liquidus globus eras. Dic, rogo, si nosti, qualiter ille humor seminis in ossibus duruit, qualiter in medullis liquidus remansit, qualiter in nervis solidatus est, qualiter in carnibus crevit, qualiter in cute extensus est, qualiter in capillis atque unguibus distinctus, ita ut capilli moliores carnibus, et ungues essent teneriores ossibus, carnibus duriores? Si igitur tot et tanta ex uno semine per species distincta sunt, et tamen in forma remanent conjuncta, quid mirum si possit omnipotens Deus in illa resurrectione mortuorum carnem hominis distinguere a carne bestiarum, ut unus idemque pulvis et non resurgat in quantum pulvis lupi et leonis est, et tamen resurgat in quantum pulvis est hominis? Vide itaque, homo, qualiter ad vitam venisti, et nequamnam dubites ad vitam qualiter redeas. Cur autem ratione vis comprehendere quomodo redeas, qui ignoras quomodo venisti? Da potentiae Creatoris tui quod comprehendere non vales de temetipso. Certe enim quia tu ex terra factus es, terra vero ex nihilo, tu es creatus ex nihilo. Ne ergo de carnis tuae resurrectione desperes, perpende prudenter quia minus est Deo reparare quod erat quam fecisse quod non erat.

9. Sed si non potes resurrectionis effectum ratione comprehendere, perpende quam multa sunt quae non intelligis qualiter sint, et tamen esse non dubitas. Dic, rogo, si nosti <sup>a</sup> gyros coeli, terrae cardines, aquarum abyssos, ubi finiuntur, ubi suspensi sunt? Scimus autem quia quod ex nihilo factum est pendet in nihilo. Sed si est aliiquid quod dicitur nihil, jam nihil non est. Si autem nihil est nihil, nusquam mundi moles dependet, nec est ubi sit quod creatum est ut sit. Quomodo ergo nusquam est quod novimus quia est? Sed haec forlassae ad te multa sunt, ad temetipsum homo revertere. Certe ex spiritu es creatus et limo, uno invisibili, altero visibili; uno sensibili, et altero insensibili. Quomodo ergo permisceri in te potuit spiritus et limus, atque ex diverso fieri res non diversa, ita ut in tanta convenientia misceretur spiritus et limus, ut cum caro alteritur spiritus marceat, et cum spiritus affligitur caro contabescat? Sed forsitan necrum pravales discutere temetipsum. Perpende, rogo, si vales, quomodo Rubrum mare virga divisum est (*Exod. xv, 21*), quomodo petra duritia percussione virgæ undas emanavit (*Num. xx, 8*), quomodo Aaron virga sicca floruit (*Ibid. xvii, 8*), quomodo ex ejus genere veniens Virgo concepit, quomodo <sup>b</sup> et in partu virgo permanxit (*Luc. i, 27, seq.; iii, 23, seq.*); quomodo quadriduanus mortuus, <sup>c</sup> 1306 jussione su-

<sup>d</sup> scitus, <sup>e</sup> ligatis manibus ac pedibus de sepulcro exiit, quem postmodum solvi Dominus per discipulos jussit (*Joan. xi, 44, seq.*); quomodo idem Redemptor noster, in vera carne atque ossibus resurgens, clausis ostiis ad discipulos intravit. (*Joan. xx, 26*).

10. Ecce haec investigare non vales, et tamen credis. Cur ergo <sup>f</sup> de resurrectionis gloria disputando et discutiendo dubitas, qui tam multa mysteria sine discussione credidisti? Qui tamen si resurrectionem carnis non credis, omnia sine causa credidisti, quia in hoc angelorum spectaculo videris quidem velociter currere, sed postquam cursum peregeris, ne bravium accipias aversaris. Unde per Paulum dicitur: *Sic currite ut comprehendatis* (*1 Cor. ix, 24*). Qui rursus ait: *Si in hac vita in Christo tantum sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus* (*1 Cor. xv, 19*). Divinae autem virtutis mysteria quae comprehendendi non possunt non intellectu discutienda sunt, sed fide veneranda. Sciendum itaque nobis est quia quidquid ratione hominis comprehendendi potest mirum esse iam non potest, sed sola est in miraculis ratio potentia facientis. Ecce dum de resurrectione carnis loquimur, ab expositionis ordine paululum digressi sumus. Ad ea ergo quae cœpimus redeamus.

11. Habent autem interiores portas vestibula, quæ viginti et quinque cubitis in longitudinem metiuntur. Si enim octo ter ducimus, ad viginti et quatuor pervenimus. Cui unus additur, ut viginti et quinque tecum amus. Auditores etenim boni, qui quasi quædam vestibula sunt portarum, æternæ spei longanimitatem tenent, octavum diem in Trinitatis fide sustinent. Quæ Trinitas, <sup>g</sup> quia unus est Deus, octo quidem per tria ducunt, sed in unius Dei <sup>h</sup> confessione solidantur. Plana sunt vestibula, quia humilia sunt corda bonorum auditorum. Habent longitudinem, quia in spei perseverant longanimitate. Viginti et quinque cubitis earum longitudo mensuratur, quia resurrectionem carnis in octava per Trinitatem credunt, et eamdem sanctam Trinitatem unum esse Deum fatentur. Habent quoque quinque cubitos in latitudinem, quia per vitam simplicem quæ quinque sensibus ducitur circa amorem proximi dilatantur. Et notandum quia postquam portarum vestibula superius alia dicta sunt, postmodum vestibulum quod quinque cubitos habet in latitudinem exterius respicere dicitur, quia nimur sunt auditores alii qui intellectum interioris vitæ magis virtutibus proficiendo penetrant, et sunt quidam simplices qui bene quidem sed juxta sensus corporeos vivunt. Unde et exterius respicere dicuntur. Quasi enim extra respiciunt, quia juxta sensus corporeos vivunt. Sed tamen et exterius respicientes, intus sunt, quia etsi sensus corporeos intelligendo transcendere nesciunt,

<sup>a</sup> Excusi, MSS. invitis, gyrus caeli... abyssus.

<sup>b</sup> Val. Cl., cum sex Norm., post partum.

<sup>c</sup> Editi, ligatus.

<sup>d</sup> Laud., ad marg., de resurrectione carnis.

<sup>e</sup> Sues., de resurrectionis gloria.

<sup>f</sup> Abest quia a Longip. et Val. Cl.

<sup>g</sup> Laud., Longip. et Sues., visione.

fides tamen atque charitatem humiliiter tenent. Et **A** fides ergo sunt in spirituali ædificio per amorem, et quasi foris respiciunt per simplicitatem.

**12.** Potest per vestibulum quod exterius respicit fides inchoantum designari, et per vestibulum quod est interius perfectorum, qui jam per eam in signis et virtutibus emicant. Possunt etiam per vestibulum interius præcepta aliora, per **1397** vestibulum vero quod respicit exterius præcepta adhuc minima figurari. Per vestibulum quippe itur ad gradus et ad portam, quia per præcepta predicationis pertingitur ad virtutes atque aditum gratiae cœlestis. Cum vero jubetur aliis in cogitatione sua æterna meditari, cœlestia sapere; eisque dicitur in psalmis ei hymnis et canticis spiritualibus vivere (*Coloss. iii, 16*), quasi interius vestibulum ostenditur, quod quinquaginta cubitis longitudine, et viginti quinque latitudine mensuratur. De quibus numeris nunc taceamus, quia ex his jam multa superius diximus. Cum vero aliis præcipitur, *Uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro* (*I Cor. vii, 3*), quasi vestibulum quod exterius respicit designatur. Quod quamvis extra respicit, tamen intus est, quia rufus auditor et adhuc agit quod carnis est, et tamen a bonorum numero alienus non est.

**13.** Potest autem et per Orientis portam Dominus, et per Austri Judæa, per Aquilonis vero conversa gentilitas designari. [a] Portam autem Dominum dicimus, quia per ipsum intramus ad ipsum. Portas vero Judæam et gentilitatem non incongrue nominamus, quia prius Hebræis, et postmodum patribus ex gentilitate venientibus aditum ædificii cœlestis agnominus.] Sed hac in re quæstio animum pulsat, cur in superiori narratione prophetæ, prius Orientalis, postmodum Aquilonis, ac deinde Austri porta descripta est. Cumque easdem portas in interiori atrio narraret, prius portam Austri, deinde Orientis, et tertio in loco descriptis Aquilonis. Cur autem non eundem ordinem quem cooperator tenuit, sed hunc in portarum descriptione permutavit, ut et prius diceret Orientis portam, Aquilonis et Austri, et postmodum Austri, Orientis et Aquilonis? Sed si Aquilonis nomine gentilitas designatur, eunctis studiose legentibus liquet quia ante Synagogam gentilitas fuit. Nam Heber ipse, a quo Hebræi appellati sunt, ex gentibus est electus (*Genes. x, 21*). Dicatur ergo porta Orientalis ante portam Aquilonis et Austri, quia in divinitate sua Dominus ante gentilitatem et Judæam natus est, qui et ante omnia sœcula. Dicatur vero narratione subsequenti porta Austri, Orientis et Aquilonis, quia Redemptor noster in humana natura inter Judæam et gentilitatem nasci dignatus est, quia et b in fine Synagogæ venit, et ante initium Ecclesiæ, quam ex gentibus colligit. In prima ergo descriptione sit Orientalis porta ante portam Aquilonis et Austri; in

<sup>a</sup> Intra uncinos comprehensa restituimus ex MSS. Laud., Suec., et Longip.

<sup>b</sup> Ita Laud., Longip., et Norm., cum Anglic. Val. Cl., cui consentium Editi, in fide. Melius in fine Synagogæ, propter antithesim initii Ecclesiæ.

**A** secunda autem inter portam Austri et Aquilonis Orientis porta nominetur, quia et ex divinitate antecessit omnia, et ex humanitate venit inter omnia, qui et c decadentis Judææ filii factus est, et subsequentis gentilitatis initium. Igitur quia ea quæ necdum dicta fuerant, ut, Domino largiente, potuimus, rimati sumus et ea quæ sæpius sunt replicata transcurrimus, nunc ad ea veniamus quæ sic jam per ordinem dicuntur, ut in eis pene nihil de his quæ dicta sunt replicetur:

**Vers. 38.** — *Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum.*

**14.** Gazophylacia superius (*Hom. 6, olim. 18, n. 1 et seq.*) diximus corda doctorum, **1398** quæ scientia divitias servant. Frontes autem portarum sunt **B** verba atque opera prædicatorum, in quibus eos foris agnoscimus quales apud se intrinsecus vivant. Est autem ostium per gazophylacia singula in frontibus portarum, quia unusquisque doctor in corde auditoris intellectum aperit in dictis et operibus patrum. Cum enim Petri apostoli prædicationem discutimus, cum Pauli verba perscrutamur, cum Joannis Evangelium investigamus, atque ex eorum verbis auditores nostros ad interiorum intellectum trahimus, quid aliud agimus, nisi ostium in portarum frontibus aperimus? Dicatur ergo: *Per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum*, quia si doctor hoc quod loquitur apostolorum dictis minime confirmat, in frontibus portarum ostium non habet. Et si ostium non habet, dici jam gazophylacium spiritalis ædificii non potest, <sup>c</sup> quia si intellectum non aperit, doctor non est. Cum vero auditores boni per ora docentium apostolorum dicta et opera cognoscunt, culpas suas apud semetippos tacite reprehendunt, et lacrymis insequuntur omne quod se egisse inique meminerunt. Unde hic quoque de ostio quod est in frontibus portarum subditur:

**Ibid.** — *Ibi lavabant holocaustum.*

**15.** Qui enim se per fidem in conversatione sancta Domino devoverunt, holocaustum Domino facti sunt. Sed quia adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiuntur, quia adhuc in eis cordis munditia sordidis cogitationibus inquinatur, quotidie ad lacrymas redunt, assiduis fletibus affliguntur. Sanctorum enim patrum dicta et facta considerant, et cum se indignos pensant, in portarum ostio holocaustum lavant. Ecce etenim <sup>d</sup> quis pro timore omnipotentis Domini esse patiens devovit, nulli convicium pro convictione reddere, omnia æquanimiter tolerare, et tamen cum hunc contumeliam ab ore proximi illata subito percutserit, turbatus forte aliquid loquuntur, quod loqui non debuit. Certe iste jam holocaustum est, sed adhuc inquinatum. Fortasse contra illatas contumelias patientiam exhibuit, tacitus permanit; sed tamen contra easdem contumelias quas portat dolore tangitur, ejusque

<sup>c</sup> Longip., decadentis.

<sup>d</sup> Plur., quia si de his intellectum.

<sup>e</sup> Vel, tacit, ut habent Laud. et Longip.

<sup>f</sup> Laud. et Suec., qui se.

omimus in chartitate sauciatur. Patientia enim vera sed est, quæ et ipsum amat quem portat. Nam tolerare, sed odire, non est <sup>a</sup> virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Hic itaque sœpe in cogitatione sua se judicat, reprobendit semetipsum quia dolet, nec tamen apud se prævalet obtinere ne doleat. Jam ergo per bonam devotionem holocaustum est, sed tamen per dolorem quo tangitur adhuc inquinatum. Alius ea quæ possidet apud semetipsum decrevit indigenibus cuncta tribuere, nil sibi metu reservare, vitam suam sollt supernæ gubernationi committere; sed dum præbet pauperibus quæ habet, fortasse <sup>b</sup> cogitatio menti subrepit quæ dicit: Unde vives, si cuncta dederis? Nec tamen desistit tribuere, sed quod latus dare cooperat postmodum tristis præbet. Quid hujus mens nisi misericordiae holocaustum est? sed tamen per tristitiam cogitationis inquinatum. Aut enim deliberare summa non debuit, aut post deliberationem **1390** nullo modo dubitare. Alius, contempta mundi superbia, honores atque dignitates hujus seculi decrevit vitare, ultimum appetit inter homines locum tenere, ut tanto excelsior inveniatur in permanenti gloria, quanto humilior aspicitur in transiunte vita. Is fortasse cum subito se a proximo de specie agnoscat, dignatur cur despicitur. Vult quidam esse in loco humili, sed tamen videri contemp-sibilis non vult. Hinc jam deus elevat, sed adhuc infirmitas gravat. Jam ergo per devotionem holocaustum est, sed adhuc ex infirmitate inquinatum. Hi itaque qui in eis quæ optime deoverant, in aliqua infirmitatis sua culpa tanguntur, cum per verba doctorum dicta patrem intelligent, et in quanta culpa pascant agnoscant, ex quo ipsorum penitentiae lamentis afficiunt holocaustum in ostio portarum lavant.

**1400** 16. Scendum vero est quia hoc inter sacrificium aucto holocaustum distat, quod omne holocaustum sacrificium est, sed non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio etenim pars pecudis, in holocausto vero totum pecus offerri consueverat. Unde et holocaustum Latina lingua totum incensum dicitur. Peccatum ergo quid est sacrificium, quid holocaustum. Cum enim quis animi aliquid Deo voreret, et aliquid non voreret, sacrificium est. Cum vero omne quod habet, omne quod vivit, omne quod sapit, omnipotenti Deo vorerit, holocaustum est. Nam autem quidam qui adhuc mentem in hoc mundo retinerant, et tamen ex possessione nobis subiecta regnibus ministrant, operantes desiderio festinant. Iti in bonis quæ faciunt sacrificium offerunt, quia et aliquid de actione sua Deo inuocant, et aliquid sibi metipais reservant. Et sunt quidam qui nihil sibi metipais reservant, sed omnium, linguae, vitam, atque substantiam quam perciperant omnipotenti Dominipo immolantur. Quis isti nisi holocaustum offerant; immo magis holocaustum flunt? Israeliticus etenim populus primum sacrificium in Egypto obiit, secundum vero in eremo (Exod.

A **xii**, **xiii**). Qui itaque adhuc mentem habet in sæculo, sed boni jam aliquid operatur, Deo sacrificium obtulit in Egypto. Qui vero præsens sæculum deserit, et agit bona quæ valet, quasi jam Egypto derelicta sacrificium præbet in eremo, quia, repulso carnalium desideriorum <sup>c</sup> strepitu, in mentis suæ quiete atque solitudine Deo immolat quidquid operatur. Quamvis ergo, sicut dictum est, sacrificium sit etiam holocaustum, majus tamen est holocaustum sacrificio, quia mens quæ hujus mundi <sup>d</sup> delectatione non promptitur, totum in omnipotentis Del sacrificio incendit quod habet.

17. Sed sciendum nobis est quia sunt quidam qui, etiam sæculum relinquentes, totum quidem quod habent offerunt, sed tamen in bonis quæ agunt minime compunguntur; et quidem bonum quod agunt holocaustum est, sed quia flere ac semetipos dijudicare nesciunt, seque ex amore ad lacrymas non accidunt, perfectum eorum holocaustum non est. Hinc per Psalmistam dicitur: *Memor sit Dominus omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat* (Psalm, xix, 4). Holocaustum quippe siccum est bonum opus quod orationis lacrymæ non infundunt. Holocaustum vero pingue est **1400** quando hoc quod bene agitur corde humili etiam per lacrymas irrigatur. Unde rursus dicitur: *Holocausta medullata offerant libi* (Psalm, lxv, 15). Quisquis enim bonum opus agit, sed ex omnipotentis Dei amore atque desiderio flere nesciit, holocaustum habet, sed medullam in holocausto non habet. Qui vero bona operatur, et visioni jam Creatoris sui inhiat, atque ad æternæ contemplationis gaudia pervenire festinat, seque ipsum ex amore quo acceditur in fletibus mactat, holocausta Domino medullata dedit. Studendum ergo nobis est et mala funditus relinquere, et bona quæ sufficiamus operari, atque <sup>e</sup> ipiis bonis quæ agimus amore æterni luminis compungi. Ipse enim cordis tenebras discutit amor lucis, ut subtilius videre valeamus ne qua in bonis quæ agimus prava misceantur. Considerandum nobis quippe est opus nostrum quale sit quæ cogitatio in opere, quæ intentio in cogitatione. Et cum nostro bono operi admistum aliquid malitiae vel prævaricationis agnoscamus, redeamus ad lacrymas, lavemus holocaustum.

18. Sunt autem quidam qui semetipos in magnis actionibus Domino devoventur, atque ad tantum perfectiorem perverbiunt, ut ab eis nulla inquam difficultate flecantur, <sup>f</sup> quatenus deliberatione casuariae sequaque caro in prævia cogitationis detectuus estipitum sternal. Nam et si quando per suggestiōnem pulsas, surgere non permittitur, quia rigore judicis calcatur. In deliberatione queque patientia nec sermo inordinatus ab ore predam, nec dolor facitus animum premat, ut in largitate elemosynæ nulla inopie suspicio tristitiam generet, ut ip deliberaçione

<sup>a</sup> Sust., non est servita.

<sup>b</sup> Lumen, sanctitas.

<sup>c</sup> Ebrioic. cum est. Norm., temeratu.

<sup>d</sup> Laud. et Val. El., dilectione.

<sup>e</sup> Laud., atque ut in ipsius.... compungantur,

<sup>f</sup> In excusis, quatenus a deliberatione.

humilitatis nullus <sup>a</sup> despectus animum mordeat. Sed cum jam in his quæ recte devoverunt sese fortiter exhibent, priora tamen peccata quæ ab ipsis ante bonam deliberationem perpetrata sunt ad memoriam reducunt, et plangunt quidquid illicite se egisse meminerunt. Hi itaque per vitam quam tenent holocaustum sunt, sed per vitam quam ante tenuerunt inquitum. Lavant ergo holocaustum in ostio portarum, quia in intellectu quem perceperunt de dictis patrum, lamentis se quotidianis afficiunt, et mundant vitam lacrymis, quam pravis aliquando actibus inquinaverunt. Nos itaque inter hæc ad vitam præteritam mentis oculos reducamus, reminiscamur <sup>b</sup> qui fuimus, cum mundi hujus concupiscentias sequeremur. Et si jam Domino toto corde servimus, quia nos peccasse meminiimus <sup>c</sup> desleamus, in fletibus lavemus holocaustum.

49. Ecce omnipotenti Deo devovimus castitatem nostram; sed si adhuc immunda cogitatio mentem inquinat, redeamus ad lacrymas, lavemus holocaustum. Ecce patientiam nos servare decrevimus. Sed si adhuc ira perturbat, si mentem tacitus dolor excruciat, redeamus ad lacrymas, lavemus holocaustum. Ecce, jam novimus possessa tribuere, atque in hoc mundo humilem locum tenere; si qua adhuc animum inopias suspicio deprimit, si despectus proximi in aliqua nos indignatione confundit, redeamus ad lacrymas, lavemus holocaustum. Magnus est enim Creator nostro ad recipiendos <sup>d</sup> fletus humilium misericordiae sinus. **1401** Ubi enim innumerabilium hominum fletus suscepti sunt, ibi locum suum inventuræ sunt et lacrymæ nostræ. Pensemus quid per alium prophetam dicitur: *Ei erit qui offenderit ex eis in illa die quasi David, et domus David quasi Dei, sicut angelus Domini in conspectu ejus* (Zach. xii, 8). Hæc est dies misericordiae, quæ nobis de adventu Redemptoris nostri promissa est. Qui itaque offendit erit quasi David, quia peccator ad poenitentiam reddit; domus autem David quasi Dei, quia reversus quisque ad justitiam habitatio efficitur Creatoris sui, ut sit sicut angelus in conspectu ejus, quia misericordiae viscera quæ in se expertus est annuntiando et aliis propinat. Hinc etiam paulo post illic dicitur: *In die illa erit fons patens domus David habitantibus Jerusalem, in ablutionem peccatoris et menstruac* (Zach. xiii, 1).

20. Fons quippe occultus est <sup>e</sup> unigenitus Patris invisibilis Deus. Fons vero patens est idem Deus incarnatus. Qui fons patens recte domus David dicitur, quia ex David genere noster ad nos Redemptor processit. Jerusalem vero visio pacis interpretatur. Hi autem Jerusalem habitant, qui in visionem pacis in-

<sup>a</sup> Longip., dolor.

<sup>b</sup> Vel, quid fuimus, quod legitur in Gemet., Ebroic., etc.

<sup>c</sup> Suess., defluamus in fletibus.

<sup>d</sup> Longip., fletus hominum.

<sup>e</sup> Val. Cl., consentientibus Norm., unus Patris.

<sup>f</sup> Longip., ix cogitatione.

<sup>g</sup> Al., conversationis, ut est in Gemet. et al. Norm.

<sup>h</sup> Laud. et Longip., maculas criminis. Hic sanctus

A timæ mentem figunt. Peccator vero et menstruata est vel is qui delinquit in opere, vel mens quæ labitur in prava cogitatione. Menstruata namque ista pollutione est, quia et aliena carne non tangitur, et sua carne inquinatur. Sic itaque, sic est omnis anima, quæ etsi malum opus non agit, polluta tamen <sup>i</sup> cogitatione sordescit. Unde etiam per prophetam alium sub Judæa specie de anima immundis desideriis occupata dicitur: *Omnes qui querunt eam non deficient, in mensbris ejus invenient eam* (Jer. m. ii, 24). Maligni quippe spiritus querentes non deficient cum inferre perditionem cupiunt, et nulla bona <sup>j</sup> cogitationis rectitudine repelluntur. Atque in menstruis suis animam inveniunt, quando in pollutis cogitationibus positam facile ad perversam operationem trahunt. Dicatur ergo: *In die illa erit fons patens domus David habitantibus Jerusalem, in ablutionem peccatoris et menstruac* (Zach. xiii, 1), quia apertus jam nobis est fons misericordiae Redemptor noster, qui in domo David incarnari dignatus est, ut peccatorem lavet a perverso opere, **1402** et menstruatam mentem diluat ab immunda cogitatione. Patet igitur fons; curramus cum lacrymis, lavemur in hoc fonte pietatis.

21. In hoc fonte ipse quoque David lotos est cum reddi ad lamenta poenitentia post maculas gravis culpæ. Ipsum quippe invenire fontem quererebat cum diceret: *Redde mihi latitudinem salutis tui, et spiritu principali confirma me* (Psal. 1, 14). Jesus enim Hebraice, Latine salutaris dicitur. Et quid est quod sibi latitudinem Jesu reddi postulabat, nisi quod hunc ante culpam contemplari consueverat, ejusque contemplationis gaudia in culpa perdiderat? Unde recte post poenitentiam visionis ejus latitudinem sibi reddi querebat. In hoc fonte misericordiae lota est Maria Magdalene, quæ prius famosa peccatrix, postmodum lavit <sup>k</sup> maculas lacrymis, detersit maculas corrigendo mores (Luc. vii, 37, 38, seq.). In hoc fonte misericordiae <sup>l</sup> coram omnibus lavit Petrus quod negaverat, quia levavit amare (Matth. xxvi, 75). In hoc fonte misericordiae <sup>m</sup> in fine suo lotus est latro, qui, semetipsum in morte reprehendens, a culpa sua abliatus est confessione veritatis (Luc. xxiii, 41).

22. Cur igitur pigri sumus? cur torpentes et frigidæ remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantos jam D se lavisse cognovimus? Ergone de emundatione nostra desperabimus, qui tot exempla misericordiae in pignore tenemus? et cessamus veniam querere, atque cum lacrymis fiduciam habere, qui tantorum jam emundationem spei nostræ pignus accepimus? Querre enim misericordiae fontem deberemus, etiam si clausus esset. Patet nunc, et negligimus. Mittamus

Doctor Mariam Magdalenam, et peccatricem mulierem, quas e sanctis Patribus distinguunt plurimi, unam et eamdem esse supponit. De hac controversia legendus Tillemontius et alii sive sancti Evangelii interpretes, sive historie sacræ scriptores.

<sup>i</sup> Ita omnes MSS nostri, nisi quod Suess. et Longip. habent coram omnibus apostolis.

<sup>j</sup> Ebroic. Lyr., Val. Cl., scilicet ille voluntatis est latro.

oculos fidei in mundum universum, consideremus quanti peccatores diebus ac noctibus per lamenta in hoc fonte misericordiae lavantur, quanti post tenebras ad lucem, quanti post maculas ad munditiam redeunt. Curramus ergo cum talibus post mortis tenebras ad aquam vitæ; consideremus quantum peccavimus, quantum quotidie peccamus, atque, ut appareamus mundi post culpas, lavemus holocaustum. <sup>a</sup> Ad hæc agenda adest gratia Redemptoris nostri, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA IX [AI. XXI].

*Quinque versus, a 39 ad 43, exponendi proponuntur, et viz tentalo sensu litterali, spirituali et moralis proficeruntur, ac de pastoris officio in primis disseruntur.*

Quid sumus de mysticis sensibus Ezechielis prophetæ loeturi, qui ipsa ejus historiæ verba vix capimus? Ecce etenim dicit:

Vers. 39-41. — *Et in vestibulo portæ duæ mensæ hinc, et duæ mensæ inde, ut immoletur super eas holocaustum, et pro peccato, et pro delicto. Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ quæ pergit ad Aquilonem, duæ mensæ; et ad latus alterum ante vestibulum portæ, duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, et qualuor mensæ inde per latera portæ. Octo mensæ erant, super quas immolabant.*

1. In quibus videlicet verbis magna caligo dubitatis oboritur, utrum hæc de una porta qualibet, an de duabus, aut de singulis portis dicantur. Sed dum quaternæ mensæ per latera describuntur, ac postmodum in summa conclusionis dicitur: **1403** *Octo mensæ erant super quas immolabant*, patet quia hoc spiritus non de singulis portis quas superius descripsérat dicat, quia si portæ sex superius enarratæ quaternas mensas per latera haberent, simul omnes non octo, sed quadraginta et octo dicerentur. Rursum si hoc de una dicitur, magno obstaculo nostra intelligentia reverberatur, quod post descriptum portæ vestibulum, ubi duæ mensæ hinc et duæ mensæ inde esse narrate sunt, adhuc ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ quæ <sup>b</sup> pergit ad Aquilonem, duæ mensæ esse memorantur, atque subjungitur: *Et ad latus alterum ante vestibulum portæ duæ mensæ.* Si enim intra vestibulum portæ binæ per latera mensæ erant, cum subditur: *Et ad latus exterius duæ mensæ, atque ad latus alterum ante vestibulum duæ mensæ*, inter quas etiam porta quæ respicit viam Aquilonis esse memoratur, profecto patet aliud vestibulum intrinsecus, atque aliud extrinsecus fuisse, <sup>c</sup> quia et prius porta interior, et postmodum hoc in loco exterior Aquilonis porta describitur. Nam cum tres portas

<sup>a</sup> Reliqua desont in Norm. et in Edit., excepta Gussanv. Exstant in Laud. et Longip., ubi legitur: *qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.*

<sup>b</sup> Ita Suess., Longip. Val. Cl. cum Norm. et Anglic. Hic mutili sunt Codices Becc. et Rothomag. Editii, pertingit.

<sup>c</sup> Laud., Suess. et Longip., *quia hoc in loco interior Aquilonis porta describitur, contra quam esse porta exterior ante vestibulum non dubitatur.*

A superius descriptsisset, tres quoque alias interioris atrii esse memoravit, quarum extremam Aquilonis portam narraverat, sed, ut prædictum est, atrii interioris. <sup>d</sup> Nunc ergo cum duæ mensæ hinc in portæ vestibulo et duæ mensæ inde describuntur, adhuc de eadem interiori porta sermo contextur, quippe cum protinus subinsertur quia *ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ quæ pergit ad Aquilonem, duæ mensæ; et ad latus alterum ante vestibulum portæ, duæ mensæ.* Porta ergo interior binas per latera in vestibulo mensas habere descripta est, et porta exterior similiter binas. Quatuor autem hinc et quatuor inde mensæ pariter sunt, dum per latera singula binæ in vestibulo portæ interioris et binæ hinc et inde exterius in Aquilonis porta describuntur, quæ

B simul omnes octo sunt, in quibus immolatur. His itaque de exteriori narratione discussis, ad spiritalem intellectum sermo redeat, qui tanto jam esse, largiente Domino, facilior debet, quanto nos exterioris descriptionis ignorantia non angustat.

2. Possunt etenim portarum nomine, sicut superius dictum est, sancti prædicatores intelligi, ut vestibulum portæ sit populus. Qui dum mente humili verba prædicationis suscipit, in eo mensæ ad sacrificium ex virtutibus construuntur. Rursum nihil obstat si portam accipimus hoc, quod nobis per ora prædicantium sacri eloquii intellectus aperitur, ut vestibulum portæ ejusdem nobis prædicationis verba, sint quæ prius humiliiter accipimus, ut post ad sacri eloquii intelligentiam veniamus. <sup>e</sup> Sit itaque nobis porta interior Testamentum Novum, porta vero exterior Testamentum Veius, quia et hoc spiritalem intellectum aperit, et illud rudibus adhuc mentibus in historia sacri eloquii litteram custodivit. Habet autem <sup>f</sup> porta interior in magna jam multitudine similem populorum duo latera, videlicet dilectionem Dei et dilectionem proximi. Binæ autem mensæ sunt hinc et inde, quia in dilectione Dei necessario tenenda est **1404** *fides et vita*, in dilectione autem proximi debet summopere patientia et benignitas custodi. Est enim in dilectione Dei necessaria fides et vita, quia videlicet scriptum est: *Sine fide impossibile est placere Deo* (Hebr. xi, 6). Et rursus scriptum est: *Fides sine operibus mortua est* (Jac. ii, 20, 26). Est autem in dilectione proximi nobis patientia et benignitas conservanda, quia de eadem dilectione scriptum est: *Charitas patiens est, benigna est* (1 Cor. xiii, 4). Patiens scilicet, ut illata a proximis mala equanimiter portet, benigna autem, ut sua bona proximis desiderabiliter impendat. Habet quoque <sup>g</sup>

<sup>d</sup> In Laud., Suess. et Longip., hic et infra, multa occurunt a vulgata lectione prorsus dissona, quæ, cum hoc loco referri non possint, in præfatione prævia observavimus, num. 41.

<sup>e</sup> Laud., Longip. et Suess., consideremus itaque ecclesiam Ecclesiam et Synagogam, et sit.

<sup>f</sup> Laud. et Longip., vestibulum portæ interioris.

<sup>g</sup> Suess., Laud., Longip., vita munditiæ.

<sup>h</sup> Laud. et Suess., vestibulum portæ quod exterius.

porta exterior, videlicet lex, duo latera, spirituales patres et carnalem populum. In quibus singulis binæ mensæ sunt, quia habet in spiritualibus patribus doctrinam et prophetiam, habet in carnali populo circumcisionem et sacrificium. In his itaque octo mensis immolatur, quia quidquid fides credit, quidquid vita in exemplo boni operis ostendit, quidquid patientia humiliiter tolerat, quidquid benignitas largiter ministrat, quidquid doctrina salubriter docet, quidquid propheta in posterum præmonet, quidquid circumcisio ad mandatum exteriorius ligavit, quidquid sacrificium ex devotione offerentis egit, in omnipotentis Dei oculis hoc esse victimam ostendit. In lege enim etiam per carnale sacrificium quid aliud populus nisi devotionem sui cordis immolabat? Notandum vero quod quatuor mensæ solummodo ad holocaustum suisse memorantur, quas videlicet vestibuli portæ interioris accipimus, <sup>a</sup> ut de reliquis quatuor sentiamus quia ad sacrificium constructæ fuerunt, non ad holocaustum. Holocaustum enim, sicut præcedenti jam locutione professus sum (*Homil. super.*), totum incensum dicitur. Et lex quidem Dei ac proximum diligere, divina mandata custodiiri præcepit, ab alienarum rerum concupiscentia compescit; non tamen omnia dimitti jubet. In Testamento autem Novo nos Veritas contesiatur, dicens: *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest esse iudeus discipulus* (*Luc. xiv., 33*). Atque iterum dicit: *Qui vult post me venire, abneget semetipsum* (*Ibid. ix., 23*). Mensæ ergo interioris portæ holocaustum habent, quia in virtutibus Testamenti Novi quasi per holocaustum omnia incendimus, quando omnibus quæ hujus mundi sunt renuntiamus. Mensæ vero <sup>b</sup> portæ exterioris sacrificium habent, sed holocaustum non habent, quia præcepta legalia decimas offerri jubent, sed dimitti omnia non jubent.

3. De interioris autem vestibuli quatuor mensis dicitur: *Ut immoleetur super eas holocaustum, et pro peccato, et pro delicto.* Illoc etenim inter peccatum et delictum distat, quod peccatum est mala facere, delictum vero est bona derelinquere, quæ summopere sunt tenenda. Vel certe peccatum in opere est, delictum in cogitatione. Recte ergo in interioris portæ quatuor mensis immolatur holocaustum, et pro peccato, et pro delicto, quia quicunque potuerit hoc præsens seculum pleniter contempnere, et, derelinquens omnia, semetipsum Domino holocaustum dare, ipse jam perfecte novit. **1405** et peccata operis plangere, et <sup>c</sup> delicia cogitationis, vel quod malum fecit, vel quod bonum quod debuit facere non fecit. Qui etenim totum dimisit, cuiusvis suis in vestibus iam libenter consipicit. Cumque ejus mentem terrena cura non præpedit, pro opere simul et cogitatione plangendo mabet suam omnipotenti Domino quid aliud quam holocaustum dedit?

4. Neque hoc a ratione videtur extrahendum, quod

<sup>a</sup> Longip., ut de reliquis quatuor exterioris vestibuli.

<sup>b</sup> Laud., vestibuli exterioris sacrificium.

<sup>c</sup> Anglicani Cod., consentiente Lyr., sunt cavenda.

<sup>d</sup> Lyr. et Edit. pl., maxime 1502, peccata.

<sup>e</sup> Val. Cl. et Norm., timore minarum.

A propheta cum latus exterioris aceret, et ostium portæ nominaret, addidit: *Quæ pergit ad Aquilonem.* In exteriori enim custodia litteræ lex data tenebatur. Ostium vero portæ est ipse historicus intellectus legis, qui ad Domini timorem dicit. Quæ porta ad Aquilonem pergere dicitur, quia lex eadem sub timore mortis frigida Judaici populi corda constrictit. Quasi enim per calorem ille populus curreret, si præcepta dominica ex amore servasset. Sed quia sub timore mortis proprie litteram custodivit, quasi in torpore frigoris remansit. Unde novis populis æterna præmia astantibus, non autem temporalia tormenta timentibus, atque iam talentibus, dicitur: *Non acceperatis spiritum servitatis iterum in littore, sed spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater* (*Rom. viii., 18*). Dicatur adiem: *Quatuor mensæ hanc, et quatuor mensæ inde per latera portæ.* Duni enim fides et vita, doctrina et prophœtia in bonorum mentibus custoditur, portæ noscunt, id est intellectus sacri eloqui, quatuor ex latero mensas habet. Cuncte in proficentibus populis sancta prædictatio patientiam et benignitatē servant, quæ præbit in carnalibus circumcisōem et sacrificiū custodivit; mensæ quoque quatuor quasi. Ex alto latero monstrantur: Quæ simul omnes octo ad immodicum fibit, quatuor videlicet interiores ad holocaustum; quatuor vero exteriores ad sacrificium; quia et hi qui in sancta Ecclesia fidem, <sup>f</sup> vitatt, patientiam atque benignitatem custodiunt, summis jam prœcul dubio virtutibus pollent; et hi qui in synagoga dicitur et prophœtiam, circumcisōem et sacrificiū cognoverunt, illa offerendo, atque similiēpsis illa felinendo, devotionis sue victimam omnipotenti Dōni inib⁹ dedecunt. Sed quia supérius dictum est lucro mensas quatuor <sup>g</sup> exterioris vestibuli constructas, ut immoleetur super eas holocaustum et pro peccato et pro delicto, unde mensæ ipsæ constructæ sint inferius spiritus, cum subditur:

Vehs. 42. — *Quatuor autem mensæ ad holocaustum de lapidiis quadratis extructæ.*

5. Quid enim hoc loci lapides quadrati accipimus, nisi quoslibet sanctos, quorum vita in prosperitate atque adversitate novit fortiter stare? Lapis etenim quadratus æquus stat, in quocunque latere fuerit versus. Quisquis ergo in prosperitate non extollitur, in adversitate non fragilitur, suasionibus ad malum non trahitur, in operationibus a bono operè non revocatur, lapis quadrus est. Et quasi ex omni latere statum habet, quia basim in qualibet permutatione **1406** non habet. Certè cum Iudaorū populum prophetā à fide perte cognosceret, et sanctos à apostolis surgere in Ecclesia previderet, per quos multi sunt ex gentibus in fidei et vite <sup>h</sup> forthudine solitudo, in magna consolatione locutus est, dicens:

<sup>f</sup> Lepidus cedidit, sed quadratis lapidiis redificabit.

<sup>g</sup> Laud. et Longip., vita mundissimam.

<sup>h</sup> Idem Cod., in interiori vestibulo esse constructas.

<sup>i</sup> Laud., certitudine.

<sup>j</sup> Laud. et Longip., fates. Et infra, de faciunt.

(Isai. ix, 10). Videns quippe in sancta Ecclesia apostolos, Martyres, atque doctores surgere, de lapidum casu, id est de Judaeorum perditione minus deluit, quia omnipotentis Dei sedilecium, id est sanctam Ecclesiam de quadris lapidibus sedilecari consperxit. Mensæ ergo quatuor de quadris lapidibus construuntur, quia fides et vita, patientia et benignitas de vita sanctorum in exemplum datus sunt sequentibus populis, ut iam vestibulum mensas habeat, id est virtutes vitae <sup>a</sup> populus teneat, in quibus omnipotenti Deo orationis sacrificium in ara sui cordis incendat. Quidquid enim boni fideles sanctæ Ecclesie populi vel fecerunt, vel faciunt, hoc in exemplum de prædicatorum suorum vita suscepserunt. Unde eum mensas hoc vestibulum haberet, nisi quadros lapides invenisset? Ut enim unum de quadris lapidibus breviter ad medium deducamus, vultis, fratres charismati, fidem videre? *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum* (Philip. i, 21). Vultis vitam cognoscere? *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* (Galat. vi, 14). Vultis patientiam audire? *Usque in hanc horam et esurimus, <sup>b</sup> et colaphis cardimur, et instabiles sumus, et labramus operantes manibus nostris; maledicimur, et benedicimus, persecutionem patimur, et sustinemus; blasphemamur, et obsecramus* (I Cor. iv, 11-13). Vultis benignitatem cognoscere? *Ego autem libertissime impendam, et superimpendar ipse pro animabus vestris* (II Cor. xii, 15). Ac ne forsitan credamus quia eorum amori pro quibus impendi desiderat debitor fuerit, mox ad eosdem discipulos subiungit, dicens: *Licet plus vos diligens, minus diligar* (Ibid.). <sup>c</sup> Cum ergo a populo fidei ad imitandas virtutes sanctorum prædicatorum vita cognoscitur, profecto in vestibulo de quadris lapidibus mensæ construuntur. Habuit vero et Synagoga spiritales patres in doctrina atque prophetia, ex quibus exemplum vitae in virtutibus traheret. Sed ruditus <sup>d</sup> populus, magis per timorem serviens quam per amorem sequens, vitam patrum noluit imitari quam vidit, atque ideo <sup>e</sup> porta exterior quæ ad Aquilonem pergit, mensas non habet ad holocaustum. Sed quia haec moraliter diximus, restat adhuc ut easdem mensas per intelligentiam typicam perscrutemur.

6. Porta etenim nostra in interiori vestibulo quatuor mensas habet, quia sancta Ecclesia [<sup>f</sup>] quatuor evangelistarum prædicatione erudita est, per quorum doctrinam didicit cor in amorem Dei omnipotentis <sup>g</sup> ag-

casu; consentiunt Hebr. textus, Vulgata, et aliæ versiones. Faret intentus a Propheta sensus. Atamen in ceteris MSS. præsertimque in Norm. legitur *lapides, lapidum*; quos sequuntur omnes Editi. Potuit facile excidere Gregorio *lapides* dicere, pro latere.

<sup>a</sup> Suess., Laud., Longip., *populus fidelis agnoscat per quas.*

<sup>b</sup> Lyr., et sicutius, et colaphis.

<sup>c</sup> Dicit amori in omnibus Excusis. Reperitur in omnibus post MSS.

<sup>d</sup> Leud. et Longip., sed esto. *Cum ergo.*

<sup>e</sup> Laudati Codices, *vestibulum exterius portu.*

<sup>f</sup> Desiderantur in omnibus Eddi., excepta Gus-  
sau., quæ hic intra uncinos continentur. Omittun-

A condere, et suas ei in sacrificio cogitationes immolare. Quoram dues hinc, et duas inde esse referuntur, quia duo evangelistæ <sup>h</sup> et quæ de Domino viderunt attestati sunt, et duo illa narraverunt quæ præcedentium auditu didicerunt. **1407** Vel certe quatuor mensæ sunt interioris vestibuli, hoc quod patenter aspicimus, quia sancta Ecclesia] ad eruditionem filiolum popularum quatuor regentium ordines accepit, quos Paulus ex dono omnipotentis Dei enumerat, dicens: *Ipsæ dedit quosdam quidem apostoles, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores* (I Cor. xii, 28; Ephes. iv, 11). Pastores vero et doctores unum regentium ordinem nominat, quia gregem Dei ipse veraciter pa-  
<sup>B</sup>scit qui docet. Habuit quoque et <sup>i</sup> porta exterior mensas quatuor, quia videlicet Synagoga obsequii exterioris observantium per principes sacerdotum et seniores populi, per Scribas atque Phariseos tenuit. Qui scilicet Pharisei etiam legis doctores vocati sunt. Sive autem exteriori seu interiori portæ duæ mensæ hinc sunt, et duæ inde, quia in exordiis suis sancta Ecclesia apostolos et prophetas habuit. Prophetas autem dicimus non eos qui in veteri populo fuerunt, sed eos qui in sancta Ecclesia post apostolos sunt exorti. Posteriori quoque tempore, quod nunc est, habet evangelistas atque doctores. Quia vero <sup>j</sup> Evangelium bonum nuntium dicitur, evangelistas utique appellamus qui rudibus populis bona patriæ celestis annuntiant. Qui videlicet evangelistæ atque doctores et priori quidem tempore fuerunt, sed et nunc usque, Domino largiente, permanent, quia abhuc quotidiæ et infideles populos ad fidem trahi, et fideles quosque in bonos mores per doctores eruditæ cognoscimus. Apostoli vero et prophætæ ab hoc tempore præsenti sublati sunt, atque ideo dicimus quia mensæ hæc portæ nostræ, id est sanctæ Ecclesie quasi in alio latere fuerunt.

<sup>k</sup> 7. Habet et porta quæ <sup>l</sup> ergit ad Aquilonem duas mensas hinc, et duas inie, eodem quos diximus principes sacerdotum et seniores populi in majori auctoritate regimini, Scribas quoque et Phariseos, qui rudi illi populo memori loco præfuerunt. <sup>m</sup> Sed haec mensæ juxta portam sunt quæ ad Aquilonem pergit, quia cum quatuor isti ordines populo præsident, Synagoga in persecutio Redemptoris nostri servient, ad torquent perfidiam præcipit. Quæ tamen mensæ habuerunt sacrificium, quæ luxta solent

Detur etiam in Saglenensi et Lyr., at in ceteris leguntur:

<sup>n</sup> Gussauv., accendere.

<sup>o</sup> Suess., ea quæ.

<sup>p</sup> Laud. et Longip., *vestibulum exterius.* Et paulo infra: sive exteriori, sive interiori vestibulo. Ubique pro portu legitur vestibulum.

<sup>q</sup> Ebroic. et Lyr., evangelista bonus nuntius.

<sup>r</sup> Laud., Suess. et Longip.: *Sed hæ mensæ in exteriori sunt vestibulo constituta, quia ipsi Synagogæ ordines in verbis omnipotentis Domini nulla mystica, sed sola histrica quiescerunt. Portæ ergo constructæ sunt, quia interiori intelligentia eruditæ non sunt. Quæ tamen habuerunt sacrificium quod justa litteram solidam tenuerunt. Interiores autem mensæ.*

itteram tenuerunt; unde et ad torporem frigoris in ipsi sunt, quia flamma spiritus succensi non sunt. Interiores autem mensæ holocaustum habent, quia sive in cordibus apostolorum atque prophetarum, seu in mente <sup>a</sup> evangelistarum atque doctorum, ignis spiritus et arsit et ardet. Qui pro eo quod omnem eorum cogitationem in bono opere absumit, flamma amoris Dei quasi holocaustum totum simul quod invenit incendit. Holocaustum enim offerunt, qui sive in bono opere, seu in sancta cogitatione medullitus accenduntur.

8. Mensæ vero hæ ex quadris lapidibus factæ sunt, quia dum quotidie sacri eloquii in suis cordibus verba meditantur, ad offerendum Domino orationis holocaustum, quasi ex quadris lapidibus construuntur. Verba etenim Scripturæ sacrae lapides quadri sunt, quia ubique stant, quia ex nullo latere **1408** reprehensibilia inveniuntur. Nam in omne quod præteritum narrant, in omne quod venturum annuntiant, in omne <sup>b</sup> quod moraliter prædicant, in omne quod spiritualiter sonant, quasi in diverso latere statum habent, quia reprehensionem non habent. Corda itaque sanctorum mensæ Deli sunt ad holocaustum ex quadris lapidibus constructæ, quia qui Dei verba semper cogitant semetipsos Domino a carnali vita in cogitatione mactant. Unde scriptum est : *Lex Dei ejus in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus ejus (Psal. xxxvi, 31).* Et unde rursum dicitur : *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi (Psal. cxviii, 41).* Sed quia mense hæ unde sint constructæ cognovimus, etiam eujus mensuræ sint audiamus. Sequitur :

Vers. 42. — *Longitudine unius cubiti et dimidiis, et latitudine cubiti unius et dimidiis, et altitudine cubiti unius.*

9. Hunc locum <sup>c</sup> quidam exposuit, dicens : Longitudine et latitudine habent mense cubitum unum et dimidium, id est per quadram, que simul juncta tres cubitos faciunt. Qui tres cubiti habent in altitudinem cubitum unum, ut mysteria Trinitatis unius cubiti, hoc est divinæ majestatis, mensuram conservant. Qui videlicet sensus expositionis idecirco non potest stare, quia in illa summa Trinitate quæ omnia creavit, omnia continet, dimidium nihil est, nec ex duobus dimidiis aliquid unum. Neque enim quidquam transmutationis ac decisionis habet illa substantia, quæ semper incommutabilis manens, nec detrimentum recipit, nec augmentum. Sæpe autem diximus longitudinem ad longanimitatem spei, latitudinem vero ad charitatis amplitudinem pertinere. Mensæ ergo quæ ad holocaustum constructæ sunt, longitudine

<sup>a</sup> Laud. et Longip., evangelizantum.

<sup>b</sup> Gilot., Vatic. et Guisanv., crasso errore, quoa mortaliter. Emendantur ex MSS. Anglic. et nostris.

<sup>c</sup> Scilicet Hieronymus, l. xii in Ezech., ad cap. 40, cuius nomini pepercit, sententiam emendare coactus, quod modestiæ Gregorij insigne est arguuntur.

<sup>d</sup> Val. Cl., Rothomag. et alii Norm., tenduntur.

A cubiti unius et dimidiis metuntur, quia sancti patres atque doctores, qui se longanimitate ad secreta spei intime extendunt, per hoc quod in virtutibus vivunt, quantum ad humanam quidem mensuram pertinet, valde perfecti sunt, quantum vero ad divina illa mysteria quæ plene ab homine capi non possunt, quando in hac mortali carne subsistunt, perfeci non sunt. In semetipsis ergo jam cubitum habent, in Deo autem adhuc cubitum non habent, quia jam quidem in virtutibus plene proficiunt, sed tamen aliquid de Deo adhuc ex parte cognoscunt. Ecce iterum in medida mensæ ad testimonium Paulus occurrit. Videamus an ejus vita cubito integro mensuretur. Dicit enim : *Quotquot perfecti sumus, hoc sapiamus (Philip. iii, 15).* Videamus si in his quæ de Deo sentit jam se ad percipienda mysteria perfecta tetenderit : *Ego me non arbitror comprehendisse (Ibid., 13).* Qui rursus ait : *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus; cum autem veneris quod perfectum est, evanescunt quod ex parte est (I Cor. xiii, 9, 10).* Qui iterum dicit : *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum (Ibid., 12).* Si ergo perfectus est, et ex parte cognoscit, cubitum habet, quantum ad se, sed tamen dimidium super se. Tendantur ergo in longanimitate spei corda sanctorum, <sup>d</sup> tendantur in perfectione quam habent, cubito uno. Sed quia adhuc plene videre non possunt, **1409** ubi spei oculum mittunt, hoc quod super unum cubitum habent, in dimidio cubito recidatur, quatenus in hac vita semper se imperfectos aspiciant, et ardenterius ad perfectionem currant.

10. Habent quoque mensæ latitudinem cubiti unius et dimidiis, quia sanctorum corda in charitatis amplitudine dilatata juxta proximum quem diligunt et vident habent cubitum. Possunt enim perfecte diligere quos perfecte valent juxta aliquid scire. Omnipotentem vero Deum medullitus diligunt, medullitus sequuntur, sed tamen tantum diligere non possunt quantum debent, quia adhuc non valent videre quem diligunt; et mensura amoris minor est ubi adhuc mensura minor est cognitionis. Super unum ergo cubitum habent et dimidium, quia hoc eis jam <sup>e</sup> in animo integrum est, <sup>f</sup> quod valde minus est, id est charitas cum proximo; atque illud in eis quod valde majus est, id est amor Dei quem non vident, adhuc integrum non est. De hoc amore, qui hic incipitur, ut ex visione Domini in æterna patria perficiatur, recte Isaías loquitur, dicens : *¶ Vivit Dominus, cuius ignis est in Sion, et caminus ejus in Jerusalem (Isai. xxxi, 9).* Plus est autem caminum esse quam ignem, quia esse ignis et parvus potest, in camino autem vastior flamma succeditur. Sion vero speculatio, Jerusalem

<sup>e</sup> Norm., Anglic., Val. Cl. et alii a Guisanv. lecti sic habent, ubi Exclusi in amore.

<sup>f</sup> Suess., consentientibus Norm., quod valde minus est in charitate cum proximo; et infra Suess. et Fibrol., majus est in amore Dei. Stant pro nobis alii MSS., praesertim Anglic.

<sup>g</sup> Laud. et Longip., dixit Dominus.

autem visio pacis dicitur. Pacem vero nostram hic interim speculamur, ut illic postmodum plene videamus. Ex amore ergo Domini in Sion ignis est, in Jerusalem caminus, quia hic amoris ejus flammis aliquatenus ardemus, ubi de illo aliquid contemplamur; sed ibi plene ardebimus, ubi illum plene videbimus quem amamus.

41. Altitudo vero mensarum est cubiti unius. Quae est enim altitudo sanctorum, nisi fides invisibilium? Per fidem enim creditur quod non videtur, atque ideo per hanc justorum mens ad altitudinem ducitur, ut concta visibilia despiciat in terra, et ea quae audit invisibilia sequatur in celo. Sed unum cubitum habet altitudo mensarum, quia unitas est fidei in corde omnium sanctorum. Unum Deum esse Trinitatem et patres testamenti veteris, et predicatorum professi sunt testamenti novi. Altitudo itaque mensarum nil uno cubito amplius, nil minus habet, quia in magna sibi unitate concordat omnium fides patrum. Sed hi qui, iam in longanimitatem spei summis virtutibus proficientes, unum et dimidium cubitum habent, atque in latitudine charitatis uno ac dimidio cubito metiuntur, in altitudinem vero fidei uno cubito excrescent, magni sunt, et summa admiratione venerandi. Debent ergo parvolorum animas in sinu sua conversationis suscipere, atque eas in conspectu Domini velut quoddam holocaustum ac sacrificium offerre. Unde aperte sequitur:

*Isto. — Super quas ponunt vasa in quibus immolatur holocaustum et victimam.*

42. Quid enim sunt animæ fidelium, nisi vasa sancta quae verba pietatis capiunt, ut ex eorum mentibus holocaustum vitæ atque orationis immolatur? Hinc est enim quod Paulus cum adhuc 1410 rudis esset in fidei vocatione, quia jam Domini verba perceperat, et cœlesti gratia plenus erat, vas appellatur, cum dicitur: *Vas electionis mihi est (Act. ix, 15).* Hinc pastores atque doctores propheta admonet, dicens: *Mundamini qui fertis vasa Domini (Isai lII, 11).* Ipsi etenim quasi mensæ vasa Domini portant, qui vitam fidelium erudiendo tolerant, ut quandoque hanc Domino ad holocaustum et sacrificium perdulant. Sed neque hoc negligenter intuendum est, quod in eisdem vasis holocaustum et victimam dicitur immolari. Holocaustum enim, sicut et superius diximus (*Hom. superiori*), victimam est, non tamen victimam semper holocaustum, quia cum quid ex parte offertur, et ex parte retinetur, sacrificium quidem est, sed holocaustum non est. Sunt vero in multiudine magna fidelium alii qui ea quæ mundæ sunt omnia relinquunt, cuncta quæ possident tribuunt, nil sibi meti ipsi reservant, ad æternam patriam medullitus anhelant, seque ex toto corde in lacrymis macent. Hi videlicet vasa super menseam sunt, in quibus immolatur holocaustum. Et sunt alii qui curam propriez domus gerunt, de filiis cogitant, eisque ha-

A reditatem servant, qui tamen, æterni judicij memoria, misericordiam pauperibus impendunt, alimenta ac vestimenta eis ex parte qua decreverint tribuunt. Hi nimur vasa super mensam sunt, in quibus victimam immolata est, non holocaustum. Quia enim patientia et doctrina sanctorum admonendo et sustinendo, suadendo atque terrendo, aliorum corda usque ad hoc eradiunt, ut omnia deserant, et totos se in amore Domini accendant, aliorum vero ad hoc usque instruant, ut quia omnia relinquere non valent, vel ex parte que prevalent, misericordes stant, et carnis curam cum animæ cura partiantur, mensæ Domini de quadris lapidibus instructæ vasa portant, in quibus immolatur holocaustum et victimam, quia et perfecti, sicut dictum est, cum omnia deserunt, totum cor in amorem Domini accendent, et imperfecti sacrificium offerunt, quod ex parte devoverunt. Sequitur:

*Vers. 43. — Et labia earum palmi unius, reflexa intrinsecus per circuitum.*

43. Quid est hoc, quod mensarum labia palmo metiuntur, nisi quod in palmo manus tenditur, et sancti patres atque doctores ea prædicant in quibus auditorum opera tenduntur? Quasi enim manum extendimus cum opera nostra dilatamus. Loquatur ergo unusquisque doctor, cor audientis exerceat, otiosorum torporem executiat. Quos dum ad bona opera tenderit, palmum se habere b in labiis ostendat. Pensandum quoque quia in palmo digitus major ac minimus tenditur. Quid vero in majori ac minimo digito, nisi magna et extrema actio designatur? Palnum ergo mensæ c in labiis habeant, quatenus in doctorum suorum d prædicatione magna opera faciat, ut agere et minima non omittat. Sic minimis intentus sit, ut piger in agendis majoribus non sit. Unde per Evangelium Veritas dicit: *Væ vobis, scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham et anethum et cynamum, et relinquitis quæ graviora sunt legis, 1411 judicium, misericordiam et fidem; haec oportuit facere, et illa non omittere (Matth. xxiii, 23).* Per judicium quippe, et misericordiam, et fidem, major digitus operationis ostenditur. Per mentham vero, et anethum, et cynamum, digitus procul dubio minimus figuratur. Hæc ergo oportuit facere, et illa non omittere, quia si opus nostrum palmo metiri volumus, sic necesse est ut tendatur minimus, quatenus major digitus non attrahatur.

44. Bene autem cum mensarum labia metiuntur, et mensura palmi dicitur, additur unius, ut ex doctorum prædicatione sicut unitas tenetur in fide, ita quoque unitas mentium servetur in opere, ne per opus bonum quod alter agit, alter ad discordie malum prorumpat. Ita enim bona facere opera debemus, ut per hæc quoque cum his cum quibus vivimus unanimitatem, in quantum recte possumus, conservemus, id est non deserendo quod agimus, sed præve-

• Editi omnes, reluctantibus MSS., justorum mensa.

• Laud. et Longip., in latus.

• Laud., Longip., Val. Cl. et Norm., in labio.

• Suess., cum Ebroic. aliisque Norm., prædicatione audier eviglet; et sic eorum admonitione magna opera faciat.

niendo bonis persuasionibus malum discordia quod timemus. Sic in suis operibus unitatem palmi custodiens Paulus, discordiam generari prohibebat, cum quemdam lapsum atque ab Ecclesia abjectum jam velle recipere Corinthios videret, dicens : *Si cu aliud donasti, et ego. Nam et ego si quid donavi, propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur a Satana (1 Cor. 11, 10).* Qui videlicet solet de bonis mala generare, et hoc quod charitate agitur ad discordiam trahere. Unde et mox de ipso subjicit, dicens : *Non enim ignoramus cogitationes ejus (Ibid., 11).* Doctor autem qui per bona quae praedicit in suis auditoribus rectam operationem format, si mentes operantium <sup>a</sup> ad unanimitatem non ligat, in labiis palmum habet, sed eam quae dicta est palmi unitatem non habet.

15. Pensandum vero est valde quod dicitur, quia earundem mensarum labia interius sunt reflexa. Tunc enim mensarum labia intrinsecus reflectuntur, quando doctores ad conscientiam revocant laetitiae cogitatione quod dicunt, quando semelipsos subtiliter perscrutantur si faciunt quod loquuntur. Recite autem cum reflexa intrinsecus mensarum labia dicuntur, additur quoque per circuitum, ut non in una qualibet se parte considerent, <sup>b</sup> atque ex alia semelipsos perpendere pratermittant, sed ubique semelipsos inspiciant, et, in quantum prævalent, studeant singula opere implere quae docent, ne si prædicantes facere bona dissimulant, sui vastatores sint cultores alieni. O doctor, ecce jam mensa es, jam vasa portas, jam in vasis fidelibus pondus holocausti et victimæ sustinet, sed intus reflecte labium, id est ad cor revoca sermonem. Audi quod dico, operare quod prædictas. Si enim negligie implere quod prædictas, aliis massem seminas, et ipso a frumenti participatione jejunas. Unde scriptum est : *Cujus massem famelicus comedet (Job. v, 5).* Messum quippe doctoris qui bona loquitur, sed non operatur, famelicus comedit, quia is qui panem justitiae esurit operator mandata quae audit, et ipse frustum non habet, qui seminando laboravit. Hinc Salomon ait : *Abecondit piger manum suam <sup>c</sup> sub accele, nec ad os suum porrigit dæm (Prov. xix, 24).* Nemo ita piger est, ut haec manus vel comedendo reducere laborem potest. Sed piger nec ad os manum suam porrigit, qui nec hoc vult operari <sup>d</sup> quod dicit. Hinc iterum de bone decentibus et male operantibus dicitur : *Fili! <sup>e</sup> Ephrem intendentes arenum, et misentes sagittas, converti stans in die belli (Psalm. LXXVII, 9).* Intendentes arenum, atque sagittas mittunt, qui Scripturae sancte sententias proponunt, et verbis rectis auditorum vitia ferunt; sed converuntur in die belli, quia post semelipsos redunt in tentatione vitiorum, et peccatus opponere non volunt, quia in tentationum certamine non re-

<sup>a</sup> Laud. cum Longip., ad unitatem.

<sup>b</sup> Laud. et Lyr., atque alias in semelipsos. Ita Ebroic., in mutato in ex. Longip. habet alia.

<sup>c</sup> Plurique Ed., sub apilla. Sequuntur unanimem Mss. contensum.

A sicut. Hinc iterum dicitur : *Avertisti adjutorium gladii ejus, et non es auxiliatus ei in bello (Psalm. LXXXVIII, 44).* Gladius quippe doctoris est sermo Dei. Unde per Paulum dicitur : *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei (Ephes. vi, 17).* Omnipotens itaque Deus cum doctorem respicit nobile operari quae dicit, in die belli adjutorii ejus gladium avertit, quia <sup>e</sup> in tentationum certamine non permituit ei esse in adjutorium doctrinae verba quae dedit. Habet igitur gladium, sed hunc in bello non adjuvat, quia cum adversitas temptationis eruperit, verbi oblitivisetur quod docebat. Ecce enī de patientia forsitan sermo doctori est, doctrinæ sue magisterio dicere cogitur qualiter contra illata damnata, contra auditas contumelias patientia servetur. Sed cum ipso vel damno, B vel contumelia faciat laesitus, oblitus quod docerat, vel in lassione proximi, vel in reddenda gravius contumelia excedit. Inter haec itaque cogitat quia mensa Dei est, labium intus reflectat, servet quod prædicat. Scriptum quippe est : *In patientia vestre possidebitis animas vestras (Luo. xxi, 19).* Et rursus scriptum est : *Doctrina viri per patientiam noscitur (Prov. xix, 11).* Si itaque index doctrinæ patientia est, tanto quisque doctus ostenditur, quanto patiens fuerit. Hinc est enim quod bonus ille discipulus qui magistrum tolli in aera videbat, per magnæ charitatis affectum clamabat, dicens : *Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga ejus (IV Reg. II, 12).* Quid est, fratres charissimi, quod Elias currus Israel et auriga dicitur, nisi quia auriga agitat, currus portat? Doctor ergo qui mores populi et per patientiam sustinet, et sacri eloquii verbis docet, et currus dicitur et auriga. Currus, quia tolerando portat; auriga, quia exhortando agitat. Currus, quia mala sustinet; auriga, quia populum bonis admonitionibus exercet.

16. Fortasse autem contra vanam gloriam sermo doctori est, et mire inservios qualiter debeat declinari, eisdem ipsis sermonibus vanam gloriam querit, quibus contra eamdem vanam gloriam disputat. Si igitur hoc appetit adipisci quod prohibet, mensa intus labium non reflectit. Tunc autem mensa Domini ex quadris lapidibus exstructa babebit intus labium reflectum, si studuerit audire quod dicit. Scriptum quippe est : *Ne quid per contentionem, neque per transem gloriam (Philip. II, 3).* Atque eisdem rursus egregius prædicator dicit : *Nos querentes ab hominibus gloriam, neque a nobis, neque ab aliis (I Thess. II, 6).* De prædicationis atenim labore laudem transitoriam querere, quid est aliud quam rem magnam vili pretio venundare? Sed est <sup>f</sup> in doctrina verbis grave periculum, quia esse sermonem docentium favores audiendum sequuntur, et cum doctores ab eo quod bene innovarent, apparere & iam minores in dictis nolunt, do-

<sup>d</sup> Norm., Ephrem.

<sup>e</sup> Longip., Ebroic., Lyr., in tentatione certamine.

<sup>f</sup> Al.: in doctrina verbis.

<sup>g</sup> Val. Cl., cum Norm., iam maiores in dictis volunt.

ctrinæ verbum quod pro acquirendis animabus auditio-  
rum **1413** ex omnipotentiæ Dei amore inchoaverunt.  
in hoc postmodum pro acquirendis laudibus laborauit.  
Et qui in verbis Dei quærebant prius lucra spiritualia,  
temporales postmodum favores sequuntur. Unde fit  
ut sive recta qualibet opera, seu sanctæ doctrinæ  
verba, in omnipotentiæ Dei judicio pereant, cum per  
haec quisque transitoria favoribus anhelat. Hinc eter-  
niam per prophetam Judæam dicitur quod in se ipa-  
cauta mens invenit, si saltem post culpam suas  
caute cogitationes rinetur : *Olivam uberem, pul-  
chram, fructiferam, speciosam vocavit Dominus no-  
men tuum. Ad vocem loquela grandis exarsit ignis in  
ea, et combusta sunt fructeta ejus (Jerem. xi, 16).*  
Olivam quippe uberem et pulchram, fructiferam et  
speciosam Dominus vocat, cuius vel efficaciam in ope-  
ratione, vel sancta studia in verbis scientiæ approbat.  
Sed ad vocem loquela grandis exarsit ignis in ea,  
quia cum laudari quis cooperit, erubescit forsitan  
minor videri quam dicitur, et studet esse quod dicatur.  
Vox enim grandis loquela est favor adulantis.  
Unde scriptum est : Qui benedic proximo suo voce  
grandi de nocte consurgens, similis est maledicenti  
(Prov. xxvii, 14). Ad vocem ergo loquela grandis  
exarsit ignis in ea, quia in magnitudine favoris  
flamma in corde accenditur de amore laudis. Sed  
omnia olive fructeta comburuntur, quia ante omni-  
potentis Dei oculos, vel quæ bene gesta vel quæ  
scienter sunt dicta depereant, cum jam non aurore  
Domini, sed intentione transitoria laudis flent. Sic  
enim saepè cogitationi bona cogitatio sinistra subjun-  
gitur, ut vix ipse qui eaudem cogitationes generali  
animus engnoscat. Unde prædictator egregius, cum  
loquens subtiliter diceret : *Vivis est sermo Dei et  
affixa, et penetrabilior omni gladio encipiti, et per-  
tingens taurum ad divisionem animæ ac spiritus (Hebr.  
iv, 12).* illico subjunxit : *Compagno quoque et me-  
ditarum, et discretor cogitationum et intentionum  
cordis (Ibid.).*

**17. b** Distinguit enim Dei sermo compages et fne-  
duallas, quia discernit cogitationes et intentiones cor-  
dis. Per compages quippe ossibus ossa junguntur. Et  
scape dum quid recta cogitatione agimus, sed subito in laudis amore declinamus, atque hoc pro laude  
satimus quod prius facere pro veritate cooperamus,  
quid cogitationes cogitationibus adjunguntur, quasi  
quædam in spiritu compages sunt. Sed habent ossa,  
quæ in compage juncta sunt, etiam medullas. Quod  
prædictator sanctis aperitis intulit, cum subjunxit : *Discretor cogitationum et intentionum cordis (Ibid.).*  
Compages enim nostriæ cogitationes sunt, medullæ  
autem intentiones. Et saepè aliud cogitamus, atque  
affid est quod per cogitationem intendimus. Nam  
si quis proposito nummorum præmio pupilli vel vi-  
duæ causam defendat, et, fortasse Ecclesiam ingre-

**A** diens, in suis precibus Deo dicat : Tu vides quia  
causam pupilli et viduæ defendo, iste procul dubio  
quod cogitat scit, sed quo intendat ejus cogitatio  
ignorat. Aliud quippe cogitat, atque alio intendit.  
Non enim defensionem pupilli vel viduæ, sed mercede-  
num nummorum querit. Nam tolle temporale præ-  
mium, et pupillum ac viduam non defendit. Sermo  
itaque Dei discretor est cogitationum et intentionum  
cordis, quia non aspicit **1414** quid apud temet-  
ipsum cogitas, sed per medullam compagis, id est  
per intentionem cogitationis quid accipere requiras.  
Restat ergo ut doctor, cum loquitur, quasi mensa  
Dei semper intus labium reflectat, ne aut mala inten-  
tione loqui inchoet, aut cum bene cooperit, seductus  
favoribus, in appetitum alium declinet.

**B** 18. Fortasse autem de custodia disciplinæ sermo  
doctori est. Et saepè etiam contingit ut disciplinæ  
regulam quam scit dicere nesciat tenere, quia aut,  
nimio zelo motus, minus se per mansuetudinem  
temperat; aut nimia mansuetudine placidus, minus  
se contra vitia in zeli stimulo inflammat. Magna enim  
consideratione debemus pensare quod scriptum est,  
quia in vasis templi inter coronas et plectas, boves  
et leones et cherubim exsculpta sunt, et subtler bo-  
ves et leones lora dependentia (III Reg. vii, 29).  
Coronæ quippe signum victoriae, plectæ autem con-  
cordiae unanimitatem signant. Cherubim vero pleni-  
tudo scientiæ dicuntur. Sacerdotes enim atque do-  
ctores inter coronas et plectas, id est inter fortitudi-  
nem boni operis qua ad victorian currunt, et chari-  
tatis concordiam, qua a se vicissim non discrepant,  
per boves et leones atque cherubim designati sunt,  
quia in plenitudine scientiæ quam habent necesse  
est ut et boum mansuetudinem teneant, et fervorem  
leonus, quatenus in disciplina quam prædicant, et  
ex sancto zelo accensi sint, et ex paterna dilectione  
tranquilli. Quibus subtler se lora dependant, ut dis-  
ciplinæ sua retinacula quibus ipsi ligati sunt etiam  
subjectis suis sollicite impendant. Subtler eos enim  
lora dependere est custodia vincula subditæ tenere.  
Quæ tuæ recte servantur, cum nec boum mansue-  
tudo in zeli fervore amittitur, nec leonus terror in  
mansuetudine declinatur. Tanta quippe debet esse  
disciplina, ut nec disciplina nimia, nec animoscordia  
sit remissa, ne si inordinate culpa dimittitur, is qui  
**D** est culpabilis, in reatu gravius astrigatur; et rur-  
sus, si culpa immoderate relataetur, tanto qui corri-  
genter detulerit, quanto erga se nil ex benignitatis  
gratia agi considerabit. Exhibenda itaque pravis est  
soperitas in ostensione, charitas in misere; et et dura  
ostensione delinquentem coercent, et charitatis custodia  
mercedem mansuetudinis non amittat.

19. Ecce, dñm tq̄s, Joseph abhinc pulsat, ut  
ad ostendenda quæ dico ipse testis veniat. Certe  
sonnum quod de profectu suo viderat, fratribus

\* Laud., Longip. et Vol. Ch., habent protecta ejus,  
hit et infra.

† Longip., præante Laud., distinguit... Wisternor.  
• Longip., pro Deo.

‡ Lyran., quo, pro quod.

† Laud., conscientiam Longip., nñm latet.

† Suess. et Longip., præluente Laud., quæ in  
dicto templo.

narrans, per hoc quod innocentem retulit, malitia contra se stimulus excitavit (*Genes.* xxxvii, 5). Ab eisdem fratribus Ismaelitis est venditus (*Ibid.*, 21), in *Egyptum* ductus, mira omnipotentis Domini dispensatione eidem *Egypto* prælatus est (*Ibid.*, xl, 41). Cumque in terra Chanaan famas exsureret, fratres ad *Egyptum* venerunt, Joseph prælatum *Egypto* repererunt, eumque submissis ad terram serviibus adoraverunt (*Ibid.* xl, 7). Et quia mutare Dei consilium non valuerunt, quem ideo vendiderant ne adorarent, adoraverunt quia vendiderunt. Tunc ipse vir Dei, spiritu discretionis plenus, cognovit fratres non cognitus. Sed memor culpæ, et remissor injuriæ, mala fratrum nec reddere studuit, nec sine purgatione laxare. **1415** Nam suspecta voce protinus dixit: *Exploratores estis vos; ut videatis infirmiora terræ venistis, jam nunc experimentum vestri capiam. Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc* (*Ibid.* xl, 9). O jaculum in corde! Peregrii venerant, famis periculum fugiebant, frumenta quæ quærebant non acceperant, et feriri se insuper jactatione criminis videbant. Inter hæc ducentur ad carcerem, et, post triduum educti, adhuc in eadem asperitate terrentur. Jam redditur ad cor, jam culpæ memoria pulsat animum, atque inter se invicem locuntur: *Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, cum deprecaretur nos, et non audivimus; idcirco venit super nos ista tribulatio* (*Ibid.*, 21). In his autem cor Joseph amore vincitur, secessum petit, solvit flendo quod pictati debuit. Severus ad fratres revertitur, ut cruciatus eorum animus a culpa liberaretur. Post hæc unus religatur in vinculis, dimittuntur cæteri cum frumentis, ut unus frater veniam, quem minimum habere se dixerant (*Ibid.*, 34, 35). Venit postmodum frater. Vincebat mentem pietas cum frater innocens videretur; sed permanebat in ostensione asperitas, ut fratres noxii purgarentur. Frumenta daotur, scyphus in sacco junioris fratris absconditur, furti post eos questio movetur (*Genes.* xliv, 2). Mittitur ut reducantur, addici in servitutem decernitur apud quem scyphus fuisset inventus. In sacco ultimi fratris invenitur. Tunc Benjamin reducitur, afflicti omnes fratres sequuntur. O tormenta misericordiæ! Cruciat, et amat. Reversi igitur, in terram cum lacrymis prostrati, veniam postulant. Memores enim quid de illo patri promiserant, morore intolerabili tabescabant. Tunc se ultra cohibere non valens pietas clausa prorupit ad medium, et excussit charitatis lacrymas de vultu severitatis (*Genes.* xlv, 1). Detersa est ira quæ apparebat, et non erat;

<sup>a</sup> Laud. et Longip. addunt ab eis. Val. Cl. et Norm., a fratribus non cognitus.

<sup>b</sup> Lyr., nam infirmiora terræ considerare venistis.

<sup>c</sup> Ebroic., cum eest. Norm. et Val. Cl., consenteat Edit. 1502, et fieri super se objectionem criminis videbant.

<sup>d</sup> Longip., ut cruciatus eorum animus a culpa liberetur.

<sup>e</sup> Anglic., Lyr. et Val. Cl., et jubet. Sag., et petit.

A ostensa misericordia quæ erat, et non apparebat. Sic vir sanctus facinus fratrum et dimisit, et vindicavit. Sic in vigore clementiam tenuit, ut delinquentibus fratribus nec sine ultiōne pius existaret, nec sine pietate districtus.

**20.** Ecce hoc est magisterium disciplinae, ut culpas et discrete noverit parcere, et pie resecare. Qui autem discretionis spiritum non habent, aut sic dimittunt peccata, ut non corrigan, aut sic quasi corrigendo ferunt, ut non dimittant. Doctor ergo cui de disciplina moderamine loqui necesse est mensam Dei esse se sciāt, atque intus labrum reflectat, ut quod docendo loquitur, hoc sub discretionis spiritu vigilanter operetur. Nec si quædam sibi deesse considerat, oportet ub ab eorum prædicatione contineat. Locus quippe ejus exigit ut loquatur. Verbis ergo suis semetipsum conveniat; et si non ideo loquitur & quia non operatur, ideo operetur quia loqui compellitur. Ubi itaque se conspicit opere implere quod dicit, ibi auditores admoneat, eorumque animos ad studium bonæ operationis accendat. Ubi autem necdum se videt implesse quod loquitur, ad bona de quibus auditores admonet se quoque pariter inflammet, ut ipse etiam simul discat in opere. **1416** quod per eum loquitur veritas in prædicatione. Sæpe enim quod vivendo nescimus, compulsi locutione doctrinæ, loquendo discimus; et dum cogitatione nostræ pigrilitæ reatus nascitur in mente, eamdem mentem compunctione subiœcito oborta transverberat, et sua vocē excitata evigilat in opere, quæ prius torpebat in otio sine voce. Ecce autem cum mensæ labium palmo tenditur, id est cum per doctoris os contra vitia disputatur, atque ad bona opera cor auditorum accenditur, multi qui ejus verba audiunt quanta vel qualia mala perpetraverint recognoscunt; atque ad eum confitentes veniunt, eumque pro peccatis suis intercessorem fieri cum fletibus petunt, ut ipse orando deleat culpas quas prædicando manifestat. Unde et subditur:

**Vers. 43.** — *Super mensas autem carnes oblationis.*

**21.** Doctores etenim sancti cum pro compunctionis peccatoribus atque confitentibus omnipotenti Domino preces fundunt, per hoc quod veniam pro carnali eorum vita postulant, mensa Domini carnes oblationis portant. Ut ergo sint pro quibus conversis et fletibus rogent, oportet ut eisdem prius in peccato positis prædicent; et cum jam cooperint peccata relinquere, atque ad innocentiam festinare, necesse est ut erga eos in ore doctoris incrementa prædicationis ex crescere, et quibusdam doctrinæ sue verbo

<sup>f</sup> Ita Laud., Val. Cl., Lyr. et Longip. Edit. plur. habent, *culpis et discrete noverit parcere.*

<sup>g</sup> Editi contra sancti Gregorii mentem, *quia operatur.*

<sup>h</sup> Ita omnes MSS. nostri; Ed. vero, *accingat.*

<sup>i</sup> Sic legitur in Val. Cl. et plur. MSS. Alii; cum Suess. et Longip., habent *de cognitione, etc.* Laud., *cognitione nostræ pigrilitæ.*

tanto vehementius insistat, quanto eos <sup>a</sup>gravius cecidisse considerat, videlicet sciens quod ipse tanto mercedem magnæ remunerationis accipiat, quanto verbis suis alios de profundioribus peccatis levat.

**22.** Libet inter hæc sancti Evangelii ad medium verba ducere, cujus sacra historia per hoc quod factum miraculum narrat, mira quæ quotidie aguntur denuntiat. Nam cum fessi atque jejuni ad Dominum populi convenissent, discipulis Dominus dixit: *Misereor super turbam, quia ecce jam triduo sustinet me, nec habent quid manducent; et si dimisero eos jejunos in domos suas, deficiant in via; quidam enim ex eis de longe venerant* (*Marc. viii, 2, 3*). Turba triduo Dominum suscitavit, quando multitudo fidelium peccata quæ perpetravit, per penitentiam declinans, ad Deum se in opere, locutione, atque in cogitatione convertit. Quos dimittere jejunos in domum suam Dominus non vult, ne deficiant in via, quia videlicet conversi peccatores in præsentis vitæ via deficiunt, si in sua conscientia sine doctrinæ sanctæ pabulo dimittantur. Ne ergo <sup>b</sup> lassentur in hujus peregrinationis itinere, pascendi sunt sancta admonitione. Valde autem pensanda est pia sententia quæ processit ex ore Veritatis, qua dicitur: *Quidam enim ex eis de longe venerant* (*Ibidem*). Est autem qui, nihil fraudis et nihil carnalis corruptionis expertus, ad omnipotentis Dei servitium festinavit. Iste de longinquo non venit, quia per incorruptionem et innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia, nullis flagitiis inquinatus, solum autem conjugium expertus, ad ministerium spiritale conversus est. Neque iste venit de longinquo, quia usus conjunctio concessa, per illicita non erravit. Alii vero post carnis flagitia, ali post falsa testimonia, ali post facta fulta, **1417** ali post illatas violentias, ali post perpetrata homicidia ad penitentiam redeunt, atque ad omnipotentis Dei servitium convertuntur: hi videlicet ad Dominum de longinquo veniunt. Quanto etenim quisque plus in pravo opere erravit, tanto ab omnipotente Domino longius recessit. Nam et prodigus filius, qui patrem deseruit, abiit in regionem longinquam, in qua porcos pavit, quia vitia nutritivit (*Luc. xv, 16*). Dentur igitur alimenta eis etiam qui de longinquo veniunt, quia conversis peccatoribus doctrinæ sanctæ cibi præbendi sunt, ut in Deum vires reparent, quas in flagitiis amiserunt. Qui sepe a doctoribus tanto necesse est ut a largioribus cibis doctrinæ satientur, quanto fessi majoribus vitiis venerunt. Et cum jam **1418** confiteri coeperint mala quæ commiserunt, atque confitendo relinquere et fletibus punire, necesse est ut doctores sancti pro eorum peccatis sollicite exorent, quatenus mensæ Domini carnes oblationis portent. Quod quoties agunt, in hoc quod pro alienis peccatis interveniunt, sua ante Dei oculos amplius detergunt, quia ea ipsa charitate se justificant, qua mira pietate pro alienis iniquitatibus se in lamentis

<sup>c</sup> mactant. Nec laboriosum debet esse doctoribus pro conversis peccatoribus lacrymas fundere, quando et ipse qui omnia creavit, homo factus, <sup>d</sup> pro nostris iniquitatibus in cruce sanguinem fudit, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, in sæcula sæculorum. Amen.

#### HOMILIA X [AL. XXII].

*Quatuor versus, a 44 ad 48, exponendo sanctus Doctor de fide, spe, charitate, ac de bonis operibus Deo in cordis altari offerendis liberius excurrit, et hoc opus absolvit.*

**1417** <sup>e</sup> Sacri eloquii mysticos sensus Prophetæ per aspirationem sancti Spiritus prudenter intelligens, dicit: *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea* (*Psal. cxviii, 129*). Qui rursus ait: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua* (*Ibid., 18*). Qui enim necdum occulta de apertis intelligit, oculos velatos habet. Qui vero jam intelligit, revelatis oculis mirabilia de lege Dei considerat, quia, spiritualiter litteræ verba discutiens, quæ interius magnitudo lateat pensat. An non est mirabile quando aliud auribus sonat, atque aliud exit ad intelligentiam quod non sonabat? Cui ergo verbum sacri eloquii nisi lapidi simile dixerim, in quo ignis latet? Qui manu quidem frigidus tenetur, sed, percussus ferro, per scintillas micat, atque hoc emitit ignem qui post ardeat, quod prius manus frigidum tenebat. Sic etenim, sic verba sunt sacri eloquii, quæ quidem per narrationem litteræ frigida tenentur; sed si quis hæc, aspirante Domino, intento intellecta pulsaverit, de mysticis ejus sensibus ignem producit, ut in eis verbis post animus spiritualiter ardeat, quæ prius per litteram ipse quoque frigidus audiebat. Ecce enim propheta dicit:

Vgas. 44. — *Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad Aquilonem; et facies eorum contra viam Australiem unam, ex latere portæ Orientalis quæ respiciebat ad viam Aquilonis.*

**D** 2. In his itaque verbis litteræ ad amorem Dei cuius animus inservescat, quin potius non ex ipsa eorum lectione teperiat? Si autem latens in littera spiritualis medulla discutitur, per hoc scintillæ intellectus exeunt, et incidunt quod prius cordis auribus frigidum sonabat. Nobis tamen, ut se aspirante Domino interior intellectus aperiat, **1418** ipsa prius narratio juxta litteram patet. Ait enim quia porta erat interior, atque extra hanc atrium, quod appellatur interius; ac deinde aliae, id est Aquilonis, Austri, atque Orientis portæ describuntur, ut ipsum atrium quod esse extra portam interiorem dixerat a portis exterioribus esse interius ostendat. Atrium ergo hoc et foris, et intus est: foris, quia extra portam interiorem; intus autem, quia intra portas exteriores. Gazophylacia quoque cantorum esse in hoc eodem atrio narrantur, quæ a latere portæ posita dicuntur respicientis ad Aquilonem. Sed ipsa eadem gazophylacia

<sup>a</sup> Laud., lassentur.

<sup>b</sup> Idem pro nobis.

<sup>c</sup> Val. Cl., Ebroic., Lyr., sacri eloquii mystici sunt

<sup>d</sup> Longip. et Val. Cl., viam Orientalem.

<sup>e</sup> Longip., cum Norm., quod ipse.

lacia ad Australiem viam respicunt. Et subditur: *Ex latere portæ Orientalis, quæ respiciebat ad viam Aquilonis.* In quibus verbis apero intelligitur quia cantorum gazophylacia inter latus portæ respicientis ad Aquilonem, et latus portæ Orientalis fuerant posita, quæ porta videlicet respiciebat ad viam Aquilonis. Facies itaque gazophylaciæ contra viam Australiem, sed positio inter portam erat Orientalis et Aquilonis. Porta ergo interior habebat ex latere portam Aquilonis, ex alio quoque latere portam Australiem. In fronte vero vestibili Orientis porta surrexerat, & atque sic atrium quod erat extra portum interiorum, ut hoc quoque esset interior, porta exteriorum ambiebant.

3. Hoc de verbis hinc sub brevitate transcursum, ut in eis nouus mysticus non breviter exquisimus. <sup>a</sup> In parte autem superiori tres portæ descriptæ sunt, id est Orientis, Aquilonis, et Austræ; moxque interior osculares sibi servatae, id est Austræ, Orientis, et Aquilonis, ac deinde porta atrii interioris dicta est, in qua mensa de quadris lapidibus extremitates membrorantur; et porta quæ respiciebat ad Aquilonem, in qua mensa anno 1419 ad sacrificium, non ad holocaustum. Unde in interiori diximus significari Ecclesiam, in exteriori Synagogam. Sed, his explicatis, rursum propheta incipit interiorum portam, atque Iesu alias, id est Aquilonis, Austræ et Orientis describens, et in formam atrio intencipi, quod erat extrum portum interiorum, esse <sup>b</sup> gazophylacia, campanas, sacerdotes, templum, altare, sacrificia perlibet. In quibus verbis quia de sancta Ecclesie institutione narrare ait ab eis quæ primus dixerat compi, patet quod interioris portæ intellectum apparet. Si enim sub uno intellectu omnium dicaret, uno ordine ipsa atque alia non replicaret. Nam quowodo possumus <sup>c</sup> extra portum interiorum atrium, gazophylacia, cantores, sacerdotibus, templum, altare, sacrificia dicere, si per eandem portam interiorum hoc loquuntur Ecclesia designatur? Cum enim ecclesia hæc intra ipsam sint, quomodo extra portam interiorum sum, si extra Ecclesiam non sum? Indicandi argo porta interior potest ea de qua jam longe superius locuti sumus, quæ contra portam Aquilonis et Orientalem dicitur posita, per quam figurari dicitur adiunctum qui nobis ad interiora gaudia patrire copiosus aperitur, ut hic quoque per portas quæ circa vestibulum marginantur sancta Ecclesia, per portam vero interiorum ecclesiæ regni actus figuretur. Sed ne aperte eis verba sancti Spiritus restituam ad intellectum meum nesciisse indicare, et dicas quia de porta

<sup>a</sup> Laud. et Longip., contra viam Orientalem.

<sup>b</sup> Suess., Laud., Longip., atque sic atrium exterum portum interiorum, ut non quaque esset interiora portis quæ illud exteriorum ambiebant.

<sup>c</sup> Sic legitur hic locus in Longip., Laud. et Suess.: *In parte autem superiori, tres portæ descriptæ sunt, id est Orientis, Aquilonis, et Austræ. Tres aliae servatae, id est Austræ, Orientis, et Aquilonis. Quæ videlicet porta interior ad Aquilonem respiciens inter duo vestibula, et veterem exteriorem et novum portulum ex geminis, per*

A interiori significationem sanctæ Ecclesie quin semel dixi malore non debui, insulente Dei omnipotens gratia, <sup>d</sup> que capimus ipsa tenetibus, et et porta interior signat Ecclesiam, quæ nos ad interiora gaudia perducit; et gazophylacia, cantores, sacerdotes, templum, altare, sacrificia sicut in atrio quod est extra portam, et tamquam extra Ecclesiam non sunt. Si enim subtili investigatione perquirimus, nil obstat intelligi ut interiorum portam, sicut dictum est, conciam Ecclesiam sentiamus. De quo nunc dicitur: *Et extra portam interiorum gazophylacia cantorum in atrio interiori.* Hoc sunt etiam quæ dicuntur: porta interior, atque extra hanc atrium interior, quatenus hoc ipsum atrium et exterioris sit et interioris, a porta exteriori, interioris autem, sicut prædictum, portis quæ barrando subjungit.

4. Sancta enim Ecclesia duas vias habet, unam quam temporali duci, etiam quem in exteriorum recipit; unam qua laboret in terra, etiam qua remuneratur in celo; unam que mercedes colligit, etiam vero in qua jam de receptis mercedibus gaudet, atque in utriusque via offert sacrificium. Hic videlicet sacrificium compunctionis, et illuc sacrificium laudes. De hoc sacrificio dicitur: *Sacrificium Deo spiritus contributus* (Psal. 1., 10). De illo autem scriptum est: *Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes et holocausta* (ibid., 21). De quo rursum ait: *Ut cantor tibi gloria mea, et non campanges* (Psal. 44., 13). In quoque autem sacrificio carnes offeruntur, quia tunc oblatione carnis est massatio corporis, ubi oblatione carnis est in laudem Dei gloria resurrectionis. Tunc quippe illuc quasi in holocaustum offeruntur cora, quando in exteriora incensuptione permixta nihil contradictionis, nihil mortalitatis habuerit, quia tota sanguis amoris ejus ignibus accensa in laude sine fine permanebit. <sup>e</sup> 1420 Porta ergo hæc interior, id est in sancta Ecclesia habeat interiora sua, illam videlicet vitam quæ subiecte oculis nostris occulta est. Habet extra hanc atrium exteriorum, id est vitam presentem, in qua omne bonum agitur, ut ad bonum sine fine perveniat.

5. Sicut ergo in interiori atrio, quod tamquam extra portam est, gazophylacia cantorum, quia electi quique atque perfecti, qui adhuc in carne mortali subsistunt, et infra simum sunt sanctæ Ecclesie, et adhuc extra secreta gaudia interioris vitæ. <sup>f</sup> Sicut gazophylacia cantorum interiorum et exteriorum, quia corda canticorum quæ omnipotenti Deo desideriorum sunt per magni ardoris amplexum cantant, et iam facti sunt, et adhuc integrum sunt, quia in sancta Ecclesia hoc quod est interior, dicitur figurari. Sed his explicatis, etc., ut in Editio.

<sup>g</sup> Norm., esse gazophylacia cantorum. Sicut paulo post legitur: *tunc gazophylacia cantorum.*

<sup>h</sup> Lyr., extra portam exteriorum.

<sup>i</sup> Laud. et Suess., eundem intellectum quem de sanctis Ecclesiis typò diximus, sicut expimus, lenemus.

<sup>j</sup> Suess. et Longip., sint ergo gazophylacia cantorum extra portam interiorum et intra portas exteriorum, interiorum et exteriorum, quia.

etiam sine posita, et iam vident per spiritum quod in-  
tus fortius erunt, et tamen adhuc non vident per-  
fectio quod amant. Sunt itaque in interiori atrio gaz-  
ophylacia, sed extra portam, ut jam et intus sint por-  
desiderium, et adhuc intus non sint per plenaria  
effectum. Quid sunt autem gazophylacia cantorum,  
nisi sancta desideria amantium? Qui praecepta divina  
quasi quedam divitiae custodiunt in mente, quas  
cantando servant, quia mandata Dei non ex timore,  
sed ex amore et perficiunt; siueque ipsa sacri eloquii  
praeceptiones cantabiles sunt, quia non ex tristitia, sed  
ex desiderio semper operantur. Vultis cor justi quasi  
eiusmodi cantoris gazophylaciam audire? Cantabiles  
mihi erant iudicaciones sue in loco incolatus mei  
(Psalm. cxviii., 54). Iudicaciones Dei dicimus praecepta  
divina, quae nos justos faciunt, et si impleantur. Quae  
tunc nobis in loco incolatus nostri cantabiles sunt,  
quando in hac peregrinatione vita presentis  
ipsa eadem mandata diligimus, et ex desiderio  
impleamus. Hinc est quod idem Psalmista iterum  
ex cantorum gazophylacio se insinuat, qui ait: *Misericordiam et iudicium canabo tibi, Domine* (Psalm.  
8, 1).

6. Misericordiam Domini, qua peccata laxantur,  
cantare etiam peccator debet, id est hanc cum ga-  
dio dicere aliquid sperare. Sed quis ita justus est, ut  
ejus sibi eternum iudicium ante mentis oculos revo-  
ceret, et non contremiscat, ac potius venire ad illud  
examen tanpi judicis presumat, festinet, et gaudeat? Quisquis ille est, magnus est, quia, jam misericor-  
diam Domini et iudicium cantando, omnipotentem  
Deum, qui ejus peccata misericorditer relaxat, toto  
mentis affectu diligit, ac propterea ejus iudicium non  
pertimescit. *Charitas namque perfecta*, ut Joannes  
apostolus ait, *foras mittit timorem* (I Joan. iv., 18). Cantat quippe iudicium, ad quod intrare non trepi-  
dat. Sit ergo mens illius gazophylacium cantorum, ut  
per divitias misericordiae quas accipit latet perget ad  
iudicium, quod jam non pertimescit. Videamus si  
placet, fratres charissimi, aliud quoque gazophyla-  
cium cantoris. Forsitan et ipse iudicium cantat. Quid  
etenim dicit? *Ego enim iam delibor, et tempus meus resolutionis instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; de reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus iudex* (II Tim. iv., 6, seq.). Qui laborum  
suorum conscient, memor certaminis quod egit, memor  
fidei quam servavit, esse sibi in iudicio repositam  
coronam dicit, eamque sibi in illa die [142] reddi  
sperat potius quam donari, profecto patet quia iudi-  
cium cantat, quod venire desiderat. Unde etiam  
subdit: *Non solum autem mihi, sed et his qui diligunt adventum ejus* (Ibid., 8). Nemo enim adventum  
iudicis diligit, nisi qui se habere causam in iudicio

<sup>a</sup> Idem cum Laud. *Antiphon. Cantare quippe gau-*  
*dentis est, et eis ipsa sacri, etc.*

<sup>b</sup> Additur in Laud. et Longip., *a nobis.*

<sup>c</sup> Ita omnes MSS. Anglic., Norm., etc. In Editio  
legitur, mutato sensu, *du potius.*

<sup>d</sup> Norm., *iusti iudicis*.

A bona novit. Karum ergo corda qui adventum et iu-  
dicis diligunt gazophylacia cantorum sunt, quia per  
presumpcionem gratia et vita, per virtutes sancti  
desiderii cantant iusti iudicium, quod omnes injusti  
pertimescant.

7. Meminit autem charitas vestra quia superiori  
locutione per portam Orientis fidem, per Aquilonis  
spem, per Austri autem charitatem diximus desi-  
gnari. Haec itaque gazophylacia inter portam Orientis  
et Aquilonis esse memorantur, atque ad viam Au-  
straliam respicere, quia corda sanctorum, inter fi-  
dem et spem positi. Australem viam respiciunt,  
quoniam sancta charitatis ignibus ardescunt. Ipsa  
quoque Orientalis porta respicere dicitur ad viam  
Aquilonis, quia nobis per fidem quidem omnia in  
baptismate peccata laxantur, sed tamen dum adhuc  
hic vivimus, etiam post fidem scipi ad peccata de-  
clinamus. Et quasi Orientalis porta viam Aquilonis  
respicit, cum vita nostra post perceptam fidem adhuc  
aliquatenus in frigore culpa torpescit. Quis enim in  
hac vita valeat post fidem sine culpa vivere, cum  
Joannes dicit: *Si dixerimus quia peccatum non ha-*  
*benus, ipse nos seducimus, et veritas in nobis non est* (I Joan. 1, 8)? Cujus verbis Jacobus concordans,  
ait: *In multis enim offendimus omnes* (Jac. iii., 2). Si  
autem peccata praeterita in fidei perceptione dimissa  
sunt, et adhuc post fidem ad peccata declinatur,  
quae nobis erit presumptio iustitiae, quae spes vita  
permanens nisi ut nunc, dum adhuc inter portam  
Orientis et Aquilonis sumus, ad viam Austri mentis  
oculos levemus, quatenus, ex sancta charitate fer-  
entes, calor nos amoris libaret et a culpa torporis  
et frigoris? Sunt ergo gazophylacia inter portam  
Orientis et Aquilonis; sed, sicut dictum est, ad Au-  
straliam viam facies intendanti, ut inter hoc, quod  
nati in fide sumus, et quod post, ad peccata delapsi,  
de spe et pietatis presumimus, exerceamus nosmet-  
ipsos in ardore charitatis, et ibi tendamus oculos  
cordis, ubi accendimur ignibus amoris.

8. Potest autem per Aquilonis portam gentilitas,  
per Austri viam Iudea, per Orientis autem portam  
ipse Dominus designari. Per Aquilonem quippe non  
immerito gentilites figuratur, quam ille in torporis  
frigore possedit et qui dicit: *Sedebi in monte testa-*  
*menti, in lateribus Aquilonis* (Isai. xiv., 13). Per Au-  
straliam quoque portam recte Iudea accipitur, in qua  
spiritales patres coelesti amore serbuerunt. Quorum  
unus loquitur, dicens: *Converte, Domine, captivi-  
tam nostram, sicut torrens in Austro* (Psalm. cxxv., 4). Quae  
etsi carnalem populum habuit in quo velut  
Aquilonis frigora portavit, in sanctis tamen suis do-  
ctoribus ac Prophetis ad Deum ac proximum calore  
charitatis arsit. Orientalis autem porta non immerito  
ipsum signat, de quo scriptum est: *Ecce vir, Oriens*

<sup>e</sup> Vulgat., *a culpa torporis, ipsius MSS. Anglic.,*  
*Norm., Val. Cl., etc.*

<sup>f</sup> Laud. et Longip., *misericordiae.*

<sup>g</sup> Male Vulgat., *possidet, cogentibus MSS. et rei*  
*veritate legere possedit.*

*nomen ejus (Zach. vi, 12).* Et de quo Zacharias ait : *Visitavit nos Oriens ex alto (Luc. i, 78).* Sint ergo gazophylacia cantorum ex latere portæ Aquilonis, quia non solum **1422** in Iudea fuerant corda sanctorum spiritualiter accensa, sed etiam in gentilitatis multitudine ad sancta fidei sacramenta conversæ ardent corda sanctorum amore coelestis patriæ, inhiant gaudiis æternis, suspirant ad societatem suorum ci-vium in cœlo; sed tamen exempla hujus ardoris, quem dono sancti Spiritus acceperunt, a spiritualibus patribus Synagogæ capiunt. Unde ipsa quoque gazophylacia et in Aquilonis latere posita oculos ad viam Australem tendunt. Ecce enim ex gentibus venimus; sed in hoc quod per sancti Spiritus amorem calemus, Iudeæ patres aspicimus, qui nobis in suis dictis quotidie sancti desiderii exempla præbent.

9. An non quasi calore meridiani fervoris ardebat, qui aestuabat, dicens : *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam et parebo ante faciem Dei (Psal. xli, 2, 3)?* Qui rursus ait : *Psallum et intelligam in via immaculata, quando venies ad me (Psal. c, 2).* Hoc quoque ardore succensus fuerat qui dicebat : *Nunc dimittis, Domine, servum tuum secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum (Luc. ii, 29, 30).* Quia ergo ex gentilitate venimus, sed sanctos Iudeæ patres nobis in divini amoris imitatione proponimus, quasi quedam cantorum gazophylacia ex latere portæ quæ viam Aquilonis respicit sumus, sed ad viam Austri facies tenemus.

10. Et notandum quod hæc eadem gazophylacia inter portam Aquilonis et Orientis esse perhibentur, quia videlicet post incarnationem Dominicam multitudine gentium ad fidem venit, atque inter ipsos fidèles populos <sup>b</sup> et sacramenta dominicæ incarnationis quam medullitus diligunt, corda amantium surgunt. Habeant ergo <sup>c</sup> sancta gazophylacia, hinc Orientis portam, et inde Aquilonis, quia inter ipsa redempcionis suæ mysteria quæ sequuntur, et carnales quosdam quos et intra sanctam Ecclesiam tolerant, multi in Deum forti amore proficiunt, virtutibus exerescunt, æterni judicis adventum querunt, et inter ea quæ amant atque illa quæ tolerant, quasi quedam gazophylacia, divitias spiritu<sup>s</sup> in mente servant. Nec inter sacramenta quæ diligunt et quedam contraria quæ portant deficiunt, quia ad Australem viam facies intendunt. Quid euim patimur quod patres nostri pro amore Domini antea non pertulerunt.

11. Notandum vero quod inter portam Austri et Aquilonis Orientalis porta esse describitur, quia Dominus ac Redemptor noster de Iudea est natus, moxque in fide sua Ecclesiam ex gentibus <sup>d</sup> traxit. Quasi enim inter meridianam portam et Aquilonis

A apparuit, quia ex illa venit, et istam in suum servitum convertit. Unde et bene dicitur quod porta eadem Orientalis ad viam respicit Aquilonis, quia natus Dominus Synagogam deseruit, et multitudinem gentium collegit. Notandum quoque est quod dum de gazophylaciis diceretur : *Et facies eorum ad viam Australem*, additum est *unam*, ut videlicet aperte sentiamus quia non alia est via ad coelestem patriam nobis qui ex gentilitate venimus, atque alia illis patribus qui fuerunt **1423** in Iudea; sed hæc eadem una via est nodis ei illis, quæ nos ad æterna gaudia perducit, quæ nobis per Evangelium dicit : *Ego sum via, veritas, et vita (Joan. xiv, 6).* De qua Psalmista ait : *Ut cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum (Psal. lxvi, 5).* Quod enim

B Hebraice Jesus, hoc Latine dicitur salutaris. In terra ergo via cognoscitur, quia Jesus, Deus ante sæcula, et homo factus in fine sæculorum, gentibus est manifestatus. Una ergo est via et illis qui ab Austro sunt, et his qui ab Aquilonis <sup>e</sup> parte respiciunt, quia electis Iudeis et gentibus Dominus ac Redemptor noster, expulsa pena formidinis, ad Patrem factus est iter aioris, atque adjutorium perventionis. Sequitur, — VERS. 45 : — *Et dixit ad me : Hoc gazophylacium quod respicit viam meridianam, sacerdotum est qui excubant in custodiis templi. Atque mox subditur :*

Vers. 46. — *Porro gazophylacium quod respicit ad viam Aquilonis sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris.*

C 12. In quibus prophetæ verbis prius nobis querendum est qui sint majoris ordinis sacerdotes, utrum hi qui in custodiis excubant templi, an qui in ministerio altaris. Sed quia paulo post subditur : *Altare erat ante faciem templi*, aperte ostenditur illos esse majoris ordinis sacerdotes qui in custodiis templi excubant, quia profecto in altari quod est interiorius ministrant. Hi autem qui ad altare quod ante faciem templi est excubant tanto inferiores sunt quanto in exterioribus ministrant. Quærendum ergo nobis est qui sacerdotes sint qui tempium custodiunt, et qui ad ministerium altaris excubare perhibentur. Magister gentium, fidelibus scribens, ait : *Tempium Dei sanctum est, quod estis vos (I Cor. iii, 16).* Qui itaque sacerdotes sunt qui templum Dei custodiunt, nisi hi qui orando, prædicando, spiritualibus actibus vigilando, sanctam Ecclesiam a malignorum spirituum immissionibus, a pravorum suasionibus, ab hereticorum erroribus defendunt? An non custos templi fuerat <sup>f</sup> qui, labores suæ passionis enumerans, dicit : *In labore et æratura, in vigiliis multis, in fame et siti, in jejuniis multis, in frigore et nuditate (II Cor. xi, 27)?* Atque statim subdit : *Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiæ (Ibid., 28).*

<sup>a</sup> *Gemet., assentientibus aliis Norm., dimitte, quod fert Græcus texius.*

<sup>b</sup> *Longip., ex sacramentis.*

<sup>c</sup> *Editi, sancti gazophylacia. Refelluntur ex omni-*

*bus MSS. nostris*

<sup>d</sup> *Val. Cl., cum Norm. omnibus, construxit.*

<sup>e</sup> *Ita unanimiter MSS. At Editi, poeta*

<sup>f</sup> *Longip., qui laboris sui passione.*

Pensate, quæso, custos templi quanta sollicitudine vigilet. Ecce enim in seipso inestimabilia patitur, et cordis sui sollicitudinem aliis impartitur. Cujus rogo virtutis est plus de utilitate proximorum quam de sua afflictione cogitare? Quis hoc digne aestimet? quis digne penset? Laborat, luget, esurit, silit, alget, jejunat, vigilat, et tamen vigilando de Ecclesiærum omnium sollicitudine cogitat. Ecce est solerterius custos templi in exemplo propositus. Imitetur qui valet. Adversa etenim pro veritate pati, bona proxini impendere, circa animarum sollicitudinem vigilare, ne quis in perfidiam, ne quis in superbiam, ne quis in rapinam, vel immunditiam labatur, exquirere atque compescere, hoc est templum Dei, id est sanctam Ecclesiam, custodire.

13. Sunt autem minoris ordinis sacerdotes, qui ad ministerium altaris excubant, qui videlicet <sup>a</sup> in adjutorium majorum peccata delinquentium subtiliter ~~1424~~ investigant, et vitam carnalium corrigunt, atque ad hoc usque perducunt, ut per lamenta poenitentiae quasi incendant carnem in sacrificio, quam prius vivere permiserant in peccato. Non enim hi qui sanctis Ecclesiis præsunt per semetipsos cuncta agere prævalent. Sed dum ipsi causis spiritualibus occupantur, si qua prava ac carnalia perpetrantur, hæc aliis discutienda atque corrigenda committunt. Per quos dum carnis vita corrigitur, et usque ad abstinentiae atque orationis studium a proficiuntibus pervenitur, quasi in altari jam caro incenditur, ut in conspectu omnipotentis Domini inde sacrificium redoleat, unde prius culpa displicebat.

14. Sed hac in re quæstio oritur, cum superius dictum sit quod gazophylacia ad Australem viam facies haberent, qua ratione nunc dicatur quia gazophylacium quod respicit viam meridianam sacerdotum est qui excubant in custodiis templi, et gazophylacium quod respicit viam Aquilonis sacerdotum qui excubant ad ministerium altaris. Si enim utraque facies ad Australem viam <sup>b</sup> tendebant, quomodo nunc unum ad meridianam atque aliud ad Aquilonis viam respicere dicitur? Sed in his verbis agnoscimus quod gazophylacium sacerdotum qui excubant in custodiis templi ita positum fuerat, ut solam meridianam viam respiceret; gazophylacium vero sacerdotum qui excubant ad ministerium altaris ita erat in atrio, ut et ad Australem viam et Aquilonis faciem tenderet, <sup>c</sup> quatenus et cum gazophylacio sacerdotum qui excubant in custodiis templi meridianam viam asperceret, et tamen sine gazophylacio eorumdem sacerdotum gazophylacium sacerdotum qui excubant ad ministerium altaris Aquilonis viam videret. Sed quid est hoc, fratres charissimi? quid in his verbis mysticum possumus intueri, nisi hoc quod secundum ea quæ præmissa sunt jam spiritualis <sup>d</sup> auditor intelligit, quia sacerdotes majoris ordinis,

A qui excubant in custodiis templi, solam meridianam viam respiciunt, quoniam, solis studiis spiritualibus occupati, semper his quæ amoris Dei sunt sollicite intendunt; sacerdotes autem minoris ordinis, qui discutiendis peccatis delinquentium præsunt, etiam ad Aquilonis viam oculos reflectunt, ut in mente peccantium quæ sint torporis frigora videant, et hæc, verbis correptionis usque ad poenitentiae gemitus perducentes, quasi carnes in altari Domini incendant? Respiciant etiam cum magnis sacerdotibus ad meridianam viam, quia, quantum ad semetipsos est, fervent igne charitatis, et succensi sunt flammis amoris Dei. Sed quia peccata delinquentium crebro corrigitur; etiam ad Aquilonis viam oculos reducunt. De utrisko autem sacerdotium ordinibus subditur:

B *Ibid. — Isti sunt filii Sadoch, qui accedunt de filiis Levi ad Dominum ut ministrent ei.*

15. Sadoch Latine dicitur justus. Quis autem iustus est, nisi ipse cui dicitur: *Justus es, Domine, et rectum judicium tuum (Psal. cxviii, 137)*? Qui vero sunt filii iusti, nisi hi de quibus scriptum est: *Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri (Joan. 1, 12)*? Levi autem interpretatur assumptus. Quis ~~1425~~ autem a Domino assumptus est, nisi populus fidelis, qui per sacramenta fidei est a perfidis segregatus? Omnes ergo qui perseveranter spiritualibus actibus intendunt filii sunt iusti. Et de filiis populi assumpti accedunt ad Dominum ut ministrent ei, quia de ipsis quoque fidelibus eliguntur, qui ad omnipotentis Dei ministerium veniant, C et coelestibus studiis pro eruditione populi intendant.

16. Sed nobis solerter inquirendum est qui sunt qui Domino ministrant. Neque enim omnes qui legunt, omnes qui prædicant, omnes qui propria tribuunt, omnes qui per carnis abstinenciam corpus castigant, Domino ministrant. Qui enim legendo atque prædicando, gloriam propriam querunt, largiendo quæ habent, et corpus in abstinentia macerando, laudes recipere ab hominibus appetunt, sibi, non Domino, ministrant. Quo contra per Psalmistam Dominus dicit: *Amulans in via immaculata, hic mihi ministrabat (Psal. c, 6)*. Habet enim maculam in via qui in bono opere quod agit terrenæ gloriæ sibi præmium proponit, qui in hoc mundo recipere mercedem querit, et sedat in conspectu Dei speciem boni operis macula pravæ intentionis. Fortasse etenim quis disciplinæ studio intentus servet, culpas delinquentium resecat, qui tamen ad hæc agenda si non ex omnipotentis Dei amore, sed zelo proprio ducitur, sibi in his, et non Domino, ministrat. Alius, ne asper esse videatur, multa leniter tolerat quæ prave perpetrantur. Iste itaque, quia videri pro Domino districtus non vult, per lenitatis suæ studium sibi, et non Domino, ministrat. Restat ergo ut sive in verbi ministerio sati-

<sup>a</sup> Land., in auditorum malorum. Longip., in auditorum suorum.

<sup>b</sup> Laud., Longip., Rothomag., tenebant.

<sup>c</sup> Lyr. et Longip., quatenus et gazophylacium sacer-

PATROL. LXXVI.

<sup>d</sup> Lyr. Laud., et cum gazophylacium.

<sup>d</sup> Lyr., adjutor majoris ordinis queat intelligi; sicque olim lectum in Rothomag.

<sup>e</sup> Lyr. addit vel reeperiunt eum.

gener, sive radicibus nostra largianur, sive per abstinemiam carnem domessemus, sive zelo moveamur, sive per patientiam aliquando leniter prava toleremus, ut nos summopere debeamus intentionem nostram discedere, quatenus omne quod facimus, non nostro, sed Domini zelo faciamus, ne in his quae agimus nobis potius quam Domino ministremos. Non enim Domino, sed sibi, ministraverant de quibus Paulus dicebat : *Omnes quae sunt sunt querunt, non quae sunt Iesu Christi (Philip. ii, 21)*. Idem vero Paulus cum electis fratribus non sibi ministrare, sed Domino, et vivendo et moriendo festinabat, dicens : *Nemo nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domini sumus (Rom. xiv, 7, 8)*. Sibi enim sancti nec vivunt, nec moriuntur. Sibi non vivunt, quia per omne quod agunt, ad lucra spiritualia anhelant, atque orando, praedicando, sanctis operibus insistendo, coelestis patricie eives multiplicare desiderant. Sibi minime moriuntur, quia in conspectu hominum Deum de sua morte glorificant, ad quem pervenire etiam moriendo festinant. Pensemus itaque in morte sanctorum non quantum eorum opprobrium ab infidelibus fuit, sed quanta laus Domini in corde fidelium excrevit. Qui si suam laudem quererent, profecto pati tot opprobria in morte timuissent. Sed <sup>b</sup> nemo nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur, quia suam gloriam nec vivendo, nec moriendo quæsierunt. Videamus si ipse primus pastor Ecclesiæ, qui sibi non vixit, sibi sit mortuus. Joannes ejus socius requiratur, et ex verbis Domini **1426** de morte pastoris ejusdem dicat : *Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum (Joan. xx, 19)*. Non ergo sibi est mortuus qui Deum clarificavit in morte. Discamus igitur, fratres mei, intentionem nostram in omne quod agimus sollicita inquisitione discutere, et nostra non quærere, si omnipotenti Deo volumus ministrare. Sed quia ex fidei populo filios Sadoch ad omnipotentis Dei ministerium diximus <sup>c</sup> assumi, nunquid in eodem populo non sunt multi qui inveniantur in mandatis Dei vivere perfecti ? Sunt omnino ; nam subditur :

**VERS. 47.** — *Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, et latitudine centum cubitorum per quadrum.*

17. Sæpe jam per longitudinem longanimitatem spei, per latitudinem vero charitatis amplitudinem diximus signari. Centenarius autem numerus in quo denarius decies ducitur, quod summam perfectionis signet, plene superius dictum est (*Hom. 6, olim 18, num. 16*). Quid est igitur atrium spiritualis ædificii, nisi amplitudo fidelium populorum ? Ipsa autem longanimitas spei et latitudo charitatis vacua in cordi-

<sup>a</sup> *Laud. et Longip., sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus sive morimur, Domini sumus.*

<sup>b</sup> *Editi, nemo illorum. Secus in omnibus MSS.*

<sup>c</sup> *Ita idem MSS. Vulgati habent assumptos.*

<sup>d</sup> *Longip., major spei et fidei.*

<sup>e</sup> *Eliroic., Sag., Rothomag., Lyr., tempus et locum operandi appetit.*

<sup>f</sup> *Long., fideles populi.*

A bus fidelium non est, nam per fidem quidquid valet operatur. Unde per Paulum dicitur : *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur (Gal. v, 6)*. Si ergo in vita fidelium juxta quemdam modum per singulos perfecta est longanimitas spei, perfecta latitudo charitatis, perfecta certitudo fidei, perfectum studium operationis, atrium templi per quadrum centum cubitos habet. In mensura autem quadri non aliud latitudo mojus est, atque aliud minus, sed cuncta simul quatuor latera æquali spatio tenduntur, quia et ipsas easdem virtutes, quas diximus, fidem scilicet, spem, charitatem atque operationem, quandiu in hac vita vivimus, æquales sibi esse apud nosmetipsos invenimus. Idcirco autem <sup>d</sup> major spe et fidei charitas dicitur, quia postquam ad auctoris nostri speciem pervenitur, spes quidem et fides transit, sed charitas permanet. Nam nunc et quantum credimus, tantum amamus ; et quantum amamus, tantum de spe præsumimus. De fide quoque et operatione Joannes apostolus fatetur, dicens : *Qui se dicit nosse Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est (I Joan. ii, 4)*. Notitia quippe Dei ad fidem pertinet, mandatorum custodia ad operationem. Cum ergo virtus, <sup>e</sup> tempus et locus operandi suppetit, tantum quis operatur, quantum Deum noverit ; et tantum se nosse Deum indicat, quantum pro Deo bona operatur. Metiantur ergo <sup>f</sup> fideli populi virtutes in quadrum, quia unusquisque qui in activæ vitæ exercitio versatur tantum credit <sup>g</sup> quantum sperat, et amat, et operatur ; tantum sperat quantum credii, operatur et amat ; tantum amat quantum credit, sperat et operatur ; tantum operatur quantum credit, amat et sperat. Quia itaque in sanctæ Ecclesiæ populo multi sunt et robusti per fidem, et longanimes per spem, et ampli per charitatem, et efficaces per operationem, atrium templi centum cubitis in quadro mensuratur.

**D** 18. Nam ut aliquid quoque de eorum virtutibus loquamur, **1427** sæpe ex eis quosdam videmus prudentes per intelligentiam, fortes in adversitate, justos in operatione, temperantes a voluptatibus, atque in omni zelo discretionis se mensura moderantes. Qui dum prudentiam, fortitudinem, justitiam, atque temperantiam, vel, sicut eas enumerare quibusdam placet, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, atque justitiam tenent, mensuram spiritualis atrii in quadro habent. Ecce enim ipsæ virtutes quas habere bonos ac fideles diximus ita in quadro sunt, ut una aliam non excedat. Magna quippe est prudentia ; sed si minus est a voluptatibus temperans, minus in periculis fortis, minus in operationibus justa, præfecta minus est prudens. Magna est temperantia ; sed si

<sup>g</sup> *In Longip., quantum sperat, amat et operatur, tantum sperat quantum credit et amat. Cetera desunt. In Editis ante Guscanv. : qui in hoc vitæ exercitio versatur, tantum credit quantum sperat et amat, et tantum operatur quantum credit, amat et sperat. Quæ deerant supplevimus ex MSS. Norm. et Anglic. Codex Laud. hic deficit.*

minus intelligit unde se temperet, si adversa sustinere per fortitudinem minus valet, atque in timore animum dejicit, si per præcipitationem suam aliquando ad injustitiae opera prorumpit, minus est temperans. Magna est fortitudo; sed si minus intelligit quæ bona custodiat, quibus malis resistat, si minus a voluptatis appetitu se temperat, sed vincitur delectatione, si justitiae opera minus tenet, atque aliquando in injustitiae dominatione superatur, minus est fortis. Magna est justitia; sed si minus quam debet inter justa et injusta opera discernit, si minus cor a mundi delectatione temperat, si minus se contra adversa confortat, minus est justa. Mensuretur ergo perfectorum fidelium vita per quadrum, et tantum habeat spiritualis atrii latus unum, quantum latera singula, quia unusquisque tantum prudens est quantum temperans, fortis et justus; tantum temperans quantum prudens, fortis et justus; tantum fortis quantum prudens, temperans et justus; tantum justus quantum prudens, temperans et fortis fuerit. Sunt tamen inter eos plurimi qui adhuc carnaliter vivunt. Qui et si fortasse litteras ignorant, et præcepta Dei legere non valent, certe in multorum fidelium conversatione bona quæ imitantur vident. Ecce in Ecclesia voces sancti Evangelii atque apostolorum sonant, ecce exempla bene viventium quotidie omnium oculis opponuntur. Nec in excusatione dicere poterunt: Non vidimus quod imitari deberemus. Unde et subditur:

IND. — *Et altare ante faciem templi.*

19. Quid est templum, nisi fidelis populus? sicut per Paulum apostolum discipulis dicitur: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos* (*I Cor. iii, 17*). Et quid est altare Dei, nisi mens bene viventium? Qui peccatorum suorum memores lacrymis maculas lavant, carnem per abstinentiam macerant, nullis se mundi bujus actionibus miscent, que habent indigentibus tribuant, et habere quæ non habent non concapiscunt. Recte igitur horum cor altare Dei dicitur, ubi ex mœro compunctionis ignis ardet, et caro consumitur. Et nunquid non tales, fratres charissimi, quotidie in sancto hoc b<sup>1</sup> fideli populo quasi in templi atrio videmus? Nunquid non eorum vitam nobis ad exemplum propositam indesinenter aspicimus? Altare ergo ante faciem templi est, cum multi in sanctæ Ecclesiæ conspectu sunt positi, qui, æterni iudicij memores, semetipsos quotidie **1428** Deo sacrificium in lamento compunctionis inactant. Qui, ut prædictum est, corpora castigant, quatenus hoc quod per Magistrum gentium dicitur impleant: *Ut zekibetis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem* (*Rom. xii, 1*). Hostia quippe occiditur at offeratur. Sed hostia vivens est corpus pro Domino affictum. Quod et hostia dicitar, et vivens, quia

<sup>a</sup> Val. Cl. et Norin., quibus consentiunt vet. Ed., si minus curam mundi delectatione temperat.

<sup>b</sup> Val. Cl., fieri populo.

<sup>c</sup> In Gemet. et al. Norm. unum membrum alteri præponitur.

<sup>d</sup> Val. Cl., afficiunt.

A vivit in virtutibus, et est a viis occisum. Nossia videlicet, quia jam huic mundo est a pravis actibus mortuum; vivens autem, quia cuncta quæ prævaleat bona operatur.

20. Sed quia sub altaris nomine de compunctionis flamma sermo se intulit, necessarium puto quæ sit diversitas ejusdem compunctionis ostendere. Alia quippe compunctionis est quæ per timorem nascitur, alia quæ per amorem, quia aliud est supplicia fuge-re, aliud præmia desiderare. Unde etiam in tabernaculo per legem duo altaria fieri jubentur, unum videlicet exterius, aliud vero interius; unum in atrio, aliud ante arcam; unum quod ære coopertum est, aliud quod auro vestitur. Atque in altari æreo cre-mantur carnes, in altari vero aureo incenduntur aromata (*Exod. xxxix, 37, 38; xl, 5, seq. etc.*). Quid est hoc, fratres charissimi, quod foris concremantur carnes, intus aromata, nisi hoc quod quotidie vide-mus, quia duo sunt compunctionis genera, et quia alii adhuc per timorem plangunt, alii vero jam se per amorem in lamentis afficiunt? Multi namque, pecca-torum suorum memores, dum supplicia æterna per-timescunt, quotidianis se lacrymis et affligunt. Plan-gunt mala quæ fecerunt, et incendunt vitia igne compunctionis, quorum adhuc suggestiones in corde patiuntur. Quid isti nisi altare sunt æreum in quo carnes ardent, quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur?

21. Alii vero, a carnalibus vitiis liberi, aut longis jam fletibus securi, amoris flamma in compunctionis lacrymis inardescant, coelestis patriæ præmia cordis oculis proponent, supernis jam civibus interesse concupiscunt. Dura eis apparebat servitus, longitudo peregrinationis suæ. Regem in decore suo videre desiderant, et aere quotidie ex ejus amore non cessant (*Isai. xxxiii, 17*). Quid isti nisi altare sunt æreum, in quorum corde aromata incensa sunt, quia virtutes ardentes? Bene autem de eodem altari dicunt quod ante velum arcæ sit positum in sancta sanctorum. Arca quippe testamenti ipse nobis factus est de quo scriptum esse novimus: *In quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae abeconditi* (*Colos. ii, 3*). Arca intra velum est Redemptor noster in celo. Altare vero aureum in quo thymia-ma incenditur et ante velum sanctorum corda, quæ cum magnis virtutibus in Dei amore succensa sunt, per sanctum desiderium in illo ardentes quem adhuc revelata facie videre non possunt. Inter arcam quippe et altare velum est, quia hoc quod nos adhuc a visione Dei separat corruptionis nostræ obstatulum remotum non est. Sed quousque ante velum sumus oportet ut quasi thymia-matis incensum flamma amoris ardeamus. Per compunctionis autem lacrymas nil terrenum, nil transi-

<sup>e</sup> Sic restituendum duximus MSS. auctoritate et ratione freti. In Vulgatis legitur: *ante velum, quia sanctorum corda*. Quia lectione sequi videtur Christum esse arcam et altare, contra sancti Gregorii intentum, qui Christum quidem dicit arcam esse, corda vero fidelium charitate flagrantium altare aureum.

torium quærere debemus. <sup>a</sup> Solus ipse nobis sufficiat qui fecit omnia. Transcendamus per desiderium omnia, ut mentem colligamus in unum. **1429** Non jam timore pœnarum, non memoria vitiorum, sed amoris flamma succensi, ardeamus in lacrymis cum odore virtutum.

**22.** Ista electorum oratio jam prospiciebatur, cum in sponsæ laude diceretur : *Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrræ et thuris, et universi pulveris pigmentarii (Cant. III, 6)?* Sancta quippe electorum Ecclesia cum ab hoc mundo in sanctis precibus ardenti amore se erigit, per desertum quod deserit ascendit. Qualiter vero ascendat adjungit : *Sicut virgula fumi ex aromatibus (Ibid.).* Fumus de incenso nascitur, sicut per Psalmistam dicitur : *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo (Psal. cxi, 2).* Fumus excutere lacrymas solet. Itaque fumus est ex aromatibus, compunctionis concepta ex virtutibus amoris. Quæ tamen oratio fumi virgula dicitur, quia dum sola cœlestia postulat, sic recta progreditur, ut ad terrena atque temporalia <sup>b</sup> petenda minime reflectatur. Et notandum quod non virga, sed virgula nuncupatur, quia interdum in compunctionis ardore tantæ subtilitas est vis amoris, ut hanc necipse animus possit comprehendere, qui illuminatus meruit habere.

**23.** Bene autem dicitur, *myrræ et thuris.* Thus enim ex lege Domino in sacrificio incenditur. Per myrram vero corpora mortua conduntur, ne a vermis corruptantur. Myrræ ergo et thuris sacrificium offerunt qui et carnem afficiunt, ne eis corruptionis vicia dominantur, et redolentem in conspectu Domini amoris sui hostiam incendunt, <sup>c</sup> seque ipsos Deo in sanctis virtutibus exhibent. Unde et illuc subditur : *Et universi pulveris pigmentarii.* Pulvis est pigmentarii virtus bene operantis. Et notandum quod virtutes bene operantium non pigments, sed pulveres dicuntur.

<sup>a</sup> Excusi contra MSS. omnium nostr. fidem, *solutus nobis desiderium perficit.* Et infra, *ut mente colligamus.*

<sup>b</sup> Longip., appetendo, pro terreno studio minime reflectatur.

<sup>c</sup> Additur in Longip. : *myrrha itaque quia se cruciant, et cruciando se a vitiis conservant.* Thus vero

**A** tur. Cum enim **1430** quælibet bona agimus, pigmenta offerimus. Cum vero ipsa etiam bona quæ agimus retractamus, et, ne quid in his sinistrum sit, judicio retractionis attendimus, quasi ex pigmentis pulverem facimus, ut orationem nostram Domino per discretionem et amorem subtilius incendamus.

**24.** Ecce hæc, ut, Deo largiente, potuimus, coram vobis, fratres charissimi, rimati sumus. Nemo autem me reprehendat, <sup>d</sup> si post hanc locutionem cessavero, quia, sicut omnes cernitis, nostræ tribulationes excreverunt : undique gladiis <sup>e</sup> circumfusi sumus, undique imminens mortis periculum timemus. Alii, detruncatis ad nos manibus redeunt, alii capti, alii interempti nuntiantur (*Joan. Diac.*, l. IV, c. 67). Jam cogor linguam ab expositione retinere, quia tædet animam meam vitæ meæ (*Job. x, 1*). Jam nullus a me sacri eloquii studium requirat, quia versa in luctum cithara mea, et organum meum in vocem lamentum (*Ibid.*, xxx, 31). Jam cordis oculus in mysteriorum discussione non vigilat, quia dormitavit anima mea præ tædio (*Psal. cxviii, 28*). Jam minus lectio animo dulcis est, quia oblitus sum manducare panem meum a voce gemitus mei (*Psal. ci, 5*). Cui autem vivere non licet, de Scripturæ sacræ sensibus loqui mystica qualiter libet? Et qui cogor quotidie amare bibere, quando possum dulcia propinare? Quid igitur restat, nisi ut inter flagella quæ ex nostris iniquitatibus patimur cum lacrymis gratias agamus? Ipse etenim qui nos creavit etiam pater nobis factus est per adoptionis spiritum quem dedit. Et aliquando filios pane nutrit, aliquando flagello corrigit, quia per dolores et munera ad hæreditatem perpetuam erudit. Sit itaque gloria omnipotenti Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæculorum. Amen.

quia Dei visionem diligunt, ad quam pervenire medul-litus inardescunt, seque, etc.

<sup>d</sup> Longip., si post hæc a locutione.

<sup>e</sup> Ebroic., circumfossi.

<sup>f</sup> Norm., per dolores innumeros. Val. Cl., per dolores et vulnera innumera.

## ADMONITIO IN OPUS SUBSEQUENS.

**1431** I. In subsequentes homilia longius præfari nos vetat quæ ipsis præfationis vice præmittitur sancti Gregorii epistola, in qua sere quidquid ad illas scitu dignum occurrit explicatur. Illas autem homiliis in Ezechielem ea ratione subjecimus, qua, in sacrarum Scripturarum serie, libris Veteris Testamenti Evangelia et quæque ad Novum pertinent postponuntur. Alioquin habitas illas suisse, saltem alias, antequam sanctus Doctor Ezechielem prophetam populo exponere inciperet legenti primani statim constabit. Nimirum pastor optimus, ut verbo simul et exemplo iis quibus præterat præcesset, statim ac apostolicam cathedram consendit, nullam verbi divini prædicandi vacationem, etiamsi assiduis morbis vexaretur, innumerisque distraheretur curis, sibi indulgandam putavit.

II. Mira aviditate statim exceptas illas homilia mirabiliori modestia conquestus est humilis noster Ecclesiastes, in sua ad Secundinum epistola mox subjicienda. Certe quanto semper in pretio sint habitæ, inde liquet, quod omnes, una forsitan excepta aut altera, divinis officiis, præ cæteris sanctorum Patronum homiliis, jam olim fuerint insertæ. Nec immerito quidem, cum in ipsis, literali sensu prius breviter exposito, fluat sententiâ ad mores spectantium uberrima copia, quarum sane plurimæ sunt quæ aureis litteris describantur dignæ. Utinam vero humanis in cordibus assidua lectione ac meditatione insculpantur et incidentur! Ex his aliquas olim selegimus et observavimus in Vita sancti Doctoris Gallice scripta, lib. iv, c. ult., num. 13.

III. Neque vero solum Christianorum mores his in homiliis erudiuntur, sed etiam fidei dogmata confirmantur et contra futuros præmuniuntur hæreticos. Incarnationis mysterium ab oppositis invicemque pugnan-

tibus Nestorianorum Eutychianorumque errofibus passim defenditur, sed potissimum hom. 38, n. 3. Quidquid fere Christianis in scholis de angelis doceri solet, id ex hom. 38 eruitur, a num. 7 ad 15. De confessionis et absolutionis sacerdotalis necessitate agitur fuse hom. 26, num. 5 et 6, necnon hom. 40, num. 2, sed præsertim impium dogma Calvini Christum Dominum damnatorum poenas perpessum esse asserentis jugulatur hom. 21. Hæc sunt Calvini verba, l. II Instit., c. 16, § 10, ubi probandum sibi proponit Jesum Christum in locum sceleratorum sponsorem, vadem, ideoque instar rei submissum: ut sciamus, inquit, non modo corpus Christi in pretium redemptio fuisse traditum; sed aliud majus et excellentius pretium fuisse, quod diros in anima cruciatus damnati (horresco referens) ac perditum hominum pertulerit. Hæc autem contumeliosa in Christum inferni mortisque debellatorem sententia validissime refellitur a nostro Gregorio, scilicet hom. 21, num. 7, ubi, proposito Samsonis typo, docet Dominum liberum et victorem non solum ex inferno exiisse, sed ipsa etiam inferni claustra destruxisse.

IV. Ex his et aliis longe plurimis mirum in modum Ecclesiæ causa contra impugnantes heterodoxos adjuvatur. Neque omitendum illas Evangeliorum sectiones quæ a Gregorio hic exponuntur, Et inter sacra missarum solemnia certi diebus jam tunc ex more legebantur, easdem esse quæ fere iisdem adhuc diebus recitantur. Unde patet quam tenax sit suorum rituum Ecclesia Romana. Inde etiam astruitur antiqua processionum et stationum, publicarumque supplicationum in basilicis et cœmeteriis martyrum, consuetudo. Quippe, ut observavit Joan. Diaconus, lib. II, Vita sancti Gregorii, c. 18, et lib. IV, c. 74, in illis processionibus aut stationibus vigilantissimus pastor homilia in Evangelia aut pronuntiavit, aut pronuntiandas dictavit.

V. Porro in assignandis illis stationibus nonnulli est controversie inter eruditos, neque mss. Codices ubique consentiunt. Codex enim Lateranensis nullibi designat basilicam sancti Joannis Baptiste quæ dicitur Constantiniana, quamvis in aliis optimæ notæ Codicibus sæpius occurrat, maxime in Corb. Germ., Belvac. Bigot., præsertim vero in Codice reginæ Sueciæ, ubi quoties in Lateranensi aut aliis legitur, basilica sancti Salvatoris, quæ dicitur Constantiniana, toties recurrunt nomen sancti Joannis Baptiste. Contendit quoque Joannes Fronto, in prænotatis ad calendarium Romanum, pag. 80, nullam fuisse basilicam Constantinianam præter Ecclesiam sancti Salvatoris; sed id minime probat vir doctissimus. Infirmum est enim quod ait Anastasium Bibliothecarium, in Vita Leonis papæ, qui sedit an. 595, meminisse Ecclesiæ sancti Joannis Baptiste quæ ponitur juxta patriarchium Lateranense; at non appellasse Constantinianam, cum basilicam sancti Salvatoris semper Constantinianam dicat. **1432** Sed quid roboris habet illud argumentum negans contra tot mss. clara et indubitate testimonia; nimis Belvac., Bigot., Carnot., Gemet., Reg. Sueciæ, maxime vero Corbeiensis Germ., qui etate non est Anastasio posterior? Hoc in Codice, homilia 16, in Evangelium duxit est Jesus in desertum, legitur habita ad populum in basilica sancti Joannis quæ appellatur Constantiniana. Idem præmittitur hom. 22, 25, 39.

VI. Addit. Joan. Fronto basilicam sancti Joannis Baptiste fuisse monasterium. Porro in monasteriorum oratoriis olim non fieri stations et populi confluxus. Refellitur vir eruditus ipsius Gregorii auctoritate ad septiformem litaniam seu supplicationem et processionem assignantem ecclesiam sancti Joannis Baptiste (non appellat oratorium), quo convenire, et unde procedere litanias clericorum; quod testimonio quoque confirmatur Joan. Diac., l. I, capp. 41 et 42. Præterea basilica sancti Pancratii locus stationis erat sancti Gregorii temporibus, ut ex hom. 27 ibidem habita manifestum est, atque postea stationem in ea perseverasse ex antiquis Ecclesiæ monumentis constat. Ecclesia tamen sancti Pancratii quam prius obtinebant presbyteri, his expulsi propter incuriam et negligentiam, monachis cesserat jubente sanctissimo papa, ut palam fit ex epist. 18 libri alias III, nunc IV, indict. 42. Denique homilia 5 est habita in basilica sancti Andreæ apostoli ejusdem natalis die nimis in ecclesia monasterii quod Gregorius ipse condiderat. Ergo lex illa quæ, monachorum quieti prospiciens, vetabat in eorum ecclesiis stations et populi concursus fieri, multis patebat exceptionibus.

VII. In eodem calendario Rom. a Joanne Frontone edito non eadem ubique stations ac in Gregorianis homiliis videntur assignatae, nec mirum. Primo enim calendarium illud exaratum fuit, Joannis Frontonis judicio, saeculo tantum octavo, circiter an. 734, hoc est saeculo integro et pene dimidio post habitas a Gregorio in Evangelia homilia; unde facile potuit tanto temporis intervallo aliquid in stationibus immutari. Secundo in homiliarum collectione indicatur quo in loco habitæ sint, et in calendario stationis locus; at nihil cogit dicere in loco stationis habitam semper fuisse concessionem; quid enim credere vetat præmissam aliquando, maxime astivo tempore, fuisse processioni?

VIII. Solutis omnibus quæ vel ex calendario Rom. vel ex ejus Editoris observationibus opponi poterant difficultatibus, de hac novissima laudatarum homiliarum Editione nunc pauca subjungenda et atlexenda. Quamvis in antiquis mss. et veteribus Editis uno eodemque libro comprehendantur homiliae quadraginta, morem tamè gerendum duximus ipsimet Gregorio, qui in epist. ad Secundinum ait: Easdem quoque homiliae, eo quo dictæ sunt ordine, in duobus Codicibus ponere curavi; ut et priores viginti quæ dictatae sunt, et posteriores totidem quæ sub oculis dictæ, in singulis essent distinctæ corporibus. Porro licet eorum unus idemque non sit ordo nostris in mss. (tres enim scilicet Lateran., Corb. et Reg. Sueciæ a cæteris et ab invicem discrepant), cum tamen alii omnes consentiant, iisque vetustiores, eadem serie qua jam antea semper excusæ sunt ipsas excudi curavimus. Breviores columnis notas subjecimus, in quibus aut varie lectiones continentur, aut restitutionum a nobis factarum, sane non paucarum nec contemnendarum, rationes afferimus, aut aliquas sancti Gregorii sententias illustramus, et si quid difficultas occurrit, enodamus.

IX. Ut ex locis a nobis emendatis nonnulla commemoremus, in homilia 2 quatuor sunt. Num. 1: Cæcus quippe est genus humanum, pro cæcum est, etc. Num. 4: sed quid ad hæc, pro sed qui adhuc. Num. 5: Jesum menti figimus, pro Jesum figimus. Num. denique 7: mente salvatum, pro mente illuminatum. Homilia 3, num. 5, restituimus obtinuit, pro sustinuit, et num. 4: nos in auram maledictionis impingimus, pro nos injuriam maledictionis in auram maledictoris impingimus, quod ab Editoribus sine ulla causa fictum. Hom. 5, num. 4, nunc legitur nihil unquam appetere, nihil vel sine appetitu possidere, ubi prius legebatur nihil unquam appetere, nihil etiam cum appetitu possidere, corrupto sensu. Hom. 6, num. 2, reposuimus nec cujuslibet detractione in ira asperum faciebat, pro nec cujuslibet detractione ira asperum faciebat. Num. 3, expressione, pro sanctitate. Ibid., pilis contextis vestitus, pro pilis contextis vestibus, quod vitiouse legitur in Gussanv. Hom. 7, num. 3, non lavat, pro non sanat, et sine tempore est a Patre generatus, pro sine matre ante tempora est a Patre generatus. Num. 4, in Gussanv. legitur Israëliticum populum contradictione possidere, pro sine ulla postmodum contradictione possidere. Homil. 9, num. 5, in fine, magnam Editionis Gussanv. Vatic., aliarumque recentiorum lacunam repievimus. Recentiiores autem Editiones appellantur **1433** quæ a medio saeculo decimo sexto sunt adornatae. Hom. 11, num. 3, restituimus ducta, pro invicta. Nimirum essem si cætera prosequerer. Unicum ergo locum ex tot a nobis sanatis addidisse sufficiet, hom. vii. tunc 21, ex cuius vito error di-

uanare videtur contra Christi divinitatem. Scilicet, num. 4, prius lectum in Excusis : non est hic (Christus), dicitur, per præsentiam majestatis. At ex MSS. legendum, juxta sanam Ecclesie doctrinam : non est hic, dicitur per præsentiam carnis, qui tamen nusquam deerit per præsentiam majestatis. Hinc, ni fallor, liquet quæ jam emissa sunt Editiones iterum a nobis necessario fuisse recensendas, et ex mass. Codicibus emendandas Codicum autem a nobis adhibitorum hic indicem accipe.

X. Codex pervetus membraneus tabularii basilicæ Constantianæ sancti Salvatoris, in Laterano scriptus 1674.

Codex Corbeiensis, nunc in bibliotheca sancti Germani a Pratis asservatus, quem idcirco Corbeiensis Germanensem appellamus, notatus 166. Hunc nono salem sæculo scriptum esse pene constat ex characterum forma. In eadem bibliotheca duos alios veteres Codices consuliuntur, quos vel Sangermanenses, vel simpliciter German. sumus appellaturi. Codicem bibliothecæ Regiæ certis in locis tantum, non ex integro cum Editis contulimus.

Codex Ecclesiæ Belvacensis nono sæculo exeunte, aut decimo incipiente videtur exaratus. In fine leguntur carmina recentiori manu descripta de Rogerio episcopo nuper defuncto, qui in fine decimi sæculi, et initio undecimi Belvacensem Ecclesiam rexit.

Codex Corbeiensis numero 163, antiquitate cum omnibus superioribus contendit.

Codex Turonensis insignis Ecclesiæ sancti Martini non interioris ætatis continet tantum viginti priores homilias.

Codex reginæ Sueciæ inscriptus 43.

Duo Codices monasterii sancti Petri Carnut. sexcentorum annorum.

Codex Bigotianus quingentorum annorum ætatem præfert.

Codex Gemeticensis non minoris ætatis videtur. Duo alii Codices ejusdem celebriter monasterii vix trecentorum sunt annorum. Prior sepe convenit cum antiquiori, secus alter.

Codex monasterii Vallis Clarae ord. Cisterciensia.

Codex monasterii Longipontis ejusdem ordinis.

His accedant quatuor exemplaria Anglicana, quorum variantes lectiones suppeditavit Thomas Jamezius.

Adhibendum quoque putavimus subsidium veterum Editionum, Antuerpiæ an. 1509, Rothomagensis apud Franciscum Regnaut (quæ mendose legitur facta an. 1421), Parisiensem, annorum 1518 et 1571, alliarum denique recentiorum.

XI. In calce addendum censuimus sermonem a sancto Gregorio habitum *de mortalitate* (sic in veteribus membranis inscribitur) postquam ad Romanam sedem fuisset electus. Jam editus fuerat inter Gregorianas epistolas, ipso in lumine libri alias xi, nunc xiii, indict. 6, in Vita ejusdem sancti Doctoris, auctore Joanne Diacono, lib. I, capp. 41 et 42, et inter Gregorii Turonici opera orationem hanc referentis lib. x Hist., c. 1. Eadem denuo recensuimus et contulimus ad duos Codices bibliothecæ Bigotianæ apud Rothomagum, unum quadraginta homilias in Evangelia complectentem, et alterum Vitam sancti Gregorii a Joan. Diacono conscriptam; ad unum Codicem Uticensem seu sancti Ebrulphi ejusdem Vitæ; denique ad Corb. Germ. quadraginta homiliarum in Evang., ad cuius calcem rejectus est hic sermo. Exstat etiam in nonnullis Codd. mss. Registri ante omnes epistolas, scilicet in duabus Tellerianis, qui nunc sunt Bibliothecæ Regiæ, et in Colbertino. Utetem jam labore nostro, pie lector, et gratus hac in palestra desudantibus nobis bene precari menineris.

## SANCTI GREGORII MAGNI

ROMANI PONTIFICIS

## XL HOMILIAS IN EVANGELIA

LIBRI DUO<sup>a</sup>.

### Præfatio.

AD SECUNDINUM TAUROMENITANUM EPISCOPUM.

**1434** Reverentissimo et sanctissimo fratri <sup>b</sup> Se- A per notarium recitata; quarumdam vero explanatio-  
cundino episcopo, Gregorius <sup>c</sup> servus servorum  
Dei.

Inter sacra missarum solemnia, ex his quæ diebus certis in hac Ecclesia legi ex more solent sancti Evangelii quadraginta lectiones exposui. Et quarumdam quidem dictata expositio, <sup>d</sup> assistente plebe, est

<sup>a</sup> In MSS. Cod. variat titulus. In plerisque legitur: *Incipit liber hom. beati Gregorii papæ urbis Romæ, de diversis lect. Evangelii.*

<sup>b</sup> Alius est a Secundino servo Dei ad quem duos homil. Codices transmisit Gregorius ex ep. olim 54 l. alias vn. ind. 44, nunc l. ix, ep. 52. Homilias in

Evangelia Secundo seu Secundino missas fuisse asserit Joan. Diaconus l. iv, c. 74. In Cod. Carnut. legitur *Patri Secundino.* Ad hunc Siciliæ episcopum existant plurimæ sancti Gregorii epistolas.

<sup>c</sup> De hoc titulo dicemus in notis ad epistolam.

<sup>d</sup> Al., *assistenti plebi*, ut in Ed.

\* quam plenius excoquuntur. Hoc vero ubi scriptum est : *Ductus est Jesus in desertum a spiritu, ut tentetur a diabolo* (*Math. iv*), prius quidem quasi sub quadam ambiguitate exposui, sed eamdem dubitatem postmodum certa <sup>b</sup> notatione correi. **1435** Easdem quoque homilia, eo quo dictæ sunt ordine, in duobus Codicibus ponere curavi, ut et priores vi-ginti, \* quæ dictatæ sunt, et posteriores totidem, quæ sub oculis dictæ, in singulis essent distinctæ corporibus. Quod vero quædam antepositæ sunt quæ in Evangelio post leguntur, quædam vero postpositæ quæ ante per evangelistam scriptæ sunt inveniuntur, nequaquam movere tuam fraternitatem debet,

\* C. Germ. et plerique, quem cibi plenius excoquuntur.  
\* 1. Gemet. ac 2 Carnut., enodatione.  
\* Corb. Germ., 3. Gemet., vet. Ed. Antwerp. 1509

A quia sicut a me diversis temporibus <sup>c</sup> dictæ sunt, ita quoque sunt ab exceptoribus in Codicibus affixæ. Tua itaque fraternitas, sacris semper lectionibus intenta, si prædictum locum Evangelii invenerit sub dubietate prolatum, vel easdem homilia repererit ita ut prædixi non esse dispositas, has inemendatas remansisse cognoscat, et juxta eas quas per præsen-tem portitorem mittere studui corrigat, nulleque modo illas sine emendatione remanere permittat. Editæ autem in scrinio sanctæ Ecclesiæ nostræ reti-nentur, ut si qui forte a tua fraternitate longe sunt, hic inveniant, unde in his quæ emendatæ sunt cer-tiores fiant.

ac Paris. 1518, quæ dictæ sunt.

<sup>d</sup> Ita plerique MSS. et vet. Edit., non, dictatæ, ut in al. Edit. legitur.

## LIBER PRIMUS.

### HOMILIA PRIMA.

Habita ad populum <sup>a</sup> in basilica sancti Petri apo-stoli, <sup>b</sup> Dominica secunda Adventus Domini.

#### LECTIO EVANGELII SEC. LUC. XXI, 25-32.

In illo tempore, <sup>c</sup> dixit Jesus discipulis suis : Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris et fluctuum, arescentibus hominibus præ timore et expectatione quæ supervenient universo orbi. Nam virtutes celorum d movebuntur. Et tunc videbunt Filium hominis venientem <sup>d</sup> in nubibus cum potestate magna et maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite, et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixi illuc similitudinem : Videte ficalneam, et omnes ar-bores, cum producunt jam ex se fructum, scitis quoniam prope est aestas. Ita et vos, cum videritis haec fieri, sci-tote quoniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio haec, donec omnia fiant. Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

**1436** 1. Dominus ac Redemptor noster, fratres charissimi, paratos nos invenire desiderans, senes-centem mundum quæ mala sequantur denuntiat, ut nos ab ejus amore compescat. <sup>e</sup> Appropinquantem ejus terminum quæpercussiones præveniant in-notescit, ut si Deum mettere in tranquillitate non volumus, vicinum ejus judicium vel percussionibus attriti timeamus. Huic etsenim lectioni sancti Evangelii, quam modo vestra fraternitas audivit, paulo superius Dominus præmisit, dicens : *Exsurget gens*

\* Sic habent C. Germ., Bigot., duo priores Gemet. et omnes Ed. In Cod. Lateran. not. 1674 legitur, in Basilica sanctæ Mariæ ad præsepe. In Cod. reginae Suecicæ et in multis MSS. non assignatur ubi sit habita haec hom.

<sup>b</sup> In solo Gemet. 2 id habetur; tamen retinuimus, quod sit in Ed. etiā antiquioribus.

<sup>c</sup> Gemet. 1, dixit Dominus Jesus. Big., dixit Domi-nus Jesus Christus.

<sup>d</sup> Belvac., Corb., Bigot., C. Germ., commovetibus-

B contra gentem, et regnum adversus regnum ; et erunt terræmotus magni per loca, et pestilentia, et famæ (Luc. xxi, 10). Et quibusdam interpositis, hoc quod modo audistis adjunxit : <sup>e</sup> Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium, præ con-fusione sonitus maris et fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia jam facta cernimus, alia e proximo ven-tura formidamus. Nam gentem super gentem exsur-gere, earumque pressuram terris insistero, plus jam in nostris <sup>f</sup> temporibus cernimus quam in Codicibus legimus. Quod terræ motus urbes innumeræ i sub-ruat, ex aliis mundi partibus scitis quam frequen-ter audivimus. Pestilentias sine cessatione patimur.

Signa vero in sole, et luna, et stellis, adhuc aperte minime videmus, sed quia et haec non longe sint, ex C ipsa jam aeris immutatione colligimus. Quamvis priusquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cœlo acies vidimus, ipsum qui postea humani generis fusus est sanguinem <sup>g</sup> coruscantem. Confusio autem maris et fluctuum needum nova exorta est. Sed cum multa prænuntiata jam completa sint, dubium non est quin sequantur etiam panca quæ restant, quia sequentium rerum certitudo est præteriorum exhibitio.

**1437** 2. Haec nos, fratres charissimi, idcirco dicimus, ut ad cautelæ studium vestræ mentes evigi-lent, ne securitate torpeant, ne ignorantia langue-cant, sed semper eas et timor sollicitet, et in bono opere sollicitudo confirmet, pensantes hoc quod Re-demptoris nostri voce subjungitur : *Arescentibus ho-*

<sup>f</sup> tur.

<sup>g</sup> C. Germ. et Bigot., in nubibus cœli.

<sup>h</sup> 2 Carnut., appropinquante ejus termino.

<sup>i</sup> C. Germ., Belvac. et plur., et erunt.

<sup>j</sup> C. Germ., Corb., 4 Gemet., tribulationibus. Com-sentient Anglic.

<sup>k</sup> Ed., obruat, invitatis MSS.

<sup>l</sup> Ita Corb. Germ., et plerique. Belvac.; et 2 Carn., coruscare. Ed., coruscantes.

*minibus p̄e timore et exspectatione quæ supervenient A universo orbi. Nam virtutes calorum movebuntur. Quid etenim Dominus virtutes cœlorum nisi angelos, archangelos, thronos, dominationes, principatus et potestates appellat, quæ in adventu districti judicis nostris tunc oculis visibiliter apparebunt, ut districte tunc a nobis exigant hoc, quod nos modo invisibilis conditor æquanimiter portat? Ubi et subditur: Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna et maiestate. Ac si aperte diceretur: In potestate et maiestate visuri sunt quem in humilitate positum audire noluerunt, ut virtutem ejus tanto tunc districtius sentiant, quanto nunc cervicem cordis ad ejus patientiam non inclinant.*

3. Sed quia hæc contra reprobos dicta sunt, mox ad electorum consolationem verba vertuntur. Nam et subditur: *His autem fieri incipientibus, respicite et levate vos capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Ac si aperte Veritas electos suos admoneat, dicens: *Cum plagæ mundi crebrescant, cum terror judicij virtutibus commotis ostenditur, levate capita, id est exhilarate corda, quia dum finitur mundus, cui amici non estis, prope fit redemptio quam quæsistis.* In Scriptura etenim sacra sœpe caput prominently ponitur, quia sicut capite reguntur membra, ita et cogitationes mente disponuntur. <sup>b</sup> *Levare itaque capita est mentes nostras ad gaudia patriæ celestis erigere.* Qui ergo 1438 Deum diligunt ex mundi fine gaudere atque hilarescere jubentur, quia videlicet eum quem amant mox inveniunt, dum transit is quem non amaverunt. Absit enim <sup>c</sup> ut fidelis quisque qui Deum videre desiderat de mundi percussionibus lugeat, quem finiri eisdem suis percussionibus non ignorat. Scriptum namque est: *Quicunque voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur* (Jac. iv, 4). Qui ergo appropinquante mundi fine non gaudet, amicum se illius esse testatur, atque per hoc inimicus Dei esse convincitur. Sed absit hoc a fideliis cordibus, absit ab his qui et esse aliam vitam per fidem credunt, et eam per operationem diligunt. Ex mundi eoim destructione lugere eorum est qui radices cordis in ejus amore plantaverunt, qui sequentem vitam non querunt, qui illam neque esse suspicantur. Nos autem qui coelestis patriæ gaudia æterna cognovimus, festinare <sup>d</sup> ad ea quantocius debemus. Optandum nobis est citius pergere, atque ad illam breviore via pervenire. Quibus enim malis mundus non urgetur? Quæ nos tristitia, qua adversitas non angustat? Quid est vita mortalis, nisi via? Et quale sit, fratres mei, perpendite, in labore viæ lasseseere, et tamen eamdem viam nolle finiri. Quod autem calcari mundus ac despici debeat, Redemptor noster provida comparatione manifestat, cum protinus adjungit: *Videite fculneam et omnes arbores, cum*

<sup>a</sup> *Gemet. ac Val. Cl., in potestate.*

<sup>b</sup> *Duo Carn. et duo priores Gemet., levare itaque est capita, mentes.*

<sup>c</sup> *Belvac. et 3 Gemet., ne fidelis. Paulo post 2 Gemet. habet persecutionibus pro percussionibus.*

<sup>d</sup> *Septen MSS., ad eam.*

*producunt jam ex se fructum, scitis quia prope est astas. Ita et vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Ac si aperte dicat: Quia sicut ex fructu arborum vicina æstas cognoscitur, ita ex ruina mundi prope esse agnoscitur regnum Dei. Quibus prosector verbis ostenditur quia fructus mundi ruina est. Ad hoc enim crescit, ut cadat. • Ad hoc germinat, ut quæcumque germinaverit, cladibus consumat. Bene autem regnum Dei æstati comparatur, quia tunc mœroris nostri nubila transeunt, et vitæ diez æterni solis claritate fulgescant.*

4. Quæ omnia sub magna certitudine confirmantur, cum sententia subjungitur qua dicitur: *Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Nihil enim in rerum corporalium natura cœlo et terra durabilius, et nihil in rerum natura tam velociter quam sermo transit. Verba enim quousque imperfecta sunt, verba non sunt; cum vero perfecta fuerint, omnino jam non sunt, quia nec perfici nisi transcedo possunt. Ait ergo: *Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Ac si aperte dicat: Omne quod apud vos durabile est, sine immutatione durabile ad æternitatem non est; et omne quod apud me transire cernitur, fixum et sine transitu tenetur, quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit meus sermo qui transit.

5. Ecce, fratres mei, jam cernimus quod audieramus. Novis quotidie et crebrescentibus malis mundus urgetur. Ex illa plebe innumera quanti remanseritis aspicitis; et tamen adhuc quotidie flagella urgent repentini casus opprimunt, novæ nos et improvisæ clades affligunt. Sicut enim in juventute viget corpus, forte et incolume manet pectus, 1439 torosa cervix, plena sunt bronchia; in annis autem senilibus statura curvatur, cervix exsiccata deponitur, frequentibus suspiriis pectus urgetur, virtus deficit, loquentis verba <sup>e</sup> anhelitus intercidit; nam etsi languor deasit, plerumque sensibus ipsa sua salos ægritudo est: ita mundus in annis prioribus velut in juventute viguit, ad propagandam humani generis prolem robustus fuit, salute corporum viridis, operantia rerum piuguis; at nunc ipsa sua senectute deprimitur, et quasi ad vicinam mortem <sup>f</sup> molestiis crescentibus urgetur. Nolite ergo, fratres mei, diligere quem videtis diu stare non posse. Præceptia apostolica in animo ponite, quibus nos admonet, dicens: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, quia si quis diligat mundum, non est charitas Patris in eo* (I Joan., ii, 15). Nudius tertius, fratres, agnovistis quod subito turbine annosa arbusta eruta, destructæ domus, atque Ecclesiæ a fundamentis eversæ sunt. Quanti ad vesperum cani atque incolumes actores se in crastinum aliiquid putabant,

<sup>e</sup> *In omnibus pene Ed., quibus faret 3 Gemet. ad-ditur: ad hoc cadit ut germinet.*

<sup>f</sup> *Turon., anhelitus intercipit.*

<sup>g</sup> *C. Germ., Corb., Bigot et duo pr. Gemet., molestiis crebrescentibus. Longip., molestiis crescentibus crebrius. Conseunt Ed. Autuerp.*

et tamen nocte eadem repentina morte defuncti sunt, in laqueo ruinæ deprehensi?

6. Sed considerandum nobis est, dilectissimi, quod ad hæc agenda invisibilis judex venti tenuissimi spiritum movit, unius procellam nubis excitavit, et terram subruit, casura tot ædificiorum fundamenta concussit. Quid ergo judex iste facturus est, cum per semetipsum venerit, et in ultionem peccatorum ira ejus exarserit, si portari non potest cum nos per tenuissimam nubem ferit? In iræ ejus præsentia que caro subsistet, si ventum movit, et terram subruit, concitavit aera, et tot ædificia stravit? Hanc distinctionem venturi judicis Paulus considerans, ait: *Horrendum est incidere in manus Dei viventis* (*Iebr. x, 31*). Hanc Psalmista exprimit, dicens: *\* Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida* (*Psal. XLIX, 3*). Distinctionem quippe <sup>b</sup> tantæ justitiae tempestas ignisque comitantur, quia tempestas examinat, quos ignis exurat. Illum ergo diem, fratres charissimi, ante oculos ponite, et quidquid modo grave creditur in ejus comparatione levigatur. De illo etenim die per prophetam dicitur: *Juxta est dies Domini magnus, juxta et velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis et angustiæ, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubæ et clangoris* (*Sophon. I, 14, seq.*). De hac die Dominus iterum per prophetam dicit: *Adhuc semel et ego movebo non soli terram, sed etiam celum* (*Aggæi II, 22*). Ecce, ut C prædictimus, aerem movit, et terra non subsistit; quis ergo ferat, cum cœlum moverit? Quid autem terrores quos cernimus, nisi sequentis iræ præcones dixerimus? Unde et considerare necesse est quia ab illa tribulatione ultima tantum sunt, istae tribulationes dissimiles quantum a potentia judicis persona præconis distat. Illum ergo diem, fratres charissimi, tota intentione cogitate, vitam corrigite, <sup>c</sup> mores mutate, mala tentantia resistendo vincite, perpetrata autem fletibus punite. Adventum namque æterni judicis tanto securiores quandoque videbitis, quanto nunc distinctionem illius timendo <sup>d</sup> prævenitis.

## HOMILIA II.

Habita ad populum <sup>e</sup> in basilica sancti Petri aposto- D stoli, Dominica in Quinquagesima.

### LECTIO S. EVANGELII SEC. LUC. XVIII, 31-44.

*In illo tempore, assumpsit Jesus duodecimi discipulos suos, et ait illis: Ecce ascendimus Jerosolymam, et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per pro-*

A *phetas de Filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et consuetur. Et postquam flagellaverint, occident eum, et die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis, et non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem, cum appropinquaret Jericho, cœcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quod Jesus Nazarenus transiret. Et exclamavit, dicens: Jesu fili David, miserere mei. Et qui præbant increpabant eum, ut tacaret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili David, miserere mei. Stans autem Jesus jussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogavit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Et dixit illi Jesus: Respic, fides tua te salvum fecit. Et confessum vidit, et sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.*

B **1440** 1. Redemptor noster prævidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longe ante et ejusdem passionis pœnam, et resurrectionis suæ gloriæ prædictum est, cerneret, <sup>f</sup> etiam resurrectorum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo valebant capere verba mysterii, venitur ad miraculum. Ante eorum oculos cœcus lumen recipit, ut qui coelestis mysterii verba non caperent, eos ad fidem coelestia facta solidarent. Sed miracula Domini et Salvatoris nostri sic accipienda sunt, fratres charissimi, ut et in veritate credantur facta, et tamen per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe ejus et per potentiam aliud ostendunt, et per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis juxta historiam cœcus iste fuerit ignoramus, sed tamen quem per mysterium significet novimus. <sup>g</sup> Cœcus quippe est genus humanum, quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum, claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenebras patitur; sed tamen per Redemptoris sui præsentiam illuminatur, ut internæ lucis gaudia iam per desiderium videat, atque in via vitæ boni operis gressus ponat.

2. Notandum vero est quod cum Jesu Jericho appropinquare dicitur, cœcus illuminatur. Jericho quippe luna interpretatur, luna autem in sacro elo- D quio pro defectu carnis ponitur, quia dum menstruis momentis decrescit, defectum nostræ mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquit Jericho, cœcus ad lumen redit, quia dum divinitas defectum nostræ carnis suscepit, humanum genus lumen, quod amiserat, recepit. Unde enim Deus

lorum. Amen.

<sup>h</sup> Ita Cod. Lateran., Reg. Sueciæ; C. Germ., Belvac. et alii Ms. pene omnes. In Cod. Lateran. aliis est ordo homiliarum, et quæ hic est secunda in illo est nona. In 2 Gemit. ait idcirco, *Dominica in Quinquagesima*, quod abest ab aliis.

<sup>i</sup> Duo Carnut., etiam resurrectionem.

<sup>j</sup> Edili recent. Gilot., Vatic., Gussainv., cœcum quippe.

<sup>a</sup> Corb. et duo Gemet., *Deus manifestus*.

<sup>b</sup> Ita Turon., cum decem al. MSS. Editi habent, *tanti judicii*.

<sup>c</sup> 4 Carnot., *mentes mutate*.

<sup>d</sup> In omnibus fere MSS. desinit hom. in his verbis, *timendo prævenitis*. Consentunt veteres Ed. In aliis legitur, *præstante Domino*, etc. In Belvac., *ipso adjuvante qui vivit et regnat Deus*. In duob. pr. Gemet., *pervenitis*, qui vivit et regnat per omnia sæcula secu-

humane posuit, iudeo hebreo ad divina sublevatur. A Qui videlicet circus recte et juxta viam sedere et mendicans esse describitur; ipsa enim Veritas dicit: *Ego sum via (Joan. xiv, 6).* Qui ergo aeternam lucis claritatem nescit, excus est; sed si jam 1441 in Redemptorem credit, juxta viam sedet; si autem jam credit, sed ut aeternam lucem recipiat rogare dissimulat, atque a precibus cessat, cæcus quidem juxta viam sedet, <sup>a</sup> sed minime mendicat. <sup>b</sup> Si vero et crediderit, et cæxitatem cordis sui cognoverit, et ut lumen veritatis recipiat postulat, juxta viam cæcus sedet, et mendicat. Quisquis ergo cæxitatis suæ tenebras agnoscit, quisquis hoc, quod sibi deest, lumen <sup>c</sup> aeternitatis intelligit, clamet medullis cordis, clamet et vocibus mentis, dicens: *Iesu fili David, miserere mei.* Sed quid clamante cæco subjungitur audiamus: *Et qui præbant, increpabant eum, ut taceret.*

3. Quid autem designant isti qui Iesum venientem precedunt, nisi desideriorum carnalium turbas, tumultusque vitiorum, qui, priusquam Jesus ad cor nostrum veniat, temptationibus suis cogitationem nostram dissipant, et voces cordis in oratione perturbant? Sæpe namque dum converti ad Dominum post perpetrata vita volumus, dum contra hæc eadem exorare vita quæ perpetravimus conamur, occurrent cordi phantasmata peccatorum quæ fecimus, mentis nostræ aciem reverberant, confundunt animum, et vocem nostræ deprecationis premunt. Qui præbant ergo increpabant eum, ut taceret, quia, priusquam Jesus ad cor veniat, mala quæ fecimus, cogitationi nostræ suis imaginibus <sup>d</sup> illata, in ipsa nos nostra conturbant.

4. <sup>e</sup> Sed quid ad hæc illuminandus iste cæcus fecit audiamus. Sequitur: *Ipse vero multo magis clamat: Fili David, miserere mei.* Ecce quem turba increpat ut taceat magis ac magis clamat, quia quanto graviori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Contradicit turba, ne clamemus, quia peccatorum nostrorum phantasmata plerumque et in oratione patimur. Sed nimis necesse est ut vox cordis nostri 1442 quo durius repellitur, eo valentius insistat, quatenus cogitationis illicita tumultum superel, atque ad pias auras Domini nimietate suæ importunitatis erumpat. In se, ut suspicior, recognoscit unusquisque quod dicimus, quia dum ab hoc mundo animum ad Deum mutamus, dum ad orationis opus convertimur, ipsa quæ prius delectabiliter gessimus importuna postea atque gravis in oratione nostra toleramus. Vix eorum cogitatio manu sancti desiderii ab oculis cordis

<sup>a</sup> 2 Carnot. et 3 Gemet., sed mendicare contemnit.  
<sup>b</sup> Bellovae., Corb., <sup>c</sup> Carnut., si vero et credit et exorat, et juxta viam sedet et mendicat, a quibus pa- rum recedunt Corb. Germ., Longip., Val. Cl.

<sup>d</sup> Duo priores Gemet. et Bigot., veritatis.

<sup>e</sup> Duo posteriores Gemet. ac tres Vet., Ed. An- toarp., sc. Rothom. et Paris., illata.

<sup>f</sup> Ita MSS. fere omnes, ubi Editi, sed quid adhuc.

<sup>f</sup> abigitur, vix eorum phantasmata per paenitentia lamenta superantur.

5. Sed cum in oratione nostra vehementer insistimus, transeuntem & Jesum meum sigimus. Unde illic subditur: *Stans autem Jesus, jussit illum adduci ad se.* Ecce stat qui ante transibat, quia dum adhuc turbes phantasmatum in oratione patimur, Jesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum vero orationi vehementer insistimus, stat Jesus ut lucem restituat, quia Deus in corde figuratur, et lux amissa reparatur.

6. Qua tamen in re aliud aliquid nobis Dominus innuit, quod intelligi de humanitate ac divinitate illius utiliter possit. Clamanteum etenim eæcum Jesus transiens audivit, <sup>b</sup> sed stans miraculum illuminatio-<sup>B</sup>nis exhibuit. Transire namque humanitatis est, stare divinitatis. Per humanitatem quippe habuit nasci, crescere, mori, resurgere, de loco ad locum venire. Quia ergo in divinitate mutabilitas non est, atque hoc ipsum mutari transire est, profecto ille transitus ex carne est, non ex divinitate. Per divinitatem vero ei semper stare est, quia ubique praesens, nec per motum venit, nec per motum recedit. Cæcum igitur clamanteum Dominus transiens audit, stans illuminat, quia per humanitatem suam vocibus nostræ cæxitatis compatiendo misertus est, sed lumen nobis gratiae per divinitatis potentiam infudit.

7. Et notandum quid cæco venienti dicat: *Quid tibi vis faciam?* Nunquid qui lumen reddere poterat quid vellet cæcus ignorabat? Sed peti vult id quod et nos petere et se concedere prænoscit. Importune namque ad orationem nos admonet, et tamen dicit: *Scit namque Pater vester caelestis, quid opus sit vobis,* antequam petatis eum (*Matth. vi, 8*). Ad hoc ergo requirit ut petatur: ad hoc requirit, ut cor ad orationem excitet. Unde et cæcus protinus adjunxit: *Dominne, ut videam.* Ecce cæcus a Domino non aurum, sed lucem querit. Parvipendit extra lucem aliquid querere, quia etsi habere cæcus quodlibet potest, sine luce videre non potest quod habet. Imitemur ergo, fratres charissimi, eum quem et corpore audi-  
vimus et mente <sup>i</sup> salvatum. Non falsas divitias, non terrena dona, non fugitivos honores a Domino, sed lucem queramus; nec lucem quæ loco clauditur, quæ tempore finitur, quæ noctium interruptione variatur, quæ a nobis communiter cum pecoribus cer-  
nitur, sed lucem queramus quam videre cum solis angelis possimus, quam nec initium inchoat, nec finis angustat. Ad quam profecto lucem via fides est. Unde recte et illuminando cæco protinus responde-  
tur: *Respic, fides tua te salutem fecit.* Sed ad hæc cogitatio carnalis dicit: *Quonodo possum lucem*

<sup>f</sup> In Ed., abjicitur. Sequimur MSS. Turon., Corb., C. Germ., etc.

<sup>g</sup> Omittitur in Gussany. menti, quod habent alii tum MSS., tum Editi.

<sup>h</sup> In Corb. Germ., non sedens, sed stans.

<sup>i</sup> In Excusis, illuminatum, etsi in omnibus MSS. legatur, salvatum.

spiritalem querere, quam videre non possum? Unde **1443** mihi certum est si sit, quæ corporeis oculis non insulget? Cui scilicet cogitationi est quod breviter quisque respondeat, quia et hæc ipsa quæ sentit, non per corpus, sed per animam engitat. Et nemo suam animam videt, nec tamen dubitat se animam habere, quam non videt. Ex invisibili namque anima visible regitur corpus. Si autem auferatur quod est invisibile, protinus corruit hoc quod visibile stare videbatur. Ex invisibili ergo substantia in hac vita visibili vivitur, et esse vita invisibilis dubitatur?

**8.** Sed jam petenti cæco quid factum est, vel quid ipse fecerit, audiamus. Sequitur: *Confestim vidit, et sequebatur illum.* Videt et sequitur, qui bonum quod intelligit operatur. Videt autem, sed non sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed bona operari contemnit. Si ergo, fratres charissimi, cæcitatem jam nostræ peregrinationis cognoscimus, si credendo in Redemptoris nostri mysterium, justa viam sedemus, si exorando quotidie ab auctore nostro lucem petimus, si eamdem lucem jam per intellectum video illuminati post cæcitatem sumus, Jesum quem aiente cornibus opere sequamur. Aspiciamus qua graditur, et ejus vestigia imitando teneamus. Jesum etenim sequitur qui imitatur. Hinc namque dicit: *Sequere me, et dimittite mortuos sepelire mortuos suos* (*Math. VIII, 22*). Sequere enim dicitur imitare. Hinc rursus admonet, dicens: *Si quis mihi ministrat, me sequatur* (*Ioan. XII, 26*). Consideremus ergo qua graditur, ut sequi mereamur. Ece, cum sit dominus et creator angelorum, suscepturus naturam nostram quam condidit, in eternum Virginis veum. Nasci tamen in hoc mundo per divites noluit, parentes pauperes elegit. Unde et agnus qui pro illo offerretur defuit, columbarum pullos et par turtarum ad sacrificium mater invenit (*Luc. II, 24*). Prosperari in mundo noluit; opprobria irrisionesque toleravit; sputa, flagella, asperges, spineam coronam, cruceaque sustinuit; et quia rerum corporalium delectatione a gaudio interno cecidimus, cum qua amaritudine illuc redeatur ostendit. Quid itaque homo pro se pati debet, si tanta Deus pro hominibus pertulit? Qui ergo in Christum jam credidit, sed adhuc avaritiae lucra sectatur, in superbia honoris extollitur, invidiae facilius inardescit, libidinis se immunditia polluit, prospera quæ in mundo sunt concupiscit, Jesum in quem credidit sequi contemnit. Diverso quippe itinere ambulat, si gaudia delectationesque appetit, cui dux suis viau amaritudinem ostendit. Revocemus ergo ante oculos peccata quæ fecimus; consideremus quam terribilis iudex hæc puniturus adveniat; mentem formemus ad lamenta; vita nostra ad tempus amarescat in poenitentia, ne æternam amaritudinem sentiat in vindicta. Per fletus quippe ad æterna gaudia ducimur, Veritate pollicente, quæ ait: *Beati qui lugent,*

<sup>a</sup> Longip., a gaudio eterno.

<sup>b</sup> Carnot., in superbia honoribus.

<sup>c</sup> Abest æterna in C. Germ., Bigot. et duob. prioribus Gemet.

<sup>d</sup> Turon., Val. Cl. et unus Gemet., conversio.

**A** quoniam ipsi consolabuntur (*Math. V, 5*). Ad fletum vero per gaudia pervenitur, hac eadem Veritate attestante, quæ ait: *Væ vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis et flebitis* (*Luc. VI, 25*). Si ergo retributionis gaudium in perventione queremus, poenitentiae amaritudinem in via teneamus. Sieque fit ut non solum vita nostra in Deum proficiat, sed hæc ipsa nostra <sup>d</sup> conversatio ad laudem Dei et alios accendat. Unde illic subdit: *Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.*

### HOMILIA III.

**•** Habita ad populum in basilica • sanctæ Felicitatis martyris, in die natalis ejus.

#### LECTIO 8. EVANGELII SEC. MATTH. XII, 46-50.

**B** In illo tempore, loquente Iesu ad turbas, ecce mater ejus et fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua et fratres tui foris stant, quærentes te. At ille respondens dicenti sibi ait: Quæ est mater mea, et qui sunt fratres mei? Et extendens manus in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in celis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.

**C** **1444** 1. Sancti Evangelii, fratres charissimi, brevis est lectio recitata, sed magnis mysteriorum ponderibus gravida. Jesus etenim conditor et redemptor noster matrem se nosse dissimulat, et quæ ei mater sit, et qui proprioqui, non per cognationem cornis, sed per conjunctionem spiritus designat, dicens: *Quæ est mater mea, et qui sunt fratres mei?* Quieunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in celis est, ipse meus frater, et soror, et mater est. Quibus nobis verbis quid aliud innuit, nisi quod obsequentes jussionibus suis inultos ex gentilitate colligit, et Judæam, ex cuius carne est genitus, non agnoscit? Unde et mater ejus cum quasi non agnoscatur, foris stare perhibetur, quia videlicet Synagoga idecirco ab auctore suo non recognoscitur, quia, legis observationem tenens, spiritalem intellectum perdidit, et sese ad custodiam litterarum foris fixit.

**D** 2. Sed cum is qui voluntatem Patris fecerit soror et frater Domini dicitur, propter utrumque sexum qui ad fidem colligitur mirum non est; mirandam vero valde est quomodo etiam mater dicatur. Fideles enim discipulos, fratres vocare dignatus est, dicens: *Ite, nuntiate fratribus meis* (*Math. XXVIII, 10*). Qui ergo frater Domini fieri ad fidem veniendo potuerit, querendum est quomodo etiam et mater esse possit? Sed sciendum nobis est quia qui Christi frater et soror est credendo, mater efficitur prædicando. Quasi enim parit Dominum, quem cordi audiens infuderit. Et mater ejus efficitur, si per ejus vocem amor Domini in proximi mente generatur.

3. Ad quam rem nobis idonee confirmandam ad-

<sup>a</sup> De sancta Felicitate lege *Acta martyrum* collecta a nostro Theod. Ruinart., p. 20 et seq.

<sup>b</sup> C. Gerin., 2 Gemet. et quatuor Anglic., cum fratribus quasi non agnoscatur.

est beata Felicitas, cuius hodie natalitia celebramus, quæ credendo existit ancilla Christi, et prædicando facta est mater Christi. Septem quippe filios, sicut in gestis ejus emendatioribus legitur, sic post se timuit vivos in carne relinquere, sicut carnales parentes solent metuere ne mortuos præmittant. In persecutionis enim labore deprehensa, filiorum corda in amore supernæ patriæ prædicando roboravit, et parturivit spiritu quos carne pepererat, ut prædicatione pareret Deo quos carne pepererat mundo. Considerate, fratres charissimi, in femineo corpore virile pectus. Ad mortem stetit **1445** imperterrita. Amittere se in filiis lumen veritatis timuit, si non fuisse orbata. Nunquid ergo hanc feminam martyrem dixerim? sed plus quam martyrem. Certe Dominus, cum de Joanne loqueretur, dixit: *Quid existis in desertum videre? Prophetam?* utique dico vobis, et plus quam prophetam (*Math. xi, 7*). Et Joannes ipse requisitus respondit, dicens: *Non sum propheta* (*Joan. i, 21*). Qui enim se plus quam prophetam noverat, esse prophetam negabat. Qui idcirco plus quam propheta dicitur, quia prophetæ officium est ventura prænuntiare, non etiam ostendere. Joannes vero plus quam propheta est, quia <sup>a</sup> quem verbo dixit digito ostendit. Non ergo hanc feminam martyrem, sed plus quam martyrem dixerim, quæ, septem pignoribus ad regnum præmissis, <sup>b</sup> toties ante se moritura, ad poenas <sup>c</sup> prima venit, sed pervenit octava. Aspexit mater et cruciata et imperterrita filiorum mortem, <sup>d</sup> spei gaudium adhibuit dolori naturæ. Timuit viventibus, gavisæ est morientibus. Optavit nullum post se relinquere, ne si quem haberet superstitem, non posset habere consortem. Nemo ergo ex vobis, fratres charissimi, existimet quod ejus cor, morientibus filiis, etiam carnalis affectus minime pulsarit. Neque enim filios quos carnem suam esse noverat sine dolore poterat morientes videre, sed erat vis amoris interior quæ dolorem vinceret carnis. Unde et passuro Petro dicitur: *Cum senueris, extenderes manus tuas, et alias te cinget, et ducet quo tu non vis* (*Joan. xxi, 18*). Neque enim si plenissime Petrus nollet pro Christo pati potuisset, sed martyrum, quod per infirmitatem carnis noluit, per virtutem spiritus auavit. Qui dum per carnem ad poenas trepidat, per spiritum ad gloriam exsultat; actumque est ut cruciatum martyrii <sup>e</sup> nolendo voluisse. Sic nos quoque cum gaudium querimus salutis, amarum poculum sumimus purgationis. Amaritudo quidem in poculo displicet,

<sup>a</sup> Carnot. et 3 Gemel., quem verbo prædixit.

<sup>b</sup> Bigot., duo priores Geinct. et Val. Cl., toties ante se moritura.

<sup>c</sup> Val. Cl., non venit.

<sup>d</sup> Hic locus mira varietate legitur in MSS. In Tiron. et C. Germ. habebat spei gaudium adhibuit dolorem naturæ, sed corrupte. Duo priores Gemel., spei gaudium delebit dolorem naturæ, optime. Idem dic de hac lectione primi Carn., spei gaudium inhibuit dolorem naturæ.

<sup>e</sup> Belvac., volendo voluisse.

<sup>f</sup> C. Germ., primus Carp. et alii, sicut nos quoque.

A sed restituenda per amaritudinem salus placet. Amavit ergo juxta carnem Felicitas filios suos, <sup>g</sup> sed pro amore celestis patriæ mori etiam coram se voluit quos amavit. Ipsa eorum vulnera accepit, sed ipsa in eisdem ad regnum prævenientibus excrevit. Recte ergo hanc feminam ultra martyrem dixerim, quæ toties in filiis desiderabiliter extincta, dum multiplex <sup>h</sup> martyrium obtinuit, **1446** ipsam quoque martyrii palmam vicit. Fertur apud veteres mos fuisse ut quisquis consul existeret juxta ordinem temporum honoris sui locum teneret; at si quis posterius ad consulatum veniens consul non semel, sed bis fortasse aut tertio fieret, etiam illos laude et honore transcederet qui non plus quam semel consules existissent. Vicit ergo beata Felicitas martyres, quæ, tot ante se morientibus filiis, pro Christo frequenter occubuit, <sup>i</sup> quia et amori illius sola sua mors minime sufficit.

**C** 4. Consideremus, fratres, hanc feminam, consideremus nos, qui membris corporis viri sumus, in ejus comparatione quid existimabimur. Sæpe namque agenda aliqua bona proponimus, sed si unus contra nos vel levissimus sermo ab ore irridens eruperit, ab intentione actionis nostræ fracti protinus et confusi resilimus. Ecce nos plerunque a bono opere verba revocant. Felicitatem vero a sancta intentione frangere nec tormenta potuerunt. <sup>j</sup> Nos in auram maledictionis impingimus; hæc ad regnum etiam per ferrum exiit, nihilque esse quod obsistebat æstimavit. Nos ad præcepta dominica largiri nostra saltem superflua nolumus; hæc non solum Deo suam substantiam contulit, **1447** sed pro illo etiam propriam carnem dedit. Nos cum ex divina jussione filios amittimus, sine consolatione lugemus; hæc eos velut mortuos plangeret, si non obtulisset. Cum ergo ad illud terrible examen districtus judex venerit, quid nos viri dicemus, cum hujus feminæ gloriam viderimus? De debilitate mentis suæ quæ tunc erit viris excusatio, quando hæc ostendetur, quæ cum sæculo et sexum vicit? Sequamur ergo, fratres charissimi, districtam et asperam Redemptoris viam; usu quippe virtutum ita iam plana facta est, ut per eam feminis libeat ambulare. Despiciamus cuncta præsentia, nulla sunt etenim quæ transire possunt. Turpe sit diligere quod constat citius perire. Non nos terrenarum rerum amor superet, non superbia inflat, non ira dilaniat, non luxuria polluat, non invidia consumat. Amore nostri, fratres charissimi, Redemptor noster occubuit, et nos amore ejus di-

<sup>g</sup> C. Germ., Belvac., duo priores Gemel. *spræ amore.*

<sup>h</sup> Ita MSS. omnes, quibus consentiunt vet. Ed. In recentioribus legitur, *Martyrium sustinuit.*

<sup>i</sup> 4 Carn., quia et amatori. Sunt aliae plures ver. lectiones, sed leviter discrepantes.

<sup>j</sup> Ita omnes MSS. Anglic. et nostri, vel *in aura*. Et quidem utrumque optimo sensu et eleganter, auram enim opponit ferro. Cedimus auræ, cum Felicitas ferro non cesserit. Id non intellegentes Editores sic interpolarunt: *nos injuriam maledictionis in aurem maledictoris impingimus.*

scamus vincere nosmetipsos. Quod si perfecte agimus, non solum imminentes poenas evademos, sed una cum martyribus gloria remunerabimur. Nam quamvis occasio persecutionis desit, habet tamen et pax nostra martyrum suum, quia etsi carnis colla ferro non subdimus, spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus, ipso adjuvante, etc.

#### HOMILIA IV.

Habita ad populum in basilica sancti Stephani martyris, <sup>a</sup> de apostolis.

LECTIO 8. EVANGELII SEC. MATTH. X. 5-10.

*In illo tempore, misit Jesus duodecim discipulos suos, præcipiens eis dicens : In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis, sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel. Euntes autem prædicate, dicentes quia appropinquavit regnum cœlorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones ejicite. Gratis accepistis, <sup>b</sup> gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo.*

1. Cum constet omnibus, fratres charissimi, quia Redemptor noster in mundum pro redēptione gentium venit, cum Samaritanos quotidie ad fidem vocari conspicimus, quid est quod in prædicationem discipulos mittens, dicit : *In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis, sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel?* Nisi hoc quod ex facti fine colligimus, quia prius soli Iudeæ voluit, et postmodum cunctis gentibus prædicari, ut dum illa converti vocata renueret, prædicatores sancti ad vocationem gentium per ordinem venirent, qualenrus Redemptoris nostri prædicatio a propriis repulsa, gentiles populos quasi extraneos quererent; et quod Iudeæ siebat in testimonium, hoc gentibus gratiæ esset incrementum. Erant enim tunc qui de Iudeæ vocandi essent, et de gentibus vocandi non essent. Nam et in apostolorum Actibus, prædicante Petro, legimus et prius Iudeæorum tria millia, et postea quinque millia credidisse (Act. ii, 41; iv, 4). Et cum prædicare apostoli gentibus in Asia voluissent, per Spiritum prohibiti esse memorantur (Act. xvi, 6); et tamen ipse Spiritus qui prius prædicationem prohibuit, hanc Asianorum cordibus postmodum infudit. Nam diu est quod Asia <sup>D</sup> cuncta jam creditit. Idcirco ergo prius prohibuit quod postmodum fecit, <sup>c</sup> quia tunc in illa erant qui salvandi non erant. Tunc in illa erant qui necdum ad vitam reparari merebantur, nec tamen gravius de contempta prædicatione judicari. Subtili ergo occulitoque iudicio a quorundam auribus prædicatio sancta

<sup>a</sup> Hæc in MSS. C. Germ., Belvac., Gemet., Bigot. et Reg. Suec., non leguntur.

<sup>b</sup> In Belvac. et C. Germ. hæc verba ab olvunt lectionem Evang. Nihil quoque ex seq. explicatur in homil.

<sup>c</sup> 3 Gemet., quia in illa erant qui necdum ad vitam merebantur vocari. Nec tamen, etc. In Turon., uno Sangerio., duob. prior. Gemet., Bigot. et 2 Carn. :

A subtrahitur, quia suscitari per gratiam non merentur. Unde necesse est, fratres charissimi, ut **1448** in omne quod agimus omnipotentis Dei super nos consilia occulta timeamus, ne dum mens nostra, exterius fusa, a sua se <sup>d</sup> voluptate non revocat, intus contra eam iudex terribiliter adversa disponat. Quod bene Psalmista intuens, ait : *Venite et videte opera Domini, quam terribilis in consiliis super filios hominum* (Psal. xlvi, 9; Psal. lxxv, 5). Vedit namque quod alius misericorditer vocatur, alius justitia exigente repellitur. Et quia alia parcendo Dominus, alia irascendo disponit, expavit quod penetrare non potuit. Et quem non solum investigabilem, sed etiam in quibusdam suis sententiis inflexibilem vedit, terribilem in consiliis esse memoravit.

B 2. Missis autem prædicatoribus, quid præcipiatur audiamus. *Euntes prædicate, dicentes, quia appropinquavit regnum cœlorum.* Hoc jam, fratres charissimi, etiam si Evangelium taceat, mundus clamat. Ruinae namque illius voces ejus sunt. Qui enim tot attritus percussionibus a gloria sua cecidit, quasi jam nobis e proximo regnum aliud quod sequitur ostendit. Ipsa jam et a quibus amatur amarus est. Ipsæ ejus ruinae prædicant quod amandus non est. Si enim ruinam sui domus quassata minaretur, quisquis in illa habitaret fugeret; et qui stantem dilexerat, recedere quantocum a cadente festinaret. Si igitur mundus cedit, et nos eum amando amplectimur, opprimi volumus potius quam habitare, quia nulla nos ratio a ruina illius separat, quos ejus passionibus amor ligat.

C Facile est ergo nunc jam cum destructa omnia cernimus animum nostrum ab ejus dilectione disjungere. Sed hoc illo in tempore difficultissimum fuit, quo tunc prædicare cœlorum regnum invisibile mittebantur, cum longe lateque <sup>e</sup> omnia cernerent florere regna terrarum.

D 3. Unde et adjuncta sunt prædicatoribus sanctis miracula, ut fidem verbis daret virtus ostensa, et nova facerent qui nova prædicarent, sicut in hac eadem lectione subjungitur : *Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones ejicite.* Florente mundo, crescente humano genere, diu in hac vita subsistente carne, exuberante ruru opulentia, quis cum audiret vitam esse aliam crederet? Quis invisibilis visibilibus præferret? Sed ad salutem redeuntibus infirmis, ad vitam resurgentibus mortuis, carnis munditiam recipientibus leprosis, ereptis a jure immundorum spirituum dæmoniacis, tot visibilibus miraculis exactis, quis non crederet quod de visibilibus audiret? Ad hoc quippe visibilia miracula coruscant, ut corda videntium ad fidem invisibilium perirahant, ut per hoc quod mirum foris agitur hoc

reparari merebantur. Sed tamen eis utiliter prædicationis officium subtrahitur, ne gravius de contempta prædicatione judicari mererentur. Subtili ergo. Sequitur C. Germ., alterum Germ., Regium, etc.

<sup>d</sup> Duo Gemet. priores, totidem Carn., Bigot. et C. Germ., voluntate.

<sup>e</sup> C. Germ., Belvac., Bigot. et tres Gemet., omnes cernerent.

quod intus est longe mirabilis esse sentiatur. Unde A nunc quoque cum fidelium numerositas excrevit, intra sanctam Ecclesiam multi sunt <sup>a</sup> qui vitam virtutum tenent, sed signa virtutum non habent, quia frustra miraculum foris ostenditur, si deest quod intus operetur. Nam juxta Magistri gentium vocem : *Lingue in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus* (*I Cor. xiv. 22*). Unde et idem prædicator egregius b inter prædicationis verba dormientem, cadentemque de fenestra Eutychum, atque a vita funditus extinctum, coram cunctis infidelibus orando suscitavit (*Act. xx. 9, seq.*). c Meliten veniens, et **1449** plenam infidelibus insulam sciens, patrem Publii dysenteria febribusque vexatum, orando d sanavit (*Act. xxviii. 8*). Peregrinationis vero suæ comitem, et sanctæ prædicationis adjutorem Timotheum, ex infirmitate stomachi lassescerentem, non verbo curat, e sed medicinali arte reparat, dicens : *Modico vino utere, propter stomachum et frequentes tuas infirmitates* (*I Tim. v. 23*). Qui ergo infirmum infidelem e una prece salvat, cur et ægrotum socium prece non roboret? Quia nimis illi foris per miraculum sanandus erat, qui interior vivus non erat, ut per hoc quod exterior potestas ostenderet, hunc ad vitam interior virtus animaret. *Ægrotanti autem fideli socio exhibenda signa non fuerant, qui salubriter intus vivebat.*

4. Sed concessa potestate prædicationis, concessis virtutum miraculis, quid Redemptor noster subiungat audiamus : *Gratis accepisti, gratis date.* Præsciebat namque nonnullos hoc ipsum donum accepti Spiritos in usum negotiationis inflectere, et miraculorum signa ad avaritiae obsequium declinare. Hinc est enim quod Simon Magus, per impositionem manus edita miracula e conspiciens, percipere donum Spiritus sancti pecunia voluit (*Act. viii. 18, seq.*), scilicet ut deterius venderet quod male comparasset. Hinc de templo redemptor noster flagello de resticulis facto turbas ejecit, cathedras vendentium columbas evertit (*Joan. ii. 15*). Columbas quippe vendere est impositionem manus qua Spiritus sanctus accipitur, non ad vitæ meritum, sed b ad præmium dare. Sed sunt nonnulli qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt (*1. q. 1, c. Nonnulli*), et tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem laudis solummodo retributionem querunt. Huius nimis quod gratias acceptum est gratis non tribuunt, quia de impenso officio sanctitatis nummum expetunt favoris. Unde bene cum justum virum describeret propheta, ait : *Qui excutit manus suas ab omni munere* (*Isai.*

<sup>a</sup> Recent. Ed., qui viam, reluctantibus MSS. et veteribus Excusis.

<sup>b</sup> I Carn., Gemet., Longip. et plur. al. MSS., ad prædicationis.

<sup>c</sup> Vitoise in plur., Mitilenem, Militene, Militinæ.

<sup>d</sup> Vel salvari. In 2 Gemet., suscitat.

<sup>e</sup> Duo priores Carn., mederi parat; quod etiam habet Turon., nisi quod, pro mederi, legitur in eo medere.

xxxiii, 15). Neque enim dicit : Qui excutit manus suas a munere, sed adiunxit ab omni, quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio est i subjectio indebita impensa, munus a manu pecunia est, munus a lingua favor. Qui ergo sacros ordines traxit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit.

5. Sed vos, fratres charissimi, quos sæcularis habitus tenet, cum que sint nostra cognoscitis, mentis oculos ad vestra revocate. Cuncta erga vos vicissim gratis agite. Nolite operis vestri in hoc mundo retributionem querere, quem cum tanta jam cernitis velocitate defecisse. Sicut male acta abscondi vultis ne alii videant, ita bona ne ad humanam laudem apparetur cavete. Neque mala quaque modo, nec bona pro temporali retributione faciat. Ipsum vestri operis testem querite quem judicem sustinetis. Occulta nunc bona vestra esse videat, ut ea retributionis suæ tempore in publico ostendat. Sicut carni vestræ, ne desciat, cibos quotidie præbetis, sic mentis vestræ quotidiana alimenta bona sint opera. Cibo corpus pascitur, pio opere **1450** spiritus nutritur. Quod morituræ carni tribuitis, victuræ in perpetuum animaliæ non negetis. Si quando enim repentinus ignis habitaculum absunit, quisquis ejus possessor existiterit, rapit quod valuerit, et fugit, lucrum deputat si quid secum ex ignibus tollat. Ecce tribulationum flamma mundum concremat, et cuncta que in eo speciosa videbantur finis jam proximus velut ignis devastat. Lucrum ergo, fratres charissimi, maximum credite **1451** si vobiscum aliquid de illo rapiatis, si quid fugientes tollitis, si hoc quod perire manendo poterat ad retributionem vobis perpetuam largiendo servatis. Terrena quippe omnia servando amittimus, sed bene largiendo servamus. Cum velocitate tempora fugiunt. Ad videndum ergo citius judicem nostrum quia cum magna importunitate impellimur, ei bonis actibus cum festinatione præparemur, donante Domino nostro, etc.

#### HOMILIA V.

Habita ad populum in basilica beati Andreas apostoli, in die natalis eius.

#### LECTIO 8. EVANG. SEC. MATTH. IV. 18-22.

In illo tempore, ambulans Jesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus, militantes k rete in mare (erant enim piscatores), et ait illis : Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo, relictis relibris, secuti sunt eum. Et procedens inde, vi-

<sup>f</sup> In recent. Ed. additur et ut credimus, mortuum, una. Hoc assumentum recidimus, quod in MSS. et invent. Editis non existet.

<sup>g</sup> Turon., C. Germ. et plur., concupiscentia.

<sup>h</sup> Primus Carn., ad præmiæ mundaneæ negotiationis.

<sup>i</sup> Val. Cl., subjectio indebita servitutis impensa.

<sup>j</sup> 5 Gemet., secus mare; consenit C. Germ.

<sup>k</sup> Al., relia sua, ut habent C. Germ., Bigot. et al.

*dit alio dno fratre, Jacobum Zebedaei, et Joannem fratrem ejus in nasi, cum Zebedeo patre eorum, re- pacientes relin sua, et vocavit eos. Illi autem statim, relictis relibus et patre, secuti sunt eum.*

**1450** 1. *Audistis, fratres charissimi, quia ad unius iussionis vocem Petrus et Andreas, relictis relibus, secuti sunt Redemptorem. Nulla vero hunc facere abduc miracula viderant, nihil ab eo de praemio æternæ retributionis audierant; et tamen ad unum Domini præceptum hoc quod <sup>a</sup> possidere videbantur oblii sunt. Quanta nos ejus miracula videamus, quot flagellis affligimur, quantis minarum asperitatibus deterremur, et tamen vocantem sequi contemnimus? In corde jam sedet, qui de conversione nos admonet; jam jugo fidei colla gentium subdidit, jam mundi gloriam stravit, jam, ruinis ejus cebrescentibus, districti sui judicij diem propinquantem dementiat; et tamen superba mens nostra non volt hoc sponte deserere quod quotidie perdis invita. Quid ergo, charissimi, quid in ejus judicio dicturi sumus, qui ab amore præsentis sæculi nec præceptis fleetimur, nec verberibus emendamur?*

2. *Sed fortasse aliquis tacitis sibi cogitationibus dicat: Ad vocem dominicam uterque iste pescator quid aut quantum dimisit, qui pene nihil habuit? Sed hac in re, fratres charissimi, affectum debemus potius pensare quam censum. Multuni reliquit qui sibi nihil retinuit, multum reliquit <sup>b</sup> qui, quantumlibet parum, totum deseruit. Certe nos et habita cum amore possidemus, et ea quæ minime habemus ex desiderio querimus. Multum ergo Petrus et Andreas dimisit, quando uterque etiam desideria habendi derelinquit. Multum dimisit, qui cum re possessa etiam concupiscentiis renuntiavit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt, quanta a non sequentibus concupisci potuerunt. Nemo igitur, etiam cum quosdam conspicit multa reliquisse, apud semetipsum dicat: Imitari mundi hujus contemptores volo, sed quod reliquam non habeo. Multa, fratres, relinquitis, si <sup>c</sup> desideriis terrenis renuntiatis.* **1451** *Exteriora etenim nostra Domino quainlibet perva sufficiunt. Cor namque, et non substantiam pensat; nec perpendit quantum in ejus sacrificio, sed <sup>d</sup> ex quanto proferatur. Nam si exteriora substantia perpendamus, ecce sancti negotiatores nostri perpetuam angelorum vitam datis relibus et navi mercati sunt. Æstimationem quippe pretii non habet, sed tamen regnum Dei tantum valet quantum habes. Valuit namque Zæchæo dimidium substantiam, quia dimidium aliud ad hoc quod injuste abstulit restituendum in quadruplum reservavit (Luc. xix, 8). Valuit Petro et Andreæ dimissis relibus et navi (Math. iv, 20),*

<sup>a</sup> Modus est loquendi nostro Gregorio satis usitatus, et alteri Gregorio Turon. Vide lib. iv de Mirac. sancti Marini, cap. 11: *sint hæc omnia penes sancti Martini ditionem, quæ habere videor.*

<sup>b</sup> C. Germ., Bigot., Longip., qui, quamlibet parvum.

<sup>c</sup> C. Germ. et al., desideriis carnis.

<sup>d</sup> 3 Gemet.. ex quanto affectu.

*valuit viduæ duobus minutis (Luc. xxi, 2), valuit alteri calice aquæ frigidæ (Math. x, 42). Regnum itaque Dei, ut diximus, tantum valet quantum habes.*

3. *Pensate igitur, fratres, quid vilius cum emititur, quid charius cum possidetur. Sed fortasse nec calix aquæ frigidæ suppetit qui indigenti præbeat, etiam tunc securitatem nobis promiuit sermo divinus. Redemptore etenim nato, cœli cives ostensi sunt, qui clamarent: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bona voluntatis* (Luc. ii, 14). Ante Dei namque oculos nunquam est vacua manus a munere, si fuerit arca cordis repleta bona voluntate. Hinc etenim Psalmista dicit: *In me sunt, Deus, vota tua quæ reddam, laudationes tibi* (Psal. lv, 12). Ac si aperte dicat: Etsi exterius munera offerenda non habeo, intra memetipsum tamen invenio quod in ara tua laudis impono, quia qui nostra datione non pasceris, oblatione cordis melius placaris. Nihil quippe offertur Deo <sup>e</sup> ditius voluntate bona. Voluntas autem bona est <sup>f</sup> sic adversa alterius sicut nostra pertimescere, sic de prosperitate proximi sicut de nostro profectu gratulari, aliena damna nostra credere, aliena lucra nostra deputare, amicum non propter mundum, sed propter Deum diligere, inimicum etiam amando tolerare, nulli quod pati non vis.* **1452** *facere, nulli quod tibi juste impendi desideras denegare, necessitati proximi non solum juxta vires concurrere, sed prodesse etiam ultra vires velle. Quid ergo istio holocausto loeupleties, quando per hoc quod Deo immolat in ara cordis anima semetipsam mactat?*

4. *Sed hoc bonæ voluntatis sacrificium nunquam plene persolvitur, nisi mundi hujus cupiditas perfette deseratur. Nam quidquid in eo concupiscimus, hoc procul dubio proximis invidemus. Videtur etenim quia nobis desit quod alter assequitur. Et quia semper invidia a bona voluntate discordat, mox ut haec mentem ceperit, illa discedit. Unde prædicatores sancti ut possent proximos perfecte diligere stuperdierunt in hoc sæculo nihil amare, nihil unquam appetere, & nihil vel sine appetitu possidere. Quos bene Isaias intuens, ait: *Qui sunt isti, qui ut nubes volant, et quasi columbæ ad fenestras suas* (Isai. lx, 8)? Vidi quippe terrena eos despicer, mente cœlestibus propinquare, verbis pluere, miraculis coruscare. Et quos a terrenis contagliis sancta prædicatio et sublimis vita suspenderat, hos volantes **1453** pariter et nubes appellat. Fenestræ autem nostri sunt oculi, quia per ipsos anima respicit quod exterius concupiscit. Columba vero simplex est animal, atque a malitia fellis alienum. Quasi columbæ ergo ad fenestras suas sunt, qui nihil in hoc mundo*

<sup>e</sup> Duo posteriores Gemet., devotus.

<sup>f</sup> Corh., sic adversa alteri sicut nobis pertimescere. Bellovac., sic alteri sicut nobis, etc.

<sup>g</sup> Ita legendum ex pler. Mss., et quidem uberiori sensu quam quod legitur in Excusis, nihil etiam cum appetitu possidere, quod videtur superfluum postquam dictum est nihil appetere. In C. Germ. post nihil unquam appetere, sequitur immediate quod bene, etc.

concupiscent, qui omnia simpliciter aspiciunt, et in his quæ vident rapacitatis studio non trahuntur. At contra milvus et non columba ad fenestras suas est, qui ad ea quæ oculis considerat rapinæ desiderio anhelat. Quia ergo, fratres charissimi, beati Andreæ apostoli natalitia celebramus, debemus imitari quod colimus. Ostendat nostræ obsequium devotionis immutatae solemnitas mentis; despiciamus quæ terrena sunt, relictis temporalibus, mercemur aeterna. Si autem necdum possumus relinquere propria, saltem non concupiscamus aliena. Si necdum mens nostra accenditur igne charitatis, in ambitione sua habeat frenum timoris, ut profectus sui passibus vegetata, dum ab alienorum appetitu compescitur, quandoque ad propria contempnenda perducatur, adjuvante Domino nostro Iesu Christo, etc.

#### HOMILIA VI.

Habita ad populum in basilica sanctorum Marcellini et Petri, • Dominica tertia Adventus Domini.

#### LECTIO S. EVANG. SEC. MATTH. XI, 2-10.

*In illo tempore, cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? Et respondens Jesus, ait illis: Euntes renuntiate Joanni quæ audistis et vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur, et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Eliam dico vobis, et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego misso angelum meum ante faciem tuam, qui præparabil viam tuam ante te.*

**1452** 1. Quærendum nobis est, fratres charissimi, Joannes propheta, et plus quam propheta, qui venientem <sup>b</sup> ad Jordanis baptismum Dominum ostendit dicens: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi* (*Joan. I, 29, 36*); qui et humilitatem suam, et divinitatis ejus potentiam considerans, dicit: *Qui de terra est de terra loquitur, qui autem de cælo venit super omnes est* (*Joan. III, 31*); cur in carcere positus, mittens discipulos suos, requirit: *Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?* tanquam si ignoret quem ostenderat, et an ipse sit nesciat, quem ipsum esse prophetando, baptizando, et ostendendo clamaverat. Sed hæc citius quæstio solvitur si gestæ rei tempus et ordo pensetur. Ad Jordanis enim fluente positus, quia ipse Redemptor mundi esset asseruit; missus vero <sup>c</sup> in carcere, an ipse veniat requirit, non quia ipsum esse mundi Redemptorem dubitet, **1453** sed quærerit, ut sciat si is qui per se in mundum venerat per se etiam ad inferni claustra descendat. Quem enim præcurrrens mundo

<sup>a</sup> Hæc desunt in Cod. reg. Suec. et in cæteris, preterquam in 2. Germet.

<sup>b</sup> Abest Jordanis, a C. Germ., Corb. et Bigot.

<sup>c</sup> I Carnut. et Bigot., in carcere, utrum alium

A nuntiaverat, hunc moriendo et ad inferos præcurrerat. Ait ergo: *Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?* Ac si aperte dicat: Sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus mori digneris insinua, ut qui nativitatis tuae præcursor exstiti, mortis etiam præcursor fiam, et venturum inferno te nuntiem, quem jam venisse mundo nuntiavi. Unde et inquisitus Dominus enumeratis potentiae suæ miraculis, de mortis suæ protinus humilitate respondit, dicens: *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur, et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.* Visis tot signis, tantisque <sup>d</sup> virtutibus, non scandalizari quisquam potuit, **1454** sed admirari. Sed infidelium mens grave

B in illo scandalum pertulit, cum eum et post tot miracula morientem vidiit. Unde et Paulus dicit: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam* (*I Cor. I, 23*). Stultum quippe hominibus visum est ut pro hominibus auctor vitæ moreretur; et inde contra eum homo scandalum sumpsit, unde etiam plus debitor fieri debuit. Nam tanto Deus ab hominibus dignius honorandus est, quanto pro hominibus et indigna suscepit. Quid est ergo dicere: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*, nisi aperta voce abjectionem mortis suæ humilitatemque signare? Ac si patenter dicat: Mira quidem facio, sed abjecta perpeti non dedigor. Quia ergo moriendo te subsequor, cendum valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur.

2. Sed dimissis Joannis discipulis, quid de eodem Joanne turbis dicat audiamus: *Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?* Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram slectit. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur? Qui mox ut favore vel detractione tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura favoris flaverit, hilarescit, extollitur, totumque se quasi ad gratiam inflectit. Sed si inde ventus detractionis eruperit, unde laudis aura veniebat, mox eum quasi in partem alteram ad vim furoris inclinat. Sed arundo vento agitata Joannes non erat, quia hunc nec blandum gratia, nec cuius

D libet detractio ira asperum faciebat. Nec prospera hunc erigere, nec adversa moverant inclinare. Arundo ergo vento agitata Joannes non erat, quem a status sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. Discamus ergo, fratres charissimi, arundinem vento agitatam non esse; solidemus animum inter auras linguarum positum, stet inflexibilis status mentis. Nulla nos detractio ad iram provocet, atque ad remissionem inutilis gratia nullus favor inclinet. Non nos prospera elevent, non adversa perturbent, ut qui exspectent an ipse veniat.

<sup>d</sup> Duo priores Germet. et Bigot., miraculis.

<sup>e</sup> Ita C. Germ., Carnut., Corb., etc., ubi Excusi habent nec cuiuslibet detractionis ira asperum.

In soliditate fidei sigimur, nequaquam rerum trans-euntium mutabilitate moveamur.

3. Adhuc autem de <sup>a</sup> ejus expressione subjungitur: *Sed quid existis in desertum videre? Hominem mollibus vestitum?* Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Camelorum etenim pilis contextis vestitus Joannes suis describitur. Et quid est dicere: *Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt*, nisi aperta sententia demonstrare quia non cœlesti, sed terreno <sup>b</sup> regi militant hi qui pro Deo perpeti aspera fugiunt, sed, solis exterioribus dediti, præsentis vitæ mollitatem et delectationem querunt? Nemo ergo existimet in fluxu atque studio <sup>c</sup> vestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset, nullo modo Joannem Dominus de vestimenti sui asperitate huiusasset. Si hoc culpa non esset, nequaquam Petrus apostolus per epistolam feminas a pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens: *Non in ueste pretiosa* (*I Pet. iii, 3; I Tim. ii, 9*). Pensate ergo quæ culpa sit hoc etiam viros appetere, a quo curavit pastor Ecclesiae et feminas prohibere.

**1455** 4. Quamvis hoc quod Joannes non esse vestitus mollibus dicitur, per significationem intelligi et aliter potest. Mollibus enim vestitus non fuit, quia vitam peccantium non blandimentis sovit, sed <sup>d</sup> vigore asperæ invectionis increpavit, dicens: *Genimina viperarum, quis vobis demonstravit fugere a ventura ira?* (*Math. iii, 7; Luc. iii, 7*.) Unde et per Salomonem dicitur: *Verba sapientum quasi stimuli, et sicut clavi in altum defixi* (*Eccle. xii, 11*). Clavis quippe atque stimulis sapientum verba comparantur, quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungere.

5. *Sed quid existis videre in desertum? Prophetam?* Etiam dico vobis, et plus quam prophetam. Prophetæ quippe ministerium est, ventura prædicere, non etiam demonstrare. Joannes ergo plus quam prophetæ est, quia eum quem præcurrendo prophetaverat etiam ostendendo monstrabat. Sed quia arundo vento agitata esse denegatur, quia non esse vestitus mollibus dicitur, quia prophetæ nomen huic impar esse perhibetur, jam quid digne dici possit audimus. Sequitur: *Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitti angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te* (*Malach. iii, 1*). Quod enim Græce angelus, hoc Latine nuntius dicitur. Recte ergo qui nuntiare supernum judicem mittitur angelus vocatur, ut dignitatem servet in nomine, quam explet in operatione. Altum quidem nomen est, sed vita nomine inferior non est.

6. Utinam, fratres charissimi, non ad judicium nostrum dicamus, quia omnes qui sacerdotii nomine censentur angeli vocantur, propheta attestante, qui

Ait: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est* (*Malac. ii, 7*). Sed hujus altitudinem nominis, etiam vos, si vultis, potestis mereri. Nam unusquisque vestrum in quantum sufficit, in quantum gratiam supernæ aspirationis accepit, si a pravitate proximum revocat, si exhortari ad bene operandum curat, si æternum regnum vel supplicium erranti denuntiat, cum sanctæ annuntiationis verba impendit, profecto angelus existit. Et nemo dicat: Admonere non sufficient, exhortari idoneus non sum. Quantum potes exhibe, ne male servatum <sup>e</sup> quod acceperas in tormentis exigaris. Neque enim plus quam unum talentum acceperat qui hoc abscondere magis studuit quam erogare. Et scimus quod in Dei tabernaculo non solum phialæ, sed, præcipiente Domino, etiam cyathæ facti sunt (*Exod. xxxvii*). Per phialas quippe doctrina exuberans, per cyathos vero parva atque angusta designatur scientia. Alius, doctrina veritatis plenus, audientium mentes inebriat. Per hoc ergo quod dicit profecto phialam porrigit. Alius explorere quod sentit non valet, sed quia hoc utcunque denuntiat, profecto per cyathum gustum præbet. In Dei ergo tabernaculo, id est in sancta Ecclesia, positi, si per doctrinæ sapientiam ministrare phialas minime potestis, in quantum pro divina largitate sufficitis proximis vestris boni verbi cyathos date. In quantum vos profecisse pensatis, <sup>f</sup> etiam vobiscum alios trahite, in via Dei socios habere desiderate. Si quis vestrum, fratres, ad forum aut fortasse ad balneum C pergit, quem otiosum esse considerat ut secum veniat invitat. Ipsa ergo terrena actio vestra vos conveniat, **1456** et si ad Deum tenditis, curate ne ad eum soli veniatis. Hinc etenim scriptum est: *Qui audit, dicat: Veni* (*Apoc. xii, 17*); ut qui jam in corde vocem superni amoris acceperit, foras etiam proximis vocem exhortationis reddat. Et fortasse panem, ut indigenti eleemosynam porrigit, non habet; sed majus est quod tribuere valeat, qui linguam habet. Plus enim est verbi pabulo victurom in perpetuum mentem resicere, quam ventrem morituræ carnis terreno pane satiare. Nolite ergo, fratres, proximis vestris eleemosynam verbi subtrahere. Mecum vos admoneo, ut ab otioso sermone parcamus, inutiliter loqui declinemus. Inquantum reniti D lingue prævalemus, in ventum verba non defluant, cum judex dicat: *Omne 1457 verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii* (*Math. xii, 36*). Otiosum quippe verbum est, quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione justæ necessitatis caret. Otiosa ergo colloquia ad ædificatio-nis studium vertite: quam celerrime hujus vitæ tempora fugiant, considerate: quam districtus ve-

<sup>a</sup> Vulgati, de ejus sanctitate. Optime, nisi reluctantur MSS.

<sup>b</sup> Belvac., i Carn., Val. Cl., Longip., regno.

<sup>c</sup> Exponimus pretiosarum auctoritate MSS. Turen., C. Germ., Belvac., Carn.

<sup>d</sup> Al., rigore, ut legitur in Corb. Germ., Gemet.,

Bigot., etc.

<sup>e</sup> Ita simplicius MSS. quam Excusi, ubi legitur quod acceperas talentum in tormentis pendere exigaris.

<sup>f</sup> Turon. et quinque al. MSS., etiam alios trahere vobiscum satagit.

niat iudex attendite. Hunc ante oculos vestri cordis ponite : hunc proximorum vestrorum membris intimis ; ut in quantum vires suppetunt, si sanctificare eum non negligitis, vocari ab eo Angelum cum Joanne valeatis ; quod ipse praestare dignetur qui vivit et regnat Deus in secula seculorum. Amen.

## HOMILIA VII.

Habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli,  
b Dominica quarta in Adventu Domini.

## LECTIO 8. EVANG. SEC. JOAN. I, 19-28.

In illo tempore, miserunt Iudei a Ierosolymis sacerdos et levitas ad Joannem, ut interrogarent eum : Tu quis es ? Et confessus est, et non negavit. Et confessus est : Quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum : Quid ergo ? Elias es tu ? Et dicit : Non sum. Prophetas es tu ? Et respondit : Non. Dixerunt ergo ei : Quis es, ut responsum demus his, qui miserunt nos ? Quid dicas de teipso ? Ait : Ego vox clamantis in deserto : Dirigit viae Domini, sicut dixit Isaia propheta. Et qui misserunt erant ex Pharisaeis. Et interrogaverunt eum, et dixerunt ei : Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque prophetas ? Respondit eis Joannes, dicens : Ego baptizo in aqua ; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamenti. Haec in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.

**1456** 1. Ex hujus nobis lectionis verbis, fratres charissimi, Joannis humilitas commendatur, qui cum tantæ virtutis esset ut Christus credi potuisse, elegit solide subsistere in se, ne humana opinione raparetur inaniter super se. Nam confessus est, et non negavit, et confessus est : Quia non sum ego Christus. Sed quia dixit Non sum, negavit plane quod non erat, sed non negavit quod erat, ut veritatem loquens, ejus membrum fieret cuius sibi nomen fallaciter non usurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Christi, factus est membrum Christi, quia dum infirmitatem suam studuit humiliiter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cum ex lectione alia Redemptoris nostri sententia ad mentem reducitur, ex hujus lectionis verbis nobis questio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus a discipulis Dominus de Eliæ adventu, respondit : Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eum quaecunque voluerunt. Et si vult scire, Joannes ipse est Elias (Matth. xvii, 12). Requisitus autem Joannes, dicit : Non sum Elias. Quid est hoc, fratres charissimi, quia quod Veritas affirmat, hoc propheta Veritatis negat ? Valde namque inter se diversa sunt Ipse est et Non sum. Quomodo ergo propheta Veritatis est, **1457** si ejusdem Veritatis sermonibus concors non est ? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrarium sonuit.

a Corb., non negavit.

b In 2 Gennet. solo Dominica haec indicatur, nec alia dies assignatur in MSS.

c C. Germ. et Bigot., ego quidem baptizo.

d Belvac. et C. Gerun., cuius ego non sum dignus

quomodo contrarium non sit invenitur. Ad Zachariam namque de Joanne angelus dicit : Ipse præcedet ante illum in spiritu et virtute Elias (Luc. i, 17). Qui idcirco venturus in spiritu et virtute Elias dicitur, quia sicut Elias secundum Domini adventum præveniet, ita Joannes prævenit primum. Sicut ille præcursor venturus est judicis, ita iste præcursor est factus Redemptoris. Joannes igitur in spiritu Elias erat, in persona Elias non erat. Quod ergo Dominus faciet de spiritu, hoc Joannes denegat de persona, quia et justum sic erat, ut et discipulis Dominus spiritalem de Joanne septentiam diceret, et Joannes idem turbis carnalibus non de suo spiritu, sed de corpore responderet. Contrarium ergo veritati videtur esse quod Joannes sospit, sed tamen a veritatis tramite non recessit.

2. Qui cum se etiam prophetam negat, quia videbet non solum poterat Redemptorem predicare, sed etiam demonstrare, quisnam sit continuo exprimit, dum subjungit ; Ego vox clamantis in deserto. Scitis, fratres charissimi, quia unigenitus Filius Verbum Patris vocatur, Joannes attestante, **1458** qui ait : In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joen. i, 1). Et ex ipsa vestra locutione cognoscitis quia prius vox sonat, ut verbum postmodum possit audiri. Joannes ergo vocem se esse asserit, quia Verbum præcedit. Adventum itaque Dominicum præcurrrens, vox dicitur, quia per ejus ministerium Patris Verbum ab hominibus auditur. Qui etiam in deserto clamat, quia derelictus constitutæque Iudeæ solarium Redemptoris annuntiat. Quid autem clamat inquit eum subjungit : Dirigit viae Domini, sicut dixit Isaia propheta (Isai. xi, 3). Via Domini ad eum diriguntur et veritatis sermo humiliiter auditur. Via Domini ad eum dirigitur eum ad præceptum vita preparatur. Unde scriptum est : Si quis diligit me, servon meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum venient, et mansionem apud eum faciemus (Joen. xiv, 23). Quisquis ergo in superbiam mentem elevat, quisquis avaritie vestibus anhelat, quisquis se luxuria iniquitationibus poluit, cordis ostium contra veritatem claudit ; et ne ad se Dominus veniat, clausa animi seris vitiorum damnat.

3. Sed adhuc qui missi sunt percutantur : Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque prophetas ? Quod quia non studio cognoscendæ veritatis, sed malitia exerceendas simulationis dicitur, Evangelista tacite iponuit cum subjungit, dicens : Et qui misserunt erant ex Pharisaeis. Ac si aperito dicat : Illi Joannem de suis actibus requirunt, qui doctrinam nesciunt querere, sed invidere. Sed sanctus quisque etiam cum perversa mente requiritur, a bonitatis sua studio non remittatur. Unde Joannes quoque ad verba invidiae prædicamenta respondit vita. Nam protinus adjugit : Ego baptizo in aqua ; ut solvam. Habet etiam Bigot. ut solvam.

• Gemeticenses et nonnulli, prædicere.

<sup>†</sup> Ita MSS. cum vet. Ed. In rasant., saeculum euangelisticum.

*medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ioannes non spiritu, sed aqua baptizat, quia, peccata solvere non valere, baptizatorum corpora per aquam lavat, sed tamen mentem per veniam non lavat. Cur ergo baptizat qui peccata per baptismum non relaxat, nisi ut, praeexcusiois aucte ordinem servans, qui nasciturum nascendo prævenerat, baptizaturum quoque Dominum baptizatio præveniret; et qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiam præcursor ejus fieret imitatione sacramenti? Qui inter haec mysterium annuntians, hunc in medio hominum et stetisse asserit, et nesciri, quia per carnem Dominus apparet, et visibilis existit corpore et invisibilis maiestate. De quo etiam subdit: Qui post me venit, ante me factus est. Sic namque dicitur: Ante me factus, ac si dicatur, Ante me positus. Post me ergo venit, quia postmodum natus; ante me autem factus est, quia mihi prælatus. Sed haec paulo superius dicens, etiam prælationis ejus causas aperuit cum subjunxit quia prior me erat. Ac si aperte dicat: Ide me etiam post natus superat, quo eum nativitatis sue tempora non angustant. Nam qui per matrem in tempore nascitur, et sine tempore est a Patre generatus. Cui quantum reverentiae humilitatem debeat subdendo manifestat: Cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti (Marc. i, 7). Mos apud referes fuit ut si quis eam quæ sibi competeteret accipere uxorem nolle, ille ei calceamentum 1459 solveret qui ad hanc sponsus jure propinquitatis veniret. Quis igitur inter homines Christus, nisi sanctæ Ecclesiæ sponsus apparuit? De quo et idem Joannes dicit: Qui habet sponsam, sponsus est (Joan. iii, 29). Sed quia Joannem homines Christum esse putaverunt, quod idem Joannes negat, recte se indignum esse ad solvendam corrigiam ejus calceamenti denuntiat. Ac si aperte dicat: Ego Redemptoris nostri vestigia denudare non valeo, quia sponsi homen mihi immixito non usurpo. Quod tamen intelligi et aliter potest. Quis enim nesciat quod calceamenta ex mortuis animalibus sunt? Incarnatus vero Dominus veniens quasi calceatus apparuit, quia in divinitate sua morticina nostræ corruptionis assunxit. Unde etiam per Prophetam dicit: In Idumæam extendam calceamentum meum (Psal. lxx, 10). Per Idumæam quippe gentilias, per calceamentum vero assumpta mortalitas designatur. In Idumæam ergo Dominus calceamentum suum se extendere asserit, quia dum per carnem gentibus innotuit, quasi calceata ad nos divinitas venit. Sed hujus incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Investigari enim nullatenus potest quomodo corporatur Verbum, quomodo summus et vivificator spiritus intra*

<sup>a</sup> In recent. Ed., in spiritu... in aqua.

<sup>b</sup> Excusi, non sanat, invitit MSS.

<sup>c</sup> Excusi, sine matre ante tempora est, etc. Restituimus hunc locum ex MSS. Anglic. et omnibus nostris.

<sup>d</sup> Sic legere cogit MSS. consensus. Editi habent, incarnatur.

<sup>e</sup> Duo prior. Gemet., Bigot., Longip., Val. Cl., est huic causa nostris sensibus obligata mysterii. Ac-

A uterqm matris animator, quomodo is qui initium non habet, et existit, et concipitur. Corrigia ergo calceamentum est ligatura mysterii. Joannes itaque solvere corrigiam calceamenti ejus non valet, quia incarnationis ejus mysterium nec ipse investigare sufficit, qui hanc per prophetam spiritum agnoscit. Quid est ergo dicere: Non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus, nisi aperte et humiliiter suam ignorantiam proficeri? Ac si patenter dicat: Quid mirum si ille mihi prælatus est, quem post me quidem natum considero, sed nativitatis ejus mysterium non apprehendo? Ecce Joannes, prophetam spiritu impletus, mira scientia euicas et tamen illud de se insinuat quod ignorat.

<sup>B</sup> 4. Qua in re pensandum nobis est, fratres charismati, et tota intentione cogitandum quomodo sancti viri, ut humilitatis in se virtutem custodian, cum quedam mirabiliter sciunt, illud ante mentis oculos student revocare quod nesciunt, ut dum ex parte alia infirmitatem suam considerant, ex ea parte & qua perfectus est eorum se animus non extollat. Scientia etenim virtus est, humilitas etiam custos virtutis. Restat ergo ut in omne quod scit sese mens deprimat ne quod virtus scientiae congregat ventus elationis tollat. Cum bona, fratres, agitis, semper ad memoriariam male acta revocate, ut dum caute culpa conspicitur nunquam de bono opere incaute animus latetur. Superioris invicem, eos maxime qui vobis commissi non sunt, proximos vestros attendite, quia et quos agere aliqua prava conspicitis, quia in eis lateant bona nescitis. Magnus ergo unusquisque esse studeat, sed tamen aliquo modo esse se nesciat, ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, & amittat. Hinc etenim per prophetam dicitur: Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobis metipsis prudentes (Isai. v, 21). Hinc Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vos metipsis (Rom. xii, 16). Hinc contra superbientem Saul dicitur: 1460 Cum essem parvulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es (I Reg. xv, 17). Ac si aperte diceretur: Cum tu te parvulum consiperes, ego te præ ceteris magnum feci. Quia vero tu te magnum consipicis, a me parvus estimaris. Quo contra cum David regni sui potentiam coram area foederis Domini sa'ntando despiceret, dixit: Ludam ei uictoriam plus quam factus sum, et ero humilis in oculis meis (II Reg. vi, 22). Quem enim non extolleret ora leonina frangere, ursorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula ungi, timendum cunctis uno lapide Goliath sternere, a rege proposita extinctis allophylis numerosa preputia reportare, regnum ex promis-  
<sup>D</sup> cedit unus Codex San-Germ. Adhaeremus autem C. Germ., Reg., Corb., Carnut., etc.

<sup>f</sup> Duo priores Gemet., confiteri.

<sup>g</sup> Vulgati, qua perfecti sunt. Contradicunt MSS. omnes.

<sup>h</sup> Ita Turon., C. Germ., etc. Excusi, spargat.

<sup>i</sup> Post amittat habent Ed. intus quod erat.

<sup>j</sup> In nonnullis Ed., tabernacula.

sione percipere, cunctumque israeliticum a populum sine ulla postmodum contradictione **1461** possidere? Et tamen in cunctis se despicit, qui in suis oculis se esse humilem confitetur. Si ergo sancti viri etiam cum agunt fortia, de semetipsis vilia sentiunt, quid in sua excusatione dicturi sunt qui sine opere virtutis intumescunt? Sed b<sup>is</sup> etsi quaelibet bona adsint opera, nulla sunt, nisi ex humilitate condiantur. Miranda quippe actio cum elatione non elevat, sed gravat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, in ventum pulverem portat; et unde aliquid ferre cernitur, inde deterius cæcatur. In cunctis ergo quæ agitis, fratres mei, radicem boni operis humiliatem tenete; nec quibus jam superiores, sed quibus adhuc inferiores estis, aspicite, ut dum meliorum vobis exempla proponitis, ad majora semper ascendere ex humilitate valeatis.

## HOMILIA VIII.

Habita ad populum in basilica beate Marie Virginis, in die Natalis Domini.

## LECTIO 8. EVANG. SEC. LUC. II, 1-14.

In illo tempore, exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Haec descriptio prima facta est a præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Joseph a Galilæa de civitate Nazareth, in Iudeam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt a dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum; et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio, quia non erat ei locus in divisorio. Et pastores erant in regione eadem, vigilantes et custodiens vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, et possum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudine militiæ caelestis exercitus, laudantium Deum, et dicentium: Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bone voluntatis.

**1460** Quia, largiente Domino, missarum solemnia ter hodie celebratur sumus, loqui diu de Evangelica lectione non possumus. Sed nos aliquid vel breviter dicere Redemptoris nostri nativitas ipsa compellit. Quid est quod nasciture Domino mundus describitur, nisi nec quod aperte monstratur, quia ille veniebat in carne, qui electos suos ascriberet in eternitate? Quo contra de reprobis per Prophetam dicitur: De-

a In Gussanv. populum contradictione possidere.

b Belvac. et al., sed quaelibet bona.

c In C. Germ. et Turon., præstante Domino nostro Jesu Christo. Additur in Turon. cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

d Belv., dies Mariæ, ut pareret.

e Abest exercitus a Ms. C. Germ., Belv., Bigot. Paulo post Corb. Germ. et Belv. habent in excelsis,

A leantrur de libro riventium, et cum justis non scribantur (Psal. LXVIII, 29). Qui bene etiam in Bethlehem nascitur: Bethlehem quippe domus panis interpretatur. Ipse namque est qui ait: Ego sum panis vivus, qui de cælo descendit (Joan. VI, 41, 52). Locus ergo in quo Dominus nascitur, domus panis antea vocatus est, quia futurum profectio erat ut ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate resliceret. Qui non in parentum domo, sed in via nascitur, ut profecto **1461** ostenderet, quia per humanitatem suam quam assumpserat quasi in alieno nascebatur. Alienum videlicet non secundum potestatem dico, sed secundum naturam. Nam de potestate ejus scriptum est: In propria venit (Joan. I, 14). In natura etenim sua ante tempora natus est, in nostra venit ex tempore. Qui ergo æternus permanens temporalis apparuit, alienum est ubi descendit. Et quia per prophetam dicitur: Omnis caro fenum (Isai. XL, 6), factus homo, fenum nostrum verit in frumentum, qui de semetipso ait: Nisi granum frumenti eadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet (Joan. XII, 24). Unde et natus in præsepio reclinatur, ut fideles omnes videlicet sancta animalia, carnis suæ frumento resliceret, et ab æternæ intelligentiæ pabulo jejuna remanerent. Quid autem est quod vigilantibus pastoribus angelus apparebat, eosque Dei claritas circumfulget, nisi quod illi præ cæteris videre sublimia merentur, **1462** qui fidelibus gregibus præesse sollicite sciunt? Dumque ipsi pie super gregem vigilant, divina super eos gratia largius coruscat.

2. Regem vero natum angelus nuntiat, ejusque voce angelorum chori concinunt, et congaudentes clamant: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bone voluntatis. Prius quippe quam Redemptor noster nascetur per carnem, discordiam cum angelis habuimus, a quorum claritate atque munditia per primæ culpæ meritum, per quotidiana delicta longe distabamus. Quia enim peccando extranei eramus a Deo, extraneos nos a suo consortio deputabant angeli cives Dei. Sed quia nos cognovimus Regem nostrum, recognoverunt nos angeli cives suos. Quia enim cœli Rex terram nostræ carnis assumpsit, infirmitatem nostram illa jam angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostram angeli redeunt, intentionem prioris discordia postponunt; et quos prius infirmos abjectosque despexerant, jam socios venerantur. Hinc est enim i quod Lot (Genes. XIX, 1) et Josue (Josue V, 15) angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur; Joannes vero in Apocalypsi i sua adorare angelum voluit, sed tamen **1463** idem hunc angelus ne se debeat adorare compescuit, di-

pro altissimis.

f Excusi, quia ille apparebat in carne.

g i Carnut. et pauci, ne ab interna.

h Belvac. et C. Germ., solliciti sunt.

i Turon., Corb., Germ., Belvac., Gemet., etc., quod Lot vel Josue, ubi vel sumitur pro particula conjunctiva et.

j Abest sua, a Turon. et pl.

cens : *Vide ne feceris, conservus enim tuus sum et frater tuorum* (Apoc. xxii, 9). Quid est quod ante Redemptoris adventum angelii ab hominibus adorantur, et tacent, postmodum vero adorari refugunt, nisi quod naturam nostram, quam prius despicerant, postquam hanc super se assumptam conspiciunt, substratam sibi videre pertimescant? Nec jam sub se velut insirmam contemnere ausi sunt, quam super se videlicet in cœli Rege venerantur. Nec habere dignantur hominem socium, qui super se adorant hominem Deum. Curemus ergo, fratres charissimi, ne qua nos immunditia polluat, qui in æterna præscientia et Dei cives, et angelis ejus æquales sumus. Vindicemus moribus dignitatem nostram, nulla nos luxuria inquiet, nulla nos turpis cogitatio accuset, non malitia mentem mordeat, non invidiae rubigo consumat, non elatio infllet, non ambitio per terrena oblectamenta dilaniat, non ira inflammet. Dii etenim vocati sunt homines. Defende ergo tibi, o homo, contra vitia honorem Dei, quia propter te factus est Deus homo, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA IX.

Habita ad populum in basilica sancti Silvestri, in die natalis ejus.

## LECTIO 8. EVANG. SEC. MATHE. XXV, 14-30.

*In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Homo quidam peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim. Abiit autem quis quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fudit in terram, et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit Dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens : Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus ejus : Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat, et ait : Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi Dominus ejus : Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui. Accedens autem et qui unum talentum acceperat, ait : Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, et congregas ubi non sparsiisti; et timens abiit et abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus ejus, dixit ei : Serve male et piger, sciebas quia metu non semino,*

<sup>a</sup> Duo priores Gemet. ac Bigot., præsentia.

<sup>b</sup> Haec in Belv., Corb. et C. German., minime leguntur.

<sup>c</sup> Ita legitur in omnibus MSS. nostris, nullibi autem Felicis; quod pro varia lect. Gussanv. annotavit. In duob. Genet. vet. legitur Silvestri papæ. In alio, episcopi. In kalend. Rom. a Joanne Frontone edito, quod putat ante an. 731 exaratum esse, aliud Evangelium assignatur in festo sancti Silvestri.

*A et congregate ubi non sparsi; oportuit ergo te dare pecuniam meam nummulariis, et ego veniens receperissem usque quod meum est cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, et abundabit; ei autem qui non habet, et quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores; illuc erit fletus et stridor dentum.*

**1. Lectio sancti Evangelii, fratres charissimi, sollempniter considerare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimus ab auctore mundi, gravius inde judicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior atque ad serviendum**

**1464** promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione.

**B** Ecce homo qui peregre proficiscitur, servos suos vocat, eiusque ad negotium talenta partit. Post multum vero temporis positurus rationem revertitur, bene operantes pro apportato lucro remunerat, servum vero a bono opere torpente damnat. Quis itaque iste homo est qui peregre proficiscitur, nisi Redemptor noster, qui in ea carne quam assumpserat abiit in carnem? Carnis enim locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrina dicitur, dum per Redemptorem nostrum in cœlo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscens servis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritalia dona concessit. Et uni quidem quinque talenta, alii duo, alii vero commisit unum. Quinque etenim sunt corporis sensus, videlicet visus, auditus, gustus, odoratus et tactus. Quinque ergo talentis donum quinque sensuum, id est exteriorum scientia, exprimitur. Duobus vero intellectus et operatio designatur. Unius autem talenti nomine intellectus tantummodo designatur. Sed is qui quinque talenta acceperat alia quinque lucratus est, quia sunt nonnulli qui, etsi interna ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione tamen supernæ patriæ docent recta quos possunt de ipsis exterioribus quæ acceperunt; dumque se a carnis petulantia et a terrenarum rerum ambitu, atque a visibilium voluntate, custodiunt, ab his etiam alios admonendo compensant. Et sunt nonnulli qui, quasi duobus talentis ditati, intellectum atque operationem percipiunt, subtilia de internis intelligent, mira in exterioribus operantur; cumque et intelligendo et operando aliis prædicant, quasi duplicatum de negotio lucrum reportant. Bene autem alia quinque vel alia duo in lucrum venisse referuntur, quia dum utrique sexui prædicatio impenditur, quasi accepta talenta geminantur. Sed is qui unum talentum acceperat, abiens, fudit in terram, et abscondit pecuniam domini sui.

<sup>a</sup> In Corb. Germ. et Norm., simpliciter, *lucratus sum.*

<sup>b</sup> C. Germ., Belv. et Bigot. *committere.*

<sup>c</sup> Belvac., quasi *peregrina.*

<sup>d</sup> In recent. Ed. additur *duplum talentum portant,* quod abest a veteribus tum vulg. tum manu exaratis.

<sup>e</sup> 1. Carnot.; utrique sensu.

Talentum in terra abscondere est acceptum ingenium in terrenis acibus implicate, lucrum spiritale non querere, cor a terrenis cogitationibus nunquam levare. Sunt namque nonnulli qui donum intelligentiae percepserunt, sed tamen sola quæ carnis sunt sapiunt. De quibus per prophetam dicitur : *Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt* (*Jerem. iv, 22*). Sed Dominus, qui talenta contulit, rationem positurus reddit, quia is qui nunc pie spiritualia dona tribuit districte in judicio merita exquirit, quid quisque accepit considerat, et quod lucrum de acceptis reportet pensat.

2. Servus qui geminata talenta retulit a domino laudatur, atque ad æternam remunerationem perducitur, cum ei voce dominica dicitur : *Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.* Pauca quippe bona sunt omnia præsentis vitæ, quamlibet multa esse videantur, b comparatione retributionis æternæ. Sed tunc fidelis servus super multa constituitur quando, devicta omni corruptionis molestia, de æternis gaudiis in illa cœlesti sede gloriatetur. Tunc ad domini sui gaudium perfecte **I 465** intromittitur, quando in æterna illa pátria assumptus, atque angelorum cœtibus admistus, sic inferius gaudet de munere, ut non sit jam quod exterius doleat de corruptione.

3. Servus autem qui operari de talento noluit, ad dominum cum verbis excusationis reddit, dicens : *Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, et congregas ubi non sparsisti; et timens abii et abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est.* Notandum quod inutilis servus durum dominum vocat, cui tamen ad lucrum deseruire dissimulat, et timuisse se dicit in lucrum talentum expendere, qui hoc solum timere debuerat, ne hoc sine lucre ad dominum reportaret. Sunt enim plerique intra sanctam Ecclesiam, quorum iste servus imaginem tenet, qui melioris vitæ vias aggredi metuunt, et tamen jacere in sui torporis ignavia non perfimescant; cumque se peccatores considerant, sanctitatis vias arripere trepidant, et remanerent in suis iniquitatibus non formidant. Quorum bene Petrus adhuc in infirmitate positus speciem tenet cum, viso miraculo piscium, dixit : *Exi a me, Domine, quia homo peccator sum* (*Luc. v, 8*). Imo si te peccatorem consideras, e oportet ut a te Dominum non repellas. Sed qui idcirco melioris habitus vias, et rectioris vitæ apprehendere arcem nolunt, quia infirmos se esse conspiciunt, quasi et peccatores se fatentur, et Dominum repellunt, eumque quem in se sancificare debuerant, fugiunt, et velut in perturbatione consilium non habent, dum motiuntur, et vitam timent. Unde et huic servo protinus respondet : *Sette male et piget, sceleras quæ molo ubi*

<sup>a</sup> In Ed., introductur.

<sup>b</sup> Haec absunt a Belv., Corb., duob. prior. Germ., duob. Carnut. et Longip. Exstant in C. Germ., alia manu, sed antiquis.

<sup>c</sup> Additur in duob. Carnut. in veritate.

<sup>d</sup> Ita C. Germ., Belv. et posteriori MSS. In Excusis,

**A** non semino, et conGrego ubi non sparsis; oportuit ergo te dare pecuniam meam nummulariis, et ego veniens receperissem utique quod meum est cum usura. Ex verbis suis servus constringitur cum dominus dicit : *Mete ubi non semino, et conGrego ubi non sparsi.* Ac si aperte dicat : Si juxta tuam sententiam et illud exquiris quod non dedi, quanto magis a te exquiris quod ad erogandum dedi; oportuerat ergo te dare pecuniam meam nummulariis; et ego veniens receperissem utique quod meum est cum usura. Pecuniam vero dare nummulariis est eis scientiam prædicationis impendere qui hanc valeant exercere.

4. Sed sicut nostrum periculum aspicitis si dominicam pecuniam teneamus, ita vestrum, fratres charissimi, sollicite pensate, quia a vobis cum usura B exigitur quod auditis. In usura quippe pecunia etiam non data recipitur. Cum enim hoc redditur quod acceptum fuerat, illo etiam superimpeditur quod acceptum non est. Pensate ergo, fratres charissimi, quia de accepta hac verbi pecunia usuras solvetis, et curate ut ex eo quod auditis etiam alia studeatis intelligere quæ non auditis, quatenus alia ex aliis colligentes, etiam illa discatis ex vobis meti ipsi agere quæ necdum ex prædictoris ore didicistis. Pigrum vero servi qua sententia feriat audiamus : *Tolite ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta.*

5. Opportunum valde videbatur ut cum malo servum talentum tolitur, et potius qui duo quam qui quinque talenta acceperat daretur. Illi enim **I 466** dari debuit qui minus quam qui plus habuit. Sed, C sicut superius diximus, per quinque talenta, quinque videlicet sensus, id est exteriorum scientia designatur, per duo autem intellectus et operatio exprimitur. Plus ergo habuit qui duo quam qui quinque talenta perceperat, quia qui per quinque talenta exteriorum administrationem meruit, ab intellectu interiorum adhuc vacuus fuit. Unum ergo talentum, quod intellectum significare diximus, illi dari debuit qui bene exteriora quæ acceperat ministravit. Quod quotidie in sancta Ecclesia cernimus, quia plerique dum bene ministrant exteriora quæ accipiunt, per adjunctam gratiam ad intellectum quoque mysticum perducuntur, ut etiam de interna intelligentia polleant qui exteriora fideliter ministrant.

6. Generalis etiam mox sententia subditur, qua D dicitur : *Omnis enim habenti dabitur, et abundabit; ci autem qui non habet, et quod videtur habere auferetur ab eo.* Habentij namque dabitur, et abundabit, quia quisquis charitatem habet etiam dona alia percipit. Quisquis charitatem non habet etiam dona quæ percipisse videbatur amittit. Unde necesse est, fratres mei, ut per omne quod agitis erga charitatis custodiā vigiletis. Charitas autem vera est amicum diligere in Deo, et inimicum diligere proper Deum.

euque in quo sacrificiū debeant.

<sup>a</sup> C. Germ. et 3. Germ., non spargo.

<sup>b</sup> Hic ex MSS. et antiqu. Ed. replevit lucum duorum linearum.

<sup>c</sup> Ed. supplerent magis, quod absent in MSS.

**Quam quisque non habet omne bonum amittit quod A  
habet, talento quod acceperat privatur, et juxta Du-  
minicam sententiam in exteriore tenebras mitti-  
tur. Per personam quippe in exteriore tenebras ca-  
dit, qui per culpam suam sponte in interioris te-  
nebras cecidit; et illuc coactus patitur tenebras  
afflictionis, qui hic libenter sustinuit <sup>a</sup> tenebras vo-  
luptatis.**

**7. Scindunt vero est quod nullus piger ab hac  
talenti acceptione securus est. Nullus namque est  
qui veraciter dicat: Talentum minime accepi, non  
est unde rationes ponere cogar. Talenti enim no-  
mine cuiuslibet pauperi etiam hoc ipsum reputabitur,  
quod vel minimum accepit. Alius namque **1467**  
acceptit intelligentiam, prædicationis ministerium  
debet ex talento. Alius terrenam substantiam accepit, B  
erogationem talenti debet ex rebus. Alius nec inter-  
norum intelligentiam, nec rerum affluentiam accepit,  
sed tamen dedit artem qua pascitur, ipsa ars ei in ta-  
lenti acceptione reputatur. Alius nihil horum assecu-  
tus est, sed tamquam fortasse familiaritatis locum apud  
divitem moruit, talentum prefecto familiaritatis ac-  
cepit. Si ergo nihil ei pro indigentibus loquitur, pro  
talenti retentione damnatur. Habens ergo intellectum  
curet omnia ne taceat, habens rerum affluentiam  
vigilat ne a misericordie largitate torpescat, habens  
artem qua regitur magnopere studeat ut usum atque  
utilitatem illius cum proximo partiatur, habens lo-  
quendi locum apud divitem damnationem pro reente  
talento timeat, si, cum valet, non apud eum pro  
pauperibus intereedit. Tantum quippe ab unoquoque C  
nostrum venturus judex exiget quantum dedit. Ut  
ergo de talenti sui rationibus, redeunte Domino,  
quisque securus sit, cum tremore penset quotidie  
quid accepit. Ecce namque jam iuxta est ut ille qui  
peregre profectus est redeat. Quasi quippe peregre  
abii qui de hac terra in qua natus est longe discessit;  
sed profecto revertitur, ut de talentis rationes ponat,  
quia si a bona actione torpescimus, <sup>b</sup> de ipsis donis  
quaे contulit nos districtius judicat. Consideremus  
ergo quaे acceperimus, atque in eorum erogatione vi-  
gilemus. Nulla nos a spirituali opere terrena cura im-  
pediat, ne si in terra talentum absconditur, talenti  
dominus ad iracundiam provocetur. Piger etenim  
servus, cum jam culpas judex examinat, talentum de  
terra levat, quia sunt plerique qui tunc se <sup>c</sup> a ter-  
renis desideriis vel operibus substrahunt, quando jam  
per animadversionem judicis ad eternum supplicium  
trabuntur. Ante ergo de talenti nostri ponenda ra-  
tione vigilemus, ut cum jam judex ad serendum im-  
minet, lucrum nos quod fecimus excusat. Quod  
præstet nobis Deus, qui vivit, etc.**

<sup>a</sup> Corb. et Belv., tenebras voluntatis.

<sup>b</sup> Val. Cl., de ipsa bonis.

<sup>c</sup> Corb., a terrenis obligationibus. Turon., a terre-  
nis desideriis vel cogitationibus, vel operibus.

<sup>d</sup> Est nota in Cod. reg. Suec.

<sup>e</sup> Belv., Theophania.

<sup>f</sup> Propter formam exteriorem hominis quam assu-  
mtere solent angeli, quos aliunde incorporeos asse-

### HOMILIA X<sup>4</sup>.

Habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli,  
in die Epiphaniae.

#### LECTIO 8. EVANG. SEC. MATTH. II, 1-12.

Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judæ, in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Iudeorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, et scribes populi, sciscibatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Judæ. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima es in principiis Iuda, ex te enim exiit dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes, clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite et interrogate diligenter de puer, et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens, adorem eum. Qui, cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in Oriente antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valde. Et, intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus; et, procidentes, adoraverunt eum. Et, apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrram. Et, responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

**1468** 1. Sicut in lectione evangelica, fratres charissimi, audistis, cœli Rege nato, rex terræ turbatus est, quia nimirum terrena altitudo confunditur cum celsitudo cœlestis aperitur. Sed querendum nobis est quidnam sit quod, Redemptore nato, pasto-ribus in Iudea angelus apparuit, atque ad adorandum hunc ab Oriente magos non angelus, sed stella perduxit? Quia videlicet Judæis, tanquam ratione utentibus, <sup>f</sup> rationale animal, id est angelus, prædicare debuit; gentiles vero, quia ut ratione nesciebant, ad cognoscendum Dominum non per vocem, sed per signa perducuntur. <sup>g</sup> Unde etiam per Paulum dicitur: Prophetæ fidelibus datae sunt, non infidelibus; signa autem infidelibus, non fidelibus (I Cor. xiv, 22); quia et illis prophetæ tanquam fidelibus, non infidelibus; et istis signa tanquam infidelibus, non fidelibus data sunt. Et notandum quod Redemptorem nostrum, cum iam perfectus esset æta-  
tis, eisdem gentilibus apostoli prædicant, eumque parvulum, et neicum per humani corporis offi-  
cium loquentem, stella gentibus denuntiat, quia nimirum rationis ordo poscebat ut et loquentem iam Dominum loquentes nobis prædicatores innoveres-

rit sanctus Gregorius. Vide I. iv Dial. c. 29, ubi sic discipulum interrogat: Dic, quæcum te, apostolus spi-  
ritus. . . . corporeos, an incorporeos inspicioris? Re-  
spondit Petrus: Quis sanum sapiens esse spiritus cor-  
poreos dicerit?

<sup>g</sup> Haec, usque ad signa autem infidelibus, non fidelibus, absunt a Mas. Belv., C. Gerul. duob. Carn., Big. et uno Geonet.

rent, et neandum loquentem elementa muta prædicarent.

2. Sed in omnibus signis quæ vel nascente Domino vel moriente monstrata sunt, considerandum nobis est quanta fuerit in quorundam Judæorum corde duritia, quæ hunc nec per prophetiz donum, nec per miracula agnovit. Omnia quippe elementa nuctorem suum venisse testata sunt. Ut enim de eis quiddam usu humano loquar, Deum hunc cœli esse cognoverunt, quia protinus stellam miserunt. Mare cognovit, quia sub plantis ejus se calcabile præbuit. Terra cognovit, quia eo moriente contremuit. Sol cognovit, quia lucis suæ radios abscondit. Saxa et parietes cognoverunt, quia tempore mortis ejus scissa sunt. Infernus agnovit, quia hos quos tenebat mortuos reddidit. Et tamen hunc, quem Dominum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc infidelium Judæorum corda Deum esse minime cognoscunt, et, doriora saxis, scindi ad pœnitendum nolunt, euinque confiteri abnegant, quem elementa, ut diximus, aut signis aut scissionibus Deum clamabant. Qui etiam ad damnationis suæ cumulum, eum quem natum despiciunt, nasciturum longe ante præsciverunt. Et non solum quia nasceretur, noverant, sed etiam ubi nasceretur. Nam ab Herode requisiti, locum nativitatis ejus exprimunt, quem Scripturæ auctoritate didicerunt. Et testimonium proferunt, quod Bethlehem honorari nativitate novi ducis ostenditur, ut ipsa eorum scientia et illis fieret ad testimonium damnationis, et nobis ad adjutorium credulitatis.

**1469** Quos proecto bene Isaac, cum Jacob filium C suum benediceret, designavit (*Genes. xxvii, 28, seq.*); qui et caligans oculis et prophetans, in præsenti filium non vidit, cui tam multa in posterum prævidit, quia nimirum Judaicus populus prophetæ spiritu plenus et ræcus eum de quo multa in futurum prædictis in præsenti positum non agnovit.

3. Sed nativitate Regis nostri cognita, Herodes ad callida argomenta convertitur, ne terreno regno priuaretur. Renuntiari sibi ubi puer inveniretur postulat, adorare eum velle se simulat, ut (quasi hunc invenire possit) extinguat. Sed quanta est humana malitia contra consilium divinitatis? Scriptum quippe est: *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum* (*Prov. xxi, 30*). Nam ea quæ apparuit stella magos perducit; natum Regem D reperiunt, munera deferunt, ei ne redire ad Herodem debeant in somnis admonentur; sique sit ut Jesum, quem querit Herodes, invenire non possit. Cujus persona qui alii quam hypocritæ designantur, qui diu flete querunt, invenire Dominum nunquam merentur?

4. Sed inter haec sciendum quod Priscillianistæ

<sup>a</sup> Corb. Germ., tres Gemet., Val. Cl., quem Deum.

<sup>b</sup> Bigot. et duo prior. Gemet., ad pœnitentiam.

<sup>c</sup> Belv. et C. Germ., eorum gemina scientia.

<sup>d</sup> Sic legere cogimur magno MSS. consensu. Editi habent ut hunc si invenire possit extinguat.

<sup>e</sup> Corb. et Corb. Germ., cuius personam si in aliquam rem agunt qui hypocritæ designantur.

A bæretici nasci unumquemque hominem sub constitutionibus stellarum putant; et hoc in adjutorium sui erroris assumunt, quod nova stella existat cum Dominus in carne apparuit, cuius fuisse fatum eamdem quæ apparuit stellam putant. Sed si Evangelii verba pensamus, quibus de eadem stella dicitur: *Usque dum veniens stare supra ubi erat puer, dum non puer ad stellam, sed stellæ ad puerum eucurrerit, si dici liceat, non stella fatum pueri, sed fatum stellæ is qui apparuit puer fuit.* Sed a fidelium cordibus absit ut aliquid esse fatum dicant. Vitam quippe hominum solus hanc conditor qui creavit administrat. Neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter hominem factæ sunt. Et si stella fatum hominis dicitur, ipso suis ministeriis subesse homo perhibetur. Certe cum Jacob, de utero egrediens, prioris fratris plantam teneret manu (*Genes. xxv, 25*), prior perfecte nequaquam egredi potuit, nisi et subsequens inchoasset; et tamen cum uno tempore, eodemque momento utruinque mater fuderit, non una utriusque vite <sup>f</sup> qualitas fuit.

5. Sed ad hoc solent mathematici respondere, quia virtus constellationis <sup>g</sup> in ictu puncti est. Quibus e diverso nos dicimus quia magna est mors nativitatis. Si igitur in ictu puncti constellatio permittatur, necesse jam erit ut tot dicant fatalia, quot sunt membra nascentium. Fateri etiam mathematici solent quod quisquis <sup>h</sup> in signo Aquarii nascitor, in hac vita piscatoris <sup>i</sup> ministerium sortiatur. Piscatores vero, ut fertur, Getulia non habet. Quis ergo dicat quia nemo illic in stella Aquarii nascitur,

**1470** ubi piscator omnimodo non habetur? Rursum quos nasci sub signo Librae asserunt, trapezitas futuros dicunt; et trapezitas multarum Gentium provinciæ ignorant. Fateantur ergo necesse est, aut hoc in eis signum deesse, aut effectum fatalem nullo modo habere. In Persarum quoque, Francorumque terra Reges ex genere prodeunt; quibus proecto nascentibus quis astimet quanti eiusdem momentis horarum ac temporum ex servili conditione nascuntur? et tamen regum filii uno eodemque sidere cum servis nati, ad regnum proficiunt, cum servi qui secum fuerant i geniti, in servitute moriantur. Hæc de stella breviter diximus, ne Mathematicorum stultitiam indiscutam præterisse videamus.

6. Magi vero aurum, thus et myrrham deterunt. Aurum quippe regi congruit, thus vero in Dei sacrificium ponebatur, myrra autem mortuorum corpora coniunctur. Eum ergo magi quem adorant etiam mysticis munieribus prædicant, auro regem, thure Deum, myrrha mortalem. Sunt vero nonnulli bæretici qui hunc Deum credunt, sed ubique regnare

<sup>f</sup> Longip. et Val. Cl., vita æqualitas.

<sup>g</sup> Omnes MSS. nostri, exceptio Belv., habent, in ictu pungentis, et tamen postea, in ictu puncti

<sup>h</sup> Abest in a Belv., C. Germ., Gemet., etc.

<sup>i</sup> Belv. et C. Germ., ministerio.

<sup>j</sup> Duo prior Gemet. et Big., nati.

nequaquam credunt. Hi profecto ei thus offerunt, sed offerre etiam aurum nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc regem existimant, sed Deum negant. Hi videlicet ei aurum offerunt, sed offerre thus nolunt. Et sunt nonnulli qui hunc et Deum et regem fatentur, sed assumpsisse carnem mortalem negant. Hi nimirum ei surum et thus offerunt, sed offerre myrrham assumptæ mortalitatis nolunt. Nos itaque nato Domino offeramus aurum, ut hunc ubique regnare fateamur; offeramus thus, ut credamus quod is qui in tempore apparuit Deus ante tempora existit; offeramus myrrham, ut eum quem credimus in sua divinitate impassibilem credamus etiam in nostra fuisse carne mortalem. Quamvis in auro, thure et myrrha intelligi et aliud potest. Auro namque sapientia designatur, Salomon attestante, qui ait: *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientie* (*Prov. xxi, 20, sec. LXX*). Thure autem quod Deo incenditur virtus orationis exprimitur, Psalmista testante, qui dicit: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo* (*Psal. cxi, 2*). Per myrrham vero carnis nostræ mortificatio figuratur; unde sancta Ecclesia de suis operariis usque ad mortem pro Deo certantibus dicit: *Manus meæ distillaverunt myrrham*. (*Cant. v, 5*). Nato ergo Regi aurum offerimus, si in conspectu illius a claritate supernæ sapientie resplendemus. Thus offerimus, si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus, ut suave aliquid Deo per coeleste desiderium redolere valeamus. Myrrham offerimus, si carnis via per abstineatiam mortificamus. Per myrrham namque, ut diximus, agitur **1471** ne mortua caro putrefiat. Mortuam vero carnem putrescere, est hoc mortale corpus fluxui luxuriæ deseruire, sicut de quibusdam per prophetam dicitur: *Computuerunt jumenta in stercore suo* (*Joel. i, 17*). Jumenta quippe in stercore suo putrescere est carnales homines in fetore luxuriæ vitam finire. Myrrham ergo Deo offerimus, quando hoc mortale corpus a luxuriæ putredine per condimentum continentiae custodimus.

7. Magnum vero nobis aliquid innuunt, quod in regionem suam per aliam viam revertuntur. In eo namque quod admoniti faciunt, nobis profecto insinuant quid faciamus. Regio quippe nostra par. disus est, ad quam, Jesu cognito, redire per viam qua veniamus prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vestitum & gustando, discessimus; sed ad eam necesse est, ut flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refrenando, redeamus. Per aliam ergo viam ad regionem nostram regredimur, quoniam qui a paradisi gaudiis per delectamenta discessimus, ad hæc per lamenta revocamur. Unde nesciis est, fratres charissimi, ut semper pavidi sem-

<sup>a</sup> Turon., *claritatis supernæ patriæ luce resplendemus.*  
<sup>C. Germ.</sup>, *claritatis supernæ sapientie lumine respl.*

<sup>b</sup> Secundus Carn., si concupiscentias carnis.

<sup>c</sup> Duo prior. Gemet., comedendo.

<sup>d</sup> Corb., secundus Carn., Gemet., Bigot., donata sunt. C. Germ. et primus Carn., delicta sunt.

A porque suspecti ponamus ante oculos cordis hinc culpas operis, illinc judicium extremæ distinctionis. Pensemus quam districtus judex veniat, qui judicium minatur et latet; terrores peccatoribus intentat, et tamen adhuc sustinet; et idcirco venire citius differt, ut minus inveniat quos condemnnet. Puniamus fletibus culpas, et cum Psalmista voce præveniamus faciem ejus in confessione (*Psal. xciv, 2*). Voluptatum nos ergo fallacia nulla decipiatur, nulla vanæ letitia seducat. In proximo namque est judex qui dixit: *Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis* (*Luc. vi, 25*). Hinc etenim Salomon ait: *Risus dolori miscerbitur, et extrema gaudii luctus occupat* (*Prov. xiv, 13*). Hinc iterum dicit: *Risum depurat errorem, et gaudio dixi: Quid frustra deciperis?* (*Eccle. ii, 2*) Hinc rursus ait: *Cor sapientium ubi tristitia est, et cor stultorum ubi laetitia* (*Ibid. 75*). Pertimescamus ergo precepta Dei, si celebramus veraciter solemnitatem Dei. Gratum namque Deo sacrificium est afflictio contra peccatum, Psalmista testante, qui ait: *Sacrificium Deo spiritus contributus* (*Psal. l, 19*). Peccata nostra præterita in baptismatis perceptione laxata sunt, et tamen post baptismata multa commisisimus, sed lavari iterum baptismatis aqua non possumus. Quia ergo et post baptismata inquinavimus vitam, baptizemus lacrymis conscientiam, quatenus regiobem nostram per viam aliam repetentes, qui ex ea bonis delectati discessimus, ad eam malis amaricati redeamus, præstante Domino nostro, etc.

### HOMILIA XI.

Habita ad populum in basilica sanctæ Agnetis, in die natalis ejus.

#### LECTIO 8. EVANGELII SEC. MATTH. XIII, 44—52.

In illo tempore, dixit <sup>1</sup> Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro; quem qui invenit homo, abscondit, et per gaudio illius vadit, et vendit universa quæ habet. et emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas; inventa autem una pretiosa margarita, abiit et vendidit omnia quæ habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum sacerdoti missæ in mare, et ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impleta esset, eduentes, et secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione saeculi. Exibunt angeli, et separabunt malos de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? <sup>2</sup> Dicunt ei: Utique, Domine. Ait illis: Idee omnis scriba doctus in regno cœlorum similius est homini patrisfamilias proferenti de thesauro suo nova et vetera.

**1472** 1. Cœlorum regnum, fratres charissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his quæ

<sup>a</sup> In Corb. est trigesima tertia. In Cod. reg. Suec. trigesima septima. In omnibus legitur habita in festo sanctæ Agnetis, seu Agnæ.

<sup>b</sup> Bigot., Dominus Jesus. In Belvac. omittitur parabolam hanc.

<sup>c</sup> Belvac. et C. Germ., dicunt ei: Eliam.

affinitatis nostre singulat ad incognita<sup>a</sup>, quatenus exanimis plorabiliorum se ad invicibiliter rapiat, et per ea quae usum dñeum, quasi confronatus, inclescat; ut per hec quod sete nostra diligere, discat et incognita amare. Ecce enim electorum regnum thesaurus abscondito in agro comparatur, quem qui inventis homo, abscondit, et præ gaudio illius vadit et vendit universum quae habet, et emit agrum illam. Quia in re hoc quoque notandum est, quod inventos thesaurus absconditur, ut servetur; quia studium ecclesiæ desiderari a malignis spiritibus custodiire non sufficit, qui hoc ab humana laudibus non abscondit. In presenti etenim vita quasi in via sumus, b qua ad patriam pergitur. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latronculi obsident. Deprædat ergo desiderat, qui thesauros publice portat in via. Hoe autem dico, non ut proximi opera nostra cuncta non videant, eni scriptum sit: Videant opera vestra bona, et glorificant Patrem vestrum qui in celis est (Matth. v. 10), sed ut per hoc quod agimus laudes exterius non quadramus. Sic autem sit opus in publico quatenus intentio maneat in occulto, ut et de bono opere proximis præbenitus exemplum, et tamen per intentionem, quia Deo soli placere querimus, semper optamus secretum. Thesaurus autem ecclesiæ est desiderium, ager vero in quo illæsus absconditur disciplina studii ecclesiæ. Quem profecto agrum vendit omnibus comparat, qui, voluptatibus eternis renuntians, cuncta sua terrena desideria per disciplinam ecclesiæ custodiam calcat, ut nihil iam quod caro blanditur libeat, nihil quod carnalem vitam trucidat C.

2. Rursum ecclesiæ regnum négociatori homini simile dicitur, qui bonas margaritas querit, sed 1473 unam pretiosam invenerit, quam videlicet intentionem, omnia vendens emittit, quia qui celestis vita dilectionem, in quantum possibilitas admittit, perfecte cognoverit, ea quæ in terris amaverat habenter empta derelinquit; in comparatione ejus vivescunt omnia, deserit habita, congregata dispergit, ihardescit in cœlestibus animus, nō in terrenis libet, deformè conspicitur quidquid de terrenæ fæc placet specie, quia sola pretiosa margarita claritas folget in hanc. De ejus dilectione recto per Salomonem dicitur: Fortis est ut mors dilectio (Cantic. viii. 6), quia videlicet sicut mors corpus intermit, sic ab amore rerum corporalium æternæ virtutis charitas occidit. Nam quem perfecte absorbuerit, ad terrena foris<sup>d</sup> desideria velut insensibilem reddit.

3. Nec enim sancta hæc, cuius hodie natatitia celebramus, mori pro Deo potuisse in corpore, si prius a terrenis desideriis mortua non fuisset in mente. Erectus namque in virtutis culmine animus tormenta

<sup>a</sup> Rejechimus que non novit auctorem Edili, abest enim a Turon. et poteribus; est in C. Germ., sed non a prima manu.

<sup>b</sup> Corb. Germ., Lohgip., Vat. Ch., quia ad patriam.

<sup>c</sup> Omititur haec vox in C. Germ., Turon., Vely, et duabus prioribus Opibus.

A desposita, præmia calcavit. Ante armatos reges et praesides ducta stetit, ferente robustior, judicante sublimior. Quid inter haec nos barbati et debiles dicimus, qui ira ad regna coelestia pueras per ferrum videmus, quos ira superat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat? Qui si adipisci regna castorum per bella persecutionum non possumus, hoc ipsum nobis turpe sit, quod Deum nolumus saltem per pacem sequi. Ecce nulli nostrum hoc tempore dicit Deus: Pro me morere, sed: Illicita tantummodo in te desideria occide. Qui ergo in pace subigere carnis desideria nolumus, quando in bello pro Domino ipsam carnem daremus?

4. Versus simile est regnum electorum sagena in mare in seæ dictum, ex omni genere piscium congreganti, B qua impletâ ad littus edicuntur, et in vasis boni pisces eliguntur, mali scilicet projiciuntur foras. Sancta Ecclesia sagena comparatur, c quia et pectoribus 1474 est commissa, et per eam quiesque ad aeternum regnum a presentis saeculi fluctibus trahitur, ne in aeternæ mortis profunda mergatur. Quae ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum venient sapientes et satios, liberos et servos, divites et pauperes, fortes et infirmos vocat. Unde per Psalmistam Deo dicitur: Ad te omnis caro veniet (Psalm. lxiv, 3). Quae sagena, scilicet, tunc universaliter repletur, cum in fine suo humani generis summa concludatur. Quam edicunt, et secus littus sedent, quia sicut mare saeculum, ita saeculi finem significat littus maris. In quo scilicet fine boni pisces in vasibus eliguntur, mali autem projiciuntur foras, quia et electus quiesque in tubernacala aeterna recipitur, et interni regni loco perdita, ad exteriores tenebrae reprobri pertrahuntur. Nunc enim bonos malosque communiquer quasi permisso pisces fiduci sagena nos continet, sed littus indicat sagena, id est sancta Ecclesia, quid trahebat. Et quidem pisces qui capti fuerint mutari non possunt; nos autem mali capimur, sed in honestate permutamur. Cogitemus igitur in captione, ne dividamur in littore. Ecce quam grata est vobis hodierna solemnitas, ita ut se non modicum addicat, si cui ex hoc conventu vestro deesse contingat. Quid ergo in die illa acutus est, qui a conspectu judicis rapitur, ab electorum societate separatur, qui tenebrescit a lumine, cruciatur aeterna combustionē? Unde et hanc eamdem comparationem Dominus sub brevitate aperit cum subiungi: Sic erit in consummatione saeculi. Exhibunt angeli, et separabunt malos de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit flatus et stridor dentium. Hoc jam, fratres charissimi, timendum est potius quam exponendum. Aperita etenim voce tormenta peccantium dicta sunt, ne quis ad ignorantia

<sup>d</sup> In secundo Carnot., desideria nequam sancte velut.

<sup>e</sup> Excusi, invicta, reluctantibus MSS.

<sup>f</sup> C. Germ., hoc ipsum nobis timor sit.

<sup>g</sup> Belv., quæ a pectoribus est emissæ.

sue excusationem recurreret, si quid de æterno A lia fugitis, æterna gaudia sine labore capiatis, præstante Iomino nostro Jesu Christo, etc.

## d HOMILIA XII.

Habita ad populum in basilica sanctæ Agnetis, in die natalis ejus.

## LECTIO S. EVANG. SEC. MATTH. XXV, 1-13.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis <sup>t</sup> parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum decem virginibus quæ, accipientes lampas suas, exierunt obviam sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum; prudentes autem acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sposo, dormitaverunt omnes, et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ exstinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne sorte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, et quæ paratae erant intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua. Novissime vero veniunt et reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia neccit diem neque horam.

**1476** 1. Sæpe vos, fratres charissimi, admoneo prava opera fugere, mundi hujus iniquitatem devitare; sed hodierna sancti Evangelii lectione compellor dicere ut et bona quæ agitis cum magna cautela timeatis, ne per hoc quod a vobis rectum geritur favor aut gratia humana requiratur, ne appetitus laudis <sup>s</sup> subrepatur, et quod foris ostenditur intus a mercede vacuetur. Ecce enim Redemptoris voce decem virgines, et omnes dicuntur virgines, et tamen intra beatitudinis januam non omnes sunt receptæ, quia earum quedam, dum de virginitate sua gloriam foris expetunt, in vasis suis oleum habere voluerunt. Sed prius quærendum nobis est quid sit regnum cœlorum, aut cur decem virginibus comparetur, quæ etiam virgines prudentes et fatuæ dicantur. Dux enim cœlorum regnum constat quia reproborum nullus ingreditur, etiam fatuæ virginibus cur simile esse prohibetur? Sed sciendum nobis est quod sæpe in sacro eloquio regnum cœlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur. De quo alio in loco Dominus dicit: Miser Filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala (Matth. XIII, 41). Neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inventari scandala poserunt quæ colligantur. Et unde rursus dicitur: Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, hic minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit et de-

4. Atque in conclusione subjungitur: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias proferenti de thesauro suo nova et vetera. Si per novum et vetus quod dicitur, utrumque Testamentum accipimus, Abraham doctum fuisse dengamus, qui Novi et Veteris Testamente etsi facta novit, minime verba nuntiavit. Moyses quoque docto patrifamilias comparare non possumus, 1475 qui etsi Testamentum Vetus edocuit, Novi tamen dicta non protulit. <sup>b</sup> Dum ergo ab hoc intellectu excludimur, ad alium vocamur. Sed in eo quod Veritas dicit: Omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est patrifamilias, intelligi valet, quia non de his qui fuerant, sed de his qui esse in Ecclesia poterant loquebantur. Qui tunc nova et vetera proferunt cum utriusque Testamenti prædicamenta vocibus et moribus loquuntur. Quod tamen intelligi et aliter potest. Veterum quippe humani generis fuit ad inferni claustra descendere, pro peccatis suis supplicia æterna tolerare. Cui per Mediatoris adventum novum aliquid accessit, ut si hic recte studeat vivere, cœlorum regna valeat penetrare: et homo in terra editus, a corruptibili vita moriatur, in cœlo collocandus. Et vetus itaque est, ut pro culpa humanum genus in æterna poena intereat; et novum, ut conversus in regno vivat. Quod ergo, in conclusione locutionis suez Dominus subdidit, hoc est utique quod præmisit. Prius enim de regni similiudine thesauro inventum, ac bonam margaritam protulit, postmodum vero inferni poenas de malorum combustione narravit, atque in conclusione subjungit: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est patrifamilias proferenti de thesauro suo nova et vetera. Ac si aperte diceretur: Ille in sancta Ecclesia doctus præparator est, qui et nova seit proferre de suavitate regni, et vetusta dicere de terrore supplicii, ut vel poenæ terreat, quæ præmia noui iuvant. Audiat de regno quod amet, audiat de supplicio unusquisque quod timet ut torpente animum et terræ vehementer inharentem, si amor ad regnum non trahit, vel timor minet. Ecco enim de gehennæ expressione dicitur: Ibi erit fletus et stridor dentium. Sed quia præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta, hic, fratres charissimi, vanam lætitiam fugite, si illic flere formidatis. Nemo etsi im potest et hic gaudere cum sæculo, et illic regnare cum Domino. Temporalis itaque lætitiae luxa restringite, carnis voluptates edomate. Quidquid aperte ex præsenti sæculo arriet, ex consideratione æterni ignis amarescat. Quidquid in mente pueriliter hilarescit, hoc disciplinae juvenilis censura coerceat, ut dum sponte tempora-

<sup>a</sup> Primus Carnot., judicio.

<sup>b</sup> Haec, usque ad sed in eo, desiderantur in Corb. Gerit., altero Corb., duobus Gerit. priv. et Bigot.

<sup>c</sup> Duo priores Gerit., homini patrifamilias.

<sup>d</sup> In Corb. est trigesima quarta; in Cod. reg. Sudc. est trigesima sexta.

<sup>t</sup> In Cod. eod. et in C. Germ., necnon in primo Gemit., S. Agnæ.

<sup>s</sup> C. Gerit. et Bertr. non habent parabolam hanc.

<sup>z</sup> Plet. Miss., subtemp.

uerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum (*Ibid.*, v, 19). Mandatum quippe solvit et docet quando hoc quisque voce prædicat quod vivendo non implet. Sed ad regnum æternæ beatitudinis pervenire non valet, qui non vult opere implere quod docet. Quomodo ergo in eo minimus vocabitur qui ad hoc nullo modo intrare permittitur? Quid itaque per hanc sententiam nisi præsens Ecclesia regnum cœlorum dicitur? In qua doctor qui mandatum solverit minimus vocatur, quia cuius vita despicitur, restat ut ejus prædicatio contemnatur. In quinque autem corporis sensibus unusquisque subsistit, geminatus autem quinarius denarium perficit. Et quia **1477** ex utroque sexu fidelium multitudo colligitur, sancta Ecclesia decem virginibus similis denuntiatur. In qua quia mali cum bonis et reprobi cum electis admisi sunt, recte similis virginibus prudentibus et fatus esse prohibetur. Sunt namque plerique continentes qui ab appetitu se exteriori custodiunt, et spe ad interiora rapiuntur, carnem macerant, et toto desiderio ad supernam patriam anhelant, æterna præmia expectant, pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hi nimis gloriam suam non in ore hominum ponunt, sed intra conscientiam contingunt. Et sunt plerique qui corpus per abstinentiam affligunt, sed de ipsa sua abstinentia humanos favores expectunt, doctrinæ inserviunt, indigentibus multa largiuntur. Sed fatus profecto sunt virgines, quia solam laudis transitorię retributionem querunt. Unde et apte subditur: *Quinque fatus, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum; prudentes autem acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.* Per oleum quippe nitor gloriæ designatur; vascula autem nostra sunt corda, in quibus serimus cuncta quæ cogitamus. Prudentes ergo oleum in vasis habent, quia nitorem gloriæ intra conscientiam retinunt, Paulo attestante, qui ait: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiae nostræ* (*II Cor.* 1, 12). Fatus autem virgines oleum secum non sumunt, quia gloriam intra conscientiam non habent, dum hanc ab ore proximorum querunt. Notandum vero quod omnes lampades habent, sed omnes oleum non habent, quia plerumque bona in se opera cum electis et reprobi ostendunt, sed soli ad sponsum cum oleo veniunt, qui de his quæ foris egerint intus gloriam requirunt. Unde per Psalmistam quoque de sancta electorum Ecclesia dicitur: *Omnis gloria ejus filie regis ab intus* (*Psal.* xliv, 14).

2. *Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes, et dormierunt, quia dum venire judex ad extremum judicium differt, electi et reprobi in mortis somno sopiuntur. Dormire eterne mori est.* **1478** Ante somnum vero dormitare est ante mortem a salute languescere, quia per pondus ægritudinis pervenitur ad somnum mortis. *Media autem nocte cla-*

<sup>a</sup> In Corb. desunt quæ sequuntur, usque ad quia plerumque.

<sup>b</sup> Belvac., et ad retributionem non renunt.

<sup>c</sup> Belvac. et C. Germ. non admittunt solum.

A mor factus est: *Ecce sponsus venit, exte obiam ei.* 3. De adventu sponsi clamor in media nocte fit, quia sic dies judicii subrepit, ut prævideri non valeat quando venit. Unde scriptum est: *Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet* (*I Thess.* v, 2). Tunc omnes virgines surgunt, quia et electi et reprobi a somno sue mortis excitantur. Lampades ornant, quia sua secum opera numerant, pro quibus æternam recipere beatitudinem exspectant. Sed lampades fatuarum virginum extinguntur, quia earum opera, quæ clara hominibus foris apparuerant, in adventu judicis intus obsecrantur. <sup>b</sup> Et a Deo retributionem non inveniunt, quia pro eis receperunt ab hominibus laudes quas amaverunt. Quid est autem quod tunc a prudentibus oleum petunt, nisi quod in adventu iudicis cum se intus vacuas invenerint, testimonium foris querunt? Ac si a sua fiducia deceptæ proximis dicant: *Quia nos quasi sine opere repelli conspicitis, dicite de nostris operibus quid vidistis.* Sed prudentes virgines respondent, dicentes: *Ne forte non sufficiat nobis et vobis.* In illo enim die (quod tam de quibusdam in pace Ecclesie quiescentibus loquor) sibimet ipsi testimonium uniuscujusque vix sufficit; quanto minus et sibi et proximo? Unde et protinus per increpationem subdunt: *Ite potius ad vendentes, et emite vobis.* Venditores quippe olei adulatores sunt. Qui enim accepta qualibet gratia, vanis suis laudibus nitorem gloriæ offerunt, quasi oleum vendunt. De quo profecto oleo Psalmista dicit: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum* (*Psal.* cxl, 5). Principale eterne nostrum caput est. Appellatione autem capitis ea quæ principatur corpori mens vocatur. Impinguat ergo caput oleum peccatoris, cum demulceret mentem favor adulantis. Sed dum irent emere, venit sponsus, quia cum vita sua testimonium a proximis querunt, judex venit, qui non solum operum, sed et cordium testis est. *Quæ autem paræ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua.*

4. O si sapere in cordis palato possit quid admirationis habet quod dicitur: *Venit sponsus!* quid dulcedinis: *Intraverunt cum eo ad nuptias!* quid amaritudinis: *Et clausa est janua!* Venit quippe ille qui adventu suo elementa concutit, in cuius conspectu cœlum et terra contremiscit. Unde etiam per prophetam dicit: *Adhuc semel, et ego movebo non solum terram, sed etiam cœlum* (*Aggæ.* ii, 7; *Hebr.* xii, 26). Ad cuius examen omne humanum genus deducitur. Cui ad vindictam malorum remunerationemque bonorum angeli, archangeli, throni, principatus et dominationes obsequuntur. Pensate, fratres charissimi, ante conspectum tanti judicis qui in illo die terror erit quando jam in poena remedium non erit, quæ illa confusio cui reatu suo exigente conungit in conventu omnium angelorum hominumque erubet.

<sup>d</sup> C. Germ., duo priores Gemet. et alii, cœlum et terra. Paulo post primus Carnot. et ultimus Gemet., quis in illo die.

scere, qui pavor eum quem et tranquillum mens bu-  
mana capere non valet etiam iratum videre. Quem  
diem bene propheta intuens, ait : **1479** *Dies iræ,  
dies illa, dies tribulationis et angustiæ, dies calamitatis  
et misericordiæ, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulæ  
et turbinis, dies tubæ et clangoris* (*Soph. 1, 15*). Pen-  
sate ergo, fratres charissimi, extremi diem judicii  
super corda reproborum qua asperitate propheta vi-  
dit amarescere, quem tot appellationibus non <sup>a</sup> valet  
explicare. Quanta vero tunc erit electorum laetitia,  
qui de ejus merentur visione gaudere, de cuius con-  
spectu vident et elementa omnia contremiscere, cum  
eo simul ad nuptias intrare! Qui <sup>b</sup> et in sponsi nu-  
ptiis gaudent, et tamen ipsi sunt sponsa, quia in illo  
æterni regni thalamo visioni nostræ Deus conjungi-  
tur. Quæ scilicet visio nunquam jam in perpetuum  
ab amoris sui amplexibus evelletur. Tunc regni janna  
lugentibus claudetur, quæ modo quotidie pœnitenti-  
bus aperitur. Erit namque et tunc pœnitentia, sed  
fructuosa jam non erit, quia nequaquam tunc veniam  
invenit, qui modo aptum venia tempus perdit. Hinc  
etenim Paulus dicit : *Ecce nunc tempus acceptabile,  
ecce nunc dies salutis* (*II Cor. vi, 2*). Hinc propheta  
alt : *Quærite Dominum dum inveniri potest, invoke  
eum dum prope est* (*Isai. LV, 6*).

5. Unde et easdem virgines fatuas invocantes Do-  
minus non audit, quia interclusa regni janua, <sup>c</sup> is  
qui prope esse poterat, prope jam non erit. Nam  
subditur : *Norissime veniunt et reliquæ virgines, dicen-  
tes : Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens,*  
ait : *Amen dico vobis, nescio vos.* Ibi jam a Deo non  
potest mereri quod petit, qui hic noluit audire quod  
jussit, qui tempus congruae pœnitentiæ perdidit,  
frustra ante regni januam cum precibus venit. Hinc  
est enim quod per Salomonem Dominus dicit : *Vo-  
cavi, et renuiis; extendi manum meam, et non fuit  
qui aspiceret; despexitis omne consilium meum, et  
increpationes meas neglexistis.* Ego quoque in iteritu  
vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis quod timebatis  
advenerit. Cum irruerit repentina calamitas, et iteritus  
quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos  
tribulatio, et angustia, tunc invocabunt me, et non  
exaudiem; mane consurgent, et non invenient me (*Prov.  
1, 24, seq.*). Ecce <sup>d</sup> aperiri clamant, et, repulsionis  
suis dolore compulsa, appellationem dominantis in-  
geminant, dicentes : *Domine, Domine, aperi nobis.* Preces  
offerunt, sed nesciuntur, quia tunc velut in-  
cognitos Dominus deserit, quos modo suos per vitæ  
meritum non agnoscit.

6. Ubi apte quoque generalis ad discipulos exhor-  
tatio subinfertur, cum dicitur : *Vigilate itaque, quia  
nescitis diem neque horam.* Quia post peccata Deus

<sup>a</sup> C. Germ., Belvac. et duo Carn., non valet ex-  
plere.

<sup>b</sup> Belvac., Turon., Longip., qui de nuptiis.

<sup>c</sup> Ita simpliciter Turon., Belvac., C. Germ., etc.  
In Corb. Germ. tamen alia manu ascriptum, ut ha-  
bent Editi, is qui nunc per exauditionem prope.

<sup>d</sup> Gemelicense, Ecce, aperi, clamant.

<sup>e</sup> Bellovac., et inducias.

<sup>f</sup> Secundus Carn. et ult. Gemet., cum magno stu-

A pœnitentiam suscipit, si sciret quisque de præsenti  
aëculo quo tempore exiret, aliud tempus voluptati-  
bus, atque aliud pœnitentiae aptare potuisset. Sed  
qui pœnitenti veniam sponpondit, peccanti diem cra-  
stinum non promisit. Semper ergo extreum diem  
debemus metuere, quem nunquam possumus prævi-  
dere. Ecce hunc ipsum diem, in quo loquimur, <sup>g</sup> ad  
inducias conversionis accepimus, et tamen mala quæ  
fecimus flere recusamus. Non solum commissa non  
plangimus, sed etiam quæ desleantur augemus. At si  
aliqua nos ægritudo corripiat, si signa ægritudinis  
vicinam mortem denuident, **1480** inducias vi-  
vendi quærimus, ut peccata nostra desleamus, et eas  
<sup>h</sup> cum magno æstu desiderii petimus, quas acceptas  
modo pro nihilo habemus.

B 7. Rem, fratres charissimi, resero, quam si <sup>i</sup> in-  
tentæ audire vult charitas vestra, ex consideratione  
illius vehementer instruetur. Quidam vir nobilis in  
Valeria provincia nomine Chrysaorius fuit, quem  
lingua rustica populus Chryserium vocabat : vir  
valde <sup>k</sup> idoneus, sed tantum plenus vitiis, quantum  
rebus; superbia tumidus, carnis suæ voluptatibus  
subditus, in acquirendis rebus avaritiae facibus ac-  
census. Sed cum tot malis Dominus finem ponere  
decrevisset, sicut a religioso viro quodam, qui nunc  
superest, propinquo illius didici, corporis languore  
percussus est. Qui ad extreum veniens, eadem  
hora qua jam de corpore erat exiturus, apertis oculis  
vidit tetros et nigerrimos spiritus coram se as-  
sistere, et vehementer <sup>l</sup> immuinere, ut ad inferni

C claustra se raperent. Coepit tremere, pallescere, su-  
dare, et magnis vocibus inducias petere, filiumque  
suum nomine Maximum, quem ipse jam monachus  
monachum vidi, nimis et turbatis clamoribus vo-  
care, dicens : *Maxime curre, nunquam tibi aliquid  
mali feci, in fidem tuam me suscipe.* Turbatus mox  
Maximum adsuit, lugens et perstrepens familia con-  
venit. Eos autem quos ille insistentes sibi graviter  
tolerabat ipsi malignos spiritus videre non poterant,  
sed eorum præsentiam in confusione, in pallore ac  
tremore illius qui trahebatur videbant. Pavore autem

**1481** imaginis hoc illucque vertebatur in lectulo, jacebat in sinistro lateré, aspectum  
eorum ferre non poterat; vertebatur ad parietem, ibi aderant. Cumque constrictus nimis <sup>m</sup> relaxari se  
jam posse desperaret, coepit magnis vocibus clamare, dicens : Inducias vel usque mane, inducias vel usque  
mane. Sed cum haec clamaret, in ipsis suis vocibus  
de habitaculo sue carnis evulsus est. De quo nimili-  
rum constat quia pro nobis ista, non pro se, viderit,  
ut ejus visio nobis proficiat, quos adhuc divina pa-  
tientia longanimenter exspectat. Nam illi tetros spiri-  
tui desiderio.

<sup>n</sup> Belvac., C. Germ., Longip., Val. Cl., intenta  
vult. Secundus Carnot., intenta aure, etc.

<sup>o</sup> Secundus Carnot., duo priores Gemet. et Bigot.,  
dives.

<sup>p</sup> De hac voce consule notas ad cap. 38 l. iv Dia-  
log.

<sup>q</sup> Corb. Germ., relaxare.

tus ante mortem vidisse, et inducias petuisse, quid propositum, qui eadem inducias quas petuit, non acceptum? Nos ergo, fratres charissimi, nunc sollicite ista cogitemus, ne nobis in vacua tempora pereant, et tunc queramus ad bene agendum & vivere, cum iam competitum de corpore exire. Mementote quid Veritas dicit: *Orate ne fiat fuga vestra hieme vel Sabbato* (Matth. xxiv, 20). Per legis quippe mandatum ambulare longius Sabbato non licet (Exod. vi); hiems quoque ad ambulandum <sup>b</sup> impedimento est, quia gressus ambulantium torpor frigoris astringit. Ait ergo: *Orete ne fiat fuga vestra hieme vel Sabbato.* Ac si aperire dicat: *Videite ne tunc queratis peccata vestra fugere, quando iam non licet ambulare.* Illud ergo tempus quo fugere non licet modo debet cogitari dum tecum. *Nla hora nostri exitus est semper intuenda, ita Redemptoris nostri admonitio ante mentis oculos semper ponenda, qua ait: Vigilate itaque, quia vocatis diem neque horam.*

## MOMILIA XIII.

Habita ad populum in basilica beati & Felicis confessoris, in die natalis ejus.

LECTIO S. EVANG. SEC. LUG. XII, 35-40.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri preciosi, et lucernae ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit, confessim aperiant ei. Beati servi illi, quos cum venerit dominus invenerit vigilantes. Amen dico vobis quod præcinget se, et faciet illos discubere, et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et si in terza vigilia venerit, et ita intenorit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familiæ quia hora fur veniret, vigilaret utique, et non sineret perfodi dominum suum. Ideo et vos estote parati, quia quia hora non pulchritus filius hominis veniet.

**1480** 1. Sancti Evangelii, fratres charissimi, aperta vobis est lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa ejus planities alta fortasse videatur, eam sub brevitate traescurrimus, quatenus ejus expositione ita ne scientibus sit cognita, ut tamen scientibus non sit onerosa. Quia viris luxuria in lumbis sit, seminis in umbilico, testatur Dominus, qui de diabolo ad beatum docto loquiter, dicens: *Virtus ejus in lumbis ejus, et fortitudo illius in umbilico ventris ejus* (Job. xl, 11). A principali igitur aetate lumborum nomine luxuria **1481** designatur, cum Dominus dicit: *Sunt lumbi vestri prædicti. Lumbos enim præcingibus cum carnis luxuriatu per continentiam coarctamus.* Sed quia mala est mala non agere, nisi etiam quisque studient et bonis operibus insudere, protinus

<sup>a</sup> Idem, cum Belv. et primo Carn., ventre.

<sup>b</sup> Turon., C. Germ., Belv., impedimentum est.

<sup>c</sup> Sic legitur in Cod. reg. Suec., Belv., C. Germ. et Jacobus Caract. in Cod. Lateran. et tertius Gemel. tantum legitur beati Felicis. In Excusis, brati Felicis martyris. In Cod. reg. Suec. est trigesima quarta: in Lateran. trigesima octava. Porro quis sit iste Felix non liquet. iv Kal. Aug. legitur in Lib. Sacram. natalis S. Felicis, quem noster Hugo Menardus in notis

A additur: *Ei lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus cum per bona opera proximis nostris locis exempla monstramus. De quibus profecto operibus Dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant **1482** opera vestra bona, et glorificant Patrem vestrum qui in caelis est* (Matth. v, 16). Duo autem sunt quae jubentur, et lumbos restringere, et lucernas tenere, ut et munditia sit castitatis in corpore, et lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest, si aut is qui bona agit adhuc luxuriae iniquamenta non deserit, aut is qui castitate præminent necdum se per bona opera exerceat. Nec castitas ergo magna est sine bone opere, nec opus bonum & est aliud sine castitate.

B 2. Sed et si utrumque agitur, restat ut quisquis ille est spe ad supernam patriam tendat, et nequaquam se a vitiis pro mundi bujus honestate contineat. Qui etsi quedam bona aliquando pro honestate inchoat, in ejus tamen intentione non debet permanere, nec per bona opera præsentis mundi gloriam querere, sed totam spem in Redemptoris sui adventum constitut. Unde et protinus subditur: *Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis.* Ad nuptias quippe Dominus abiit, quia resurgens a mortuis, ascendens in celum, supernam sibi angelorum multitudinem novus homo copulavit. Qui tunc revertitur, cum non iam per iudicium manifestetur.

C 3. Bene autem de servis expectantibus subditur: *Ut cum venerit et pulsaverit, confessim aperiant ei.* Venit quippe Dominus cum ad iudicium properat, pulsat vero, cum jam per segritudinis molestias esse mortem vicinam designat. Cui confessim aperius, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim judici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat, et videre eum quem contempsisse se meminit judicem formidat. Qui autem de sua spe et operatione securus est, pulsanti confessim aperit, quia latet iudicem sustinet; et cum tempus <sup>f</sup> propinquum mortis agnoverit, de gloria retributionis hilarescit. Unde et protinus subditur: *Beati sunt servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes.* Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet, vigilat qui servat operando quod credit, vigilat qui a se torporis et negligenter tenebras repellit. Hinc etenim Paulus dicit: *Evigilate, justi, et nolite peccare* (1 Cor. xv, 34). Hinc rursus ait: *Mora est iam nos de somno surgere* (Rom. xii, 11).

D 4. Sed veniens dominus quid servis vigilantibus exhibeat audiamus: *Amen dico vobis quod præcingeret probat esse Felicem II, Liberio papæ subrogatum. Locum consule.*

<sup>d</sup> Al., est aliud, ut legitur in duabus prior. Gemet.

<sup>e</sup> Longip. et tertius Gemet., ille qui ad... tendit, nequaquam.

<sup>f</sup> Ita cum MSS. vet. Ed. At in recent. legitur propinque mortis advenerit.

*se, et faciet eos discubere, et transiens ministrabit illis. Praecepit se, id est ad retributionem præparabit; et faciet illos discubere, id est in eterna quiete resoveri. Discubere quippe nostrum in regno quiescere est. Unde rursum Dominus dicit: Venient et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob (Matth. viii, 11). Transiens autem Dominus ministrat, quia lucis suæ illustratione nos satiat. Transire vero dictum est, cum de judicio ad regnum reddit. Vel certe Dominus nobis post judicium transiit, quia ab humanitatis forma in divinitatis suæ contemplationem nos elevat. Et transire ejus est in claritatis suæ speculationem nos ducere, cum cum quem in humanitate in judicio cernimus, etiam in divinitate post judicium videmus. Ad judicium quippe 1483 veniens, in forma servi omnibus apparet, quia scriptum est: Videbunt in quem transfixerunt (Zach. xii, 10; Joan. xix, 37). Sed cum reprobi <sup>b</sup> in supplicium corruunt, justi ad claritatis ejus gloriam pertrahuntur, sicut scriptum est: Tollatur impius, ne videat gloriam Dei (Isai. xxvi, 10).*

5. Sed quid si servi in prima vigilia negligentes existunt? Prima quippe vigilia <sup>c</sup> primæ ætatis cunctoria est. Sed neque sic desperandum est, et a bono opere cessandum. Nam longanimitatis suæ patientiam insinuans Dominus, subdit: Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita invenierit, beati sunt servi illi. Prima quippe vigilia priuærum tempus est, id est pueritia. Secunda, adolescentia vel juventus, quæ auctoritate sacri eloquii unum sunt, dicente Salomone: Lætare jurenis in adolescentia tua (Eccle. xi, 9). Tertia autem, senectus accipitur. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit custodiat vel secundam, ut qui converti a pravitatibus suis in pueritia neglexit ad vias vitæ saltem in tempore juventutis evigilet. Et qui evigilare in secunda vigilia noluit <sup>d</sup> tertiæ vigiliae remedia non amittat, ut qui in juventute ad vias vitæ non evigilat saltem in senectute resipiscat. Pensate, fratres charissimi, quia conclusit Dei pietas duritiam nostram. Non est jam quid homo excusationis inventat. Deus despicitur, et exspectat; contemni se videt, et revocat; injuriam de contemptu suo suscipit, et tamen quandoque revertentibus etiam præmia promilit. Sed nemo hanc ejus longanimitatem negligat, quia tanto districtiorem justitiam in judicio exiget, quanto longiorem patientiam ante judicium prærogavit. Hinc etenim Paulus dicit: Ignoras quoniam benignitas Dei ad paenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam et cor impænitens thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii

<sup>a</sup> Bevac, transit vero dictum ne judicio.

<sup>b</sup> Turon., in supplicium currunt,

<sup>c</sup> C. Germ., duo priores Gemet. ac Bigot., primæ ætatis.

<sup>d</sup> C. Germ. et secundus Corn. addunt tempore juventutis.

<sup>e</sup> Sic laudare solet sanctus Doctor scriptorem libri Ecclesiastici. Vide l. vii Moral., n. 45, et l. xx, n. 51. Eodem modo designat auctorem libri Sapientie.

Dei (Rom. ii, 4, 5). Hinc Psalmista ait: Deus iudex iustus, fortis, et longanimus (Psal. vii, 12). Dicurue quippe longanimum, præmisit justum, ut quem videt peccata delinqüentium diu patienter ferre, scias hunc etiam quandoque districte judicare. Hinc • per quemdam sapientem dicitur: Altissimus enim est patiens redditor (Eccle. v, 4). Patientis enim redditor dicitur, quia peccata hominum et patitur et reddit. Nam quos diu, ut convertantur, tolerat, non conversos durius damnat. Ad excutiendam vero mentis nostræ desidiam, etiam exteriora dampna per similitudinem ad medium deducuntur, ut per hanc animus ad sui custodiam suscitetur. Nam dicitur: Hoc autem scitote, quia si sciret patresfamilias qua hora sur veniret, vigilaret usque, et non sineret per fidem dominum suum. Ex qua præmissa similitudine etiam exhortatio subinfortur, cum dicitur: Et vos estote parati, quia qua hora non patet Filius hominis veniet. Nesciente enim patresfamilias sur domum perfodit, quia dum a sui custodia spiritus dormit, improvisa mors veniens carnis mortis habitaculum irrumpit, et eum quem dominum domus invenerit dormientem necat, quia cum ventura dampna spiritus priuime prævidet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit. Furi autem resistoret, si vigilaret, quia adventum judicia, qui occulte animam rapit, præcavens, ei paenitendo occurret, ne impænitens periret.

1484 6. Horam vero ultimam Dominus noster idcirco voluit nobis esse incognitam, ut semper possit esse suspecta, ut dum illam prævidere non possumus, ad illam sine intermissione præparemur. Proinde, fratres mei, in conditione mortalitatis vestrae mentis oculos figite, venienti vos judici per fluctus quotidie et lamenta præparate. Et cum certa mors <sup>f</sup> maneat omnibus, nolite de temporalis vita providentia incerta cogitare. Terrenarum rerum vos cura non aggravet. Quantislibet enim auri et argenti molibus circumdetur, quibuslibet pretiosis vestibus induatur caro, quid est aliud quam caro? Nolite ergo attendere quid habetis, sed quid estis. Vultis audire quid estis? Prophetæ indicat, dicens: Vere senum est populus (Isai. xl, 7). Si enim senum populus non est, ubi sunt illi qui ea quæ hodie colimus nobiscum transacto anno beati Felicis natalitia <sup>g</sup> celebraverunt? O quanta et qualia de presentis vita <sup>h</sup> provisione 1485 cogitabant, sed, subripiente mortis articulo, repente in his quæ prævidere nolebant inventi sunt, et cuncta simul temporalia quæ <sup>i</sup> congregata quasi stabiliter tenere videbantur amiserunt. Si ergo transacta multitudo

<sup>f</sup> Sic scribere cogunt veteres Cod. mss. Edid. Amsterd. 1509, et Paris. 1518, habent monat pro mante.

<sup>g</sup> Duo priores Gemet. et Bigot., coluerunt.

<sup>h</sup> Val. Cl., correctoris manu, vel potius corruptis, promiseo.

<sup>i</sup> MSS. Turon., C. Germ., tres Gemet. Longip., Val. Cl., Bigot., quæ tractata; secundus Corn., quæ tracta.

generis humani per nativitatem viruit in carne, per mortem aruit in pulvere, videlicet sēnum fuit. Quia igitur momentis suis horæ fugiunt, agite, fratres charissimi, ut in boni operis mercede teneantur. Audite quid sapiens Salomon dicat: *Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec scientia, nec ratio, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas* (*Eccle. ix, 10*). Quia ergo et venturæ mortis tempus ignoramus, et post mortem operari non possumus, superest ut ante mortem tempora induita rapiamus. Sic enim sic mors ipsa cum venerit vincetur, si priusquam veniat semper timeatur

## HOMILIA XIV.

Habita ad populum in basilica beati Petri apostoli, Dominica secunda post Pascha.

LECTIO 8. EVANG. SEC. JOAN. X, 11-16.

*In illo tempore, dixit Jesus Pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Mercenarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves proprie, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit; et lupus rapit, et dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem, et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fieri unum ovile ei unus pastor.*

**1484** 4. Audistis, fratres charissimi, ex lectione evangelica eruditionem vestram, audistis et periculum nostrum. Ecce enim is qui non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est, dicit: *Ego sum pastor bonus. Atque ejusdem bonitatis formam quam nos imitemur, adjungit, dicens: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Fecit quod monuit, ostendit quod jussit. Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit, ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret, et oves quas redemerat, carnis suæ alimento satiarer. Ostensa nobis est de contemptu mortis via quam sequamur, apposita est forma cui imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus ejus impendere; postremum vero, si necesse sit, etiam mortem nostram <sup>d</sup> pro eisdem ovibus ministrare. A primo autem hoc minimo pervernit ad postremum majus. Sed cum incomparabiliter louge sit melior anima qua vivimus terrena substantia quam exterior possidemus, qui non dat pro ovibus substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? Et sunt nonnulli qui dum plus **1485** terrenam substantiam quam oves diligunt, merito nomen pastoris perdunt. De quibus protinus*

<sup>a</sup> In Corbeiensi est decima octava; in Cod. reg. Suecia, decima; in Later. vigesima.

<sup>b</sup> Edit. beati Petri principis apostolorum, quod adest a MSS. In solo Genet. secundo legitur Dominicana prima post octavam Paschæ.

A subditur: *Mercenarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit.*

2. Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oves dominicas, sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non querit; terrenis commodis iubiat, honore prælatonis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reverentia lætatur. Istæ sunt etenim mercedes mercenarii, ut pro eo ipso quod in regime laborat, hic quod querit inveniat, et ab hereditate gregis in posterum alienus existat. Utrum vero pastor sit, an mercenarius, cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Tranquillitas enim tempore, plerumque ad gregis custodiam sicut verus pastor, sic etiam mercenarius stat; sed lupus veniens indicat quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oves venit cum quilibet injustus et raptor, **1486** fideles quoque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur et non erat, relinquit oves et fugit, quia dum sibi ab eo periculum metuit, resistere ejus iniustitiae non præsumit. Fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solarium. Fugit, quia iniustitiam vidit, et tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per prophetam dicitur: *Non ascendiatis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini* (*Ezech. XIII, 5*). Ex adverso quippe ascendere est quibuslibet potestatis prave agentibus rationis libera voce contraire.

C Et in die Domini pro domo Israel in prælio stamus, ac murum opponimus, si fideles innocentes contra perversorum iniustitiam ex justitiae auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit, cum venientem lupum viderit, fugit.

D 3. Sed est aliis lupus qui sine cessatione quotidie non corpora, sed mentes dilaniat, malignus videlicet spiritus, qui caulas fidelium insidians circuit, et mortes animarum querit. De quo lupo mox subditur: *Et lupus rapit, et dispergit oves.* Lupus venit, et mercenarius fugit, quia malignus spiritus mentes fidelium in tentatione dilaniat, et is qui locum pastoris tenet curam sollicitudinis non habet. Animæ perirent, et ipse de terrenis commodis lætatur. Lupus rapit et dispergit oves cum alium ad luxuriam pertrahit, alium ad avaritiam accedit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam dividit, hunc invidia stimulat, illum in fallacia supplavit. Quasi ergo lupus gregem dissipat cum fidelium populum diabolus per tentationes necat. Sed contra hæc mercenarius nullo zelo accenditur, nullo fervore dilectionis excitatur: quia dum sola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur. Unde et mox adjungitur: *Mercenarius autem*

<sup>c</sup> C. Germ., Belvac. et tres Gemel., discipulis suis.

<sup>d</sup> C. Germ., pro ejusdem.

<sup>e</sup> Bigot., ab omnibus.

*fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus.* Sola enim causa est ut mercenarius fugiat quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur: Stare in periculo ovium non potest qui in eo quod ovibus præstet non oves diligit, sed lucrum terrenum querit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis lætatur, opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit amittat. Sed quia Redemptor noster culpas facti pastoris innotuit iterum formam cui debeamus imprimi ostendit, dicens: *Ego sum Pastor bonus.* Atque subjungit: *Et cognosco oves meas, hoc est diligo, et cognoscunt me meæ.* Ac si patenter dicat: Diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit, adhuc minime cognovit.

4. Quia ergo audistis, fratres charissimi, periculum nostrum, pensate in verbis dominicis etiam periculum vestrum. Videite si oves ejus estis, videite si eum cognoscitis, videite si lumen veritatis scitis. Scitis autem dico, non per fidem, sed per amorem. Scitis dico, non ex credulitate, sed ex operatione. Nam idem ipse qui hoc loquitur Joannes evangelista testatur, dicens: *Qui dicit <sup>b</sup> se noisse Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est* (*I Joan. 11, 4*). Unde et in hoc loco Dominus protinus subdit: *Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem, et animam meam pono pro ovibus meis.* Ac si aperte dicat: In hoc constat quia et ego agnosco Patrem, **1487** et cognosco a Patre, quia animam meam pono pro ovibus meis; id est, ea charitate qua pro ovibus morior quantum Patrem diligam ostendo. Quia vero non solum Iudiciam, sed etiam gentilitatem redimere venerat, adjungit: *Et alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audiunt, et fiet unus ovile et unus pastor.* Redemptionem nostram, qui ex gentili populo venimus, Dominus aspexerat cum se adducere et alias oves dicebat. Hoc quotidie fieri, fratres, aspicitis, hoc et reconciliatis gentibus factum bodie videtis. Quasi enim ex duabus gregibus unum ovile efficit, quia Iudeum et gentilem populum in sua fide conjungit, Paulo attestante, qui ait: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum* (*Ephes. 11, 14*). Dum enim ad æternam vitam ex utraque natione simplices eligit, ad ovile proprium oves dedit.

5. De quibus profecto ovibus rursum dicit: *Oves meas vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vobis æternam do eis* (*Joan. x, 27*). De quibus et paulo superius dicit: *Per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet* (*Ibid., 9*). Ingredietur quippe ad

A fidem, egredietur vero a fide ad speciem, a credulitate ad contemplationem, pascua autem inveniet in æterna refectione. Oves ergo ejus pascua inveniunt, quia quisquis illum corde simplici sequitur, æternæ viriditatis pabulo nutritur. Quæ autem sunt istarum ovium pascua, nisi <sup>a</sup> interna gaudia semper virentis paradisi? Pascua namque electorum sunt vultus præsens Dei, qui dum sine defectu conspicitur, sine fine mens vitæ cibo satiatur. In istis pascuis de æternitatis satietate lætati sunt qui jam laqueos voluptuosæ temporalitatis evaserunt. Ibi hymnidici angelorum chori, ibi societas supernorum civium. Ibi dulcis solemnitas a peregrinationis hujus tristi labore redeuntium. Ibi providi prophetarum chori, ibi judex apostolorum numerus, ibi innumerabilem martyrum victor exercitus, tanto illic lætior, quanto hic durius afflictus; ibi confessorum constantia, præmii sui perceptione consolata; ibi fideles viri quos et a virilitatis sue robusta voluptas sæculi emollire non potuit; ibi sanctæ mulieres quæ cum sæculo et secum vicerunt; ibi pueri qui hic annos suos moribus transcederunt; ibi senes quos hic et ætas debiles reddidit, et virtus operis non reliquit.

6. Quæramus ergo, fratres charissimi, hæc pascua, in quibus cum tantorum civium solemnitate gaudemus. Ipsa nos lætaniam festivitas invitet. Certe sicubi populus nundinas celebraret, si ad aliqujus Ecclesiæ dedicationem denuntiata solemnitate concurreret, festinaremus omnes simul inveniri, et interesse <sup>c</sup> unusquisque satageret, gravi se danno afflictum crederet si solemnitatem communis lætitiae non videret. Ecce in coelstibus electorum civium lætitia agitur, vicissim de se omnes in suo conventu gratulantur, et tamen nos, ab amore æternitatis lepidi, nullo desiderio ardentes, interesse tantæ solemnitatis non querimus, privamur gaudiis, et latissimus. Accedamus ergo animum, fratribus, recalcet fides in id quod credidit, inardescat ad supernam nostra desideria, et sic amare jam ire est. Ab interna solemnitatis gudio **1488** nulla nos adversitas revocet, quia et si quis ad locum propositum ire desiderat, ejus desiderium quilibet viæ asperitas non immutat. Nulla nos prosperitas blandiens seducat, quia stultus viator est, qui in itinere amena prata conspiciens, et obliviscitur ire quo tendebat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelet, nil in hoc mundo appetat, quod constat quia citius relinquat, ut si coelestis Pastoris veraciter oves sumus, quia in viæ <sup>d</sup> delectatione non figimur æternis pascuis in perventione satiemur <sup>e</sup>.

<sup>a</sup> Corb. Germ., Bellov., duo priores Gemet., et cognosco meas.

<sup>b</sup> Belv. et C. Germ., se nosse eum.

<sup>c</sup> C. Germ., duo priores Gemet., Bigot., reconciliatis gentibus.

<sup>d</sup> Duo Carn. et Corb. Germ., nisi æterna gaudia. Corb., nisi æterna gaudia, semiverna viriditas paradi.

<sup>e</sup> C. Germ., a viriditatis.

<sup>f</sup> Belv. et tres Genet., interesse tantæ solemnitatis.

<sup>g</sup> C. Germ., tres Genet. ac Bigot., obliviscitur quo tendebat.

<sup>h</sup> Corb., dilectione.

<sup>i</sup> Additur in Belv. præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## \* HOMILIA XV.

Habita ad populum in basilica <sup>b</sup> sancti Pauli <sup>c</sup> apostoli, Dominica in Sexagesima.

## LECTIO 8. EVANG. SEC. LUC. VIII, 4-15.

In illo tempore, cum turba plurima conveniret, et de civitatibus properarent ad Jesum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum. Et, dum seminat, aliud cecidit secus viam, et concutatum est, et volucres caeli comedunt illud. Et aliud cecidit supra petram, et natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit super spinas, et simul exortae spinæ suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, et ortum fecit fructum centuplum. Haec dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Interrogant autem eum discipuli ejus quæ esset haec parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, et audientes non intelligant. Est autem haec parabola: Semen est verbum Dei. Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, et tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. Nam quod supra petram, hi sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, et a sollicitudinibus, et divitiis, et voluptatibus vitæ, cunctes suffocantur, et non referunt fructum. Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt qui in corde bono et optimè audientes verbum retinunt, et fructum afferunt in patientia.

**1488** 4. Lectio sancti Evangelii quatenus modo, fratres charissimi, audistis expositione non indiget, sed admonitione. Quam enim per semetipsam Veritas exposuit, hanc discutere humana fragilitas non presumit. Sed est quod sollicite in hac ipsa expositione dominica pensare debeatis, quia si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres dæmonia, spinas divitias significare dicemus, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. Unde et idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, ut scialis rerum significaciones querere in iis etiam quæ per semetipsum noluit explahare. Exponendo ergo quod dixit figurate se loqui innoto, quatenus certos vos redderet cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuræ aperiret. Quis enim mihi unquam crederet, si spinas divitias interpretari voluntsem, maxime cum illæ pungant, istæ delectent? Et tamen spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant, et cum usque ad peccatum pertrahunt, quasi inficto vulnera cruentant. Quas bene hoc in loco, alio evangelista aitesante, nequaquam Dominus divitias, sed fallaces divitias appellat (*Matt. xiii, 22*). Fallaces enim sunt quæ nobiscum diu permanere non possunt, fal-

<sup>a</sup> Est octava in Corb. et Later., et undecima in Cod. reg. Suec.

<sup>b</sup> Carnut., sancti Petri.

<sup>c</sup> Ilæc minime habent C. Germ., Bigot. et duo priores Germ.

<sup>d</sup> In Belv. et C. Germ.: In illo tempore, dixit Jesus

laces sunt quæ mentis nostræ inopiam hodi expellunt. Solæ autem divitiae verae sunt quæ nos divites virtutibus **1489** faciunt. Si ergo, fratres charissimi, divites esse cupitis, veras divitias amate. Si culmen veri honoris queritis, ad cœlestis regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis, in illa superna angelorum curia ascribi festinate.

2. Verba Domini, quæ aure percipitis, mente retinet. Cibus enim mentis est sermo Dei. Et quasi acceptus cibus stomacho languente rejicitur, quando auditus sermo in ventre memorie non tenetur. Sed quisquis alimenta non relinet, hujus profecto vita desperatur. Eternæ igitur mortis periculum formidate, si cibum quidem sanctæ exhortationis accipitis, sed verba vitae, id est alimenta justitiae; in memoria non tenetis. Ecco transit omne quod agitis; et ad extremum judicium sine ulla momenti interpositione quotidie volentes holentesque properatis. Cur ergo amatitur quod relinquunt? Cur illud negligunt quo pervenitur? Memento quod dicitur: Si quis habet aures audiendi audiat. Omnes enim qui illic aderant aures corporis habebant. Sed qui cunctis aures habentibus Si quis habet aures audiendi audiat dicit, aures procul dubio cordis requirit. Curate ergo ut acceptis sermō in cordis esse remaneat. Curate ne semen juxta viam cadat, né malignus spiritus ventiat, et a memoria verbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat, et fructum boni operis **1490** sine perseverantia radicibus mittat. Multis enim libet quod audiunt, bonj operis initia proponunt; sed mox ut fatigari adversitatibus coepirint, inchoata dereliquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit, quæ hoc quod germinaverat ad fructum perseverantia non perduxit. Multi hancidem cum verbum contra avaritiam audient, eamdem avaritiam detestantur, rerum omnium contemptum laudant; sed mox ut viderit animus quod concupiscat, oblitus erit quod laudabat. Multi cum verbum contra luxuriam audient, pollutiones carnis non solum perpetrare non appetunt, sed etiam perpetratas erubescunt; sed mox ut cænæ species eorum oculis appetit, sic mens ad desideria rapitur, ac si adhuc ab ea nihil sit contra habeat eadem desideria deliberatum; et damnanda agit, quæ quidquid egisse se meminit et jam ei ipsa damnavit. Sæpe etiam contra culpas compungimur, et tamen post letum ad easdem culpas redimus. Sic Balaam Israelitici populi tabernacula contemplatus levit, eisque se similem fieri in morte depositit, dicens: Matriatur anima mea morte justorum, et fons novissima mea horum similia (*Num. xxiii, 10*); sed mox ut hora compunctionis transiit, in avaritiae nequitiam exarsit. Nam propter promissa munera in ejus populi mortem consilium dedit, cuius mortem se fieri similem optavit; et oblitus est quod plancitur similitudinem hanc: Exiit, etc.

<sup>e</sup> C. Germ., inter spinas.

<sup>f</sup> C. Germ. et Bigot., nam qui supra petram quæ cum audierunt.

<sup>g</sup> C. Germ., et ipse damnavit.

xerat, édū exstinguere noluit quod per avaritiam ardebat.

3. Notandum vero est quod exponens Dominus dicit quia sollicitudines, et voluptates, et divitiae suffocant verbum. Suffocant enim, <sup>a</sup> quia importunit cogitationibus suis guttur mentis strangulant; et dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum status vitalis necant. Notandum etiam quod duo sunt quae divitiis jungit, sollicitudines videlicet et voluptates, quia profecto et <sup>b</sup> per curam mentem opprimunt, et per affluentiam resolvunt. Re enim contraria possessores suos et afflictos et lubricos faciunt. Sed quia voluntas convenire non potest cum afflictione, alio quidem tempore per custodiae suae sollicitudinem affligunt, atque alio per abundantiam ad voluptates emolliunt.

4. Terra autem bona fructum per patientiam reddit, quia videlicet nulla sunt bona quae agimus, si non aequanimitate etiam proximorum mala toleramus. Quanto enim quisque altius profecerit, tanto in hoc mundo invenit quod durius portet, quia cum a praesenti saeculo mentis nostrae <sup>c</sup> dilectio deficit, ejusdem saeculi adversitas crescit. Hinc est enim quod plerosque ternimur et bona agere, et tamen sub gravi tribulationum fasce desudare. Terrena namque jam desideria fugimur, et tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem Domini fructum per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic uva calcibus tunditur, et in vini saporem liquatur. Sic oliva <sup>d</sup> contusionibus expressa amuream suam deserit, et in olei liquorem pinguescit. Sic per tritaram arece a palcis grana separantur, et ad horreum purgata pervenient. Quisquis ergo appetit plene vita vincere, 1491 studeat humiliiter purgationis sue flagella tolerare, ut tanto post ad judicem mundior ventat, quanto nunc ejus rubiginem ignis tribulationis purgat.

5. In ea portico quae euntibus ad ecclesiam beati Clementis est pervia fuit quidam Servulus nomine, quem multi vestrum necum neverunt, rebus pauper, meritis dives, quem longa agitudo dissolverat (Lib. IV Dial., cap. 14). Nam a primaeve aetate usque ad finem vitae paralyticus jacebat. Quid dicam quia stare non poterat? Qui nunquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat, nunquam manum suam ad os ducere, nunquam se potuit in latus aliud declinare. Huic ad serviendum mater cum fratre aderat, et quidquid ex eleemosyna potuisset accipere, hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras neverat, sed Scripturæ sacrae sibimet Codices

emerat, et religiosos quoque in hospitalitate suscipiens, hos coram se legere sine intermissione faciebat. Factumque est ut, quantum ad mensuram propriam, plene sacram Scripturam disceret, cum, sicut dixi, litteras funditus ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere, hymnis Deo et laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum jam tempus esset ut tanta ejus patientia remunerari debuisset, membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque se iam morti proximum agnovit, peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos admonuit ut surgerent, et cum eo psalmos pro expectatione exitus sui decantarent. Cumque cum eis et ipse moriens psallerebat, voces psallentium repente compescuit, cum terrore magni clamoris, dicens: Tacete, nunquid non auditis quando resonant laudes in celo? Cumque ad easdem laudes quas intus audierat aurem cordis intenderet, sancta illa anima a carne soluta est. Sed exeuente illa tanta illic fragrantia odoris aspersa est, ut <sup>e</sup> omnes illi qui aderant inestimabili suavitate replerentur, ita ut per hoc patenter agnoscerent quod eam laudes in celo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit, qui nunc usque vivit, et cum magno fletu attestari solet quia quoque corpus ejus sepultura tradetur, ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit. Ecce quo sine ex hac vita exiti qui in hac vita aequanimitate flagella toleravit. Juxta vocem ergo dominicam, bona terra fructum per patientiam feddedit, que, exarata disciplinae vomere, ad reparationis segetem pervenit. Sed vos rogo, fratres charissimi, attendite quod excusationis argumentum in illo districto iudicio habituri sumus nos, qui, a bono opere torpentes, et res et manus accepimus, si præcepta dominica ègenus et sine manibus <sup>f</sup> implaverit. Non contra nos Dominus tunc apostolos ostendat qui ad regnum secum turbas fidelium prædicando traxerunt, non contra nos martyres exhibeat qui ad celestem patriam sanguinem fundendo pervenerunt. Quid tunc dictuti sumus, cum hunc de quo locuti sumus Servulum videamus, cui longus languor brachia tenuit, sed tamen haec a bono opere non ligavit? Hoc vobiscum, fratres, agite, sic vos ad studium boni operis instigate, ut cum bonos vobis modo ad imitandum proponitis, eorum consortes tunc esse valatis.

D

HOMILIA <sup>b</sup> XVI.

Habita ad populum in <sup>i</sup> basilica sancti Joannis, quae dicitur Constantiniiana, <sup>j</sup> Dominica prima in Quadragesima.

## LECTIO EVANG. SEC. MATTH. IV, 1-11.

In illo tempore, duxit eum Jesus in desertum a Spi-

<sup>a</sup> Belv., quid sollicitudines importunit.

<sup>b</sup> Duo priores Gemet. et Bigot.; per curiositatem; secundus Carn., per incuriam.

<sup>c</sup> Bigot., duo priores Gemet., Longip. et Val. Cl., delectatio.

<sup>d</sup> C. Gerin. Corb. et plur., contritionibus.

<sup>e</sup> Secundus Carn., calor.

<sup>f</sup> Turon. et Longip., omnes qui illic aderant.

<sup>g</sup> Excusi, potuit impere.

<sup>h</sup> Est decima in Codd. Lateran. et Corb., ac in Cod. reg. Suecæ duodecima.

<sup>i</sup> Cod. Later., in basilica sancti Salvatoris quæ a/p. Constantiniiana; duo priores Gemet., sancti Salvatoris in Lateranensi.

<sup>j</sup> Cod. reg. Suec., die Dominica initium quadragesimæ. Desiderantur in Belv., C. Gerin., primo et tertio Gemet., Dominica, etc.

titu, ut tentaretur a diabolo. Et cum jejunasset qua- draginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei : Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens <sup>a</sup> dixit : Scriptum est : Non in solo pane vivit homo, sed in omni serbo quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum supra pinnaculum templi, et dicit ei : Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim : Quia angelis suis mandavit de te, et in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. <sup>b</sup> Ait illi Jesus : Rursum scriptum est : Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriae eorum, et dixit illi : Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei Jesus : Vade, Satana. Scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. Tunc reliquit eum diabolus, et ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei.

**1492** 1. Dubitari a quibusdam solet a quo spiritu sit Jesus ductus in desertum, propter hoc quod subditur : Assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem. Et rursum : Assumpsit eum in montem excelsum <sup>c</sup> valde. Sed vere et absque illa <sup>d</sup> quæstione convenienter accipitur ut a sancto Spirito in desertum datus credatur, ut illuc eum suus Spiritus duceret, ubi nunc ad tentandum malignus spiritus inveniret. Sed ecce cum dicitur Deus homo vel in excelsum montem, vel in sanctam civitatem a diabolo assumptus, mens refugit, humanæ hoc audire aures expavescunt. Qui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo et alia facta pensamus. Certe iniquorum omnium caput diabolus est, et hujus capitis membra sunt omnes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus? An non diaboli membra Iudei persequentes, et milites crucifigentes Christum fuerunt? Quid ergo mirum si se ab illo permisit in montem duci, qui se perculit etiam a membris illius crucisligi? Non est ergo indignum Redemptori nostro quod tentari voluit, qui venerat occidi. Justum quippe erat ut sic tentationes nostras suis temptationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat sua morte superare. Sed sciendum nobis est quia tribus modis tentatio agitur, suggestione, delectatione et consensu. Et nos cum tentamur, per quemque in delectationem, aut etiam in consensum labimur, quia de carnis peccato propagati, in nobisipsis etiam gerimus unde certamina toleramus. Deus vero qui, in utero Virginis incarnatus, in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in semel ipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed ejus intentum peccati delectatio non momordit. Atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris non intus fuit.

**1493** 2. Sed si ipsum ordinem temptationis ejus aspicimus, pensemus quanta magnitudine nos a ten-

A tatione liberamur. Antiquus hostis contra primum hominem parentem nostrum in tribus se temptationibus erexit, quia hunc videlicet gula, vana gloria et avaritia tentavit; sed tentando superavit, quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe tentavit cum cibum ligni vetitum ostendit, atque ad comedendum suasit. Ex vana autem gloria tentavit cum diceret : Eritis sicut dei (Genes. iii, 5). Et ex proiecta avaritijs tentavit cum diceret : Scientes bonum et malum. Avaritia enim non solum pecunia est, sed etiam altitudinis. Recte enim avaritia dicitur cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad avaritiam honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de unigenito Dei Filio diceret : Non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo (Philip. ii, 6). In hoc autem diabolus parentem nostrum ad superbiam traxit, quod eum ad avaritiam sublimitatis excitavit.

3. Sed quibus modis primum hominem stravit, eisdem modis <sup>e</sup> secundo homini tentato succubuit. Per gulam quippe tentat cum dicit : Dic ut lapides isti panes fiant. Per vanam gloriam tentat cum dicit : Si Filius Dei es, mitte te deorsum. <sup>f</sup> Per sublimitatis avaritiam tentat cum regna omnia mundi ostendit, dicens : Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me. Sed eisdem modis a secundo homine vincitur, quibus primum hominem se viciisse gloriabatur, ut a nostris cordibus ipso aditu captus exeat, quo nos aditu intromissus tenebat. Sed est aliud, fratres charissimi, quod in hac tentatione dominica considerare debemus, quia tentatus a diabolo Dominus sacri eloquii præcepta respondit, et qui eo verbo quod erat tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suæ potentie **1494** non ostendit, sola divinitate Scripturæ præcepta dedit, quatenus suæ nobis patientiae præberet exemplum, ut quoties a pravis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius quam ad vindictam. Pensate quanta est patientia Dei, et quanta impatientia nostra. Nos si injuriis, aut aliqua læsione provocamur, furore permoti, aut quantum possumus nosmetipsos ulciscimur, aut quod non possumus facere minamur. Ecce adversitatem diaboli Dominus pertulit, et nihil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portat quem punire poterat, ut hoc <sup>g</sup> in laudem ejus altius cresceret, si hostem suum non extinguendo, sed interim patiendo superaret.

4. Notandum vero quod subditur, quia, recedente diabolo, angeli ministrabant ei. Ex qua re quid aliud quain unius personæ ultraque natura ostenditur? Quia et homo est quem diabolus tentat, et idem ipse Deus est cui ab angelis ministratur. Cognoscamus igitur in eo naturam nostram, quia nisi bunc diabolus hominem cerneret, non tentaret. Veneremur in illo divinitatem suam, quia nisi super omnia Deus existaret, ei nullo modo angeli ministrarent.

<sup>a</sup> Belv. et Corb. Germ., dixit ei.  
<sup>b</sup> Idein Codices, ait illi iterum Jesus.

<sup>c</sup> Abest valde a C. Germ. et tribus Gemet.

<sup>d</sup> Rigot. et due priores Gemet., dubitatione.

<sup>e</sup> Corb. Germ. et primus Carn., a secundo homine tentato succubuit.

<sup>f</sup> Primus Carn., per sublimitatem avaritie.

<sup>g</sup> Idem Cod., in laudem glorie ejus.

5. Sed quia his diebus lectio congruit, nam quadraginta dierum abstinentiam nostri Redemptoris audivimus, qui Quadragesimæ tempus inchoamus, discutiendum nobis est cur hæc ipsa abstinentia per quadraginta dierum numerum custoditur. Moyses enim ut legem acciperet secundo diebus quadraginta jejunavit (*Exod. xxxiv, 28*). Elias in deserto quadraginta diebus abstinuit (*III Reg. xix, 8*). Ipse auctor hominum ad homines veniens, in quadraginta diebus nullum omnino cibum sumpsit (*Matth. iv, 2*). Nos quoque in quantum possumus, annuo Quadragesimæ tempore carnem nostram per abstinentiam affligerem conemur. Cur ergo in abstinentia quadragesimæ numerus custoditur, nisi quia virtus Decalogi per libros quatuor sancti Evangelii impletatur? Denarius etenim quater ductus in quadragesimum surgit, quia tunc Decalogi mandata perficimus eum profecto quatuor libros sancti Evangelii custodimus. Ex qua res sentiri et aliud potest. In hoc enim mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, et per voluptates ejusdem corporis præceptis dominicis contrainimus. Præcepta autem Dominica per Decalogram sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria, Decalogi mandata contempsimus, dignum est ut eamdem carnem quaterdecies affligamus. Quamvis de hoc Quadragesimæ tempore est adhuc aliud quod possit intelligi. A præsenti etenim die usque ad Paschalis solemnitatis gaudia sex hebdomadas veniunt, quarum videlicet dies quadraginta duo sunt. Ex quibus dum sex dies Dominicæ ab abstinentia subtrahuntur, non plus in abstinentia quam trigesita et sex dies **1495** remanent. Dum vero per trecentos et sexaginta quinque dies annus ducitur, nos autem per triginta et sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus, ut qui nobismetipis per acceptum annum viximus, <sup>a</sup> auctori nostro nos in ejus decimis per abstinentiam mortificemus. Unde, fratres charissimi, sicut offerre in lege jubemini decimas rerum (*Levit. xxvii, 30, seq.*), ita ei offerre contendite et decimas dierum. Unusquisque in quantum virtus suppetit, carnem inaceret, ejusque desideria affligat, concupiscentias turpes interficiat, ut juxta Pauli vocem, hostia viva fiat (*Rom. xii, 1*). Hostia quippe et iuvenatur et viva est, quando et ab hac vita homo non deficit, et tamen se a carnalibus desideriis occidit. Caro nos latrata traxit ad culpam, afflcta reducat ad veniam. Auctor etenim mortis nostre per fructum ligii veliti vite præcepta transgressus est. Qui ergo a paradisi gaudiis per cibum cecidimus, ad hæc in quantum possumus, per abstinentiam resurgamus.

6. Sed nemo sibi eamdem abstinentiam solam

A credat posse sufficere, cum per prophetam Dominus dicat: *Nonne hoc est magis jejunium quod elegi?* subiiciens: *Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despiceris* (*Iesai. lviii, 6, 7*). Illud ergo jejunium Deus approbat, quod ad ejus oculos manus eleemosynarum levat, quod cum proximi dilectione agitur, quod ex pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis, alteri largire, ut unde tua caro affligitor, inde egentis proximi caro reparetur. Hinc etenim per prophetam Dominus dicit: *Cum jejunaretis et plangeretis, nunquid jejunium jejunasti mihi?* *Ei cum comeditis et bibitis, nunquid non vobis comeditis, et vobis meipso bibitis?* (*Zach. vii, 5, 6*.) Sibi enim comedit et bibit qui alimenta corporis, quæ sunt communia dona conditoris, sine indigentibus percipit. Et sibi quisque jejunat, si ea quæ sibi ad tempus subtrahit non pauperibus tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. Hinc per Joelem dicitur: *Sanctificate jejunium* (*Joel. 1, 14; ii, 15*). Jejunium quippe sanctificare est, adjunctis bonis aliis, dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Casset ira, sopiantur jurgia. Incassum enim caro atteritur, si a pravis suis voluptatibus animus non refrenatur, cum per prophetam Dominus dicat: *Ecco in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra. Ecce ad lites et contentiones, jejunatis, et percutitis pugno impie, et omnes debitores vestros repetitis* (*Isa. lviii, 3*). Neque enim <sup>b</sup> qui a debitore suo hoc quod dedit repetit aliquid injustum facit, sed dignum est C ut quisquis se in penitentia macerat etiam hoc quod sibi justè competit interdicat. Sic sic nobis afflictis et penitentibus a Deo dimittitur quod injuste exigimus, si pro amore illius et hoc quod nobis justè competit relaxemus.

### HOMILIA XVII.

<sup>c</sup> Habita ad episcopos in fontes Lateranensis.

#### LECTIO EVANG. SEC. LUC. x, 4-9.

In illo tempore, designavit <sup>d</sup> Dominus et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Regate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto ros sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque perrami, neque calceamenta, et neminem per viam salutaveritis. In quacunque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illum pax vestra; sin autem, ad ros revertetur. In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim opera-

Suec., Corb., Germ., Bigot., etc. Duo priores Geometri, habent tantum, in conventu episcoporum. In Editis legitur: *habita ad populum in basilica Lateranensi, de apostolis.* Verum hanc homiliam habitant esse ad episcopos congregatos liquet maxime ex num. 13 et seq. Sane hic multa legitur in libro Reg. Past. jam dicta.

<sup>e</sup> Belvac, designavit Jesus.

<sup>a</sup> Idem, ad præsentis solemnitatis.

<sup>b</sup> Longip., auctori nostro; et infra, auctori etenim morti.

<sup>c</sup> Duo priores Germ., et tamen in se carnalia desideria occidit.

<sup>d</sup> C. Germ., qui debitorem suum.

<sup>e</sup> In Corb. est trigesima sexta, in Lateran. trigesima quarta, in Cod. reg. Suec. decima tercia.

<sup>f</sup> Sic titulum restitutimus ex MSS. Lateran., reg.

rius mercede sua.<sup>a</sup> Nolite transire de domo in dominum. Et in quacumque circitatem intraveritis, et susciperint vos, manducate quae apponuntur vobis; et curate infirmos qui in illa sunt, et dicite illis: Appropinquaret in vos regnum Dei.

**1498** 1. Domine et Salvator noster, fratres charissimi, aliquando nos sermonibus, aliquando vero operibus admonet. Ipsa etenim facta ejus præcepta sunt, quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debemus inuocescit. Ecce enim binos in prædicationem discipulos mittit, quia duo sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor, et proximi, et minus quam inter duos charitas haberi non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur, sed dilectio in alterum tendit, ut charitas esse possit. Binos ad prædicandum discipulos Dominus mittit, quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitate erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet.

2. Bene autem dicitur quia misit eos ante faciem eam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Prædicatores enim suos Dominus sequitur, quia prædictio prævenit, et tunc ad mentis nostræ habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt, atque per hæc veritas in mente suscipitur. Hinc namque eisdem præparatoribus Isaia dicit: Parate tamen Domini, rectas facite semitas Dei nostri (Isai. xl, 3). Hinc illis Psalmista ait: Iter facile ei qui ascendit super occasum (Psal. lxvii, 5). Super occasum namque Dominus ascendit, quia unde in passione occubuit, inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestavit. Super occasum videbilem ascendit, quia mortem quam pertulit resurgentio calcavit. Ej ergo qui ascendit super occasum iter facimus cum nos ejus gloriam vestris mentibus prædicamus, ut eas et ipse post veniens per amoris sui præsentiam illustret.

3. Missis autem præparatoribus, quid dicat audiamus: Missis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.<sup>b</sup> Ad messem multam operarii pauci sunt, quod sine gravi morore loqui non possumus, quia eti si sunt qui bona audiant, desunt qui dicant. Ecce mundus sacerdotibus plenus est, **1497** sed tamen in messe Dei rarus valde invenitur operator, quia officium quidem sacerdotiale suscepimus, sed opus officii non implemus. Sed pensate, fratres charissimi, pensate quod dicitur: Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Vos pro nobis petite, ut digna vobis operari valeamus, ne ab exhortatione lingua torpeat, ne postquam prædicationis locum suscepimus apud justum judicem nostrum faciturnitas addicat. Sæpe enim pro sua nequitia prædicatorum lingua restringitur: sæpe vero ex subjectorum culpa agitur ut eis qui præsunt, prædi-

<sup>a</sup> Hæc, usque ad et in quam, etc., desunt in Belv. et C. Germ.

<sup>b</sup> C. Germ., Turon., Corb., Belvac., at messis multa, sed operarii sunt pauci.

cationis sermo subtrahatur. Ex sua quippe nequitia prædicatorum lingua restringitur, sicut Psalmista ait: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas? (Psal. xlix, 40.) Et rupsum ex viro subjectorum, vox prædicatorum prohibetur sicut ad Ezechiel Dominus dicit: Linguan tuam adhaerescere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans, quia domus exasperans est (Ezech. iii, 26). Ac si aperie dicat: Idcirco tibi prædicationis sermo tollitur, quia dum me in suis actibus plebs exasperat, non est digna cui exhortatio veritatis fiat. Ex cujus ergo viro præparatori sermo subtrahatur, non facile cognoscitur. Quia vero Pastoris taciturnitas aliquando sibi, semper autem subjectis noceat, certissime scitur.

**B** 4. Sed uijnam si ad prædicationis virtutem non sufficiamus, loci nostri officium in innocentia vita teneamus. Nam subditur: Ecce ego mittio vos sicut agnos inter lupos. Multi autem cum regimini et iura suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt, terrorum potestalis exhibent, et quibus prodesse debuerant, nocent. Et quia charitatis viscera non habent, domini videri appetiunt, patras se esse minimis recognoscant, humilitatis locum in elationem dominationis impuant, et si quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus sæviunt. De quibus aliis Veritas dicit: Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces (Matth. vii, 15). Contra quæ, omnia considerandum nobis est quia sicut agni **1498** inter lupos mittimur, ut, secundum servantes innocentia, morsum malitia non habeamus. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare, ut ex ipsa sua manu-suetudine iram sæviuentium mitiget, et peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quem et si quando zelus rectitudinis exigit ut erga subjectos sæviat, furor ipse de amore sit, non de crudelitate, quatenus et iura disciplinae foris exhibeat, et intus paterna pietate diligat, quos foris quasi inseguendo castigat. Quod tunc bene Rector exhibet, cum et seipsum diligere per amorem privatum nescit, cum nulla quæ mundi sunt appetit, cum terrenæ cupiditatis oneribus noquaquam mentis colla supponit.

**D** 5. Unde et subditur: Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, et neminem per viam salutaveritis. Præparatori etenim tanta debet in Deo esse fiducia, ut presentis vitae sumptus quamvis non provideat, tamen sibi hos non decessa certissime sciat, ne dum mens ejus occupatur ad temporalia, misus aliis provideat aeterna. Cui etiam per viam neminem salutare conceditur, ut sub quanta festinatione et iter prædicationis pergere debeat ostendatur. Quæ si quis verba etiam per allegoriam velit intelligi, in sacculo pecunia causa est; pecunia vero clausa est sa-

<sup>c</sup> Belvac., Turon., C. Germ., curam suscipiunt.

<sup>d</sup> Turon., C. Germ., Longip., seipso diligere.

<sup>e</sup> C. Germ., primus Genet. et Bigot., in iter; Longip. et Val. Cl., in itinere. Primus Cenot., itinere.

plentia occulta. Qui igitur sapientiae verbum habet, sed hoc negligere proximo neglegit, quasi pecuniam in sacra ligatum tenet. Unde scriptum est: *Sapientia abscondita, et thesaurus occultus, quae utilitas in utriusque?* (Eccli. xii, 17.) Quid vero per peram, nisi onera seculi; et quid hoc loco per calceam pietatis, nisi mortuorum operum exempla signantur? Qui ergo officium prædicationis suscipit, dignum non est ut omnes speculatorum negotiorum portet, ne dum hoc ejus colla deprimit, ad prædicanda cœlestia non assurgat. Nec debet studiorum operum exempla conspicere, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt etenim multi qui præstatum suum ex alienis praylatibus impunitur. Quia enim alios talia fecisse considerant, ne hæc facere licenter putant. Hi quid aliud faciunt, nisi pedes suos ex mortuorum animantium munere pellibus conantur? Omnis vero qui salutem in via, ex occasione salutis itineris, non ex studio optandæ ejusdem salutis. Qui igitur non amore aeternæ patriæ, sed præmiorum ambitu salutem audiens pellibus prædicat, quasi in itinere salutis, quia ex occasione, et non ex intentione, salutem audientibus exoptat.

6. Sequitur: *In quacumque domum intraperitis, prius dicit: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illum pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. Pax quæ ab ore prædicatoris offeratur, aut requiescat in domo, si in ea filius pacis fuerit, aut ad eundem prædicatore revertitur; quia aut erit quisque prædestinatus ad vitam, et cœlestie verbum sequitur quod audit; aut si nullus audiret ipsius, ipse prædicator sine fructu non erit, quia ad eum pax revertitur, quoniam ei a Domino pro labore sui operis merces recompensatur.*

7. Ecce autem qui peram et saccum portare prohibuit sumptus et alimenta ex eadem prædicatione **1499** concedit. Nam subditur: *In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Si pax nostra recipitur, dignum est ut in eadem domo maneat et bibentes quæ apud illos sunt, ut ab eis terrena stipendia consequamur, quibus præmia patriæ cœlestis offerimus. Unde etiam Paulus haec ipsa pro minimo suscipiens, dicit: Si nos vobis spiritalia seminavimus, et magnum est si vestra carnalia metamus? (1 Cor. ix, 11.) Et notandum quod subditur: Dignus est operarius mercede sua, quia jam de mercede sunt operis ipsa alimenta sustentationis, ut hic merces de labore prædicationis inchoetur, quæ illuc de veritatis visione perficitur. Quia in re considerandum est quod uni nostro opere duas mercedes debentur, una in via, altera in patria; una quæ nos in labore sustentat, alia quæ nos in resurrectione remunerat. Merces itaque quæ in præ-*

<sup>a</sup> C. Germ., tres Gemet. et Longip., super illam, tempore, dominum.

<sup>b</sup> Belvac., Longip., Val. Cl., pro labore sui operis recompensatur.

<sup>c</sup> Duo post. Gemet., magnum non est si.

<sup>d</sup> Restituimus aginus, ex Mess. et vel. Excusis.

A senti accipitur: hoc in nobis debet agere, ut ad sequentem mercedem robustius tendatur. Vetus ergo quisque prædicator non ideo prædicare debet, ut in hoc tempore mercedem recipiat, sed ideo mercede recipere, ut prædicare subsistat. Quisquis namque ideo prædicat ut hic vel laudis vel munieris mercedem recipiat, eterna procul dubio mercede se privat. Quisquis vero vel ea quæ dicit, ideo placere hominibus appetit, ut, dum placet quod dicitur, per eadem dicta don ipse, sed Dominus ametur, vel idcirco terrena stipendia in prædicatione consequitur, ne a prædicationis voce per indigentiam lassetur, huic procul dubio ad recipiendum mercedem nil obstat in patria, quia sumptus sumptus in via.

B 8. Sed quid nos (quod tamen sine dolore dicere non possum) quid nos, o Pastores, <sup>d</sup> aginus, qui et mercedem consequimur, et tamen operarii nequam sumus? Fructus quippe sanctæ Ecclesie in stipendio quotidiano percipiuntur, sed tamen pro eterna Ecclesia minime in prædicatione laboramus. Pensemus cuius damnationis sit sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidei vivimus, <sup>e</sup> sed quid pro animabus fidelium laboramus? Illa in stipendium nostrum sumimus quæ pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem vel orationis studio, vel prædicationis, ut dignum est, insudamus. Vix pro culpa sua quempiam aperta voce reprehendimus. Et adhuc (quod est gravius) aliquando si persona in hoc mundo potens sit, ejus forsitan errata laudantur, ne, si aduersetur, per iracundiam manus subtrahat quod impendebat. Sed debemus sine cessatione meminisse quod de quibusdam scriptum est: *Peccata Populi mei comedent* (Osee iv, 8). Cur autem peccata populi comedere dicuntur, nisi quia peccata delinquentium sovent, ne temporalia stipendia amittant? Sed et nos qui ex oblationibus fidelium vivimus, quas illi pro peccatis suis obtulerunt, si comedimus et facimus, eorum præcul dubio peccata manducamus. Pensemus ergo cuius si apud Deum criminis peccatorum premium manducare, et nihil contra peccata prædicando agere. Andiamus quid beati Job voce dicitur: *Si aduersum me terra mea clamat, et cum ipsa sulci ejus deflent, si fructus ejus comedi absque pecunia* (Job. xxxi, 38, 59).

C **1500** Terra enim contra possessorem suum clamat quando contra pastorem suum justè Ecclesia murmurat. Cujus etiam sulci deflent, si corda abundantia, quæ a præcedentibus suis patribus prædicationis voce et vigore iuventionis exarata, vident aliquid quod ingeant de via pastoris. Cujus videlicet terra fructus possessor bonus sine pecunia non manducat, quia discrecus pastor prærogat talentum verbi, ne ad damnationem suam de Ecclesia stipe-

Desideratur in recent.

<sup>a</sup> C. Germ. et duo post. Gemet., sed nunquid pro, etc.

<sup>b</sup> Corb. Germ., Belv. et primus Gemet., comedunt; duo alii Gemet., comedunt.

dium sumat alimenti. Tunc enim de terra nostra <sup>A</sup> sum pecunia fractus comedimus, quando sumentes ecclesiastica subsidia in prædicatione laboramus. Praecones namque venturi judicis sumus. Quis ergo venturum <sup>a</sup> judicem nontiet, si præco taceat?

9. Prænde considerandum nobis est ut, in quantum valet quisque, in quantum sufficit, et terrorem venturi judicii, et dulcedinem regni, susceptæ Ecclesie insinuare contendat. Et qui una eademque exhortationis voce non sufficit simul cunctos admonere, debet singulos, in quantum valet, instruere, privatis locutionibus ædificare, exhortatione simplici fructum in filiorum suorum cordibus querere. Debemus namque pensare continuo quod sanctis apostolis dicitur, et per apostolos nobis: *Vos estis sal terra* (*Math. v.*, 13). Si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur, qui pastores estis, pensate quia Dei animalia pascitis. De quibus proœctio animalibus Deo per Psalmistam dicitur: *Animalia tua habitabunt in ea* (*Psal. lxvi*, 11). Et saepe videmus quod petra salis brutis animalibus ponitur, <sup>b</sup> ut eamdem salis petram lambere debeant, et meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare namque sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, unumquemque qualiter admoneat, ut qui quis sacerdoti jungitur, quasi ex salis tactu, æternæ vita sapore conditatur. Sal etenim terra non sumus, si corda audientium non condimus. Quod proœcto condimentum ille veraciter proximo impedit qui prædicatio verbum non subrahit.

10. Sed tunc vere aliis recta prædicamus, si dicta rebus ostendimus, si nos ipsi divino amore compungimur, et humanæ vitae, quæ sine culpa transire nequaquam potest, quotidianas lacrymis maculas lavamus. Tunc autem de nobis vere compungimur, si studiose patrum præcedentium facta pensamus, ut ex conspecta illorum gloria, in nostris nobis oculis nostra vita sordescat. Tunc vere compungimur, cum præcepta Domini studiose perserutamur, et per hæc proficere ipsi contendimus, per quæ jam profecisse novimus quos veneramur. Hinc est enim quod de Moyse scriptum est: *Posuit et labrum æneum in quo lararentur Aaron et filii ejus, cum ingredeneretur in sancta sanctorum, quod fecit de speculis mulierum quæ excubabant in ostio tabernaculi* (*Exod. xxxviii*, 8). Labrum quippe æneum Moyse ponit, in quo sacerdotes lavari debeant et sancta sanctorum ingredi, quia lex Dei prius nos lavari per compunctionem præcipit, ut nostra immunditia ad penetrandam seculorum Dei munditiam non sit indigna. Quod bene labrum de speculis mulierum perhibet factum quæ ad tabernaculi ostium indesinenter excubabant.

<sup>a</sup> Carnot., mundi vel., mundo-nuntiat.

<sup>b</sup> C. Germ., Belvac. et duo post. Gemet. ut ex eadem salis petra lambatur.

<sup>c</sup> Secundus Carn., tres Gemet. et C. Germ., curare namque sacerdoti.

<sup>d</sup> Turon., pœnitentes. Carnot., remittentes.

<sup>e</sup> C. Germ., duo Carn. et tertius Gemet., præbent,

<sup>A</sup> Specula quippe mulierum sunt præcepta Dei, in quibus se sanctæ animæ semper aspiciunt, et si quæ in eis sunt foeditatis maculae, reprehendunt. Cogitationum vitia corrigunt, et quasi <sup>f</sup> renitentes vultus velut ex redditâ imagine componunt, quia dum præceptis domini solerter intendunt, in eis procul dubio vel quid in se cœlesti viro placeat, vel quid dispiceat agnoscunt. Quæ quandiu in hac vita sunt, æternum tabernaculum ingredi nequaquam possunt. Sed tamen ad ostium tabernaculi mulieres excubant, quia sanctæ animæ etiam cum infirmitate adhuc carnis gravantur, amore tamen continuo ingressum æterni introitus observant. Moyses ergo labrum sacerdotibus de speculis mulierum fecit, quia lex Dei lavacrum compunctionis peccatorum nostrorum maculis exhibet, dum ea per quæ sanctæ animæ superno sponso placuerunt intuenda nobis cœlestia præcepta <sup>g</sup> præbet. Quibus si diligenter intendimus, internæ nostræ imaginis maculas videamus. Videntes autem maculas, in pœnitentiae dolore compungimur; compuncti vero, quasi in labore de speculis mulierum lavamur.

11. Est autem valde necessarium ut cum de nobis in compunctione afficiamur, etiam commissorum nobis vitam zelemus. Sic ergo nos amaritudo compunctionis afficiat, ut tamen a proximorum custodia non avertat. Quid enim prodest, si, amantes nosmetipos, relinquamus proximos? Vel quid rursus prodest, si, amantes vel zelantes proximos, relinquamus nosmetipos? In ornamento quippe tabernaculi bis tinctus coccus offerri præcipitur (*Exod. xxv*, 4), ut ante Dei oculos charitas nostra Dei et proximi amore coloreatur. Ille autem vere se diligit, qui pura diligit <sup>h</sup> auctorem. Tunc ergo coccus bis tingitur, quando erga se et proximum ex <sup>i</sup> amore veritatis animus inflanimator.

12. Sed inter hæc sciendum nobis est ut sic exercetur zelus rectitudinis contra prava acta <sup>k</sup> proximorum quatenus in fervore distinctionis nullo modo relinquatur virtus mansuetudinis. Ira etenim sacerdotis nequaquam debet esse præceps et perturbata, sed magis ex consilio <sup>l</sup> gravitate mitiganda. Et portare ergo debemus quos corrigimus, et corrigeremus portamus, ne si ex utroque unum desuerit, vel in fervore, vel in mansuetudine actio sacerdotalis non sit. Hinc namque est quod in templi ministerio in basibus templi sculptorio opere leones et boves et cherubim expressa sunt. Cherubim quippe est plenitudo scientiæ. Sed quid est quod in basibus nec leones sine bobus, nec boves sine leonibus sunt? Quid enim aliud, designant bases in templo, nisi sacerdotes in Ecclesia? Qui dum sollicitudinem regimur, quasi more basium superimpositum

<sup>f</sup> Longip., auctorem.

<sup>g</sup> Secundus Carn., ex amore charitatis.

<sup>h</sup> Idem, pessimorum.

<sup>i</sup> In recent. Ed., contra MSS. Anglic. et nostry.

<sup>j</sup> Adem, alieno quoque sensu, metuenda.

<sup>k</sup> C. Germ. et tres Gemet., furor.

onus portant. In basibus ergo cherubim exprimuntur, quia decet nimirum ut sacerdotum pectora plenitudine scientias sint referta. Per leones autem terror severitatis, per boves vero patientia mansuetudinis figuratur. Itaque in basibus nec leones sine boibus, nec boves sine leonibus exprimuntur, quia semper in sacerdotali pectore cum terrore severitatis custodiri debet virtus mansuetudinis, ut et iram mansuetudo condiat, 1502. et eamdem mansuetudinem, ne fortasse dissoluta sit, zelus distinctionis accendat.

13. Sed ista cur loquimur, cum adhuc plerosque gravari factis atrocioribus videamus? Vobis enim sacerdotibus lugens loquor, quia nonnullos vestrum cum praemissis facere ordinationes agnoscimus spiritalem gratiam vendere, et de alienis iniquitatibus cum peccati damno temporalia lucra cumulare. Cur ergo ad membrorium vestram non reddit quid vox Dominica præcipiens dicit: *Gratis accepistis, gratis date* (Matth. x, 8). Cur non ante mentis oculos revocatis quod templum Redemptor noster ingressus, cathedras vendentium columbas evertit, et numinulariorum effudit æs? (Joan. ii, 1, 2.) Qui namque sunt in templo Dei hodie qui columbas vendunt, nisi qui in Ecclesia premium de impositione manus accipiunt? Per quam videlicet impositionem Spiritus sanctus coelitus datur. Columna ergo venditur, quia manus impositionis per quam Spiritus sanctus accipitur, ad premium præbetur. Sed Redemptor noster cathedras vendentium columbas evertit, quia talium negotiatorum sacerdotium destruit. Hinc est enim quod sacri canones simoniacam haeresim damnant, et eos privari sacerdotio præcipiunt, qui de largiendis ordinibus<sup>d</sup> premium querunt. Cathedra ergo vendentium columbas evertitur quando hi qui spiritalem gratiam venundant, vel ante humanos, vel ante Dei oculos, sacerdotio priuantur. Et quidem multa sunt alia præpositorum mala quæ humanos modo oculos latent. Et plerumque se pastores sanctos hominibus exhibent, atque in occultis suis videri turpes ante interni arbitri oculos non erubescunt. Veniet, veniet profecto illudies, nec longe est, in quo pastorum pastor apparent, et uniuscujusque facta in publicum ducunt, et qui modo subditorum culpas per præpositos ulciscitur, tunc præpositorum mala per semetipsum sœviens dominat. Unde et ingressus in templum, per semet ipsum quasi flagellum de funiculis fecit, et de domo Dei pravos negotiatores ejiciens, cathedras vendentium columbas evertit (Joan. ii, 1, 2), quia subditorum quidem culpas per pastores percudit, sed pastorum via per semetipsum ferit. Ecce modo hominibus negari potest quod latenter agitur. Ille certe

<sup>a</sup> C. Germ., Gemet., Bigot., Longip., Val. Cl., Cherubin exprimitur.

<sup>b</sup> Belvac., sacerdotes.

<sup>c</sup> Belvac., qui Ecclesie.

<sup>d</sup> C. Germ., Bigot. et primus Carn., premium accipiunt.

<sup>e</sup> Primus Carn., et plerique.

<sup>f</sup> Belvac., barbarici timoris. Turon. utramque lect.

A judex venturus est, cui tacendo quisque se non potest celare, quem negando non potest fallere.

14. Est et aliud, fratres charissimi, quod me de vita Pastorum vehementer affigit; sed ne cui bona injuriosum videatur fortasse quod assero, me quoque pariter accuso, quamvis, <sup>g</sup> barbarici temporis necessitate compulsus, valde in his jaceo invitus. Ad exteriora enim negotia delapsi sumus, et aliud ex honore suscepimus, atque aliud officio actionis exhibemus. Ministerium prædicationis relinquimus, et ad poenam nostram, ut video, episcopi vocamur, qui honoria nomen, non virtutem tenemus. Relinquunt namque Deum hi qui nobis commissi sunt, et lacemus. In pravis actibus jacent, et correptionis manum non tendimus. Quotidie per multas nequitias pereunt, et eos ad infernum tendere negligenter videmus. Sed quando nos vitam corrigeremus valeamus alienam, qui negligimus nostram? Curis enim saecularibus intenti, tanto insensibiliiores 1503 intus efficiuntur, quanto ad ea quæ foris sunt studiosiores videmur. Usu quippe curæ terrenæ a cœlesti desiderio obdurescit animus; et dum ipso suo usu durus efficitur per actionem saeculi, ad ea emolliri non valet quæ pertinent ad charitatem Dei. Unde bene sancta Ecclesia de membris suis instruuntibus dicit: *Possuerunt me custodiem in vineis, vineam meam non custodiri* (Cant. i, 5). Vineæ quippe nostra actiones sunt, quas usu quotidiani laboris excolimus. Sed custodes in vineis positi, nostra vineam minime custodimus, quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium actionis nostræ negligimus. <sup>h</sup> Nullum puto, fratres charissimi, ab aliis magis præjudicium quam a sacerdotibus tolerat Deus, quando eos quos ad aliorum correctionem posuit dare de se exempla pravitatis cœravit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. Plerumque, quod est gravius, sacerdotes qui propria dare debuerant etiam aliena diripiunt. Plerumque, si quos humiliiter, si quos continenter vivere conspiciant, irrident. Considerate ergo quid de gregibus agatur, quando pastores lupi sunt. Illi enim custodiæ gregis suscipiunt, qui inaudiari gregi dominico non metuunt, <sup>i</sup> contra quos Dei greges custodiri debuerant. Nulla animarum lucra querimus, ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quo ceteris prælati sunus, ad agenda qualibet maiorem licentiam habemus, susceptæ benedictione ministerium vertimus ad ambitionis<sup>j</sup> argumentum; Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus; <sup>k</sup> locum sanctitatis accipimus, et terrenis actibus implicamur. Impletum est in nobis profecto quod scriptum est: *Et erit sicut populus, sic sacerdos* (Uce

exhibit.

<sup>g</sup> Corb. Germ., in nullum. Bigot. et duo priores Gemet., in nullo.

<sup>h</sup> Hæc non habent Belvac. et Corb., sed post manifestum immediate sequitur nulla, etc.

<sup>i</sup> Secundus Carn., augmentum.

<sup>j</sup> C. Germ., jugum sanctitatis.

iv. 9). Sacerdos enim non distat a populo, quando nullo merito sum vulgi transcendit actionem.

15. Imploremus Jeremias lacrymas; consideret mortem nostram, et deplorans dicat: *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum?* (Thren. iv, 1.) Aurum quippe obscuratum est, quia sacerdotum vita quandam per gloriam virtutum clara, nunc<sup>a</sup> per actiones infimae ostenditur reproba. Color optimus est mutatus, quia ille sanctitatis habitus per terrena et abjecta opera ad ignominiam despectionis venit. Lapides vero sanctuarii intrinsecus habebantur, nec sumebantur in summi sacerdotis corpore, nisi eum, sancte sanctorum ingrediens, in secreto sui conditoris appareret. Nos ergo, fratres charissimi, nos sumus lapides sanctuarii qui apparere semper debemus in secreto Dei; quos nunquam necesse est foris conspici, id est nunquam in extraneis actionibus videri. Sed dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum, quia hi qui per vitam et orationem intus semper esse debuerant per vitam reprobam foris vacant. Ecce jam pene nulla est saeculi actio quam non sacerdotes administrent. Dum ergo, in sancte habitu constituti, exteriora sunt quae exhibent, quasi sanctuarii lapides foris jacent. Quia enim Graeca ut te platea a latitudine vocatur, sanctuarii lapides a plateis sunt **1504** cum religiosi quique lata et gaudi itinera sectantur. Nec solum in plateis, sed et in capite platearum dispersi sunt, quia et per desiderium hujus mundi opera peragunt, et tamen de religioso habitu culmen honoris querunt. In capite ergo platearum dispersi sunt, quia et jacent per ministerium operis, et honorari volunt de imagine sanctitatis.

16. Quanto autem mundus gladio feriatur aspiciunt, quibus quotidie percussionibus intereat populus videntis. Cujus hoc nisi nostro præcipue peccato agitur? Ecce depopulatae urbes, eversa castra, Ecclesia ac monasteria destructa, in solitudinem agri redacta sunt. Sed nos pereundi populo auctores mortis existimus, qui esse debuimus duces ad vitam. Ex nostro etenim peccato populi turba prostrata est, quia nostra faciente negligentia, ad vitam erudita non est. Quid autem animas hominum nisi cibum Domini dixerimus, quae ad hoc sunt conditæ, ut in ejus corpore trajiciantur, id est ut in æternæ Ecclesiam argumentum tendant? Sed hujus cibi condimentum non esse debuimus. Sicut enim paulo superius præfatus sumus, missis prædictoribus dicitur: *Vos estis sal terræ* (Matth. v, 13). Si igitur cibus Dei est populus, condimentum cibi sacerdotes eas debuerunt. Sed quia dum nos ab orationis et eruditio[n]is saucie missus essamus, sat infatuatum est, condire nou valet

<sup>a</sup> Turon., C. Germ., Gemet. et alii, per actiones infimas; primus Carn., per actionum infima.

<sup>b</sup> Duo priores Gemet. ac Big., pectore.

<sup>c</sup> Tres Gemet., Bigot et secundus Carn., de imitatione. Consentient vet. Ed.

<sup>d</sup> Sic optimè emendavimus ex Mas. C. Germ., Turon., Rigot., etc., priorem lectionem, in solitudinem

cibos Dei, atque idec[u]ro ab auctore non sumitur, quis exigente satuitate nostra, minime condit[ur]. Pensepius ergo qui unquam per linguam nostram conversi, qui de perverso suo opere nostra increpatione corsepti, paucitatem egerunt, quis luxuriam ex ipsa eruditio[n]e deseruit, quis avaritiam, quis superbiu[m] declinavit? Pensemus quod lucrum Deo fecimus nos, qui, accepto talento, ab eo ad negotium miseri sumus. Etenim dicit: *Negotiamini dum penio* (Luc. xix, 13). Ecce jam venit, ecce de nostro negotio lucrum requirit. Quale ei animarum lucrum de nostra n[on]egotiatione monstrabimus? Quot ejus conspectu[rum] animarum manipulos de prædicationis nostræ seget illatru[s] sumus?

17. Ponamus ante oculos nostros illum tantum distinctionis diem, quo judex veniet, et rationem cum servis suis, quibus talenta credit[ur] ponet (*Ibid.*). Ecce in maiestate terribili, inter angelorum atque archangelorum choros videbitur. In illo tanto examine electorum omnium et reproborum multitudo deducetur, et unusquisque quid sit operatus ostendetur. Ibi Petrus cum Iudea conversa, quam post se traxit, apparet. Ibi Paulus conversum, ut ita dixerim, mundum ducep[er]t. Ibi Andreas post se Achiam, i[bi] Joannes Asiam, Thoma[si] India[m], in conspectum sui regis conversam ducet. Ibi omnes dominici gregis arietes cum animalium lucris apparebunt, qui sanctis suis prædicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cum igitur tot pastores cum gregibus suis ante æterni pastoris oculos venerint, nos miseri quid dilicuti sunius, qui ad Dominum nostrum post negotium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus et oves quas **1505** ex nutrimento nostro debeamus ostendere non habemus? Illic pastores vocati sumus, et ibi gregem non dicimus.

18. Sed nunquid si nos negligimus, omnipotens Deus deserit oves suas? Nullo modo; nam ipse eas, sicut per prophetam pollicitus est, per semetipsum pascit (*Ezech. xxxiv*), omnesque quos præordinavit ad vitam, flagellorum stimulis, compunctionis spiritu erudit. Et per nos quidem fidèles ad sanctum baptisma veniunt, nostris precibus beneficiuntur, et per impositionem nostrorum manuum a Deo Spiritum sanctum percipiunt, atque ipsi ad regnum cœlorum pertingunt, et ecce nos per negligentiam nostram deorsum tendimus. Ingrediuntur electi, sacerdotum manibus expiat, cœlestem patriam; et sacerdotes ipsi per vitam reprobam ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei, cui similes dixerim sacerdotes malos, nisi aquæ baptismatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cœlestis mittit, et ipsa postea in cloacas descendit? Timeamus haec, fratres, convenient actiones nostræ ipsum ministerium nostrum.

*agri redacti sunt.* Significatur monasteria in agrorum solitudinem esse redacta.

<sup>e</sup> Longip. et Val. Cl., *qui esse debemus*.

<sup>f</sup> Ita Mss. et vet. Ed., ubi alii excusi habent, consideri non valeat cibus Dei; quibus tamen saret Corb. Germ.

<sup>g</sup> Secundus Carnal., erat.

De peccatorum nostrorum relaxatione quotidie cogitamus, ne nostra vita peccato obligata romaneat, per quam omnipotens Deus quotidie alios solvit. Consideremus ergo cessatione quid suamus, pensamus negotium nostrum, pensamus pondus quod suscepimus. Faciamus quotidie nobiscum rationes, quas cum nostro iudice habemus. Et sic debemus agere curam nostri, ut non negligamus curam proximi, ut quisquis ad nos jungitur ex lingue nostra sale conditatur. Cum vacante quompiam et lubricum videamus admonendus est ut conjugio frenare studeat iniquitatem suam, quatenus per hoc quod licet discat superare quod non licet. Cum conjugatum videamus, admonendas est ut sic exerceat curam seculi, ne postponat amorem Dei; sic placeat voluntati conjugis, ut non displicat conditori. Cum clericum videamus, admonendus est quatenus sic vivat, ut exemplum vite secularibus praebeat, ne si quid in illo juste reprehenditur, ex ejus viito ipsa religionis nostra scismatico gravetur. Cum monachum videamus, admonendas est ut reverentiam habitus sui in celo, in locutione, in cogitatione sua semper circumspectiat, ut ea quae mundi sunt perfecte deserat, et quod ostendit humanis oculis habitu, hoc ante Dei oculos moribus præstendat. Iste itaque iam sanctus est, admonetur ut crescat; ille vero adhuc iniquus est, admonetur ut se corrigat, quatenus quisquis se ad sacerdotem junxerit, sale sermonis illius conditus recedat. Haec, fratres, vobiscum sollicitate cogitate, haec et proximitas vestris impendit; omnipotenti Deo fructum vos reddere de negotio quod accepistis et parate. Sed ista que dicimus melius apud vos orando quam loquendo obtinebimus.

#### Oratione.

Deus, qui nos pastores in populo vocare voluisti, praesta, quæsumus, ut hoc quod humano ore dicimur, in tuis oculis esse valeamus. Per Dominum nostrum, etc.

#### HOMILIA XVIII.

Habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli, et Dominicana in Passione.

LECTIO. EVANG. SEC. IOAN. VIII, 45-59.

In illo tempore, dicebat Jesus turbis et Iudeorum, et principibus sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Qui ex Deo est verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt igitur Iudei, et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, et daemonium habes? Respondit Jesus: Ego daemonium non habeo, sed honorifico Patrem meum; et vos inhonorablestis me. Ego autem non queror gloriam meam, est qui querat et judicet. Amen, amen dico vobis, et quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum. Dixerunt ergo Iudei: Num

<sup>a</sup> Secundus Carn., Gemet. et Bigot.. sperate.

<sup>b</sup> Est in Corb. undecima, in Later. duodecima, in Cod. Reg. et Suec. decima quarta.

<sup>c</sup> Haec in Cod. Later., C. Gerin., Belvac., reg. Suec. et Bigot., minime leguntur.

<sup>d</sup> C. Germ. et Belvac. turbis: Quis ex vobis.

A cognovimus quia daemonium habes. Abraham mortuus est, et prophetæ, et tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit mortem non gustabit in aeternum. Nunquid tu major es patre nostro Abraham, qui mortuus est? et prophetæ mortui sunt. Quem te ipsum facis? Respondit Jesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Etsi Pater meus qui glorificat me quem vos dicitis quia Deus uester est, et non cognovistis eum. Ego autem noxi eum. Et si dixero quia non scio eum, quo similis vobis, mendax; sed scio eum, et sermonem ejus servo. Abraham pater uester exultavit ut videret diem meum; vidit et gavisus est. Bixerunt ergo Iudei ad eum: Quinque annos nondum habes, et Abraham vidisti? Dixit ei Jesus: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fuerit ego sun. Tulerunt ergo lapides ut jacerent in eum. B Jesus autem abacondi se, et exitio de templo.

1506 1. Pensate, fratres charissimi, mansuetudinem Dei. Relaxare peccata venerat, et dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Non deditur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute divinitatis poterat peccatores justificare. Sed terrible est valde quod subditur: Qui ex Deo est verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Si enim ipse verba Dei audit qui ex Deo est, et audire verba ejus non potest quisquis ex illo non est, interroget se unusquisque si verba Dei in aure cordis percipit, et intelligit unde sit. Coelestem patriam desiderare Veritas jubet, carnis desideria conteri, et inundi gloriam declinare, aliena non appetere, propria largiri. Penset ergo apud se unusquisque que vestrum si haec vox Dei in cordis ejus aure convaluit, et quia iam ex Deo sit agnoscit. Nam sunt nonnulli qui præcepta Dei et nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui haec quidem corporis aure percipiunt, sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba Dei suscipiunt, ita ut etiam in letibus compungantur, sed post lacrymarum tempus ad iniuriam redeant. Hi profecto verba Dei non audiunt, qui haec exercere opere contemnunt. Vitam ergo vestram, fratres charissimi, ante mentis oculos revocate, et alta consideratione pertimescite hoc quod ex ore Veritatis sonat: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Sed hoc quod de reprobis Veritas loquitur, ipsi hoc de semetipsis D reprobi suis operibus ostendunt. Nam sequitur: Responderunt igitur Iudei, et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, et daemonium habes?

2. Accepta autem tanta contumelia, quid Dominus respondeat audiamus: Ego daemonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, et vos inhonorablestis me. Quia enim Samaritanus interpretatur custos, et ipse veraciter custos est de quo Psalmista ait: Nisi

<sup>e</sup> Longip. et Val. Cl., uenerat.

<sup>f</sup> C. Germ. et primus Carnot., a mundi gloria declinare.

<sup>g</sup> Primus Carnot., neq; aure cordis, neq; aure corporis.

*Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam (Psalm. cxxvi, 1); et cui per Isaiam dicitur: <sup>a</sup> Custos quid de nocte? custos quid de nocte? (Isai. xxi, 11.) respondere noluit Dominus: Samaritanus non sum; sed, Ego dæmonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerunt: unum megavit, aliud tacendo consensit. Custos namque humani generis venerat; et si Samaritanum se non esse diceret, esse se custodem negaret. Sed tacuit quod recognovit, et patienter repulit quod dictum fallaciter audivit, dicens: Ego dæmonium non habeo. In quibus verbis quid aliud nisi superbia nostra confunditur? quæ si exagitata vel leviter fuerit, atrociores injurias reddit, quam acceperat: facit mala quæ potest, minatur et quæ facere non potest. Ecce injuriam suscipiens Dominus non irascitur, non contumeliosa verba respondet. Qui si eidem ista dicentibus respondere voluisset: Dæmonium vos habetis, verum profecto diceret, quia nisi impleti essent dæmonio, tam perversa de Deo loqui non possent. Sed accepta injuria etiam quod verum erat dicere Veritas noluit, ne non dixisse veritatem, sed provocatus contumeliam reddidisse videretur. Ex qua re quid nobis innuitur, nisi ut eo tempore quo a proximis ex falsitate contumelias accipimus, eorum etiam 1508 vera mala taceamus, ne ministerium justæ correptionis in arma vertamus furoris? Sed quia quisquis Dei zelo uititur a pravis hominibus dehonatur, in semetipsa nobis Dominus patientia præbuit exemplum, qui ait: Sed honorifico Patrem meum, et vos in honorasti me. Sed quid nobis ad ista faciendum sit, adhuc exemplo nos admonet, cum subhjungit: Ego autem non querò gloriam meam, est qui querat et judicet. Scimus certe quod scriptum est, quia Pater omne iudicium dedit Filio, et tamen ecce idem Filius injurias accipiens gloriam suam non querit. Illatas contumelias Patris iudicio reservat, ut nobis profecto insinuet quantum nos esse patientes debemus, dum se adhuc ulcisci non vult et ipse qui judicat. Cum vero malorum perversitas crescit non solum <sup>b</sup> prædicatio frangi non debet, sed etiam augeri. Quod suo Dominus exemplo nos admonet, qui postquam haberet dæmonium dictus est prædicationis suæ beneficia largius impendit, dicens: Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum. Sed sicut bonis necesse est ut meliores etiam per contumelias existant, ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt. Nam accepta prædicatione iterum dicunt: Nunc cognovimus quia dæmonium habes. Quia eniū æternæ morti inhæserant, et eamdem mortem cui inhæserant non videbant, dum solam <sup>c</sup> mortem carnis aspicere, in Veritatis sermone caligabant, dicentes: Abraham mortuus est, et prophetæ <sup>d</sup> mortui sunt, et tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit in æternum?*

<sup>a</sup> Belvac., custos qui de nocte.

<sup>b</sup> In recent. Exc., prædicatio minui. Quam quidem lectionem præferendam duceremus, nisi prior esset MSS. Iere omnium et veterum Edit.

A Unde et ipsi Veritati eumdem Abraham et prophetas quasi venerantes præferunt. Sed aperta nobis ratione ostenditur quia qui Deum nesciant Dei quoque famulos falso venerantur.

3. Et notandum quod vidit eos Dominus aperte sibi impugnatione resistore, et tamen eis se iterata non desinit voce prædicare, dicens: Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum; vidi, et gaudescam (Genes. xviii, 1, seq.). Tunc quippe diem Domini Abram vidit, cum in figura summæ Trinitatis tres angelos hospitio suscepit; quibus profecto suscepitis, sic tribus quasi uni locutus est, quia etsi in personis numerus Trinitatis est, in natura unitas divinitatis est. Sed carnales mentes audientium oculos a carne non sublevant, dum in eo solam carnis ætatem pensant; dicentes: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti? Quos benigne Redemptor noster a carnis suæ intitu submovet, et ad divinitatis contemplationem trahit, dicens: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Ante enim præteriti temporis est, Sum præsentis. Et quia præteritum et futurum tempus Divinitas non habet, sed semper esse habet, non ait: Ante Abraham ego fui, sed Ante Abraham ego sum. Unde et ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum. Et, Dices tuis Israel: Qui est misit me ad vos (Exod. iii, 14). Ante ergo et post Abraham habuit, qui et accedere potuit per exhibitionem præsentiae, et recedere per cursum vitae. Veritas vero semper esse habet, quia ei quidquam nec priori tempore incipitur, 1509 nec subsequenti terminatur. Sed sustinere ista aternitatis verba mentes infidelium non valentes, ad lapides currunt, et quem intelligere non poterant, obruere querebant.

4. Quid autem contra fuorem lapidantium Dominus fecerit ostenditur cum protinus subinfertur: Jesus autem abscondit se, et exiit de templo. Mirum valde est, fratres charissimi, cur persecutores suos Dominus se abscondendo declinaverit, qui si divinitatis suæ potentiam exercere voluisset, tacito nuntiis in suis eos ictibus ligaret, aut in pena subitæ mortis obrueret. Sed quia pati venerat, exercere iudicium solebat. Certe sub ipso passionis tempore et quantum poterat ostendit, et tamen hoc ad quod venerat pertulit. Nam cum persecutoribus suis se querentibus diceret: Ego sum (Joan. xviii, 6), sola hac voce eorum superbiam perculit, et omnes in terram stravit. Qui ergo et hoc in loco potuit manus lapidantium non se abscondendo evadere, cur abscondit se, nisi quod homo inter homines factus Redemptor noster, alia nobis verbo loquitur, alia exemplo? Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi ut, etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliiter declinemus? Unde et per Paulum dicitur: Date locum iræ (Rom. xii, 19). Quanta humili-

<sup>e</sup> Belvac. et duo priores Gemet., mortis carnem.

<sup>f</sup> Subiectur in C. Gerw. et Belvac. mortui sunt.

<sup>g</sup> Bigot. et secundus Gemet., non videbit.

ilitate iram & proximi fugere debeat, perpendat homo, si furores irascentium abscondendo se declinavit Deus. Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigit, nemo conviciis convictionem reddat. Imitatione etenim Dei, gloriosius est injuriam tacendo fugere, quam respondendo superare.

5. Sed contra hoc superbia dicit in corde : Turpe est ut, accepta injuria, taceas. Quisquis conspicit quia contumeliam accipis et taces, non putat quia patientiam exhibes, sed crimina agnoscis. Sed unde vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur, nisi quia in imis cogitationem fiximus, et dum in terra gloriam querimus, placere ei qui nos de celo conspicit non curamus? Accepta ergo contumelia, meditemur in opere vocem Dei : *Ego non queror gloriam meam, est qui querat et judicet.* Hoc autem quod de Domino scriptum est, Abscondit se, intelligi et aliter potest. Multa quippe Iudeis prædicaverat, sed prædicationis ejus verba deridebant. Deteriores quoque ex prædicatione facti sunt, qui usque ad jacientes lapides pervenerunt. Et quid abscondendo se Dominus significat, nisi quod eis ipsa veritas absconditur, qui ejus verba sequi contemnunt? Eam quippe quam non invenit humilem veritas fugit mentem. Et quam multi sunt hodie qui Iudeorum duritiam de- testantur, quia prædicationem Domini audire noluerunt, et tamen quales illos arguunt suis ad operationem. Præcepta Domini audiunt, miracula cognoscunt, sed converti a suis prævictibus rennunt. Ecce vocat, et redire nolumus. Ecce sustinet, et ejus patientiam dissimulamus. Dum ergo tempus est, fratres, prævictatem suam unusquisque deserat, Dei patientiam pertimescat, ne quem nunc tranquillum despicit, iratum & postmodum nequam evadere possit.

#### <sup>a</sup> HOMILIA XIX.

Habita ad populum in basilica beati Laurentii martyris <sup>b</sup>, Dominicana in Septuagesima.

#### LECTIO EVANG. SEC. MATTH. XX, 1-16.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis <sup>c</sup> parabolam hanc : Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facia cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidi alios stantes in foro otiosos, et dixit illis : Ite et vos in vineam meam, et quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam, et fecit similiiter. Circa undecimam vero exiit, et invenit alios stantes, et dicit illis : Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei : Quia nemo nos conduxit. Dicit illis : Ite et vos in

<sup>a</sup> Ita MSS. Anglic., Turon., C. Germ. Gemet., etc. Longipont. et Val. Cl., ferri debeat. Excusi, ferre debeat.

<sup>b</sup> Val. Cl., sed crimen ostendis.

<sup>c</sup> Tertius Gemet. post mortem.

<sup>d</sup> Est in Later. et Corb. septima, et decima quinta in Cod. reg. Suec.

<sup>e</sup> Additur in Later., extra muros. In secundo Carn. et duob. prior. Gem., pro beati Laurentii, Legitur

A vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo : Voca operarios, et reddite illis mercedem, incipiens a novissimi usque ad primos. Cum venissent ergo & qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi, arbitrai sunt quod plus essent accepturi. Accepserunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patrem familias, dicentes : Hi novissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et aestus? At ille, respondens unum eorum, dixit : Amice, non facio tibi injuriam. Nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est, et tade. Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

**1510** <sup>f</sup>. In explanatione sua multa ad loquendum sancti Evangelii lectio postulat, quam volo, si possum, sub brevitate perstringere, ne vos et extensa processio, et prolixa expositio videatur onerare. Regnum cœlorum <sup>g</sup> homini patrifamilias simile dicitur, qui ad excolendam vineam suam operarios conductit. Quis vero patrifamilias similitudinem rectius tenet quam conditor noster, qui regit quos condidit, et electos suos sic in hoc mundo possidet, quasi subjectos dominus in domo? Qui habet vineam, universalem scilicet Ecclesiam, que, ab Abel justo usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Hic itaque patrifamilias ad excolendam vineam suam mane, hora tertia, sexta, nona, et undecima operarios conductit, quia a mundi bujus initio usque in finem ad erudiendam plebem fidelium prædicatores congregare non destitit. Mane etenim mundus fuit ab Adam usque ad Noe, hora vero tertia a Noe usque ad Abraham, sexta quoque ab Abraham usque ad Moysen, nona autem a Moyse usque ad adventum Domini, undecima vero ab adventu Domini usque ad finem mundi. In qua prædicatores sancti apostoli missi sunt, qui mercedem plenam et tarde venientes acceperunt. Ad erudiendam ergo Dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam, nullo tempore destitit operarios mittere, quia et prius <sup>h</sup> per patres, et postmodum per legis doctores et prophetas, ad extremum vero per apostolos, **1511** dum plebis sue mores excoluit, quasi per operarios in vineæ cultura laboravit. Quamvis, in quolibet modo vel mensura, quisquis cum fide recta bonæ actionis exstitit hujus vineæ operarius fuit. Operator ergo mane, hora tertia, sexta et nona, antiquus ille He-

beati Petri apostoli. Ceterum nec in Later. nec in Cod. reg. Suec., nec in Corb. Germ. aut Belv. habet Dominicana in Septuagesima.

<sup>f</sup> His verbis prætermissis, Belvac. et C. Germ.

Dicit Jesus discipulis suis. Simile est.

<sup>g</sup> Idem Codices, quia ad horam undecimam venerant

<sup>h</sup> Belv., C. Germ. et duo priores Gemet., non admittunt homini.

<sup>i</sup> Duo priores Gemet. ac Bigot., per patriarchas,

Iraicus populus designatur, qui in electis suis ab ipso mundi exordio, dum recta fide Deum studuit colere, quasi non destitit in vineæ cultura laborare. Ad undecimam vero gentiles vocantur, quibus et dicitur : *Quid hic statis tota die otiosi?* Qui enim, transacto tam longo mundi tempore, pro vita sua laborare neglexerant, quasi tota die otiosi stabant. Sed pensate, fratres, quid inquisiti respondeant : *Dicunt enim : Quia nemo nos conductit.* Nullus quippe ad eos patriarcha, nullus propheta venerat. Et quid est dicere : *Ad laborem nos nemo conductit,* nisi, *vite nobis vias nullus praedicavit?* Quid ergo nos, a bono opere cessantes, in excusatione nostra dicturi sumus, qui pene a matris utero ad fidem venimus, qui verba vite ab ipsis cunabulis audivimus, qui ab umeribus sanctæ Ecclesiæ potum supernæ prædicationis sumpsimus cum lacte carnis ?

2. Possumus vero et easdem diversitates horarum, etiam ad unumquemque hominem per ætatem momenta distinguere. Mane quippe intellectus nostri pueritia est. Hora autem tertia adolescentia intelligi potest, quia quasi jam sol in altum proscil, dum calor ætatis crescit. Sexta vero juventus est, quia volunt in centro sol sicut, 1512 dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem senectus intelligitur, in qua sol velut ab alto axe descendit, quia ea zetas a calore juventutis deficit. Undecima vero hora ea est ætas quæ decrepita vel veterana dicitur. <sup>b</sup> Unde Graeci valde seniores, non γέροντες sed ἀρχόγερόντες appellant, ut plus quam senes esse insinuant quos provectiores vocant. Quia ergo ad vitam bonam alios in pueritia, alios in adolescentia, alios in juventute, alios in senectute, alios in decrepita etate perducitur, quasi diversis horis operari ad vineam vocantur. Mores ergo vestros, fratres charissimi, aspicite, et si jam Dei operari estis videte. Penset unusquisque quid agat, et consideret si in Domini vinea laboret. Qui enim in hac vita ex quæ sua sunt querit adhuc ad Dominicam vineam non venit; illi namque Dominio laborant, qui non sua, sed lucra dominica cogitant, qui zelo echaritatis, studio pietatis inserviant, animabes lucrandis invigilant, producere et alios secum ad vitam festinant. Nam qui sibi vivit, qui carnis suæ voluptatibus pascitur, recte otiosas redargiunt, quia fructum divini operis non sectatur.

3. Qui vero et usque ad ætatem ultimam Deo vivere neglexerit, quasi usque ad undecimam otiosus stetit. Unde recte usque ad undecimam torpentibus dicitur : *Quid hic statis tota die otiosi?* Ac si aperte dicatur : *Et si Deo vivere in pueritia et juventute negligisti, saltem in ultima ætate respice te, et ad vitæ vias cum jam laboraturi multum non estis, vel sero*

<sup>a</sup> Editi, suzimus, quod minime reprobaremus, si MSS. consentirent.

<sup>b</sup> Exusi, Graec.

<sup>c</sup> Turon., C. Germ., Caron., Gemet., Bigot., vocavit.

<sup>d</sup> C. Germ., Turon., Belvac., quod expectaverunt.

<sup>e</sup> Sic restituimus hunc locum ex MSS. et vet. Ed. In recent. edit. leguntur : *hi qui a mundi initio labo-*

*A* vénite. Et tales ergo paterfamilias vocat; et plerūque ante remunerant, quia prius ad regnum de corpore exēunt quam hi qui jam a pueritia vocati esse videbantur. An non ad undecimam horam venit latro, qui etsi non habuit per ætatem, habuit tamen sero per pueritam, qui Deum in cruce confessus est, et pene eum voce tentativa spiritum exhalavit vitæ ? A novissimo autem reddere denarium paterfamilias cepit, quia ad paradisi requiem prius latronem quam Petrum perduxit. Quantus patres ante legem, quanti sub lege fuerunt, et tamen hi qui in Domini adventu vocati sunt ad cœlorum regnum sine aliqua tarditate pervenerunt. Eundem ergo denarium accipiunt qui laboraverunt ad undecimam <sup>d</sup> quem expectaverunt toto desiderio qui laboraverunt ad primam, quia sequalem vitæ æternæ retributionem sortiti sunt cum his qui a mundi initio vocati fuerant, hi qui in mundi fine ad Dominum venerunt. Unde et hi qui in labore præcesserant, murmurantes dicunt : *Hi novissimi una hora sacerunt, et pares illos nobis fecisti qui portavimus pondas diei et aestus?* Pondas enim diei et aestus portaverunt ; hi quos a mundi initio, quis diu hic contigit vivere, necesse fuit etiam longiora carnis tentamenta tolerare. Uniuersique pondas diei et aestus ferre est per longioris vita temporis carnis sum calore fatigari.

4. Sed quæsti potest quomodo murmurasse dicti sunt, qui saltum sero ad regnum vocantur ? Cœlorum etenim regnum nullus mermurans accipit, nullus qui accipit murmurare potest. Sed 1513 quia antiqui patres usque ad adventum Domini, quantumlibet iuste vixerint, ducti ad regnum non sunt, nisi ille descendenter qui paradisi claustra hominibus interpositione sue mortis aperiret, eorum hoc ipsum murmurasse est quod et recte pro percipiendo regne vixerunt, et tamen dico <sup>e</sup> ad percipiendum regnum dilati sunt. Quos enim post persecutam justitiam inferni loca quamvis tranquilla suscepérunt, eis profecto et laborasse fuit in vinea, et murmurasse. Quasi ergo post inmurationem denarium accipiunt, qui post longa inferni tempore ad gaudia regni pervenerunt. Nos autem qui ad undecimam venimus, post laborem non murmuramus, et denarium accipimus, quia post Mediatoris adventum, in hoc mundo <sup>f</sup> venientes, ad regnum duciunt mox ut de corpore eximus, et illud sine mora percipimus, quod antiqui patres cum magna percipere dilatione meruerunt. Unde et idem paterfamilias dicit : *Volo et huic novissime dare sicut et tibi.* Et quia ipsa regni perceptio ejus est bonitas voluntatis, recte subjuugit : <sup>g</sup> *Ait non licet mihi quod volo facere?* Stulta enim quæstio est hominis contra benignitatem Dei. <sup>h</sup> Non querendum raverunt ; et quia dix, etc.

<sup>f</sup> Corb., a percipiendo regno.

<sup>g</sup> Genet. et Bigot., venientis; sc., Mediatoris.

<sup>h</sup> Belv., Gemet. et secundus Carnot.; an non licet.

<sup>i</sup> Ita legendum ex posterioribus MSS. Corb: Germ., altero Corb. et al. In vet. Ed. corrupta est lectio ; in recent. impedita et perplexa : conquerendum quippe esset, non si non daret quod non deberet, sed.

quippe esset si non dat quod non debet, sed si non daret quod deberet. Unde apte subditur : *An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum?* Nemo autem se de operé, nemo de tempore extollat, cum hac expleta sententia subsequenter Veritas clamet : *Sic erunt novissimi primi, et primi novissimi.* Ecce enim etsi jam scimus quæ vel quanta bona egimus, adhuc supernus iudex qua subtilitate hæc examinet ignoramus. Et quidem gaudendum cuique summopere est in regno Dei esse vel ultimum.

5. Sed post, hæc terribile est valde quod sequitur : *Muli sunt vocati, pauci vero electi, quia et ad fidem plures veniunt, et ad cœlestè regnum pauci perducuntur.* Ecce enim ad hodiernam festivitatem quam multi convenimus, Ecclesiæ parietes implemus, sed tamen quis sciat quam pauci sunt qui in illo electorum Dei grege numerentur? Ecce enim vox omnium Christum clamat, sed vita omnium non clamat. Plerique Deum vocibus sequuntur, moribus fugiunt. Illic etenim Paulus dicit : *Qui confidentur se nosse Deum, facti autem negant* (*Tit. 1, 16*). Hinc Jacobus ait : *Fides sine operibus mortua est* (*Jac. ii, 20, 26*). Illic per Psalmistam Dominus dicit : *Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super numerum* (*Psal. xxix, 8*). Vacante enim Domino, super numerum multiplicantur fideles, quia nonnunquam eliam hi ad fidem veniunt, qui ad electorum numerum non pertingunt. Hic enim fidelibus per confessionem admitti sunt, sed propter vitam reprobam illuc numerari in sorte fidelium non merentur. Hoc ovile sanctæ Ecclesiæ hædos cum agnis recipit; sed, attente Evangelio, cum iudex venerit, bonos a malis separat, sicut pastor segregat oves ab hædis (*Mauth. xxv, 32*). Néque etenim possunt qui hic carnis suæ voluptatibus serviunt, illuc in ovum grege numerari. Illuc eos a sorte humilium iudex separat, qui se hic in superbis cornibus exaltant. Regnum cœlorum peripere nequeunt **1514** qui hic et in cœlesti fide possili toto desiderio terram querunt.

6. Et multos tales intra Ecclesiam, fratres charismi, cernitis, sed eos nec imitari, nec despereare debetis. Quid enim sit hodie aspicimus, sed quid eras futurus sit unusquisque nescimus. Plerumque et <sup>a</sup> qui post nos venire cernitur per agilitatem nos boni operis antecedit, et vix eum cras sequimur quem hodie præire videbamur. Certe cum Stephanus pro fide moreretur, Saulus lapidantium vestimenta servabat. Omnia ergo lapidantium manibus ipse lapidavit, qui ad lapidandum <sup>b</sup> omnes exertos reddidit, et tamen eumdem ipsum in sancta Ecclesia labbris <sup>c</sup> traxerat quem persequendo martyrem <sup>d</sup>

<sup>a</sup> C. Germ., Corb., Turon., Belvac., Bigot. et Longip., otiosa est, contra Græci textus et Vulgata fidem, ubi legitur mortua est, vixp̄ t̄r̄. In Bibliis Max., hæc varia lectio annotatur tanquam ex Vtabl.

<sup>b</sup> Vitoio in recent., hinc enim, ut patet ex antithesi vocum hic et illuc, et maxime ex Mss. Corb. Germ., Gemet., etc.

<sup>c</sup> Excusi, reluctantibus Mss., nec despicere.

<sup>d</sup> C. Germ., Turon., Carnut., Belvac., post nos

A cit. Duo ergo sunt quæ sollicite pensare debemus. Quia enim multi vocati, sed pauci electi sunt, primum est ut de se quisque minime præsumat, quia etsi jam ad fidem vocatus est, utrum perenni regno dignus sit nescit. Secundum vero est ut unusquisque proximum, quem fortasse jacere in viliis conspicit, desperare non audeat, quia divinæ misericordiae divitias ignorat.

7. Rem, fratres, quæ nuper contigit refero, ut si vos peccatores ex corde esse conspicitis, omnipotentis Dei misericordiam amplius ametis. Præsentis anno in monasterio meo, quod juxta beatorum martyrum Joannis et Pauli Ecclesiam situm est, frater quidam ad conversionem venit, devote suscepitus est, sed ipse devolius est conversatus (*Dialog. lib. B iv, cap. 38*). Hunc ad monasterium frater <sup>e</sup> suis corpore, non corde secutus est. Nam valde conversionis vitam et habitum detestans, in monasterio ut hospes habitabat, et, monachorum vitam moribus fugiens, recedere a monasterii habitatione non poterat, quia vel quid ageret vel unde viveret non habebat. Erat ejus pravitas cunctis onerosa, sed hunc omnes sequauimenter pro fratri ejus amore tolerabant. Nam, superbus et lubricus, si qua post hoc sæculum sequeretur via nesciebat, irridebat vero si quis illi hanc prædicare voluisse. Itaque cum habitu sæculari vivebat in monasterio, verbis levis, et moribus instabilis, mente tumidus, ueste <sup>f</sup> compositus, actione dissipatus. Mense autem Julio nuper elapsò, hujus quam nostis pestilentia clade percussus est, qui, ad extremum veniens, urgeri coepit ut animam redderet. Et ultima jam corporis parte præmortua, vitalis virtus in solo pectore et lingua remanserat. Fratres aderant, ejusque exitum, in quantum Deo largiente poterant, oratione tuebantur. At ille subito ad devorandum se draconem venire consipiens, magnis vocibus coepit clamare, dicens : Ecce draconi ad devorandum datus sum, <sup>g</sup> qui propter vestram præsentiam devorare me non potest.

**1515** Quid mihi moras facitis? Date locum ut ei devorare me liceat. Cumque hunc fratres ut signum sibi crucis imprimeret admonerent, respondebat virtute qua poterat, dicens : Volo me signare, sed non possum, quia a draconem premor. Spumas oris ejus faciem meam liniant, guttur meum ejus ore suffocatur. Ecce ab eo brachia mea comprimuntur, qui jam et caput meum in suo ore absorbuit. Cumque hoc ille pallens et tremens et moriens diceret, cooperunt fratres vehementius orationibus insistere, et oppressum draconis præsentia suis precibus adjuvare. Tunc repente liberatus, magnis coepit vocaverit.

<sup>e</sup> Corb., exhortatus. Exensi, expeditos. Sequimur C. Germ., Turon., Carn., etc.

<sup>f</sup> Vocatur Theodorus in Dialogis.

<sup>g</sup> C. Germ., Gemet., secundas Carn., mūibus. Alter Carn., moribus.

<sup>h</sup> Editore legendū putarunt incompositus, invitis MSS. Anclic. C. Germ., Gemet., etc.

<sup>i</sup> Ali., sed propter.

bus clamare, dicens : Deo gratias ; ecce discessit, ecce exiit, ante orationes vestras fugit draco qui me accepserat. <sup>a</sup> Mox autem servitum se Deo, et esse monachum devovit, atque a tempore illo nunc usque febris premitur, doloribus fatigatur. Morti quidem subtractus est, sed adhuc plenius vita restitutus non est. Quia enim longis et diutinis iniquitatibus pressus est, longo languore fatigatur, et durum cor ignis purgationis durior conceremat, quia divina dispensatione agitur ut prolixiora vita negotiatio prolixior exurat. Quis illum unquam servari ad conversionem crederet ? Quis tantam Dei misericordiam considerare sufficiat ? Ecce juvenis pravus draconem vidit in morte cui servivit in vita, nec vidit ut vitam funditus perderet, sed ut cui servierat sciret, sciendo resisteret, ipsumque resistendo superaret, et eum a quo prius non videns tenebatur vidit postea ne teneretur. Quae ergo lingua narrare viscera divinae misericordiae sufficiat ? Quis spiritus tantae pietatis divitias non obstupescat ? Has divinae pietatis divitias consideravit Psalmista, cum diceret : *Adjutor meus, tibi psallam, quia tu Deus susceptor meus es, Deus meus misericordia mea* (Psal. LVIII, 18). Ecce perpendens in quibus laboribus humana sit vita constituta, Deum appellavit adjutorem ; et quia a tribulatione praesenti in requiem aeternam nos suscipit, appellat etiam susceptorem. Sed considerans quod mala nostra aspicit et portat, culpas nostras tolerat, et tamen nos per <sup>b</sup> poenitentiam ad praemia reservat, noluit Deum misericordem dicere, sed hunc ipsam misericordiam vocavit, dicens : *Deus meus misericordia mea* (*Ibid.*). Revocemus ergo ante oculos mala qua fecimus, pensemus ex quanta Dei benignitate toleramur, consideremus quae sunt pietatis ejus viscera, ut non solum culpas indulgeat, sed celeste regnum poenitentibus etiam post culpas promittat. Atque ex omnibus medullis cordis dicamus singuli, dicamus omnes : *Deus meus misericordia mea, qui vivis et regnas trinus in unitate, et unus in trinitate, per infinita saecula saeculorum. Amen.*

## HOMILIA XX.

Habita ad populum in basilica sancti Joannis Baptistae, <sup>c</sup> Sabbato Quatuor temporum ante Natalem Christi.

## LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. III, 1-11.

*Anno quinto decimo imperii Tiberii Cesaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, tetrarcha autem Galilae Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Iture et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna et Caipha, factum est verbum Domini super Joannem, Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnem regionem Jordanis, pra-*

<sup>a</sup> In primo Carn., post accepserat, subjicitur : *pro peccatis meis modo intercedite, quia converti paratus sum, et saecularem vitam funditus relinquere. Mox.*

<sup>b</sup> Secundus Carn., patientiam.

<sup>c</sup> In Corb. Germ., qui cum patre et Spiritu sancto visit. In priore Gemet., cui in unitate et trinitate honor et imperium in saecula saeculorum. Amen.

<sup>d</sup> In Corb. est tertia. In Cod. reg. Succ. decima

*A dicens baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Isaiae prophetæ : Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur. Et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei. Dicebat ergo ad turbas quae exibant ut baptizarentur ab ipso : Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira ? Facile ergo fructus dignos poenitentiae ; ei ne corporis dicere : Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus iatis suscitare filios Abraham. Jam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes : Quid ergo faciemus ? Respondens autem dicebat illis : Qui habet duas tunicas, det non habenti, et qui habet escas similiter faciat.*

**1516** 1. Redemptoris nostri precursor quo tempore prædicationis verbum accepit, memoratio Romanae reipublicæ principe, et Iudeæ regibus, designatur, cum dicatur : *Anno quinto decimo imperii Tiberii Cesaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, tetrarcha autem Galilæe Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha et Iture et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna et Caipha, factum est verbum Domini super Joannem, Zachariæ filium in deserto. Quia enim illum prædicare veniebat, qui et ex Iudea quosdam, et multos ex gentibus redempti erat, per regem gentium et principes Iudeorum prædicationis ejus tempora designantur. Quia autem Gentilitas colligenda erat, et Iudea pro culpa perfidia dissipenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit, quoniam et in Romana republica unus præfuisse describitur, et in Iudeæ regno per quartam partem plurimi principabantur. Voce etenim Redemptoris nostri dicitur : *Omnes regnum in seipsum divisum desolabitur* (Luc. XI, 17). Liquet ergo quod ad finem regni Iudea pervenerat, quæ tot regibus divisa subjacebat. Apte quoque non solum quibus regibus, sed etiam quibus sacerdotibus actum sit demonstratur ; quia illum Joannes Baptista prædicaret qui simul rex et sacerdos existeret, Lucas evangelista prædicationis ejus tempora per regnum et sacerdotium designavit.*

2. *Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicens baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet quia Joannes non solum baptismum poenitentiae prædicavit, verum etiam*

<sup>D</sup> *1517 quibusdam dedit, sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remedium*

*sexta. In Later. quarta.*

<sup>e</sup> *In Later. habes : in basilica sancti Salvatoris quæ appellatur Constantiniiana. In kalendario Roman. statio est ad sanctum Petrum.*

<sup>f</sup> *Ille non leguntur in Later., Cod. reg. Succ., C. Germ. et Bigot.*

<sup>g</sup> *C. Germ. et Gemet., Iture.*

sio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur : *Prædicans baptismum pœnitentias in remissionem peccatorum, quoniam baptismum quod peccata solveret, quia dare non poterat, prædicabat : ut sicut incarnatum Verbum Patris præcurrebat verbo prædicationis, ita baptismum pœnitentie, quo peccata solvuntur, præcurret suo baptisme, quo peccata solvi non possunt ; ut quia ejus sermo præcurrebat præsentiam Redemptoris, ipsum quoque ejus baptismum a præcedendo fieret umbra veritatis.* Sequitur :

3. *Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiae prophetæ : Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facile semitas ejus (Isai. XL, 3).* Idem vero Joannes Baptista requisitus quis esset, respondit, dicens : *Ego vox clamantis in deserto (Joan. I, 23).* Qui, <sup>b</sup> sicut ante per nos dictum est, ideo vox a propheta vocatus est, quia verbum præbatur. Quid autem clamaret aperitur cum subditur : *Parate viam Domini, rectas facile semitas ejus.* Omnis qui fidem rectam et bona opera prædicat, quid aliud quam venienti Domino ad corda audientium viam parat ? ut hæc vis gratiæ penetret, ut lumen veritatis illustret, ut rectas Deo semitas faciat, dum mundas in animo cogitationes per sermonem bone prædicationis format. *Omnis vallis impletur, et omnis mons et collis humiliabitur.* <sup>c</sup> Quid hoc loco vallium nomine nisi humiles, quid montium et collium nisi superbi homines designantur ? In adventu ergo Redemptoris valles implete, montes vero **1518** et colles humiliati sunt, quia juxta ejus vocem : *Omnis qui se exaltat humiliabitur, et omnis qui se humiliat exaltabitur (Luc. XIV, 11; XVIII, 14).* Vallis etenim impleta crescit, mons autem et collis humiliatus decrescit, quia nimis in fide Mediatoris Dei et hominum hominis Christi Jesu et gentilitas plenitudinem gratiæ accepit, et Iudea per errorem perfidiae hoc unde tumebat perdidit. Omnis enim vallis impletur, quia corda humilium sacrae doctrinae eloquio virtutum gratia replebuntur, juxta hoc quod scriptum est : *Qui emittit sones in convallibus (Psalm. cur. 40).* Et unde rursus dicitur : *Et convalles abundabunt frumento (Psalm. LXIV, 14).* A montibus namque aqua dilabitur ; quia superbas mentes <sup>d</sup> veritatis doctrina deserit. Sed sones in convallibus surgunt, quia mentes humilium verbum prædicationis accipiunt. Jam videmus, jam convales frumento abundare conspicimus, quia illorum ora pabulo veritatis impleta sunt qui mites ac simplices huic mundo despicabiles esse videbantur.

4. *Ipsum quoque Joannem Baptistam, quia a mira sanctitate prædictum populus viderat, illum hunc esse singulariter celsum ac solidum montem credebat, de quo scriptum est : In novissimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice mon-*

<sup>a</sup> *Bigot., præcurrando.*

<sup>b</sup> *Belvac., C. Germ., Longip. et duo posterior. Gemet., sicut ante nos dictum est.*

<sup>c</sup> *Belvac., qui hoc loco . . . qui montium.*

<sup>d</sup> *Belvac. et Corb., veritas doctrinae deserit.*

<sup>e</sup> *Iidem Cod. cum Carnut. et tertio Gemet., mira*

*tium (Mich. IV, 1). Nam hunc esse Christum putabat, sicut per Evangelium dicitur : *Æstimante autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus, quem ei requirebant dicentes : Nunquid Christus es tu (Luc. III, 15)?* Sed nisi idem Joannes apud se vallis esset, repletus <sup>f</sup> gratiæ spiritu non fuisset. Qui ut hoc quod erat ostenderet, dixit : *Venit fortior me post me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus (Marc. I, 7).* Et rursus ait : *Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi qui stat et audit eam, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc autem gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui (Joan. III, 29, 30).* Ecce cum <sup>b</sup> pro mira operatione virtutum talis esset, ut Christus esse credetur, non solum Christum non esse se respondit, sed etiam corrigiam calceamenti ejus solvere, id est incarnationis ejus mysterium perscrutari non se dignum esse perhibuit. Ejus esse sponsam Ecclesiam errebant, qui hunc quia Christus esset existimabant. Sed ait : *Qui habet sponsam sponsus est (Ibid.).* Ac si diceret : Ego sponsus non sum, sed amicus sponsi sum. Nec propter vocem suam, sed in voce sponsi se gaudere perhibebat, quia non ideo lætabatur in corde, quoniam a populis humiliiter audiebatur loquens, sed quia ipse veritatis vocem audiebat intus ut loqueretur foris. Quod bene gaudium impletum dicit, quia quisquis de sua voce gaudet, plenum gaudium non habet. A quo et subditur : *Illum oportet crescere, me autem minui (Ibid.).**

5. Qua in re quæreendum est in quo crevit Christus, in quo imminutus est Joannes, nisi quod populus Joannis, abstinentiam videns, remotum hunc ab hominibus esse conspiciens, eum esse Christum putabat ; Christum vero cum publicanus comedentem, inter peccatores ambularem intuens, eum non Christum, sed esse prophetam credebat. Sed dum per accessum temporis et Christus qui propheta esse putabatur Christus est agnitus, **1519** et Joannes qui Christus esse credebatur propheta esse innotuit, impletum est quod de Christo suus præcursor prædixit : *Illum oportet crescere, me autem minui (Ibid.).* In aestimatione quippe populi et Christus crevit, quia agnitus est quod erat ; et Joannes decrevit, quia cessavit dici quod non erat. Igmar quoniam et idem Joannes ideo in sanctitate persistit, quia in cordis humilitate perduravit ; et multi ideoreo ceciderunt, quia apud semetipsos elata cogitatione tumuerunt, dicatur recte : *Omnis vallis impletur, et omnis mons et collis humiliabitur, quia donum humiles accipiunt, quod a se corda superbientium repellunt.*

6. Sequitur : *Et erunt prava in directa, et aspera in vias planas.* Prava directa sunt cum malorum corda per injustitiam detorta ad justitiæ regulam claritate.

<sup>f</sup> *Belvac. et Corb. Germ., gratia spiritus.*

<sup>g</sup> *Primus Carn., absconderet. Paulo post Belvac., Corb., Longip., venit fortior me, cuius.*

<sup>h</sup> *Belvac., Corb., C. Germ., præmissa operatione.*

rigentur (*Iust. xii. 4*). Et aspera in via planas immutant cum immobiles atque iracundie mentes per infusione superiore gratiae ad lenitatem mansuetudinis redueant. Quando enim verbum veritatis ab iracunda mente non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum mens iracunda per acceptam mansuetudinis gratiam, correctionis vel exhortationalis verbum recipit, ibi planam viam prudicator invenit, ubi prius pro asperitate itineris pergebat, id est predicationis gressum ponere non valebat.

7. Sequitur: *Ei videbit omnis earo salvare Dei.* Quia omnis earo accipitur omnis homo, salutare Dei, videlicet Christum, in hac vita omnis homo videre non potuit. Ubi ergo in hac sententia propheta prophetice oculum nisi ad extremi iudicij diem tendit? **B** Ubi enim aperiens oculos, ministrantibus angelis, consedentibus apostolis, in sede maiestatis sua Christus apparet, omnes hunc et electi et reprobi pariter videbunt, ut et justi de munere retributionis sine fine gaudcent, et injusti in ultione supplieii in perpetuum gemant. Nam quia ad hoc ista sententia intendit, quod in extremo examino ab omni caro videbitur, recte subjugatur: *Dicabat autem ad turbas quae exibant ut baptizarentur ab eo: Cenimina vixerimus, quis ostendit vobis fugere a ventura ira?* Ventura enim ira est animadversio ultionis extreme, quam tunc fugere peccator non valet, qui nunc ad latrona peccatorum non recurrat. Et notandum quod malorum soboles, malorum parentum actiones imitantur, gemitina viperarum vocantur, quia per hoc quod bonis incident, easque persequuntur, quod quibusdam mala retribuunt, quid lesiones proximis exquirunt, quoniam in his omnibus priorum suorum carnalium vias conquantur, quasi venenati filii de venenosis parentibus nati sunt.

8. Sed quia iam peccavimus, quia usum maleficii involum sumus, dicat quid nobis facendum sit, ut fugere a ventura ira valeamus. Sequitur: *Facile ergo fructus dignos penitentiae.* In quibus verbis notandum est quod amicus sponsi non solum fructus penitentiae, sed dignos penitentiae admonet esse faciendo. Aliud namque est penitentiae fructum sacre, aliud dignum penitentiae fructum facere. Ut enim secundum dignos penitentiae fructus loquamur, sciendum est quia quisquis illicita nulla **D** commisit, huic jure conceditur **1520** ut licet uolatur; siveque pietatis opera faciat, ut tamen, si noluerit, ea quae mundi sunt non relinquat. At si quis in fornicationis culpam, vel fortesse, quod est gravius, in adulterium lapsus est, tanto a se licita debet abscedere quanto se meminit et illicita perpetrasse. Neque enim per fructus boni operis esse debet ejus qui minus et ejus qui amplius deliquit, aut ejus qui in nullis et ejus qui in quibusdam facinori.

<sup>a</sup> Belvac., ad extremum judicis diem. Longip., ad extremum iudicij diem.

<sup>b</sup> Ita MSS. et vet. Ed. In recent., patrum suorum.

<sup>c</sup> In Belvac. et novem aliis MSS. antiquis desideratur hoc membrum, et ejus qui in multis est lapsus.

**A** bus occidit, et ejus qui in multis est lapsus. Per hec ergo quod dicitur: *Facile dignos fructus penitentiae, uniuscuiusque conscientia convenit, ut tantum majora querat bonorum operum lucra per penitentiam, quanto graviora sibi intulit dampna per culpam.*

9. Sed Iudei de generis nobilitate gloriantes, idcirco se agnoscere peccatores nolent, quia de Abraham stirpe descenderant. Quibus recte dicitur: *Et ne cooperitis diocete, Patrem habemus Abraham;* dico enim robis quia patens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. <sup>a</sup> Quid enim lapides nisi corda gentilium fuerunt, ad intellectum Dei omnipotentis inseparabilia? sicut etiam quibusdam ex Judæis dicitur: *Ausseram cor lapideum de carnis vestra* (*Ezech. xi. 19*). Nec immixto lapidum nomine gentes significatae sunt, quia lapides coluerunt. Unde scriptum est: *Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis* (*Psalm. cxiii. 8*). De quibus nimis rursum lapidibus filii Abrahæ suscitati sunt, quia dum dura corda gentilium in Abrahæ semine, id est in Christo crediderunt, ejus filii facti sunt, eujus semini sunt uniti. Unde et eisdem gentibus per egregium prædicatorem dicitur: *Si autem vos Christi, ego Abrahæ semen essemus* (*Galat. iii. 29*). Si igitur nos per fidem Christi, Abrahæ iam semen existimus, Judæi proprie perfidiam Abrahæ filii esse desierunt. Quia vero in illo tremendi examinio die parentes boni malis filiis prodesse non possint testatur propheta qui dicit: *Noe, Daniel et Job ei fuerint in medio eorum, nis ego, dicit Dominus Deus, quia filium ei filiam non liberabunt, sed ipsi justitia sua liberabunt crimes suas* (*Ezech. xiv. 14*). Ei rursum, quia boni filii nihil malis parentibus prosint, sed ad reatuam potius malorum parentum prouiciat bonitas filiorum, ipsa per se Veritas non creditibus Judæis dicit: *Si ego in Baalzebub opicio damnatio, filii vestri in quo ejiciunt?* Ideo ipsi judices vestri orvati (*Luc. xi. 19*).

10. Sequitur: *Jam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.* Arbor bujus mundi est universum genus humanum. Securis vero est Redemptor noster, qui volet ex manubrio et forro tenetur ex humanitate, sed incidit ex divinitate. Quia videlicet securis jam ad radicem arboris posita est, quia cuius per patientiam expectat, videtur tamen quid factura est. *Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur,* quia unusquisque perversus paratam citius gehennam concremationem invenit, qui hic fructum boni operis facere contemnit. Et notandum quod securum non iuxta ramos positam, sed ad radicem dicit. Cum enim malorum filii tolluntur, quid aliud quam ramæ infructuosæ arboris abscinduntur? Cum vero tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosa ar-

Requiri tamen videtur ad perfectam divisionem.

<sup>a</sup> In duobus poster, Gemet., acquirat.

<sup>b</sup> Vice versa in Val. Cl. et tertio Gemet., quid enim corda gentilium nisi lapides.

<sup>c</sup> C. Germ. et pler., in medio ejus.

bor **1521** a radice abscisa est, ne jam remaneat unde prava iterum soboles succrescat. In quibus Joannis Baptista verbis constat quod audientium corda turbata sunt, cum protinus subinfertur: *Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Perculsa enim terrore fuerant quæ consilium quærebant.*

**11.** Sequitur: *Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, dei non habent; et qui habet escas similiter faciat.* Per hoc quod tunica plus est necessaria usui nostro quam pallium, ad fructuum dignum poenitentiae pertinet ut non solum exteriora quæque et minus necessaria, sed ipsa valde nobis necessaria dividere cum proximis debeamus, scilicet vel escam qua carnaliter vivimus, vel tunicam qua vestimur. Quia enim in lege scriptum est: *Dileges proximum tuum sicut te ipsum* (*Math. xxii, 39, ex Lev. xix, 18*), minus proximum amare convincitur qui non cum eo in necessitate illius etiam ea quæ aibi sunt necessaria partitur. Idecirco ergo de dividendis cum proximo duabus tunicis datur præceptum, quia hoc de una dici non potuit, quoniam si una dividatur, nemo vestitur. In dimidia quippe tunica et nudus remanet qui accipit, et nudus qui dedit. Inter hæc autem sciendum est quantum misericordiae opera valeant, cum ad fructus dignos poenitentiae ipsa præ capteris præcipiuntur. Hinc etiam per semetipsam Veritas dicit: *Date eleemosynam, et ecce omnia mundi sunt vobis* (*Luc. xi, 41*). Hinc rursus ait: *Date, et dabuntur vobis* (*Ibid., vi, 38*). Hinc scriptum est: *Ignem ardenter extinguuit aqua, et eleemosyna resistit peccatis* (*Ecclesi. iii, 33*). Hinc iterum dicitur: *Conclude eleemosynam in sine pauperis et haec pro te exorabit* (*Ibid., xxix, 15*). Hinc bonus pater innocentem filium admonet, dicens: *Si multum tibi fuerit, abundantanter trahere; si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter studi imparti* (*Tob. iv, 9*).

**12.** Ut autem quanta esset virtus in continentia et susceptione indigentium Redemptor noster ostenderat, dicit: *Qui recipit prophetam in nomine prophetarum, mercedem prophetarum accipiet; et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet* (*Math. x, 41*). In quibus verbis notandum est quia non ait: mercedem de propheta, vel mercedem de iusto; sed: mercedem prophetarum, atque mercedem justi accipiet. Aliud est enim merces de propheta, aliud merces prophetarum, atque aliud merces de justo, aliud merces iusti. Quid est enim dicere, *Mercedem prophetarum accipiet*, nisi quia is qui prophetam sua largitate sustentat, quamvis ipse prophetam non habeat, apud omnipotentem tamen Dominum prophetiae præmia habebit? Iste enim fortasse justus est, et quanto in hoc mundo nihil possidet, tanto loquendi pro justitia fiduciam majorerem habet. Hunc dum ille sustentat qui in hoc mundo aliquid possidet, et fortasse adhuc pro justitia loqui libere non presumit, justitia illius libertatem sibi participem facit, ut cum eo pariter

**A** justitiae præmia recipiat, quem sustentando adjuvit, quatenus eamdem justitiam libere loqui potuisse. Ille, prophetæ spiritu plenus est, sed tamen corporeo egredi alimento. Et si corpus non reflicitur, certum est quod vox ipsa subtrahatur. Qui ergo almentum prophetæ propter hoc quod propheta est, tribuit, prophetam illius vires ad loquendum dedit. Cum propheta ergo mercedem prophetarum **1522** recipiet, quia etiæ spiritu prophetæ plenus non fuit, hoc tamen ante Dei oculos exhibuit, quod adjuvit. Hinc est quod de quibusdam peregrinantibus fratribus <sup>b</sup> Caio per Joannem dicitur: *Pro nomine enim Christi profecti sunt, nihil accipientes a gentilibus. Nos ergo debemus suscipere hujusmodi, ut cooperatores simus veritatis* (*III Joan., 7, 8*). Qui enim spiritualia dona habentibus temporalia subsidia tribuit, in ipsis donis spiritualibus cooperator existit. Nam cum pauci sint qui spiritualia dona percipiunt, et multi qui rebus temporalibus abundant, per hoc se divites virtutibus pauperum inserunt, quo eisdem sanctis pauperibus de suis divitiis solatiantur. Unde cum per Isaiae vocem derelictæ Dominus gentilitati, id est sancta Ecclesia, spiritualium virtutum merita, tanquam deserto arbusta, promitteret, ultimum quoque pariter premissit, dicens: *Ponam desertum in stagna aquarum, et terram inviam in rivos aquarum; dabo in solitudine cedrum et spinam, myrtum et lignum olivæ; ponam in deserto abitem, ultimum et buxum simum, ut videant et sciант, et recogitent et intelligant pariter* (*Isai. xli, 18, 20*).

**C** **13.** Desertum quippe Dominus in stagna aquarum posuit, et terram inviam in rivos aquarum, quæ gentilitati, quæ prius per ariditatem mentis nullæ bonorum operum fructus ferebat, fluentæ sanctæ predicationis dedit, et ipsa, ad quam prius pro asperitate suo siccitatis via predicatoribus non patetebat, decerptra postmodum rivos emanaavit. Cui adhuc ex magno munere promittitur: *Dabo in solitudine cedrum et spinam* (*Ibid., 19*). Cedrum, quia magni odoris est, atque imputribilis naturæ, juro accipimus in promissione. De spina vero, cum peccanti homini dictum sit: *Terra tua spina et tribulos germinabit tibi* (*Genes. iii, 18*), quid mirum si sanctæ Ecclesie illud promittitur quod peccanti homini pro posse multiplicatur? Sed cedri signantur nomina hi qui virtutes D et signa exhibent in sua operatione, qui dicere cum Paulo valent: *Christi bonus odor sumus Deo* (*II Cor. ii, 15*). Quoram corda ita <sup>c</sup> in eterno amore solidata sunt, ut eadem jam terreni amoris putredo nulla corrumpat. Per spinam vero signati sunt doctrinæ spiritalis viri, qui dum de peccatis ac virtutibus disserunt, et modo æterna supplicia minantur, modo celestis regni gaudia promittunt, corda audientium pangunt. Sicque mentem dolore compunctionis perforant, ut ab eorum oculis, quasi quidam sanguis animæ, lacrymæ decurrant. Myrtus vero temperativa virtutis est, ita ut dissoluta membra temperando re-

<sup>a</sup> C. Germ. et Belvac., in corde.

<sup>b</sup> C. Germ., duo priores Gemet. ac Longip., Caio.

<sup>c</sup> Duo priores Gemet., Longip. et Val. Cl., interne.

stringat. Quid itaque per myrtum nisi hi signati sunt qui afflictionibus proximorum compati sciunt, eorumque tribulationem per compassionem temperant? iuxta hoc quod scriptum est : *\* Gratias autem Deo, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt* (II Cor. 1, 4). Qui dum afflictis proximis verbum vel opem consolationis ferunt, eos procul dubio ad statum rectitudinis restringunt, ne immoderata tribulatione in desperationem solvantur. Quos autem per olivam, nisi misericordes accipimus? quia et Graece ζλως misericordia vocatur, et quasi oliva liquor ante omnipotentis Dei oculos misericordiae fructus lucet.

**1523** Cui adhuc in promissione subjungitur : *Ponnam in deserto abietem, ulmum et buxum simul* (Isai. xli, 19). Qui per abietem, que valde crescendo ad seris alta sustollit, nisi hi designati sunt qui, intra sanctam Ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positi jam coelestia contemplantur? Et quinvis nascendo de terra exierunt, contemplando tamen jam iuxta aethera verticem mentis extollunt. Et quid per ulmum nisi sacerdotalium mentes expressae sunt? Quae dom terrenis adhuc curis inserviunt, nullum virtutum spiritualium fructum ferunt. Sed etsi fructum proprium ulmus non habet, portaro tamen vitem cum fructu solet, quia et sacerdotes viri intra sanctam Ecclesiam, quamvis spiritualium virtutum dona non habeant, dum tamen sanctos viros donis spiritualibus plenos sua largitate sustentant, quid aliud quam vitam cum botris portant? Buxus autem quos alios designat, que in altum non proficit, et quamvis fructum non habeat, viriditatem tamen habet, nisi eos qui intra sanctam Ecclesiam adhuc ex etatis infirmitate bona opera ferre non valent, sed tamen parentum fidelium credulitatem sequentes, fidem perpetuae viriditatis tenent? Post que omnia apte subjungitur : *Ut rideant et sciant, et recognoscant et intelligant pariter*. Ad hoc enim cedrus in Ecclesia ponitur, ut quisquis a proximo odorem virtutum spiritualium trahit, ipse quoque in eternam vitam dilectione non torpeat, sed ad honorum coelestium desideria ignescat. Ad hoc spina ponitur, ut qui prædicationis ejus verbo compunctus fuerit, ipse quoque exemplo illius discat corda sequentium prædicationis verbo compungere. Ad hoc myrtus ponitur, ut qui in ardore tribulationis ab ore vel opere pronixi compatientis, temperamentum consolationis acceperit, ipse etiam discat quemadmodum afflictis proximis sua consolationis temperamentum proscrat. Ad hoc oliva ponitur, ut qui alienæ misericordiae opera cognoscit discat quemadmodum debeat indigenti proximo et ipse misereri. Ad hoc abies ponitur, ut quisquis vim contemplationis ejus agnoverit, ipse quoque ad contemplanda eterna præmia succendatur. Ad hoc ulmus ponitur,

\* Longip., *gratias ago Deo*.

b Hic inter se pugnant Codices tuum manu exarati, tuum editi. In Gemet., quos sequuntur Excusi omnes, si Gussanv. excipias, ipse quoque in terrena. Cæteri tani Anglie, quam nostri habent, ipse quoque interne; vel, *ad internæ*; vel, *ab internæ*.

A ut quisquis intuitus fuerit cum qui habere virtutum fructum spiritualium non valet, sed tamen eos qui spiritualibus donis pleni sunt sustentat, ipse quoque sanctorum vitae quanta valet largitate inserviat, et celestium honorum botros quos gignendo non valet sustentando ferat. Ad hoc luxus ponitur, ut qui habere multos adhuc in infirmitate positos verae fidei viriditatem considerat, etiam esse ipse infidelis erubescat. Bene ergo descriptis prius arboribus dicitur : *Ut videant et sciant, et recognoscant et intelligant*. Ubi et apte subjungitur Pariter, quia cum intra sanctam Ecclesiam diversi hominum mores diversi sunt ordinis, necesse est ut omnes simul discant, dum in ea spirituales viri diversæ qualitatis, etatibus et ordinis, ad imitandum simul videntur. Sed ecce nos, dum monstrare ulmum querimus, per multa arbusta longius evagati sumus. Ad hoc itaque propter quod prophetae testimonium protulimus revertamur. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, quia etsi fructum ulmus non habet, vitem tamen cum fructibus **1524** portans, haec ipsa sua efficit, quæ bene sustentat aliena.

14. Quia vero ad magna nos opera Joannes admonet, dicens : *Facite ergo fructus dignos paenitentiae* (Math. iii, 8; Luc. iii, 8). Et rursus : *Qui habet duas tunicas, det non habenti; et qui habet escas, similliter faciat* (Luc. iii, 11); iam patenter datur intelligi quid est quod Veritas dicit : *A diebus Joannis Baptiste usque nunc regnum colorum vim patitur, et violenti rapiunt illud* (Math. xi, 12). Quæ supernæ

C verba sententia nobis sunt magnopere perscrutanda. Nam querendum est quomodo vim perpetui regnum colorum possit. Quis enim celo violentiam irrogat? et rursum querendum est si pati vim regnum colorum potest, cur eamdem vim a diebus Joannis Baptiste, et non etiam ante pertulerit? Sed cum lex dicat : Si quis haec vel illa fecerit, morte moriatur, cunctis legentibus liquet quia peccatores quosque pena suæ severitatis perculit, non autem per paenitentiam ad vitam reduxit. Cum vero Joannes Baptista Redemptoris gratiam præcurrans, paenitentiam prædicat, ut peccator qui ex culpa mortuus est <sup>c</sup> per conversionem vivat, profecto a diebus Joannis Baptiste regnum colorum vim patitur. Quid est autem regnum colorum, nisi locus justorum? Solis enim justis coelestis pa-

D triæ præmia debentur, ut humiles, casti, mites, atque misericordes ad gaudia superna perveniant. Cum vero quis vel superbia tumidus, vel carnis facinore pollutus, vel iracundia accensus, vel crudelitate impius, post culpas ad paenitentiam reddit, et vitam eternam percipit, quasi in locum peccator intrat alienum. A diebus ergo Joannis Baptiste regnum colorum vim patitur, **1525** et violenti rapiunt illum, quia qui paenitentiam peccatoribus indixit, quid

<sup>c</sup> Belvac. et quatuor alii, *delectatione*.

<sup>d</sup> Ita Corb. Germ. cum pl. et posterioribus MSS., quibus concinunt vet.

<sup>e</sup> C. Germ. *in infirma etate positos*.

<sup>f</sup> Duo priores Gemet., quæ bona sustentat.

<sup>g</sup> Turon., *per conversationem*.

aliud quam regno cœlorum fieri violentiam docuit?

15. Recogitemus ergo, fratres charissimi, mala quæ fecimus, et nosmetipos assiduis lamentis attenuamus. Hereditatem justorum, quam non tenuimus per vitam, rapiamus per poenitentiam. Vult a nobis omnipotens Deus talem violentiam perpeti. Nam regnum cœlorum rapi vult nostris fletibus, quod nostris meritis non debetur. A spei ergo certitudine nulla nos malorum nostrorum qualitas, nulla quantitas frangat. Præstat magnam venie fiduciam latro ille venerabilis, qui non inde venerabilis, unde latro; nam latro ex crudelitate, venerabilis ex confessione. Cogitate ergo, cogitate quam sint incomprehensibilia in omnipotenti Deo misericordia viscera. Latro iste, cruentis manibus abstractus <sup>a</sup> a fauce itineris, sus-

A pensus eat in patibulo crucis; ibi confessus, ibi satus est, ibi audire meruit: *Hodie mecum eris in paradiſo* (Luc. xxiii, 43). Quid est hoc? Quis tantam bonitatem Dei dicere, quis estimare sufficiat? De ipsa pena criminis pervenit ad præmia virtutis. Idcirco autem omnipotens Deus electos suos in quibusdam lapsibus cadere permisit, ut alii in culpa jacentibus, si toto ad eum corde consurgant, spem venie reddat, et eis per lamenta poenitentia <sup>b</sup> viam pietatis aperiat. Exerceamus ergo nosmetipos in lamentis, extinguiam fletibus et dignis poenitentia fructibus culpas quas fecimus; <sup>c</sup> ad indulgentiam nobis tempora indulta non pereant, quia qui multos a suis iniurati bus jam sanatos aspicimus, quid aliud quam superius B misericordiae pignus <sup>d</sup> tenemus?

<sup>a</sup> C. Germ. et tertius Gemet., *a facie itineris*.

<sup>b</sup> Editi, *jam caelestem patriam aperiret*. Sequimur Mass. pene omnes. In duobus tamen Gemet., pro pie tate legitur *veritatis*.

<sup>c</sup> Turon. cum Longip., Val. Cl., tribus Gemet. et Bigot., ita habet, pro *veniam*, quod legitur in excusis. Haec autem desunt in C. Germ., Belvac. et primo Carn., ubi solum legitur: *Extinguamus... culpas*.

*Tempora indulta non pereant.*

<sup>d</sup> Post *tenemus*, in duobus prior. Gemet., ita concluditur hom.: *Sit itaque Iesu Christo Domino nostro cum Patre et Spiritu sancto honor et imp. per omnia sacula seculorum. Amen.* In tertio Gemet.: *Adjuvet ipse quem amamus J. C. D. noster qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula seculorum. Amen.*

## LIBER SECUNDUS.

### • HOMILIA XXI.

Habita ad populum in basilica beatæ Mariæ virginis, die sancto Paschæ.

LECTIO. 8. EVANG. SEC. MARC. XVI, 4-7.

In illo tempore, Maria Magdalena, et Maria Jacobi, et Salome <sup>b</sup> emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam sole. Et dicebant ad invicem: *Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti?* <sup>c</sup> Et respicientes, viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, vide runt juvenem sedentem in dextris, cooperitum stola candida, et obstupuerunt. Qui dixit illis: *Nolite expavescere. Iesum quæratis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis ejus, et Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, sicut dixi vobis.*

1526 <sup>a</sup> 1. Multis vobis lectionibus, fratres charissimi, per dictatum loqui consuevi; sed quia, las sentente stomacho, ea quæ dictavero legere ipse non possum, quosdam vestrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc a memetipso exigere contra morem volo ut inter sacra missarum solemnia lectionem sancti Evangelii non dictando, sed colloquendo edisseram. Sicque excipiatur ut loquimur, quia colloquionis vox corda torpentina plus quam sermo lectionis excitat, et quasi quadam manu sollicitudinis ut evigilant pulsat. Et quidem ad hoc opus me sufficeré posse non video; sed tamen vires quas imperitia

C denegat charitas ministrat. Scio namque qui dixit: *Aperi os tuum, et ego adimplebo illud* (Psal. lxxv, 11).

Bonum ergo opus nobis in voluntate sit, nam ex

divino adjutorio erit in perfectione. Dat loquendi

ausum ipsa etiam resurrectionis Dominicæ tanta so

lemnitas, quia et indignum valde est ut eo die lau

des debitas taceat lingua carnis, quo videlicet die

caro resurrexit auctoris.

2. Audistis, fratres charissimi, quod sanctæ mulieres quæ Dominum fuerant secutæ cum aromaticis ad monumentum venerunt, et ei, quem viventem dilexerant, etiam mortuo, studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta Ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est ut audiamus quæ facta sunt, quatenus cogitemus etiam que nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes, si, odore virtutum referiti, cum opinione bonorum operum Dominum quærimus, ad monumentum profecto illius cum aromaticis venimus. Illæ autem mulieres angelos vident, quæ cum aromaticis venerunt, quia videlicet illæ mentes supernos cives aspiciunt, quæ cum virtutum odoribus <sup>d</sup> ad Dominum per sancta desideria profiscuntur. Notandum vero nobis est quidnam sit quod in dextris sedere angelus cernitur. Quid namque per sinistram nisi vita præsens, quid vero per dextram nisi perpetua vita designatur? Unde in Canticis canticorum scriptum est: *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplectabitur me* (Cant. ii, 6).

magnus valde. Et respicientes, etc. Sicque tollitur hyperbaton Vulgatæ, inio et textus Græci. Iudei Mass., præcedit.

<sup>a</sup> C. Germ. et duo priores Gemet., *ad Deum*.

<sup>b</sup> Belvac. et C. Germ., *abeantes emerunt*.

<sup>c</sup> In eisdem Cod. sequitur immediate: *erat quippe*

Quia ergo Redemptor noster jam presentis vices corruptionem transuersat, recte angelos qui nuntiare peranimam ejus vitam venerat in dextera sedebant. Qui stola candida cooperatus apparuit, quia festivitas nostra gaudia nuntiavit. Candor etenim vestis splendorem nostrae diuinitatis solemnitatis. Nostrae dicimus, an sine? Sed ut feste amur verius, et sua dicimus et nostra. Illa quippe Redemptoris nostri resurrectionis et nostra festivitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit; et angelorum festivitas exstitit, quia nos revocando ad coelestia eorum numerum implevit. In sua ergo ac nostra festivitate angelus in albis vestibus apparuit, quia dum nos per resurrectionem Dominicam ad superna redocimur, celestis patrie damna reparatur.

3. Sed quid advenientes feminas affatur audiamus: **1527** *Nolite expavescere*. Ac si aperte dicat: Pavent illi qui non amant adventum supernorum ciborum; pertimescant qui, carnalibus desideriis pressi, ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis, quae vestros concives videtis? Unde et Matthaeus angelum apparuisse describens, ait: *Erat aspectus ejus sicut fulgor, et vestimenta ejus sicut nix* (*Math. xxviii, 3*). In fulgere etenim terror timoris est, in nive autem blandimentum candoris. Quia vero omnipotens Deus et terribilia peccatoribus, et blandus est iustis, recte testis resurrectionis ejus angelus et in fulgere vultus, et in candore habitus demonstrator, ut de ipsa sua specie et terreret reprobos, et mulceret pios. Unde recte quoque populum per deserti gradientem columnam ignis in nocte et columna nubis praebat in die (*Exod. xiii, 21, 22*). In igne enim terror est, in nube autem visionis lene blandimentum; dies vero vita iusti, et nox accipitor vita peccatoris. Unde et conversi peccatoribus Paulus dicit: *Festis aliquando tenebras, nunc autem lux in Domino* (*Ephes. v, 8*). In die ergo per nubem columna monstrata est, et in nocte per ignem, quia omnipotens Deus et blandus iustis, et terribilis apparebit iustis. Ister in iudicio veniens per lenitatis manuetudinem demulces, illos vero per iustitiae distinctionem terret.

4. Sed jam quid angelus subjungat audiamus: *Iesum queritis Nazarenum*. Jesus Latino eloquio salutantis, id est salvator interpretatur. At vero multi tunc Jesus dici poterant, non tamen substantialiter, sed nuncupative. Ideo et locus subjungitur, ut de quo Iesu dictum sit manifestetur: *Nazarenum*. Et causam protinus subdidit: *Crucifixum*. Atque addidit: *Surrexit, non est hic*. Non est hic dicitur per presentationem carnis, qui tamen nusquam deerit per presentationem maiestatis. Sed ite, dicit discipulis ejus et Petro, quia procedet vos in Galilaeam. Quærendum nobis est tunc, nominatis discipulis, Petrus designatur ex nomine. Sed si hunc angelus nominat non exprime-

\* C. Germ., Belvac., Longip., tertius Gemet., in fulgora.

<sup>6</sup> Hic restituimus multa quae in plerisque Ed. desunt; leguntur autem in C. Germ., duobus Carn., tertio Gemet., etc., necnon in Edit. Antwerp. Cor-

rei, qui magistrum negaverat, venire inter discipulos non auderet. Vocata ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Quia in re considerandum nobis est (*Dist. 50, c. 53*) cur omnipotens Deus eum quem tamquam Ecclesie preferre disponerat ancilla voluntate pertimescere et seipsum negare permisit. Quid nimirum magnat etiam esse pietatis dispensatione cognoscimus, ut is qui futurus erat Pastor Ecclesie in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debasset. Prius itaque eum ostendit sibi, et tunc proposuit easteris, ut ex sua infirmitate cognosceret quam misericorditer aliena infirma toleraret.

5. Bene autem de Redemptore nostro dicitur: *Procedet vos in Galilaeam*, ibi eum videbitis, sicne dixit vobis. Galilaea namque transmigratio facta interpretatur. Jam quippe Redemptor noster a passione ad resurrectionem, a morte ad vitam, a pena ad gloriam, a corruptione ad incorruptionem **1528** transmigraverat. Et prius post resurrectionem in Galilaea a discipulis videtur, quia resurrectionis ejus gloriam post laeti videbimus, si modo a vitis ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulcro nuntiatur, in transmigratione ostenditur, quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur in transmigratione mentis videtur. Haec, fratres charissimi, pro tanta diei solemnitate, de lectionis evangelicae expositione transcurrimus, sed libet ut de hac eadem solemnitate aliquid subtilius loquamur.

6. Dux etenim viagere erant, quarum unam novimus, alteram nesciebamus. Una quippe mortalitatis est, altera immortalis, una corruptionis, altera incorruptionis: <sup>c</sup> una mortis, altera resurrectionis. Sed venit Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus, suscepit unam, et ostendit alteram. Unam pertinet moriendo, et ostendit alteram resurgendo. Si ergo nobis mortalem vitam scientibus resurrectionem promitteret carnis, et tamen hanc visibiliter non exhiberet, quis ejus promissionibus crederet? Factus itaque homo apparuit in carne, morti dignatus est ex voluntate, resurrexit ex potestate, et ostendit exemplo quod nobis promisit in premio. Sed fortasse aliquis dicat: Jure ille surrexit qui, cum Deus esset, teneri a morte non potuit. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram, ad roborandam infirmitatem nostram, suae resurrectionis exemplum nobis sufficiere noluit. Solus in illo tempore mortuus est, et tamen solus minime resurrexit. Nam scripsum est: *Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt* (*Math. xxvii, 52*). Ablata ergo sunt omnia argumenta perfidiæ. Ne quis enim dicat: Sperare de se non debet homo quod in carne sua exhibuit Deus homo, ecce cum Deo homines resurrexisse cognoscimus, et quos puros homines fuisse non dubitamus. Si ergo membra nostri Redemptoris sumus, praeannamur in nobis quod gestum constat in capite. Si ruptam autem ac mutilam esse alium iecitionem: non est hic per presentationem maiestatis. Sed, manifestum est.

<sup>c</sup> Belvac. et C. Germ., querendum.

<sup>d</sup> Duo priores Gemet., una mortalitas.

<sup>e</sup> Belvac., debet homo Deus.

multum nos abjecimus, sperare in nobis debemus nos  
membra ultima quod de membris ejus superioribus  
audivimus.

7. Ecce vero ad memoriam redit quod crucifixo  
Dei Filio Iudei insultantes dicebant: *Si rex Israel  
est, descendat de cruce, et credimus ei* (*Ibid. 42*). Qui  
si de cruce tunc descendere, nimur insultantibus  
cedens, virtutem nobis patientiae non demonstraret.  
Sed exspectavit paululum, toleravit opprobria, irri-  
siones sustinuit, servavit patientiam, distulit admira-  
tionem; et qui de cruce descendere noluit, **1529**  
de sepulcro surrexit. Plus igitur fuit de sepulcro  
surgere quam de cruce descendere. Plus fuit mortem  
resurgendo destruere quam vitam descendendo ser-  
vare. Sed cum Iudei hunc ad insultationes suas de  
cruce descendere minime cernerent, cum morientem  
viderent, eum se viciisse crediderunt, nomen illius se  
quasi extinxisse gavisi sunt. Sed ecce de morte no-  
men ejus per mundum crevit, <sup>a</sup> ex qua hoc inside-  
lis turba extinxisse se credit; <sup>b</sup> et quem gaudebat  
occisum, dolet mortuum, quia hunc ad suam gloriam  
cognoscit pervenisse per poenam. Quod bene in libro  
*Judicum Samson illius facta significant* (*Judic. XVI, 1,  
2, 3*), qui cum Gazam civitatem Philistinorum suis-  
set ingressus, Philistaei, ingressum ejus protinus  
cognosentes, civitatem repente obsidionibus cir-  
cumdederunt, custodes <sup>c</sup> deputaverunt, et Samson  
fortissimum se jam comprehendisse gavisi sunt. Sed  
quid Samson feci agnivimus. Media nocte portas ci-  
vitatis abstulit, et montis verticem ascendit. Quem,  
fratres charissimi, hoc in facto, quem nisi Redempto-  
rem nostrum Samson ille significat? Quid Gaza ci-  
tas nisi infernum designat? Quid per Philistaeos nisi  
Iudeorum perfidia demonstratur? Qui cum mortuam  
Dominum viderent, ejusque corpus in sepulcro jam  
positum, custodes filico deputaverunt, et eum qui  
sucto vita charnerat, in inferni claustris retentum,  
quasi Samsonem in Gaza se deprehendisse latati  
sunt. Samson vero modia nocte non solum exiit, sed  
etiam portas tulit, quia videlicet Redemptor noster  
ante lucem resurgens, <sup>d</sup> non solum liber de inferno  
exiit, sed et ipsa etiam inferni claustra destruxit.  
Portas tulit, et montis verticem subiit, quia resur-  
gendo claustra inferni abstulit, et ascendendo colorum  
regna penetravit. Hanc ergo resurrectionis ejus glo-  
riam, fratres charissimi, quae et prius demonstrabat-  
tur ex signo, et post <sup>e</sup> patuit ex facto, tota mente  
diligamus, pro ejus amore moriamur. Ecce in resur-  
rectione auctoris nostri ministros ejus angelos con-  
cives nostros agnovimus. Ad horum ergo civium il-

**A** lam frequenter solemnitatem festinantes. His, cum  
neodum visione possumus, desiderio et mente junga-  
mur. Transmigremus a viatis ad virtutes, ut in Ga-  
lilea Redemptorem nostrum videre mereamur. Adju-  
vet omnipotens Deus ad vitam desiderium nostrum,  
qui pro nobis in mortem dedit unicum Filium suum,  
Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum eo vivit  
et regnat Deus in unitate Spiritus sancti, per omnia  
secula seculorum. Amen.

### HOMILIA XXII.

Habita ad populum in basilica beati Joannis, quae  
appellatur Constantiniana, Sabbato post Pascha.

#### LECTIO S. EVANG. SEC. JOAN. XX, 1—9.

*In illo tempore, una sabbati Maria Magdalene venit  
mane, cum adhuc tenebras essent, ad monumentum, et  
vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo et  
venit ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum  
et quem diligebat Jesus, et dixit eis: Tulerunt Dominum  
de monumento, et <sup>b</sup> nescimus ubi posuerunt eum. Exiit  
ergo Petrus et ille alius discipulus, et venerunt ad mo-  
numentum. Currebant autem duo simul; et ille alius  
discipulus praecucurrit citius Petro, et venit <sup>c</sup> primus  
ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit linteum ina-  
posita, non tamen introiit. Venit ergo Simon Petrus  
sequens eum, et introiit in monumentum. Et vidit lin-  
teum inapositum, et sudarium quod fuerat super caput  
ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatum  
involutum in unum locum. Tunc ergo introiit et <sup>d</sup> ille  
discipulus qui venerat prior ad monumentum, et .ridit,  
et creditit. Nondum enim <sup>e</sup> sciebat Scripturas, quae  
oportere eum a mortuis resurgere.*

**C** **1530** 1. Fractus longa molestia stomachus diu  
me charitati vestrae de lectionis evangelicas expo-  
sitione loqui prohibuit. Vox namque ipsa a clamoris  
virtute succumbit; et quia a multis audiri non valeo,  
loqui, fateor, inter multos erubesco. Sed hanc in  
me verecundiam et ipse reprehendo. Quid enim?  
Nunquid si multis prodesse nequeo, nec paucis cu-  
rabo? Et si ex messe portare manipulos multos non  
possum, nunquidnam debo ad aream vacuas re-  
dire? Quamvis enim quantos debo ferre non valeo,  
certe vel paucos, certe vel duos, certe vel unum  
feram. Habet namque ipsa infirmitatis intentio mer-  
cedis suae certitudinem, quia supernus arbiter no-  
ster, etsi pondus considerat in retributione, tamen  
vires pensat in pondere.

2. Lectio sancti Evangelii quam modo, fratres,  
audistis valde in superficie historica est aperta, sed  
ejus nobis sunt mysteria sub brevitate requirenda.

<sup>a</sup> In recentioribus Ed., permis.

<sup>b</sup> In Later. est decima septima. Ubi legitur habita  
in Basil. S. Salvat., quae appell. Const. in Cod. reg.  
Suec. est decima octava. In Corb. decima sexta.

<sup>c</sup> C. Germ., Belvac., Bigot. et tertius Gemet.,  
quem amat.

<sup>d</sup> Bigot., nescio.

<sup>e</sup> C. Germ. et Bigot., venit primus.

<sup>f</sup> Belvac. et C. Germ., et ille alius discipulus qui  
venerat primus.

<sup>g</sup> Bigot. et C. Germ., sciebat.

*Maria Magdalene, cum adhuc tenebrae essent, venit ad monumentum.* Juxta historiam notatur hora, juxta intellectum vero mysticum requirentis signatur intelligentia. Maria etenim auctorem omnium, quem carne viderat mortuum, quærebatur in monumento; et quia hunc minime invenit, <sup>a</sup> suratum credidit. Adbuc ergo erant tenebrae cum venit ad monumentum. Cucurrit citius, discipulisque nuntiavit. Sed illi præcæteris cucurrerunt, qui præceteris amaverunt, videlicet Petrus et Joannes. Currebant autem duo simul, sed Joannes præcucurrit citius Petro, et venit prior ad monumentum, sed ingredi non præsumpsit. Venit vero posterior Petrus, *Et intravit.* Quid, fratres, quid cursus iste significat? Nunquid haec tam subtilis evangelistæ descriptio a mysteriis vacare credenda est? Minime. Neque enim se Joannes et præisse et non intrasse diceret, si in ipsa sua trepidatione mysterium defuisse credidisset. Quid ergo **1531** per Joannem nisi Synagoga, quid per Petrum nisi Ecclesia designatur? Nec mirum esse videatur quod per juniores Synagoga, per seniorem vero Ecclesia signari perhibetur, quia etsi ad Dei cultum prior est Synagoga quam Ecclesia gentium, ad usum tamen æculi prior est multitudo gentium quam Synagoga, Paulo attestante, qui ait: *Quia non prius quod spiritaliter est, sed quod animale* (*I Cor. xv. 46*). Per seniorem ergo Petrum significatur Ecclesia gentium, per juniores vero Joannem Synagoga Iudeorum. Cucurrerunt ambo simul, quia, ab ortu sui tempore usque ad occasum, pari et communi <sup>b</sup> via, etsi non pari et communi sensu, gentilitas cum Synagoga cucurrit.

3. Venit Synagoga prior ad monumentum, sed minime intravit, quia legis quidem mandata percipit, prophetias de incarnatione ac passione Dominica audivit, sed credere in mortuum noluit. Vidi enim Joannes posita linteamina, non tamen introivit, quia videlicet Synagoga et Scripturæ sacræ sacramenta cognovit, et tamen ad fidem passionis dominice credendo intrare distulit. Quem diu longeque propletavat, præsentem vidit, <sup>c</sup> et renuit; hominem esse despexit, Deum carne mortalem factum credere noluit. Quid ergo est, nisi quia et citius cucurrit, et tamen ante monumentum vacua stetit: *Venit autem Simon Petrus sequens eum, et introivit in monumentum,* quia secuta posterior Ecclesia gentium, mediatorem Dei et hominum hominem Jesum Christum et cognovit carne mortuum, et viventem creditidit Deum. Vidi linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatum involutum in unum locum. Quid esse, fratres, credimus, quod sudarium capitum Domini cum linteaminibus non invenitur in monumento,

<sup>a</sup> Duo priores Gemet., surto ablatum.

<sup>b</sup> Bigot., vita.

<sup>c</sup> In Excusis, recipere renuit.

<sup>d</sup> Quædam hic supplevimus omissa in recent. Excusis.

<sup>e</sup> In C. Germ., duobus prior. Gemet. ac Bigot.,

nisi quia, Paulo attestante (*I Cor. xi. 3*), caput Christi Deus, **1532** et divinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostræ cognitione disjuncta sunt, ejusque potentia creaturæ transcendit naturam? Et notandum quod non solum separatum, <sup>d</sup> sed etiam involutum inveniri dicitur in unum locum. Linteum quippe quod involvit, ejus nec initium nec finis aspicitur. Recte ergo sudarium capitum involutum inventum est, quia celsitudo divinitatis nec coepit esse, nec desinit; nec per initium nascitur, nec termino coangustatur.

4. Bene autem additur: *In unum locum, quia in scissura mentium Deus non est.* Deus quippe in unitate est, et illi ejus habere gratiam merentur, qui se ab invicem per sectarum scandala non dividunt.

B Sed quia solet per sudarium laborantium sudor detergi, potest etiam sudarii nomine exprimi labor Dei, qui in se quidem semper quietus atque incommutabilis permanet, sed tamen laborare se denuntiat cum duras hominum pravitates portat. Unde et per prophetam dicit: *Laboravi sustinens* (*Jerem. vi. 11*). Deus autem apparuit in carne, laboravit ex nostra infirmitate. Quem laborem passionis ejus dum increduli viderunt, eum venerari noluerunt. Quem enim videbant carne mortalem, dignati sunt credere immortalem esse divinitatem. Unde etiam Jeremias ait: *Reddes eis vicem, Domine, juxta opera maxima eorum, dabis eis scutum cordis laborem tuum* (*Thren. III, 64, 65*). Ne enim prædicationis spicula eorum corda penetrarent, dum passionis ejus laborem dignati sunt, quasi eundem laborem filius pro scuto tenuerunt, ut eo ad se transire ejus verba non permitterent, quo cum laborare usque ad mortem <sup>e</sup> viderunt. Quid autem nos nisi nostri capitum, id est Dei membra sumus? Per linteamina itaque corporis, laborum ligamentum signantur, quæ nanc electos omnes, id est ejus membra constringunt. Sudarium ergo quod super caput ejus fuerat seorsum inventum, quia ipsa Redemptoris nostri passio longe a nostra passione disjuncta est, quoniam ipse sine culpa pertulit quod nos cum culpa toleramus. Ipse sponte morti succumbere voluit, ad quam nos venimus inviti.

5. Sequitur: *Tunc ergo introivit et ille discipulus qui venerat prior ad monumentum.* Postquam intravit Petrus, ingressus est et Joannes. Posterior intravit qui prior venerat. <sup>f</sup> Notandum, fratres, est quod in fine mundi ad Redemptoris fidem etiam Iudea colligetur, Paulo attestante, qui ait: *Donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvs fieret* (*Rom. xi. 25, 26*). Et vidit et credidit. Quid, fratres, quid æstimandus est credidisse? Nunquid quia Dominus resurrexerat, <sup>g</sup> quem quærebat? Non utique,

non legitur quidquid hic existat inter viderunt et sudarium ergo.

<sup>f</sup> Belvac. primus, Carn. et duo priores Gemet., notum, fratres.

<sup>g</sup> Corb. et Belvac., quem quærebat.

quia adhuc <sup>a</sup> tenebrae erant ad monumentum, et subjuncta quoque verba contradicunt cum dicitur : *Nondum enim b sciebant Scripturas, quia oporteret eum a mortuis resurgere.* Quid ergo vidit, et quid credidit ? Vidi linteamina posita, et credidit quod mulier dixerat, de monumento Dominum fuisse sublatum. Quia in re divina dispensationis magnitudo pensanda est, quod discipulorum corda et accenduntur ut querant, et differuntur ne inveniant, quatenus infirmitas animi ipso suo meroere cruciata, et purgator ad inveniendum fiat, et tanto validius teneat cum invenierit, **1533** quanto tardius invenerit quod quereret.

6. Hæc sub brevitate, fratres charissimi, de evangelica lectione transcurrimus; nunc restat ut de ipsa tantæ solemnitatis nobilitate aliquid loquamur. Haec enim recte nobilitatem solemnitatis dicam, quia solemnitates cæteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio sancta sanctorum, vel Cantica canticorum, pro sui magnitudine dicuntur, ita hæc festivitas recte *Idem* potest solemnitas solemnitatum. Ex hac quippe solemnitate exemplum nobis resurrectionis datum est, spes cœlestis patriæ aperta, et facta superni regni Jam præsumptibilis gloria. Per haec electi, qui quamvis in tranquillitatibus sinu, tamen apud inferni claustra tenebantur, ad paradisi amena reducti sunt. Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua Dominus impletivit : *Si exaltatus fuero, inquit, a terra, omnia traham ad me* (*Joan. XII, 32*). Omnia etenim traxit, et qui de electis suis apud infernos nullum reliquit. Omnia abstulit, utique electa. Neque etenim infideles quosque, et pro suis criminibus æternis suppliciis deditos, ad veniam Dominus resurgentendo reparavit; sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide et actibus recognovit. Unde recte etiam per Osee dicit : *Ero mors tua, o mors; ero mors tuus, inferne* (*Osee XIII, 14*). Id namque quod occidimus, agimus ut penitus non sit. Ex eo etenim quod mordemus, partem abrahimus, partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit. Quia vero ex inferno partem abstulit, et partem reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernum. Ait ergo : *Ero mors tua, o mors.* Ac si aperte dicat : Quia in electis meis te funditus perimo, ero mors tua; ero mors tuus, inferne, quia sublati eis, te ex parte transfigo. Quæ est ergo ista solemnitas quæ inferni claustra destruxit, et januas nobis regni cœlestis aperuit? Inquiratur subtilius nomen ejus. Requiratur egregius prædictor.

7. Videamus quid de ejus estimatione denuntiet. Ait enim : *Etenim pascha nostrum immolatus est Christus* (*I Cor. v, 7*). Si ergo pascha Christus, pensandum nobis est quid de pascha lex loquitur, ut indagemus subtilius an de Christo dicta videantur.

<sup>a</sup> Bigot., tenebrae erant cum venit ad monumentum.  
<sup>b</sup> Corp. et Longip., sciebat.  
<sup>c</sup> Belvac., quia de.  
<sup>d</sup> C. Geru. et Bigot., comedetis illud.

**A** Moyses quippe ait : *Sumen de sanguine agni, ac ponent super utrumque postem, et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum; et edent carnes nocte illa assas igni, et arymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Caput cum pedibus ejus et intestinis vorabitis, nec remanebit ex eo quidquam usque mane.* Si quid residuum fuerit, igne comburetis. (*Exod. XII, 7, seq.*) Ubi et additur : *Sic autem e comedetis illum. Renes vestros accingetis, et calceamenta habebitis in pedibus vestris, tenentes baculos in manibus, et comedetis festinantes* (*Ibid., 11*). Quæ videlicet euncta magnam nobis ædificationem parvunt, si fuerint mystica interpretatione discussa. Quis namque sit sanguis agni (*De consecr. dist. 2, cap. 73*), non jam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam <sup>e</sup> ore cordis hauritur. In utroque etenim poste sanguis agni est positus, quando sacramentum passionis illius cum ore ad Redemptionem sumitur, **1534** ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui sic Redemptoris sui sanguinem accipit ut imitari passionem illius needum velit, in uno poste sanguinem posuit, qui etiam insuper liminaribus domorum ponendus est. Quid enim spiritualiter domos nisi mentes nostras accipimus, in quibus per cogitationem inhabitamus? Cujus domus superliminare est ipsa intentio, quæ præminent actioni. Qui ergo intentionem cogitationis suæ ad imitationem dominice passionis dirigit, in superliminari domus agni sanguinem ponit. Vel certe domus nostræ ipsa sunt corpora, in quibus, quoque vivius, habitamus. Et in superliminari domus agni sanguinem ponimus, quia crucem passionis illius in fronte portamus. De quo adhuc agno subditur : *Et edent carnes nocte illa assas igni* (*Exod. XII, 8*). In nocte quippe agnum comedimus, quia in sacramento modo dominicum corpus accipimus, quando adhuc adinvicem nostras conscientias non videmus. Quæ tamen <sup>f</sup> carnes igni assandæ sunt, quia nimur dissolvit ignis carnes, quas aqua coixerit; quas vero ignis sine aqua excoquit, roborat. Carnes itaque Agni nostri ignis excoxit, quia eum ipsa vis passionis illius ad resurrectionem valentiore reddit, atque ad incorruptionem robavit. Qui enim ex morte convaluit, videlicet carnes illius ab igne duruerunt. Unde etiam per Psalmistam dicit : *Exaruit velut testa virtus mea* (*Psal. XXI, 16*). Quid namque est testa ante ignem, nisi molle lutum? Sed ei ex igne agitur ut solidetur. Virtus ergo humanitatis ejus velut testa exaruit, quia ab igne passionis ad virtutem incorruptionis crevit.

**B** Sed sola Redemptoris nostri percepta sacramenta ad veram solemnitatem mentis non sufficiunt, nisi eis quoque et bona opera jungantur. Quid enim <sup>g</sup> Primus Carnot. et Bigot., amore cordis.  
<sup>h</sup> C. Germ., tres Germ., Belvac., Longip., carnes agni assandæ.

**C** 8. Sed sola Redemptoris nostri percepta sacramenta ad veram solemnitatem mentis non sufficiunt, nisi eis quoque et bona opera jungantur. Quid enim

prodest corpus et sanguinem filius ore percipere, et ei perversis moribus contrarie? Unde bene adhuc ad comedendum subditur: *Et azymos panes cum lactucis agrestibus* (Exod. xii, 8). Panes quippe sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione vanæ gloriae exercet, qui mandata misericordia sine admitione peccati exhibet, ne perverse diripiatur quod quasi recte dispensat. Hoc quoque peccati fermentum bonaæ actioni miserentur, quibus prophetæ voce per increpationem Dominus dicebat: *Venite ad Bethel, et impie agite* (Amos iv, 4). Atque post pauca: *Et sacrificare de fermentato laudem* (Ibid., 5). De fermentato namque laudem immolat, qui Deo sacrificium de rapina parat. Lactucæ vero agrestes valde amarae sunt. Carnes ergo Agni cum lactucis agrestibus sunt edendæ, ut cum corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris in flentibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo paenitentia absterget a mentis stomacho perversæ humorem vitæ. Ubi et subditur: *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua* (Exod. xii, 9). Ecce jam nos ipsa verba historiæ ab intellectu historico repellunt. Nunquid, fratres charissimi, Israeliticus ille populus in Agypte constitutus comedere agnum crudum consueverat, ut ei lex dicat: *Non comedetis ex eo crudum quid?* Ubi et additur: *Nec coctum aqua.* Sed quid aqua, nisi humanam scientiam designat, iuxta hoc quod per Salomonem sub haereticorum voce dicitur: *Aqua fertur dulciores tunc* (Prov. ix, 17). Quid crudæ Agni carnes **1535** nisi inconsideratam ac sine reverentia cogitationis relictam illius humanitatem significant? Omne enim quod subtiliter cogitamus quasi mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est, nec aqua cocta, quia Redemptor noster nec parus homo testimandus est, neque per humanam sapientiam qualiter incarnari Deus potuit cogitandus. Omnis enim qui Redemptorem nostrum purum hominem credit, quid iste aliud quam agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per divinitatis ejus intelligentiam noluit? Omnis vero qui incarnationis ejus mysteria juxta humanam sapientiam disculere conatur, carnes agni aqua vult coquere, id est dispensationis ejus mysterium per dissolutam vult scientiam penetrare. Qui ergo Paschalis gaudii solemnitatem celebrare desiderat, agnum nec aqua coquat, nec crudum comedat, et neque per humanam sapientiam profunditatem illius incarnationis penetrare appetat, neque in eum tanquam in hominem purum credat; sed assas igni carnes comedat, <sup>a</sup> ut dispensari omnia per sancti Spiritus potentiam sciat. De quo adhuc recte subjungitur: *Caput cum pedibus et intestinis vorabitis* (Exod. xii, 9), <sup>b</sup> quia Redemptor noster est  $\alpha$  et  $\omega$ , Deus videlicet ante sæcula, et homo in fine sæculo-

<sup>c</sup> rum. \* Et sicut iam prædictimus, fratres, Paulo at testante didicimus quod *caput Christi Deus est* (I Cor. xi, 5). Caput ergo agni vorare, est divinitatem illius fide percipere. Pedes vero agni vorare, est vestigia humanitatis ejus amando et imitando perquirere. Quid vero sunt intestina, nisi verborum illius occulta et mystica mandata? Quæ tunc voramus, cum verba vitae cum aviditate sumimus. In quo devorationis verbo quid aliud quam pigritia nostræ torpor reprobatur? Qui ejus verba ac mysteria et per nosmet ipsos non requirimus, et dicta ab aliis audimus inviti. Non remanebit ex eo quidquam usque mane (Exod. xii, 10), quia ejus dicta magna sunt sollicitudine discutienda, quatenus priusquam dies resurrectionis apparet, in hac præsentis <sup>d</sup> vitæ nocte omnia illius mandata intelligendo et operando penetrentur. Sed quia valde difficile est ut omne sacrum eloquium possit intelligi, et omne ejus mysterium penetrari, recte subjungitur: *Si quid autem remanerit, igne comburetis* (Ibid.). Quod ex agno remanet igne comburimus quando hoc quod de mysterio incarnationis ejus intelligere et penetrare non possumus potestati sancti Spiritus humiliter reservamus, ut non superbe quis audeat vel contemnere vel denunciare quod non intelligit, sed hoc igni tradit cum sancto Spiritui reservat.

9. Quia igitur qualiter edendum sit pascha cognovimus, nunc <sup>e</sup> a qualibus edi debeat agnoscamus. Sequitur: *Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingitis* (Ibid., 11). Quid in renibus nisi delectatio carnis accipitur? Unde et Psalmista postulat, dicens: *Ure renes meos* (Psal. xxv, 2). Si enim voluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos uriminiime petisset. Unde quia potestas diaboli in humano generè maxime per luxuriam prævaluit, de illo voce dominica dicitur: *Potestas ejus in lumbis ejus* (Job. xl, 11). Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos debet, ut qui solemnitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, **1536** <sup>f</sup> corruptioni jam per vitia nulli subjaceat, voluptates edomet, <sup>g</sup> carnem a luxuria restringat. Neque enim cognovit quæ sit solemnitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subjacet. Haec quibusdam dura sunt, sed angusta porta est, quæ dicit ad vitam (Math. vii, 13). Et habemus jam multa exempla continentium. Unde et bene adhuc subditur: *Calceamenta habebitis in pedibus* (Exod. xii, 11). Quid sunt enim pedes nostri, nisi opera? Quid vero calceamenta, nisi pelle mortuorum animalium? Calceamenta autem pedes maniunt. Quæ vero sunt mortua animalia, ex quorum pellibus nostri muniunt pedes, nisi antiqui patres, qui nos ad aeternam patriam præcesserunt? Quorum dum exempla conspicimus, nostri operis pedes munimus. Calceamenta ergo in pedibus habere est mor-

<sup>a</sup> Belvac., dispensare.

<sup>b</sup> Haec verba, quia Red... in fine sæculorum, absunt a Bigot. et a tertio Gemet.

<sup>c</sup> Haec etiam, usque ad caput ergo, non leguntur in C. Germ., Belvac. et duobus prioribus Gemet.

<sup>d</sup> Belvac., vita vocatione.

<sup>e</sup> Tres Gemet., a quibus.

<sup>f</sup> In Excusis, corruptioni... nulla subsistat, quod emendavimus, præsertim ope MSS. C. Germ., trium Gemet., duorum Carn., Bigot., Corb., etc.

<sup>g</sup> Longip. et Val. Cl., carnis luxuriam restringat.

tuorum vitam conspicere, et nostra vestigia a peccati tulnere custodire. *Tenentes baculos in manibus* (*Ibid.*). Quid lex per baculum nisi pastoralem custodiā designat? Et notandum quod prius praecepimus renes accingere, postmodum baculos **1537** tenere, quia illi debent curam pastoralem suscipere, qui jam in suo corpore sciunt fluxa luxuriae edomare, ut cum aliis fortia praedican, ipsi desideriis mollibus eneranter non succumbant. Bene autem subditur: *Et comedetis festinantes* (*Ibid.*). Notate, charissimi fratres, notate quod dicitur, *festinantes*. Mandata Dei, mysteria Redemptoris, coelestis patrie gaudia, cum festinatione cognoscite, et praecepta vitae cum festinatione implere, curate. Quia enim adhuc hodie hoc bene agere scimus, utrum cras liceat ignoramus. Festinantes ergo pascha comedite, id est ad solemnitatem patriæ coelestis anheilate. Nemo in hujus vita itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Nemo moras ad appetenda studia innecat, sed copia perficiat, ne minime liceat implere quod inchoat. Si ad amorem Dei pigri non sumus, adjuvat ipse quem amamus, Jesus Christus Dominus noster, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

#### • HOMILIA XXIII.

Habita ad populum in basilica beati Petri apostoli,  
in crastino Paschæ.

#### LECTIO 8. EVANG. SEC. LUC. XXIV, 13-35.

*In illo tempore, duo ex discipulis Iesu ibant et ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta a Jerusalem, nomine Emmaus, et ipsi loquebantur adinvicem de his omnibus quæ accidenterant. Et factum est, dum fabularentur, et secum quererent, et ipse Jesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis adinvicem ambulantes, et estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Jerusalem, et non cognovisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareño, qui fuit vir propheta, potens in opere et sermone coram Deo et omni populo; et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri in damnationem mortis, et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed et mulieres quædam ex nostris truerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, et non invento corpore ejus, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum rives. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non invenerunt. Et ipse dixit ad illos: O stulti et tardii corde*

<sup>a</sup> Duo priores Gemet., pastoralem curam.

<sup>b</sup> Duo priores Gemet., ad appetenda bona studia.

<sup>c</sup> C. Germ., duo priores Gemet. ac Bigot., quod male inchoat.

<sup>d</sup> Duo priores Gemet., cui cum Patre et Spiritu sancto honor et imp. per omnia, etc.

<sup>e</sup> Est decima quinta in Later., decima nona in Cod.

*A ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ! i Nonne hæc oportuit pati Christum, et intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moyse, et omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquaverunt castello, quo ibant. Et ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam advesperascit, et inlata est jam dies. Et intravit cum illis. Et factum est, dum recumberet cum illis, accepit panem, et benedixit ac fregit, et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, et cognoverunt eum, et ipse evanuit ab oculis eorum. Et dicerunt adinvicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via et aperiret nobis Scripturas? Et surgentes eadem hora regresi sunt in Jerusalem, et invenerunt congregatos undecim, et eos qui cum ipsis erant, dicentes: Quia surrexit Dominus vere, et apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, et quomodo cognoverunt eum in fractione panis.*

**1538** <sup>i</sup> In quotidiana vobis solemnitate labrantibus pauca loquenda sunt; et fortasse haec utilius proderunt, quia saepè et alimenta quæ minus sufficiunt avidius sumuntur. Lectionis ergo evangelicæ summatis sensum statui non per singula verba discutere, ne dilectionem vestram valeat sermo prelixior expositionis operari. Ecco audistis, fratres charissimi, quia duabus discipulis ambulantibus in via, non quidem credentibus, sed tamen de eo loquentibus Dominus apparuit, sed eis speciem quam recognoscerent non ostendit. Hoc ergo egit foris Dominus in oculis corporis quod apud ipsis agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semetipos intus et amabant et dubitabant, eis autem Dominus foris et præsens aderat, et quis caset non ostendebat. De se ergo lequentibus præsentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis sua speciem abscondit. Verba quidem contulit, duriliam intellectus incepavit; sacrae Scripturæ mysteria quæ de seipso erant aperuit, et tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, se ire longius finxit. Fingere namque componere dicimus; unde et compositores luti figulos vocamus. Nihil ergo simplex Veritas per duplicitatem fecit, sed talia se eis exhibuit in corpore qualis apud illos erat in mente. Probandi autem erant, si hi qui eum etiæ needum ut Deum diligenterent, saltem ut peregrinum amare poterant. Sed quia esse extranei a charitate non poterant hi cum quibus Veritas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum vocant. Cur autem dicimus, vocant, cum illic scriptum sit *Et coegerunt eum?* Ex quo nimis exempli colligitur quia peregrini ad hospitium non solum invitandi sunt, sed etiam trahendi. Mensam ponunt, cibos offerunt, et Deum quem in Scriptura

reg. Suec. et decima tertia in Corb.

<sup>i</sup> Hæc non habent Belvac., Corb. Germ., tres Gemet., Lateran. et cod. reg. Suec.

<sup>g</sup> Abest a C. Germ. et tribus Gemet., ipsa dicitur.

<sup>b</sup> Belvac. et C. Germ., quo hæc facta sunt.

<sup>i</sup> Idem, non viderunt.

<sup>j</sup> Belvac., nonne sic oportuit.

sacræ expositione non cognoverant, in panis fractione A cognoscunt.

2. Audiendo ergo præcepta Dei illuminati non sunt, **1539** faciendo illuminati sunt, quia scriptum est: *Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur* (Rom. 11, 13). Quisquis ergo vult audita intelligere, festinet ea quæ jam intelligere potuit opere implere. Ecce Dominus non est cognitus dum loqueretur, et dignatus est cognosci dum pascitur. Hospitalitatem ergo, fratres charissimi, diligite, charitatis opera amate. Hinc enim per Paulum dicitur: *Charitas fraternitatis maneat in vobis, et hospitalitatem nolite obliisci.* Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receperis (Hebr. XIII, 1). Hinc Petrus ait: *Hospitales invicem b sine murmuratione* (I Petr. IV, 9). Hinc ipa Veritas dicit: *Hospes sui, et suscepisti me* (Matth. XXV, 35). Opinata res est valde, et seniorum nostrorum nobis relatione tradita. Quidam paterfamilias cum tota domo sua magno hospitalitatis studio serviebat; eumque quotidie ad mensam suam peregrinos susciperet, quodam die peregrinus quidam inter alios venit, ad mensam ductus est. Dumque paterfamilias ex humilitatis consuetudine aquam vellet in ejus manibus fundere, conversus urceum accepit, sed repente eum in cuius manibus aquam fundere voluerat non inventit. Cumque hoc factum secum ipse miraretur, eadem nocte ei Dominus per visionem dixit: *Cæteris diebus me in membris meis, hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Ecce in judicium veniens, dicet: Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti* (Matth. XXV, 40). Ecce ante judicium cum per membra sua suscipitur, susceptores suos etiam per semelprem requirit; et tamen nos ad hospitalitatis gratiam pigri sumus. Pensate, fratres, quanta hospitalitatis virtus sit. Ad meneas vestras Christum suscipite, ut vos ab eo suscipi ad convivia æterna valeatis. Præbete modo peregrino Christo hospitium, ut vos in judicio non quasi peregrinos nesciat, sed a propriis recipiat ad regnum, ipso adjuvante qui vivit et regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

#### \* HOMILIA XXIV.

Habita ad populum in basilica beati Laurentii martyris, <sup>c</sup> foris muros Urbis, Feria quarta Paschæ.

#### LECTIO 8. EVANG. SEC. JOAN. XXI, 1-14.

*In illo tempore, manifestavat se iterum Jesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic. Erant simul Simon Petrus, et Thomas qui dicitur Didymus, et Nathanael, qui erat a Cana Galilææ, et filii Zebedæi, et alii ex discipulis ejus duo. Dicit ei Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus et nos tecum. Et exierunt, et ascenderunt in navim, et*

<sup>a</sup> Excusi, audire.

<sup>b</sup> C. Germ. et tres Germet., sine murmurationibus.

<sup>c</sup> Belvac. et C. Gerin., nihil ceperunt. Et paulo infra, ubi legitur quos previdistis, laudati Codices habent quos nunc cepistis.

<sup>d</sup> Bigot., Longip., Val. Cl., us proprio servulos.

<sup>e</sup> In cod. reg. Suec. est vigesima prima. In Corb. decima quarta.

<sup>f</sup> Hæc leguntur tantum in recent. MSS. quales sunt

A illa nocte nihil s prenderunt. Mane autem facto, stetit Jesus in littore, non tamen cognoverunt discipuli quia Jesus est. Dicit ergo eis Jesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Et dixit eis: Mittite in dexteram navigii rete, et invenietis. Miserunt ergo, et jam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Jesus Petro: Dominus est. Simon ergo Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica suæ cinctus (erat enim nudus) et misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderant in terram, viderunt prunas positas, et piscem superpositum, et panem. Dicit eis Jesus: Asserte de piscibus quos previdistis nunc. Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Jesus: Venite, prandete. Et nemo audiebat discubentium interrogare eum: Tu quis es? scientes b quia Dominus est. Et venit Jesus, et accepit panem, et dedit eis, et piscem similiter. Hoc jam tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis.

**1540** 1. Lectio sancti Evangelii quæ modo in auribus vestris lecta est, fratres mei, quæstione animum pulsat, sed pulsatione sua vim discretionis indicat. Quæri etenim potest cur Petrus, qui piscator ante conversionem fuit, post conversionem ad pescationem rediit; et cum Veritas dicat: *Nemo mittens manum suam ad aratum, et aspiciens retro, aptus est regno Dei* (Luc. IX, 62), cur repetit quod dereliquit? Sed si virtus discretionis inspicitur, citius videtur quia nimurum negotium quod ante conversionem sine peccato extitit, hoc etiam post conversionem repetitive culpa non fuit. Nam pescatorem Petrum, Matthæum vero telonearium scimus; et post conversionem suam ad pescationem Petrus rediit, Matthæus vero ad telonei negotium non resedit (*De penit.*, dist. 5, cap. 7), quia aliud est victimum per pescationem querere, aliud autem telonei lucris pecunias augeare. Sunt enim pleraque negotia, quæ sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est ut post conversionem animus non recurrat.

2. Quæri etiam potest cur, discipulis in mari laborantibus, post resurrectionem suam Dominus in littore stetit, qui ante resurrectionem suam coram discipulis in fluctibus maris ambulavit (Matth. XIV, 25). Cujus rei ratio festine cognoscitur, si ipsa quæ tunc inerat causa pensetur. Quid enim mare nisi præsens sæculum signat, quod se i causarum tumultibus et undis vitæ corruptibilis illidit? Quid per

duo posteriores Gemet.

<sup>g</sup> Belvac. et C. Gerin., nihil ceperunt. Et paulo infra, ubi legitur quos previdistis, laudati Codices habent quos nunc cepistis.

<sup>h</sup> Iudei MSS., quia Dominus esset.

<sup>i</sup> In Ed., casum, quod in nostris MSS. non legitur. Sanctus Gregorius solet negotiorum tumultum causarum nomine significare.

soliditatem litoris **1541** nisi illa perpetuitas quietis aeternae figuratur? Quia ergo discipuli adhuc fluctibus mortalis vitae inerant, in mari laborabant. Quia autem Redemptor noster jam corruptionem carnis excesserat, post resurrectionem suam in littore stabant. Ac si ipsum resurrectionis suæ mysterium rebus discipulis loqueretur, dicens: Jam vobis in mari non apparet, quia vobiscum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est quod alio in loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dicit: *Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum* (*Luc. xxiv, 44*). Neque enim cum ipsis non erat quibus præsens corporaliter apparebat, sed tamen jam se esse cum ipsis denegat, a quorum mortali corpore carnis immortalitate distabat. Quod illic cum ipsis positus, fatetur non se esse cum ipsis, hoc quoque hic situ corporis indicat, cum, adhuc eis navigationibus, esse se jam in littore demonstrat.

3. Facta est autem discipulis pescationis magna difficultas, ut magistro veniente fieret admirationis magna sublimitas. Qui protinus dixit: *Mittite in dexteram navigii rete, et invenietis*. Bis in sancto Evangelio legitur, quia Dominus jussit ut ad piscandum retia mitterentur, ante passionem videlicet, et post resurrectionem. Sed priusquam Redemptor noster patueret et resurgeret, mitti quidem rete ad piscandum jubet, sed utrum in dexteram, an in sinistram mitti debuisse, non jubet; post resurrectionem vero discipulis apparet, mitti **1542** rete in dexteram jubet. In illa pescatione tanti capti sunt, ut retia rumparentur; in ista autem et multi capti sunt, et retia rupta non sunt. Quis vero nesciat bonos dexteram, et malos sinistra figurari? Illa ergo pescatio, in qua specialiter in quam partem mitti rete debeat non jubetur, præsentem Ecclesiam designat, quæ bonos simul ac malos colligit, nec eligit quos trahat, quia et quos eligere possit ignorat. Hæc autem pescatio post Domini resurrectionem facta, in solam dexteram missa est, quia ad videndam claritatis ejus gloriam sola electorum Ecclesia pertingit, quæ de sinistro opere nihil habebit. In illa pescatione præ multitudo piscium rete rumpitur, quia nunc ad confessio nem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant qui ipsam quoque Ecclesiam heresibus scindant. In ista vero pescatione et multi pisces et magni capiuntur, et rete non rumpitur, quia sancta electorum Ecclesia, in continua auctoris sui pace requiescens, nullis jam dissensionibus dilaniatur.

4. Captis autem tam magnis piscibus, *Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram*. Jam credo quod vestra charitas advertat quid est quod Petrus rete ad terram trahit. Ipsi quippe sancta Ecclesia est commissa, ipsi specialiter dicitur: *Simon Joannis amas me? Pasce oves meas* (*Ioan. xxi, 15, 16*). Quod ergo postmodum aperitur in voce, hoc nunc signatur in opere. Quia ergo prædictor Ecclesiæ nos a mundi hujus fluctibus separat, nimis necesse est ut rete

A plenūm piscibus Petrus ad terram ducat. Ipse enim pisces ad soliditatem litoris pertrahit, quia sanctæ prædicationis voce stabilitatem aeternæ patriæ fidelibus ostendit. Hoc egit verbis, hoc Epistolis, hoc agit quotidie miraculorum signis. Quoties per eum ad amorem quietis aeternæ convertimur, quoties a terrenarum rerum tumultibus separamur, quid aliud quam missi intra rete fidei pisces ad littus trahimur? Sed cum rete magnis piscibus plenum dicitur, additur et quantis, scilicet centum quinquaginta tribus. A magno mysterio numerus non vacat, sed intentos vos tanti mysterii profunditas exspectat. Neque enim quantitatis summam solerter evangelista exprimeret, nisi hanc sacramento plenam esse judicasset. Scitis namque quod in Veteri Testamento omnis operatio

B per Decalogi mandata præcipitur, in Novo autem ejusdem operationis virtus per septiformem gratiam sancti Spiritus multiplicatis fidelibus datur. Quem propheta denuntians, dicit: *Spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini* (*Isai. xi, 2*). Sed ille in hoc Spiritu operationem percipit, qui fidem Trinitatis agnoscit, ut et Patrem et Filium et eundem Spiritum sanctum unius virtutis credit, unius substantiæ esse fateatur. Quia ergo septem quæ superius diximus, per Novum Testamentum latius data sunt, decem vero per Vetus præcepta, omnis nostra virtus et operatio per decem et septem potest plene comprehendendi. Ducamus ergo per trigonum decem et septem, <sup>a</sup> et veniunt ad quinquaginta unum. Qui profecto numerus a magno mysterio non vacat, quia in Testamento Veteri legimus, quod annus quinquagesimus jubilæus vocari jussus est

C (*Lev. xxv, 11*), in quo videlicet cunctus populus ab omni operatione **1543** quiesceret. Sed vera requies in unitate est. Dividi quippe unum non potest; ubi enim scissura divisionis est, vera requies non est. Ducamus ergo per trigonum quinquaginta et unum, ut flant centum quinquaginta tres. Quia ergo omnis nostra operatio in fide Trinitatis exhibita ad requiem tendit, decem et septem ter ducimus, ut ad quinquaginta et unum venire debeamus. Et vera nostra requies tunc est, cum ipsam jam claritatem Trinitatis agnoscimus, quam in unitate divinitatis esse certum tenemus. Quinquaginta et unum ter ducimus, et electorum summam in superna patria quasi centum quinquaginta trium piscium numerum tenemus. Post resurrectionem ergo Domini missum rete dignum fuit ut tot pisces caperet, quot solummodo electos cives supernæ patriæ designarent.

D 5. Inter hæc vero et hesterna sancti Evangelii lectio et hodierna nos admonet, ut vigilanter debeamus inspicere cur Dominus et Redemptor noster post resurrectionem suam piscem assum legitur comedisse. Non enim vacat a mysterio quod iteratur in facio. In hac etenim lectione panem et assum pīcem, in illa vero quæ hesterno die lecta est (*Luc. met., fuit quinquaginta.*

<sup>a</sup> Primus Carn., gratiam operationis.

<sup>b</sup> Belvac, veniunt quinquaginta; duo priores Ge-

**xxiv.**, 13, seq.) cum asso pisce etiam favum mellis comedit. Quid autem signare pisces assum credimus, nisi ipsum Mediatorem Dei et hominum passum? Ipse enim latere dignatus est in aquis generis humani, capi voluit, laqueo mortis nostrae, et quasi tribulatione assatus est tempore passionis sue. Sed qui pisces assus fieri dignatus est in passione, favus mellis nobis existit in resurrectione.<sup>a</sup> An qui in pisces asso figurare voluit tribulationem passionis sue, in favo mellis utramque naturam exprimere voluit personam sue? Favus quippe mel in cera est, mel vero in cera est divinitas in humanitate. Quod ab hac quoque lectione non discepit, nam pisces comedit et panem. Qui enim assari ut pisces potuit ex humanitate, pane nos reficit ex divinitate, qui ait: *Ego sum panis vivus qui de caelo descendit* (*Ioan. vi.*, 41, 52). Assum ergo pisces comedit et panem, ut ipso suo cibo nobis ostenderet quia et passionem ex nostra humanitate pertulit, et refectionem nostram ex sua divinitate procuravit. Quod si vigilanter inspicimus, nobis quoque qualiter ad imitandum congruat videmus. Sic enim sua Redemptor indicat, ut imitationis viam nobis sequentibus sternat. Ecce in cibo suo Dominus noster pisces asso conjungere favum voluit, quia videlicet illos in suo corpore ad eternam quietem suscipit, qui cum hic tribulationes pro Domino sentiunt, ab amore internae dulcedinis non recedunt. Cum asso pisces favus sumitur, quia qui hic afflictionem pro veritate suscipiunt, illuc dulcedine vera satiantur.

6. Notandum quoque quod ultimum convivium Dominum, cum septem discipulis habuisse describitur; Petrus namque et Thomas, Nathanael, filii Zebedaei, et ali ex discipulis ejus duo, in eo fuisse memorantur. Cur cum septem discipulis ultimum convivium celebrat, nisi quod eos tantummodo qui septiformi gratia sancti Spiritus pleni sunt futuros secum<sup>c</sup> in eterna refectione denuntiat? Septem quoque diebus omne hoc tempus evolvitur, et saepe septenario numero perfectio designatur. **1544** Illi ergo ultimo convivio de praesentia veritatis epulantur, qui nunc perfectionis studio terrena transcendunt, quos mundi hujus amor non ligat, quibus etsi utcunque tentamenta obstrepit, copta tamen eorum desideria non retundit. Be hoc extremo convivio alias per Joannem dicitur: *Beati qui ad caenam mystiarum Agni vocati sunt* (*Apoc. xix.*, 9). Idcirco enim non ad prandium, sed ad caenam vocatos narrat, quia nimis in fine diei convivium caena est. Qui ergo, finito praesentis vitae tempore,<sup>d</sup> ad refectionem supernam

<sup>a</sup> Ita Corb. Germ., et priores MSS. In Gussanv., et qui in pisces asso figurari voluit tribulatione.

<sup>b</sup> Duo priores Gemet. ac prior. Carn., et resurrectionem noctram.

<sup>c</sup> Primus Carn., in eterna resurrectione.

<sup>d</sup> Longip., ad refectionis supernae contemplationem.

<sup>e</sup> Primus Carn., divine passionis.

<sup>f</sup> Idem Codex, odia superant.

<sup>g</sup> Ita MSS. et vel. Ed. In recent. legitur cognoscere possessiones Dei.

<sup>h</sup> Longip., duo priores Gemet. ac Bigot., hic

A contemplationis veniunt, non ad Agni prandium, sed ad caenam vocantur. Quae videficeret caena hoc ultimo convivio exprimitur, cui septem discipuli adesse memorantur, quia illos, ut diximus, tunc interea refectione reparat, qui pleni nunc septiformi gratia in amore Spiritus ambelant. Haec ergo vobiscum, fratres, agite, hujus spiritus repleri praesentia desiderate. Quid vos sequi in futurum possit ex praesenti perpendite. Pensate si hoc spiritu pleni estis, nostis si ad illud convivium pervenire valeatis. Quisquis namque ille est quem nunc spiritus iste non reparat, profecto ab illa eterni convivii refectione jejunal. Mementote quid de eodem spiritu Paulus dicat: *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus* (*Rom. viii.*, 9). Quasi quidam titulus<sup>i</sup> divinæ possessionis est iste spiritus amoris. Nunquidnam spiritum Christi **1545** habet is cuius mentem<sup>j</sup> odia dissipant, elatio inflat, ira usque ad divisionem mentis exasperat, avaritia cruciat, luxuria enervat? Pensate quis sit spiritus Christi. Profecto ille qui facit amicos et inimicos diligi, terrena despici, pro coelestibus testuari, carnem propter vitia conteri, mente a concupiscentiis frenari. Si ergo vultis<sup>k</sup> cognoscere jus possessionis Dei, personam perpendite possessoris vestri. Ecce enim quod diximus, voce veridice Paulus clamat: *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus* (*Rom. viii.*, ix). Ac si aperte dicat: Qui nunc Deo inhabitante non regitur de divinæ claritatis specie postmodum non iacetatur. Sed nos tamen ad haec quæ dicta sunt insirmamur, nequid culmen C perfectionis attingimus, in via Dei quotidie sancti desiderii gressus ponamus. Consolatur nos Veritas quæ per Psalmistam dicit: *Imperfectum meum videbunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur* (*Psalm. cxxxviii.*, 16). Non omnino erit nobis noxia nostra imperfectio, si, in Dei itinere constituti, et ad transacta non respicimus, et ad ea quæ restant transire festinamus. Nam qui imperfectorum desideria dignanter inflamat, hæc quandoque ad perfectionem<sup>l</sup> roborat, per Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

### I NOMILIA XXV.

Habita ad populum in basilica<sup>m</sup> sancti Joannis, quæ appellatur Constantiniiana,<sup>n</sup> Feria quinta Paschæ.

LECTIO S. EVANG. SEC. IOAN. XX, 11-18.

In illo tempore, Maria stebal ad monumentum foris plorans. Duni ergo fletel, inclinavit se, et prospexit in quandoque.

<sup>i</sup> Duo priores Gemet., laborat Jesus C. D. N., cui cum P. et Sp. S. honor et imp. per omnia, etc.

<sup>j</sup> Est in Corb. decima quinta. In Later. decima sexta. In Cod. reg. Suec. vigesima.

<sup>k</sup> In Later., in basil. S. Salvatoris quæ appellatur, etc.

<sup>l</sup> Haec in vet. MSS. minima leguntur, sed tantum in duobus post. Gemet. ac aliis ejusdem etatis aut inferioris.

monumentum; et vidit duos angelos in albis, sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Dicunt ei illi: *Mulier, quid ploras?* Dicit eis, *Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum.* Haec cum dixisset, conversa est retrorsum, et vidit Iesum stantem, et non sciebat quia Jesus est. Dicit ei Jesus: *Mulier, quid ploras? Quem queris?* Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: *Domine, si tu sustulisti eum, dico mihi ubi posuisti eum, et ego eum tollam.* Dicit ei Jesus: *Maria.* Conversa illa, dicit ei: *Rabboni, quod dicitur magister,* Dicit ei Jesus: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum.* Venit Maria Magdalene annuntians discipulis *Quia vidi Dominum, et haec dixit mihi.*

**1544** 1. Maria Magdalene, quae fuerat in civitate peccatrix, amando veritatem, lavit lacrymis maculas criminis: et vox Veritatis impletur, qua dicitur: *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum* (*Luc. vii, 47*). Quae enim prius frigida peccando remanserat, postmodum amando fortiter ardebat. Nam postquam venit ad monumentum, ibique corpus dominicum non invenit, sublatum credidit, atque discipulis nuntiavit. Qui venientes **1545** viderunt, atque ita esse ut mulier dixerat crediderunt. Et de eis protinus scriptum est: *Abierunt ergo discipuli ad serrietipsos.* Ac deinde subjungitur: *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans* (*Ioan. xx, 10*). Quae in re pensandum est hujus mulieris mentem quanta vis amoris accenderat, quae a monumento Domini, etiam discipulis recedentibus, non recedebat. Exquirebat quem non invenerat, flebat inquirendo, et amoris sui igne succensa, **1546** ejus quem ablatum credidit ardebat desiderio. Unde contigit ut eum sola tunc videret, quae remansit ut quereret, quia nimirum virtus boni operis perseverantia est, et voce Veritatis dicitur: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (*Math. x, 22; xxiv, 13*). <sup>a</sup> Et præceptio legis cauda hostiæ in sacrificio jubetur offerri (*Levit. xi, 9*). In cœda quippe finis est corporis; et ille bene immolat, qui sacrificium boni operis usque ad finem debitæ perducit actionis. Hinc Joseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuissa deseribitur (*Genes. xxxvii, 3*). Tunica quippe usque ad talum est opus bonum usque ad consummationem.

2. Sed Maria, cum feret, inclinavit se, et prospexit in monumentum. Certe jam monumentum vacuum viderat, jam sublatum <sup>b</sup> Dominum nuntiaverat; quid est quod se iterum inclinat, iterum videre deaderat? Sed amanti semel aspexisse non sufficit, quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionem.

<sup>a</sup> Eodem sensu locus hic usurpatur lib. i Moral., num. 56, olim cap. 20. Ad quem locum alludens quoque Bernardus in epist. 78, ad Sugerium abbatem, scribit: *Hostia caudam junge capiti, ac tum cum Dei gratia jam polymitam cura facere et talarem.*

<sup>b</sup> Belvac. Dominum discipulus nuntiaverat:

<sup>c</sup> Tres Gemel. ac Bigol. dilexit.

A Quesivit ergo prius, et minima inventa; perseveravit ut quereret, unde et configit ut inveniret, ac tumque est ut desideria dilata crescerent, et crescentia caperent quod inveniassent. Hinc est anima quod de eodem aponso Ecclesia in Cantico canticorum dicit: *Iu lectuō meo per noctes quasimi quæ diligat anima mea; quæsivi illum, et non inveni. Surgam, et circuibo civitatem, per vicos et plateas quasram quæm diligat anima mea* (*Cant. iii, 1*). Quæ desecuta quoque inventionis ingeminat, dicens: *Quæsivi illum, et non inveni* (*Ibid.*). Sed quia diu inventio se nan elongat, si inquisitio non desistat, adjungit: *Inveniunt me vigiles qui custodiunt civitatem.* Num quæm <sup>d</sup> diligat anima mea, vidisti? Paululum cum pertransisset eos, inveni quæm diligat anima mea **B** (*Ibid., 3, 4*). Dilectum namque in lectuō quatinus, quando in praesenti vita aliquantula requie Redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem querimus, quia etsi iam in illo mens vigilat, tamen adhuc oculus catigat. Sed qui dilectum sumus non inventum, restat ut surget, et civitatem circumeat, id est sanctam electorum Ecclesiam mento et inquisitione percurrat; per vicos eum et plateas quasrat, id est per angusta et lata gradientes aspergat, ut ad qua in eis valeat invenire ejus vestigia exquirat, quia sunt nonnulli, etiam vita sanctaria, qui imitandum aliquid habeant de actione virtutis. Quæcantes autem nos vigiles inveniunt qui custodiunt civitatem, quia sancti patres, qui Ecclesiam statum custodiunt, bonis nostris studiis occurruunt, ut suo vel

C verbo, vel scripto nos doceant. Quos eum paululum pertransimus, invenimus quæm diligimus, quia Redemptor noster <sup>e</sup> etsi humilitate homo inter homines, divinitate tamen super homines fuit. Cum ergo <sup>f</sup> transeuntur vigiles, dilectum inveniunt, quia cum prophetas et apostolos infra ipsum eam conspicimus, illum qui natura Deus est eam supra homines consideramus. Præs ergo non inveniendas queritur, ut post inventus strictius teneatur. Sancta enim desideria, ut prædiximus, dilatione crescent. Si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerint. Hoc amore arsit, quisquis ad veritatem pertingere potuit. Hinc namque David ait: *Sicut anima mea* **1547** *ad Deum vivum, quando veniam et apparabo ante faciem Dei?* (*Psal. xli, 5*) Hinc nos admonet, dicens: *Querite faciem ejus semper* (*Psal. civ, 4*). Hinc propheta ait: *Animæ meæ desiderant te in nocte, sed et spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilebo ad te* (*Isai. xxvi, 9*). Hinc iterum Ecclesia in Cantico canticorum diecit: *Vulnerata charitate ego sum* (*Cant. iv, 9*). Justum quippe est ut ex visione modici pertingat ad salutem, quæ per sustinum ejus desiderii valens amoris portat in pectoro. Hinc remansit ait:

<sup>d</sup> Duo priores Gemel. ac secundus Carn., etsi humanitate; quam lectionem præferendam diceremus propter antithesim humanitatis et divinitatis, nisi obstante aliis MSS. non solum plures, sed potiores, Editorumque consensus.

<sup>e</sup> Longip., transcut.

*Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est (Ibid., v, 6).* Mens namque hominis conditoris sui speciem non querentis male dura est, quia in semetipsa remanet frigida. At si ardore jam ex desiderio coperit ad sequendum quem diligit, liquefacta per ignem amoris currit. • Fit desiderio anxia, vilesunt in seculo cuncta quae placebant, nihil est quod extra conditorem libeat, et quae prius delectabant animum, sunt postmodum vehementer onerosa. Nihil ejus mortitiam consolatur, quounque adhuc qui desideratur non aspicitur. Mortet mens, lux ipsa fastidio est; talique igne in mente decoquitur rubigo calpæ, et succensus animus quasi auri more, quia per usum speciem perdidit, per incendium clarescit.

3. Ista itaque quæ sic amat, quæ se ad monumentum quod perspexerat iterum inclinat, videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur: *Vidit duos angelos in albis, sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu.* Quid est quod in loco dominici corporis duo angeli videntur, unus ad caput, atque aliis ad pedes sedens, nisi quia Latina lingua angelus nuntius dicitur, et ille ex passione sua nuntianus erat, qui et Deus est ante sæcula, et homo in fine sæculorum? Quasi ad caput sedet angelus, <sup>b</sup> cum per apostolum Joannem prædicatur quia in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. i, 1). Et quasi ad pedes sedet angelus, cum dicit: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (Ibid., 44). Possumus etiam per duos angelos duo Testamenta cognoscere, unum prius, et aliud sequens. Qui videlicet angeli per locum dominici corporis sibimet sunt conjuncti, quia nimis ultraquæ Testamenta, dum pari sensu incarnatum et mortuum ac resurrexisse Dominum nuntiant, quasi Testamentum prius ad caput, et Testamentum posterius ad pedes sedet. Unde et duo cherubim quæ propitiatorium tegunt sese invicem aspiciunt versis vultibus in propitiatorium (Exod. xxv, 20). Cherubim quippe plenitudo scientiæ dicitur. Et quid per duo cherubim nisi ultraquæ Testamenta signantur? Quid vero per propitiatorium nisi incarnatus Dominus figuratur? De quo Joannes ait: *Ipse est enim propitiatio pro peccatis nostris* (I Joan. ii, 2). Et dum Testamentum Vetus hoc faciendum denuntiat quod Testamentum Novum de Domino factum clamat, quasi ultraquæ cherubim se invicem aspiciunt, dum vultus in propitiatorium vertunt, quia dum inter se positum incarnatum Dominum vident, a suo aspectu non discrepant, quæ dispensationis ejus mysterium concorditer narrant.

4. Requirunt Mariam angeli, dicentes: *Mulier, 1548 quid ploras?* Et dicit eis: *Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum.* Ipsa namque sacra eloquia, quæ in nobis lacrymas amoris

• Tertius Gemet., et cum sit desiderio anxia.

<sup>b</sup> Belvac., Germ. et duo Carn., cum per apostolos prædicatur. Tres Gemet., cum per apostolum pred.

<sup>c</sup> Val. Cl. et Longip., cum quem illi. Sic olim scri-

A excitant, easdem lacrymas consolantur, dum nobis Redemptoris nostri speciem promittunt. Sed notandum juxta historiam est quod mulier non ait: *Tulerunt corpus Domini mei: sed, Tulerunt Dominum meum.* Usus namque sacri eloquii est ut aliquando ex parte totum, aliquando vero ex toto partem significet. Ex parte etenim totum signat, sicut de Jacob filiis scriptum est: *Quia descendit Jacob in Egyptum in animabus septuaginta* (Genes. xlvi, 27). Neque enim in Egyptum animæ sine corporibus descenderunt; sed per solam animam totus homo significatur, quia ex parte totum exprimitur. Et solum dominicum corpus in monumento jacuerat, et Maria non corpus Domini, sed sublatum Dominum querebat, videlicet ex toto designans partem. *Hæc cum dixisset, conversa retrorsum, vidi Jesum stantem, et nesciebat quia Jesus esset.* Notandum quod Maria, quæ adhuc de Domini resurrectione dubitabat, retrorsum conversa est ut videret Jesum, quia videlicet per eamdem dubitationem suam quasi tergum in Domini faciem miserat, quem resurrexisse minime credebat. Sed quia amabat et dubitabat, videbat et non agnoscebat, eumque illi et amor ostendebat, et dubietas abscondebat. Cujus adhuc ignorantia exprimitur cum subinfurter: *Et nesciebat quia Jesus esset.* Qui dixit ei: *Mulier, quid ploras?* Quem queris? Interrogatur doloris causa, ut augearetur desiderium, quatenus cum nominaret quem quereret in amore ejus ardenter astuaret. *Illa existimans quia hortulanus eset, dicit ei: Domine, sit sustulisti eum, dicio mihi ubi posuisti eum, et ego eum tollam.* Forsitan nec errando haec mulier erravit, quæ Jesum hortulanum credidit. An non ei spiritaliiter hortulanus erat, qui in ejus pectore per amoris sui semina virtutum virentia plantabat?

5. Sed quid est quod viso eo quem hortulanum credidit, cui nequam dixerat quem quererat, ait: *Domine, si tu sustulisti eum?* Quasi enim jam dixisset ex cuius desiderio plangeret, eum dicit quem non dixerat. Sed vis amoris hoc agere solet in animo, ut quem ipse semper cogitat, nullum alium ignorare credit. Recte et haec mulier quem querit non dicit, et tamen dicit: *Si tu sustulisti eum, quia alteri non putat iucognitum, quem sic ipsa continuo plangit desiderio.* Dicit ei Jesus: *Maria.* Postquam eam communi vocabulo appellavit ex sexu, et agnitus non est, vocat ex nomine. Ac si ei aperte dicat: *Recognosce eum, a quo recognosceris.* Perfectio quoque viro dicitur: *Novi te ex nomine* (Exod. xxxiii, 12), quia homo commune omnium nostrum vocabulum est, Moyses vero proprium, cui recte dicitur quia ex nomine scitur, ac si ei aperte Dominus dicat: *Non te generaliter ut cæteros, sed specialiter scio.* Maria ergo quia vocatur ex nomine, recognoscit auctorem, atque eum protinus rabboni, id est

ptum fuisse in C. Germ. suspicamur ex abrasis hic quibusdam litteris.

<sup>d</sup> Bigot., plangit desideratum.

magistrum vocat, quia et ipse erat qui quærebatur exterius, et ipse qui eam interius ut quæreret docebat. Jam vero ab evangelista non subditur quid mulier fecit, sed ex eo **1549**<sup>a</sup> innuit quod audivit. Cui dicitur : *Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum.* In his namque verbis ostenditur quod Maria amplecti voluit ejus vestigia, quem recognovit. Sed ei magister dicit : *Noli me tangere.* Non quia post resurrectionem Dominus tactum renuit seminarum, cum de duabus ad sepulcrum ejus<sup>b</sup> venientibus scriptum sit : *Accesserunt, et tenuerunt pedes ejus* (*Matth. xxviii, 9*).

6. Sed cur tangi non debeat ratio quoque additur cum subinseritur : *Nondum enim ascendisti ad Patrem meum.* In corde etenim nostro tunc Jesus ad Patrem ascendit, cum æqualis creditur Patri. Nam quisquis eum æqualem Patri non credit, adhuc in ejus pectori ad Patrem Dominus non ascendit. Ille ergo Iesus veraciter tangit, qui Patri Filiū coeternum credit. In corde etenim Pauli jam ad Patrem Jesus ascenderat, cum idem Paulus dicebat : *Qui cum in formâ Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo* (*Philip. ii, 6*). Unde Joannes quoque Redemptorem nostrum manu fidei tetigit, qui ait : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* *Hoc erat in principio apud Deum.* *Omnia per ipsum facta sunt* (*Joan. i, 1, 2*). Tangit ergo Dominum, qui eum Patri aeternitate substantiae æqualem credit. Sed fortasse aliquis tacita questione pulsatur quomodo Filius Patri esse æqualis possit. Quia in re humana natura quod admirando comprehendere non valet, restat ut hoc sibi esse credibile ex admiratione alia sciatur. Habet namque quod ad hæc sibi sub brevitate respondeat. Constat enim quia ipse creavit matrem in cuius virgineo utero ex humanitate crearetur. Quid ergo mirum si æqualis est Patri, qui prior est matre ? Paulo quoque attestante didicimus, *Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam* (*I Cor. i, 24*). Qui ergo Filium minorem putat, Patri specialiter derogat, cuius sapientiam ei esse inæqualem fatetur. Quis etenim homo potens æquanimiter ferret, si quis ei diceret : *Magnus quidem es, sed tamen sapientia tua te minor est?* Ipse quoque Dominus dicit : *Ego et Pater unus sumus* (*Joan. x, 30*). Et rursus ait : *Pater maior me est* (*Ibid., xiv, 28*). De quo etiam scriptum est, quia *subditus erat parentibus suis* (*Luc. ii, 51*). Quid ergo mirum si ex humanitate sua minorem se Patre asserit in cœlo, ex qua subjectus erat etiam parentibus in terra ? Ex qua humanitate nunc Mariæ dicitur : *Vade ad fratres meos, et dic eis : Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, et Deum meum et Deum vestrum.* Cum *meum* dicat et *vestrum*, car non communiter dicit nostrum ? Sed distincte

<sup>a</sup> Primus Carn., inventur.

<sup>b</sup> Bigot., currentibus. Consentit tertius Gemet.

<sup>c</sup> In C. Germ., Belvac. et tertius Gemet., ad Deum meum.

<sup>d</sup> Secundus Carn., similiter.

<sup>e</sup> Bigot., id est, per gratiam.

A loquens indicat quia eudem Patrem et Deum<sup>d</sup> dissimiliter habeat ipse quam nos. *Ascendo ad Patrem meum*, videlicet per naturam : *Et Patrem vestrum*,<sup>e</sup> per gratiam. *Ad Deum meum*, quia descendit ; *ad Deum vestrum*,<sup>f</sup> quia ascendit. Quia enim et ego homo, Deus mihi est ; quia vos ab errore liberati, Deus est vobis. Distincte ergo mibi Pater et Deus est, quia quem ante sæcula Deum genuit, hominem in fine sæculorum<sup>g</sup> tecum creavit. *Venit Maria Magdalene annuntians discipulis quia vidi Dominum*, et hæc dixit mihi. Ecce humani generis culpa ibi absconditur unde processit. Quia enim in paradiso mulier viro propinavit mortem (*Genes. iii, 7*), a sepulcro mulier viris annuntiat vitam ; et dicta sui vivificatoris narrat, **1550** quæ mortiferi serpentis verba narraverat. Ac si humano generi non verbis Dominus, sed rebus dicat : *De qua manu vobis illatus est potus mortis, de ipsa suscipe poculum vite.*

B 7. Hæc de expositione lectionis evangelicæ succincte transcurrimus; nunc, opitulante eodem de quo loquimur Domino, et resurrectionis ejus gloriam, et pietatis viscera consideremus. Cilus enim a morte voluit resurgere, ne nostra diu anima in infidelitatis morte remaneret. Unde bene quaque per Psalmistam dicitur : *De torrente in<sup>h</sup> via bibet, properea exaltabit caput* (*Psal. cix, 7*). In humano quippe genere ab ipso mundi initio torrens mortis effluxerat : sed de hoc torrente Dominus in via bibit, quia mortem in transitu gustavit. Atque ideo exaltavit caput, quia hoc quod moriendo in sepulcro posuit, resurgendo super angelos elevavit ; et inde antiquum hostem in aeternum perculit, unde sævire contra se manus persequentium temporaliter permisit. Quod aperte Dominus beato Job indicat, dicens : *Nunquid capies Leviathan hamo* (*Job. xl, 19, 20*) ?

C 8. Per Leviathan quippe, quod additamentum eorum dicitur, cetus ille devorator humani generis designatur. Qui, dum se divinitatem<sup>i</sup> homini adderat, spopondit, immortalitatem sustulit. Qui prævaricationis quoque culpam, quam primo homini propinavit, dum se sequentibus pessima persuasione multiplicat, poenas eis sine cessatione coacervat. In hamo autem esca ostenditur, aculeus occultatur. Ilunc ergo Pater omnipotens hamo coepit, quia ad mortem illius unigenitum Filium incarnatum misit, in quo et caro passibilis videri posset, et divinitas impassibilis videri non posset. Cunque in eo serpens iste per manus persequentium escam corporis momordit, divinitatis illum aculeus perforavit. Prius vero eum in miraculis Deum cognoverat, sed de cognitione sua ad dubitationem cecidit, quando hunc passibilem vidit. Quasi hamus ergo fauces glutientis tenuit, dum in illo esca carnis patnit, quam devorator appeteret ;

<sup>i</sup> Tres Gemet. ac Bigot., quia ascendistis.

<sup>g</sup> Corb. Germ. et duo priores Gemet., me creavit.

<sup>h</sup> Longip., Val. Cl., tres Gemet., Bigot., bibit... exaltavit.

<sup>j</sup> Primus Carn., divinitatem Domini.

et divinitas passio tempore latuit, quæ necaret. **A** In hamo ejus incarnationis captus est, quia dum in illo appetit escam corporis, transfixus est aculeo divinitatis. Ibi quippe inerat numenitas, quæ ad se devoratorem duceret; ibi divinitas, quæ perforaret; ibi aperta infirmitas, quæ provocaret; ibi occulta virtus, quæ raptoris saucem transfigeret. In hamo igitur captus est, quia inde interit unde momordit. Et quos jure tenebat mortales perdidit, quia eum in quo jus non habuit morte appetere immortalem præsumpsit.

9. Hinc est etiam quod hæc ipsa de qua loquimur Maria vivit, quia ille pro humano genere qui mortuus debebat occubuit. Hinc est quod nos quotidie ad vitam post culpas revertimur, quia <sup>a</sup> ad poenam nostram conditor sine culpa descendit. Ecce jam antiquus hostis ea quæ de humano genere cœperat sponte amisi, supplantationis sua victoriam perdidit. Quotidie peccatores <sup>b</sup> ad vitam redeunt, quotidie de ejus saucibus Redemptoris manu rapiuntur. Unde bene quoque ad beatum Job voce dominica iterum dicitur: *Aut armilla perforabis maxillam ejus* (*Job. xl. 21*)? Armilla ubi ponitur, ambo constringit. **1551** Quid ergo per armillam, nisi circumpletens nos divina misericordia designatur? Quæ Leviathan, istius maxillam perforat, dum nobis post perpetrata quæ prohibuit, adhuc poenitentiae remedium ostendit. Armilla Dominus maxillam Leviathan perforat, quia ipse ineffabili misericordiæ suæ potentia sic malitiæ antiqui hostis obviat, ut aliquando eos etiam quos jam cœpit amittat. Et quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetratas culpas ad innocentiam redeunt. Quis enim ore illius semel raptus, maxillam ejus evaderet, si perforata non esset? An non in ore Petrum tenuit, cum negavit (*Math. xxvi. 76, seq.*)? An non in ore David tenuit, cum in tantam se luxuriae voraginem mersit (*II Reg. xii. 4*)? Sed dum ad vitam uterque per poenitentiam rediit, Leviathan iste eos aliquo modo quasi per maxillæ suæ foramen amisit. Per foramen ergo maxillæ ab ejus ore subtracti sunt, qui post perpetrationem tantæ nequitiae poenitendo redierunt. Quis autem hominum Leviathan istius os evadat, ut illicitæ nulla committat? Sed hinc cognoscimus, quantum Redemptori humani generis debitores sumus, qui non solum nos in ore Leviathan ire prohibuit, sed ab ore etiam ejus redire concessit. Qui spem peccatori non abstulit, quia maxillam ejus, ut evadendi viam tribueret, perforavit, ut saltem post morsum fugiat, qui incautus prius cavere noluit ne morderetur. Ubique ergo nobis occurrit superna medicina, quia et dedit homini præcepta, ne peccet,

<sup>a</sup> Val. Cl., Longip. et Bigot., *ad paenam noster conditor.*

<sup>b</sup> Ed. Rothomag., Antwerp. et aliae vet., *ad veniam vendendo a sua potestate rediunt.*

<sup>c</sup> In tota hac homilia Gregorius ex tribus sanctis feminis, sc. Maria sorore Lazari, Maria Magdalene, et muliere peccatrice cui dimissa sunt peccata, quia dilexit multum, unicam coulavit. De hac Questione

et tamen peccanti dedit remedia, ne desperet. Unde cavendum summopere est ne quis delectatione peccati Leviathan istius ore rapiatur; et tamen si rapitus fuerit, non desperet, quia si peccatum perfecte lugeat, adhuc foramen in maxilla ejus invenit, per quod evadat.

10. Adest testis divinæ misericordiæ, hæc ipsa de qua loquimur <sup>c</sup> Maria, de qua Pharisæus dum pietatis fontem vellet obstruere, dicebat: *Hic si esset propheta, sciret usque quæ et qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est* (*Luc. vii. 39*). Sed lavit lacrymis maculas cordis et corporis, et Redemptoris sui <sup>d</sup> vestigia tetigit, quæ sua itinera prava dereliquit. Sedebat ad pedes Jesu, verbumque de ore illius audiebat. Viventi adhæserat, mortuum quærebatur. Viventem reperit, quem mortuum quæsivit. Tantumque apud eum locum gratiæ invenit, ut hunc ipsis quoque apostolis, ejus videlicet nuntiis, ipsa nuntiaret. Quid itaque, fratres, quid in hac re debeamus aspicere, nisi immensam misericordiam conditoris nostri, qui nobis velut in signo ad exemplum poenitentia posuit eos quos per poenitentiam vivere post lapsum fecit? Perpendo enim Petrum, considero latronem, aspicio Zacchæum, intueor Mariam et nihil in his aliud video, nisi ante oculos nostros posita spei et poenitentia exempla. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis; aspiciat Petrum, qui amare slevit, quod timide negaverat (*Math. xxvi. 75*). Alius contra proximum suum in malitia crudelitatis exarsit; aspiciat latronem, qui et in ipso mortis articulo ad vitæ præmia poenitendo pervenit (*Luc. xxiii. 43*). Alius avaritiae æstibus anhelans aliena diripuit; aspiciat Zacchæum, qui si quid aliqui abstulit, quadruplum reddidit (*Luc. xix. 8*). Alius libidinis igne succensus, **1552** carnis munditiam perdidit; aspiciat Mariam, quæ in se amorem carnis igne divini amoris excoxit. Ecce omnipotens Deus ubique oculis nostris quos imitari debeamus objicit, ubique exempla suæ misericordiæ opponit. Mala ergo jam displiceant, vel experta. Libenter obliscitur omnipotens Deus quod nocentes fuimus, paratus est poenitentiam nostram nobis ad innocentiam deputare. Inquinati post aquas salutis, renascamur ex lacrymis. **1553** Itaque juxta primi Pastoris vocem, sicut modo geniti infantes lac concupiscite (*I Petr. ii. 2*). Redite, parvuli filii, ad sinum matris vestræ æternæ sapientiæ; sugite larga ubera pietatis Dei; transacta plangite, imminentia vitæ. Redemptor noster momentaneos fletus nostros æterno consolabitur gudio, <sup>e</sup> qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

plurimæ exstant dissertationes. Vide præsertim quæ de hoc arguento scripsit doctissimus Tillemontius, in commentariis de Historia Ecclesiastica, tom. I.

<sup>d</sup> In vet. Ed. Antwerp. Rothomag., etc., *vestigia tersti.*

<sup>e</sup> In duobus priorib. Genet., cui cum Petre et Spir. sancto honor ei imp. per, etc.

## ^ HOMILIA XXVI.

Habita ad populum in basilica<sup>b</sup> beati Joannis, quae dicitur Constantiaua, <sup>c</sup> in octavis Paschæ.

LECTIO 5. EVANG. SEC. JOAN. XX, 19-31.

In illo tempore <sup>d</sup> cum esset sero die illa una sabbatum, et fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter meum Iudeorum, venit Jesus, et stetit <sup>e</sup> in medio eorum, et dixit eis : Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus. Cœcisi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum : Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego misso vos. Haec cunctu dixisset, insufflavit, et dixit eis : Accipite Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt. Thomas autem unus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli : Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis : Nisi videro in manibus ejus fixaram claverum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli ejus intus et Thomas cum eis. Venit Jesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit : Pax vobis. Deinde dicit Thomæ : Inser digitum tuum huc, et vide manus meas ; et affer manum tuam, et mitte in latus meum ; et noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, et dixit ei : Dominus meus, et Deus meus. Dicit ei Jesus : Quia vidiisti me, Thoma, credidisti : beati qui non viderunt, et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, que non sunt scripta in libro hoc. Haec autem scripta sunt, ut credatis quia Jesus est Christus Filius Dei, et ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.

**1552** 1. Prima lectionis hujus evangelicæ questione animum pulsat, quomodo post resurrectionem corpus dominicum verum fuit, quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est quod divina operatio si ratione comprehenditur, non est admirabilis; nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Sed haec ipsa nostri Redemptoris opera, qua ex semetipsis comprehendi nequaquam possunt, ex alia ejus operatione pensanda sunt, ut rebus mirabilibus fidem præbeat facta mirabilia. Illud enim corpus Domini intravit ad discipulos ianuis clausis, quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exiit utero Virginis. Quid ergo mirum si clausis ianuis post resurrectionem suam in æternum iam victurus intravit, qui moriturus veniens non aperto utero Virginis exiit? Sed quia ad illud corpus quod videri poterat, fides intuitum dubitabat, ostendit eis protinus **1553** manus et latus ; palpandam carpon

A præbuit, quam clausis ianuis introduxit. Quia in re duo mira, et juxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit, dum post resurrectionem suam corpus suum et incorruptibile et tamen palpabile demonstravit. Nam et corrupti necessæ est quod palpatur, et palpari non potest quod non corrupti. Sed miro modo atque inestimabili Redemptor uester et incorruptibile post resurrectionem, ut palpabile corpus exhibuit, ut monstrando incorruptibile invitaret ad præmium, et præbendo palpabile firmaret ad fidem. Et incorruptibilem se gregó, et palpabilem demonstravit, ut profecto esse post resurrectionem ostendore corporis suum et ajusdem naturæ, et altius glorie.

2. Dicit eis : Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego misso vos. Id est, sicut misit me Pater Deus noster, et ego misso vos homo homines. Pater Filium misit, **1554** qui hunc pro redēptione generis humani incarnatione constituit. Quem videlicet in mundo venire ad passionem voluit, sed tamen amavit Filium quem ad passionem misit. Electos vero apostolos Dominus non ad mundi gaudia, sed, sicut ipse misericordus est, ad passiones in saudum mittit. Quia ergo et Filius amatur a Patre, et tamen ad passionem mittitur, ita et discipuli a Domino amantur, qui tamen ad passionem mittantur in mundum. Itaque dicitur : Sicut misit me Pater, et ego misso vos, id est, ea vos charitate diligo cum inter scandala persecutorum misso, qua me charitate Pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit. Namvis mitti etiam juxta naturam divinitatis possit intelligi. Eo enim ipso a Pater et Filius mitti dicitur, quo a Patre generatur. Nam sanctum quoque Spiritum, qui cum sit conspousus Patri et Filio, non tamen incarnatus est, idem se Filius mittere prohibet, dicens : Cum nescierit Panælæus, quem ego mittam vobis a Patre (Joan. xv, 24). Si enim mitti solummodo incarnari deberet intelligi, sanctus procul dubio Spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequam incarnatus est. Sed ejus missio ipsa processio est<sup>f</sup> qua de Patre procedit et Filius. Sicut itaque Spiritus mitti dicitur quia procedit, ita et Filius non incongrue mitti dicitur quia generatur.

3. Haec autem cum dixisset, insufflavit, et dixit eis : Accipite Spiritum sanctum. Quærendum nobis est quid est quod Spiritum sanctum Dominus noster et semel dedit in terra consistens, et semel cœlo præsidens? Neque enim alio in loco datus Spiritus sanctus aperie demonstratur (Act. ii, 4 seq.), nisi nunc cum per inflationem percipitur, et postmodum cum, de cœlo veniens, in linguis variis demonstratur. Cur ergo

<sup>a</sup> In Corb. est decima septima. In Lateran. decima octava. In Cod. reg. Sec. viiæ prima.

<sup>b</sup> In hac Cod., beati Jean. Baptiste.

<sup>c</sup> Hæc non habent Cod. Later., reg. Sec. et duo Carn.

In Kalendario Rom. Joan. Front. legitur, Die Sabbath ad Lateranis. Ceterum vir doctus in prænuntiatis ad istud Kalend. contendit nullam suisse basil. Constantinianam, præter basilicam Salvatoris, numquam facta mentione S. Joannis Lateran. De his equum in admonitione.

<sup>d</sup> Bigot., cum puro factum esset.

<sup>e</sup> In multis MSS. et Beatus deest corus.

<sup>f</sup> C. Germ. et Belvac., sicut æternam.

<sup>g</sup> Duo Carn. et Longip., formarunt.

<sup>h</sup> Corb. Germ. et Bigot., ad passiones.

<sup>i</sup> Hæc a Theodosio Aurelianensi in medium adducuntur, ad probandum Spiritum sancti processioneum etiam a Filio, lib. de Sp. sancto ad Carol. M.

prius in terra discipulis datur, postmodum de cœlomittitur, nisi quod duo sunt præcepta charitatis, dilectio videlicet Dei, et dilectio proximi? In terra datur Spiritus, ut diligatur proximus; e cœlo datur Spiritus, ut diligatur Deus. Sicut ergo una est charitas, et duo præcepta, ita unus Spiritus, <sup>a</sup> et duo data. Prius a consistente Domino in terra, postmodum e cœlo, quia in proximi amore discitur qualiter perverni debeat ad amorem Dei. Unde et idem Joannes dicit: *Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere* (*I Joan. iv. 20*)? Et ante quidem discipulorum mentibus idem Spiritus sanctus inerat ad fidem, sed tamen manifesta datione non nisi post resurrectionem datus est. Unde et scriptum est: *Nondum erat spiritus datus, quia Jesus nondum fuerat glorificatus* (*Joan. vii. 39*). Unde etiam per Moysen dicitur: *Suxerunt mel de petra, et oleum de firma petra* (*Deut. xxxii. 13*). Neque enim quidquam tale juxta historiam legitur, si tota Testamenti Veteris series <sup>b</sup> recenseatur. Nusquam de petra mel, nusquam oleum ille populus suxit. Sed quia juxta Pauli vocem: *Petra erat Christus* (*I Cor. x. 4*), mel de petra suxerunt, qui ejusdem Redemptoris nostri facta et miracula viderunt. Oleum vero de firma petra suxerunt, quia effusione sancti Spiritus post resurrectionem ejus ungi meruerunt. Quasi ergo infirma petra mel dedit, quando adhuc mortalis Dominus miraculorum suorum dulcedinem **1555** discipulis ostendit. Sed firma petra oleum fudit, quia, post resurrectionem suam factus jam impossibilis, per afflictionem spiritus donum sanctæ unctionis emanavit.

4. De hoc oleo per prophetam dicitur: <sup>c</sup> *Computresce jugum a facie olei* (*Isai. x. 27*). Sub iugo quippe tenebamur <sup>d</sup> dæmoniacæ dominationis, sed uncti sumus oleo Spiritus sancti. Et quia nos gratia libertatis unxit, dominationis dæmoniacæ jugum putravit, Paulo attestante, qui ait: *Ubi spiritus Domini, ibi libertas* (*II Cor. iii. 17*). Scendum vero est quod hi qui prius Spiritum sanctum habuerunt, ut et ipsi innocenter viverent, et in prædicatione quibusdam prodesse, idcirco hunc post resurrectionem Domini patenter accepérunt, ut prodesse non paucis, sed pluribus possent. Unde et in hac ipsa datione Spiritus dicitur: *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt*. Libet intueri illi discipuli, ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantum culmen gloriae sint perducti. Ecce non solum de semetipsis securi sunt, sed etiam alienæ obligationis potestatem <sup>e</sup> relaxationis accipiunt; principatumque superni judicii sortiuntur, ut vice Dei quibusdam peccata relineant, quibusdam rela-

xent. Sic sic eos a Deo decebat erigi, qui tantum pro Deo consenserant humiliari. Ecce qui districtum Dei iudicium metuunt animarum judices sunt; et alios damnant, vel liberant, qui semetipsos damnari metuebant.

5. Horum projecto nunc in Ecclesia episcopi locum tenent. Ligandi atque solvendi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Grauidis honor, sed grave pondus istius est honoris. Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina vitæ suæ judex vitæ flat alienæ. Et plerumque contingit (*II. q. 3. c. 88*) <sup>f</sup> ut hic iudicij locum teneat, cui ad locum vita minime concordat. Ac sæpe agitur, ut vel damnet immeritos, vel alios ipse ligatus solvat. Sæpe in solvendis ac ligandis subditis suæ voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur. Unde fit, ut ipsa hac ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntatisbus, ei non pro subjectorum moribus exercet (*Ibid., c. 60*). Sæpe fit, ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur Pastor: judicare autem de subditis digne nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam sequuntur (*Ibid., c. 61*). Unde recte per prophetam dicitur: *Mortificabant animas quæ non moriuntur; et vivificabant animas quæ non vivunt* (*Ezech. xiii. 19*). Non morientem quippe mortificat, qui justum damnat. Et non victurum vivificare nititur, qui reum a supplicio absolvere conatur.

6. Causæ ergo pensandæ sunt, et tunc ligandi atque solvendi potestas <sup>g</sup> exercenda. Videndum est quæ culpa præcessit, aut quæ sit poenitentia secuta post culpam, ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim (*Ibid., c. 62*) vera est absolutio præsidentis, <sup>h</sup> cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat, quæ videlicet demonstrat quia præius mortuum Dominus vocavit et vivificavit, dicens: *Lazare, veni foras* (*Joan. xi. 43*); et postmodum is qui vivens egressus fuerat **1556** a discipulis est solitus, sicut scriptum est: *Cumque egressus esset qui fuerat ligatus institis, tunc dixit discipulis: Solvite eum, et sinate abiire* (*Joan. xi. 45*). Ecce illum discipuli jam viventem solvunt, quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli Lazarum solvere, fetorem magis ostenderent quam virtutem. Ex qua consideratione intuendum est quod illos nos debemus per pastoralem auctoritatem solvere quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam vivificare. <sup>i</sup> Quæ nimur vivificatio ante operationem rectitudinis in ipsa jam cognoscitur confessione peccati. Unde et huic ipsi mortuo Lazaro ne-

<sup>a</sup> Belvac. et Bigot., et duo data Testamenta.

<sup>b</sup> Secundus Carn., retexatur.

<sup>c</sup> Plurimi MSS., computrescit.

<sup>d</sup> Bigot., dæmoniacæ damnationis.

<sup>e</sup> Idem Codex, et relaxationis.

<sup>f</sup> Belvac. et Bigot., ut hunc iudicij locus teneat. C. Germ. et duo priores Gemet., ut hunc iudicij locus teneat.

<sup>g</sup> Duo priores Gemet., exerenda.

<sup>h</sup> Abest præcessit a Belvac. et tribus Gemet., Bigot., quæ causa.

<sup>i</sup> In Vulgatis, cum æterni.

<sup>j</sup> Integrum hunc locum olim protulimus in tractatu Gallico de Confess., 1 parte, cap. 12, et contra Deliæ cavillationes vindicavimus.

quaquam dicitur Revivise, sed *Veni foras*. Omnis A credidisti. Cum Paulus apostolus dicat: *Est autem fides operandarum substantia rerum, argumentum non apparentium* (*Hebr. xi, 1*), profecto liquet quia fides illarum rerum argumentum est quæ apparere non possunt. Quæ etenim apparent jam fidem non habent, sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur ei dicitur: *Quia vidisti me, credidisti?* Sed aliud vidit, aliud credit. A mortali quippe homine divinitas videri non potuit. Ilominem ergo vidit, et Deum confessus est, dicens: *Dominus meus, et Deus meus*. Videndo ergo credit, qui considerando verum hominem, hunc Deum, quem videre non poterat, exclamavit.

7. *Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus*. Iste unus discipulus defuit, reversus quod gestum est audivit, audita credere renuit. Venit iterum Dominus, et non credenti discipulo latus palpandum præbuit, manus ostendit, et, ostensa suorum cicatrice vulnerum, infidelitatis illius vulnus sanavit. Quid, fratres charissimi, quid inter hæc animadvertis? Nunquid casu gestum creditis, ut electus ille discipulus tunc deesset, post autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc casu, sed divina dispensatione gestum est. Egit namque miro modo superna clementia ut discipulus ille dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem quam fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur, nostra mens, omni dubitatione postposita, in fide solidatur. Sic quippe (27, q. 2, c. 45) discipulum Dominus post resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit, sicut ante nativitatem suam habere Mariam sponsum voluit, **¶ 1557** qui tamen ad ejus nuptias non pervenit. Nam ita factus est discipulus dubitans et palpans, testis verae resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrimæ virginitatis.

8. Palpavit autem, et exclamavit: *Dominus meus, et Deus meus*. Dicit ei Jesus: *Quia vidisti me, Thoma,*

<sup>a</sup> Primus Carn., hujus dissolutionis ordinem breviiter dixerim.

<sup>b</sup> C. Germ., Belvac. et duo priores Gemet., et habebit.

<sup>c</sup> Ita Belv., C. Germ. et alii Miss., ubi Excusi habent in Jordanis flumine.

Cum Paulus apostolus dicat: *Est autem fides operandarum substantia rerum, argumentum non apparentium* (*Hebr. xi, 1*), profecto liquet quia fides illarum rerum argumentum est quæ apparere non possunt. Quæ etenim apparent jam fidem non habent, sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur ei dicitur: *Quia vidisti me, credidisti?* Sed aliud vidit, aliud credit. A mortali quippe homine divinitas videri non potuit. Ilominem ergo vidit, et Deum confessus est, dicens: *Dominus meus, et Deus meus*. Videndo ergo credit, qui considerando verum hominem, hunc Deum, quem videre non poterat, exclamavit.

9. Lætitiebat valde quod sequitur: *Beati qui non videbunt, et crediderunt*. In qua nimis sententia nos B specialiter signati sumus; qui eum quem carne non vidiimus mente retinemus. Nos signati sumus, sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille etenim vero credit, qui exercet operando quod credit. Quo contra de his qui fidem nomine tenus retinent Paulus dicit: *Confidentur se nosse Deum, factis autem negant* (*Tit. i, 16*). Hinc Jacobus ait: *Fides sine operibus mortua est* (*Jac. ii, 26*). Ille ad beatum Job de antiquo hoste generis humani Dominus dicit: *Absorbebit fluvium, et non mirabitur, b et habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus* (*Job. xl, 18*). Quis etenim per fluvium designatus, nisi huic generis fluxus? Quod videlicet genus ab ortu ad finem defuit, et, quasi aquæ more, usque ad competentem terminum ex carnis liquore percurrit. Quid per Jordanem, nisi C baptizatorum forma signatur? Quia enim in Jordane flumine ipse auctor redēptionis nostræ baptizari dignatus est, recte Jordanis nomine eorum multitudo exprimitur, qui intra sacramentum baptismatis tententur. Antiquus ergo hostis generis humani fluminis absorbuit, quia a mundi origine usque ad Redemptoris adventum, vix paucis electis evadentibus, in ventrem suæ malitiæ genus humanum traxit. De quo recte dicitur: *Absorbebit fluvium, et non mirabitur* (*Ibid.*), quia pro magno non habet <sup>a</sup> cum infideles rapit. Sed grave est valde quod subditur: *Et habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus* (*Ibid.*), quia postquam infideles quosque a mundi origine rapuit, adhuc <sup>b</sup> se posse suscipere etiam fideles præsumit. Nam ore pestiferæ persuasionis eos quotidie devorat, <sup>c</sup> in quibus a confessione fidei reproba vita discordat.

10. Hoc ergo, fratres charissimi, tota intentione pertimescite, hoc apud vos sollicita mente cogitate. Ecce Paschalia solemnia agimus; sed ita viveendum est nobis, ut pervenire ad æterna festa mereamur. Transeunt cuncta quæ temporaliter festiva celebrantur. Curate, qui his solemnitatibus interestis, ne ab æterna solemnitate separamini. Quid prodest inter-

<sup>a</sup> Bigot., quod infideles.

<sup>b</sup> Ita Belvac., C. Germ., Carnot., Gemet., etc. Editoribus etiam antiquissimis placuit mutare, suscipere, in decipere.

<sup>c</sup> Bigot. et Longip., quos a confessione fidei reprobat ac discordat.

esse festis hominum, si deesse contingat **1558** festis angelorum? Umbra venturae solemnitatis est solemnitas praesens. Idecirco hanc annua agimus, ut ad illam quae non est annua, sed continua, perducamus. Cum haec statuto tempore geritur, ad illius desiderium memoria nostra <sup>a</sup> refratur. Frequentatione ergo gaudii temporalis ad aeterna gaudia mens incalescat et seruat, ut ex veritate latitiae perfruatur in patria quod de umbra gaudii meditatur in via. Vitam ergo vestram, fratres, moresque componite. Is qui mittis resurrexit ex morte, quam districtus in judicio veniat praevidete. Certe in die tremendi examinis suis, cum angelis, cum archangelis, cum thronis, cum dominationibus, cum <sup>b</sup> principatibus et potestatibus apparebit, coelis ac terris ardentibus, cunctis videlicet elementis in sui obsequiis terrore commotis. Hunc ergo tanti pavoris judicem ante oculos ponite; hunc venturum timete, ut hunc, cum venerit, non timidi, sed securi videatis. Timendus ergo est, ne timeatur. Terror ejus nos ad usum bonae operationis exerceat, metus illius vitam nostram a pravitate compescat. Mibi, fratres, credite, quia tanto tunc erimus securi de ejus praesentia, quanto nunc esse satagimus suspecti de culpa.

**11.** Certe si aliquis ve-trum cum suo adversario causam dicturus in meo iudicio die crastino esset exhibendus, totam fortasse noctem insomnem duceret, quid sibi dici posset, quid objectionibus responderet, secum sollicita et aestuante mente versaret, ne me inveniret asperum vehementer metueret, ne apud me appareret noxius formidaret. Et quis ego? aut quid ego? nimil non longe post futurus post hominem vermis, atque post vermem pulvis. Si ergo tanta cura pertimescit judicium pulveris, qua intentione cogitandum est, qua formidine <sup>c</sup> prævidendum tanto iudicium majestatis?

**12.** Sed quia sunt nonnulli qui de resurrectione carnis incerti sunt, et hanc tunc rectius docemus, si etiam cordium vestrorum questionibus occulitis occurrimus: pauca nobis de ipsa resurrectione, sive loquenda sunt. Multa etenim <sup>d</sup> de resurrectione dubitant, sicut et nos aliquando fuimus, qui dum carnem in putredinem ossaque in pulvere redigi per sepulcra conspiciant, reparari ex pulvere carnem et ossa dissidunt, siveque apud se quasi ratiocinantes dicunt: Quando ex pulvere homo reducitur? quando agitur ut cinis animetur? Quibus breviter respondemus quia longe minus est Deo reparare quod fuit quam creasse quod non fuit. **1559** Aut quid mirum si hominem ex pulvere reficit, qui simul omnia ex nihilo creavit? Mirabilius namque est celum et terram ex nullis existentibus condidisse, quam

<sup>a</sup> C. Germ., prior Germ. et duo priores Germ., referatur. In tertio Germ., quem sequuntur Ed. Antwerp. et aliae antiqu., figuratur.

<sup>b</sup> Belvac., cum principibus.

<sup>c</sup> In Belvac., C. Germ. et Germ., providendum.

<sup>d</sup> In Corb. Germ. et priores. In Exensis, consentientibus nonnullis MSS., dubitantes, sicut et nos aliquando fuimus, dum carnem. Carterum de hoc er-

A ipsum hominem ex terra reparare. Sed cinis atten-ditur, et in carnem redditre posse desperatur, et di-vinae operationis virtus comprehendi quasi ex ratione queritur. Quod scilicet haec idcirco in suis cogitationibus dicunt, quia eis quotidiana Dei miracula ex assistitate visuerunt. Nam orce in uno grano parvisimi seminis latet tota quae nascitura est arboris moles. Constitutus namque ante oculos cuiuslibet arboris mirans magnitudinem; cogitemus unde oriendo coepit, quae ad tantam molem crescendo pervenit. Invenimus procul dubio ejus originem, parvissimum semen. Consideremus nunc ubi in illo parvo grano seminis latet fortitudo ligni, asperitas corticis, sa-poris odorisque magnitudo, ubertas fructuum, viri-ditas foliorum. Correctatum namque seminis gra-Bnum non est validum; unde ergo processit ligni duritia? non est asperum, unde asperitas corticis erupit? non est saporum, unde sapor in fructibus? olfactum nil redolet, unde odor in fructibus fragrat? nil in se viride ostendit, unde foliorum viriditas exivit? Cuncta ergo in semine simul latent, quae tamen non simul ex semine prodeunt. Ex semine quippe producitur radix, ex radice prodit virgultum, ex virgulo oritur fructus, in fructu etiam produci-tur semen. Addamus ergo quia et semen latet in semine. Quid igitur mirum, si ossa, nervos, car-nem, capillosque reducat ex pulvere, qui lignum, fructus, folia, in magna mole arboris ex parvo quo-die semine restaurat? Cum ergo dubitans animus de resurrectionis potentia rationem querit, earum rerum ei questiones inferendae sunt, quae et incessanter flunt, et tamen ratione comprehendendi nequaquam possunt, ut dum non valet ex visione rei pe-netrare quod conspicit, de promissione divinae potentiæ credat quod audit. Illa ergo vobiscum, fratres charissimi, promissa cogitate quae permanent; quae vero cum tempore transeunt, velut iam di-missa despicie. Ad hujus resurrectionis gloriam quam in se Veritas ostendit tota intentione festinare. Terrena desideria quae ab auctore separant fugite, quia tanto altius ad conspectum Dei omnipotentis pertingitis, quanto Mediatorem Dei et hominum singularius amatis. Qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula sae-colorum. Amen.

#### D • HOMILIA XXVII.

Habita ad populum in basilica sancti Pancratii mar-tiris, <sup>f</sup> die natalis ejus

LECTIO 8. EVANG. SEC. JOAN. XV, 12-16.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Majorem hac dilectionem nemo habet quam ut ani-

rore temporibus Gregorii grassante actuum est in praefat. ad Dialogorum libras.

<sup>e</sup> Est trigesima septima in Corb. et trigesima se-cunda tum in Later., tum in Cod. reg. Suec.

<sup>f</sup> Haec in tribus Germ. desiderantur, et in Later. At in Cod. reg. Suec., in Corb. Germ. et in aliis, existant.

<sup>g</sup> In Bigot. et Corb. Germ., ut animata, omisso quatuor.

*mam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiri a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat, ut quæcunque petieritis Patrem in nomine meo, deo vobis.*

**1560.** *1.* Cum cuncta sacra eloqua dominicis plena sint præceptis, quid est quod de dilectione, quasi de singulari mandato, Dominus dicit: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, et omnia unum præceptum sunt, quia quidquid præcipitur, in sola charitate solidatur? Ut enim multi arboris rami ex una radice prodeunt, sic multæ virtutes ex una charitate generantur. Nec habet aliud viriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Præcepta ergo dominica et multa sunt, et unum: multa per diversitatem operis, unum in radice dilectionis. Qualiter autem ista dilectione tenenda sit, ipse insinuat, qui in plerisque Scripturae suæ sententiis et amicos jubet diligi in se, et inimicos diligi propter se. Ille enim veraciter charitatem habet, qui et amicum diligit in Deo, et inimicum diligit propter Deum. Nam sunt nonnulli qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis et carnis, quibus tamen in hac dilectione sacra eloqua non contradicunt. Sed aliud est quod sponte impenditur naturæ, aliud quod præceptis dominicis ex charitate debetur obedientia. Hi nimur et proximum diligunt, et tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur, quia amorem suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt. Proinde cum Dominus diceret: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, protinus addidit: Sicut dilexi vos.* Ac si aperte dicat: *Ad hoc amate ad quod amavi vos.**

**2.** Qua in re, fratres charissimi, solerter intuendum est quod antiquus hostis, dum mentem nostram ad rerum temporalium <sup>a</sup> delectationem trahit, infirmiorem contra nos proximum excitat, qui ea ipsa quæ diligimus auferre moliatur. Nec curat antiquus hostis, hæc faciens, ut terrena tollat, sed ut charitatem in nobis feriat. Nam in odium repente exardescimus; et dum foris invicti esse cupimus, intus graviter ferimur; dum parva foris defendimus, intus amittimus maxima, quia dum rem diligimus temporalem, veram amittimus dilectionem. Omnis quippe qui nostra tollit, inimicus est. Sed si odio habere cœperimus inimicum intus est quod perdimus. Cum ergo aliquid exterius a proximo patimur, contra occultum raptorem interius **1561** vigilamus, qui nunquam melius vincitur, nisi cum raptor exterior amat. Una quippe et summa est probatio charitatis, si et ipso diligitur qui adveratur. Hinc est quod

<sup>a</sup> Ita MSS. Belvac., C. Germ., Genuet., Carn., etc., sed Editi dilectionem habent.

<sup>b</sup> Abest hujus a tribus Genuet. et C. Germ.

<sup>c</sup> Edit. Antwerp. et aliae tum vet. tum recent.

A ipsa Veritas et crucis patibulum sustinet, et tamen ipsis suis persecutoribus affectum dilectionis impendi, dicens: *Pater ignosc illis, quia nesciunt quid faciunt* (*Luc. xxiii, 34*). Quid ergo mirum si inimicos diligent discipuli dum vivunt, quando et tunc inimicos diligit magister cum occiditur? Cujus dilectionis summam exprimit, cum subjungitur: *Majorem hac dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Mori etiam pro inimicis Dominus venerat, et tamen positurum se animam pro amicis dicebat, ut profecto nobis ostenderet quia duni diligendo lucrum facere in inimicis possumus, etiam ipsis amici sunt qui persequuntur.

**3.** Sed ecce nos usque ad mortem **nemo** perse-  
quitur. Unde ergo probare possumus an diligamus B inimicos? Sed est quod in pace sanctæ Ecclesie fieri debeat, unde clarescat si persecutionis tempore mori pro dilectione valeamus. Certe idem Joannes dicit: *Qui habuerit substantiam mundi <sup>b</sup> hujus, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo* (*I Joan. iii, 17*)? Hinc etiam Joannes Baptista ait: *Qui habet duas tunicas, dei non habenti* (*Luc. iii, 11*). Qui ergo tranquillitas tempore non dat pro Deo tunicam suam, quando in persecutione daturus est animam suam? Virtus ergo charitatis ut invicta sit in perturbatione, nutritur per misericordiam in tranquillitate, quatenus omnipotenti Deo primum dicat sua impendere, postmodum somet ipsum.

**C** **4.** Sequitur: *Vos amici mei estis.* O quanta est misericordia conditoris nostri. Servi digni non sumus, et amici vocamur. Quanta est dignitas hominum esse amicos Dei? Sed audistis gloriam dignitatis, audite et laborem certaminis. Si feceritis quæ præcipio vobis. Amici mei estis, si ea quæ præcipio vobis facitis. Ac si aperte dicat: *Gaudetis de culmine, pensate quibus laboribus porvenitur ad culmen.* Certe dum filii Zebedæi, interveniente matre, quererent ut unus a dextris Dei et alias a sinistris sedere debnissent, audierunt: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum* (*Math. xx, 22*)?

**D** **1562** Jam locum celsitudinis quærebant, ad viam illos Veritas revocat, per quam ad celsitudinem venient. Ac si dicatur: *Jam vos locus defectat celsitudinis, sed prius via exerceat laboris.* Per calicom perlungitur ad majestatem. Si mens vestra appetit quod demulceret, prius bibite quod dolet. Sic sic per amarum poculum <sup>c</sup> confectionis pervenitur ad gaudium salutis. *Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus.* *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiri a Patre meo, nota feci vobis.* Quae sunt omnia quæ audirit a Patre suo, quæ nota fieri voluit servis suis, ut eos efficeret amicos suos, nisi gaudia <sup>d</sup> interioris charitatis, nisi illa festa

confessionis, pro confectionis, quod legitur in MSS. Anglic. et nostris.

<sup>d</sup> Duo priores Gemet., interioris claritatis.

supernæ patriæ, quæ nostris quotidie mentibus per aspirationem sui amoris imprimit? Dum enim auditæ supercœlestia amamus, amata jam novimus, quia amor ipse notitia est. Omnia ergo eis nota fecerat, qui, a terrenis desideriis immutati, <sup>b</sup> amoris summi facibus ardebat. Istos vero amicos Dei aspicerat Propheta, cum dicebat: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus* (*Psal. cxxxviii*, 47). Amicus enim quasi animi custos vocatur. Quia ergo Psalmista prospexit electos Dei a mundi hujus amore separatos custodire in mandatis cœlestibus voluntatem Dei, miratus est amicos Dei, dicens: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus*. Et tanquam si ab eo protinus-causas honoris tanti nobis insinuari quereremus, illico adjunxit: *Nimis confortatus est principatus eorum* (*Ibid.*). Ecce electi Dei carnem domant, spiritum roborant, dæmonibus imperant, virtutibus coruscant, præsentia despiciunt, æternam patriam cum voce moribus prædicant; eam etiam moriendo diligunt, atque ad illam per tormenta pertingunt. Occidi possunt, et fleti nequeunt. Nimis ergo confortatus est principatus eorum. In ista ipsa passione, qua ceciderunt in morte carnis, videte quantum fuerit culmen mentis. Unde hoc, nist quia confortatus est principatus eorum. <sup>c</sup> Sed sic magni forsitan pauci sunt? Subjunxit: *Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur* (*Ibid.*, 48). Totum mundum, fratres, aspicite: martyribus plenus est. <sup>d</sup> Jam pene tot qui videamus non sumus quot veritatis testes habemus. Deo ergo numerabiles nobis super arenam multiplicati sunt, quia quanti sint, a nobis comprehendi non possunt.

5. Sed quisquis ad hanc pervenit dignitatem, ut amicus vocetur Dei, sese in se conspiciat, dona autem quæ percipit, super se. Nihil suis meritis tribuat, ne ad inimicitias eruppat. Unde et subditur: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos, ut eatis, et fructum afferatis.* <sup>e</sup> Posui ad gratiam, plantavi ut eatis volendo, fructum afferatis operando. Eatia enim volendo dixi, quia velle aliquid facere, jam mente ire est. Qualem vero fructum afferre debeant subditur: *Et fructus vester maneat.* Omne quod secundum præsens sæculum laboramus vix usque ad mortem sufficit. Mors namque interveniens fructum nostri laboris abscidit. Quod vero pro æterna vita agitur etiam **1563** post mortem servatur; et tunc apparere incipit, cum laborum carnalium fructus cœperit non videri. Ibi ergo illa retributio inchoat, ubi ista terminatur. Quisquis ergo jam æterna cognovit, apud ejus animum temporales fructus vilescent. Tales fructus operemur qui maneant; tales fructus operemur qui, cum mors cuncta interimat, ipsi exordium a morte sumant. Nam quod a morte incipiat

<sup>a</sup> Corb. Germ. et duo priores Gemet., supernæ cœlestia. Tertius Gemet., semper cœlestia.

<sup>b</sup> Primus Gemet., amoris sui.

<sup>c</sup> Ita Corb. Germ., Belvac., Gemet., Longip., Val. Cl. et vel. Edit. In recent., sed ne putes quod sic magni, etc. Suffragari videntur tres Anglie., nisi quod pro sis in Anglie. Ms. exstat si.

<sup>A</sup> fructus Dei, testatur Propheta, qui dicit: *Cum dederit dilectis suis somnum, hæc est hæreditas Domini* (*Psal. cxxvi*, 2, 3). Omnis qui dormit in morte perdit hæreditatem; sed cum dederit dilectis suis somnum, hæc est hæreditas Domini, <sup>f</sup> quia electi Dei postquam pervenerint ad mortem, tunc invenient hæreditatem.

6. Sequitur: *Ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.* Ecce hic dicit: *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.* Rursum alibi per eumdem Evangelistam dicit: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo* (*Joan. xvi*, 23, 24). Si omne quod petimus in nomine Filii dat nobis Pater, quid ergo est quod Paulus ter Dominum rogarvit, et exaudiri non meruit, sed dictum est illi: *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur* (*II Cor. xii*, 9)? Nunquid ille tam egregius prædicator in Filii nomine non petuit? Quare autem non accepit quod petuit? Quomodo ergo verum est quia quidquid petierimus Patrem in nomine Filii, dat nobis Pater, si auferri a se angelum Satanæ petit? Apostolus in nomine Filii, et tamen quod petuit non accepit? Sed quia nomen Filii Jesus est, Jesus autem salvator, vel etiam salutaris dicitur, ille ergo in nomine Salvatoris petit, qui illud petit quod ad veram salutem pertinet. Nam si id quod non expedit petitur, non in nomine Jesu petitur Pater. Unde et eisdem apostolis adhuc infirmantibus Dominus dicit: *Usque modo non petistis quidquam in nomine meo* (*Joan. xvi*, 23). Ac si aperte diceretur: Non petistis in nomine Salvatoris quia nescitis querere æternam salutem. Hinc est quod et Paulus non exauditur quia si liberaretur a tentatione, ei non proderat ad salutem (*II Cor. xii*, 9).

7. Ecce videmus, fratres charissimi, quam multū ad solemnitatem martyris convenientis, genua flectitis, pectus tunditis, voces orationis ac confessionis emititis, faciem lacrymis rigatis. Sed pensate, quæso, petitiones vestras; videte si in nomine Jesu petitis, id est si gaudia salutis æternæ postulatis. In domo enim Jesu Jesum non queritis, si in æternitatis templo importune pro temporalibus oratis. Ecce aliud in oratione querit uxorem, alius petit villam, alius postulat vestem, alius dari sibi deprecatur alimentum. <sup>D</sup> Et quidem cum hæc desunt, ab omnipotenti Deo petenda sunt. Sed meminisse continuo debemus quod ex mandato ejusdem nostri Redemptoris accepimus, *Querite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* (*Math. vi*, 33). Et hæc itaque a Jesu petere non est errare, si tamen non nimis petantur. Sed adhuc, **1564** quod est gravius, alius postulat mortem inimici, eumque quem gladio non

<sup>d</sup> Primus Carn., *jam pene tot videre non possumus.* Secundus, *jam pene tot qui videamus, non possumus videre.*

<sup>e</sup> Primus Carn., *Elegi per gratiam, posui ut eatis.*

<sup>f</sup> Longip., *quia dilecti.*

<sup>g</sup> Belv. et C. Germ., *in nomine salutaris.* Paulus post duo priores Gemet., *quia nesciatis.*

potest persecuti, persecutus oratione. Et vivit adhuc qui maledicitur, et tamen is qui maledicit jam de morte illius reus tenetur. Jubet autem Deus ut diligatur inimicus (*Matth. v. 44*), et tamen rogatur Deus ut occidat inimicum. Quisquis itaque sic orat, in ipsis suis precibus contra conditorem pugnat. Unde et sub *Jude* specie dicitur: *Fiat oratio ejus in peccatum* (*Psalm. cxviii. 7*). Oratio quippe in peccatum est illa petere quae prohibet ipse qui petitur.

8. Hinc Veritas dicit: *Cum statis ad orandum, remittite si quid habetis in cordibus vestris* (*Marc. xi. 25*). Quam virtutem remissionis apertius ostendimus, si unum testimonium Testamenti Veteris proferamus. Certe cum *Iudea* conditoris sui justitiam culpis exigentibus offendisset, prophetam suum ab oratione Dominus prohibens, dicit: *Non assumas laudem et orationem pro eis* (*Jerem. vii. 16*). Si Moyses et Samuel steterint coram me, non est anima mea ad populum istum (*Ibid. xv. 1*). Quid est quod intermissis relictisque tot patribus, soli Moyses et Samuel ad medium deducuntur, quorum mira obtinendi virtus ostenditur, dum nec ipse posse intercedere dicuntur? Ac si aperte Dominus dicat: Nec illos audio quos propter magnum petitionis suae meritum minime contemno. Quid ergo est quod Moyses et Samuel ceteris patribus in postulatione praefreruntur, nisi quod hi duo tantummodo in cuncta Testimenti Veteris serie etiam pro inimicis suis leguntur exorasse? Unus a populo lapidibus impetratur (*Exod. xvii. 4*), et tamen pro lapidatore suo Dominum deprecatur; aliger ex principatu dejicitur, et tamen petitus ut exoraret, fatetur dicens: *Absit a me hoc peccatum in Domino, quo minus cessem orare pro vobis* (*1 Reg. xii. 23*). Si Moyses et Samuel steterint coram me, non est anima mea ad populum istum (*Jerem. xv. 1*). Ac si aperte dicat: Nec illos modo pro amicis audio, quos magnae virtutis merito etiam pro inimicis scio. Virtus ergo verae orationis est celsitudo charitatis. Et tunc quisque quod recte petit, adipiscitur, cum ejus animus in petitione nec inimici odio fuscatur. Sed plerumque reluctantem animum vincimus, si etiam pro inimicis oramus. Effundit os pro adversariis precem, sed utinam cor teneat amorem. Nam saepe et orationem pro inimicis nostris impendimus, **1565** sed hanc ex præceptione potius fundimus quam ex charitate. Nam et vitam inimicorum petimus, et tamen ne exaudiatur timemus. Sed quia internus iudex mentem potius quam verba considerat, pro inimico nil postulat, qui pro eo ex charitate non orat.

9. Sed ecce in nos graviter inimicus deliquit, damna intulit, juvantes læsit, amantes persecutus

<sup>a</sup> *Excusi, pro lapidatoribus suis. At MSS., magno consensu, pro lapidat. suo, scilicet populo Israel. Alludit Gregorius ad hunc locum Exodi xvii: Ad huc paululum, et lapidabit me, scilicet populus. Caserum nullibi legimus Moyseu lapidibus suis impletum.*

<sup>b</sup> *Bigot., Longip., Val. Cl., etiam cum pro inimicis. Sequimur C. Germ. et alios antiqu.*

<sup>c</sup> *Bigot., pro amico nihil postulat qui pro inimico*

est. Retinenda haec essent, si remittenda nobis delicta non essent. Advocatus etenim noster precepit nobis in causa nostra compositus; et ipse ejusdem causæ judex est, qui advocatus. Preci autem quam compositus conditionem inseruit, dicens: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (*Math. vi. 12*). Quia ergo ipse judex venit, qui advocatus extinxit, ipse precepit exaudit qui fecit. Aut ergo non facientes dicimus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*, et nosmetipsos hoc dicendo amplius ligamus; aut fortasse conditionem hanc in oratione intermissimus, et advocatus noster precepit quam compositus non recognoscit, atque apud se protinus dicit: *Scio quid monui, non est ipsa oratio quam feci. Quid ergo nobis agendum est, fratres, nisi ut verae charitatis affectum impendamus fratribus?* Nulla in corde malitia maneat. Consideret omnipotens Deus erga proximum charitatem nostram, ut nostris impendat iniquitatibus pietatem suam. Mementote quod monemur: *Dimitte, et dimittetur vobis* (*Luc. vi. 37*). Ecce debetur nobis, et debemus. Dimitiamus ergo quod debetur nobis, ut dimittatur quod debetur a nobis. Sed ad haec mens renititur, et vult implere quod audit, et tamen reluctatur.

Ad martyris tumbam consistimus, qui ad coeleste regnum ex qua morte pervenerit scimus. Nos si pro Christo corpus non ponimus, saltem animum vincamus. Placatur Deus isto sacrificio, approbat in iudicio pietatis sue victoriam pacis nostræ. Certamen enim nostri cordis aspicit; et qui post vincentes remunerat, nunc decertantes juvat, per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA XXVIII.

Habita ad populum in basilica sanctorum Nerei et Achillei, die natalis eorum.

LECTIO 8. EVANG. SEC. JOAN. IV, 46-53.

In illo tempore, erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Jesus veniret a Iudea in Galileam, abiit ad eum, et rogabat eum ut descendere, et sanaret filium ejus. Incipiebat enim mori. Dicit ergo Jesus ad eum: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.* Dicit ad eum regulus: Domine, descendere priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus: *Vade, filius tuus vivit.* Credidit homo sermoni quem dixit ei Jesus, et ibat. Jam autem eo descendente, servi occurserunt ei, et nuntiaverunt dicens quia filius ejus viverebat. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ex charitate veraciter non orat.

<sup>d</sup> *Excusi, et nostris.*

<sup>e</sup> *Duo priores Gemet., cui laus et gloria per, etc.*

<sup>f</sup> *In Cod. reg. Suec. est vigesima tercia, ubi legitur habita in cemiterio sanctorum Nerei et Achillei. Est in Cod. Later. vigesima nona, in Corb. vigesima sexta.*

<sup>g</sup> *Belyat. et Corb. Germ.; melius habuerat.*

*ergo pater quia illa hora erat in qua dixerat ei Iesu: Filius tuus vivit. Et credidit ipse, et domus ejus tota.*

**1566** 1. Lectio sancti Evangelli, quam modo, fratres, audistis, expositione non indiget. Sed ne hanc taciti præterisse videamur, exhortando potius quam exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autem nobis solummodo de expositione video esse requirendum, cur is qui ad salutem filio petendam venerat audivit: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis?* Qui enim salutem filio quarebat, procul dubio credebat. Neque enim ab eo quarebat salutem quem non crederet salvatorem. Quare ergo dicitur: *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*, qui ante credidit quam signum videret? Sed mementote quid petiit, et aperte cognoscetis quia in fide dubitavit. Poposcit namque ut descenderet, et sanaret filium ejus. Corporalem ergo præsentiam Domini quarebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit, quem non putavit posse salutem dare, nisi præsens esset et corpore. Si enim perfecte credidisset, procul dubio sciret quia non esset locus ubi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffusus est, <sup>a</sup> quia honore non dedit majestati, sed præsentia corporali. Salutem itaque filio petiit, et tamen in fide dubitavit, quia eum ad quem venerat, et potentem ad curandum credidit, et tamen morienti filio esse absentem putavit. Sed Dominus, qui rogatur ut vadat, quia non desit ubi invitatur indicat, solo iussu salutem reddidit qui voluntate omnia creavit.

2. Qua in re hoc est nobis solerter intuendum, quod, sicut evangelista alio testante didicimus, centurio ad Dominum venit dicens: *Domine, puer meus jacet paralyticus <sup>b</sup> in domo mea, et male torquetur.* Cui a Jesu protinus responderet: *Ego veniam et curabo sum* (*Matth. VIII, 6, 7*). Quid est quod regulus rogat ut ad ejus filium veniat, et tamen ire corporaliter recusat; ad servum vero centurionis non invitatur, et tamen se corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per corporalem præsentiam non dignatur adesse, centurionis servo non dignatur occurrere. Quid est hoc, nisi quod superbia nostra retunditur, **1567** qui in hominibus non naturam qua ad imaginem Dei facti sunt, sed honores et divitias veneramur? Cumque pensamus quæ circa eos sunt, profecto interiora minime providemus, dum ea consideramus quæ in corporibus despacta sunt, negligimus pensare quod sunt. Redemptor vero noster ut ostenderet quia quæ alta sunt hominum <sup>c</sup> despicienda sunt, et quæ despacta sunt hominum sanctis despicienda non sunt, ad filium reguli ire noluit, ad servum centurionis ire paratus fuit. Incredita est ergo superbia nostra, quæ nescit pensare homines propter homines. Sola, ut diximus, quæ circumstant hominibus pensat, na-

A turam non aspicit, honorem Dei in hominibus non agnoscit. Ecce ire non vult Filius Dei ad filium reguli, et tamen venire paratus est ad salutem servi. Certe si nos cujuspiam servus rogaret ut ad eum ire deberemus, protinus nobis nostra superbia in cogitatione tacita responderet, dicens: Non eas, quia tomet ipsum degeneras, honor tuus despiciatur, locus vilescit. Ecce de cœlo venit qui servo in terra occurrere non despicit; et tamen humiliari in terra contemnimus, qui de terra sumus. Quid vero apud Deum vilius, quid despiciens esse potest, quam servare honorem apud homines, et interni testis oculos non timere? Unde et in sacro Evangelio ad Pharisæos Dominus ait: *Vos estis qui justificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus altum est abominabile est apud Deum* (*I. Luc. XVI, 15*). Notate, fratres, notate quod dicitur. Si enim quod hominibus altum est abominabile est apud Deum, cordis nostri cogitatio tanto apud Deum in imo est, quanto hominibus in alto, et humilitas cordis nostri tanto apud Deum in alto est, quanto hominibus in imo.

3. d Despiciamus ergo si quid boni gerimus, nulla nos nostra inflet operatio, non rerum abundantia, non gloria extollat. Si quibuslibet ex bonis affluentibus intus intumescimus, Deo despici sumus. Quo contra de <sup>e</sup> humiliis Psalmista dicit: *Custodiens parvulos Dominus* (*Psalm. cxiv, 6*). Quia parvulos humiles appellat, **1568** postquam sententiam protulit, consilium subjungit; nam quasi quereremus quid ipse ad hæc faceret, adjunxit: *Humiliatus sum, et liberavit me* (*Ibid.*). Hæc ergo cogitate, fratres, hæc tota intentione pensate. Nolite in proximis vestris mundi hujus bona venerari. Hoc propter Deum honorare in hominibus, quibus tamen commissi non estis, quod facti sunt ad imaginem Dei. Quod tunc proximis vere servatis, si apud v. smetipos prius in corde non intumescitis. Nam qui se adhuc pro <sup>f</sup> rebus transitoriis extollit, nescit in proximo venerari quod maneat. Nolite ergo in vobis metipsis pensare quod habetis, sed quid estis. Ecce mundus qui diligitur fugit. Sapienti isti, ad quorum tunquam consistinut, florentem mundum mentis respectu calcaverunt. Erat vita longa, salus continua, opulentia in rebus, secunditas in propagine, tranquillitas in diurna pace; et tamen cum in seipso floreret, jam in eorum cordibus inundus aruerat. Ecce jam mundus in seipso aruit, et adhuc in cordibus nostris floret. Ubique mors, **1569** ubique luctus, ubique desolatio, undique percutimur, undique amaritudinis replemur; et tamen cæca mente carnalis concupiscentiae ipsas ejus amaritudines amamus, fugientem sequimur, labenti inhæremus. Et quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur, quem ca-

<sup>a</sup> Ita C. Germ. et sere omnes MSS. Unde miror vet. Ed. ac recentiores prætulisse quia virtutem non dedit. Occasionem præbere potuit Longip., in quo legitur qui virtutem honoris.

<sup>b</sup> Aboet mea a C. Germ., tributa Germet. ac al.

<sup>c</sup> Duo Carn. et Corb. Germ., senectis despicienda sunt.

<sup>d</sup> Secundus Carn., respiciamus.

<sup>e</sup> Corb. non habet de humiliis.

<sup>f</sup> Duo priores Germet., rebus temporalibus.

dentem tenemus. Aliquando <sup>a</sup> nos mundus defectatione sibi tenuit; nonc tantis plagiis plenus est, ut ipse nos jam mundus mittat ad Denm. Pensate ergo <sup>b</sup> quia nulla sunt quae temporaliter currunt. Finis temporalium ostendit quam nihil sit quod transire potuit. Casus rerum indicat quia res transiens et tunctus prope nihil fuit cum stare videretur. Haec ergo, fratres eharissimi, sollicita consideratione pensate, in æterni natus amore configite; ut dum terrena culmina adipisci contemnitis, perveniat ad gloriam, quem per fidem tenetis, per Jesum Christum Dominum nostrum, qui vivit et regnat Deus cum Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

### > HOMILIA XXIX.

Habita ad populum in basilica beati Petri apostoli, <sup>B</sup>  
in Ascensione Domini.

LECTIO 5. EVANG. SEC. MARC. XVI, 14-20.

In illo tempore, recubentibus undecim discipulis, apparuit illis <sup>c</sup> Jesus, et exprobavit incredulitatem eorum, et duritiam cordis, quia his qui viderant eum surrexisse non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit salvus erit; qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo dæmonia efficiunt, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super regnos manus imponent, et bene habebunt. Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.

**1568** 1. Quod resurrectionem dominicam discipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas quam nostra, ut ita dicam, futura firmitas fuit. Ipsa namque resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monstrata est: quæ dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quam de illorum dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalene præstitit, quæ citius credidit quam Thomas qui diu dubitavit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit, et de nostro pectore dubietatis vulnera amputavit. Ad insinuandam quoque veritatem dominice resurrectionis notandum nobis est quid Lucas referat, dicens: Convalescens præcepit eis a Jerosolymis ne discederent (Act. 1, 4). Et post pauca: Videntibus illis, elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum (Ibid., 9). Notate verba, signate mysteria. Convalescens elevatus est. Comedit, et ascendit, ut videlicet per effectum comeditionis veritas patesceret carnis. Marcus vero priusquam **1569** cœlum Dominus ascendat, eum de cordis atque

<sup>a</sup> Ita Corb., Belvac., Corb. Germ. et potiores. In secundo Carmut. legitur mundus defecti, retraxit a Deo, quem sequuntur omnes Ecclasi, nisi quod Gas-sav. omisit delectatione.

<sup>b</sup> Sæcula. et alii, quam nulla sunt.

<sup>c</sup> In Lateran. est vigesima prima. In Cod. reg. Suec. vigesima secunda. In Corb. decimæ nona.

<sup>d</sup> Haec desiderantur in Later. et primo Germ.

A Infidelitatis duritia increpasse discipulos memorat. Quia in re quid considerandum est, nisi quod idcirco Dominus tunc discipulos increpavit, cum eos corporaliter reliquit, ut verba quæ recedens diceret in corde audientium æternis impressa remanuerent? Incredula igitur corrum duritia, quid admonendo dieat, audiamus: Euntes in mundum universum, prædicante Evangelium omni creaturæ.

2. Nunquid, fratres mei, sanctum Evangelium vel insensatis rebus, vel brevis animabilibus funeral prædicandum, ut de eo discipulis dicatur: « Prædicante omni creaturæ? Sed omnis creaturæ nomine signatur homo. Sunt namque lapides, sed nec vivunt, nec sentiunt. Sunt herbæ et arbusta; vivunt quidam, sed non sentiunt. Vivunt dico, non per animam, sed per viriditatem, quia et Paulus dicit: In sapientia non seminat non vivificatur, 1570 nisi prius moritur (I Cor. xv, 36). Vivit ergo quod moritur, et vivificetur. Lapides itaque sunt, sed non vivunt. Arbusta autem sunt, et vivunt, sed non sentiunt. Bruta vero animalia sunt, vivunt, sentiunt, sed non discernunt. Angeli etenim sunt, vivunt, sentiunt, et discernunt. Omnis autem creaturæ aliquid habet homo. Habet namque communem esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo, juxta aliquid omnis creatura est homo. Omni ergo creaturæ prædicatur Evangelium, cum soli homini prædicatur, quia illæ videlicet docetur, propter quem in terra enclavis creata sunt, et a quo omnia per quamdam similitudinem aliena non sunt. Potest etiam omnis creaturæ nomine, omnis ratio gentium designari. Ante etenim dictum fuerat: In eam gentium ne abierteis (Math. x, 5). Nunc autem dicitur, Prædicate omni creaturæ, ut scilicet prius a Judæa apostolorum repulsa prædicatio tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suæ testimoniū superba repudiassem. Sed cum discipulos ad prædicandum Veritas móttit, quid aliud in mundo facit, nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, ut multarum messium fruges recipiat ex nostra fide. Neque enim in universo mundo tanta fidellum messis exsigeret, si de manu Domini super rationalem terram illa electa grana prædicantium non venissem. Sequitur:

3. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Fortasse unusquisque apud semetipsum dicat: Ego jam credidi, salvus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, mortibus non contradicet. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui con-

Leguntur in C. Germ., in Cod. reg. Suec. et aliis. In lib. Sacram. Ed. Pamelii et Menardi, ac in capl. Rom. J. Frontonis legitur Ascensa, non Ascensio.

<sup>e</sup> C. Germ., Dominus Jesus.

<sup>f</sup> Gemet. et C. Germ., duicitationis.

<sup>g</sup> Duo priores Gemet., prædicante Eccl. omni.

ſentur se noſſe Deum, factis autem negant (*Tit.* 1). Hinc Joannes ait: Qui dicit se noſſe Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est (*I Joan.* ii, 6). Quod cum ita sit, fidei nostrae veritatem in vita nostra consideratione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus operibus implemus. In die quippe bapti-nat⁹ omnibus nos antiqui hostis operibus atque omnibus pompis abrenuntiare promisimus. Itaque unusquisque vestrum ad considerationem suam mentis oculos reducat; et si servat post baptismum quod ante baptismum spopondit, certus jam quia fidelis est, gaudeat. Sed ecce quod promisit minime servavit, si ad exercenda prava opera, ad concupiscendas mundi pompas, diapsus est; videamus si jam scit plangere quod erravit. Apud misericordem namque judicem nec ille fallax habebitur, qui ad veritatem revertitur, etiam postquam mentitur, quia omnipotens Deus dum libenter nostram poenitentiam suscipit, ipse suo iudicio hoc quod erravimus abscondit (32, q. 1, c. 10).

Sequitor:

4. *Signa autem eos qui credituri sunt haec sequentur. In nomine meo daemonia ejicient, linguis loquentur noſſis, serpentes tollent; et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super aegros manus 1571 impo- nent, et bene habebunt. Nunquidnam, fratres mei, quia ista signa non facitis, minime creditis? Sed haec necessaria in exordio Ecclesiae fuerunt. Ut enim fides cresceret, miraculis fuerat nutrienda, quia et nos cum arbusta plantamus, tardi⁹ eis aquam infundimus, quoque ea in terra jam convaluisse videamus; et si semel radicem fixerint, in rigando cesam⁹. Hinc est enim quod Paulus dicit: Lingua in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus (*I Cor.* xiv, 22). Habemus de his signis atque virtutibus quae adhuc subtilius considerare debeamus. Sancta quippe Ecclesia quotidie spiritualiter facit quod tunc per apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes ejus (*De consecrat. dist.* 4, c. 67) cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, et habitare malignos spiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, nisi daemonia ejiciunt? Et fideles qui que qui jam vita veteris saecularia verba derelinquent, sancta autem mysteria insonant, conditoris sui laudes et potentiam, quantum praevalent, narrant, quid aliud faciunt, nisi novis linguis loquuntur? qui dum bonis suis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt. Et dum pestiferas suasiones audiunt, sed tamen ad operationem pravam minime pertrahunt, mortiserum quem est quod bibunt, sed non eis nocebit. Qui quo-*

A ties proximos suos in bono opere infirmari conspi- ciunt, dum eis tota virtute concurrunt, et exemplo sua operationis illorum vitam roborant qui in pro- pria actione titubant; quid aliud faciunt, nisi super aegros manus imponunt, ut bene habeant? Quæ ni- mirum miracula tanto majora sunt, quanto spigilia; tanto majora sunt, quanto per haec non corpora, sed animæ suscitant: haec itaque signa, fratres charissimi, auctore Deo si vultis vos facitis. Ex illis enim exterioribus signis obtineri vita ab haec ope- rantibus non valet. Nam corporalia illa miracula ostendunt aliquando sanctitatem, non autem faciunt; haec vero spiritualia, quæ aguntur in mente, virtutem vitæ non ostendunt, sed faciunt. Illa habere et mali possunt, istis autem perfici nisi boni non possunt. B Unde de quibusdam Veritas dicit: Multi mihi dicent in die illa: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, & quia non novi vos; discedite a me qui opera- mini iniquitatem (*Math.* vii, 22, 23; *Psal.* vi, 9). Nolite ergo, fratres charissimi, amare signa quæ possunt cum reprobis haberi communia; sed haec quæ modo diximus charitatis atque pietatis mira- cula amate, quæ tanto securiora sunt, quanto et occulta, et de quibus apud Dominum eo major sit retributio, quo apud homines minor est gloria. Se- quitor:

5. *Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, et sedet a dextris Dei. In*

C Veteri Testamento cognovimus quod Elias sit raptus in caelum. Sed aliud est caelum aereum, aliud æthe- reum. Caelum quippe aereum terræ est proximum; unde et aves caeli dicimus, quia eas volitare in aere videmus. In caelum itaque aereum Elias sublevatus est, ut in secretam quamdam terræ 1572 regio- nem repente duceretur, ubi in magna jam carnis et spiritus quiete viveret, quoque ad finem mundi redeat, et mortis debitum solvat. Ille etenim mortem distulit, non evasit. Redemptor autem noster quia non distulit, superavit, eamque resurgendo consum- psit, et resurrectionis suæ gloriam ascendendo de- claravit. Notandum quoque est quod Elias in corru- legitur ascendisse, ut videlicet aperte demonstrare- tur quia homo purus adjutorio indigebat alieno. Per angelos quippe facta illa et ostensa sunt adjumenta, quia nec in caelum quidem aereum per se ascendere poterat, quem naturæ suæ infirmitas gravabat. Re- demptor autem noster non curru, non angelis suble- vatus legitur, quia is qui fecerat omnia nimis super omnia sua virtute serebatur. Illo etenim rever-

<sup>a</sup> *Vulgati, irrigatio cessabit. Cedendum judicavimus MSS. Corb., Belvac., C. Germ., etc., auctoritati, quæ nostræ lectioni suffragatur.*

<sup>b</sup> *Longip. et Val. Cl., quia nunquam novi vos.*

<sup>c</sup> *Expunximus omnes, quod in recent. Ed. irrepre- rat, contra MSS. fidem.*

<sup>d</sup> *Duo Carnut., quæ possunt boni cum reprobis ha- bere.*

<sup>a</sup> Secundus Carn., consideret si servat.

<sup>b</sup> Belvac. et duo Carn., servavit, ad exercenda, etc.

<sup>c</sup> Bigot. post abscondit addit: quia Deus pro pec- cato poenitentiam suscipit, signa autem, etc.

<sup>d</sup> Sic legendum ex Corb., Belvac., C. Germ., Car- nut., Gemet., etc., et ex vet. Ed. In recentioribus habetur: ut enim ad fidem cresceret, etc.

<sup>e</sup> Ita quoque habent MSS. Cod. et vet. Excusi, cum recentiores maluerint scribere jam coaluisse.

tebatur ubi erat, et inde redibat ubi remanebat, **A** quia cum per humanitatem ascenderet in cœlum, per divinitatem suam et terram pariter continebat et cœlum.

6. Sicut autem Joseph a fratribus venditus vensionem Redemptoris nostri figuravit, sic Enoch translatus, atque ad cœlum aereum Elias sublevatus, Ascensionem dominicam designavit. Ascensionis ergo suæ Dominus prænuntios et testes habuit, unum ante legem, alium sub lege, ut quandoque veniret ipse qui veraciter cœlos penetrare potuisset. Unde et ipse ordo in eorum quoque utrorumque sublevatione per quædam incrementa distinguitur. Nam Enoch translatus (*Genes. v, 24*), Elias vero ad cœlum subiectus esse memoratur (*IV Reg. ii, 11*), ut veniret postmodum qui nec translatus, nec subiectus, cœlum æthereum sua virtute penetraret. Qui nobis in se credentibus <sup>a</sup> quia carnis quoque munditiæ largiretur, et sub eo per incrementa temporum virtus castitatis excresceret, in ipsa quoque eorum translatione qui Ascensionem dominicam ut videlicet famuli designaverunt, et in seipso qui ad cœlum ascendit, Dominus ostendit. Nam Enoch quidem uxorem et filios habuit; Elias vero neque uxorem; neque filios legitur habuisse. Pensate ergo quomodo per incrementa creverit munditia sanctitatis, quod et per translatos famulos <sup>b</sup> et per ascendentis Domini personam patenter ostenditur. Translatus namque est Enoch et per coitum genitus, et per coitum generans. Raptus est Elias per coitum genitus, sed non jam per coitum generans. Assumptus vero est Dominus neque per coitum generans, neque per coitum generatus.

7. Considerandum vero nobis est quid est quod Marcus ait: *Sedet a dextris Dei*; et Stephanus dicit: *Video cœlos apertos, et filium hominis stantem a dextris Dei* (*Act. vii, 55*). Quid est quod hunc Marcus sedentem, Stephanus vero stantem se videre testatur? Sed scitis, fratres, quia sedere judicantis est, stare vero pugnantis vel adjuvantis. Quia ergo Redemptor noster assumptus in cœlum, et nunc omnia judicat, et ad extremum judex omnium venit, hunc post assumptionem Marcus sedere describit, quia post Ascensionis suæ gloriam judex in fine videbitur. Stephanus vero in labore certaminis positus stantem vidit, quem adjutorem habuit, quia ut iste in terra persecutorum infidelitatem vinceret, pro illo de cœlo illius gratia pugnavit.

**1573** 8. Sequitur: *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Dominu cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis*. Quid in his considerandum est, quid memorias commendandum, nisi quod præceptum obedientia, obedientiam vero signa secula sunt? Sed quia, auctore Deo, breviter lectionem

<sup>a</sup> Editi etiam veteres, invitis MSS. ac reluctantie sensu, quia carnis sua munditiæ.

<sup>b</sup> Primus Carnut., per Ascensionem Domini.

<sup>c</sup> Duo priores Gemel. et Bigot., post assumptionis.

<sup>d</sup> Duo priores Gemel., nobilitate.

<sup>e</sup> Belvac. et secundus Carn., adtenditur.

Evangelicam exponendo transcurrimus, restat ut alliquid de ipsa tantæ solemnitatis consideratione dicamus.

9. Hoc autem nobis primum querendum est, quidnam sit quod nato Domino apparuerunt angeli, et tamen non leguntur in albis vestibus apparuisse, ascendeante autem Domino, missi angeli in albis leguntur vestibus apparuisse. Sic etenim scriptum est: *Videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri steterunt juxta illos in vestibus albis* (*Act. i, 9*). In albis autem vestibus gaudium et solemnitas mentis <sup>f</sup> ostenditur. Quid est ergo quod nato Domino, non in albis vestibus, ascendeante autem Domino, in albis vestibus angeli apparent, nisi quod

**B** tunc magna solemnitas angelis facta est, cum cœlum Deus homo penetravit? Quia nascente Domino videbatur divinitas humiliata; ascendeante vero Domino, est humanitas exaltata. Alba etenim vestes exaltationi magis congruunt quam humiliationi. <sup>g</sup> In assumptione ergo ejus angeli in albis vestibus videri debuerunt, quia qui in nativitate sua apparuit Deus humilis, in Ascensione sua ostensus est homo sublimis.

10. Sed hoc nobis magnopere, fratres charissimi, in hac solemnitate pensandum est, quia deletum est hodierna die chirographum damnationis nostræ, mutata est sententia corruptionis nostræ. Illa enim natura cui dictum est: *Terra es, et in terram ibis* (*Genes. iii, 19*), hodie in cœlum ivit. Pro hac ipsa namque carnis nostræ sublevatione per figuram beatus Job Dominum avem vocat. Quia enim Ascensionis ejus mysterium Judæam non intelligere conspergit, de infidelitate ejus sententiam protulit, dicens: *Semitam ignoravit avis* (*Job. xxviii, 7*). Avis enim recte appellatus est Dominus, quia corpus carneum ad æthera libravit. Cujus avis semitam ignoravit quisquis eum ad cœlum ascendisse non credidit. De hac solemnitate per Psalmistam dicitur: *Elevata est magnificientia tua super cœlos* (*Psal. viii, 2*). De hac rursum ait: *Ascendit Deus in jubilatione, et Dominus in voce tubæ* (*Psal. xlvi, 6*). De hac iterum ait: *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus* (*Psal. lxvii, 19*). Ascendens quippe in altum captivam duxit captivitatem, quia corruptionem nostram virtute suæ incorruptionis absorbut. Dedit vero dona hominibus, quia, misso desuper Spiritu, ali sermonem sapientiæ, ali sermonem scientiæ, ali gratiam virtutum, ali gratiam curacionum, ali genera linguarum, ali interpretationem tribuit sermonum (*I Cor. xii, 8*). Dedit ergo dona hominibus. <sup>h</sup> De hac Ascensionis ejus gloria etiam Habacuc ait: *Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo* (*Habac. xi, 11, sec. LXX*). Quis enim solis no-

<sup>f</sup> Ita C. Germ., Belvac., Gemel., Longip., Bigot. In Excusis habes in ascensione.

<sup>g</sup> In recent. Ed., post vocem hominibus, irrepsit: *dum per hujus spiritus gratiam eorum virtus in massum excrevit. De hac, etc. Quæ, nec in mass. nec in vet. Excusis inventa, resecanda duximus.*

mine nisi Dominus, et quæ lunæ nomine nisi Ecclesia designatur? Quousque enim Dominus ascendit ad celos, sancta ejus Ecclesia adversa mundi omnimodo formidavit; at postquam ejus Ascensione roborata **1574** est, aperie prædicavit quod occulit credidit. Elevatus est ergo sol, et luna stetit in ordine suo, quia cum Dominus cœlum petiit, sancta ejus Ecclesia in auctoritate prædicationis excrevit. Hinc ejusdem Ecclesiæ voce per Salomonem dicitur: *Ecce iste venit saliens in montibus, et transitius colles (Cant. II, 8).* Consideravit namque tantorum operum culmina, et ait: *Ecce iste venit saliens in montibus.* Veniendo quippe ad redēptionem nostram, quosdam, ut ita dixerim, salius dedit. Vultis, fratres charissimi, ipsos ejus saltus agnoscere? De cœlo venit in uterum, de utero venit in præsepe, de præsepe venit in crucem, de cruce venit in sepulcrum, de sepulcro rediit in cœlum. Ecce, ut nos post se currere faceret, quosdam pro nobis salutis manifestata per carnem veritas dedit, quia *exultauit ut gigas ad currendum viam suam (Psalm. XVIII, 6).* ut nos ei diceremus ex corde: *\* Trahe nos post te, curremus in odorem unguentorum tuorum (Cant. I, 5).*

**11.** Unde, fratres charissimi, oportet ut illuc sequamur corde, ubi cum corpore ascendas credimus. Desideria terrena fugiamus, nihil nos jam delectet **1575** in insimis, qui patrem habemus in cœlis. Et hoc nobis est magnopere perpendendum, quia is qui placidus ascendit terribilis rediit; et quidquid nobis cum mansuetudine præcepit, hoc a nobis cum distictione exiget. Nemo ergo indulta poenitentiae tempora parvipendat, nemo curauit sui, dum valet, agere negligat, quia Redemptor noster tanto tunc in iudicium districtior veniet, quanto nobis ante iudicium magnam patientiam prærogavit. Haec itaque vobiscum, fratres, agite, haec in mente sedula cogitatione versato. Quavis adhuc rerum perturbationibus animus fluctuet, iam temen spei vestre anchoram in æternam patriam figite, intentionem mentis in vera luce solidate. Ecce ad cœlum ascendisse Dominum audivimus. Hoc ergo servemus in meditatione quod credimus. Et si adhuc hic temem infirmitate corporis, sequamur tamen eum passibus amoris. Non autem deserit desiderium nostrum ipse qui dedit, Jesus Christus Dominus noster, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### b HOMILIA XXX.

Habita ad populum in basilica sancti Patri apostoli, <sup>c</sup> die sancto Peatecosten.

<sup>a</sup> Corb. et C. Germ., *trahe me post-te.*

<sup>b</sup> In Corb. est vigesima. In Cod. reg. Suec. vigesima quarta. In Lateran. vigesima secunda.

<sup>c</sup> Abest hoc a Later. et a primo Gemet.

<sup>d</sup> In Belvæ. et plur., dicebat Dom. Jesus. Excusi, dixit Jesus.

<sup>e</sup> Belvæ, ad Patrem meum.

<sup>f</sup> Primus Germ., quod amat.

<sup>g</sup> Ita C. Germ., Belvac, secundus Gemet., pri-

#### LECTIO 8. EVANG. SEC. JOAN. XIV, 23-31.

In illo tempore, <sup>d</sup> dicebat Jesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis non est meus, sed ejus qui misit me Pater. Haec loculus sunt vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docbit omnia, et suggesteret vobis omnia quacunque dixerit vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbet cor vestrum, neque formidel. Audistis quia ego dixi vobis: Vado et venio ad vos. Si diligenteris me, gauderatis tunc, quia vado <sup>e</sup> ad Patrem, quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fias, ut cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

**1574** 1. Libet, fratres charissimi, evangelicam verba lectionis sub brevitate transcurvere, ut post diutius licet in contemplatione tunc solemnitas immorari. Hodie namque Spiritus sanctus repente sonitu super discipulos venit (Act. II, 2, seq.), monesque carnalium in sui amorem permotavit, et foris apparentibus linguis ignea, intus facta sunt corda flammantia, quia dum Deum in ignis visione accipiunt, per amorem suaviter arserunt. Ipse namque Spiritus sanctus amor est. Unde et Joannes dicit: *Deus caritas est (I Joan. IV, 8, 16).* Qui ergo mente integra Deum desiderat, profecto jam habet quem amat. Neque enim quisquam posset Deum diligere, si **1575** cum quem diligit non haberet. Sed ecce, ei unusquisque vestrum requiratur an diligit Deum, tota fiducia et secura mente respondet, Diligo. Tu ipso autem lectionis exordio audistis quid Veritas dicit: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit.* Probatio ergo dilectionis, exhibito est operis. Hinc in Epistola sua idem Joannes dicit: *Qui dicit, Dilige Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est (Ibid., 20).* Vere etenim Deum diligimus, et si ad mandata ejus nos a nostris voluntatis coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria difflit, profecto Deum non amat, quia ei in sua voluntate contradicit.

**1576** 2. Et Pater meus diligit eum, et ad eum veniamus et mansionem apud eum faciemus. Pensate, fratres charissimi, quanta sit ista <sup>b</sup> solemnitas, habere in cordis hospitio adventum Dei. Certe si dominum vestram quisquam dives ac præpotens amicus

enes Carn., Bigot, et potiores, galibus consentinunt vet. Ed. In aliis legitur et mandata ejus custodimus, si nostra nostris. In Longip., Val./Cl. et primo Gemet. habes, si mandata ejus servamus, vere eum diligimus, si a nostris, etc.

<sup>b</sup> Recensioribus Edit. magis placuit dignitas quam solemnitas; quæ tamen vox legitor in antiquis Ms et Excusis.

intraret, omni festinatio domus tota mundaretur, ne quid fortasse esset quod oculos amici intrantis offendiceret. Tergat ergo sordes pravi operis, qui Deus preparat domum mentis. Sed videte quid Veritas dicat : *Venimus, et mansio-  
nem apud eum facie-  
mus.* In quorundam etenim corda venit, et mansio-  
nem non facit, quia per compositionem quidem Dei  
respectum percipiunt, sed temptationis tempore hoc  
ipsum quod compuncti fuerant obliviscuntur; siueque  
ad perpetuanda peccata redeunt, ac si hec minime  
planxissent. Qui ergo Deum vero diligit, qui ejus  
mandata custodit, in ejus corde Dominus et venit et  
mansio facit, quia sic cum divinitatis amor po-  
netrat, ut ab hoc amore temptationis tempore non  
recedat. Ille ergo vere amat, cujus videlicet mentem  
delectatio prava ex consensu non asperat. Nam  
tanto quisque a superno amore disjungitur, quanto  
inferius defectatur. Unde et adhuc subditur : *Qui  
non diligit me, sermones meos non servat.* Ad vosmet-  
ipso ergo, fratres charissimi, introrsus redite; si  
Deum vero amatis, exquirite; nec tamen sibi aliquis  
credat, quidquid sibi animatus sine operis attestacione  
responderit. De dilectione conditoris, lingua, mens,  
et vita requiratur. Nunquam est Dei amor otiosus.  
Operatur etenim magna, si est; si vero operari re-  
mit, amor non est.

*Et sermonem quem audistis non est meus, sed regis  
qui misit me Patri. Scitis, fratres charissimi, quia  
ipse qui loquitur unigenitus Filius Verbum Patris  
est, et ideo sermo quem loquitur Filius non est Filii,  
sed Patris, quia ipse Filius Verbum est Patris. Hec  
locutus sum vobis apud vos manens. Quando non ma-  
neret apud eos, qui ascensus oculum promittit, di-  
cens : *Ecce ego vobis sum omnibus diebus usque ad  
consummationem saeculi* (Matth. xxviii, 20)? Sed Ver-  
bum incarnatum et manet et recedit : recedit corpo-  
re, manet divinitate. Apud eos ergo tunc se man-  
sisse perhibet, quia qui invisibili semper poten-  
tiae \* praesens erat, corporali jam visione rece-  
debat.*

3. *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet  
Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et sug-  
geret vobis omnia quaecunque dixerit vobis.* Nostis plu-  
rimi, fratres mei, quod Graeca locutione paraclitus  
Latina advocatus dicitur, vel consolator. Qui idcirco  
advocatus dicitur, quia pro errore delinquentium  
apud justitiam Patris intervenit. Qui unius substanc-  
iae cum Patre et Filio, exorare pro delinquentibus  
perhibetur, quia eos quos repleverit, exorantes fa-  
cit. Unde et Paulus dicit : *Ipse enim Spiritus postu-  
lat pro nobis, gemitis inenarrabilibus* (Rom. viii, 26).  
Minor vero est qui postulat quam qui postulator;  
quonodo ergo Spiritus postulare dicitur qui minor  
non est? Sed ipse Spiritus postulat, quia ad postu-  
landum eos quos repleverit inflamat. Consolator  
autem idem Spiritus vocatur, quia de peccati pier-  
tratione moerentibus, dum spem veniae preparat, ab  
afflictione tristitiae mentem levat. De quo recte pro-

A militatur : *Ipse vos docebit omnia.* Quia nisi idem  
Spiritus cordi adsit audientis, **1577** otiosus est  
sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat  
quid ex ore docentis intelligit, quia nisi intes sit qui  
doreat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat.  
Ecce unam loquentis vocem omnes pariter audit, ne  
tamen pariter sensum auditae vocis percipit. Cum ergo vox dispar non sit, cur in cordibus vestris  
dispar est vocis intelligentia, nisi quia per hoc quod  
vox loquentis communiter admonet, est magister  
interior qui de vocis intelligentia quosdam specialiter  
docet? De hac actione Spiritus rursus per Iohannem  
dicuntur : *Sicut nescio ejus docet vos de omnibus* (I  
Joan. ii, 27). Per vocem ergo non instruitur, quando  
mens vel Spiritum non uigilat. Sed cur ista de do-  
ctrina hominum loquimur, quando et ipse conditor  
non ad eruditorem hominis loquitur, si eidem ho-  
minis perunctionem Spiritus non loquatur? Certe  
Cain, priusquam fratricidium opere perpetraret, au-  
divit : *Peccasti quicunque* (Genes. iv, 7, iuxta LXX). Sed  
quia, culpis suis exigentibus, voce est admonitus,  
non uinctione Spiritus, audire verba Dei potuit, sed  
servare contempsoit. Requirendum vero nobis est cur  
de eodem Spiritu dicatur : *Suggeret vobis omnia,*  
cum suggestio scelus esse minoria. Sed quia sugge-  
rere aliquando dicitur subministrare, invisibilis  
Spiritus suggestio dicatur, non quod nobis scientiam  
ab imo inferat, sed ab occulto. *Pacem relinquo vobis,*  
*pacem meam do vobis.* Hic relinquo, illic do. Seque-  
ntibus relinquo, pervenientibus do.

C 4. Ecce, fratres charissimi, verba sacra lectionis  
sub brevitate discussimus, nunc in contemplationem  
mentis festivitatis animorum transferimus. Sed quia  
cum lectione evangelica vobis est etiam Actuum  
apostolorum lectio recitata (Act. ii), ex ea ergo ali-  
quid in usum nostrae contemplationis trahamus. Au-  
distis etenim quia Spiritus sanctus super discipulos  
in igne linguis apparuit, omniumque linguarum  
scientiam dedit. Quid scilicet hoc miraculo desi-  
gnans, nisi quod sancta Ecclesia, eodem Spiritu re-  
pleta, omnium gentium erat voce locutura? Qui  
vero contra Deum turram adflictere conati sunt com-  
munionem unius lingue perdiderunt (Genes. xi, 8),  
in his autem qui Deum humiliter metuebant lingue  
omnes unitae sunt. Hic ergo humilitas virtutem  
mutavit, illic superbia confusionem.

D 5. Sed querendum nobis est cur sanctus Spiritus,  
Patri et Filio coeterus, in igne apparuit, cur in  
igne simul et linguis, cur aliquando in columba, ali-  
quando vero in igne monstratur, cur super unigeni-  
tum Filium apparuit in columba specie, et super  
discipulos in igne (Act. ii, 2 seq.); ita ut neque super  
Dominum veniret in igne, neque super discipulos  
monstraretur in columba. Per quatuor itaque haec  
qua proposuimus solvendō redēamus. Patri namque  
et Filio coeterus Spiritus in igne monstratur, quia  
incorporeus, ineffabilis, atque invisibilis igitur est  
Deus, attestante Paulo : *Deus noster ignis consumens*

\* Belvac. et C. Germ., praeerat.

est (*Hebr. xii, 29*). Deus quippe ignis dicitur, quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. De hoc igne Veritas dicit : *Ignem veni mittere in terram, et quid rolo, nisi ut ardeat* (*Luc. xii, 49*)? Terra enim vocata sunt corda terrena, quae, dum semper infimas in se cogitationes congerunt, a malignis spiritibus conculantur. Sed ignem Dominus in terram mittit cum afflato sancti Spiritus a corda carnalium incendit. Et terra ardet cum cor carnale in suis pravis voluptatibus frigidum, **1578** relinquat concupiscentias praesentis saeculi, et incenditur ad amorem Dei. Bene ergo in igne apparuit Spiritus, quia ab omni corde quod replet torpore frigoris excutit, et hoc in desiderium sue aeternitatis accedit. In igneis autem linguis monstratus est, quia idem Spiritus coeternus est Filiu, et habet cognitionem maximam lingua cum verbo. Verbum quippe Patris est Filius. Et quia una est Spiritus et <sup>b</sup> Verbi substantia, idem Spiritus monstrari debuit in lingua. Vel certo quia per linguam procedit verbum, in linguis apparuit Spiritus, quia quisquis sancto Spiritu tangitur, Dei Verbum, id est unigenitum Filium confitetur; et negare Dei Verbum non valet, quia jam sancti Spiritus linguam habet. Vel certe in linguis igneis apparuit Spiritus, quia omnes quos repleverit ardentes pariter et loquentes facit. Linguas igneas doctores habent, quia, dum Deum amandum praedican, corda audientium inflammant. Nam et otiosus est sermo docentis, si prebere non valet incendium amoris. Hoc doctrinam incendium ab ipso Veritatis ore conceperant, qui dicebant : *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum loqueretur in via et aperiret nobis Scripturas* (*Luc. xxiv, 39*)? Ex auditio quippe sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, a concupiscentiis terrenis aliena. Amor verus qui hanc repleverit, in fletibus cruciat; sed dum tali ardore cruciatur, ipsis suis cruciatis pascitur. Audire ei libet praecpta celestia; et quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur; et quae torpebat prius per desideria, ardet postmodum per verba. Unde bene per Moysen dicitur : *In dextera ejus ignea lex* (*Deut. xxxiii, 2*). Sinistra quippe reprobi, qui et ad sinistram ponendi sunt; dextera autem Dei appellantur electi. In dextera ergo Dei lex ignea est, quia electi mandata celestia nequaquam frigido corde audiunt, sed ad haec amores intimi facibus inardescunt. Sermo ad aurem ducitur, et mens eorum sibimet irata ex internae dulcedinis flamma concrematur. In columba vero Spiritus sanctus et in igne monstratus est, quia omnes quos repleverit, simplices et ardentes facit, simplices puritate, ardentes simulatione. Neque enim placere Deo potest aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate. Hinc ipsa Veritas dicit : *Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae*

<sup>a</sup> Belvac., mentes carn. C. Germ. et Gemet., cor carnarium.

<sup>b</sup> Belvac., ei verbi filii.

<sup>c</sup> Corb., columba simplicitas.

<sup>d</sup> Secundus Carn., muniamur.

(*Matth. x, 16*). Qua in re notandum est quod discipulos suos nec de columba sine serpente, nec de serpente sine columba voluit Dominus admonere, quatenus et columbae simplicitatem astutia serpentis accenderet, et serpentis astutiam <sup>e</sup> columbae simplicitas temperaret. Hinc Paulus ait : *Nolite pueri effici sensibus* (*1 Cor. xiv, 20*). Ecce prudentiam serpentis audivimus, nunc de simplicitate columbae <sup>d</sup> moneamur : *Sed malitia parvuli estote* (*Ibid.*). Hinc de beato Job dicitur : *Erat vir simplex et rectus* (*Job 1, 1*). Quae est autem rectitudo sine simplicitate, aut quae simplicitas sine rectitudine? Quia ergo et rectitudinem docet iste Spiritus et simplicitatem, et in igne monstrari debuit et in columba, quatenus <sup>e</sup> omne cor quod ejus gratia tangitur, et mansuetudinis lenitatem tranquillum, et zelo justitiae accensum flat.

6. Ad extreum vero querendum est cur in ipso Redemptore nostro **1579** Mediatore Dei et hominum per columbam apparuit, in discipulis vero per ignem? Certe unigenitus Dei Filius judex est generis humani. Sed quis ejus justitiam ferret, si prius quam nos per mansuetudinem colligeret culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisse? Homo ergo pro hominibus factus, mitem se hominibus prebuit. Noluit peccatores ferire, sed colligere. Prius voluit mansuete <sup>f</sup> corripere, ut haberet quos postmodum in iudicio salvaret. In columba ergo super eum apparere debuit Spiritus, qui non veniebat ut peccata jam per zelum persecuteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret. At contra super discipulos in igne debut Spiritus sanctus demonstrari, ut hi qui erant simpliciter homines, atque ideo peccatores, eos contra semetipsos spiritualis servos accenderet, et peccata, quibus Deus per mansuetudinem parceret, ipsi in se per poenitentiam punirent. Nec ipsi quippe esse poterant sine peccato qui adhærebant <sup>g</sup> celesti magisterio, Joanne attestante, qui ait : *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est* (*1 Joan. i, 8*). In igne ergo venit in hominibus, in columba vero apparuit in Domino, quia peccata nostra, quae pie Dominus per mansuetudinem tolerat, nos per zelum rectitudinis debemus caute conspicere, et ardore semper poenitentiae cremare. Igitur per columbam Spiritus in Redemptore monstratus est, per ignem vero in hominibus, quia quanto nobis nostri iudicis facta est severitas temperata, tanto erga se debet fieri nostra infirmitas accensa. Quatuor itaque propositionum exulta ratione, ad dona ejusdem Spiritus contemplanda transeamus.

7. De isto quippe Spiritu scriptum est : *Spiritus ejus ornavit celos* (*Job. xxvi, 15*). Ornamenta enim celorum sunt virtutes praedicantium. Quae videlicet ornamenta Paulus enumerat, dicens : *Alii datur per Spiritum sermo sapientiae, aliis sermo scientiae secundum*

<sup>e</sup> Omittitur cor in Ed. Gussanv. quod revocabimus ex MSS. et antiquis Editis.

<sup>f</sup> Bigot., Longip., Val. Cl., corrigerem.

<sup>g</sup> Duo priores Gemet., Longip. et Val. Cl., celesti magistro.

eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, alii <sup>a</sup> gratia sanitatum in uno Spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult* (*I Cor. XII, 8, seq.*). Quot ergo sunt bona prædicantium, tot sunt ornamenta cœlorum. Ilinc rursus scriptum est: *Verbo Domini cœli firmati sunt* (*Psal. xxxii, 6*). Verbum enim Domini, Filius est Patris. Sed eosdem cœlos, videlicet sanctos apostolos, ut tota simul sancta Trinitas ostendatur opera, repente de sancti Spiritus divinitate adjungitur: *Et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* (*Ibid.*). Cœlorum ergo virtus de spiritu sumpta est, quia mundi hujus potestatibus contraire non præsumerent, nisi eos sancti Spiritus fortitudo solidasset. Quales namque doctores sanctæ Ecclesiæ ante adventum hujus Spiritus fuerint scimus, et post adventum illius cuius fortitudinis facti sint conspicimus.

8. Certe iste ipse pastor Ecclesiæ, ad cujus sacra-tissimum corpus sedemus, <sup>a</sup> quantæ debilitatis, quantæque formidinis ante adventum Spiritus fuerit, ancilla ostiaria requisita dicat. Una enim mulieris voce percusus, dum mori timuit, vitam negavit (*Joan. xviii, 17*). <sup>b</sup> Et tunc Petrus negavit in terra, **1580** cum latro confiteretur in cruce (*Luc. XXII, 41, 42*). Sed vir iste tantæ formidinis qualis post adventum Spiritus existat audiamus. Fit conventus magistratus atque seniorum, cæsis denuntiatur apostolis ne in nomine Jesu loqui debeant: Petrus magna auctoritate respondit: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus* (*Act. v, 29*). Et rursus: *Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, judecate. Non enim possumus quæ vidimus et audiimus non loqui* (*Ibid., iv, 9, 10*). Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu <sup>c</sup> contumelias pati (*Ibid., v, 41*). Ecce gaudet Petrus in verberibus, qui ante in verbis timebat. Et qui prius ancillæ voce requisitus timuit, post adventum sancti Spiritus vires principum cæsus premit. Libet oculos fidei in virtutem opificis hujus attollere, atque sparsim Patres testamenti novi ac veteris considerare. Ecce, apertis eisdem oculis fidei, David, Amos, Daniele, Petrum, Paulum, Matthæum intueror, et sanctus iste Spiritus qualis sit artifex considerare volo, sed in ipsa mea consideratione desocio. Implet namque citharœdum puerum, et psalmistam facit (*I Reg. XVI, 18*). Implet pastorem armentarium sycomoros vellicantem, et prophetam facit (*Amos. VII, 14*). Implet abstinentem puerum, et judicem senum facit (*Dan. XIII, 46, seq.*). Implet pisacorem, et prædicatorem facit (*Matth. IV, 19*). Implet persecutorem, et doctorem gentium facit (*Act.*

<sup>a</sup> Secundus Carn., quantæ dubietatis.

<sup>b</sup> Sequimur hic Belvac., C. Germ., Gemet., Bigot., etc., potius quam Excusos, ubi legitur, et pensandum quia eum comprehensum Petrus negavit in terra, quem suspensus latro confessus est in cruce. In Longip. et Val. Cl., quem suspensus latro.

<sup>c</sup> Excusi, contumeliam.

<sup>d</sup> Implet publicanum, et evangelistam facit (*Luc. V, 27, 28*). O qualis est artifex iste Spiritus! Nulla ad descendum mora agitur in omne quod voluerit. Mox ut tetigerit mentem, docet, solumque tetigisse docuisse est. Nam humanum animum subiut illustrat immutat; <sup>d</sup> abnegat hunc repente quod erat, exhibet repente quod non erat.

9. Pensemus sanctos prædicatores nostros quales <sup>e</sup> hodierna die reperit, quales fecit. Certe qui in uno conclavi pro Judæorum metu residebant, nativitatis sue singuli linguam noverant, et tamen nec ea ipsa lingua quam noverant aperte Christum loqui presumebant. Venit Spiritus, et in ore eos per diversitatem linguarum docuit, in mente autem ex auctoritate roboravit (*Act. II, 2, seq.*). Cœperunt et in aliena Christum eloqui, qui de illo prius et in sua lingua loqui metuebant. Inflammatum etenim cor despexit tormenta corporis, quæ ante metuebat; vicit vim carnalis formidinis <sup>f</sup> præ amore conditoris. Et qui prius suis adversariis succumbebant formidine, eis jam præerant auctoritate. Qui ergo in tantæ eos celitudinis culmen erexit, quid aliud dixerim, nisi quod mentes terrenorum hominum cœlos fecit? Pensate, fratres charissimi, post incarnationem unigeniti Filii Dei qualis sit hodierna solemnitas de adventu Spiritus sancti. Sicut enim illa, ita quoque et hæc est honorabilis. In illa quippe Deus in se permanens suscepit hominem, in ista vero homines venientem desuper suscepunt Deum. In illa Deus naturaliter factus est homo, in ista homines facti sunt per adoptionem dñi. Si ergo remanere carnales in morte nolumus, hunc, fratres charissimi, vivificantem Spiritum amemus.

**1581** 10. Sed quia caro spiritum nescit, dicat fortasse carnali cogitatione apud se aliquis: Quomodo diligere valeo quem ignoro? Hoc et nos concedimus, quia mens, visibilibus intenta, videre nescit invisibilis. <sup>g</sup> Nulla enim nisi visibilia cogitat, eaque et cum non agit, eorum imagines introrsus trahit; dumque in imaginibus corporeis jacet, surgere ad incorporea non valet. Unde fit ut tanto deterius Creatorem nesciat, quanto in cogitatione sua familiarius corporalē creaturam portat. Sed cum Deum videre non possumus, habemus aliquid quod agamus, unde iter fiat quo ad eum nostræ intelligentiæ oculus veniat. <sup>h</sup> Certe quem in se videre nullo modo valemus, hunc in servis suis videre jam possumus. Quos dum mira conspicimus agere, certum nobis fit in eorum mentibus Deum habitare. In re autem incorporea & rebus corporalibus usum trahamus. Nemo etenim nostrum orientem clare solem, in sphæram illius intendendo, valet conspicere, quia tensi in ejus radiis oculi reverberantur; sed sole illustratos montes aspicimus,

<sup>d</sup> Despectis MSS., Editi habent abnegat hoc. Adhæremus Belvac., C. Germ., Gemet., Carn., etc.

<sup>e</sup> Longip., hodierna dies.

<sup>f</sup> Bigot., amor conditoris.

<sup>g</sup> Bigot., nulla enim visibilis, nisi visibilia cogitat. Primus Carn., nullus enim visibilis nisi, etc.

et quia jam sol ortus est videmus. Quia ergo solem justitiae in seipso videre non possumus, illustratos montes claritate illius videamus, sanctos videcet apostolos, qui virtutibus emicant, miraculis coruscant, quos nati solis claritas perfudit, et cum in seipso sit invisibilis, per eos nobis quasi per illustratos montes se visibilem præbuit. Virtus enim divinitatis in se quasi sol in cœlo est; virtus divinitatis in hominibus, sol in terra. Solem ergo justitiae intuamur in terra, quem videre non possumus in cœlo, ut dum inoffenso pede operis per hunc in terra gradimur, ad intuendum illum quandoque oculos in cœlum levemus. Sed inoffenso pede iter nostrum in terra agitur, si Deus ac proximus integra mente diligatur. Nec enim Deus vere sine proximo, nec proximus vere diligitur sine Deo. Hinc est quod sicut in alio sermone jam diximus (*Supra, homil. 26, num. 3*), idem Spiritus secundo legitur discipulis datus, prius a Domino in terra degente, postmodum a Domino cœlo præsidente. In terra quippe datur ut diligatur proximus, e cœlo vero ut diligatur Deus. Sed cur prius in terra, postmodum e cœlo, nisi quod patenter datur intelligi quia, iuxta Joannis vocem, *Qui fratrem suum non diligit quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere?* (1 Joan. iv. 20.) Diligamus ergo proximum, fratres, amemus eum qui iuxta nos est, ut pervenire valeamus ad amorem illius qui super nos est. Meditetur mens in proximo quod exhibeat Deo; ut perfecte mereatur in Deo gaudere cum proximo. Tunc ad illam supernæ frequentiæ letitiam perveniemus, de qua nunc sancti Spiritus pignus accepimus. Ad istum finem toto amore tendamus, in quo sine fine letabimur. Ibi supernorum civium societas sancta; ibi solemnitas certa; ibi requies secura; ibi pax vera, quæ nobis jam non relinquntur. sed datur <sup>4</sup> per Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

b) HOMILIA XXXI.

Habita ad populum in basilica <sup>c</sup> sancti Laurentii martyris, <sup>d</sup> Sabato Quatuor temporum Septembbris.

LECTIO 8. EVANG. SEC. LUC. XIII., 6-13.

In illo tempore, dicebat Jesus turbis similitudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit querens fructum in illa, et non inventit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio querens fructum in ficalnea hac, et non inventio. Succide ergo illam, ut quid etiam terram oc-

<sup>a</sup> Duo priores Gemet., præstante Dom. nostro Jesus Christo cui cum Patre et Spiritu sancto honor et imperium, per omn., etc.

<sup>b</sup> In Cod. reg. Suec. est vigesima quinta. In Lateran. vigesima septima. In Corb. vigesima octava.

<sup>c</sup> Sic legitur in Cod. reg. Suec., in Corb. Germ. et in plur. In Lateranensi tamen hæc homilia habita dicitur in Basitica S. Petri.

<sup>d</sup> Hæc minime sunt antiquorum MSS. C. Germ., Belvac., prioris Gemet.

<sup>e</sup> Hic desinit lectio Evangelii in MSS. Belvac., C. Germ., Digot. et aliis saltem antiquioribus. In Excusis autem continuatur usque ad versum decimum

<sup>A</sup> cupat? At ille respondens, dicit illi: Domine, dimittite illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam, et mittam copinum stercoris. Et si quidem fecerit fructum; sin autem, in futurum succides eam. Erat autem doceps in synagoga eorum Sabbatic. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatem annis decem et octo, et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Jesus, vocavit ad se, et ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et impausit illi manus; et conseruavit erecta est, et glorificabas eum, etc.

**1582** 4. Dominus et Redemptor noster per Evangelium suum aliquando verbis, aliquando rebus loquitur; aliquando aliud verbis, atque aliud rebus; aliquando autem hoc verbis quod rebus. Duas etenim res ex Evangelio, fratres, audistis, ficalnea infruktuosa, et mulierem curvam, et utrius rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinem, istud egit per exhibitionem. Sed hoc significat ficalnea infruktuosa quod mulier inclinata, et hoc ficalnea reservata quod mulier erecta. Dominus vineæ tertio venit ad ficalneam, et fructum minime inventit, et mulier quæ erecta est decem et octo annis fuerat curva. Illoc autem decem et octo annorum numero signatur, quod tertio dominus vineæ ad ficalneam infruktuosa venisse perhibetur. <sup>f</sup> Quia ergo præmittendo summam tota perstrinximus, jam per lectionis ordinem singula disseramus.

**2.** Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua; et venit querens fructum in illa, et non inventit. Quid arbor fici, nisi humanam naturam designat? Quid mulier inclinata nisi eamdem naturam significando denuntiat? Quæ et bene plantata est sicut ficus, et bene <sup>g</sup> ex cœta sicut mulier; sed in culpam propria sponte lapsa, neque fructum servat operationis, neque statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruens, quia fructum obedientiæ ferre noluit, statum rectitudinis amisit. Quæ ad Dei similitudinem condita, dum in sua dignitate non persistit, quod plantata vel creata fuerat, servare contempsit. Tertio dominus vineæ ad ficalneam venit, quia naturam generis humani ante legem, sub lege, sub gratia, expectando, admonendo, visitando, requisivit.

**3.** Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio fructum querens in ficalnea hæc, et non inventio. Venit <sup>h</sup> ante legem, quia per naturalem intellectum quid unusquisque exemplo sui qualiter erga proximum agere debuissest innotuit. Ve-

septimum inclusum; sed incassum, eum in homilia Gregorii nihil de versu decimo quarto et sequentibus delibet.

<sup>i</sup> Corb. et Germ., quia igitur hæc præmittendo summam perstrinximus.

<sup>j</sup> In Val. Cl. et Longip., bene erecta. Hanc lectio nem eligemus, nisi vet. MSS. Corb. Germ., Corb. Belvac., Carn., etc., obstat auctoritas et pondus.

<sup>k</sup> Longip. et Val. Cl., ante legem, quia parcendo sustinuit; quia per naturalem. Eadem leguntur in Bligot. et duob. s. post. Gemet., hoc solo discriminis quod in his existet qui parc.

nit in lege, quia præcipiendo docuit. Venit post legem per gratiam, quia pietatis suæ præsentiam exhibendo monstravit. Sed tamen in tribus annis fructum se non invenisse conqueritur, quia quorundam prævorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec præcepta erudiant, nec incarnationis ejus intracula convertunt. Quid vero \* per cultorem vineæ, nisi præpositorum ordo exprimitur? Qui domini præsunt Ecclesiæ, vim trahunt dominicæ vineæ curam gerunt. Ilujus enim vineæ primus cultor Petrus apostolus existit. Nunc nos indigni sequimur, in quantum pro eruditione vestra, docendo, <sup>b</sup> deprecando, increpando, laboramus.

4. Sed cum magno jam timore audiendum est quod cultori vineæ de infractuosa arbore dicitur: *Succide illam; si quid etiam terram occupat?* Unusquisque juxta modum suum, in quantum locum vitæ præsens tenet, si fructum bona operationis non exhibet, velut infractuosa arbor terram occupat, quia in eo loco in quo ipse est, et aliis operandi occasionem negat. Sed in hoc sæculo potens quilibet, si fructum non habet operationis bona, etiam impedimentum præstat cæteris, quia quicunque sub ipso sunt, exemplo pravitatis illius, quasi umbra perversitatis ejus premuntur. Stat desuper arbor infractuosa, et subitus terra sterilis jacet. Infractuosa arboris desuper umbra densatur, et sotis radius ad terram descendere nequaquam permittitur, quia dum subjecti quilibet patroni perversi perversa exempla conspi ciunt, ipsi quoque, infractuosi remanentes, veritatis lumine privantur. Et, pressi umbra, calorem solis non accipiunt, quia 1584 inde remanent a Deo frigidi, unde in hoc sæculo male proteguntur. Sed de hoc perverso quilibet et potente pene jam requisito Deo non est. Postquam enim se perdidit, querendam sollemnem est car et alios premat. Unde bene ejusdem vineæ dominus dicit: *Us quid etiam terram occupat?* Terram quippe occupat qui mentes alienas gravat, terram occupat qui locum quem tenet in bonis operibus non exercet.

5. Sed tamen nostrum est pro latibus deprecari. Nam cultor vineæ quid dicat audiatur: *Domine, dimissu illam et hoc anno, usque dum sodiam circa illum.* Quid est circa solumnam fodere, nisi infractuosa mentes increpare? Omnis quippe fossa in imo est. Et minimus increpatio dum mentem sibi demonstrat, humiliat. Quoties ergo aliquem de peccato suo corripimus, quasi ex cultura debito circa infractuosa arboris sodimus. Post fessionem vero quid dicatur audiamus. *Et mittam cophinum stercoris.* Quid est cophinus stercoris, nisi memoria peccatorum? Peccata etenim carnis stercora vocantur. Unde et per prophetam dicitur: *Computuerunt jumenta in stercore suo* (*Jod. 1, 17*). Jumenta quippe in stercore suo computrescere est carnales quoque in fetore innoxia vitam finire. Nos itaque quoties carnalem

A mentem de suis peccatis increpamus, quoties ad ejus memoriam vitia antea reduchmus, quasi infractuosa arbori cophinum stercoris versamus, ut malorum quæ egit <sup>c</sup> memoriam recolat, et ad compunctionis gratiam quasi de fetore pinguescat. Multa ergo cophines stercoris ad radicem arboris quando pravitatis sua conscientia tangitor mentoria cogitationis. Cumque se per poenitentiam ad lamenta mens excitat, et ad bona operationis gratiam reformat, quasi per tactum stercoris reddit ad secunditatem operis radix cordis: plangit quod fecisse se meminit, displicet sibi qualem fuisse se recolit: Intentiō nem contra se dirigit, atque ad meliora animum ascendit. Ex fetore ergo ad fructum revivisit arbor, quia de consideratione peccati ad bona se opera resuscitat animus. Et sunt plerique qui increpationes audiunt, et tamen ad poenitentiam redire contemnunt, et, infractuosi Deo, in hoc sæculo virides stant. Sed audiamus quid sicutus cultor adjungat: *Si quidem fecerit fructum: sin autem, in futuro succides eam.* Quia profecto qui hic non vult ad secunditatem pinguescere per increpationem, ille cedes unde jam resurges per poenitentiam non valet; et in futuro succidetur, quoniam hic sine fructu viridis stare videatur.

6. Erat autem docens in synagoga eorum sabbati: *Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo.* Paulo ante jam diximus, quia hoc erat trinus adventus domini ad infractuosam sicutilem, quod decem et octo annorum numerus ad curvam mulierem signat. Sexto enim die homo factus est (*Genes. 1, 27*), atque eodem sexto die opera Domini cuncta perfecta sunt. Senarius autem numeros in trigonum ductus decem et octo facit. Quia ergo homo, qui sexta die factus est, perfecta opera habere volebit, sed ante legem, sub lege, atque in exordio inchoantis gratia iniurias exigit, decem et octo annis curva mulier fuit. *Et erat inclinata,* nec omnino potest sursum respicere. Omnis peccator terrena cogiliens, ecclesiæ non requiriens, 1585 sursum respiceri non valet, quia dum desideria inferiora sequitur, a mentis sua rectitudine curvatur, et hinc semper videt, quod sine cessatione cogitet. Ad corda vestra, fratres charismati, redite, quid horis omnibus in cogitationibus vestris volvatis semper aspicite. Alius de honoribus, aliis de pecunia, aliis de predicatorum ambitu cogitat. Haec cuncta in imo sunt, et quando mens <sup>d</sup> talibus implicatur, a statim sei rectitudine flectitur. Et quia ad coram desiderium non asurgit, quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquam potest.

7. Sequitur: *Hanc cum ridisset Jesus, vocavit ad se, et ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manum, et confessim erecta est.* Vocavit et erexit, quia illuminavit et adjuvit. Vocat, sed non erigit, quando quidem per ejus gratiam illuminamur,

\* In Belvac., Corb. Germ. et duobus post. Gemet., per cultorem sicutilem.

<sup>b</sup> Bigot. et du post. Gemet., prædicando.

<sup>c</sup> Omitunt memoriam tres Gemet.

<sup>d</sup> Corb., impletur.

**sed, exigentibus nostris meritis, adjuvari non possumus.** Plerumque enim videmus quæ agenda sunt, sed hoc opere non implemus. Nitimur, et infirmamur. Mentis iudicium rectitudinem conspicit, sed ad hanc operis fortitudo succumbit, quia nimis jam de pena peccati est ut ex dono quidem possit bonum coaspi, sed tamen ab eo quod aspicitur contingat per meritum repelliri. Usitata etenim culpa obligat mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur, et labitur, quia ubi sponte diu persistit, ibi et cum noluerit coacta cadit. Bene de hac nostra incurvatione ex typo humani generis per Psalmistam dicitur: *Incurvatus sum et humiliatus sum usquequaque* (*Psalm. xxvii, 7*). Contemplatus namque quod ad supernam lucem intuendam homo, conditus fuerat, sed peccatis exigentibus foras missus, mentis suæ tenebras portat, superna non appetit, <sup>a</sup> infirmis intendit, cœlestia nequaquam desiderat, terrena semper in animo versat, et hoc quod de suo genere doluit, in seipso exclamavit, dicens: *Incurvatus sum et humiliatus sum usquequaque.* Contemplationem namque cœlestium perdens, si sola carnis necessaria homo cogitaret, incurvatus et humiliatus esset, sed tamen usquequaque non esset. Quem ergo a supernis cogitationibus non solum necessitas dejicit, sed etiam voluptas illicita sternit, non solum incurvatus, sed usquequaque incurvatus est. Hinc alius propheta de immundis spiritibus dicit: *Qui dixerunt animæ tuæ, Incurvare ut transeamus* (*Isai. li, 23*). Recia quippe stat anima cum superna desiderat, et nequaquam flectitur ad ima. Sed maligni spiritus cum **C** hanc in sua rectitudine stare conspiciunt, per eam transire non possunt. Transire namque eorum est imminunda illi desideria spargere. Dicunt ergo *Incurvare ut transeamus*, quia si ipsa se ad ima appetenda non dejicit, contra hanc illorum perversitas nullatenus convalescit; et transire per eam nequeunt, quam contra se rigidam in superna intentione pertimescant.

8. Nos ergo, fratres charissimi, non viam malignis in nobis spiritibus damus, cum terrena concupiscimus, cum ad temporalia appetenda curvamur. Pudent ergo terrena concupiscere, et dorsa mentum ascendentibus adversariis præbere. Terram semper intuetur qui curvus est, et quo præmio sit redemptus non meminit qui ima querit. Hinc etiam per Moysen dicitur, ut <sup>b</sup> qui gibbo premitur, nequaquam ad sacerdotium provehatur (*Levit. xi, 20*). Et quotquot Christi sanguine redempti sumus, membra ejusdem sumni sacerdotis **1586** efficiuntur. Unde et nobis per Petrum dicitur: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium* (*1 Petr. ii, 9*). Sed qui gibbum tolerat, ima semper intuetur. A sacerdotio ergo

<sup>a</sup> Belvac. et nonnulli, in infirmis tendet.

<sup>b</sup> Bigot., qui gibba; et infra, qui gibbam tolerat.

<sup>c</sup> Duo priores Gemet., præstante Dom. N. J. C. cui cum P. et Sp. sancto honor et imp. per.

<sup>d</sup> Est trigesima tertia in Cod. reg. Suec. trigesima quinta in Lateran. et trigesima sexta in Corb.

<sup>e</sup> Haec minime leguntur in C. Germ. et in tribus

A repellitur, quia quisquis solis terrenis intentus est, ipse sibi testis est quod membrum summi sacerdotis non est. Hinc rursus pisces qui pennulas non habent, ab esu fideli populi prohibentur (*Levit. xi, 10*). Pisces quippe qui pennulas squamarum habent, dare etiam saltus super aquas solent. Quid ergo pennatis piscibus nisi electæ animæ figurant? Quæ profecto solæ in cœlestis Ecclesiæ corpus transeunt, quæ, modo virtutum pennulis fultæ, saltus dare per cœleste desiderium sciunt, ut superna per contemplationem appetant, quamvis in seipsis iterum ex mortali carne relabantur. Si ergo iam bona cœlestis patriæ **1587** agnoscimus, dispiceat nobis, fratres charissimi, quod curvi sumus. Ponatur ante oculos mulier curva, et arbor infructuosa. Reminiscamur malorum quæ fecimus, mittamus ad radicem cordis cophinum stercoris, ut tunc in retributionis fructu pinguecat quod nobis hic per poenitentiam fetebat. Et si virtutum summa operari non possumus, ipse Deus nostro gaudet lamento. Ex ipsa enim justitia inhoatione ei placebimus, qui injusta quæ fecimus punimus. Nec mora erit in flentibus, quia turgent cœtius transeuntes lacrymas mansura gaudia. <sup>f</sup> Per Dominum nostrum Jesum Christum, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### 4 HOMILIA XXXII.

Habita ad populum in basilica sanctorum Processi et Martiniani, <sup>g</sup> die natalis eorum.

LECTIO S. EVANG. SEC. LUC. IX, 23-27.

*In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crux suam quotidie, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam; et qui perdidit animam suam propter me, salvam eam faciet. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, se autem perdat, et detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, et Patris, et sanctorum angelorum. Dico autem vobis vere, sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.*

**1586** 1. Quia Dominus ac Redemptor noster novus homo venit in mundum, nova præcepta dedit mundo. Vitæ etenim nostræ veteri in vitiis enutrata contrarietatem opposuit novitatis suæ. Quid enim vetus, quid carnalis homo noverat, nisi sua retinere, aliena rapere, si posset; concupiscere, si non posset? Sed cœlestis medicus singulis quibusque vitiis obviantia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicina calida frigidis, frigida calidis curantur, ita Dominus noster contraria opposuit <sup>h</sup> prædicamenta

Gemet. Sunt in Cod. reg. Suec. et in aliis.

<sup>f</sup> Ita Belvac., C. Germ., Gemet., Carn. Editores autem mutarunt prædicamenta in medicamenta. Primam tamen lectionem optimam esse ex sequentibus liquet: ut lubricis continentiam.... elatis præcipere humilitatem.

peccatis, ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis præcipiter humilitatem. Certe cum se sequentibus nova mandata proponeret, dixit: *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest mens esse discipulus* (*Luc. xiv.*, 33). Ac si aperte dicat: Qui per vitam veterem aliena concupiscitis, per novæ conversationis studium et vestra largimini. Quid vero in hac lectione dicat, audianus: *Qui vult post me venire, abneget semetipsum.* Ibi dicitur ut abnegemus nostra, hic dicitur ut abnegemus nos. Et fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet, valde autem multum est abnegare quod est.

**1587** 2. Ad se autem nobis venientibus Dominus præcepit ut renuntiemus nostris, quia quicunque ad fidei agonem venimus, lucram contra malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam si vestitus quisquam cum nudo luctatur, citius ad terram dejiciuntur, quia habet unde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia, nisi quædam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat, vestimenta abjiciat, ne succumbat. Nihil in hoc mundo amando possideat, nullas rerum labentium delectationes requirat, ne unde ad votum tegitur, ad casum inde teneatur. Nec tamens sufficit nostra relinquere, nisi relinquamus et nos. Quid est quod dicimus, Relinquamus et nos? Si enim nosmetipso relinquimus, quo ibimus extra nos? Vel quis est qui vadit, si se deseruit? Sed aliud sumus per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi; aliud quod fecimus, aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipso quales peccando nos fecimus, et maneamus nosmetipso quales per gratiam facili sumus. Ecce etenim qui superbus fuit, si conversus ad Christum humili factus est, semetipsum reliquit. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutavit, abnegavit utique quod fuit. **1588** Si avarus quisque ambire jam desit, et largiri didicit propria qui prius aliena rapiebat, procul dubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam, sed non est ipse per malitiam. Hinc enim scriptum est: *Verte impios, et non erunt* (*Prov. xii.*, 7). Conversi namque impii non erunt, non quia non erunt omnino in essentia, sed scilicet non erunt in impietatis culpa. Tunc ergo nosmetipso relinquimus, tunc nos ipsos abnegamus, cum vitamus quod per vetustatem suum, et ad hoc nitimus quod per novitatem vocamus. Pensemus quomodo se Paulus abnegaverat, qui dicebat: *Vivo autem jam non ego* (*Gal. ii.*, 20). Extinctus quippe fuerat servus ille persecutor, et vivere cœperat pius prædicator. Si enim ipse esset, pius profecto non esset. Sed

A qui se vivere denegat, dicat unde est quod sancta verba per doctrinam veritatis clamat. Protinus subdit: *Vivit vero in me Christus* (*Ibid.*). Ac si aperte dicat: Ego quidem a memetipso extictus sum, quia carnaliter non vivo; sed tamen essentialiter mortuus non sum, quia in Christo spiritualiter vivo. Dicat ergo Veritas, dicat: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum.* Quia nisi quis a semetipso desiciat, ad eum qui super ipsum est non appropinquat; nec valet apprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit mactare quod est. Sic olerum plantæ transponuntur ut profluant, atque, ut ita dixerim, eradicator ut crescant. Sic rerum semina in terræ admisitione deficiunt, ut in reparacione sui generis uberior assurgant. Unde enim videntur perdidisse quod erant, inde accipiunt hoc apparere quod non erant.

**C** 3. Sed qui jam se a vitiis abnegat, exquirenda ei virtutes sunt in quibus crescat. Nam cum dictum est: *Qui vult post me venire, abneget semetipsum*, protinus additur: *Et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me.* Duobus etenim modis crux tollitur, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Pensemus quater utroque modo Paulus crucem suam tulerat, qui dicebat: *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte alius prædicans ipse reprobis efficiat* (*1 Cor ix.*, 27). Ecce in afflictione corporis audiuimus crucem carnis, audiamus nunc in compassionē proximi crucem mentis. Ait enim: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror?* (*II Cor. xi.*, 29.) Perfectus quippe prædicator, ut exempli daret abstinentiæ, crucem portabat in corpore. Et quia in se trahebat damna infirmitatis alienæ, crucem portabat in corde.

**D** 3. Sed quia ipsis virtutibus quædam vicia juxta sunt, dicendum nobis est quod vitium abstinentiam carnis et quod obsideat compassionem mentis. E vicino namque abstinentiam carnis nonnunquam vana gloria obsidet, quia dum tenuitas in corpore, dum pallor in vultu respicitur, virtus patefacta laudatur; et tanto se celerius foras fundit, quanto ad humanos oculos per ostensum pallorem exit. Et plerumque fit ut hoc quod causa Dei agi creditur pro solis humanis favoribus agatur. Quod bene Simon ille significat, qui, inventus in itinere (*Math. xxvii.*, 32), crucem dominicam in angaria **1589** portat. Aliena quippe onera in angaria portantur, quando per vanitatis studium aliquid geritur. Qui ergo per Simonem desingnantur, nisi abstinentes et arrogantes? Qui per abstinentiam quidem carnem afficiunt, sed fructum abstinentiæ interius non requirunt. Crucem ergo Domini in angaria Simon portat, quia cum ad opus bonum ex bona voluntate non ducitur, remi justi sine fructu peccator operatur. Unde idem Simon crucem

<sup>a</sup> Primus Carn., studium, nec aliena diripiatur, et vestra largimi.

<sup>b</sup> Idem Codex vel quid est quo uidit qui se deseruit.

<sup>c</sup> Ed. recent., pro vitamus, quod legitur in C. Germ. et al. Miss. ac Excusis, habeat mutamus.

<sup>d</sup> Belvac. et primus Gemet., quo per novitatem.

<sup>e</sup> Primus Carn., dicat: vivo ego, cæteris omisiss.

<sup>f</sup> Primus Gemet. ac Longip., in le incipiunt.

<sup>g</sup> Bigot., subjicio.

parte, sed non mortuus, quia abstinentes et erro-  
gantes per abstinentiam quidem corpus afficiant, sed  
per desiderium gloriae mundo vivant. Compassionem  
vero animi plerumque latenter abscondit pietas falsa,  
ut hanc nonnunquam usque ad condescendendum  
villis portaret, cum ad culpas quisque non debet  
compassionem exercere, sed selum. Compassio  
quippe homini, et rectitudi vitiis debetur, ut in  
une eodemque nomine et diligamus bonum quod  
factus est, et per equum mala que fecit, ne dam  
culpas incaute remittimus, <sup>a</sup> non jam per charita-  
tem compati, sed per negligentiam <sup>b</sup> concedisse vi-  
deamus.

4. Sequitur: Qui enim voluerit animam suam sal-  
vam facere, perdas eam; et qui perdidor animam  
eum propter me, salvam eam faciat. Sic dicitur <sup>c</sup>  
ad dei: Qui voluerit animam suam salvam facere, per-  
das eam; et qui perdidor animam suam propter me,  
salvam eam faciat. Ac si agricola dicatur: Fron-  
tenuit mihi auras, perdidi; si aenimas, resorsas. Quis  
enim nequit quid frumentorum eam in semine mitti-  
tur, perit ab omniis, in terra <sup>d</sup> deficit? Sed unde pu-  
trectit in pulvere, inde vireat in renovatione. Quia  
vero sancta Ecclesia aliud tempus habet persecutio-  
nis, atque aliud pacis; Redemptor noster ipsa ejus  
tempora distinguit in praecopsis. Nam persecutionis  
tempore pericula est anima, pacis autem tempore  
ea quae amplius dominari possunt frangenda sunt  
desideria terrena. Unde et nunc dicitur: Quid enim  
prodigi homini, si inquietur totum mundum, se autem  
perdas, et detrimentum sui faciat? Cum persecutio  
ab adversariis deest, valde vigilantius eorū custodiendū  
est. Nam pacis tempore quia licet vivere, <sup>e</sup> libert  
etiam ambire. Quis profecto avaritia bene compas-  
tit, si ipse status ambientis sollicite consideraret.  
Nam cur inquiet ad colligendum, quando stare non  
potest ipse qui colligit? Cursus ergo suum quisque  
consideret, et agnoscat sibi posse sufficere parva  
qua habet. Sed fortasse metuit ne in bujus vita ita  
nire sumptus desit. Longa nostra desideria incre-  
pat <sup>f</sup> via brevis, incassum multa portantur cum juxta  
est quod pergitur. Plerumque autem et avaritiam  
vincimus, sed adhuc obstat quod vias rectitudinis  
minori tenemus custodia perfectionis. Nam saepe la-  
bentia cuncta despiciimus, sed tamen adhuc humana  
verecundiae usu præpedimur, ut rectitudinem quam  
servamus in mente nondum exprimere valeamus in  
voce; et tanto Dei faciem ad justitiam defensionem  
negligimus, quanto humana facies contra justitiam  
veremur. Sed huic quoque vulneri congruum sub-  
jungitur medicamentum cum Dominus dicit: Qui me  
erubuerit <sup>g</sup> et meos sermones, **1590** hunc Filius ho-

A minis erubescet cum venerit in maiestate sua, et Patriis,  
et sanctorum angelorum.

5. Sed ecce nunc apud se homines dicunt: Nos  
jam Dominum et sermones ejus non erubescimus: <sup>h</sup>  
quia aperta eum voce profitemur. Quibus ego re-  
pondeo quod in hac plebe Christiana sunt nonnulli  
qui Christum ideo confitentur, quia cunctos Christianos  
esse conspiquent. Nam si nomen Christi in tanta  
hodie gloria non esset, tot professores Christi sancta  
Ecclesia non haberet. Non ergo ad probationem fidelis  
vox sufficit professionis, quam defendit a verecundia  
professio generalitatis. Est tamen ubi se quisque in-  
terrogat, ut in confessione Christi se <sup>i</sup> veraciter probet,  
si non jam nomen ejus erubescit, si <sup>j</sup> plena vir-  
tute mentis humanum pudorem subdit. Certe enim  
persecutionis tempore erubescere poterant fidèles,  
substantie nudari, de dignitatibus defici, verberibus  
affligi. Pacis autem tempore quia haec a nostris per-  
secutionibus decant, est aliud ubi ostendamus nobis.  
Veremur igitur a proximis despici, dignamur injuriis  
verbi tolerare; si contingat iurgium fortasse cum  
proxima, erubescimus priores satisfacere. Cor quippe  
carnale dum bujus vita gloriam querit, humilitatem  
resupit. Et plerumque ipse homo qui fracturit <sup>k</sup> di-  
scordanti sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfa-  
ciendam prior erubescit. Penitus facta Veritatis,  
ut videamus quo jacant nostra pravitatis actiones. Si  
enim membra summi capituli sumus, imitari eum cui  
connectimur deberimus. Quid namque ad nostre era-  
ditionis exemplum Paulus egregius predicator dicit? <sup>l</sup>  
*Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo anchorante per nos; obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo (II Cor. v, 20).* Ecce inter nos et Deum disoc-  
ciam peccando facimus, et tamen ad nos Deus suos  
legatos prior misit, ut nos ipsi qui peccavimus ad pa-  
cem Dei i rogati veniamus. Erubescat ergo humana  
superbia, confusadatur quisque si non satisfaciat prior  
proximo, quando post culpam nostram ut ei reconcili-  
ari debeamus et ipse qui offensus est, legatus inter-  
venientibus, obsecrat Deus. ,

6. Sequitur: *Dico autem vobis, vere sunt aliqui his  
stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum  
Dei. Regnum Dei, fratres charissimi, non semper  
in sacro eloquio venturum regnum dicitur, sed non-  
nunquam præsens Ecclesia vocatur. Unde scriptum  
est: Mittet Filius hominis angelos suos, et colligens  
de regno ejus omnia scandala (Math. XIII, 41).* In  
illo quippe regno scandala non erunt, ubi profecto  
reprobi non admittuntur. Quo videlicet exemplo col-  
ligitur quod hoc loco regnum Dei præsens Ecclesia  
vocatur. Et quia nonnulli ex discipulis usque adeo  
in corpore victuri erant ut Ecclesiam Dei <sup>m</sup> constru-

legitur in C. Germ., Gemet., Corb., etc.

<sup>n</sup> Tertius Gemet., vita brevis.

<sup>o</sup> Longip. et Val. Cl., erubuerit coram hominibus.

<sup>p</sup> Bigot., se velociter.

<sup>q</sup> Duo priores Gemet., plene virtuti mentis.

<sup>r</sup> Secundus Carn., discordantes sibi.

<sup>s</sup> Primus Carn., rogati revocari ad pacem.

<sup>t</sup> Duo priores Gemet., constitutam.

<sup>a</sup> Belyac., non tam per charitatem.

<sup>b</sup> Hic in varia abeunt MSS. Corb. habet consensisse. Primus Carn., Bigot., Val. Cl., Longip., consen-  
disse. Duo priores Gemet., concessisse. Secundus Carnot., descendisse.

<sup>c</sup> Additur in Longip. et Val. Cl., in renovatione  
crescit, in pulvere moritur; sed.

<sup>d</sup> Male mutarunt Editores libet in hest. Primum

etiam conopeicerent, et contra mundi hujus gloriae erectam, conscientia promissiones nunc dicitur: *Sunt quidam de his sanctis qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei.* Sed cum tanta Dominus subiectio mortis <sup>a</sup> præcepta edoret, quid necessarium fuit ut ad hanc subito **1501** promissionem venire? Quod si subtiliter auferemus, quanta dispensatione pietatis agatur agnoscimus. Discipulis enim rudibus etiam de praesenti vita aliquid promittendum fuit, ut possent robustius in futura solidari. Sic Israelitico populo ex Aegypti terra liberando re-promissionis terra promittitur, et cum vocandus esset ad dona cœlestia, terranis promissionibus suadetur. <sup>b</sup> Cur hoc? Ut dum esset aliquid quod de vicino perciparet, illud jam fidelius crederet quod de longinquuo audiens possebat? Carnalis enim populus si parva non acciperet, magna non crederet. Omnipotens ergo Deus largiendo terrena, suadet ad coelestia, ut percipiens quod videret, sperare disseret quod minime videbat; et tanto solidior de invisibilibus fieret, quanto cum ad spei certitudinem visibilitia promissa fulcirent. Unde recte quoque per Psalmistam dicitur: *Dedit eis regiones gentium, et labores populorum possederunt, ut custodiant justifications ejus, et legem ejus requirant* (Psalm. civ, 44, 45). Sic ergo hoc loco rudibus discipulis Veritas loquens, videndum regnum Dei promittit in terra, ut hoc ab eis fidelius in cœlo præsumatur. Ex ipso itaque regno quod jam videmus in mundo esse sublimatum speremus regnum quod in cœlo credimus percipiendum. Nam sunt nonnulli qui Christianitatis nomine censeantur, sed Christianitatis non habent fidem. Sola esse visibilia testimoni, invisibilia non appellant, quia nec esse suspicantur. Ad sanctorum martyrum corpora coepistimus, fratres mei. Nunquid isti carnem suam in mortem darent, nisi eis certissime constitisset esse vitam pro qua mori debuerint? Et ecce qui ita crediderunt, miraculis coruscant. Ad extincta namque eorum corpora viventes ægri veniunt et sanantur, <sup>c</sup> perjuri veniunt et a demonio vexantur, daemonicati veniunt et liberantur. Quomodo ergo vivunt illuc ubi vivunt, si in tot miraculis vivunt hic ubi mortui sunt?

7. Rem, fratres, dico brevem verbo, sed non parvum merito, quam religiosis quibusdam senioribus narrantibus agnovi. Gothorum tempore matrona quædam fuit valde religiosa, quæ ad horum martyrum ecclesiam crebro veniebat. Quadam die dum ex more ad orandum venisset, egrediens, duos stantes sub peregrino habitu monachos invenit, peregrinos cre-

<sup>a</sup> Bigot., præcepta dederit.

<sup>b</sup> Gussanv., adversantibus omnibus Excusis et manu exaratis, cur hoc, nisi ut... jam fidelibus crederet? et infra: æque corrupte, ab eis fideliis, pro fideliis.

<sup>c</sup> Observa hic constitutidem jam tunc receptam sese purgandi et ab occulitorum criminum suspicione liberandi, prestito ad sepulera martyrum sacramento. Ille sanctus Doctor scribit Castorio: si Maximus Salonianus præstito sacramento firmaverit se simoniacæ heresi non teneri, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris, etc., l. al. vii, ind. 2, epist. olim 82,

A didit, dari eis aliquid elemosynæ præcepit. God præsumat d' ejus oragator sis ad tangendum elemosynam propinquasset, acriterat illi victimas, et dixerunt: Tu nos modo vicias, nos te in die iudicii requiremus, et quidquid possemos, præstabisnas tibi. Quo dicto, ab omnis ejus ablati sunt. Territa illa ad orandum redi, scisque in lacrymis profundus effudit. Et facta est post hoc tanta instantior in prece, quanto certior de promissione. Si autem, iuxta Pauli vocem, *Fides est speraudens substantia rerum, argumentum non apparentium* (Hebr. xi, 1), nequaquam iam dicimus et venturam vitam credatis, quia ecce ipi qui in illa vivunt, humanis obviis visibiliter presentantur. Quod enim videri potest, metus dicitur sciri, quam credi. Venturam ergo vitam nos <sup>b</sup> Dominus **1502** magis voleat caere, quam credere, qui eos quos invisibiliter recipit, apud se vivere nobis etiam visibiliter ostendit.

8. Hos ergo, fratres charissimi, in causa vestri examinis, quam cum districto judice habebitis, patronos facite, hos ta die tanti terroris illius defensores adhibeate. Certe si apud quendam angustum iudicium causa qualibet vestra esset die oratione venturanda, tetu modernus dies in cogitatione ducoratur, patrum vestra fraternitas quereretur, magnis precibus ageret ut apud tantum iudicem ebi defensor veniret. Ecce districtus iudex Iesus venturus est, tandem illius angelorum archangelorumque concili terror adhibetur. In ille conventu causa nostra discutitur, et tamen nos patentes modo non querimur, quos tunc defensores **1503** habeamus. Adhuc defensores nostri sancti martyres, regari volunt, siue, ut ita dixerim, querunt, ut querantur. Hos ergo adjutores vestre orationis querite, hos protectores vestre realius invenite, quia ne punire peccatores debeat, rogari vult et ipse qui judicial. Unde si tam longe tempore comminatur iram, et tamen misericorditer expectat. Sic autem nos et misericordia ejus reservat, ut nullo modo negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbent, ut mens in desperationem non proruant, quia etiam præsumentes metuimus, et mentientes speramus, æternum regnum cœlius adaptavimus, <sup>c</sup> per eum qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula saeculorum. Amen.

### HOMILIA XXXIII.

D Habita ad populum in basilica sancti Clementis, et serua sexta Quatuor temporum Septembbris.

LECTIO 8. EVANG. SEC. LUC. VI, 36-50.

In illo tempore, ragabat Iesus quidam Pharisæus

nunc l. ix, epist. 81. Eadem leguntur in superiori ad Marinianum nunc ejusdem libri **LXXX.**

<sup>a</sup> Primus Carn., servus eragaturus.

<sup>b</sup> Duo priores Gemet., consueta clausula, præst. Domino N. J. C. cui cum Patre et Spiritu sancto honor et imp. per omnia.

<sup>c</sup> Est decima tertia in Later., vigesima sexta in Cod. reg. Suec. et vigesima septima in Corb.

<sup>d</sup> Hæc desunt in Bigot., duebus Gemet., Corb., Germ. et pler. In C. Germ. legitur in basilica sancti Clementis die natali ejus.

ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi, discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod Jesus \* accubuisse in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti, et stans retro secus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguento ungebatur. Videntem autem Pharisæus qui vocavereat eum, ait intra se, dicens : Hic, si esset propheta, sciret utique quæ et qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Jesus, dixit ad illum : Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait : Magister, dic. <sup>b</sup> Duo debitores erant cuidam seneratori : unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo <sup>c</sup> eum plus diligit? Respondens Simon, dixit : <sup>d</sup> Aestimo quia is cui plus donavit. At ille dixit ei : Reete judicasti. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni : Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti; hæc autem lacrymis suis rigavit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxit, hac autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi : Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dicit autem <sup>e</sup> ad illum : Remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se : Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dicit autem ad mulierem : Fides tua te salvam fecit, vade in pace.

**1592** 1. Cogitanti mihi <sup>f</sup> de Mariæ poenitentia, flere magis libet quam aliquid dicere. Cujus enim vel saxeum pectus illæ hujus peccatrixis lacrymæ ad exemplum poenitendi non emoliant? Consideravit namque quid fecit, et noluit moderari quid faceret. Super convivantes ingressa est, non jussa venit, inter epulas lacrymas obtulit. Discite quo dolore ardet, quæ flere et inter epulas non erubescit. Hanc vero quam Lucas peccatrixem mulierem, **1593** Joannes Mariam nominat, illam esse Mariam credimus de qua <sup>g</sup> Marcus septem dæmonia ejecta fuisse testatur. Et quid per septem dæmonia, nisi universa vitiæ designantur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, recte septenario numero universitas figuratur. Septem ergo dæmonia Maria habuit, quæ universis vitiis plena fuit. Sed ecce quia turpitudinis suæ maculas aspergit, lavanda ad fontem misericordiae cucurrit, **1594** convivantes non erubuit. Nam quia semetipsam graviter erubescet in tuis, nihil esse credit quod verecundaretur foris. Quid ergo miramur, fratres, Mariam venientem, an

A Dominum suscipientem? Suscipientem dicam, an trahentem? dicam melius, trahentem et suscipientem, quia nimur ipse eam per misericordiam traxit intus, qui per mansuetudinem suscepit foris. Sed jam textum sancti Evangelii percurrentes, ipsum quoque ordinem quo venerit sananda, videamus.

2. Attulit alabastrum unguenti, et stans retro secus pedes Jesu, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguento ungebatur. Liquet, fratres, quod illicitis actibus prius mulier intenta unguentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc jam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hos jam per poenitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed jam capillis lacrymas tergebat. Ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans, hoc in Redemptoris sui vestigia fgebat. Quot ergo in se habuit obiectamenta, tot de se invenit holocaust. <sup>h</sup> Convertit ad virtutem numerum criminum, ut totum serviret Deo in poenitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa.

3. Sed hoc Pharisæus intuens despicit, et non solum venientem peccatricem mulierem, sed etiam suscipientem Dominum reprobet, dicens intra se : Hic, si esset propheta, sciret utique quæ et qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Ecce Pharisæus veraciter apud se superbus, et fallaciter justus, ægram reprehendit de ægritudine, medicum de subventione, qui ipse quoque de elationis vulnere ægrotabat, et ignorabat. Inter duos autem ægros medicus aderat; sed unus æger in febre carnis et sensum perdidit mentis. Illa quippe flebat quod fecerat; Pharisæus autem de falsa justitia elatus, vim sue invictitudinis exaggerabat. In ægritudine ergo et sensum perdiditerat, qui hoc ipsum quoque, quod à salute longe esset, ignorabat. Sed inter hæc nos gemitus cogit quosdam nostri ordinis viros intueri, qui, sacerdotali officio prædicti, si quid fortasse justo exteriori vel tenuiter egerint, protinus subjectos despiciunt, et peccatores quosque in plebe positos dègnantur, eisque compati culpam suam confidentibus nolunt, ac, velut Pharisæi more a peccatrice muliere tangi despiciunt. Quæ profecto mulier si ad Pharisæi pedes venisset, nimur calcibus repulsa discederet. Inquinari enim se alieno peccato crederet. Sed quia hunc vera justitia non replebat, de alieno vulnere ægrotabat. Unde semper necesse est ut cum peccatores quosque conspicimus, nosmet-

\* Belvac., C. Germ. et nonnulli, quod recubuisse.  
b Idem Cod., et respondens Jesus ait : Duo. Bigot., et respondit Jesus : Duo.

c C. Germ., Belvac. et al., plus dilexit.

d Bigot., dixit : cui plus dimissum est.

\* Belvac. et C. Germ., ad illum Jesus, remittuntur tibi peccata. Et cœperunt quidam qui simul discumberbant.

\* In Editis, de Maria Magdalene. Abest Magd. a

Mss. saltem antiquioribus, Corb., C. Germ., Geimet., etc. Constat tamen tum ex hac homilia, tum ex octava in Ezechielem, num. 2, sanctum doctorem non distinxisse mulierem peccatricem a Maria Magdalene.

<sup>g</sup> Primus Carnot., Matthæus.

<sup>h</sup> Primus Carn., convertit ad virtutem numerum criminum. Ita olim in C. Germ.

<sup>i</sup> Duos priores Geimet., habuit.

ipso prius in illorum calamitate desleamus, quia A fortasse in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus, si lapsi non sumus. Et si censura magisterii debet semper virtute disciplinæ vitia persequi, oportet tamen ut sollicite discernamus quia distinctionem debemus vitiis, compassionem naturæ. Si enim serendus est 1595 peccator, nutriendus est proximus. Cum vero jam per poenitentiam percutit ipse quod fecit, jam noster proximus peccator non est, <sup>a</sup> quia cum Dei se justitia contra se dirigit, et hoc in se punit, quod justitia divina reprehendit.

4. Sed jam iste superbis et arrogans qua sententia convincatur audiamus. De duobus quippe ei debitoribus paradigma opponitur, quorum unus minus, et alius amplius debet; utrorumque debito dimisso, quis amplius largitorem debiti diligit, interrogatur. Quibus verbis protinus ille respondit: *Ille plus diligat cui plus dimittitur.* Quia in re notandum est quia dum sua sententia Pharisæus convincitur, quasi phreneticus funem portat ex quo ligetur. Enumerantur ei bona peccataricis, enumerantur mala falsi justi, cum dicitur: *Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti; hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti; hæc autem <sup>b</sup> ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxi; hæc autem unguento unxit pedes meos.* Post enumerationem vero subinfertur sententia: *Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quid, fratres mei, esse dilectionem credimus, nisi ignem? et quid culpam, nisi rubiginem? Unde nunc dicitur: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Ac si aperte diceretur: Incendit plene peccati rubiginem, <sup>c</sup> quia ardet valide per amoris ignem. Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Ecce ea quæ ad medicum venerat ægra sanata est, sed de salute ejus adhuc alii ægrotant. Nam simul discubentes conuesti sunt, intra se dicentes: *Quis est hic qui etiam peccata dimittit?* Sed celestis medicus ægros non despicit, quos etiam de niedicamento fieri deteriores videt. Eam autem quam sanaverat per pietatis suæ sententiam confirmat, dicens: *Fides tua te salvam fecit, vade in pace.* Fides etenim salvam fecit, quia hoc quod petuit posse se accipere non dubitavit. Sed ipsam quoque spei certitudinem jam ab illo acceperat, a quo per spem etiam salutem quærebat. In pace autem ire præcipitur, ut a veritatis itinere in viam scandali ulterius non derivetur. Unde et per Zachariam dicitur: *Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis* (*Luc. 1, 79.*). Tunc enim gressus nostros in viam pacis diriginus, quando per illud actionum iter pergimus, in quo ab auctoris nostri gratia non discordamus.

<sup>a</sup> *Excusi, qui cum Dei justitiam contra se dirigit;* quam lectionem probaremus, nisi a potioribus MSS. C. Germ., Belvac., Gemet. et pene omnibus reprobaretur.

<sup>b</sup> Gemet., ex quo intravi.

<sup>c</sup> Belvac. et Corb., qui ardet. Longip., Val. Cl.,

5. Hæc, fratres charissimi, historicæ expositione transcurrimus; nunc vero, si placet, ea quæ dicta sunt mystico intellectu disseramus. Quem namque Pharisæus de falsa justitia præsumens nisi Judaicum populum, quem peccatrix mulier, sed ad vestigia Domini veniens et plorans, nisi conversam gentilitatem designat? Quæ cum alabastro venit, unguentum fudit, retro secus pedes Domini stetit, lacrymis pedes rigavit, capillis tersit, eosdemque quos infundebat et tergebat, pedes osculari non desiit. Nos ergo, nos illa mulier expressit, si toto corde ad Dominum post peccata redeamus, si ejus <sup>d</sup> poenitentiae lucus imitemur. Quid namque unguento, 1596 <sup>e</sup> nisi bonæ odor opinonis exprimitur? Unde et Paulus dicit: *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco* (*II Cor. II, 15.*). Si igitur recta opera agimus, quibus opinonis bonæ odore Ecclesiam respergamus, quid in Domini corpore nisi unguentum fundimus? Sed secus pedes Jesu inuiler stetit. Contra pedes enim Domini stetimus cum, in peccatis positi, ejus itineribus retinebamur. Sed si ad veram poenitentiam post peccata convertimur, jam retro secus pedes stamus, quia ejus vestigia sequimur quem impugnabamus. Lacrymis mulier pedes ejus rigat. Quod nos quoque veraciter agimus, si quibuslibet ultimis membris Domini per compassionis affectum inclinamur, si sanctis ejus in tribulatione compatimur, si eorum tristitiam nostram putamus. Capillis mulier pedes quos rigaverat tersit. Capilli quippe superfluent corpori. Et quid abundans terrena substantia, nisi capillorum speciem tenet? Quæ dum ad usum necessitatis superfluit, etiam abscissa <sup>f</sup> non sentit. Capillis ergo pedes Domini tergimus, quando sanctis ejus, quibus ex charitate compatimur, etiam ex his quæ nobis superfluent, miseremur, quatenuis sic mens per compassionem doleat, ut etiam larga manus affectum doloris ostendat. Rigat namque lacrymis Redemptoris pedes, sed capillis suis non tergit, qui utcumque proximorum dolori compatitur, sed tamen eis ex his quæ sibi superfluent non miseretur. Plorat et non tergit, qui verba quidem doloris tribuit, sed non ministrando quæ desunt vim doloris minime abscedit. Osculatur mulier pedes quos tergit. Quod nos quoque plene agimus, si studiose diligimus quos ex largitate continemus, ne gravis nobis sit necessitas proximi, ne ipsa nobis ejus indigentia quæ sustentatur fiat onerosa, et cum manus necessaria tribuit, animus a dilectione torpescat.

6. Potest quoque per pedes ipsum mysterium incarnationis ejus intelligi, quo divinitas terram tetigit, quia carnem sumpsit. *Verbum enim caro factum est, et habitavit in nobis* (*Ioan. I, 14.*). Osculanur ergo Redemptoris pedes, cum mysterium incarnationis ejus ex toto corde diligimus. Unguento pedes

Bigot., quæ ardet.

<sup>d</sup> Primus Carn., poenitentiae fructus.

<sup>e</sup> Genet., Bigot., Val. Cl., Longip., nisi bonus odor opinonis.

<sup>f</sup> Ita Belvac., C. Germ. et plurimi. Excusi, non sentitur.

ungimus, cum ipsam humanitatis ejus potentiam sacri eloqii bona opinione prædicamus. Sed hoc Pharisæus videt et invidet, quia cum Judaicus populus gentilitatem Deum prædicare conspicit, sua apud se malitia tabescit. Sed Redemptor noster sancta eisdem mulieris quasi bona gentilitatis enumerat, ut in quo malo Judæus populus jaceat agnoscat. Nam sic Pharisæus retunditur, ut per eum, sicut, diximus, perfidus ille populus ostendatur. *Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lacrymis rigavit pedes meos.* Aqua quippe extra nos est, lacrymarum humor intra nos, quia videlicet infidelis ille populus nec ea quæ extra se erant unquam pro Domino tribuit; conversa autem gentilitas pro eo non solum rerum substantiam, sed etiam sanguinem fudit. *Osculum mihi non dedisti; hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos.* Osculum quippe dilectionis est signum. Et infidelis ille populus Deo osculum non dedit, quia ex charitate eum amare noluit, cui ex timore servivit. Vocata autem gentilitas Redemptoris sui vestigia osculari non cessat, **1597** quia in ejus amore continuo suspirat. Unde et sponsæ voce de eodem Redemptore suo in Canticis canticorum dicitur: *Osculetur me osculo oris sui* (*Cant. 1, 7*). Osculum recte conditoris sui desiderat, quæ se ei obsequi per amorem parat. *Oleo caput meum non unxisti.* Si pedes Domini mysterium incarnationis ejus accipimus, congrue per caput illius ipsa divinitas designatur. Unde et per Paulum dicitur: *Caput Christi, Deus* (*I Cor. xi, 3*). Iu Deo quippe, et non in se quasi in homine, credere Judæus populus fatebatur. Sed Pharisæo dicitur, *Oleo caput meum non unxisti*, quia ipsam quoque divinitatis ejus potentiam, in qua se Judaicus populus credere spondit, digna laude prædicare neglexit. *Hæc autem unguento unxit pedes meos*, quia dum incarnationis ejus mysterium gentilias eradicavit, summa laude etiam ejus ima prædicavit. Sed jam Redemptor noster enumerata bona concludit, cum per sententiam subdit: *Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Ac si aperie dicat: *Et si durum est valde quod coquitur, abundat tamen amoris ignis quo etiam dura consumantur.*

7. Libet inter hæc considerationem tantæ pietatis intueri. Peccatricis mulieris opera, sed poenitentis, qua estimatione Veritas apud se servat, quæ ejus adversario sub tanta distributione enumerat. Ad Pharisæi prandium Dominus discumbebat, sed apud poenitentem mulierem mentis epulis delectabatur. Apud Pharisæum Veritas pascebatur foris, apud peccatricem mulierem, sed tamen conversam, pascebatur intus. Unde et ei sancta Ecclesia, quem sub specie hinnuli cervorum quererit, in Canticis canticorum dicit: *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie* (*Cant. 1, 6*). Cervorum quippe hinnulus Dominus appellatur, juxta assumptam carnem antiquorum filii patrum. Ferventior vero in

<sup>a</sup> Belvac., *osculis oris sui.*

<sup>b</sup> Bigot., *temporalibus desideriis.*

A meridie æstus ardescit, et umbrōsum locum binnulus querit, quem æstus igne non afficit. In illis ergo cordibus Dominus requiescit, quæ agor præsentis sæculi non incendit, quæ carnis desideria non exurunt, quæ incensa suis anxietatibus in hujus mundi concupiscentiis non arescunt. Unde et Mariæ dicitur: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* (*Luc. 1, 50*). Umbrōsa ergo loca in meridie ad pascendum binnulus querit, quia talibus mentibus Dominus pascitur, quæ per respectum gratiae temperatæ <sup>b</sup> corporalibus desideriis non uruptur. Plus ergo poenitens mulier pascet intus quam Pharisæus Dominum pascebatur foris, quia ab æstu carnalium quasi binnulus Redemptor noster ad ille insumentem fugerat, quam post vitiorum ignem poenitentiæ umbra temperabat.

8. Pensemus quantæ pietatis peccatricem mulierem non solum ad se admittere, sed ei etiam ad tangendum pedes præbere. Consideremus gratiam misericordis Dei, et damnum multitudinem reatus nostri. Ecce peccatores videt et sustinet, resistentes tolerat, et tamen quotidie per Evangelium clementer vocat. Confessionem nostram ex puro corde desiderat, et cuncta quæ delinquimus relaxavit. Temperavit nobis distinctionem legis misericordia Redemptoris. In illa quippe scriptum est: *Si quis hoc vel illud fecerit, morte moriatur.* **1598** *Si quis hæc vel illa fecerit, lapidibus obruatur* (*Exod. xix, 12; Lev. xx, seq.*). Apparuit conditor et Redemptor noster in carne, confessioni peccatorum non poenam, sed vitam promittit; mulierem sua vulnera consitentem suscipit, et sanam dimittit. Infelix ergo ad misericordiam duritiam legis, quia quos juste illa damnat, ipse misericorditer liberat. Unde bene quoque in lege scriptum est quia *manus Moysi erant graves; sumentes ergo lapidem, posuerunt subter, in quo sedit; Aaron autem et Hur sustinabant manus ejus* (*Exod. xvii, 12*). Moyses quippe sedit in lapide, cum lex requievit in Ecclesia. Sed hæc eadem lex manus graves habuit, quia peccantes quosque non misericorditer pertulit, sed severa distinctione percussit. Aaron vero mons fortitudinis, Hur autem ignisinterpretatur. Quem itaque mons iste fortitudinis signat, nisi Redemptorem nostrum, de quo per prophetam dicitur: *Erit in novissimis diebus præparatus mons dominus Domini in vertice montium* (*Isai. ii, 2*)? Aut quis per ignem, nisi Spiritus sanctus figuratur, de quo idem Redemptor dicit: *Ignem tenet mittere in terram* (*Luc. xii, 49*)? Aaron ergo et Hur graves manus Moysi sustinent, atque sustentando leviores reddunt, quia Mediator Dei et hominum cum igne sancti Spiritus veniens mandata legis gravia, quæ dum carnaliter tenerentur portari non poterant, tolerabilia nobis per spiritalem intelligentiam ostendit. Quasi enim manus Moysi lèves reddidit, quia pondus mandatorum legis <sup>c</sup> ad virtutem confessionis retorsit. Hanc nobis secundibus misericordiae promissionem innuit, cum

<sup>c</sup> Secundus Carn., *ad fidem conversionis.*

<sup>d</sup> C. Germ., duo priores Gemel. et secundus

per prophetam dicit : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vival* (Ezech. xxixiiii, 11). Hinc iterum sub Iudeo specie unicuique peccatrici anima dicitur : *Si dereliquerit vir uxorem suam, et illa redens duxerit virum alterum, nunquid revertetur ad eum ultra? nunquid non polluta et contaminata erit mulier illa?* Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, verumtamen revertere ad me, dicit Dominus (Jerem. iii, 1). Ecce paradigma turpis mulieris dedit. Ostendit quod post turpitudinem recipi non possit. Sed hoc ipsum paradigma quod protulit per misericordiam vincit, cum dicit fornicantem mulierem **599** recipi nequaquam posse, et tamen ipse fornicantei animam ut recipiat exspectat. Pensate, fratres, pondus tantæ pietatis. Dicit quod fieri non potest, et demonstrat quia doc ipse facere etiam contra morem potest. Ecce vocat, et quos inquinatos denuntiat, hos etiam amplecti querit, a quibus desertum esse se queritur. Nemo ergo tantæ misericordiae tempus perdat, nemo oblata remedia divinae pietatis abhiciat. Ecce superna benignitas aversos nos revocat, et nobis revertentibus sua clementia **a** sinum parat, unusquisque ergo penset quo debito constringitur, quando illum Deus exspectat, nec contemptus exasperatur. Qui ergo permanere noluit redeat, qui starè contempserit saltem post lapsum surgat. Quanto nos amore conditor noster exspectat insinuat cum per prophetam dicit : *Attendi, et auscultavi, nemo quod bonum est loquitur; non est qui recognitet in corde suo et dicat, Quid feci?* (Jerem. viii, 6.) Certe nunquam cogitare mala debuimus. Sed quia cogitare recta noluimus, ecce adhuc sustinet, ut recognitemus, Videte tantæ pietatis sinus, considerate apertum vobis misericordiae gremium; quos male cogitantes perdidit, bene recognitantes querit. Ad vos ergo, fratres charissimi, ad vos oculos mentis reducite, et penitentem peccatricem mulierem in exemplum vobis imitationis anteferte; quæque vos in adolescentia, quæque in juventute deliquisse meministis, deflete; morum operumque maculas lacrymis tergit. Amemus jam Redemptoris nostri vestigia, quæ peccando contempsimus. Ecce, ut diximus, ad recipientes nos supernæ pietatis sinus aperitur, nec maculosa in nobis vita contemnitur. Per hoc quod inquinacionem nostram perborrescimus, internæ jam munditiae concordamus. Revertentes nos Dominus elementer amplectitur, quia peccatorum vita ei esse indigna jam non potest, quæ fletibus lavatur in Christo Iesu Domino nostro, qui vivit et regnat cum Pa-

Carn., nobis sequentis. Tertius Gemel., nobis sequentem.

**a** Excusi, invitis MSS., sinum aperit. Primus Carn., ab aliis recedens habet, signum parat.

**b** Corb., quando illum Deus nec contemptus aspernatur. Belvac. et duo priores Gemel., quando.... nec contemptus exasperat. Secuti sumus C. Germ. et alios.

**c** Primes Carn., pietatis signum.

**d** In Lateran. est vigesima quarti. In Cod. reg. Suoc. vigesima septima. In Corb. vigesima tertia.

**e** Secundus Carn., in basilica beati Joannis apostoli

A tre Deus in unitate Spiritus sancti, per omnia annula saeculorum. Amen.

#### **4 HOMILIA XXXIV.**

Habita ad populum **e** in basilica beatorum Joannis et Pauli, Dominicana tertia post Pentecosten.

#### **LECTIO 8. EVANG. SEG. LUC. xv, 1-10.**

In illo tempore, **f** erant appropinquantes ad Iesum publicani et peccatores, ut audirent illum. Et mirabantur Pharisæi et Scribæ, dicentes : Quia hic peccatores recipit, et manducat cum illis. Et ait ad illas parabolam istum, dicens : Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat illam? Et cum invenierit eam, imponit in humeros suos gaudens; et veniens domum, convocat amicos et vicinos, dicens illis : Congratulamini mihi, quia inveni ovi meam **g** quæ perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente, **h** quam super nonaginta novem justis. **i** qui non indigent penitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, et si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, et exiret domum, et querit diligenter donec inveniat eam? Et cum invenierit, convocat amicas et vicinas suas, dicens : Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdidideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore penitentiam agentem.

**1600** **f**. Aestivum tempus quod corpori meo valde contrarium est, loqui me de expositione Evangelii longa mora interveniente prohibuit. **j** Sed nunquid quia lingua tacuit, ardore charitas cessavit? Hoc etenim dico, quod apud se vestrum unusquisque recognoscit. Plerumque charitas quibusdam occupationibus praepedita, **k** et in integra flagrat in corde, et tamen non monstratur in opere, quia et sol cum nube tegitur, non videtur in terra, et tamen ardet in celo. Sic sic esse occupata charitas solet, et intus vim sui ardoris exerit, et foris flammam operis non ostendit. Sed quia nunc ad loquendum tempus reddiit, vestra me studia accendant, ut mili tanto amplius loqui libeat, quanto hoc vestrae mentes desiderabilius exspectant.

**D** 2. Audistis in lectione evangelica, fratres mei quia peccatores et publicani accesserunt ad redemptorem nostrum; et non solum ad colloquendum, sed etiam ad convescendum recepti sunt. Quod videntes Pharisæi, designati sunt. Ex qua re colligit quia vera justitia compassionem habet (Dist. 45, c. 15), falsa justitia designationem, quamvis et justi

die Dominico. Abest a plerisque MSS. **Dominica tertia post Pentecosten.**

**f** C. Germ., Lateran., Belvac. et tres Gemel., accurrit ad Jesum.

**g** Bigot., quam perdidera.

**h** Subintelligitur magis.

**i** Corb. Germ., qui non erraverunt.

**j** Gussani., sed non quia lingua tacuit, etc. Unde hanc lectionem descripscerit M-s. et aliis Editis contrarium, nescimus.

**k** Ita C. Germ., Carn., Gemel., Bigot., etc. Ubi Editi habent, et intus flagrat.

soleant recte peccatoribus <sup>a</sup> indignari. Sed aliud est quod agitur typho superbiae, aliud quod zelo disciplinae. Dedignantur etenim, sed non dedignant; <sup>b</sup> desperant, sed non desperantes; persecutionem commovent, sed amantes, quia etsi foris increpationes per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem servant. Præponunt sibi in animo ipsos plerumque quos corrigunt, meliores existimant eos quoque quos judicant. Quod videlicet agentes, et per disciplinam subditos, **1601** et per humilitatem custodiunt semetipsos. At contra hi qui de falsa justitia superbire solent (*Ibid.*), cæteros quoque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt; et quo se peccatores esse non credunt, eo deteriorius peccatores fiunt. De quorum profecto numero Pbarisai exsisterant, qui, dijudicantes Dominum quod peccatores susciperet, arenti corde ipsum fons misericordiae reprehendebant

**3.** Sed quia ægri erant ita ut ægros se esse nescirent, quatenus quod erant agnoscerent, cœlestis eos medicus blandis somentis curat, benignum paradigmam objicit, et in eorum corde vulneris tunorem premit. Ait namque: *Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quæ perierat?* Ecce mira dispensatione pietatis similitudinem Veritas dedit, quam et in seipso homo recognoscet, et tamen hæc specialiter ad ipsum auctorem hominum pertineret. Quia enim centenarius perfectus est numerus, ipse centum oves habuit cum angelorum substantiam et hominum creavit. Sed una ovis tunc perii quando peccando homo pascua vita dereliquit. Dimisit autem nonaginta novem oves in deserto, quia illos summos angelorum choros reliquit in cœlo. Cur autem cœlum desertum vocatur, nisi quod desertum dicitur derelictum? Tunc autem cœlum homo deseruit cum peccavit. In deserto autem nonaginta novem oves remanserant, quando in terra Dominus unam quærebat, quia rationalis creaturae numerus, angelorum videlicet et hominum, quæ ad videndum Deum **1602** condita fuerat, perreunte homine erat immunitus, et ut perfecta summa ovium integraretur in cœlo, homo perditus quærebatur in terra. Nam quod hic evangelista dicit in deserto, alias dicit in montibus, ut significet in excelsis (*Matt. xviii, 12*), quia nimirum oves quæ non perierant in sublimibus stabant. *Et cum invenerit ovem, imponit in humeros suos gaudens.* Ovem in humeris suis imposuit, quia humanam naturam suscipiens peccata nostra ipse portavit. *Et veniens domum, convocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quæ perierat.* Inventaque ove ad domum redit, <sup>c</sup> quia Pastor noster, reparato homine, ad regnum cœleste rediit. Ibi amicos et vicinos invenit, illos videlicet angelorum choros

<sup>a</sup> Excusi, dedignari. MSS. Corb., Carn., Germ., Gemet., etc., habent indignari, etsi superius legatur, designationem.

<sup>b</sup> Duo priores Gemet., despiciunt, sed non despicientes.

**A** qui amici ejus sunt, quia voluntatem ejus continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoque ejus sunt, quia claritate visionis illius sua assiduitate perfruuntur. Et notandum quod non dicit Congratulamini inventæ ovi, sed Mihi, quia videlicet ejus gaudium est vita nostra, et cum nos ad cœlum reducimur, solemnitatem letitiae ejus implemus

**4.** *Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent pœnitentia.* Considerandum nobis est, fratres mei, cur Dominus plus de conversis peccatoribus quam de stantibus justis in cœlo gaudium esse fateatur, nisi hoc quod ipsi per quotidianum visionis experimentum novimus, quia plerumque hi qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in via justitiae, nulla illicita perpetrant, sed tamen ad cœlestem patriam anhelant, tantoque sibi in rebus licitis usum præbent, quanto se perpetrasse nulla illicita meminerunt. Et plerumque pigri remanent ad exercenda bona præcipua, quia valde sibi securi sunt quod nulla commiserint mala graviora. At contra nonnunquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti, inardescunt in amorem Dei, seseque in magnis virtutibus exercent, cuncta difficultia sancti certaminis appellant, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis latentur, flagrant desiderio, ad cœlestem patriam anhelant; et quia se errasse a Deo considerant, damna præcedentia lucris sequentibus **C** recompsant. Majus ergo de peccatore converso quam de stante justo gaudium fit in cœlo, quia et dux in prælio plus eum militem diligit, qui, post fugam reversus, hostem fortiter premit, quam illum qui nunquam terga præbuit, et nunquam aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam amplius terram amat quæ post spinas uberes fruges profert, quam eam quæ nunquam spinas habuit et nunquam fertilem messem producit.

**5.** Sed inter hæc sciendum est quia sunt plerique justi, in quorum vita tantum est gaudium, ut eis quælibet peccatorum pœnitentia præponi nullatenus possit. Nam multi et nullorum sibi malorum sunt concilii, et tamen in tanti ardoris afflictione <sup>d</sup> se exerunt, ac si peccatis omnibus coangustentur. Cuncta etiam licita resuunt, ad respectum mundi sublimiter accinguntur, licere sibi nonunt omne quodlibet, bona sibi amputant etiam concessa, contemnunt visibilia, invisibilibus ascenduntur, **1603** lamentis gaudent, in cunctis semetipsos humiliant; et sicut nonnulli peccata operum, sic ipsi cogitationum peccata deplorant. Quid itaque istos dixerim, nisi et justos et pœnitentes, qui se et in pœnitentia de peccato cogitationis humiliant, et recti semper in opere perseverant? Hinc ergo collendum est quan-

<sup>c</sup> Duo priores Gemet., quia Redemptor noster.

<sup>d</sup> Excusi inlerunt in exercenti verbum exerunt, quod est omnium vet. MSS. et præseriu Corb., Gerw.

tum Deo gaudium faciat quando humiliter plangit A justus, si facit in cœlo gaudium quando hoc quod male gessit et per penitentiam damnat injustus.

6. Sequitur : Aut quæ mulier habens drachmas decem, et si perdiderit drachmam unam, nonne accedit lucernam, et evertit dominum, et querit diligenter donec inveniat drachmam quam perdiderat? Qui signatur per pastorem, ipse et per mulierem. Ipse etenim Deus, ipse et Dei sapientia. Et quia imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perdidit, quando homo, qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando a similitudine sui conditoris recessit. Sed accedit mulier lucernam, quia Dei sapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est : lumen vero in testa, est divinitas in carne. De qua videlicet testa sui corporis dicit ipsa Sapientia : Exaruit velut testa virtus mea (Psal. xxi, 16). Quia enim testa in igne solidatur, ejus virtus sicut testa exaruit, quia assumptam carnem ad resurrectionis gloriam ex passionis tribulatione roboravit. Accensa autem lucerna evertit dominum, quia mox ut ejus divinitas per carnem clarauit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus namque evertitur cum consideratione reatus sui humana conscientia perturbatur. Qui eversionis sermo non discrepat ab eo quod in aliis codicibus legitur, emundat, quia nimirum prava mens si non prius per timorem evertitur, ab assuetis vitiis non emundatur. Eversa ergo domo invenitur drachma, quia dum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris. Et cum invenerit, convocat amicas et vicinas suas, dicens : Congratula mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Quæ amicas vel vicinas nisi illæ potestates celestes sunt, jam superius dicæ? Quæ tanto supernæ sapientiae juxta sunt, quanto ei per gratiam continuæ visionis appropinquant. Sed inter hæc nequaquam reliquere negligenter debemus cur ista mulier, per quam Dei sapientia figuratur, decem drachmas habuisse perhibetur, ex quibus unam perdidit, quam cum quereret invenit. Angelorum quippe et hominum naturam ad cognoscendum se Dominus condidit, quam dum consistere ad æternitatem voluit, eam procul dubio ad suam similitudinem creavit. Decem vero drachmas habuit mulier, quia novem sunt ordines angelorum. Sed ut compleretur electorum numerus, homo decimus est creatus, qui a conditore suo nec post culpam periit, quia hunc æterna sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine testæ reparavit.

7. Novem vero angelorum ordines diximus, quia videlicet esse, testante sacro eloquio, scimus angelos, archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, cherubim, atque seraphim. Esse namque angelos et archangelos pene omnes sacri eloquii paginæ testantur. Cherubini vero atque seraphim ssepe, ut notum est, libri prophetarum loquun-

tur. Quatuor quoque ordinum nomina 1604 Paulus apostolus ad Ephesios enumerat, dicens : *Supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem* (Eph. i, 21). Qui rursus ad Colossenses scribens, ait : *Sive throni, sive potestates, sive principatus, sive dominationes* (Coloss. i, 16). Dominationes vero et principatus ac potestates jam ad Ephesios loquens descripsérat; sed ea quoque Colossensis dicturus, præmisit thronos, de quibus nondum quidquam fuerat Epheſi locutus. Dum ergo illis quatuor quæ ad Ephesios dixit, id est principatibus, potestatibus, virtutibus atque dominationibus, conjunguntur throni, quinque sunt ordines qui specialiter exprimuntur. Quibus dum angeli et archangeli, cherubim atque seraphim, adjuncta sunt, procul dubio novem esse angelorum ordines inveniuntur. Unde et ipsi angelo, qui primus est conditus, per prophetam dicitur : *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decor, in deliciis paradisi Dei fuisti* (Ezech. xxviii, 12). <sup>a</sup> Ubi notandum quod non ad similitudinem Dei factus, sed signaculum similitudinis dicitur, <sup>b</sup> ut quo in eo subtilior est natura, eo in illo imago Dei <sup>c</sup> similius insinuetur expressa. Quo in loco mox subditur : *Omnis lapis pretiosus experimentum tuum : sardius, topazius, et jaspis, chrysolythus, onyx, et beryllus, sapphirus, carbunculus, et smaragdus* (Ibid., 13). Ecce novem dixit nomina lapidum, quia prosector novem sunt ordines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus angelus ideo ornatus et operatus existit, quia dum cunctis agminibus angelorum prælatus est, ex eorum comparatione clarior fuit.

8. Sed cur istos persistentium angelorum choros enumerando perstrinximus, si non eorum quoque ministeria subtiliter exprimamus? Græca etenim lingua angeli nuntii, archangeli vero summi nuntii, vocantur. Sciendum quoque quod angelorum vocabulum, nomen est officii, non naturæ. Nam sancti illi cœlestis patriæ spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari angeli nequaquam possunt, quia tunc solum sunt angeli, cum per eos aliqua nuntiantur; unde et per Psalmistam dicitur : *Qui facit angelos suos spiritus* (Psal. ciii, 4). Ac si patenter dicat : Qui eos quos semper habet spiritus, etiam cum voluerit, angelos facit. Hi autem qui minima nuntiant, angeli, qui vero summa annuntiant, archangeli, vocantur. Hinc est enim quod ad Mariam virginem non quilibet angelus, sed Gabriel archangelus, mittitur (Luc. i, 26). Ad hoc quippe ministerium summum angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat. Qui idcirco etiam privatim nominibus censentur, ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate, quam de visione omnipotentis Dei plena scientia perficit, idcirco propria nomina sortiuntur, ne eorum personæ sine nominibus sciri

<sup>a</sup> Belvac., C. Germ. et duo priores Gemet., qui notandum.

<sup>b</sup> Belvac., ut quia subtilior.

<sup>c</sup> Duo priores Gemet. ac secundus Carn., subtilius.

non possint; sed cum ad nos aliquid ministraturi convenient, apud nos etiam nomina a ministeriis transibunt.

9. Michael namque, quis ut Deus; Gabriel autem, fortitudo Dei; Raphael vero dicatur medicina Dei. Et quoties mira virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu et nomine **1605** deinceps intelligi quia nullus potest facere quod facere pravalet Deus. Unde et ille antiquus hostis, qui Deo esse per superbiam similis concupivit, dicens: *In caelum concendam, super astra caeli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem rubrum, similis ero Altissimo* (*Isai. xiv, 13*), dum in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo supplicio perimendus, cum Michael archangelo praeliaturus esse perhibetur, sicut per Joannem dicitur: *Factum est praelium cum Michael archangelo* (*Apoc. xii, 7*), ut qui se ad Dei similitudinem superbos extulerat, per Michaelem peremptus discat, quia ad Dei similitudinem per superbiam nullus exsurget. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur (*Lucas i, 26*), qui Dei fortitudo nominatur. Illum quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aeras potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur: *Tollite portas principes vestras, et elevamini, portas aternales, et introibit Rex gloriae. Quis est iste Rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio* (*Psalm. xxiii, 9, 10*). Et rursum: *Dominus virtutum ipse est Rex gloriae* (*Ibid.*). Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutum Dominus, et potens in prælio, <sup>a</sup> contra potestates aeras ad bella veniebat. Raphael quoque interpretatur, ut diximus, medicina Dei, quia videbilem diuinum Tobiae oculos quasi per officium curationis tetigit (*Tom. xi, 13, seq.*), cæcitatis ejus tenebras tergit. Qui ergo ad curandum mittitur, dignum videlicet fuit ut Dei medicina vocaretur. Sed quia angelorum nomina interpretando perstrinximus, nunc superest ut ipsa officiorum vocabula breviter exsequamur.

10. Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus, per quos signa et miracula frequentius flunt. Potestates etiam vocantur hi qui hoc potentius cæteris in suo ordine perceperunt, ut eorum ditioni virtutes adversæ subjectæ sint, quorum potestate refrenantur, ne corda hominum tantum tentare prævaleant quantum volunt. Principatus etiam vocantur qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus præsunt, qui subjectis aliis dum quæque sunt agenda disponunt, et ad explenda divisa ministeria principiantur. Dominationes autem vocantur qui etiam potestates principatu in dissimilitudine aita transcedunt. <sup>b</sup> Nam principari est inter reliquos priorem existere, dominari vero est etiam subjectos quosque possidere. Ea ergo angelorum agmina, quæ mira po-

<sup>a</sup> Ita cum C. Germ., Carn., Gemet., vet. Ed., etc. At in Excusis recent., ad debellandas potestates aeras.

<sup>b</sup> Hæc, usque ad ea ergo angelorum, non sunt im-

tantia præminent, pre eo quod eis eas tera ad obediendum subjecta sunt, dominationes vocantur. Throni quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercendum judicium semper Deus omnipotens præsidet. Quia enim thrones Latino eloquio sedes dicti sunt, throni Dei dicti sunt hi qui tanto divinitatis gloria repletur, ut in eis Dominus sedeat, et per eos sua judicia decernat. Unde et per Psalmistam dicitur: *Sedes super thronum, qui judicas et regnas* (*Psalm. ix, 5*). Cherubim quoque plenitudo scientia dicitur. Et sublimiora illa agmina id est cherubim vocata sunt, quia tanto perfectioni scientia plena sunt, quanto claritatem Dei vicinus contemplantur; ut, secundum creature modum, eo plene omnia sciant, quo visione conditoris sui per meritam dignitatem appropinquant. **1606** Seraphim etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina quæ ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardente amore. Seraphim namque ardentes vel incendentes vocantur. Quæ, quia ita Deo conjuncta sunt ut inter haec et Deum nulli alii spiritus intersint, tanto magis ardenter, quanto hunc vicinus vident. Quorum profecto flamma amor est, quia quo subtilius claritatem divinitatis ejus aspiciunt, eo validius in ejus amore flammescant.

11. Sed quid prodest nos de angelicis spiritibus ista perstringere, si non studeamus hæc etiam ad nostros protectus congrua consideratione derivare? Quia enim superna illa civitas ex angelis et hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illuc contigit electos angelos remansisse, sicut scriptum est: *Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei* (*Deus. xxxii, 8*), debemus et nos aliquid ex illis distinctiobibus supernorum civium ad usum nostræ conversationis trahere, nosque ipseos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare. Quia enim tanta illæ ascensura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remansit angelorum, superest ut ipsi quæque homines qui ad celestem patriam redentur ex eis agminibus aliquid illuc revertentes inlentent. Distincte namque conversationes hominum singulorum agminum ordinibus congruant, et in eorum sortem per conversationis similitudinem deputantur. Nam sunt plerique qui parva capiunt, sed tamen hæc eadem parva pie annuntiare fratribus non desinent. Iste itaque in angelorum numerum current. Et sunt nonnulli qui, divina largitatis numero <sup>c</sup> refecti, secretorum coelestium summa et capere pravalement, et nuntiare. Quo ergo isti nisi inter archangelorum numerum deputantur? Et sunt alii qui mira faciunt, signa valenter operantur. Quo ergo isti nisi ad supernarum virtutum sortem et numerum congruerent? Et sunt nonnulli qui etiam de obessio corporibus magnos spiritus fugant, eosque virtute orationis, et vi se-

Mss. Corb., Belvac., C. Germ. Leguntur in Gemet., Bigot. et al.

<sup>c</sup> Bigot., justitiam.

<sup>d</sup> Longip. et Val. Cl., referti.

ceptae potestatis ejiciunt. Quo itaque isti meritum suum nisi inter potestatum cœlestium numerum sortiuntur? Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt; cumque et bonis meliores sunt, electis quoque fratribus principiantur. Quo ergo isti sortem suam nisi inter principatum numeros acceperunt? Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis vitiis omnibusque desideriis dominantur, ut ipso jure munditiae dñi inter homines vocentur; unde et ad Moysen dicitur: *Ecce constitui te deum Pharaonis* (*Exod. vii, 1*). Quo ergo isti nisi inter numeros dominationum currunt? Et sunt nonnulli qui, dum sibimetipsis vigilanti cura dominantur, dumque se sollicita intentione discentiunt, divino timori semper inhærentes, hoc in munere virtutis accipiunt, ut judicare recte et alios possint. Quorum profecto mentibus dum divina contemplatio **1607** præsto est, in his velut in throno suo Dominus præsidens, aliorum facta examinat, et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni sui conditoris sunt? vel quo nisi ad supernarum sedium numeros ascribuntur? Per quos dum sancta Ecclesia regitur, plerumque de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi judicantur. Et sunt nonnulli qui tanta Dei ac proximi dilectione pleni sunt, ut cherubim jure nominentur. Quia enim, ut præstati sumus, cherubim plenitudo scientiae dicitur, et Paulo dicente didicimus quia *plenitudo legis est charitas* (*Rom. xiii, 10*), omnes qui Dei et proximi charitate cœteris amplius pleni sunt meritorum suorum sortem inter cherubim numeros perceperunt. Et sunt nonnulli qui, supernæ <sup>b</sup> contemplationis facibus accensi, in solo conditoris sui desiderio anhelant, nihil jam in hoc mundo cupiunt, solo æternitatis amore pascuntur, terrena quæque abjiciunt, cuncta temporalia mente transcendunt, amant et ardunt, atque in ipso suo ardore requiescant, amando ardentes, loquendo et alios accendunt, et quos verbo tangunt, ardore <sup>c</sup> protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphim dixerim, quorum cor in igne conversum lucet et urit, quia et mentium oculos ad superna illuminant, <sup>d</sup> et compungendo in fletibus vitiorum rubiginem purgant. Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt quo nisi inter seraphim numerum sortem suæ vocationis acceperunt?

**12.** Sed hæc, fratres charissimi, me loquente, in-

<sup>a</sup> Duo priores Gemet., quo ergo etsi, quorum comparatione cœteri homines, ut ita dicam, servi sunt, nisi inter numeros.

<sup>b</sup> Gemet. et Bigot., contemplationis igne.

<sup>c</sup> Primus Carn., potius.

<sup>d</sup> Belvac., et eos pungendo.

<sup>e</sup> Utrum hæc scripta sint Dionysii Areop. hic non inquirimus, cum hæc questio jam toties retractata et ad iudicem revocata sit. Legi possunt de hoc argum. Natalis Alexander, tom. II; Ludovicus Ellies du Pin, in Biblioteca Script. Eccl.; noster Nicolaus le Nourry, in Apparatu ad Biblioth. Patrum; Guilielmus Cave, in His. Litteraria Script. Eccl.; noster Claudius David, in sua Dissert. Gal. de scriptis Dionys. Areop., anno 1702 edita, et alii plures. Gregorius

A trorsus vos ad voametipos reducte, secretorum vestrorum merita cogitationesque discutite. Videote si quid jam boni vobiscum intus agitis, videte si in numero horum agminum, que breviter tangendo perstrixiimus, sortem vestræ vocationis invenitis. Vnde autem animæ quæ in se de his bonis quæ enumeravimus minime aliquid recognoscit, eique adhuc vœ deterius imminet, si et privatam se donis intelligit, et nequaquam gemit. Quisquis ergo talis est, fratres mei, gemendus est valde, quia non gemit. Pensemus ergo accepta electorum munera, et virtute qua possumus ad amorem tantæ sortis anhelemus. Qui in se donorum gratiam minime recognoscit gemat. Qui vero in se minora cognoscit, aliis majora non invideat, quia et supernæ illæ distinctiones beatorum spirituum ita sunt conditæ, ut aliæ aliis sint prælatæ. Fertur vero Dionysius • Areopagita, antiquus videlicet et venerabilis Pater, dicere (*De Cœl. Hierarch. cap. 7, 9, 13*) quod ex minoribus angelorum agminibus foras ad explendum ministerium vel visibiliter vel invisibiliter mittuntur, scilicet quia ad humana solatia ut angeli aut archangeli veniunt. Nam superiora illa aquina ab intimis nunquam recadunt, quoniam ea quæ præminent usum exterioris ministerii nequaquam habent. Cui rei illud videtur esse contrarium quod Isaías dicit: *Ei volavit ad me unus de seraphim, et in manu ejus calculus, quem forice tulerat de altari, et tetigit os meum* (*Isai. vi, 6, 7*). Sed **1608** in hac prophetæ sententia <sup>f</sup> vult intelligi quia ii spiritus qui mittuntur eorum vocabulum percipiunt quorum officium gerunt. Qui enim, ut peccata locutionis incendat, de altari angelus carbonem portat, seraphim vocatur, quod incendium dicitur. Ille autem sensui et illud creditur non inconvenienter opitulari, quod per Danielem dicitur: *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei* (*Dan. vii, 10*). Aliud namque est ministrare, aliud assistere, quia bi administrant Deo, qui et ad nos nuntiando exeunt; assistunt vero qui sic contemplatione intima persimuntur, <sup>g</sup> ad expienda foras opera minime mittuntur.

**13.** Sed quia in quibusdam Scripturæ locis quædam per cherubim, quædam vero per seraphim agi didicimus, utrum per se hæc faciant, an per subjecta agmina agantur, quæ, sicut dicitur, in eo quod a ma-

**D** joribus veniunt <sup>g</sup> majorum vocabula sortiuntur, nos hæc scripta Dionysio Areopagitæ non assertive tribuit, sed cum aliqua dubitatione, ut ex his verbis colligatur: *fertur Dionysius Areop. . . . dicere*. Dubitationem et basitatem aliquam significat verbum fertur. Hæc autem non videtur suis e de doctrina libri cœlestis hierarch. qui in omnium manibus versabatur, unde legendo dubium facile solvi potuisset. Ergo fertur ad assertorem libri potius spectat; siue loquendo sanctus doctor innuere videtur non propriam sententiam sequi se, sed vulgarem opinionem. Hæc tamen, prudens factor, judicio tuo permetto.

<sup>f</sup> Primus Carn., valet intelligi.

<sup>g</sup> Bigot., majora vocabula.

affirmare nolumus quod apertis testimoniis non approbamus. Hoc tamen certissime scimus, quia ad explendum de supernis ministerium alii spiritus alios mittunt, Zacharia scilicet propheta testante, qui ait: *Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur; et ecce alius angelus egrediebatur in occursum ejus, et dixit ad eum: Curre, et loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Jerusalem* (Zach. ii, 3, 4). Dum enim angelus ad angelum dicit *Curre et loquere*, dubium non est quia alius alium mittit. Minora vero sunt quæ mittuntur, majora quæ mittunt. Sed hoc quoque de ipsis agminibus quæ mittuntur certum tenemus, quia et cum ad nos veniunt, sic exterius implent ministerium, ut tamen nunquam desint interioris per contemplationem. Et mittuntur igitur, et assistunt, quia etsi circumscriptus est angelicus spiritus, summus tamen spiritus ipse, qui Deus est, circumscriptus non est. Angeli itaque et missi, et ante ipsum sunt, quia quolibet missi veniant, intra ipsum currunt.

14. Sciendum quoque est quia plerumque ipsi beatorum spiritum ordines vicinorum sibi ordinum vocabula sortiuntur. Thronos etenim, scilicet sedes Dei, specialem beatorum spirituum ordinem diximus, et tamen per Psalmistam dicitur: *Qui sedes super cherubim, appare* (Psal. LXXIX, iii), quia videlicet, dum in ipsis distinctionibus agminus cherubim thronis junguntur, sedere etiam super cherubim Dominus ex vicini agminis æqualitate perhibetur. Sic quippe in illa summa civitate specialia quædam singulorum sunt, ut tamen sint communia omnium; et quod in se ex parte quisque habet, hoc in alio ordine totum possidet. Sed idcirco uno eodemque vocabulo communiter non consentitur, ut ille ordo vocari privato uniuscujusque rei nomine debeat, qui hanc in munere plenus accepit. Seraphim namque incendium diximus, et tamen amore conditoris simul omnes ardunt. Cherubim vero plenitudinem scientiæ, et tamen quis ibi aliquid nesciat ubi ipsum omnes simul fontem scientiæ Deum vident? Throni quoque illa agmina quibus conditor præsidet vocantur, sed beatus esse quis potest, nisi Creator suus ejus menti præsideat? Quæ ergo ex parte ab omnibus habentur, eis in privato nomine data sunt qui hæc in munere **1609** plenus acceperunt. Nam et si qua illic sic alii habent, ut haberi ab aliis nequaquam possint, si-  
cut speciali nomine dominationes et principatus vocantur, cuncta ibi singulorum sunt, quia per charitatem spiritus ab alio in aliis habentur.

15. Sed ecce dum cœlestium <sup>b</sup> civium secreta rimamur, ab expositionis nostræ ordinæ longe distracti sumus. Suspiremus ergo ad eos de quibus loquimur, sed redeamus ad nos. Meminisse etenim debemus quia caro sumus. Taceamus interim de secretis coeli, sed ante conditoris oculos manu pœni-

<sup>a</sup> Idem, scientiæ, Deum vident; et tamen.

<sup>b</sup> Duo priores Gemet., cœlestium ordinum.

<sup>c</sup> Primus Carn., si possumus dispensationem superne pietatis agnoscere.

A tentiæ tergamus maculas pulvris nostri. Ecce ipsis divina misericordia pollicetur, dicens: *Gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agentem*; et tamen per prophetam Dominus dicit: *Quia quacunque die justus peccaverit, omnes justitiae ejus in oblatione erunt coram me* (Ezech. xxxiii, 13). Pensemus, si possumus, dispensationem supernæ pietatis. Stantibus, si eccliderint, ministratur paenam; lapsis vero, ut surgere appetant, promittit misericordiam. Illos terret, ne præsumant in bonis; istos refovet, ne desperent in malis. Justus es, iram pertimesce, ne corrues; peccator es, præsume de misericordia, ut surgas. Ecce autem jam lapsi sumus, stare nequaquam valuimus, in pravis nostris desideriis jacemus. Sed qui nos concidit rectos, adhuc exspectat, et provocat ut surgamus. Sinum sue pietatis aperit, nosque ad se recipere per pœnitentiam quærerit (*De pœnit.*, *dist.* 3, *cap. Pœnitentiam*). Sed pœnitentiam agere digne non possumus, nisi modum quoque ejusdem pœnitentiae cognoscamus. Pœnitentiam quippe agere est et perpetrata mala plangere, et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc pœnitentiam agere, aut dissimulat, aut ignorat. Quid enim prodest si peccata quis luxuriae defleat, et tamen adhuc avaritiae æstibus anhelet? Aut quid prodest, si iræ culpas jam lugeat, et tamen adhuc invidiae facibus tabescat? Sed minus est valde quod dicimus, ut qui peccata deplorat ploranda minime committat, et qui plangit vitia perpetrare vitia timeat.

16. Nam cogitandum summopere est ut qui se illicita meminit commisso a quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisficiat, ut qui commisit probibita sibi meti ipsi absindere debeat etiam concessa, et se reprehendat in minimis qui se meminit in maximis deliquisse. <sup>d</sup> Nimia sunt quæ loquor, si hæc ex sacri eloquii testimoniis non affirmo. Lex certe Veteris Testamenti alienam uxorem concupisci prohibet (Exod. xx, 17), a rege vero fortia juberi militibus, vel desiderari aquam, non pœnaliter vetat. Et cuncti novimus quod David, concupiscentiæ mucrone transfixus, alienam conjugem et concupivit et abstulit (II Reg. xi, 4). Cujus culpam digna verbera sunt secuta, et malum quod perpetravit per pœnitentiæ lamenta correxit. Qui cum longe post contra hostium cuneos sederet, aquam bibere de Bethelemitica cisterna ex desiderio voluit (II Reg. xxiii, 14, seq.). Cujus electi milites, inter catervas adversantium medias erumpentes, aquam quam rex desideraverat illæsi detulerunt. Sed vir flagellis eruditus semet ipsum protinus cum periculo militum aquam desiderasse reprehendit, eamque Domino fundens libavit, sicut illic **1610** scriptum est: *Libavit eam Domino* (II Reg. xxiii, 17; I Par. xi, 18). In sacrificium quippe Domini effusa aqua

<sup>d</sup> Hic sequimur vet. MSS. Belvac., C. Germ. et al. In Ed., quibus etiam favent nonnulli MSS., legitur, minima sunt.

conversa est, quia culpam concupiscentiae <sup>a</sup> mactavit per poenitentiam reprobationis suae. Qui ergo quondam concupiscere alienam conjugem nequaquam timuit, post etiam quia aquam concupisset expavit. Quia enim se illicita perpetrasse meminerat, contra semetipsum jam rigidus, etiam a licitis abstinebat. Sic sic agimus poenitentiam, si ea quæ commisimus perfecte deploramus. Pensemus supernas dignitias conditoris nostri. Peccare nos vident, et pertulit.

17. Qui nos ante culpam peccare prohibuit, etiam post culpam exspectare ad veniam non desistit. Ecce ipse nos, quem despeximus, vocat. Aversi ab illo sumus, et tamen non avertitur. Unde bene per Isaiam dicitur: *Et erant oculi tui videntes præceptorem tuum, et aures tuæ audient vocem post tergum monentis* (*Isai xxx, 20, 21*). Quasi in faciem homo monitus est quando, ad justitiam conditus, præcepta rectitudinis accepit. Sed cum hæc eadem præcepta contempsit, quasi conditori suo dorsum mentis in faciem dedit. Sed ecce adhuc post tergum sequitur et monet, quia jam et a nobis contemptus est, et tamen nos adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum ei in faciem dedimus cuius verba despiciimus, cuius præcepta calcamus; sed stans post tergum nos aversos revocat, qui et videt quod despicuntur, et tamen per præcepta clamat, <sup>b</sup> per patientiam exspectat. Pensate ergo, fratres charissimi, si cuilibet vestrum loquenti famulus suus subito superbiret, terga in faciem mitteret, nunquid non contemptus dominus ejus superbiam feriret, vulnera districtæ animadversionis infligeret? Ecce nos peccando auctori nostro terga in faciem dedimus, et tamen sustinemur. Superbe aversos benignè revocat, et qui ferire nos aversantes potuit, ut revertamur munera promittit. Tanta ergo conditoris nostri misericordia duritiam nostri reatus emolliat, et homo qui malum quod fecit experiri percussus poterat, saltem exspectatus erubescat.

18. Rem, fratres, breviter refero, quam viro venerabili Maximiano tunc patre monasterii mei atque presbytero, noui autem Syracusano episcopo narrante, cognovi. Hanc itaque si solerter auditis, charitati vestra non breviter suffragari credo. Nostris modo temporibus Victorinus quidam existit, qui alio quoque nomine *Æmilianus* appellatus est, <sup>c</sup> non inops substantiae juxta mediocritatem vitæ; sed quia plerumque regnat in rerum opulentia carnis culpa, in quodam facinore lapsus est, quod debuissest valde pertimescere, ac de suse mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compunctus, erexit se contra se, mundi hujus omnia dereliquit, monasterium petiit. In quo nimurum monasterio tantæ humilitatis tantæque sibi distinctionis existit, ut cuncti fratres, qui illuc ad amorem divinitatis excreverant, suam cogerentur vitam despicer, dum illius poenitentiam viderent. Studuit namque toto mentis animu cruciare carnem, voluntates proprias frangere,

<sup>a</sup> *Bigot., mundavit.*

<sup>b</sup> *Idem, per paenitentiam.*

<sup>c</sup> In *Excusis*, furentibus inferioris ævi MSS., non inops substantiae.

A furtivas orationes querere, **1611** quotidianis se lacrymis lavare, despectum sui appetere, oblatam a fratribus venerationem timere. Hic itaque nocturnas fratrum vigilias prævenire consueverat; et quia mons in quo monasterium situm est ex uno latere in secretiore parte prominebat, illuc consuetudinem fecerat ante vigilias egredi, ut se quotidie in fletu poenitentiae quanto secretius, tanto liberius mactaret. Contemplabatur namque distinctionem venturi judicis sui, et, jam eidem judicii concordans, puniebat in lacrymis reatum facinoris sui. Quadam vero nocte abbas monasterii vigilans hunc latenter egredientem intuitus lento foras pede secutus est. Quem cum in secreto montis <sup>d</sup> latere cerneret in oratione prostratum, exspectare voluit quando surgeret, ut ipsam quoque longanimitatem orationis ejus exploraret, cum subito coelitus lux emissâ super eum fusa est qui in oratione prostratus jacebat; tantaque se illo in loco claritas sparsit, ut tota pars regionis illius ex eadem luce candesceret; quam abbas ut vidit, intremuit, et fugit. Cumque post longum horæ spatium idem frater ad monasterium rediisset, abbas ejus, ut disceret an super se effusionem tanti luminis agnivisset, requirere eum studuit, dicens: *Ubi fuisti, frater?* At ille, latere posse se credens, in monasterio se fuisse respondit. Quo negante, abbas compulsus est dicere quid vidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoque quod abbatem latebat aperuit adjungens: *Quando super me vidisti lucem de celo descendere, vox etiam pariter venit*, dicens: **C** *Dimissum est peccatum tuum.* Et quidem omnipotens Deus peccatum ejus potuit tacendo laxare; sed loquendo per vocem, radiando per lumen, exemplo sua misericordiae nostra ad poenitentiam voluit <sup>e</sup> corcordia concutere. Miramur, fratres charissimi, quod persecutorem suum Saulum Dominus de celo prostravit, de celo allocutus est. Ecce nostris quoque temporibus peccator et poenitens vocem de coelestibus audivit. Illi dictum est: *Quid me persequeris?* (*Act. ix, 4.*) Iste vero audire meruit: *Dimissum est peccatum tuum.* Longe est inferior meritis peccator isto poenitens quam Paulus. Sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur crudelitatem necis anhelante, liceat audenter dicere quia Saulus propter superbiam vocem increpationis, iste vero propter humilitatem vocem consolationis audivit. Hunc quia humilitas straverat, divina pietas erigebat, illum quia superbiam exerxerat, divina severitas humiliabat. Habeat ergo fiduciam, fratres mei, de misericordia conditoris nostri; cogitate quæ facitis, recogitate quæ fecistis. Largitatem supernæ pietatis aspicite, et ad misericordem judicem, dum adhuc exspectat, cum lacrymis venite. Considerantes namque quod justus sit, peccata vestra nolite negligere; considerantes vero quod pius sit, nolite desperare. Præbet apud Deum homini fiduciam Deus homo. Est nobis spes magna poenitenti-

<sup>d</sup> Secundus Carn., in secreto montis jacere, nec pravo sensu.

<sup>e</sup> Ita Belvac., C. Germ., Gemet., etc. In *Excusis* tamen legitur convertere.

bus, quia advocatus noster faciens est iudex noster. A mala præcurrere, ut malum valent sine fine nuntiare.  
¶ Qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto Deus in secula secentorum. Amen.

## b HOMILIA XXXV.

Habita ad populum in basilica sancti Meane martyris, die natalis ejus.

## LECTIO 8. EVANG. SEC. LUC. XII, 9-19.

*In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis : Cum audieritis prælia et seditiones, nolite terrixi; oportet primum haec fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis : Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum ; et terræ motus magni erunt per loca, et pestilentiae et fames, terroresque de cœlo, et signa magna erunt. Sed ante haec omnis injicient vobis manus suas, et persequentur, tradentes in synagogas et custodias, trahentes ad reges et præsides propter nomen meum. Contingent autem haec vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis, et morte afficiant ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

**1612** 1. Quia longius ab urbe digressi sumus, ne ad revertendum nos tardior hora præpediat, necesse est ut expositionem sancti Evangelii brevior sermo transcurrat. Dominus ac Redemptor noster perituri mundi præcurrentia mala denuntiat, ut eo minus perturbent venientia, quo fuerint præscita. Minus enim jacula feriunt quæ prævidentur; et nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hæc per præscientiæ clypeum munimur. Ecce enim dicit : *Cum audieritis prælia et seditiones, nolite terrixi; oportet enim primum haec fieri, sed nondum statim finis.* Pensanda sunt verba Redemptoris nostri, per quæ nos aliud interius, aliud exterius passuros esse denuntiat. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad clives. Ut ergo nos indicet interius exteriusque turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud a fratribus perpeti. Sed his malis prævenientibus, quia non statim finis sequatur, adjungit : *Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum ; et terræ motus magni erunt per loca, et pestilentiae et fames, terroresque de cœlo ; et signa magna erunt.* Vel sicut in quibusdam Codicibus inventur, *Terroresque de cœlo et tempestates.* Atque post subditur : *Et signa magna erunt.* Ultima tribulatio multis tribulationibus prævenitur, et per crebra mala quæ præveniunt indicantur mala perpetua quæ subsequentur. Et ideo post bella et seditiones non statim finis, quia multa debent

<sup>a</sup> In duabus prioribus Gemet., cui cum Patre, etc., ut in superiorum homi. clausula.

<sup>b</sup> Est trigesima quinta in Cod. reg. Suec., ubi legitur sancti Menii. trigesima sexta in Later. et trigesima nona in Corb.

<sup>c</sup> Later. et primus Gemet. hæc non habent; leguntur in Cod. reg. Suec., Corb. Germ. et plerisque.

<sup>d</sup> C. Germ.. Bigot. et tertius Gemel., dicebat : In duabus prioribus Gemet., dixit Dominus Jesus. In

Sed cum tot signa perturbationis dicta sint, oportet ut eorum considerationem breviter per singula perstringamus, quia necessare est ut alia e cœlo, alia e terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Alii enī : *Surget gens contra gentem, ecce perturbatione hominum ; erunt terræ motus magni per loca, ecce respectus iræ desuper ; erunt pestilentiae, ecce iniquitas corporum ; erit famæ, ecce sterilitas terræ ; terroresque de cœlo et tempestates, ecce iniquitas aeris.* Quia ergo omnia **1613** consummunda sunt, ante consummationem omnia perturbantur ; et qui in cunctis delinquimus, in cunctis ferimur, ut impletatur quod dicitur : *Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos* (Sap. v, 21). Omnia namque quæ ad usum vita accepimus ad usum convertimus culpe, sed cuncta quæ ad usum pravitatis infleximus ad usum nobis vertuntur ultionis. Tranquillitatem quippe humanæ pacis ad usum virtutis vanæ securitatis, peregrinationem terræ pro habitatione dileximus patriæ; salutem corporum redigimus in usum vitiūrum; libertatis abundantiam non ad necessitatem carnis, sed ad perversitatem intorsum voluntatis; ipsa Serena blandimenta aeris ad amorem nobis servire coegerimus terrenas delectationis. Jure ergo restat ut simul nos omnia feriant, quæ simul omnia vitiiis nostris male subacta serviebant, ut quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipso postmodum cogantur sentire tormenta. Notandum vero quod dicitur : *Terrores de cœlo et tempestates.* Cum tempestates hiemales venire ex ordine soleant temporum, cur hoc loco tempestates venire in perditionis signum prædicuntur, nisi quod eas tempestates Dominus venire denuntiat quæ nequaquam ordinem temporum servant? Quæ enim ordinata venire, signum non sunt; sed tempestates in signum sunt, quæ ipsa quoque temporum statuta confundunt. Quid nos quoque nuper experti sumus, quia zetivum tempus omne conversum in pluvias hiemales vidimus.

2. Quia autem cuncta hæc non de iniustitia ferientis sunt, sed de merito mundi patientis, facia pravorum hominum præmissuntur cum dicitur : *Sed ante haec omnia incipient vobis manus suas injicere, et persequentur, et tradent vos in synagogas, ducentes ad reges et præsides propter nomen meum.* Ac si aperte dicat : Prius corda hominum, et post elemos turbantur, ut cum rerum ordo confunditur, ex qua iam retributione veniat demonstretur. **1614** Nam quavis finis mundi ex ipso suo ordine pendeat, perversiores tamen quosque inveniens, qui digne ruinis illius opprimantur innotescit cum subditur : *Ducentes ad reges et præsides propter nomen meum.* Contin-

Sacramentario Gallie. quod edidit D. J. Mabillon., Musei Ital., t. I, part. II, semper domini Jesus præmittitur Dominus.

\* Gussanv., ante hæc omnia incipient vobis manus suas injicere. Et paulo post, et tradent vos, etc., contradicentibus aliis MSS., etsi postea, num. 2, locis hic evangelicus ita legatur in MSS. Tandem in fine, nulla ratione, omittitur et cognatis et amicis.

<sup>1</sup> Corb., contingit autem vobis.

genit autem huc vobis in testimonium. In testimonium videlicet quoram, nisi eorum qui est persequendo mortes inferunt, aut videndo a me imitantur? Mors quippe justorum bonis in adjutorium est, malis in testimonium, ut inde perversi sine excusatione pe-reant, unde electi exemplum<sup>b</sup> capiant ut vivant.

3. Sed auditis tot terroribus terbari poterant infirmorum corda, atque ideo consolatio adjungitur cum protinus subinfertur: *Ponite ergo in cordibus vestris non praemeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterant resistere et contradicere omnes adversarii vestri.* Ac si aperto membris suis infirmantibus dicat: *Nolite terri-teri, nolite perimeacere; vos ad certamen accedi-tis, sed ego prærior; vos verba editis, sed ego sum qui lequier. Sequitur: Trademini autem a parentibus et fratribus, et cognatis et amicis, et morte afficiens ex vobis. Mihiorem dolorem mala ingerunt quæ ab extra-neis inferuntur. Plus vero in nobis ea tormenta se-veniunt quæ ab illis patimur de quorum mentibus pre-sumebamus, quia eum damno corporis mala nos cru-ciant animam charitatis.* Hinc est enim quod de Iuda traditore suo per Psalmistam Dominus dicit: *Ei qui-dem si inimicus meus maledixisset mihi, et supportassem utique; et si is qui oderat me super me magna le-ctuus fuisset, abscondissem me utique ab eo. Tu vero homo unanimis, dux meus et notus meus, qui simul tecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum consensu (Psalm. liv, 13, seq.).* Et rursum: *Homo pacis meæ in quo sperabam, et qui edebat panes meos, ampliavit adversum me supplancementem (Psalm. xl, 10).* Ac si de traditore suo apertis vocibus dicat: *Transgressionem ejus tanto gravius pertuli, quanto banc ab eo qui meus esse videbatur sensi. Omnes er-geo electi quia summi capitum membra sunt, caput quoque suum in passio nibus sequuntur, ut ipsos adversarios in sua morte sentiant de quorum vita præsumebant, et tanto eis crescat<sup>c</sup> merces operis, quanto eis virtutis lucrum proficit ex aliena damno charitatis.*

4. Sed quia dura sunt quæ prædicuntur de affilctione mortis, protinus consolatio subditur de gau-dio resurrectionis, cum dicitur: *Capillus de capite vestro non peribit.* Scimus, fratres, quia caro incisio dolet, capillus incisus non dolet. Ait ergo martyribus suis: *Capillus de capite vestro non peribit,* videlicet aperte dicens: *Cur timetis ne pereat quod incisum dolet, quando et illud in vobis perire non potest quod incisum non dolet?* Sequitur: *In patientia vestra possidebitis ani-mas vestras.* Idcirco possessio animæ in virtute pa-tientiæ ponitur, quia<sup>d</sup> radix omnium custosque vir-tutum patientia est. Per patientiam vero possidemus animas nostras, quia dum nobis ipsis dominari dis-cimus, hoc ipsum incipimus possidere quod su-nus. *¶ Patientia vero est aliena mala sequanimititer*

<sup>a</sup> Exaudi, reluctantibus MSS., non mutantur.

<sup>b</sup> Secundus Carn., capiunt salutis, ut vivant.

<sup>c</sup> Duo priores Gemel., sustinuerunt; et paulo post, forsan ab eo, consentiente Bigot.

<sup>d</sup> Bigot., multiplicavit.

A perpeti, contra eum quoque qui mala irrogat nullo dolore morderi. Nam **1615** qui sic proximi mala portat, ut tamen tacitus doleat, et tempus dignæ retributio-nis querat, patientiam non exhibet, sed ostendit. Scriptum quippe est: *Charitas patientis est, benigna est* (*I Cor. xiii, 4*). Patiens namque est ut aliena mala toleret, benigna vero est ut ipso etiam quos portat<sup>e</sup> amet. Hinc namque per semetipsam Ve-ritas dicit: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt eos, orate pro persecutib[us] et calumnian-tibus nos* (*Math. v, 44; Luc. vi, 27*). Virtus itaque est coram hominibus adversarios tolerare, sed virtus coram Deo diligere, quia hoc solum Deus sacrificium accipit, quod ante ejus oculos in altari boni operis flamma charitatis incendit.

5. Sciendum vero quid plerumque ideo patientes esse videmur, quia retribuere mala non possumus. Sed qui idcirco malum non retribuit quia nequaquam valet, procul dubio, ut prædiximus, patiens non est, quia patientia non in ostensione inquiritur, sed in corde. Per impatientiæ autem vitium ipsa virtutum nutrix doctrina dissipatur. Scriptum namque est: *Doctrina viri per patientiam noscitur* (*Prov. xix, 11*). Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus, quanto convincitur minus patiens. Neque enim potest vera-citer bona docendo impendere, si vivendo nesciat sequanimititer aliena mala tolerare. Quanto enim culmine virtus patientiæ polleat, rursus Salomon indi-cat, dicens: *Melior est patiens viro forti, et qui do-minatur animo suo expugnatore urbium* (*Prov. xvi, 32*). Minor est ergo victoria urbes expugnare, quia extra sunt quæ vincuntur. Majus autem est quod per patientiam vincitur, quia ipse a se animus superatur, et semetipsum sibi meti subjicit, quando eum pa-tientia in humilitate tolerantiae sternit. Sciendum vero est quod plerumque evenire patientibus solet, ut eo quidem tempore quo aduersa patientiæ vel contumelias audiunt nullo dolore pulsentur, et sic pa-tientiam exhibant, ut custodire etiam cordis inno-centiam curent. Sed cum post paululum haec ipsa quæ pertulerint ad memoriam revocant, igne vehementissimi doloris instigantur, argumenta ultionis inquirunt, et inansuetudinem quam tolerantes habuerunt, in retractatione sua semetipsos dijudicantes perdunt.

6. Callidus namque adversarius bellum contra duos movet, unum videlicet inflammans ut contumelias prior inferat; alterum vero provocans, ut contume-lia læsus reddat. Sed quia ejus jam Victor exstitit quem ad proferendas contumelias commovit, contra illum acrius dolet, quem ad reddendas injurias com-movere non potuit; unde fit ut tota se virtute contra eum erigit, quem contumelias fortiter perculisse considerat. Quem quila commovere in ipsa<sup>f</sup> infirmitati jaculatione non potuit, ab aperto certamine in-teriorum recedens, in secreta cogitatione desceptionis

<sup>e</sup> Belvac., lucrum operis.

<sup>f</sup> Secundus Carn., radix bonorum omnium.

<sup>g</sup> Bigot., patientia vera.

<sup>h</sup> Additum in Big., et ut sua bona largius præstet. *Runc.*

<sup>i</sup> Val. Cl. et Longip., injuriarum contumelia.

tempus inquirit, et qui publico bello a perdidit, ad exhibendas occulta insidias exardescit. Quietis namque jam tempore ad victoris animum reddit, et vel damna rerum, vel injuriarum jacula ad memoriam reducit; cunctaque quæ sibi illata sunt vehementer exaggerans, fuisse intolerabilia ostendit, et quiescentis animum **1616** tanto furore conturbat, ut plerumque vir patiens illa se sequanimiter tolerasse etiam post victoriam captivus erubescat; seque non redidisse contumelias doleat, et deteriora rependere, si occasio præbeat, querat. Quibus ergo isti sunt similes, nisi his qui per fortitudinem in campo victores sunt, sed per negligentiam postmodum intra urbis claustra capiuntur? Quibus isti sunt similes, nisi his quos irruens gravis languor a vita non subtrahit, sed leviter veniens recidiva febris occidit? Ille ergo veraciter patientiam servat, qui et ad tempus aliena mala sine dolore tolerat, et haec eadem retractans, pertulisse se talia exsultat, ne bonum patientiae quietis tempore pereat, quod in perturbationibus custoditur.

7. Sed quia natalem martyris hodierna die colimus, fratres mei, nequaquam nos a virtute ejus patientiae existimare extraneos debemus. Si enim, adjuvante nos Domino, virtutem patientiae servare contendimus, et in pace Ecclesiae vivimus, et tamen martyrii palmam tenemus. Duo quippe sunt martyrii genera, unum in mente, aliud in mente simul et actione. Itaque esse martyres possumus, etiam si nullo percutientium ferro trucidemur. Mori quippe a persequente martyrium in aperto opere est; ferre vero contumelias, odientem diligere, martyrium est in occulta cogitatione. Nam quia duo sunt martyrii genera, unum in occulto opere, aliud in publico, testatur Veritas, quæ Zebedæi filios requirit, dicens: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* (*Matth. xx, 22.*) Cui cum protinus responderent: *Possumus*, illico Dominus respondit, dicens: *Calicem quidem meum bibetis.* Quid enim per calicem, nisi dolorem passionis accipimus? De quo alias dicit: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* Et Zebedæi filii, id est Jacobus et Joannes, non uterque per martyrium occubuit, et tamen quod uterque calicem biberet audivit. Joannes namque nequaquam per martyrium vitam finivit, sed tamen martyr exstitit, quia passionem quam non suscepit in corpore servavit in mente. Et nos ergo hoc exemplo sine ferro esse possumus martyres, si patientiam veraciter in animo custodimus. Non abs re arbitror, fratres charissimi, si unum vobis exemplum servandæ patientiae ad aedificationem loquar.

8. Fuit quidam diebus nostris Stephanus nomine, pater monasterii juxta Reatinæ urbis menia consti-

<sup>a</sup> Solet Greg. hoc verbum absolute usurpare, ut in pref. Moral., cap. 5, num. 8: *Quid aliud quam Deum, qui pro illo proposuerat, perdidisse reprehendit.*

<sup>b</sup> Belvac., Longip., Val. Cl., sed leniter. Secundus Carn. habet *rediviva*, pro *recidiva*.

<sup>c</sup> In Corb. Germ., *unum in publico, aliud in mente simul et actione.* In Bigot. et secundo Carn., *unum in publico, aliud in occulto; unum in mente, aliud in*

A tuti, vir valde sanctus, virtute patientiae singularis. Et supersunt multi qui illum neverunt, ejusque vel vitam vel obitum narrant. Erat autem bujus lingua rusticæ, sed docta vita. Hic pro amore cœlestis patriæ cuncta despererat, possidere aliquid in hoc mundo fugiebat; tumultus devitabat hominum, crebris ac prolixioribus orationibus intentus erat. Virtus tamen patientiae in eo vehementer excreverat, ita ut eum sibi amicorum crederet, qui sibi molestiae aliquid irragasset; reddebat contumeliis gratias; si quod in ipsa sua inopia damnum ei fuisset illatum, hoc maximum lucrum putabat; omnes suos adversarios nihil aliud quam adjutores aestimabat. Hunc cum dies mortis egredi de corpore urgeret, convenerunt multi, ut tam sanctæ animæ **1617** de hoc mundo recedenti suas animas commendarent. Cumque circa lectum illius hic qui convenerant omnes assisterent, alii corporeis oculis ingredientes angelos viderunt, sed dicere aliquid nullo modo potuerunt; alii omnino nihil viderunt; sed omnes qui aderant ita vehementissimus timor perculit, ut nullus, egrediente illa sancta anima, illic stare potuisset. Et hic ergo qui viderant, et hic qui omnino nihil viderant, uno omnes timore perculsi et territi fuderunt, nullusque illic assistere illo moriente potuit. Pensate ergo, fratres, omnipotens Deus qualiter terreat quando districtus judex venturus est, si sic assistentes terruit quando gratus et remunerans venit; aut qualiter timeri potest cum videri potuerit, si sic mentes præsentium stravit et quando videri non potuit. Ecce, fratres charissimi, servata illa in Ecclesiastica pace patientia, ad quantum hunc retributionis culmen evexit. Quid huic suis conditor intus dedit, de quo nobis tantam gloriam in die ejus exitus et foris innotuit? Quibus hunc credamus nisi sanctis martyribus sociatum, quem, attestantibus corporeis quoque oculis, a beatis spiritibus constat esse susceptum? Nullo iste gladio percussus occubuit, et tamen coronam patientiae quam in mente tenuit in egressione percepit. Probamus quotidie verum esse quod ante nos dictum est, et quia sancta Ecclesia, electorum floribus plena, habet in pace lilia, in bello rosas.

9. Sciendum præterea est quod tribus modis virtus patientiae exerceri solet. Alia namque sunt quæ a Deo, alia quæ ab antiquo adversario, alia quæ a proximo sustineimus. A proximo namque persecutions, damnæ et contumelias; ab antiquo vero adversario tentamenta; a Deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus tribus modis vigilanti oculo semetipsam debet mens circumspicere, ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali, ne contra tentamenta adversarii seducatur ad delectationem vel

mente simul, etc.

<sup>d</sup> Sanctus Cyprianus, lib. II, epist. 6, ad Martyres et confessores, in fine. — Haec sunt verba Cypr. loco assignato: *floribus ejus nec lilia, nec rosæ desunt. In novissima Edit. est nunc epist. 10, sine ulia libro-rum distinctione.*

<sup>e</sup> Duo priores Gemet. ac Bigot., *delectationem ac conaensum.*

consensum delicti, ne contra flagella opificis ad excessum proruat murmurationis. Perfecte enim adversarius vincitur quando mens nostra et inter tentamenta ejus a delectatione atque consensu non trahitur, et inter contumelias proximi custoditur ab odio, et inter flagella Dei compescitur a murmuratione. Nec haec agentes, retribui nobis bona praesentia requiramus; nam pro labore patientiae bona speranda sunt sequentis vita, ut tunc præmium nostri laboris incipiat, quando omnis jam labor funditus cessat. Unde et per Psalmistam dicitur: *Non in finem oblivio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem* (*Psal. ix, 19*). Quasi enim perisse patientia pauperum cernitur, cum nihil pro illa in hac vita humilibus recompensatur. Sed patientia pauperum in finem non peribit, quia tunc ejus gloria percipitur, cum simul omnia laboriosa terminantur. Servate ergo, fratres, in mente patientiam, eamque, cum res exigit, exerceite in operatione. Nullum vestrum ad odium proximi contumeliosa verba commoveant, nulla peritura rerum damna perturbent. Si enim fixa mente mansura damna pertimescitis, damna rerum transiuntum gravia non putatis; **1618** si æternæ retributionis gloriam b<sup>a</sup> conspicitis, de temporali injuria non doletis. Tolerate ergo adversarios vestros, sed ut fratres diligite quos toleratis. *Æterna præmia pro damnis temporalibus querite.* Nec quisquam vestrum suis se viribus c<sup>b</sup> hanc implere posse confidat, sed obtinet precibus ut ipse hanc qui imperat præstet. **1619** Et scimus quia petentes libenter audit, quando hoc petitur largiri quod jubet. Cum continue pulsatur in prece, concite opitulatur in temptatione, per Jesum Christum Dominum nostrum, qui cum eo vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti, in sæcula sæculorum. Amen.

### HOMILIA XXXVI.

<sup>a</sup> Habita ad populum in basilica beatorum apostolorum • Philippi et Jacobi, Dominica secunda post Pentecosten.

#### LECTIO 8. EVANG. SEC. LUC. XIV, 16-24.

*In illo tempore, dixit Jesus Pharisæis similitudinem hanc: Homo quidam fecit cœnam magnam, et vocavit multis. Et misit servum suum hora cœna dicere invitatis ut venirent, quia jam parata sunt omnia. Et cœperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei: Villam emi, et necesse habeo exire, et videre illam; rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Juga boum emi quinque, et eo probare illa; rogo te, habe me excusatum. Et alias dixit: Uzorem duxi, et ideo non possum venire. Et reversus servus nuntiavit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo:*

<sup>a</sup> Primus Carn., restringitur.

<sup>b</sup> Ita MSS. et vet. Ed. In recent., concupiscitis.

<sup>c</sup> Bigot., hæc implere. Quod præferendum ducere mus, nisi legeretur in aliis pene omnibus et Excusis hanc, nimis patientiam.

<sup>d</sup> In Lat-ran. est vigesima tertia. In C. reg. Suec. est vigesima octava. In Corb. vigesima secunda.

<sup>e</sup> In Lateran. legitur tantum, in basilica sanctorum

A *Exi cito in plateas et vias civitatis, et pauperes ac debiles, et carcinos et claudos introduc huc. Et ait servus: Domine, factum est ut imperasti, et adhuc locus est. Et ait Dominus servo: Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocali euns gustabit cœnam meam.*

**1618** 1. Hoc distare, fratres charissimi, inter delicias corporis et cordis solet, quod corporales delicias cum non habentur grave in se desiderium accidunt, cum vero habitæ eduntur comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spirituales deliciæ cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio; tantoque a comedente amplius esuriuntur, quanto et ab esidente amplus comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet: in istis appetitus vilis est, et experientia magis placet. In illis appetitus saturatatem, saturitas fastidium generat; in istis autem appetitus saturatatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales deliciæ desiderium in mente, dum satiant, quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod avidus ametur. Et idcirco non habitæ amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Proinde Psalmista nos admonet, dicens: *Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus* (*Psal. xxxiii, 9*). Ac si aperte dicat: *Suavitatem ejus non cognoscitis, si hanc minime gustatis. Sed cibum vitæ ex palato cordis tangite, ut probantes ejus dulcedinem amare valeatis.* Has autem homo delicias tunc amisit, cum in paradiſo peccavit (*Genes. iii, 6*); extra exiit, cum os a cibo t<sup>a</sup> æternæ dulcedinis clausit. Unde nos quoque nati in hujus peregrinationis ærumna, huc fastidiosi jam venimus, **1619** nec scimus quid desiderare debeamus; tantoque se amplius fastidii nostri morbus exaggerat, quanto magis ab esu illius dulcedinis animus elongat; et eo jam internas delicias non appetit, quo eas comedere diu longeque c<sup>b</sup> desuevit. Fastidio ergo nostro tabescimus, et longa inediæ peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miseri famem nostram. Sed superna nos pietas nec deserentes se b<sup>c</sup> deserit.

2. Contempsas enim illas delicias ad memorie nostræ oculos revocat, easque nobis proponit; in promissione torporem excutit, atque ut fastidium nostrum repellere debeamus invitat. Ait namque: *Homo quidam fecit cœnam magnam, et vocavit multis. Quis est iste homo, nisi ille de quo per Prophetam dicitur: Et homo est, et quis cognovit eum?* (*Jerem. xvii, 9*). Qui fecit cœnam magnam, quia satietatem

apostolorum. In C. reg. Suec. nulla quoque fit mentio Dominicæ secundæ, nec in priori Gemet.

<sup>a</sup> Gemet., internæ dulcedinis.

<sup>b</sup> Bigot., desir.

<sup>c</sup> Additur in secundo Carn., nec bona sua fastidientes relinquit. Contempsas.

<sup>d</sup> In Belvac., C. Germ. et Bigot., invitat; nam homo quidam, etc.

nobis duoceditis internæ præparavit. Qui vocavit A multis, sed pauci veniunt, quia non unquam ipsi qui ei per fidem subjecti sunt, eterno ejus convivio male vivendo contradicunt. Sequitur : Nisi autem tervant sumi hora cœnæ dicere invitatis ut venirent. Quid hora cœnæ, nisi hanc est mendit? In quo nimirum nos sumus, sicut iam deditum Paulus testatur, dicens : Nœ sumus in quæ fines sæculorum deservimus (I Cor. x, 41). Si ergo iam hora cœnæ est cum vocamur, tanto minus nos debemus excusare coævicio Dei, 1620 quanto propinquasse jam cernimus finem sæculi. Quo enim pensamus quia nihil est quod restat, eo debemus pertimescere ne tempus gratias quod præsto est pereat. Idecirco autem hoc convivium Dei non prandium, sed cœna vocatur, quia post prandium cœna restat, post cœnam vero convivium nullum restat. Et quia æternum Dei convivium nobis in extremo præparabitur, rectum fuit ut hoc non prandium, sed cœna vocaretur. Sed quis per hunc servum, qui a patrefamilias ad invitandum mittitur, nisi prædicatorum ordo designatur? De quo videlicet ordine quamvis adhac indigni existimus, quamvis peccatorum nostrorum pondere gravamus, et nos tamen in istis diebus sumus, et cum de ædificatione vestra aliquid vobis loquor, hoc est quod ago, servus enim sum summi patrisfamilias. Cum vos admoneo ad contemptum sæculi, invitare vos venio ad cœnam Dei. Nemo me propter me hoc in loco despiciat. Et si ad invitandum nequaquam dignus apparo, sed tamen magnæ sunt deliciae quas promitto. Sæpe, fratres mei, solet evenire quod dico, ut persona potens famulum habeat respectum; cumque per eum suis forte vel extraneis aliquod responsum mandat, non despictor persona loquentis servi, quia servator in corde reverentia mittentis domini. Nec pensant qui audiunt per quem, sed quid vel a quo audiant. Ita ergo, fratres, ita vos agite, et si nos forsitan digne despiciatis, in mente tamen vestra vocantis Domini reverentiam servate. Convivæ fieri summi patrisfamilias tibentur obedite. Corda vestra discutite, atque ex eis mortale fastidium pellite. Ad repellendum namque fastidium vestrum jam parata sunt omnia. Sed si adhuc carnales estis, fortas epulas carnales inquiritis. Ecce ipsæ carnales epulas in spirituale vobis alimentum conversæ sunt. Ad abstergendum namque mensis vestrae fastidium in cœna Domini ille vobis singularis agnus est occisus.

3. Sed quid agimus, qui hoc quod subjungitur adhuc fieri a multis videmus? Et ceperunt omnes simul excusare. Offert Deus quod rogari debuit; non rogates donec vult quod vix sperari poterat; quia dignaretur largiri postulatus, contemnitur; paratas vero delicias refectionis æternæ demunitur, et tamen simul omnes excusant. Ponamus ante oculos men-

<sup>a</sup> Belvac., ad hunc indigui.

<sup>b</sup> Bigot., mittentis Domini.

<sup>c</sup> Locum hunc vitiatum et interpolatum restituitus ex C. Germ., Belvac., Carnut. In Editis legitur:

A tis minima, ut possimus dignæ pensare majora. Si quispiam potest ad invitandum quemlibet pauperem mitteret, quid, fratres, rogo, quid pauper ille faceret, nisi de eadem sua invitatione gauderet, responsu humile redderet, vestem mutaret, ire quanto-  
cias festinaret, ne prior se ad potentis coævivium alter occurseret? Homo ergo dives invitat, et pauper occurseret festinat; ad Dei invitamus convivium, et excusamus. Sed ecce inter haec estimare possum quid sibi corda vestra respondeant. Oculis enim fortasse sibimet cogitationibus dicunt : Excusare nolumus, ad illud anima supernæ refectionis convivium et vocari et pervenire gratulamur.

4. Loquentes vobis talia mentes vestre verum dicunt, si non plus terrena quam celestia diligunt, si non amplius robus corporalibus quam spiritualibus occupantur. Unde hic quoque ipsa excusantium 1621 causa subjungitur, cum protinus subinseratur : Primum dixi : Villam emi, et necesse habeo exire, et videre illam; rogo te, habe me excusatum. Quid per villam nisi terrena substantia designatur? Exiit ergo videre villam qui sola exteriora cogitat propter substantiam. Alter dixit : Juga boum emi quinque, et eo probare illa; rogo te, habe me excusatum. Quid in quinque jugis boum nisi quinque corporis sensus accipimus? Qui recte quoque juga vocantur, quia in astrologie sexu germinantur. Qui videlicet corporales sensus, quia interna comprehendere ne-  
sciant, sed sola exteriora cognoscunt, et, deserentes intima, ea quæ extra sunt tangunt, recte per eos curiositas designatur. Que dum alienam querit vitam discutere, semper sua intima nesciens, studet exteriora cogitare. Grave namque curiositatis est vitium, quæ dum cuiuslibet mentem ad investigandam vitam proximi exterius dicit, semper ei sua intima abscondit, ut aliena sciens, se nesciat, et curiosus animus quanto peritus fuerit alieni meriti, tanto fiat ignorans sei. Propter hoc namque et de eisdem quinque jugis boum dicitur : Eo probare illa; rogo te, habe me excusatum. Ipsa enim excusantis verba a vitiis sui si-  
guificatione non discrepant dum dicit : Eo probare illa, quia videlicet aliquando pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed notandum est quod et is qui propter villam et is qui propter probanda juga boum a cœna cui invicatoris excusat, humilitatis <sup>d</sup> verba permisceret, dicens : Rogo te, habe me excusatum. Dum enim dicit Rogo te, et tamen venire contemnit, humilitas sonat in voce, superbia in actione. Et ecce haec dijudicat pravae quisque cum audit, nec tamen ea quæ dijudicat agere desiderit. Nam dum cuiuslibet perverse agenti dicimus Convertere, Domum aspergere, mundum retinque, ubi hunc nisi ad Dominicam cœnam vocamus? Sed cum respondet : Ora pro me, quia peccator sum, hoc facere non possum, qui aliud agit, nisi et roget et excusat? Dicens namque :

quia dignaretur largiri postulatus, et tamen contemnitur; contemplariibus vero paratas, etc.

<sup>d</sup> Belvac., præmissi dicens.

Peccator enim, humilitatem iacturat; subjungens autem: Convicti non possum, superbiam demonstrat. Regando ergo excusat, qui et humiliatam superius dicit in voce, et superbiam exaret in actione.

5. Alius autem dixit: *Uxor mea duri, et ideo non possum vivere. Quid per uxorem nisi voluptas carnis accipitur?* Nam quæcumque bonum sit conjugium, atque ad propagandam sobolem providentia divina constitutum, nonnulli tamquam non per hoc secundalem proflis, sed desideria expetunt voluptatis, et idcirco per rem jucundam significari potest non incongrue res iusta. Ad eospani ergo vos æterni convivii sumptus paterfamilias invitat; sed dum alius avaritiae, alius curiositati, aliis voluptati carnis est deditus, nimis rurum reprehendi simul omnes excusant. Dum <sup>A</sup> hunc terrena cura occupat, illum alieni actus sagax cogitatio deragat, alterius etiaca mentem voluptas carnis inquinat, fastidiosus quisque ad æternae vitæ epulas quo festinat.

6. Sequitur: *Reverens servus nuntiavit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo: Exi tuto in plateas et vicos civitatis, et pauperes ac debiles, et cæcos et claudos introduc huc.* Ecce qui terrenæ substantiæ **1622** plus justo incubat, venire ad dominicam cœnam recusat; qui labori curiositatis usudat, preparata vitæ alimenta fastidit; qui carniibus desideriis inservit, spiritualis convivii epulas respuit. Quia ergo venire superbi renunt, pauperes diliguntur. <sup>b</sup> Cur hoc? Quia, juxta Pauli vocem, *Inferna mundi eligit Deus, ut confundat fortia* (*I Cor. I, 27*). Sed notandum est quomodo describantur qui ad cœnam vocantur, et veniunt, *pauperes ac debiles.* <sup>C</sup> Pauperes et debiles dicuntur, qui judicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Nam pauperes et quasi fortis sunt, qui et positi in paupertate superbiunt. Cæci vero sunt, qui nullum ingenii lumen habent. Claudi quoque sunt, qui rectos gressus in operatione non habent. Sed dum morum vitia in membrorum debilitate signantur, profecto liquet quia sicut illi peccatores fuerunt qui vocati venire noluerunt, ita hi quoque peccatores sunt qui invitantur et veniunt. Sed peccatores superbi respununtur, et peccatores humiles eligantur.

7. Hos itaque elegit Deus quos despicit mundus, quia plerumque ipsa despicio hominem revocat ad semetipsum. Is enim qui patrem reliquit, et partem substantiæ quam percepérat prodige expendit, postquam esurire coepit, in se reversus dixit: *Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus?* (*Luc. xv, 17.*) Longe quippe a se discesserat quando peccabat. Et si non esurisset, in semetipsum minime redlisset, quia postquam terrenis rebus indiguit, tunc cogitare coepit quid de spiritualibus amisit. Pauperes ergo et debiles, cæci et claudi vocantur, et veniunt, quia infirmi quique, atque in hoc mundo respectu, plerumque tanto celerius vocem

Dei audiunt, quanto et in hoc mundo non habent ubi delectantur. Quod bene Amalecitarum puer ille Ægyptius designat (*I Reg. xxx, 11, seq.*), qui Amalecitus prædantibus atque currentibus æger remansit in via, et fame siliqua aruit. Quem tamen David inventit, ei cibum potumque præbuit; qui illico convalescens dux David factus est. Convivantes Amalecitas reperit, et eos qui se debilem reliquerant cum magna fortitudine prostravit. Amalecita quippe populus <sup>a</sup> lambens vocatur. Et quid per lambentem populum, nisi mentes sæcularium designantur? Quæ terrena cuncta ambiendo quasi lambunt, dum solis temporalibus delectantur. Quasi enim populus lambens prædam facit, dum terrena diligentes lucra de alienis damnis exaggerant. Sed puer Ægyptius æger in via relinquitur, quia peccator quisque dum infirmari ab hujus mundi statu coepit, mox sæcularibus inentibus in despectum venit. Quem tamen David inventit, eique cibum et potum præbet, quia manu fortis Dominus abjecta mundi non despicit, et plerumque eos qui, sequi mundum minime valentes, quasi in via remanent ad amoris sui gratiam convertit, eisque verbi sui cibum potumque porrigit; et quasi doces sibi in via eligit, dum suos etiam prædicatores facit. Dum enim Christum peccatorum corribus inferunt, quasi David super hostes ducent. Qui convivantes Amalecitas velut David gladio ferriunt, quia **1623** superbos quosque qui se in mundo despicerant Domini virtute prosternunt. Puer ergo Ægyptius qui in via remanserat Amalecitas interficit, quia plerumque ipsi mentes sæcularium prædicando superant, qui prius cum sæcularibus in hoc mundo currere non valebant.

8. Sed, deductis ad cœnam pauperibus, quid puer subjungat audiamus: *Domine, factum est ut imperasti, et adhuc locus est.* Multæ tales ad cœnam dominicam ex Judæa collecti sunt, sed multitudo quæ ex Israëlitico populo credidit locum superni convivii non implevit. Intravit jam frequentia Juðæorum, sed adhuc locus vacat in regno, ubi suscipi debeat numerositas gentium. Unde et eidem servo dicitur: *Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Cum de vicis et plateis ad cœnam quosdam Dominus invitat, illum videbit populum designat qui tenere legem sub urbana conversatione noverat; cum vero convivas suos colligi ex vijs et sepibus præcipit, nimis agrestem populum colligere, id est gentilem, querit, de cuius significatione per Psalmistam dicitur: *Tunc exultabunt omnia ligna silvarum ante faciem Domini, quoniam venit* (*Psalm. xcvi, 13*). Ligna enim silva gentes vocatæ sunt, quia in infidelitate sua tortæ et infructuosæ semper fuerunt. Qui ergo ex illo agresti usu conversi sunt, ad cœnam dominicam quasi ex sepibus venerunt.

9. Notandum vero est quod in hac invitatione ter-

<sup>a</sup> Idem terrena occupant.

<sup>b</sup> Bigot., mercenarii patris mei.

<sup>c</sup> In Carn., Bigot, et quarto Arglic. omittuntur pauperes.

<sup>d</sup> Bigot., mercenarii patris mei.

<sup>e</sup> Solvæc. et C. Germ., tambiones. Paolo post, lam-

biant, lambentem.

<sup>f</sup> Solvæc., quod imperasti.

tia non dicitur *Invito*, sed *Compelle intrare*. Alli enim vocantur, et venire contemnunt; alii vocantur et veniunt; alii autem nequaquam dicitur quia vocantur, sed compelluntur ut intrent. Vocantur et venire contemnunt qui donum quidem intellectus accipiunt, sed eundem intellectum operibus non sequuntur; vocantur et veniunt qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt; quidam vero sic vocantur, ut etiam compellantur. Nam sunt nonnulli qui bona facienda intelligunt, sed haec facere decidunt; vident quae agere debeant, sed haec ex desiderio non sequuntur. His plerumque, ut superius diximus, contingit ut eos in carnalibus desideriis suis mundi hujus adversitas seriat; <sup>a</sup> apprehendere temporalem gloriam conentur, et nequeant; et dum per alta pelagi quasi ad grandiores curas hujus saeculi navigare proponunt, semper adversis flatibus ad dejectionis suae littora repelluntur. Cumque se strangi in desideriis suis, adversante mundo, conspi- ciunt, <sup>b</sup> quid de se auctori suo debeant commemo- rantur, ita ut ad eum erubescentes redeant, qui eum superbientes pro mundi amore deserabant. Sæpe namque nonnulli ad temporalem gloriam proficere volentes, aut longa ægritudine tabescunt, aut afflicti injuriis concidunt, aut percussi gravibus damnis affliguntur, et in mundi dolore vident quia nihil confidere de ejus voluptate debuerunt, seque ipsos in suis desideriis reprehendentes, ad Deum corda convertunt. De his quippe Dominus per prophetam dicit: *Ecce ego sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam maceria, et semitas suas non inveniet; et sequetur amatores suos, et non apprehendet eos; queret, et non inveniet eos,* **1624** et dicit: *Vadam et revertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.* Postquam ergo vias suas spinis septas invenit, postquam amatores suos apprehendere non valet, ad amorem viri prioris redit, quia pierumque postquam in hoc mundo non possuimus obtainere quæ volumus, postquam in terrenis desideriis de impossibilitate lassamur, tunc ad mentem Deum reducimur, tunc placere incipit • qui dispicebat; et is cuius nobis amara fuerant præcepia repente dulcescit in memoria; et peccatrix anima quæ adultera conata est esse, nec tamen aperto opere potuit, decernit esse fideli conjux. Qui ergo hujus mundi adversitatibus fracti ad Dei amorem redeunt, atque a præsentis vita desideriis corruguntur, quid isti, fratres mei, nisi compelluntur ut intrent?

**C** 10. Sed valde est tremenda sententia quæ protinus subiungitur. Intenta hanc cordis aure percipite, fratres et domini mei: in quantum peccatores, fratres mei; in quantum justi, domini mei. Intenta <sup>d</sup> hanc aure percipite, ut tanto eam minus sentiatis • in examine, quanto nunc auditis formidolosius in prædicatione. Ait enim: *Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cænam meam.* Ecce vocat per se, vocat per angelos, vocat per patres, vocat per prophetas, vocat per apostolos, vocat per pastores, vocat etiam per nos, vocat plerumque per miracula, vocat plerumque per flagella, vocat aliquando per hujus mundi prospera, vocat aliquando per adversa. Nemo contemnat, ne, dum vocatus excusat, cum voluerit intrare non valeat. Audite quid Sapientia per Salomonem dicat: *Tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane censurget, et non invenient me* (*Prov. i, 28*). Hinc est quod satuse virgines tarde venientes clamant, dicentes: *Domine, Domine, aperte nobis* (*Matth. xxv, 11*). **1625** Sed jam tunc aditum querentibus dicitur: *Amen amen dico vobis, nescio vos* (*Ibid.*). Quid inter haec, fratres charissimi, nisi relinquere omnia debemus, curas mundi postponere, solis desideriis æterniis innihare? Sed haec paucis data sunt.

**D** 11. Admonere vos volo ut relinquatis omnia, sed non præsumo. Si ergo cuncta mundi relinquere non potestis, sic tenete quæ hujus mundi sunt, ut tamen per ea non teneamini in mundo; ut terrena res possideatur, non possideat; ut sub mentis vestra sit dominio quod habetis, ne si mens vestra terrenarum rerum amore vincitur, a rebus suis ipsa magis possideatur. Sit ergo res temporalis in usu, æterna in desiderio; sit res temporalis in itinere, desideratur æterna in perventione. Quasi ex latere respicitur quidquid <sup>e</sup> in hoc mundo agitur. Ante nos autem tendant mentis oculi, dum tota intentione illa conspicunt ad quæ pervenimus. Exstirpentur funditus

<sup>a</sup> *Primus Carnot., ut apprehendere.*

<sup>b</sup> *Ita Corb. Germ. et pene omnes MSS. In vet. antem Ed., quid debeant, commemorant. In recent., commorantur. Idem est sensus verbi, commemo- randur.*

<sup>c</sup> *Editi, contemptis MSS., quod dispicebat.*

<sup>d</sup> *Bigot., hanc aure cordis percipite.*

<sup>e</sup> *Primus Carn., extremo in exam.*

<sup>f</sup> *C. Germ., Belv. et tres Gemet., in hunc man- dum.*

vitia, non solum ab actu operis, sed etiam a cogitatione cordis evulta. Non nos voluptas carnis, non sollicitudo curiositatis, non æstus ambitionis a dominica cœna præpediat, sed ipsa quoque quæ honesta in mundo agimus quasi ex quodam mentis latere tangamus, ut <sup>A</sup> terrena quæ libent sic nostro corpori serviant, quatenus cordi minime obsistant. Non ergo, fratres, audemus vobis dicere ut omnia relinquatis; sed tamen, si vultis, omnia etiam retinendo relinquitis, si sic temporalia geritis, ut tamen tota mente ad æterna tendatis.

12. Hinc etenim Paulus apostolus dicit: *Tempus breve est: reliquum est ut qui habent uxores tanquam non habentes sint, qui flent tanquam non flentes, et qui gaudent tanquam non gaudentes, et qui emunt tanquam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur; præterit enim figura hujus mundi (I Cor. vii, 29, seq.).* Uxorem namque habet, sed quasi non habens, qui sic scit debita carnis exsolvare, ut tamen per eam mundo tota mente non cogatur inhærere. Nam cum idem rursum egregius prædicator dicat: *Qui habet uxorem, cogitat quæ sunt hujus mundi, quomodo placeat uxori (Ibid., 33), ille uxorem habens quasi non habet, qui sic studet placere conjugi, ut tamen non displiceat conditori.* Flet quoque, sed tanquam non defeat, qui sic temporalibus damnis affligitur, ut tamen de æternis lucris semper animum consoletur. Gaudet vero, sed tanquam non gaudeat, qui sic de temporalibus bonis hilarescit, ut tamen semper tormenta perpetua consideret; et in hoc quod mentem gaudio sublevat, hanc continuo pondere providi timoris premat. Emit autem, sed quasi non possidens, qui et ad usum terrena præparat, et tamen cauta cogitatione prævidet quod hæc citius relinquit. Mundo quoque utitur, sed quasi non utatur, qui et necessaria cuncta exterius ad vitæ suæ ministerium redigit, et tamen hæc eadem non sinit suæ menti dominari, ut subjecta foris serviant, et nunquam intentionem animi <sup>b</sup> ad alta tendentis frangant. Quicunque ergo tales sunt, eis profectio terrena omnia non ad desiderium, sed ad usum adsunt, quia rebus quidem necessariis utuntur, sed nihil habere cum peccato cupiunt. **1626** De ipsis quoque rebus habitis quotidie <sup>c</sup> mercedes acquirunt, et plus gaudent bono opere quam bona possessione.

13. Ac ne aliquibus ista difficultia esse videantur, rem de persona refero quam multi <sup>d</sup> vestrum novierunt, quam videlicet rem ipse ante triennium in Centumcellensi urbe a personis fidelibus didici. Nuper namque in eadem civitate Theophanius comes fuit (Lib. iv Dialog., cap. 27), vir misericordiae actibus deditus, bonis operibus intentus, hospitalitati præcipue studens. Exercendi comitatus actibus occupatus,

<sup>a</sup> Ita C. Germ., Gemet. et alii, ubi in Editis legitur, terrena qualibet.

<sup>b</sup> Bigot., ad alia.

<sup>c</sup> Bigot., duo priores Gemet., Longip., Val. Cl., mercedes querunt.

<sup>d</sup> Carn., Gemet. et alii, mecum noverunt.

<sup>e</sup> Excusi, sed, ut post ex. Restituimus plus proposit,

agebat terrena et temporalia; <sup>a</sup> sed ut plus ex fine ejus claruit, magis ex debito quam ex intentione. Nam cum, appropinquante mortis ejus tempore, gravissima aeris tempestas obssisteret ne ad sepeliendum duci potuisset, eumque conjux sua cum fletu vehementissimo requireret, dicens: Quid faciam? quomodo te ad sepeliendum ejicio, quæ ostium domus hujus egredi præ nimia tempestate non possum? Tunc ille respondit: Noli, mulier, flere, quia mox ut ego defunctus fuero, aeris serenitas redibit. Cujus protinus et vocem mors, et mortem serenitas est sedata. Cujus manus ac pedes podagræ humore tumescentes, et versi in vulneribus fuerant, et profluente sanie <sup>f</sup> patebant. Sed cum corpus illius ex more ad lavandum fuisset detectum, ita manus pedesque illius sani reperti sunt, ac si unquam vulneris nihil habuissent.

**1627** Ductus itaque ac sepultus est, ejusque coniugi visum est ut quarto die in sepulcro illius marmor quod superpositum fuerat mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori ejus superpositum dum fuisset ablatum, tanta ex ejus corpore fragranția odoris emanavit, ac si ex putrescenti carne illius pro verinibus aromata serbuissent. Hæc igitur dixi ut e vicino exemplo ostendere possem nonnullos et sæcularem habitum gerere, et sæcularem animum non habere. Quos enim tales in mundo necessitas ligat, ut ex omni parte exui a mundo non possint, sicut debent ea quæ mundi sunt tenere, ut tamen eis nesciant ex mentis fractione succumbere. Hoc ergo cogitate, et cum relinquere cuncta quæ mundi sunt non potestis, exteriora bene exterius agite, sed ardenter interius ad æterna festinate. Nihil sit quod desiderium vestrae mentis retardet, nullius vos rei in hoc mundo <sup>g</sup> delectatio implicit. Si bonum diligitur, mens in bonis melioribus, id est in cœlestibus selectetur. Si malum metuitur, mala animo æterna proponantur, ut dum illic esse conspicit et amplius quod diligit, et amplius quod pertimescat, hic omnino non haereat. Ad hæc agenda habemus mediatorum Dei et hominum adjutorem nostrum, per quem citius cuncta obtinebimus, si ad illum vero amore flagramus, qui vivit, et regnat cum Patre et Spiritu sancto Deus, in sæcula sæculorum. Amen.

**C** <sup>h</sup> HOMILIA XXXVII.  
Habita ad populum in basilica beati Sebastiani martyris, die natalis ejus.

LECTIO 8. EVANG. SEC. LOC. XIV, 25-33.

In illo tempore, dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxorem et filios, et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non bafulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim adiungentibus Mss. C. Germ., Belvac., Gemet., Carn., etc.

<sup>i</sup> Sic etiam legendum ex Mss., non patebant, ut habent Vulgati.

<sup>j</sup> Corb. Germ., Bigot., ostenderem.

<sup>k</sup> Duo priores Gemet., dilectio.

<sup>l</sup> In Corb. est quadragesima. In Later. et cod. reg. Suet. trigesima quarta.

ficare, non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum, ne posteaquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes qui videtini, incipiunt illudere ei, dicentes : Quia hic homo cœpit aedificare, et non potuit consummare? Aut quis rex iterum committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem missens, rogal ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus,

**1626** 1. Si consideremus, fratres charissimi, quæ et quanta sunt quæ nobis promittuntur in cœlis vilescent animo omnia quæ habentur in terra. Terra namque substantia supernæ felicitati comparata pondus est, non subsidium. Temporalis vita æternæ vite comparata mors est potius dicenda quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud quam quædam prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit illa supernæ civitatis quanta sint gaudia, angelorum chorus interesse, **1627** cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, presentem Dei vulnus cernere, incircumspectum lumen videre, nullus mortis metu afflui, incorruptionis perpetuae munere lætari? Sed ad hæc audita inardescit animus, jamque filii cupit asistere, ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna præmia perveniri non potest, nisi per magnos labores. Unde et Paulus egregius prædictor dicit : *b Non coronabitur nisi qui legitime certaveris* (*I Tim. ii, 5*). Delectet ergo mentem magnitudo præmiorum, sed non deterreat certamen laborum. Unde **1628** ad se venientibus Veritas dicit : *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxorem et filios, et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.*

2. Sed percontari libet quomodo parentes et carnislites propinquos præcipimus odisse, qui iubemus et inimicos diligere? Et certe Veritas de uxore dicit : *Quod Deus conjunxit, homo non separat* (*Matt. xix, 6*). Et Paulus ait : *Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus Ecclesiam* (*Eph. v, 25*). Ecce discipulus uxorem diligendam prædicat, cum magister dicat : *Qui uxorem non odit, non potest meus esse discipulus.* Nunquid aliud iudex nuntiat, aliud præco clamat? An simili et odisse possumus, et diligere? Sed si vim præcepti perpendiculariter, utrumque agere per discretionem valeris, ut eos qui nobis carnis cogitatione conjuncti sunt, et quos proximos novimus, diligamus, et quos adversarios in via Dei patimur odiendo et fugiendo nesciamus. Quasi enim per odium diligitur qui carnaliter sapiens, dum prava nobis ingerit, non auditer. Ut autem Dominus demonstraret hoc erga proximos odium non de affectione procedere, sed de charitate, addidit protinus, dicens : *Adhuc au-*

<sup>a</sup> Belvac., nonne sedens prius.

<sup>b</sup> Gemet. et Rigol., non coronabitur quis, nisi.

<sup>c</sup> Belvac., et quo pro... et quo adversarios.

<sup>d</sup> Sic suadent legere C. Germ., Belv., Corb., primus Gemet., etc., cum in Edit. legatur, non de affectione.

*tem et animam suam. Odisse itaque præcipimus proximos, odisse et animam nostram. Constat ergo quia amando debet odisse proximum, qui sic eum odit sicut semetipsum. Tunc etenim bene nostram animam odimus, cum ejus carnalibus desideriis non acquiescamus, cum ejus appetitum frangimus, ejus voluntatibus reluctamur. Quæ ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium amat. Sic sic nimur exhibere proximis nostris odii discretionem debemus, ut in eis et diligamus quod sunt, et habeamus odio quod in Dei nobis itinere obsistunt.*

3. Certe cum Paulus Jerosolymam pergeret, propheta Agabus zonam illius apprehendit, <sup>e</sup> suisque pedibus alligavit, dicens : *Virum cuius hæc zona est sic alligabunt* <sup>f</sup> *in Jerusalem* (*Act. xxI, 11*). Sed is qui animam suam perfecte oderat quid dicebat? *Ego non solum alligari, sed et mori in Jerusalem paratus sum pro nomine Domini Iesu Christi* (*Ibid., 13*), nec facio animam meam preffiosiorem quam me (*Act. xx, 24*). Ecce quomodo animam suam amando oderat, imo odiens amat, quam cupiebat pro Jesu morti tradere, ut hanc ad vitam de peccati morte suscitaret. Ab hac ergo discretione odii nostri trahamus formam ad odium proximi. Ametur quilibet in hoc mundo etiam adversarius, sed in via Dei contrarius non ametur etiam propinquus. Quisquis enim jam æterna concupiscit, in ea quam aggreditur, causa Dei. extra patrem, extra matrem, extra uxorem, extra filios, extra cognatos, extra semetipsu fieri debet, ut eo verius cognoscat Deum, quo in ejus causa neminem recognoscit. Multum namque est quod carnales affectus intentionem mentis diverberant, ejusque aciem obscurant; quos tamen nequam noxios patimur, si eos premendo teneamus. Amandi ergo sunt proximi, impendenda est charitas omnibus et propinquis et extraneis, nec tamen pre eadem charitate a Dei amore flectendum.

4. Scimus autem quia cum de terra Philistinum **1629** arca Domini ad terram Israelitarum rediret, plastro superimposita est, et vaccæ plastro subiunctæ sunt, quæ setæ fuisse memorantur, quarum filios clauserunt domi. Et scriptum est : *Ibar autem in directum vaccæ per viam que & ducit Bethsames, et uno itinere gradiebantur, pergentes et mugientes, et non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram* (*I Reg. vi, 12*). Quid ergo vaccæ nisi hædeles quosque in Ecclesia designant, qui dum sacri eloquii præcepta considerant, quasi superimpositam Domini arcam portant? De quibus hoc etiam est notandum, quod fuisse setæ memorantur, quia sunt plerique qui in via Dei intrinsecus positi, foris carnalibus affectibus ligantur; sed non declinant a recto itinere, qui Arcam Dei portant in mente. Ecce enim vaccæ Bethsames pengunt. Bethsames quippe dicitur dominus solis; et Propheta ait : *Vobis autem* <sup>g</sup> *qui timetis Do-*

<sup>e</sup> Bigot., suoque pedes alligavit.

<sup>f</sup> Hic Ed. inseruerunt Judæi, reuertentes MSS. C. Germ., Gemet., etc.

<sup>g</sup> Gemet., C. Germ. et plur., Bethsames.

<sup>h</sup> Bigot., qui timetis nomen Domini.

*unum orietur sol justitiae* (*Malach. iv, 2*). Si ergo ad **A** eterni solis habitationem tendimus, dignum profecto est ut de Dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus. Tota enim virtute pensandum est quod vaecæ Dei plastro suppositæ pergunt et gemunt: dant ab intus mugitus, et tamen ab itinere non deflectunt gressus. Sic nimur prædicatores Dei, sic fideles quicunque esse intra sanctam Ecclesiam dehent, ut compatiantur proximis per charitatem, et tamen de via Dei non exorbitent per compassionem.

5. Hoc ipsum vero animæ odium qualiter exhiberi debeat, Veritas subdendo manifestat, dicens: *Qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus.* Crux quippe a cruciatus dicitur. Et duobus modis crucem Domini bajulamus, cum aut per abstinentiam carnem afficiamus, aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus. Qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Sciendum vero est quod sunt nonnulli qui carnis abstinentiam non pro Deo, sed **I**ro inani gloria exhibent. Et sunt plerique qui compassionem proximo non spiritualiter, sed carnaliter impendunt, ut ei non ad virtutem, sed quasi miserendo ad culpas **b** faveant. Hi itaque crucem quidem videntur ferre, sed Dominum non sequuntur. Unde recte hæc eadem Veritas dicit: *Qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus.* Bajulare etenim crucem et post Dominum ire, est vel carnis abstinentiam, vel compassionem proximo pro studio æternæ intentionis exhibere. Nam quisquis hæc pro temporali intentione exhibet, crucem quidem bajulat, sed ire post Dominum recusat.

6. Quia vero sublimia præcepta data sunt, prout comparatio ædificandæ sublimitatis adjungitur, eum dicitur: *Quis enim ex robis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt, si habet ad perficiendum, ne posteaquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes qui viderint, incipiunt ei illudere dicentes: Quia hic homo caput ædificare, et non potest consummare?* Omne quod agimus prævenire per studium considerationis debemus. Ecce enim, juxta Veritatis vocem, qui turrim ædificat prius ædificii sumptus parat. Si igitur humilitatis turrim construere cupimus, **1630** prius nos præparare contra adversa hujus seculi debemus. Illoc etenim inter terrenum et cœlestiæ ædificium distat, quod terrenum ædificium expensas colligendo constituitur, cœlestiæ vero ædificium expensas dispergendo. **a** Ad illud sumptus facimus, si non habita colligamus, ad istud sumptus facimus, si et habita reflingamus. Igitur sumptus dives illæ habere non potuit, qui, multas possessiones possidens, magistrum requisivit, dicens: *Magister*

**A** bone, quid faciens vitam æternam possidebo (*Matth. xix, 16*)? Qui cum præceptum relinquendi omnia audisset, tristis abscessit, et inde est angustatus in mente, unde foris fuit latior in possessione. Quia enim in hac vita amabat sumptus celsitudinis, tendendo ad æternam patriam habere noluit sumptus humilitatis. Considerandum vero est quod dicitur: *Omnis qui viderint incipiunt illudere eum, quia, juxta Pauli vocem, Spectaculum facti sumus mundo, angelis et hominibus* (*I Cor. iv, 4*). Et in omne quod agimus considerare occultos nostros adversarios debemus, qui semper nostris operibus insistunt, semper ex nostro defectu gratulantur. Quos Propheta intuens, ait: *Deus meus, in te confido, non erubescam, neque irrideant me inimici mei* (*Psalm. xxiv, 2, 3*). In bonis **B** enim operibus intenti, nisi contra malignos spiritus **c** sollicite vigilemus, ipsos irratores patimur, quos ad malum persuasores habemus. Sed quia de construendo ædificio comparatio data est, nunc ex minori ad majus similitudo subditur, ut ex rebus minimis majora pensentur. Nam sequitur: *Aut quis rex iterus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se?* Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Rex contra regem ex quo venit ad prælium, et tamen si se perpendit non posse sufficere, legationem mittit, et ea quæ pacis sunt postulat. Quibus ergo nos lacrymis veniam sperare debemus, qui in illo tremendo examine cum Rege nostro **C** ex aequo ad judicium non venimus, quos nimur **d** conditio, infirmitas, et causa inferiores exhibet?

7. Sed fortasse jam mali operis culpas abscedimus, jam prava quæque exterius declinamus; nunquid ad reddendam rationem cogitationis nostræ sufficiimus? Nam eum viginti millibus venire dicitur is contra quem minime sufficit iste qui cum decem millibus venit. Decem millia quippe ad viginti millia simplum ad duplum sunt. Nos autem si multum proficiimus, vix exteriora nostra opera in rectitudine servamus. Nam et si jam luxuria carnis abscissa est, tamen adhuc a corde funditus abscissa non est. Ille autem qui judicaturus venit exteriora simul et interiora judicat, facta pariter et cogitationes pensat. Cum duplo ergo exercitu contra simplum veult, qui nos vix in solo opere præparatos simul de opere et cogitatione discutit. Quid ergo agendum est, fratres, nisi ut dum nos cum simulo exercitu contra duplum illius sufficere non posse conspicimus, dum adhuc longe est, legationem mittamus, et rogemus ea quæ pacis sunt? Longe enim esse dicitur, qui adhuc præsens per judicium non videtur. Mittamus ad hunc legationem lacrymas nostras, mittamus misericordiæ opera, **1631** martemus in ara ejus hostias placationis,

**a** Idem, et sequitur me.

**b** Primum Carn., secundus.

**c** Additur in Bigot. colligimus. Et paulo post habere noluit, pro debitos postulat.

**d** Interseritur in primis Carn. aliquæ contra con-

temptores ipsos sollicito, etc.

**e** Solvæ, nonne adens.

**f** Gemet. et primus Carn., conditio infirmitatis. Bigot., Longip., Val. Cl., secundus Carn., conditio infirmitatis.

cognoscamus nos cum eo in judicio non posse contendere; pensemus virtutem ejus fortitudinis, rogemus ea quae pacis sunt. Hæc est nostra legatio, quæ regem venientem placat. Pensate, fratres, quam benignum sit quod is qui suo adventu valet opprimere tardat venire. Mittamus ad hunc, ut diximus, legationem nostram, fluendo, tribuendo, sacras hostias offerendo. Singulariter namque ad absolutionem nostram oblata cum lacrymis et benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur, quia is qui in se resurgens a mortuis jam non moritur, adhuc per hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur. Nam quoties ei hostiam suæ passionis offerimus, toties nobis ad absolutonem nostram passionem illius reparamus.

8. Multos, ut arbitror, vestrum, fratres charissimi, contigit nosse hoc quod volo ad memoriam vestram narrando revocare. Non longe a nostris fertur temporibus factum quod quidam ab hostibus captus longe transductus est (*Lib. iv Dialog., cap. 57*); cumque diu teneretur in vinculis, eum uxor sua cum ex eadem captivitate non reciparet, extinctum putavit. Pro quo jam velut mortuo hostias hebdomadibus singulis curabat offerre. Cujus toties vincula solvebantur in captivitate, quoties ab ejus conuge oblatae fuissent hostiae pro animæ ejus absolutione. Nam longa post tempora reversus, admirans valde suæ indicavit uxori quod diebus certis, hebdomadibus singulis, ejus vincula solvebantur. Quos videlicet dies ejus uxor atque horas discutiens, tunc eum recognovit absolutum, cum pro eo sacrificium meminerat oblatum. Hinc ergo, fratres charissimi, hinc certa consideratione <sup>a</sup> colligite, oblata a nobis hostia sacra quantum in nobis solvere valeat ligaturam cordis, si oblata ab altero potuit in altero solvere vincula corporis.

9. Multi vestrum, fratres charissimi, Cassium Narniensis urbis episcopum noverunt, cui mos erat quotidianas Deo hostias offerre, ita ut pene nullus dies vita ejus abscederet quo non omnipotenti Deo hostiam placationis immolaret (*Lib. iv Dialog., cap. 56*). Cui cum sacrificio valde etiam concordabat vita. Nam cuncta quæ habebat in eleemosynis tribuens, cum ad horam offerendi sacrificii venisset, velut totus in lacrymis desluens, semetipsum cum magna cordis contritione mactabat. Cujus et vitam et exitum, quodam venerabilis vita Diacono, qui fuerat ab eo nutritus, referente, cognovi. Aiebat enim quod quadam nocte ejus presbytero per visum Dominus astitit, dicens: Vade et dic episcopo: Age quod agis, operare quod operaris, non ccesset pes tuus, non ccesset manus tua; natali apostolorum venies ad me, et retribuam tibi mercedem tuam. Surrexit presbyter, sed quia e vicino apostolorum natalitiis dies imminebat, tam propinqui exitus diem episcopo nuntiare pertimuit. Alia nocte Dominus rediit, ejusque inobedientiam venementer increpavit, atque eadem jussionis suæ verba retexuit. Tunc presbyter surrexit ut

<sup>a</sup> *Bigot., colligitur.*

<sup>b</sup> *Primus Carn., visione tertia vice.*

<sup>c</sup> *Ideam, revelationum.*

A pergeret, sed rursus infirmitas cordis impedimento facta est indicandæ revelationis; et ad admonitionem quoque iteratæ jussionis obduruit pergere, et quæ viderat manifestare neglexit. Sed quia magnam mansuetudinem contempta: gratia major se qui **1632** solet ira vindictæ, <sup>b</sup> visione tertia Dominus apparet, jam verbis addidit verbera, et tam districta cæde mactatus est, ut in eo duritiam cordis emollient vulnera corporis. Surrexit ergo eruditus ex verbere, perrexit ad episcopum, eumque jam ex more iusta beati Juvenalis martyris sepulcrum ad offendum sacrificium consistentem reperit, secretum a circumstantibus petiit, seque ejus pedibus prostravit. Cumque eum ubertim flentem episcopus vix ad se levare potuisse, lacrymarum causas cognoscere studuit. Ille vero, <sup>c</sup> relatus ordinem visionis, prius vestimento ex humeris devoluto, detexit plagas corporis, ut ita dicam, testes veritatis et culpæ, monstravit quanta animadversione distinctionis membra illius <sup>d</sup> accepta verbera, livore inflicta, sulcaverant.

Quæ mox ut episcopus vidit, exhorruit, et quis sibi talia facere præsumpsisset cum magnæ obstupfactionis vocibus inquisivit. At ille respondit, hæc se pro ipso suisse perpessum. Excrevit cum terrore admiratio; sed nullas jam presbyter inquisitioni ejus moras adjiciens, secretum revelationis aperuit, ei que jussionis dominicæ per ea quæ audierat verba narravit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, non ccesset manus tua, non ccesset pes tuus; natali apostolorum venies ad me, et retribuam tibi mercedem tuam. Quibus auditis, episcopus se in orationem cum magna cordis contritione prostravit, et qui oblatus sacrificium ad horam tertiam venerat, hoc pro extensa orationis magnitudine ad horam nonam usque protelavit. Atque ex illo jam die magis magisque aucta sunt ei lucra pietatis; factusque est tam fortis in opere quam certus ex munere, quippe qui eum, cui ipse debitor fuerat, ex ea promissione jam cooperat habere debitorem. Huic autem consuetudo fuerat, annis singulis, natalitiis apostolorum die Romanam venire; jamque ex hac revelatione suspectus, venire juxta morem noluit. Eodem ergo tempore sollicitus fuit, secundo quoque anno vel tertio in mortis suæ exspectatione suspensus, quarto, quintoque, et sexto similiter. Qui desperare jam de veritate revelationis poterat, si verbis fidem verbera non fecissent. Cum ecce anno septimo usque ad exspectati natalis sacras vigilias incolunis pervenit; sed lenis hunc in vigiliis <sup>e</sup> calor attigit, atque ipso die natalitio filii suis se exspectantibus, missarum solemnia implere se posse recusavit. Illi vero quia de ejus erant pariter egressione suspecti, simul ad eum omnes venerunt, sese unanimiter astringentes ut die eodem nequam acquiescerent missarum <sup>f</sup> solemnia celebri, nisi pro eis apud Dominum **1633** ideum amantes suus intercessor accederet. Tunc ille, compa-

<sup>d</sup> *Duo priores Gemel., accepta vulnera.*

<sup>e</sup> *Duo Carnot. et Bigot., doloratigit.*

<sup>f</sup> *Primus Carn., solemnia implere.*

sus, in episcopii oratorio missas fecit, et manu sua corpus dominicum pacemque omnibus tribuit. Qui cuncto ministerio oblati sacrificii peracto, ad lectulum rediit, ibique jacens, dum sacerdotes suos ac ministros circumstetisse corneret, quasi vale ultimum dicens, de servando eos vinculo charitatis admonebat, et quanta debuissent concordia inter se uniri praedicabat. Cum subito inter ipsa sancte exhortationis verba, voce terribili clamavit, dicens: Hora est. Moxque assistantibus ipse suis manibus linteum dedit, quod ex more morientium sibi contra faciem tenderetur. Quo tenso, spiritum emisit, siveque sancta illa anima, ad gaudia æterna perveniens, a carnis corruptione soluta est. Quem, fratres charissimi, quem vir iste in morte sua imitatus est, nisi eum quem in vita sua fuerat contemplatus? Dicens enim: Hora est, de corpore exiit, quia et Jesus, peractis omnibus, cum dixisset: Consummatum est, inclinato capite, tradidit spiritum (Joan. xix, 30). Quod ergo Dominus ex potestate, hoc egit famulus ex vocatione.

40. Ecce quotidianæ hostiæ illa cum eleemosynis et lacrymis missa legatio quantam cum Rege veniente gratiæ pacem fecit. Relinquat ergo omnia qui potest. Qui autem relinquere omnia non potest, cum adhuc longe est Rex, legationem mittat, lacrymarum, eleemosynarum, hostiarum munera offerat. Vult enim placari precibus, qui scit quia portari non possit iratus. Quod adhuc moram facit venire, legationem pacis sustinet. Venisset jam namque si vellet, et cunctos suos adversarios trucidasset. Sed et quam terribilis veniet indicat, et tamen ad veniendum tardat, quia non vult invenire quos puniat. Reatum nobis contemptus nostri denuntiat, dicens: Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus; et tamen sperandæ salutis remodium confert, quia qui per iram non potest ferri, per postulatæ pacis vult legationem placari. Lavate ergo, fratres charissimi, lacrymis inaculas peccatorum, eleemosynis tergite, sacris hostiis expiate. Nolite possidere per desiderium quæ adhuc per usum minime reliquistis. Spem in solo Redemptore figite, ad æternam patriam mente transite. Si enim nil in hoc mundo jam amando possidetis, etiam possidendo cuncta reliquistis. Ipse nobis gaudia desiderata concedat, qui nobis æternæ pacis remedia contulit, Jesus Christus Dominus noster, \* qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### b HOMILIA XXXVIII.

Habita ad populum in basilica beati Clementis<sup>c</sup> martyris.

LECTIO 5. EVANG. SEC. MATTH. XXII, 1 – 13.

In illo tempore, <sup>a</sup> loquebatur Jesus principibus sacerdotum et Pharisæis in parabolis, dicens: Simile est

\* Duo priores Gemet. cui cum Patre et Spiritu sancto honor et imp. per, etc.

<sup>b</sup> Est vigesima quinta in Corb., vigesima octava in Later. et vigesima nona in Cod. reg. Suec.

A regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias suo suo, et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, et nobilant venire. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei et alii occisa sunt, et omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, et abiuerunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam: reliqui vero tenuerunt servos ejus, et contumelie effectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est; et, missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succedit. Tunc ait servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, et quoscunque inveneritis vocate ad nuptias. Et egressi serri ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos, et B impletae sunt nupcie discubentium. Intravit autem rex ut videret discubentes; et vidit ibi hominem non vestitum ueste nuptiali, et ait illi: Amice, quomodo hue intravisti non habens uestem nuptialem? At ille obmutrit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus ejus et pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

C **1634** 1. Textum lectionis evangelicæ, fratres charissimi, volo, si possum, sub brevitate transcurrire, ut in fine ejus valeam ad loquendum largius vacare. Sed quærendum prius est an hæc apud Matthæum ipsa sit lectio quæ apud Lucam sub appellatione coenæ describitur (Luc. xiv, 16, seq.). Et quidem sunt nonnulla quæ sibi dissona esse videntur, quia hic prandium, illic coena memoratur; hic qui ad nuptias non dignis uestibus intravit repulsus est, illic nullus qui intrasse dicitur repulsus esse perhibetur. Qua ex re recte colligitur quod et hic per nuptias præsens Ecclesia, et illic per coenam æternum et ultimum convivium designatur, quia et haec nonnulli exituri intrant, et ad illud quisquis semel intraverit ulterius non exhibit. At si quis forte contendat hanc eamdem esse lectionem, ego melius puto, salva fide, alieno intellectui cedere, quam contentionibus despervire, quoniam et intelligi congrue forsitan potest quia de projecto eo qui cum nuptiali ueste non venerat quod Lucas tacuit Matthæus dixit. Quod vere per illum coena, per hunc autem prandium dicitur, nequaquam vel hoc nostræ intelligentiæ obeistit, quia D cum ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret, ipsum quoque prandium coena vocabatur.

2. Sæpe autem jam me dixisse memini quod plerumque in sancto Evangelio regnum cœlorum præsens Ecclesia nominatur. Congregatio quippe justorum regnum cœlorum dicitur. Quia enim per prophetam Dominus dicit: Cœlum mihi sedes est (Isai. LXVI, 1); **1635** et Solomon ait: \* Anima justi sedes est sapientiæ (Sap. VII, 27); Paulus etiam dicit: Chri-

\* In Corb. Germ., Lateran., Cod. reg. Suec., priori Gemet. et nonnullis, non legitur martyris.

<sup>d</sup> Belv., dicebat Jesus turbis; Simile est, etc.

\* Locus hic iam laudatus est a sancto Doctore

*etum Dei virtutem et Del sapientiam (1 Cor. 1, 24);* liquido colligere debemus quia si Deus sapientia, anima autem justi sedes sapientiae, dum cœlum dicitur sedes Dei, cœlum ergo est anima justi. Hinc per Psalmistam de sanctis predictoribus dicitur: *Cœli enarrant gloriam Dei (Psal. xviii, 2).* Regnum ergo cœlorum est Ecclesia justorum, quia deum eorum corda in terra nil amittunt, per hoc quod ad saepara suspirant, jam in eis Dominus quasi in cœlestibus regnat. Dicatur ergo: *Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.*

3. Jam intelligit charitas vestra quis est hic rex, regis filii pater: ille nimurum eoi Psalmista ait: *Deus iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regi (Psal. lxxi, 1).* Qui fecit nuptias filio suo. Tunc enim Deus pater Deo Filio suo nuptias fecit, quando hunc in utero Virginis humanæ naturæ confonit, quando Deum ante sæcula fieri voluit hominem in fine sæculorum. Sed quia ex duabus personis fieri solet ista conjunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, ut personam Dei et hominis Redemptoris nostri Iesu Christi ex duabus personis credamus entiam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis existere dicimus; sed ex duabus personis compositum eredi, ut nefas, vitamus. Apertius ergo atque securities dici potest quia in hoc Pater regi Filio nuptias fecit, quo et per incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociavit. Uterus autem genitricis Virginis Iujus sponsi thalamus fuit. **1636** Unde et Psalmista dicit: *In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tandem sponsus procedens de thalamo suo (Psal. xviii, 6).* Tanquam sponsus quippe de thalamo suo processit, quia ad conjugendam sibi Ecclesiam incarnatus Deus de incorrupto utero Virginis exiit. Misit ergo servos suos ut ad istas nuptias amicos invitarent. Misit semel, misit iterum quia incarnationis dominice prædicatores, et primi prophetas, et postmodum apostolos fecit. Bis itaque servos ad invitandum misit, quia incarnationem Unigeniti et per prophetas dixit futuram, et per apostolos mutuavit factam. Sed quia hi qui prius invitati sunt ad nuptiarum convivium venire notuerunt, in secunda invitatione jam dicitur: *Eccœ prandium meum paravi, tauri mei et altaria occisa sunt, et omnia parata.*

4. Quid in tauris vel altilibus, fratres charismati, nisi novi ac veteris testamenti patres accipimus? Quia enim vulgo loquor, etiam ipso me necesse est verba evangelica lectionis explanare. Altilia enim sagittaria dicimus; ab eo enim quod est alere, altilia

lib. xxix Moral., num. 55, ubi nostras conjecturas ex parte jam protulimus. Eadem sententia, tanquam ad sacra Scriptura parineat, adducitur ab Augustino in psal. xlvi, ad vers. 9, et frequentius a Bernardo, scilicet serm. i in Purificatione, serm. 5 de verbis Iesiae, et serm. 27 in Canticis. Vide in notis ad eundem Bernardum, ex novissima recensione nostri Mabillonii, notam 289, ubi ea de qua queritur sententia eruitur ex lib. Sap. cap. vii, vers. 7. Felicius forsitan invenitur in versu 27, ubi de sapientia dicitur: *in animas sanctas se transfert.* Multis in locis leguntur quæ huic sententiae valde sunt proxima, ut Levit. xxvi, 11, 12; II Cor. vi, 16; I Cor.

A quasi altilia vocamus. Cum vero (23, q. 4, cap. 16) in lege scriptum sit: *Dilectos amicos tuos, et odio habebis inimicum tuum (Matth. v, 43; Levit. xix, 18), accepta tunc justitia licentia fuerat ut Dei usque adversarios quanta possent virtute comprimerent, eosque a jure gladii ferirent.* Quod in Nove peccati dubio Testamento compescitar, cum per sometipsam Veritas prædictat, dicunt: *Dilectis inimicis vestris, benefacite his qui odierunt nos (Matth. v, 44).* <sup>b</sup> Qui ergo per terros nisi patres testamenti votoris significantur? Nam dum <sup>c</sup> ex permissione legis cooperari quatenus adversaries suos edii retributione persecuerent, ut ita dicunt, quid aliud quam lauri erant, qui inimicos suos virtutis corporeæ eorum feriebant? Quid vero per altilia nisi patres testimenti novi <sup>B</sup> garantur, qui dum gratiam pinguedinis internæ percipient, a letoreis <sup>d</sup> desideriis ententes, ad sublimia contemplationis suæ penitus sublevantur? In imo quippe cogitationem ponere, quid est aliud quam quedam ariditas mentis? Qui autem intellectu contestum jam per sancta desideria de supernis delectationis intimæ cibo pescuntur, quasi largiori alimento pingueoscunt. Hac enim pinguedine saginari Propbeta conceperat, cum dicebat: *Sicut adipe et pinguedine reflectur anima mea (Psal. lxii, 6).* Quia ergo prædicatores <sup>e</sup> dominice incarnationis missi persecutionem ab infidelibus, et prius prophetæ, et postmodum sancti apostoli, pertulerunt, invitatis et venire nolentibus dicitur: *Tauri mei et altaria occisa sunt, et omnia parata.* Ac si apertius dicatur: *Patrum præcedentium mortes aspiceret, et remedia vite vestre cogitate.* Notandum vero quod in priori invitatione mil de lauris et altilibus dicitur, in secunda autem jam lauri et altilia mactata esse memorantur, quia omnipotens Deus cum verba ejus audire nolumus, adiungit exempla, ut omne quod impossibile credimus. tanto nobis ad sperandum fiat facilius, quanto per hoc transisse jam et alios audimus.

5. Sequitur: *Illi autem neglezerunt, et abiérunt, alias in villam suam, alias vero in negotiationem suam.* In villam quippe ire est labori terreno immoderate incumbere, in negotiationem vero ire **1637** est actionum secularium lucis inhibere. Quia enim alias intentas labori terreno, aliis vero mundi bujus actibus dediit, *mysterium incarnationis dominici* pensare et secundum illud vivere dissimulat, quasi ad villam vel negotium pergens, venire ad regis nuptias recusat. Et plorunque, quod est gravius, nonnulli vocantis gratiam non solum respuunt, sed etiam

<sup>f</sup> Sed hic Gregorius indicat Salomonem, cui Sapientia liber ascribi solet, licet a Gregorio diserte non tributatur. Si conjectura hæc sibi minus sapiat, ferior, aliam lib. xxix Moral., num. 55, prolatam fortasse inagis probabis.

<sup>a</sup> Gratianus legit in ore gladii.

<sup>b</sup> Duo Carnut. et Bigot., quid ergo per.

<sup>c</sup> Corrupte in Excusis, et contra Miss. Anglic., Gallic. et al. fidem, ex promissione.

<sup>d</sup> Ita C. Geru., Corb., Belvæc. et cast. Miss., quod sic legerunt Editores: *eternis desideritis transientes.*

persequuntur. Unde et subditur: *Reliqui vero tenuerunt servos ejus, et contumeliis affectos occiderunt. Sed rex ista cognoscens, missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succedit.* Homicidas perdit, quia persequeentes interimit. Civitatem eorum igni succedit, quia illorum non solum animæ, sed et caro quoque in qua habitaverant, aeterna gehenna flamma cruciatur. Misericordia vero exercitibus extinxisse homicidas dicitur, quia in hominibus omne iudicium per angelos exhibetur. Quid namque sunt illa angelorum agmina, nisi exercitus Regis nostri? Unde et idem rex Dominus Sabaoth dicitur. Sabaoth quippe est exercitum interpretator. Ad perdendos ergo adversarios suos exercitum mittit, quia nimis rara vindictam Dominus per angelos exercet. Cujus vindictæ potentiam tunc nostri patres audiebant, nos autem jam certamus. Ubi sunt enim superbi illi martyrum persecutores? Ubi illi qui contra conditoris suum cervicem cordis erexerant et de hujus mundi gloria mortifera tumebant? Ecce iam mors martyrum ficeret in fide viventium, et hic qui contra illos de crudelitate sua gloriati sunt nequaquam ad memoriam nostram venient vel in numero mortuorum. Hebas ergo cognoscimus quod in parabolis audimus.

6. Sed is qui invitantes se contemni consipit regie filii sui nuptiae vacas non habebit. Ad alios militat, quia etei apud aliquos laborat, quandoque lacrima sermo Dei inventurus est ubi requiescat. Unde et subditur: *Tunc eis servis suis: Nuptias quidem parates sunt, sed qui invitati erant non fuerunt digni.* Ite ergo ad exitus viarum, et quoevere inveneritis, vocate ad nuptias. Si in Scriptura sacra vias actiones accipimus, exitus viarum intelligimus defectus actionum, quia illi plerumque facile ad Deum veniunt, quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur. Sequitur: *Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos, et impletæ sunt nuptiae discubentium.*

7. Ecce jam ipsa qualitate convivantium aperte ostenditur quia per has regis nuptias praesens Ecclesia designatur, in qua cum bonis et malis convenient. Permissa quippe est diversitate filiorum, quia sic omnes ad fidem generat, ut tamen omnes per immutationem vite ad libertatem spiritalis gratiae culpis exigentibus non perducat. Quousque namque hic vivimus, necesse est ut viam praesentis saeculi permisi pergamus. Tunc autem discernimur, cum pervenimus. Boni enim soli nusquam sunt, nisi in celo; et mali soli nusquam sunt, nisi in inferno. Haec autem vita (23, q. 4, c. 15) quæ inter cœlum et infernum sita est, sicut in medio subsistit, ita ultrarumque partium cives communiter recipit; quos tamen sancta Ecclesia et nunc indiscrete suscepit, **1638** et postmodum in egressione discernit. Si

<sup>a</sup> Maluerunt recent. Edit. exercitum, invitis Mos. et vet. Ed.

<sup>b</sup> Belvac. et duo priores Gemet., mortiferum, quod olim lectum in C. Germ.

<sup>c</sup> Excusi, vitam praesentis secuti, cum in Ms. manu consensu legatur vitam.

A ergo boni estis, quandiu in hac vita subsistitis, sequanu[m]t[er] tolerare malos. Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Cain malitia non exercet. Sic in tritura areæ grana sub paleis premuntur; sic flores inter spines oriuntur, et rosa quæ redolet crescit cum spina quæ pungit. Duos quippe filios habuit primus homo; sed unus horum electus est, alter reprobus fuit (*Genes. 1, 1, seq.*). Tres filios Noe arca continuit; sed duo ex his electi sunt, et unus reprobus fuit (*Ibid. vi, 7*). Unus Abraham filios habuit; sed unus electus est, alter reprobus fuit (*Ibid. xxii, 10, seq.*). Unus Isaac filios habuit; sed unus electus est, alter reprobus (*Ibid. xxvii, 37*). Duodecim filios habuit Jacob; sed ex his unus per innocentiam venditus est, alii vero per malitiam venditores fratris fuerunt (*Ibid. xxxvii, 28*). Duodecim apostolorum sunt electi; sed unos in his admisisti est qui probaret, undecim qui probarentur (*Joan. vi, 71*). Septem sunt diacones ab apostolis ordinati (*Act. vi, 5*); sed sex in fide recta permanentibus, unus exstitit auctor erroris (*Apot. ii, 4*). In hac ergo Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt. Antea itaque tempora, fratres charissimi, ad mentem reducete, et vos ad malorum tolerantiam roborate. Si enim electorum situs sumius, restat necesse est ut per eorum exempla gradimur. Bonus enim non fuit, qui malos tolerare recusavit. Hinc namque est quod de semetipsa beatus Job asserti, dicens: *Frater fui draconum, et socius struthionum* (*Job. xxxv, 29*). Hinc per Salomonem sponsi voco sanctas Ecclesias dicitur: *Sicut Maria mater optimæ, sic amica mea inter filios* (*Cant. xi, 2*). Hinc ad Ezechielom Dominus dicit: *Fili domini, incredulæ et subversores sunt locum, et cum scorpionibus habitas* (*Ezech. xi, 6*). Hinc Petrus beati Lot vitam glorificat, dicens: *Et justum Lot opprimum a nefandorum turpitudine conversatione eruit; aspectu enim et auditu iustus erat, habitans inter eos qui de die in diem animam justam iniquis operibus eradicabant* (*II Pet. ii, 7, 8, seq.*). Hinc Paulus discipulorum vitam et levitatem et reborat, dicens: *In medio nationis præter et perverse, inter quos insectæ sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentia* (*Philipp. ii, 15*). Hinc Jeannes Pergami Ecclesie attestatur, dicens: *Sed ubi habitas, ubi sedes est Satanas, et tenet nomen meum, et non neganti fidem meam* (*Apud. ii, 13*). Ecce, fratres charissimi, pene omnia percurrente cognoscimus quia bonus non fuit quae[m] malorum prævites non probavit. Ut enim ita loquar, ferrum animo nostro nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit aliena lima prævitalis.

8. Terrera autem vos non debet quod in Ecclesia et multi mali et pauci sunt boni, quia arca in

<sup>d</sup> Nicodemus intelligit, quem turphum Nicodemum parentem multæ et spacio Patribus existimat.

<sup>e</sup> Hic sequimur Ms. non Excusos, ubi legitur, a nefandorum injusta.

<sup>f</sup> Gemet. ac Bigot., apud eos.

undis diluvii, quæ hujus Ecclesiæ typum gessit, et ampla in inferioribus, et angusta in superioribus fuit, quæ in summitate etiam sua ad unius mensuram cubiti excrevit. Inferius quippe quadrupedia atque reptilia, superius vero aves et homines habuisse credenda est. Ibi lata exstitit, ubi bestias habuit; ibi angusta, ubi homines servavit, quia nimis rurum sancta Ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritualibus angusta. Ubi enim bestiales hominum mores tolerat, illuc latius sinum laxat. Ubi autem eos habet qui spirituali ratione suffulti sunt, illuc quidem ad summum ducitur, sed tamen, quia pauci sunt, angustatur. *Lata quippe via est 1639 quæ dicit ad perditionem, et multi sunt qui vadunt per eam; et angusta est quæ dicit ad vitam, et pauci sunt qui invenerint eam* (*Math. vii, 13*). Eo autem usque arca angustatur in summis, quounque ad mensuram unius cubiti perducatur, quia in sancta Ecclesia quanto sanctiores quique sunt, tanto pauciores. Quæ in summo ad illum perducitur qui solus homo in hominibus, et sine alterius comparatione, natus est sanctus. Qui, juxta Psalmista vocem, *Factus est sicut passer unicus in ædificio* (*Psal. ci, 1*). Tanto ergo magis mali tolerandi sunt, quanto et amplius abundant, quia et in<sup>1</sup> area tritura pauca sunt grana quæ servantur borreis, et grandes acervi palearum qui ignibus comburuntur.

9. Sed quia jam, largiente Domino, nuptiarum domum, id est sanctam Ecclesiam intrasti, solerter, fratres, aspicite, ne aliquid de meatis vestre habitu rex ingrediens reprehendat. Cum magno enim cor-  
dis timore pensandum est quod protinus subditur: *Intravit autem rex ut videret discubentes, et vidit ibi hominem non vestitum ueste nuptiali*. Quid, fratres charissimi, exprimi per nuptiale vestem putamus? Si enim vestem nuptiale baptismata vel fidem dicimus, quis sine baptisme et fide has nuptias intravit? Eo enim ipso foris est, quo needum credit. Quid ergo debemus intelligere nuptiale vestem, nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias, sed cum nuptiali ueste non intrat, qui in sancta Ecclesia<sup>b</sup> assistens fidem habet, sed charitatem non habet. Recte enim charitas nuptialis vestis vocatur, quia hanc in se conditor noster<sup>c</sup> habuit, dum ad sociandæ sibi Ecclesiæ nuptias venit. Soia quippe dilectione Dei actum est ut ejus unigenitus mentes sibi electorum hominum uniret. Unde et Joannes dicit: *Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret pro nobis* (*Joan. iii, 16*). Qui ergo per charitatem venit ad homines, eamdem charitatem innotuit uestem esse nuptialem. Omnis ergo vestrum qui in Ecclesia positus Deo credit, jam ad nuptias intravit; sed cum nuptiali ueste non venit, si charitatis gratiam non custodit. Et certe, fratres, si quis ad carnales nuptias esset invitatus, uestem mutaret, congaudere se sposo et sponsæ ex ipso sui habitus decole ostenderet, inter gaudentes et festa celebran-

*A* tes despectis vestibus apparere erubesceret. Nos ad Dei nuptias venimus, et cordis uestem mutare dissimulamus. Congaudent angeli, cum ad cœlum assumuntur electi. Quia ergo mente haec spiritilia festa conspicimus, qui nuptialem uestem, id est charitatem, quæ sola nos speciosos exhibet, non habemus?

10. Sciendum vero est quia sicut in duobus lignis, superiore videlicet et inferiore, uestis textur, ita in duobus præceptis charitas habetur, in dilectione scilicet Dei, et proximi. Scriptum quippe est: *Diligies Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua; et proximum tuum sicut te ipsum* (*Marc. xii, 30, ex Deut. vi, 5*). Quia in re notandum est quia in dilectione proximi mensura amoris ponitur, cum dicitur: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*; Dei autem dilectio nulla mensura constringitur, cum dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua*. Non enim jubetur quisque quantum diligat, sed ex quanto, cum dicitur: *Ex toto, 1640 quia ille veraciter Deum diligat, qui sibi de se nihil relinquit*. Duo ergo haec necesse est ut charitatis præcepta custodiat quisquis habere in nuptiis uestem nuptiale curat. Hinc est enim quod apud Ezechielem prophetam, portæ ipsius civitatis in monte constituta uestibulum duobus cubitis mensuratur (*Ezech. xl, 9*), quia nimis accessus nobis coelestis civitatis non panditur, si in hac Ecclesia, quæ pro eo quod adhuc foris est, uestibulum dicitur, Dei et proximi dilectio non temetur. Hinc est quod cortinæ tabernaculi intexi coccus bis tinctus jubetur (*Exod. xxvi, 1*). Vos estis, fratres, vos estis cortinæ tabernaculi, qui per fidem in cordibus vestris secreta coelestia velatis. Sed cortinæ tabernaculi bis tinctus coccus debet inesse. Coccus quippe ignis speciem habet. Quid vero est charitas, nisi ignis? Sed ista charitas esse bis tincta debet, ut tingatur et per amorem Dei, tingatur et per amorem proximi. Qui enim sic amat Deum, ut per contemplationem illius negligat proximum, coccus quidem est, sed bis tinctus non est. Rursum qui sic amat proximum, ut tamen contemplationem Dei per ejus amorem relinquat, coccus est, sed bis tinctus non est. Ut ergo charitas vestra bis tinctus coccus esse valeat, et ad amorem se Dei, et ad amorem proximi accendat, quatenus nec ex compassionem proximi contemplationem relinquat Dei, nec plusquam debet inhaerens contemplationi Dei, compassionem abjiciat proximi. Omnis itaque homo inter homines vivens, sic ad eum anhebet quem desiderat, ut tamen hunc non deserat cum quo currebat; et sic huic adjutorium ferat, ut ab illo nullatenus torpeat ad quem festinabat.

11. Sciendum quoque est quod ipsa dilectio proximi in duobus præceptis subdividitur, cum quidam sapiens dicat: *Omne quod tibi odis fieri, vide ne ipse alteri facias* (*Tob. iv, 16*). Et per semelipsam

<sup>a</sup> Bigot., *angusta est porta*.

<sup>b</sup> Duo priores Gemet., *consistens*.

<sup>c</sup> Belvac., *exhibuit*.

<sup>d</sup> Belvac., *ut præ contemplatione illius*.

Veritas prædicat, dicens : Quæ vultis ut faciant vobis **A** homines, et vos eadem facite illis (*Math. vii., 12*). Si enim et quod impendi nobis recte volumus, hoc aliis impartimur, et quod nobis fieri nolumus, hoc aliis facere ipsi devitamus, charitatis jura illæsa servamus. Sed nemo, cum quemplam diligit, habere se protinus charitatem putet, nisi prius ipsam vim suæ dilectionis examinet. Nam si quis quemlibet amat, sed propter Deum non amat, charitatem non habet, sed habere se putat. Charitas autem vera est cum et in Deo diligitur amicus, et propter Deum diligitur inimicus. Ille enim propter Deum diligit eos quos diligit, qui jam et eos diligere a quibus non diligitur scit. Probari enim charitas per solam odii adversitatem solet. Unde et per semetipsum Dominus dicit : *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos* (*Luc. vi., 27*). Ille ergo securus amat, qui propter Deum illum amat a quo se intelligit non amari. Magna sunt hæc, alta sunt hæc, et multis ad exhibendum difficultia, sed tamen ista est vestis nuptialis. Quisquis autem banc recumbens in nuptiis non habet, jam sollicitus metuat, ingrediente rege, quando mittatur foras. Ecce enim dicitur : *Intravit rex ad nuptias ut videret discubentes, et vidit ibi hominem non vestitum ueste nuptiali*. Nos sumus, fratres charissimi, qui in nuptiis Verbi discubimus, qui jam fidem in Ecclesia habemus, qui Scripturæ sacrae epulis pascimur, qui conjunctam Deo Ecclesiam esse gaudemus. Considerate, rogo, si cum nuptiali ueste ad has nuptias venistis, **1641** cogitationes vestras sollicita inquisitione discutite. De rebus singulis corda vestra trutinate, si jam contra nullum odium habetis, si contra felicitatem alienam nulla vos invideat face succenditis, si per occultam malitiam nemini nocere festinatis.

**12.** Ecce rex ad nuptias ingreditur, et cordis nostri habitum contemplatur, atque ei quem charitate vestitum non invenit, protinus iratus dicit : *Amice, quomodo hic intrasti non habens uestem nup:ialem?* Mirandum valde est, fratres charissimi, quod hunc et amicum vocat, et reprobat, ac si ei apertius dicat, *Amice, et non amice; amice per fidem, sed non amice per operationem.* At ille obmutuit, quia, quod dici sine gemitu non potest, in illa distinctione ultimæ increpationis omne argumentum cessat excusationis, quippe quia ille foris increpat, qui testis conscientiae iñitus animum accusat. Sed inter hæc sciendum est quia quisquis hanc uestem virtutis habet, sed tamen adhuc perfecte non habet, ad pii regis ingressum desperare veniam non debet, quia ipse quoque speru nobis per Psalmistam, tribuens, dicit : *Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur* (*Psal. cxxxviii., 16*). Sed quia pauca hæc in consolatione habentis et infirmantis diximus, nunc ad eum qui hanc omnimodo non habet, verba vertamus. Sequitur :

<sup>a</sup> Tertius Gemit., in consolatione labentis.

<sup>b</sup> Longip., Val. Cl. et duo prior Gewet., quæ ergo sunt, sc. manus.

**B** 13. Tunc dixit rex ministris : *Ligatis manibus ejus et pedibus, mittite eum in tenebras exterioreas : ibi erit fletus et stridor dentium.* Ligantur tunc pedes et manus per distinctionem sententiæ, qui modo a pravis operibus ligari voluerunt per meliorationem vitæ. Vel certe tunc ligat poena, quos modo a bonis operibus ligavit culpa. Pedes enim qui visitare agrum negligunt, manus quæ nihil indigentibus tribuant a bono opere jam ex voluntate ligatae sunt. <sup>c</sup> Qui ergo nunc sponte ligantur in vitio, tunc in suppicio ligantur invite. Bene autem dicitur quod in exterioreas tenebras projiciatur. Interniores quippe tenebras dicimus cæcitatem cordis, exterioreas vero tenebras æternam noctem damnationis. Tunc ergo damnatae quisque non in interniores sed in exterioreas tenebras mittitur, quia illic invitus projectur in noctem damnationis, qui hic sponte ecclidit in cæcitatem cordis. Ubi fletus quoque et stridor dentium esse perhibetur, ut illic dentes strideant, qui hic de edacitate gaudebant; illic oculi defleant, qui hic per illicias concupiscentias versabantur; <sup>d</sup> quaque singula quaque membra suppicio subjaceant quæ hic singulariter quibusque vitiis subjecta serviebant.

**C** 14. Sed repulso uno, in quo videbitur omne malorum corpus exprimitur, generalis protinus sententia subinfertur, qua dicitur : *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* Tremendum valde est, fratres charissimi, quod audivimus. Ecce nos omnes iam vocati per fidem ad cœlestis regis nuptias veniuus, incarnationis ejus mysterium et credimus et constemus, divini Verbi epulas sumimus, sed futuro die judicari rex intraturus est. Quia vocati sumus, novimus; si sumus electi, nescimus. Tanto ergo necesse est ut unusquisque nostrum in humilitate se d. primat, quanto si sit electus ignorat. Nonnulli euim bona nee incipiunt, nonnulli vero in bonis quæ incœperunt minime persistunt. Alter pene totam vitam ducere in pravitate conspicitur, sed juxta finem vitæ a pravitate sua per districtæ penitentia <sup>e</sup> lamenta **1642** revocatur; alter electam videtur vitam ducere, et tamen hunc contingit ad erroris nequitiam juxta finem vite declinare. Alius bonum bene inchoat, melius consummat; alius in malis actibus a primæva ætate se dejicit, et in eisdem operibus semper seipo deterior consummatur. Tanto ergo sibi unusquisque sollicite metuat, quanto ignorat quod restat, quia, quod sepe dicendum est, et sine oblivione retinendum : *Multi sunt vocati, pauci vero electi.*

**D** 15. Sed quia noununquam mentes audientium plus exempla fidelium quam docentium verba converunt, volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda vestra tanto formidolosius audiant, quanto eis hoc de propinquio sonat. Neque enim res longe ante gestas dicimus, sed eas de quibus testes existunt, eisque interfuisse se referunt, memoramus.

Tres pater meus sorores babuit, quæ cunctæ tres

<sup>e</sup> Additur in mundo in tribus Gemit.

<sup>f</sup> Bigot., *lamenta renovantur.*

<sup>g</sup> Excusi, se exercet, reluctantibus MSS. omnibus,

sacrae virgines fuerunt : quarum una Tharsilla, alia **A** Gordiana, alia **Emiliana** dicebatur. Uno omnes ardore conversæ, uno eodemque tempore sacramæ, sub distinctione regulari degentes, in domo propria societatem vitam decebant (*Lib. iv Dialog., cap. 46*). Cumque essent diutius in eadem conversatione, cœperunt quotidianis incrementis in amorem conditoris sui Tharsilla et **Emiliana** succrescere, et, cum solo hic essent corpore, quotidie animo ad æterna transire. At contra Gordianæ animus cœpit a calore amoris intimi per quotidiana detimentia tepescere, et paulisper ad hujus aenam i amorem redire. Crebro autem Tharsilla dicere **Emilianæ** sorori sua cum magno gemitu solebat : *Video Gordianam sororem nostram de nostra sorte non esse ; perpendo enim quia foras defluit, et cor ad quod proposuit non custodit.* Quam **B** evabant blanda quotidie redargitione corripere, atque a levitate morum ad gravitatem sui habitus reformatre. Quæ quidem resumebat vultum subito gravitatis inter verba correptionis, sed cum ejusdem correptionis hora transisset, transibat protinus et superducta gravitas honestatis, moxque ad levia verba redibat. Puerorum gaudebat societate laicarum, eique persona valde onerosa erat quæcumque huic mundo dedita non erat. Quadam vero nocte huic Tharsillæ amictæ mens, quæ inter sorores suas virtute continuæ orationis, afflictionis studioræ, abstinentiæ singularis, gravitate vita venerabilis in honore et culmine sanctitatis excroverat, sicut ipsa narravit, per visionem angelus mens **Felix** hujus Romanæ Ecclesiæ antistes apparuit, elque mansionem perpetuae claritatis ostendit, dicens : *Veni, quia in hac te lucis mansione suscipio.* Quæ **C** subsequenti mox febre correpta, ad diem pervenit extreum. Et sicut nobilibus feminis virisque morientibus multi convenient, qui eorum proximos consolentur, eadem hora ejus exitus multi viri ac feminæ ejus lectulum circumsteterunt, inter quæ mater mea quoque adfuit ; cum subito sursum illa respiciens, Jesum venientem vidit, et cum magna animadversione cœpit circumstantibus clamare, dicens : *Recedite, recedite, Jesus venit.* Cumque in eum intenderet quem videbat, sancta illa anima a carne solita est ; tantaque subito fragrantia miri odoris aspersa est, ut ipsa quoque suavitas cunctis ostenderet illie auctorem suavitatis venisse. **1643**

Cumque corpus ejus ex more mortuorum ad laverandum esset nudatum, longo orationis usu in cubitis ejus et genibus, camelorum more, inventa est obdulata cutis excrèscere, et quid vivens ejus spiritus semper egredit, caro mortua testabatur. Hæc autem gesta sunt ante dominici Natalis diem. Quo transacto, mox **Emiliana** sorori sue per visionem nocturnæ visionis apparuit, dicens : *Veni, ut quia Natalem dominicum sine te feci, sanctum Theophaniam diem Jam tecum faciam.* Cui illa protinus de sororis sue

<sup>a</sup> In Corb. semper legitur *Gardiana*, et in C. Germ. *Ameliana*.

<sup>b</sup> Recent. Ed., *decrements*.

<sup>c</sup> Bigot., Val. Cl., Longip., *subsequenti nocte*.

<sup>d</sup> Per laicas hic intellige sæculo servientes, quod

**Gordianæ** salute sollicita respondit : *Et si sola venio, sororem nostram Gordianam eni dimitto ? Cui, sicut asserebat, tristis voltu iterum dixit : Veni, Gordiana etenim soror nostra & inter laicas deputata est. Quam visionem mox molestia corporis secura est, atque ita ut dictum fuerat, ante dominicæ apparitionis diem, eadem molestia ingravescente, defuncta est.* Gordiana autem mox ut solam remansisse se reperit, ejus pravitas excrevit, et quod prius latuit in desiderio expectationis, hoc post effectu pravæ actionis exercuit. Nam oblitæ dominici timoris, oblitæ pueroris et reverentiae, oblitæ consecrationis, conductorem agrorum suorum postmodum maritum duxit. Ecce omnes tres uno prius ardore conversæ sunt, sed non in uno eodemque studio perinanserunt, quia juxta dominicam vocem, *Muli sunt vocati, pauci vero electi.* Hæc ergo dixi, ne quis in bono jam opere positus sibi vires boni operis tribeat, ne quis de propria actione confidat, quia etiæ jam novit hodie qualis sit, adhuc cras quid futurus sit nescit. Nemo ergo de suis jam operibus securus gaudeat, quando adhuc in hujus vita incertitudine <sup>f</sup> qui finis sequatur ignorat. Sed quia rem retuli quæ vos ex divina distinctione perterruit, aliud adhuc e vicino refero quod ex divina misericordia perterrita vestra corda consoletur ; quod tamen in sermone alio jam me dixisse nemini, sed vos nequam adfuistis.

**16.** Ante biennium frater quidam in monasterium meum, quod juxta beatorum martyrum Joannis et Pauli Ecclesiam situm est, grata conversationis venit, qui diu regulariter protractus, quandoque susceptus est (*Lib. iv, Dialog., cap. 38*). Qui frater suus ad monasterium non conversationis studio, sed carnali amore secutus est. Is autem qui ad conversationem venerat valde fratribus placebat ; at contra, frater illius longe a vita ejus ac moribus discrepabat. Vivebat tamen in monasterio necessitate potius quam voluntate. Et cum in cunctis actibus perversus existaret, pro fratre suo ab omnibus æquanimiter tolerabatur. Erat enim levis eloquio, pravus actione, cultus vestibus, moribus incultus ; ferro vero non poterat si quisquam illi de sancti habitus conversatione loqueretur. Facta autem fuerat vita illius cunctis fratribus visu gravis, sed tamen, ut dictum est, pro fratri sui gratia erat cunctis tolerabilis. Aspernabatur valde si quis sibi aliquid de pravitatis suæ correctione loqueretur. Bona non solum facere, sed etiam audire non poterat. Nunquam se ad sanctæ conversationis habitum venire, jurando, irascendo, deridendo, testabatur. In hac autem pestilentia, quæ nuper hujus urbis populum magna ex parte consumpsit, percussus in inguine, **1644** peractus est ad mortem. Cumque extreum spiritum ageret, convenierunt fratres, ut egressum illius orando protegerent. Jam corpus ejus ab extrema fuerat parte præmor in virginibus Deo dicatis magnum usus. Ceterum laicorum sæpe mentio fit apud Tertullianum, Cyprianum et alios patres antiquiores.

<sup>e</sup> Longip. et Val. Cl., *per effectum*.

<sup>f</sup> Idem cuius Gemet. et Bigot., *quis ap finis sequitur*.

tuum, in solo tantummodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo cœperunt enixies orare, quanto eum jam videbant sub celeritate discedere. Cum repente cœpit eisdem fratribus assistentibus admisi quo poterat clamare, et orationes eorum interrumpere, dicens : Recedite, recedite, ecce draconi ad devorandum datus sum, qui propter vestram præsentiam devorare me non potest. Caput meum jam in suo ore absorbuit; date locum ut me amplius non cruciet, sed faciat quod facturus est. Si ei ad devorandum datus sum, quare propter vos moras patior? Tunc fratres cœperunt ei dicere : Quid est quod loqueris, frater? Signum tibi sanctæ crucis imprimie. Respondebat ille ut poterat, dicens : Volo me signare, sed non possum, quia a dracone premor. Cumque hoc fratres audirent, prostrati in terra cum lacrymis cœperunt pro crepitione illius vehementius orare. Et ecce subito cœpit melioratus æger quibus valebat vocibus exultare, dicens : Gratias Deo, ecce draco qui me ad dévorandum **1645** acceperat fugit, orationibus vestris expulsus stare non potuit. Pro peccatis meis modo intercede, quia converti paratus sum, et sæcularem vitam funditus relinquere. Homo ergo, qui, sicut jam dictum est, ab extrema corporis fuerat parte præmortuus, reservatus ad vitam, toto ad Deum corde conversus est. Longis et continuis in conversatione eadem flagellis eruditus, atque ante paucos dies excrescente corporis molestia defunctus est. Qui jam moriens draconem non vidit, quia illum per cordis immutationem vicit. Ecce, fratres mei, Gordiana, quam superius dixi, a sanctimonialis habitus excellentia corruit ad pœnam, et frater hic, de quo ista narravi, ab ipso mortis articulo rediit ad æternam vitam. Nemo ergo scit quid de se in occultis Dei judiciis agatur; quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Quia ergo nulli de se certum est electum se esse, restat ut omnes trepident, omnes de sua actione formident, omnes in sola divina misericordia gaudeant, nullus de suis viribus præsumat. Est qui perficiat fiduciam nostram, ille scilicet qui in se dignatus est <sup>b</sup> assumere naturam nostram, Jesus Christus, qui cum Patre vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## HOMILIA XXXIX.

Habita ad populum <sup>d</sup> in basilica beati Joannis, quæ dicitur Constantiniana.

LECTIO 8. EVANG. SEC. LUC. XIX, 42-47.

In illo tempore, cum appropinquaret Jesus Jerusaleni, videns cœritatem, flevit super illam, dicens : Quia si cognovisses, et tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo; et circundabunt te, et coangustabunt te undique,

<sup>a</sup> Primus Carn., ab ipso mortis periculo.

<sup>b</sup> Bigot., suscipere naturam.

<sup>c</sup> Est vigesima quarta in Corb. In Lateran. vigesima sexta, in cod. reg. Succ. trigesima.

<sup>d</sup> In Later., in basilica sancti Salvatori.

**A** et ad terram \* prosternent te, et filios tuos qui in te sunt; et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. Et ingressus templum, cœpit ejicere vendentes in illo et ementes, dicens illis : Scriptum est quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latroquum. Et erat docens quotidie in templo.

**1644** 1. Lctionem brevem sancti Evangelii, brevi, si possum, volo sermone percurrire, ut illis in ea prolixior detur intentio qui sciunt ex paucis multa cogitare. <sup>f</sup> Quod flente Domino illa Jerosolymorum subversio describatur, quæ a Vespasiano et Tito Romanis principibus facta est, nullus qui historiam eversionis ejusdem legit ignorat. Romani enim principes denuntiantur, cum dicitur : Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo; et circumdabunt te, et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te, et filios tuos qui in te sunt. Hoc quoque quod additur : Non relinquent in te lapidem super lapidem, etiam ipsa jam ejusdem civitatis transmigratione testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam fuerat Dominus crucifixus, prior illa Jerusalem, ut dicitur, funditus est eversa. Cui ex qua culpa eversionis sue pœna fuerit illata subjungitur : *Eo quod non cognoveris tempus visitationis tue.* Creator quippe omnium per incarnationis sue mysterium **1645** hanc visitare dignatus est, sed ipsa timoris et amoris illius recordata non est. Unde etiam per prophetiam in increpatione cordis humani aves cœli ad testimonium deducuntur, dum dicitur : *Milvus in cœlo cognovit tempus eum; turpiter et hirundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui, populus autem meus non cognovit judicium Domini (Jerem. VIII, 7).* Sed quærendum prius est quid sit quod dicitur : *Videns civitatem, flevit super illum, dicens : Quia si cognovisses, et tu. Flevit aliquis prius Redemptor ruinam perdidit civitatis, quam ipsa sibi civitas non cognoscebat esse venturam.* Cui a Deo Domino recte dicitur : *Quia si cognovisses, et tu, et subaudi, fleres, quæ modo quia nescis quod imminent, exultas. Unde et subditur : Et quidem in hac die tu, quæ ad pacem tibi.* Cum enim carnis apud voluptatibus daret, et ventura mala non prospiceret, in dia sua quæ ad pacem esse ei poterant habebat. Cur vero bona præsentia ad pacem habuerit, manifestatur cum dicitur : *Nunc autem 1646 abscondita sunt ab oculis tuis.* Si enim cordis ejus oculis mala quæ imminenterant abscondita non essent, læsa in præsentibus prosperis non fuisset. Cuius mox etiam pœna quæ de Romanis, sicut prædicti, principibus imminent, adjuncta est.

2. Qua descripta, quid dominus fecerit subditur : quia, ingressus templum, cœpit ejicere vendentes in illo et ementes, dicens illis : *Scriptum est quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latroquum.*

\* Belvac. et C. Germ., consternent te.

<sup>f</sup> Sic legendum ex Miss. et vet. Ed. Excusi habent quod a flente.

<sup>g</sup> C. Germ., subaudis, fleveras. In Corb. quoque ei in Gemet. legitur subaudis.

*speluncam latronum (Isai. lvi, 7).* Qui enim narravit A lætabuntur; et cuncta quæ modo ei ad pacem sunt, tunc in amaritudinem rixæ vertentur, **I** 647 quia rixari secum incipiet cur damnationem quam patitor non expavit, cur a propiciendis malis sequentibus oculos mentis clausit. Unde ei dicitur: *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Perversa quippe anima rebus præsentibus dedita, in terrenis voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequentia, quia b prævidere futura refugit, quæ præsentem lætitiam perturbant; dumque in præsentis vita oblectationibus se deserit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit? Unde bene scriptum est: *In die bonorum ne immemor sis malorum (Eccli. xi, 27).* Et inde per Paulum dicitur: *Qui gaudent, tanquam nea gaudentes sint (I Cor. vii, 30),* quia et si qua est præsentis temporis, ita est agenda lætitia, ut nunquam amaritudo sequentis judicij recedat a memoria, quatenus dum mens pavidæ extrema ultiæ timore transfigitur, quantum nunc præsens lætitia, tantum post ira subsequens temperetur. Hinc namque scriptum est: *Beatus homo qui semper est pavidus; qui vero mentis est duræ, corrut in malum (Prov. xxviii, 14).* Sequentis enim ira judicij tanto tunc distictior portabitur, quanto nude et inter culpas minime timetur.

3. Sed quia eversam jam Jerusalem novimus atque eversione sua in melius commutatam, quia expulsos latrones a templo, atque ipsum jam templum dirutum scimus, debemus ex rebus exterioribus introrsus aliquam similitudinem trahere, atque ex eversis ædificiis parietum morum ruuam timere. *Videns enim civitatem, fluit super illam, dicens: Quia si cognovisses, et tu. Hoc semel egit, cum periturae civitatem esse nuntiavit. Hoc quotidie Redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cum quedam ex bona vita ad mores reprobos pervenisse considerat. Plangit enim eos qui nesciunt cur plangentur, quia, juxta Salomonis verba: *Lætantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis (Prov. ii, 14).* Qui si damnationem suam quæ eis imminet agnoscissent, semelipsos cum lacrymis electorum plangerent. Bene autem periturae animæ sententia quæ subditur convenit: *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Suam hic diem habet anima perversa, quæ transitione gaudet in tempore. Qui ea quæ adsunt ad pacem sunt, quia dum ex rebus temporalibus lætatur, dum bonoribus extollitur dum in carnis voluptate resolvitur, dum nulla venture poenæ formidine terretur, pacem habet in die sua, quæ grave damnationis suæ scandalum in die habebit aliena. Ibi enim afflignenda est, ubi justi*

4. Sequitur: *Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo.* Qui unquam sunt humanae animæ majores inimici, quam maligni spiritus, qui hanc a corpore exuentem obsident, quam in carnis amore positam deceptoris delectationibus sovent?

C Quam vallo circundant, quia ante uentis ejus oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, hanc ad societatem sua damnationis trabentes coarctant, ut in ipsa jam extremitate vitæ deprehensa, et a quibus hostibus circumclusa sit videat, et tamen evadendi aditum invenire non possit, quia operari jam bona non licet quæ, cum licuit agere, contemptis. De quibus adhuc apte quod sequitur intelligi valet: *Circumdabunt te, et coangustabunt te undique. Maligni quippe spiritus undique animam angustant, quando ei non solum operis, verum etiam locutionis atque insuper cogitationis iniquitates replicant, ut quæ prius se per multa dilatavit in scelere, ad extreum de omnibus angustetur in retribuione. Sequitur: Et ad terram prostrerent te, et filios tuos qui in te sunt.* Tunc anima per cognitionem reatus sui ad terram consternitur, cum caro d quæ vitam suam creditit redire ad pulverem urgetur. Tunc in mortem filii illius cadunt, cum cogitationes illicite quæ modo ex illa prodeunt, in extrema vitæ ultione dissipantur, sicut scriptum est: *In illa die peribunt omnes cogitationes dorum (Psal. cxlv, 4).* Quæ scilicet duræ cogitationes intelligi etiam per lapidum significationem valent. Nam sequitur: *Et*

a Belvac., rigorem

b Longip., prævidere mala futura.

\* In plerisque MSS. habetur tum in lectione Evangelii, tum in homilia et expositione, *ad terram con-*

*sternent te.* Sic lectum a Gregorio suadere videtur locus hic, *ad terram consternitur.*

<sup>d</sup> Ita C. Germ., Corb., Gemet., Longip., ubi Exclusi habent, *cum caro cui vitam.*

*non relinquunt in te lapidem super lapidem.* Perversa etenim mens cum perversae cogitationi adhuc peruersorem adjicit, quid aliud quam lapidem super lapidem ponit? Sed in destructa civitate super lapidem lapis non relinquitur, quia cum ad ultionem suam anima ducitur, omnis ab illa cognitionum sursum constructio dissipatur.

5. Quæ cur hoc patiatur adjungit: *Eo quoq; non cognoveris tempus visitationis tuæ.*<sup>a</sup> Pravam quamque animam omnipotens Deus multis modis visitare consuevit. Nam assidue hanc visitat præcepto, aliquando autem flagello, aliquando vero miraculo, ut et vera quæ nesciebat audiat, et tamen 1648 adhuc superbiens atque contemnens, aut dolore compuncta redeat, aut beneficiis devicta malum quod fecit erubescat. Sed quia visitationis suæ tempus minime cugnoscit, illis in extremo vita iniunctis traditur, cum quibus in æterno iudicio damnationis perpetuae societate colligatur, sicut scriptum est: *Cum vadi cum adversario tuo ad principem in via, da operam liberari ab illo, ne forte b trahat te ad judicem, et iudex tradat te exactori, et exactor mittat te in carcerem* (Luc. iii, 58). Adversarius quippe noster in via est sermo Dei, contrarius nostris carnalibus desideriis in presenti vita. A quo ipse liberatur qui præceptis ejus humiliiter subditur. Alioquin adversarius iudici, et iudex tradet exactori, quia ex sermone Domini contemptu reus peccator tenebitur in examine iudicis. Quem iudex exactori tradit, quia hunc maligno spiritui ad ultionem trahere permittit, ut compulsa animam ipse ad ponam de corpore exigat, quæ ei ad culpam sponte consensit. Exactor mittit in carcerem, quia per malignum spiritum in inferno retruditur, quoque dies iudicii veniat, ex quo jam in inferni ignibus simul et ipse crucietur.

6. Expleta ergo perditione civitatis, quam nos ad pereuntis animæ similitudinem traximus, protinus subditur: *Et ingressus templum caput ejicere vendentes et ementes de illo.* Sicut templum Dei in civitate est, ita et in plebe fidei vita religiosorum. Et ære nonnulli religionis habitum sumunt, et dum sacerorum ordinum locum percipiunt, sanctæ religionis officium in commercium terrenæ negotiationis trahunt. Vendentes quippe in templo sunt (1, q. 3, c. 10), qui hoc quod quibusdam jure competit ad præmium largiuntur. Justitiam enim vendere est hanc pro præmii acceptance servare. Ementes vero in templo sunt qui dum hoc persolvere proximo quod justum est nolunt, dumque rem jure debitam facere contemnunt, dato patronis præmio emunt peccatum. Quibus bene dicitur: *Domus mea, domus orationis est; vos autem feci illam speluncam latronum*, quia dum nonnunquam perversi homines <sup>b</sup> locum religionis tenent, ibi malitia sua gladiis

A occidunt, ubi vivificare proximos orationis suæ intercessione debuerunt.

7. Templum quoque et domus Dei est ipsa mens atque conscientia fidelium. Quæ si quando in latrone proximi perversas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones resident, et simpliciter gradientes interficiunt, <sup>c</sup> quando in eos qui in nullo rei sunt læsionis gladios defligunt. Mens enim fidelium jam non domus orationis, sed spelunca latronum est, quando, relicta innocentia et simplicitate sanctitatis, illud conatur agere unde valeat proximis nocere. Sed quia contra perversa hæc omnia verbis Redemptoris nostri per sacras paginas indesinenter instruuntur, nunc usque hoc agitur, quod factum suisse perhibetur, cum dicitur: *Et erat docens quotidie in templo.* Cum enim mentem fidelium ad cavenda mala subtiliter erudit, quotidie Veritas in templo docet. Sed sciendum nobis est quia veritatis verbis veraciter erudimur, si extrema mala nostra formidolose et indesinenter aspicimus, juxta hoc quod per quemdam sapientem dicitur: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis* (Eccli. vii, 40). Pensare quippe 1649 quotidie debeamus quod ex ejusdem voce nostri Redemptoris audivimus: *Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Dum enim districtus iudex sustinet, et adhuc manum non exerit in percussionem, dum a retributione ultionis ultimæ esse quedam <sup>d</sup> temporis securitas videtur, debeamus pensare malum quod sequitur, C pensantes gemere, gementes vitare, et quæ commisimus peccata indesinenter aspicere, aspicientes flere, et flentes abstergere. Nulla nos & prosperitatis transitoriae lætitia dissolvat, nec mentis nostræ oculos ea quæ sunt transitoria obstruant, <sup>e</sup> nec cæcos ad ignem ducant. Si enim districte pensetur, cuius sit ponderis improprium, ex ore veritatis agnoscitur, cum negligenti et futura non prospicienti dicitur: *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.*

8. Nam cogitandum valde est quantum nobis erit terribilis hora nostræ resolutionis, qui pavore mentis, quanta tunc omnium malorum memoria, quæ oblivio transactæ felicitatis, quæ formido et consideratio iudicis. Quid ergo esse nobis de præsentibus ad delicationem debet, quando, cunctis simul transeuntibus, non valet transire quod imminet? quando et hoc funditus finitur quod diligitur, et illud incipitur ubi dolor nunquam finitur? Tunc maligni spiritus in egressiente anima sua opera requirunt; tunc mala quæ suaserunt replicant, ut sociam ad tormenta trahant. Sed cur hoc de perversa solummodo anima dicimus, cum ad electos quoque egressientes veniant, et suum in illis, si prævaleant, aliquid requirant?

<sup>a</sup> Bigot., pravam namque.

<sup>b</sup> Belvæc., C. Germ., Longip., tradat te ad iudicem. Bigot., et primus Carn., tradat te iudici. Ex textu Graecæ legendum trahat vel pertrahat.

<sup>c</sup> Bigot., nonnulli perversi.

<sup>d</sup> Duo priores Gemet., locum regiminis. Secus alii.

<sup>e</sup> Longip. et Val. Cl., quando eos . . . gladio defigunt.

<sup>f</sup> Gemet., Val. Cl., Longip., temporis dilatio.

<sup>g</sup> C. Germ., nos prosperitas transitoriae laudis, loquiæ dissolvat. Concinit Bigot.

<sup>h</sup> Corb., nec cæci ad ignem ducentur.

Unus autem <sup>a</sup> in hominibus exstitit, qui ante passionem suam libera voce dicit: *Jam non multa loquar vobiscum; venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam* (Joan. xiv, 30). Quia enim bunc mortalem hominem vidit, suum in illo mundi princeps aliquid invenire se posse eredit. Sed sine ullo peccato a mundi corruptione exiit, qui sine peccato in mundum venit. Illoc de se contra mundi principem nec Petrus dicere præsumpsit, qui audira meruit: *Quæcumque ligaveris super terram ligata erunt et in celis, et quodcumque solveris super terram solutum erit et in celis* (Matth. xvi, 19). Illoc nec Paulus dicere præsumpsit, qui priusquam mortis debitu solveret ad cœli tertii secreta pervenit (II Cor. xii, 2). Hoc nec Joannes dicere ausus est, qui pro amore præcipuo in Redemptoris sui pectore in coena recubuit (Joan. xxi, 20). Nam cum Propheta dicat: *Ecce enim in iniurialibus conceptus sum, et in deliciis paperit me mater mea* (Psalm. L, 7), sine culpa in mundo esse non potuit qui in mundum cum culpa venit. Hinc namque idem Propheta ait: *Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens* (Psalm. CXLII, 2). Ille Salomon ait: *Non est homo iustus in terra qui faciat bonum, et non peccet* (Eccl. vii, 21). Hinc Joannes dicit: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est* (I Joan. i, 8). Hinc Jacobus ait: *In multis enim offendimus omnes* (Jac. iii, 2). Constat enim quia omnes qui de carnis delectatione concepti sunt in eorum procul dubio vel actione, vel locutione, vel cogitatione aliquid suum princeps hujus mundi habuit. Sed idecirco illos vel post rapere, vel proutenere non potuit, quia eos ille a debitis suis eripuit, qui pro nobis <sup>b</sup> sine debito mortis debitum solvit, ut nos ideo sub jure hostis nostri debita nostra **1650** non lenient, quia pro nobis mediator Dei et hominum homo Christus <sup>c</sup> Jesus gratuito reddidit quod non debebat. Qui enim pro nobis mortem carnis indebitam reddidit, nos a debita animæ morte liberavit. Ait ergo: *Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam* (Joan. xiv, 30). Unde curandum nobis est, et cum magnis quotidie fluctibus cogitandum, <sup>d</sup> quam rabidus, quam terribilis sua in nobis opera requirens in die nostri exitus princeps hujus mundi veniat, si etiam ad Deum carne morientes venit, et in illo aliquid quiescivit in quo invenire nihil potuit.

9. Quid itaque nos miseri dicturi, quid acturi sumus, qui innomera mala commisimus? Quid requiri adversario et multa sua in nobis invenienti dicimus, nisi solus quod nobis est certum refugium, et solida spes, quia uenit cum illo facti sumus in quo princeps hujus mundi et suum aliquid requisiuit, et invenire minime potuit? quoniam solus est inter mortuos liber (Psalm. LXXXVII, 5). Et a peccati jam servitio veroci libertate solvimus, quia ei qui

<sup>a</sup> Primus Carn., in omnibus.

<sup>b</sup> Duo priores Gemel., sine dubio.

<sup>c</sup> Nonnulli, *Jesus velut ex debito gratis reddidit.*

A vere liber est unius. Constat enim, nec negare possumus, sed veraciter fatemur, quia princeps hujus mundi habet in nobis multa; sed tamen mortis nostræ tempore jam nos rapere non valeret, quia ejus membra effecti sumus, in quo non habet quidquam. Sed quid prodest quod eidem Redemptori nostra per fidem jungimur, si ab eo moribus disjungamur? Ipse etenim dicit: *Nec omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum castorum* (Math. vii, 21). Recta ergo opera rectæ fidei jungenda sunt. Mala quæ fecimus per quotidiana laudem diluvamus, transactas nostras nequitias surgentia ab amore Dei et proximi recta opera supererant, nulla quæ possessus fratribus impendere bona remusemus. Neque enim aliter Redemptoris nostri membra efficerimur, nisi in hærendo Don, et compatiendo proximo.

40. Sed quia ad amorem Dei et proximi plerumque corda audientium plus exempla quam verba excitant, charitati vestra indicare studeo quod is qui præsto est filius meus Epiphanius diaconus, Isauria provincia exortus, in vicina factum terra Lycaonis solet narrare miraculum. Ait enim quod in ea quidam, Martyrius nomine, vita valde venerabilis monachus fuit, qui ex suo monasterio visitacionis gratia ad aliud monasterium tendebat, cui spiritualis pater prætererat. Pergens itaque, leprosum quemdam, quem denis vulneribus elephantibus morbus per membra feedaverat, invenit in via, volentem ad suum hospitium redire, sed præ lassitudine non valentem. In ipso vero itinere se habere prohibebat hospitium quo idem Martyrius monachus ire festinabat. Vir autem Dei ejusdem leprosi lassitudinem misertus, pallium quo vestiebatur in terram protinus projectit et expandit, ac desuper leprorum posuit, eumque suo pallio undique constrictum **1651** super humerum levavit, secumque revertens detulit. Cumque jam monasterii foribus proparet, spiritualis pater ejusdem monasterii magnis vocibus clamare coepit: *Currite, januas monasterii citius aperite, quia frater Martyrius venit Dominum portans.* Statim vero ut Martyrius ad monasterii aditum pervenit, is qui leprorum esse peritabatur, de collo ejus exsiliens, et tu ca specie apparetus qua recognosci ab hominibus solet Redemptor humani generis, Deus et homo Christus Jesus, ad celum Martyrio aspiciente rediit, eique ascendens dixit: *Martyri, tu me non erubescas super terram, ego te non erubescam super celos. Qui sanctus vir tuox ut est monasterium megalos, et pater monasterii dixit: Frater Martyri, ubi est quem portabas?* Cui ille respondebat, dicens: *Ego si scivisssem quis esset, pedes illius teumasse.* Tunc item Martyrius narrabat quia cum eam portasset, pondus ejus tamen me sensisset. Nec mirum quomodo enim pondus sentire poterat, qui portante portabat? Quia in repensandum est nobis quantum fraternali compassione valeat, quantum nos omnipotenti Deo misericordiae

<sup>d</sup> C. Germ., quam rapidus, Carus, et plausus, quam seruus.

viscera conjungant. Inde enim ei qui est super omnia propinquamus, unde nos per compassionem proximi etiam sub nosmetipos deponimus. In rebus corporalibus neino alta tangit, nisi qui tenditur; in rebus vero spiritualibus certum est quia quanto plus per compassionem attrahimur, tanto altius verius appropinquamus. Ecco autem Redemptori generis humani ad edificationem nostram misericordia sufficit quod in extremo iudicio dictorum se esse perhibuit: *Quandiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis* (*Math. xxv, 40*), nisi et ante iudicium hoc in se ostenderet quod dixisset; ut videlicet demonstraret quis quisquis nunc bona opera indigentibus exhibet, ei haec specialiter impedit cuius haec amore exhibuerit. Et tanto plus quisque maiorem mercedem recipit, quanto nec eum despiciens qui amplius despiciendos videatur. Quid enim in humana carne sublimius carne Christi, quae est super angelos exaltata? Et quid in humana carne abjectius carne leprosi, quae tumescientibus vulneribus scinditur, et exbalantibus sutoribus implietur? Sed ecce in specie leprosi apparuit; et is qui est reverendus super omnia, videri respectus infra omnia deditus non est. Cur hoc, nisi ut sensu nos tardiores admiseret, qualiter quisquis ei qui in celo est festinat assistere, humiliari in terra et compati etiam abjectis et despicabilibus fratribus non recusat? Loqui charitatis vestrae sub brevitate decreveram; sed quia non est in homine via ejus (*Jerem. x, 23*), decurrens sermo retineri non potest, quem disponit ipso de quo loquimur, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

#### a HOMILIA XL.

Habita ad populum in basilica sancti Laurentii martyris <sup>b</sup> Dominica secunda post Pentecosten.

#### LECTIO 2. EVANG. SEC. LOC. XVI, 49-51.

*In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis: Homo quidam erat dives, <sup>c</sup> qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, cupiens saturari de mictis quæ cadebant de mensa divitis, et nemo illi dabant. Sed et canes venabant, et lingebant ulcera ejus. Factum est autem ut moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in eum Abraham. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno. Elerans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidi Abraham a longe, et Lazarum in domo ejus. Et ipso clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, et misere Lazarum ut intingat extremum digiti mei in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia receperisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mata. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad*

<sup>a</sup> In Corb. est vigesima prima, in Lateran. undecima, in Cod. reg. Suec. trigesima prima.

<sup>b</sup> Haec non sunt C. Germ. nec aliorum plur. In duabus prioribus Gemet. haec hom. legitur habita in

*A vos non passint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in dominum patris mei; habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habeni Moysen et prophetas; audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham; sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.*

**1652** 1. In verbis sacri eloquii, fratres charissimi, prius servanda est veritas historie, et postmodum requirenda spiritualis intelligentia allegorice. Tunc namque allegoria fructus suaviter carpit, eum prius per historiam in veritatis radice solidatur. Sed quia nonnunquam allegoria fidem sedat, et

B historia moralitatem, nos qui auctore Deo iam fidibus loquimur, non abs re credimus si ipsum loquendi ordinem postponamus, quatenus qui fidem jam firmam tenetis prius de allegoria aliquid breviter audire debetis; et quod vobis de moralitate historie valde est necessarium, hoc in expositione nostre ordine servetur extremita, quia ea plerumque solent melius recollit quæ contingit postmodum audiri.

2. Seus ergo allegorice sub brevitate transcurrit, ut ad moralitatis latitudinem citius venire valeamus. *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide. Quem, fratres charissimi, quem dives iste qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide, nisi Iudeum populum significat, qui cultum vitæ exterius habuit, qui accepte legis deliciis ad nitorem usus est, non ad utilitatem? Quem vero Lazarus ulceribus plenus nisi gentilem populum figurat? Qui dum conversus ad Deum peccata sua confiteri non erubuit, huic vulneri in cute fuit. In cutis quippe vulnera virus a visceribus trahitur, et foras erumpit: Quid est ergo peccatorum confessio, nisi quedam vulnerum ruptio? Quia peccati virus salubriter appetitur in confessione, quod pestifera latebat in mente. Vulnera etenim cutis in superficiem trahunt humorem putredinis. Et confitendo peccata quid aliud agimus, nisi malum quod in nobis latebat aperimus? Sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de mictis quæ cadebant de mensa divitis, et nemo illi dabant, quia gentilem quemque ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despiciebat. Qui dom dominam legis non ad charitatem habuit, sed ad elevationem, quasi de acceptis opibus tumultu. Et quia et verba defluebant de scientia quasi mictis cadebant de mensa. At contra jacentis pauperis vulnera lingebant odines. Nonnunquam solent in sacro eloquio per canes prædicatores intelligi.*

**1653** *Canum enim lingua vulnera dum lligit, curat, quia et doctorés sancti dum in confessione peccati nostri nos instruunt, quasi vulnera mentis per linguam tangunt; et quia nos loquendo a peccatis eripiunt, quasi tangendo basil. S. Salvat.; secus in Later. in Cod. reg. Suec., Corb. Germ., etc.*

<sup>c</sup> Belvac. et Corb. Germ., hic et infra, et induebatur.

vulnera ad salutem reducunt. • Quia enim canum nominine, prædicatorum lingua signatur, Domino per Psalmistam dicitur : *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso* (Psal. lxvii, 24). Ex Iudeis quippe infidelibus sancti prædicatores electi sunt, qui, in assertione veritatis contra fures latronesque venientes, magnos pro Domino, ut ita dicam, lairatus dederunt. Quo contra de quorundam reprobatione dicitur : *Canes muti, non valentes latrare* (Isai. lvi, 10). Quia ergo prædicatores sancti peccata damnant, confessionem vero peccatorum approbant, dicentes : *Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem, ut salvemini* (Jac. v, 16), ulcera Lazari canes lingunt. Sancti etenim doctores dum gentilium confessiones accipiunt, mentium vulnera saluti restituunt. Unde et Lazarus bene interpretatur adjutus, quia ipsi hunc ad erectionem juvant, quia ejus vulnera per linguæ correptionem curant. Potest etiam per lunctionem canum lata adulantium lingua signari. Adulantibus etenim vulnera nostra lingere est, quod plerumque solent etiam ipsa mala quæ nos in nobis reprehendamus improbo favore laudare. Contigit vero ut uterque moreretur. Dives, qui induebatur purpura et byssu, sepultus est in inferno; in sinum vero Abraham Lazarus ab angelis ductus est. Quid Abraham si nisi secretam requiem<sup>b</sup> significat patrum? De qua Veritas dicit : *Multi, inquit, venient ab Oriente et Occidente, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno celorum; filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores* (Matth. viii, 11). Qui enim purpura et byssu inditus dicitur recte regni filius vocatur. Qui de longinquo ad videndum Lazarum oculos levat, quia dum per damnationis suæ supplicia infideles in imo sunt, fideles quosque ante diem extremi iudicii super se in requie attendunt, quorum post gaudia contemplari nullatenus possunt. Longe vero est quod conspiciunt, quia illuc per meritum non attin-gunt. In lingua autem amplius ardore ostenditur, cum dicit : *Mitte Lazarum, ut intingat extremum diti sui in aquam, et ut refrigeret linguam meam*, 1654 quia crucior in hac flamma (Luc. xvi, 24). Infidelis populus verba legis in ore tenuit, quæ opere servare contempsit. Ibi ergo amplius arlebit, ubi se ostendit sciē quod facere noluit. Quapropter bene de doctis et negligentibus per Salomonem dicitur : *Omnis labor hominis in ore ejus, sed anima illius non impletatur* (Eccle. vi, 7), quia quisquis hoc solummodo laborat, ut sciat quid loqui debeat, ab ipsa refectione suæ scientiæ mente vacua jejunat. Ab extremo diti se tangi desiderat, quia zeternis suppliciis datus optat operatione justorum vel ultima participari. Cui respondet quod in hac vita bona receperit,

<sup>a</sup> Primus Carn., quasi enim... signatur, dum.

<sup>b</sup> C. Germ., Gemet., Belvac., significat patris.

<sup>c</sup> Belvac., et refrigeret.

<sup>d</sup> Duo priores Gemet. ac Bigot., ab ipsa refectionis suæ scientia.

\* Secundus Carn., multisque honoribus. Per obsequia intelligit ministros obsequentes, ut l. ii Dial., c. 4, cui alia quoque obsequia atque spatharios praebuit.

A quia omne suum gaudium felicitatem transitoriam putavit. Habere hic etenim possunt et justi bona, nec tamen hæc in recompensatione recipere, quia dum meliora, id est æterna, appetunt, eorum iudicio quilibet bona adfuerint, cum sanctis desideriis æstuant, bona minime videntur. Unde David propheta, qui regni divitiis • multisque obsequiis fulciebatur, quamvis et hæc ad necessitatem bona esse consiperet, uni tamen singulariter bono inhalanter æstuabat, dicens : *Mihi autem adhædere Deo bonum est* (Psal. lxxii, 28). Inter hæc vero notandum est quod ei dicitur : *Memento, fili. Ecce enim Abram filium vocat, quem tamen a tormento non liberat, quoniam hujus infidelis populi præcedentes patres fideles, quia multos a sua fide deviassæ considerant, eos nulla compunctione a tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem dives positus quinque fratres habere se perhibet, quia superbus idem Judaicus populus, qui ex magna jam parte damnatus est, sequaces suos quos super terram reliquit, quinque sensibus corporis deditos novit. Quinario ergo numero fratres quos reliquerat exprimit, quia quos ad spiritalem intelligentiam non assurgere in inferno positus gemit, petit ut ad eos Lazarus mittatur. Cui quis Moysen et prophetas habebant dicitur. Sed ait : *Quia non credent, & nisi quis ex mortuis resurrexerit. Cui protinus responderet : Si Moysen et prophetas non audirent, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent ei.* Certe de Moyse Veritas dicit : *Si crederetis Moysi. crederetis utique et mihi. De me enim ille scripsit* (Joan. v, 46). Impletur ergo quod per Abraham responsionem dicitur. Ex mortuis enim Dominus resurrexit, sed Judaicus ille populus, quia Moysi credere noloit, ei etiam qui resurrexit ex mortuis credere contempsit. Cumque Moysi verba spiritualiter intelligere contempsit, ad eum de quo Moyses locutus fuerat non pervenit.*

3. Hæc nos, fratres charissimi, & pro indagandis allegoriæ mysteriis succincte transcurrisse sufficiat; nunc ad intuendam latius rei gestæ moralitatem animus recurrat : *Homo quidam erat dives, et induebatur purpura et byssu, et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ante januam divitis, ulceribus plenus. Nonnulli putant præcepta Veteris Testimenti districlora esse quam Novi; sed hi nimis improvida consideratione falluntur. In illo enim non temacia, sed rapina multatur (II Reg. xii, 6). Ibi res injusio sublata 1655 restitutione quadruplici punitur (Matth. xix, 8). Illic autem dives iste non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria non dedisse. Nec dicitur quia vi quempiam oppressit, sed quia in acceptis*

<sup>f</sup> Hic inter mss. Codices dissidium est. Sequitur antiqui. Belvac., Corb., C. Germ. et Bigot., in quo tamen (quod ab aliis abest) additur, novit, dum quinque libros Moysi carnaliter intellexit. In primo Carnut., reliquit, quinque libros Moysi carnaliter intellexisset quinque sensibus corporis deditos novit.

<sup>g</sup> Belvac., nisi si quis ex mortuis.

<sup>h</sup> Excusi, vero indicandis.

rebus se extulit. Hinc ergo summopere collendum est qua poena multandus sit qui aliena diripit, si <sup>a</sup> inferni damnatione percutitur qui propria non largitur. Nemo ergo securum se aestimet, dicens: Ecce aliena non rapio, sed concessis licet rebus fruor, quia dives iste non idcirco punitus est quoniam aliena abstulit, sed quia acceptis rebus senet ipsum male dereliquit. Hoc quoque fuit quod hunc inferno tradidit, quia in sua felicitate timidus non fuit, quia accepta dona ad usum arroganter inflexit, quia viscera pietatis ignoravit, quia peccata sua redimere etiam cum sibi abundaret pretium noluit. Et sunt nonnulli qui cultum subtilium pretiosarumque vestium non putant esse peccatum. Quod si videlicet culpa non esset, nequam sermo Dei tam vigilanter exprimeret quod dives qui torquetur apud inferos byssu et purpura induitus fuisset. Nemo quippe <sup>c</sup> vestimenta praecipua nisi ad inanem gloriam querit, videlicet, ut honorabilior ceteris esse videatur. Nam quia pro sola inani gloria vestimentum pretiosius queritur res ipsa testatur, quod nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, ubi ab aliis non possit videri. Quam culpam possumus melius etiam ex diverso colligere, quia si abjectio vilis indumenti virtus non esset, evangelista vigilanter de Joanne non dicebat: *Erat indutus pilis camelorum* (*Matth. iii, 4*). Sed notandum nobis est magnopere, in ore Veritatis de superbo divite et humili paupere quantus sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur: *Homo quidam erat dives; et protinus subinfertur: Et erat quidam mendicus nomine Lazarus*. Certe <sup>d</sup> in populo plus solent nomina divitum quam pauperum sciri. Quid est ergo quod Dominus, de paupere et divite verbum faciens, nonen pauperis dicit, et nomen divitis non dicit, nisi quod Deus humiles novit atque approbat, et superbos ignorat? Unde et quibusdam de miraculorum virtute superbientibus in fine dicturus est: *Nescio vos unde sitis: discedite a me omnes et operarii iniquitatis* (*Matth. vii, 23*). At contra Moysi dicitur: *Novite ex nomine* (*Exod. xxxiii, 12*). Ait ergo de divite: *Homo quidam*. Ait de paupere: *Egenus, nomine Lazarus*. Ac si aperte dicat: Pauperem humilem scio, superbum divitem nescio. Illum cognitum per approbationem habeo, hunc per judicium reprobationis ignoro.

4. Pensandum nobis est etiam conditor noster quanta omnia consideratione dispensat. Una etenim res non pro una re agitur. Nam ecce plenus ulceribus mendicus Lazarus ante januam divitis jacet. Qua de re una Dominus duo judicia explevit. Habuisset enim fortasse aliquam excusationem dives, si Lazarus pauper et ulcerosus ante ejus januam non jacuisset, si remotus fuisset, si ejus inopia non esset oculis importuna. Rursum si longe esset dives ab

<sup>A</sup> oculis ulcerosi pauperis, minorem tolerasset in animo tentationem pauper. Sed dum egenum et ulceratum ante januam divitis et deliciis affluentis posuit, in una eademque re et ex visione pauperis **1656** non miserenti diviti cumulum damnationis intulit, et rursum ex visione divitis tentatum quotidie pauperem probavit. Quantas namque hunc egenum et vulneribus obsecsum tentationes creditis in sua cogitatione tolerasse, cum ipse egeret pane, et non haberet etiam <sup>f</sup> salutem, atque ante se divitem cerneret salutem et <sup>g</sup> delicias habere cum voluptate; se dolore et frigore affici, illum gaudere conspiceret, byssu et purpura vestiri; se deprimenti vulneribus, illum difluere acceptis rebus; se egere, illum nolle largiri? Quantus putamus, fratres mei, tunc in corde pauperis tumultus temptationis fuit, cui certe poterat ad poenam sufficere paupertas, etiamsi sanus fuisset; et rursus sufficeret aegritudo, etiamsi subsidium adasset? Sed ut probaretur amplius pauper, simul hunc et paupertas et aegritudo tabefecit. Atque insuper videbat procedente divitem obsequentibus cunctis circumfulciri, et se in infirmitate et inopia a nullo visitari. Nam quia nemo ei ad visitandum aderat, testantur canes, qui licenter ejus vulnera lingebant. Ex una ergo re omnipotens Deus duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante januam divitis jacere permisit, ut et dives impius damnationis sibi augeret ultiōrem, et tentatus pauper cresceret ad remunerationem. Conspiciebat ille quotidie cui non miseretur, videbat iste de quo probaretur. Duo inferius corda, sed unus desuper inspector, qui et hunc tentando exercebat ad gloriam, et illum tolerando exspectabat ad poenam. Nam sequitur:

5. *Factum est autem ut moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno. Qui nimurum dives cum cui in hac vita misereri noluit in suo jam supplicio positus patronum quererit. Nam ecce subjungitur: Qui elevans oculos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, et Lazarum in sinu ejus. Et ipsa clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, et mitti Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. O quanta est subtilitas iudiciorum Dei! O quam districte agitur bonorum actuum malorumque retributio!* Certe superiorius dictum fuit quia in hac vita Lazarus cadentes micas de mensa divitis quererbat, et nemo illi dabat; nunc de supplicio divitis dicitur quia de extremo digito Lazari distillari aquam in ora suo concupiscit. Hinc ergo, hinc, fratres, colligit quanta sit districtio severitatis Dei. Dives enim iste qui vulnerato pauperi mensæ suæ vel minima dare noluit, in inferno positus, usque ad minima quaerenda pervenit. Nam guttam aquæ petivit, qui micas priores Gemit, habent acire.

<sup>a</sup> Prinus Carn., si in imis inferni, damnatione per.

<sup>b</sup> Duo priores Gemit., rebus utor.

<sup>c</sup> Ita omnes MSS. nostri, quibus vet. Edit. concidunt. Recentiores, pro præcipua, sumiserunt pre-  
siosa.

<sup>d</sup>

<sup>e</sup> Bigot., in publico. Ibid., pro seiri, Belvac. et duo

panis negavit. Sed notandum valde est quid sit quod panides in igne positus linguam suam refrigerari petit. Nos quippe est sacri eloqui ut aliquando aliud dicat, sed et eodem dicto aliud innuat. Superius autem hunc superbum divitem Dominus non loquacitati vacantem dixerat, sed superflue convivantem. Neque hunc de loquacitate narravit, sed eum elatione et tenacia de edacitate peccasse. Sed quia abundare in conviviis loquacitas solet, is qui male hic convivatus dicitur, apud infernum gravius in lingua ardere peribetur. Prima namque male convivantibus simulatur culpa loquacitatis, post loquacitatem vero ludendi etiam levitas sequitur. **1657** Nam quia edacitatem lusus sequatur, testatur sacra Scriptura, quae ait: *Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere (Exod. xxxii, 6).* Sed priusquam ad lusum moveatur corpus, ad jocos ac verba inania moveret lingua. Quid ergo est quod innuitur quia in tormentis positus dives linguam suam refrigerari postulat, nisi quod is qui convivando magis de loquacitate peccaverat per retributionis justitiam in lingua atrociter ardebat?

6. Sed cum gravi valde est pavore pensandum (*De pœnit., dist. 3, can. Cavendum*) hoc quod ei per Abraham response dicuntur: *Fili, recordare quia receperisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mea. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.* Ista, fratres mei, sententia pavore potius indiget, quam expositione. Nam si qui estis qui in hoc mundo exterioris boni aliquid accepistis, ipsum, ut ita dicam, donum exterius pertimescere debetis, ne vobis pro quorumdam vestrorum actuum recompensatione sit datum, ne iudex qui hic bona exteriora restituat a retributione boni iusticiæ repellat, ne honor hic vel divitiae, non adjumentum virtutis, sed remuneratio sint laboris. Ecce enim dum dicitur: *Recepististi bona in vita tua*, indicatur et dives iste boni aliquid habuisse, ex quo in hac vita bona recipere. Rursumque dum de Lazaro dicitur quia recepit mala, profecto monstratur et Lazarus habuisse malum aliquid quod purgaretur. Sed mala Lazari purgavit ignis inopia, et bona divitis remuneravit felicitas transeuntis vitæ. Illum paupertas affixit et tersit, istum abundantia remuneravit et repulit. Quicunque ergo bene in hoc sæculo habetis, cum vos bona egisse recolitis, valde de ipsis pertimescite, ne concessa vobis prosperitas eorumdem remuneratio sit bonorum. Et cum quoslibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare conspiciatis, nolite desplicere, nolite desperare, quia fortasse quod superfluitas tenuissimæ pravitatis inquinat, caminus paupertatis purgat. De vobis omnimodo pertimescite, quia nonnulla etiam male acta

<sup>a</sup> Sic legitur in Mss. Editoribus placuit ponere notavit, pro narravit.

<sup>b</sup> Non verba ipsa referuntur a Gratiano loco indicato, sed sensu tantum, et quidem solitu ex parte.

<sup>c</sup> Excusi, quos superficietas.

<sup>d</sup> In Longip., post moveantur, additum: etiam si miseri vellent, jam tunc omnino non possent. Ipsi quippe.

A prospera vita secuta est. De illis vero sollicitate penitale, quia eorum vitam etiam magistra paupertas cruciat, quousque ad rectitudinem perdusat.

7. Sequitur: *Et in his omnibus inter nos et eos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc ad vos transire non possint, neque inde huc transirent.* Quia in re valde querendum est quomodo dicatur, *Hi qui volunt hinc ad vos transire non possunt.* Quia enim hi qui in inferno sunt ad beatorum sortem transire cupiant dubium non est. Qui vero Jam in bestiis sorte suscepti sunt, quo pacto dicitur quia transire ad eos qui in inferno cruciantur volunt? Sed sicut transire reprobi ad electos cupiunt, id est a suppliciorum suorum afflictione migrare; ita ad afflictos atque in tormentis positos transire justorem est mente ire per misericordiam, eosque velle liberare. Sed qui volunt de beatorum sede ad afflictos atque in tormentis positos transire, non possunt, quia justorum animæ quamvis in sine naturæ bonitate misericordiam habeant, jam tunc auctoris sui justitiae conjunctæ, tamæ rectitudine constringuntur, ut nulla ad reprobos compassionem moveantur. Ipsi quippe iudici concordant cui inharent, et eis quos eripere non possunt nec ex misericordia condescendunt, **1658** quia tantum illos tunc a se videbunt extraneos, quantum ab eo quem diligunt auctore suo conspicunt esse repulos. Nec injusti ergo ad beatorum sortem transeunt, quia damnatione perpetua constringuntur; nec justi transire ad reprobos possunt, quia, erecti jam per justitiam iudicij, eis nullo modo ex aliqua compassione miserentur.

8. Sed postquam ardentí diviti de se spes tollit, ejus animus ad propinquos quos reliquerat recurrat, quia reproborum mentem poena sua quandoque inutiliter erudit ad charitatem, ut jam tunc etiam se spiritaliter diligent, <sup>e</sup> qui hic, dum peccata diligenter, nec se amabant. Unde nunc subdit: *Nego ergo te, Pater, ut mittas eum in domum patris mei; habeo enim quinque fratres, <sup>f</sup> et testetur illi, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Quia in re notandum est ardentí divisi quanta ad supplicium conulantur. Ad prenam namque stam et ei cogitatio servatur et memoria. Cognoscit enim Lazarum quem despexit, fratrum quoquæ suorum meminit quos reliquit. Perfecta quippe ei ultio de paupere non esset, si hunc in retributione non recognoscere. Et perfecta poena in igne non esset, si non hoc quod ipsa patitur etiam in suis timeret. Ut ergo peccatores in supplicio amplius puniantur, et eorum fidem gloriam quos contempserunt, et de illorum etiam pena torquentur quos inutiliter amaverunt. Grotescum vero est quod ante retributionem extremiti iudicij injusti

<sup>D</sup> • Duo priores Gemet., conspiciunt se nullatenus esse repulos.

<sup>f</sup> Carnul., iudicis.

<sup>g</sup> Primus Carn., quos hic dum .... nec secum amabant.

<sup>h</sup> Belvac., C. Germ., et duo priores Gemet., ut testificetur illis Lazarus. C. Germ., tamen in lectione Evang. habet, ut testetur.

<sup>i</sup> Bigot., quod in se.

in reque quosdam justos conspiciunt, ut eos videntes in gaudio non solum de suo suppicio, sed etiam de illorum bono ercentur. Justi vero in tormentis semper intuentur injustos, ut bine eorum gaudium crescat, quia malum conspiciunt quod misericorditer evaserunt; tantoque maiores erectori suo gratias reverent, quanto <sup>vident</sup> in aliis quod ipsi perpetrati, si essent relitti, potuerunt. Nec illam temere beatitudinis claritatem apud justorum animum flueat spectata posna reproborum, quia ubi jam compassio misericordie non erit, minime procul dubio beatorum latitudo non valebit. Quid autem mirum si dum justi injustorum tormenta conspiciunt, hoc eis veniat in oīsequium gaudiorum, quando et in pictura niger color substernitur, ut albus vel rubens clarior videatur? Nam sicut dictum est tanto bonis sua gaudia exescunt, quanto eorum oculis damnatorum mala subterjacent quae evaserunt. Et quamvis eis sua gaudia ad persuendum plene sufficient, mala tamen reproborum absque dubio semper aspiciunt, quia qui Crea-  
toris sui claritatem vident, nihil in creatura agitur quod videre non possint.

